Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

14 13. F. 16



ATHANASII

EPISCOPI ALEXANDRINI OPERA STVDIOSIVS QVA'M ANTEA FVERINT, A' SITV VINDICATA, QVORVM CATALOGVS SEQVITVR.

Coll. Rom. Societ. Jesu.

Commentarij in Epiſtolas Pauli, qui a pleriſq; VVLGARIO adſcribuntur.

Contra Gentiles Liber unus.

De in carnatione uerbi eiusque ad nos per corpus aduentu.

Diſputatio contra Arrium.

In uim Pſalmorum opuſculum.

Exhortatio ad Monachos.

De paſſione Imaginis dñi noſtri Libellus.

Epiſtolæ nõnullæ Romanorũ Pontificũ ad Athanaſium, & Athanaſij ad eoſdem.

Eiuſdem Athanaſij de uarijs quæſtionibus Liber.

His interpretibus: *Chriſtophoro Porſena. Ambroſio Monacho. Angelo Politiano. Ioanne Capnione.*





Acceſſit præterea operi, [redacted] Athanaſij uita.



DE ATHANASIO COLLECTA QVAEDA[M]

A Thanaſij uitam apud Grecos celeberrimā, ſeſe latin[am] Ioannes Tortelius. Quam nos ſane quam libe[...] fuiſſemus, ſicubi tum inueniri a nobis po[tu]iſſet, [...]tur. Hunc conſtat Alexandrinū Epiſc[opum] [...]ille[...] dam, quo cum ad Nicænū concilium ue[...] [...]uita ſu[a] Arrianæ factionis hoſtis fuit acerrimus, Arrianiſq; om[...] [...]is in[...] bus ipſe quoq; uiciſſim ita uexatus eſt, ut eorum metu [...] ſex in c[...] delituerit, donec ab ancillula quadam proditus ad locu[m] [...]um emigr[...] no ſexto, & quadrageſimo ſacerdotij ſui, Petro quod [...] [...]i perſecuti[...] eius fuerat, ſucceſſore delecto. Extant etiam num hodie [a]pud Græcos e[ius] multa, ut de Trinitate, atq; unica Trinitatis ſubſtantia. de [...] [...]atitud[...] ſus Arrianos. de uirginitate. Symbolum illud notiſſimu[m] [...] [...]um in[...] Angelo Pollitiano uerſum, & a Capnione nuper (ut audi[...] [...]erat[...] tarij in Epiſtolas Pauli a Chriſtophoro Porſena latini, ut ui[...] rea elegantiſſimū aduerſus gentes, ac hęreticos latina lingua a[...] ceno donatum. Enumerentur & alia, ut commentarij in Eccleſi[...] RITV ſancto. Quæ omnia utinam & haberentur, & a noſtris O[...] tiſtarum loco legerentur. Stilo uſus eſt candido, ac ſimplici, [...] Fuit tamen in diſputando cum primis argutus, & acer, id q[...] ſus Arrium & Arrianos uolumina teſtantur. De eo ſiquis pl[...] Euſebij Cæſarienſis eccleſiaſticæ hiſtoriæ librum decimū. Nan[...] dam præterea traduntur, inconſtantiora ſunt, quam ut pro ueris[...]

ADNOTATA QVAEDAM AB INTERPRETE EPI[STOLA]rum Pauli, pro ſingulis Epiſtolarum argumentis.

A D Romanos ex Corintho ſcribit Apoſtolus quos nondū uiderat, uiſcendi tamen percupidus, quia de his multa acceperat, quorum & ſuſcipit, & laudat fidem, ut quam ſciret fama & nomine celebrem, & ubiq; uulgatā, & ut cætera omittam, de gentiū uocatione copioſius diſſerit. Nec ſecus ex Epheſo ad Corinthios ſcribit Epiſtolam illos obiurgans, quod plurimum inter ſe diſſiderent & primarium quendam e ſuis rem cum nouerca habentem ſatis negligerent, uellentq; ſub cœlibatus prætextu, nōnulli diuortia facere, & uxores relinquere, & multi idolothytis ueſcerentur, & alij cæteris plane cōtemptis, eos duntaxat demirarentur, qui eſſent linguarum gratiam conſecuti, & quod erat deteſtabilius, nequaquam crederent humana corpora poſt mortem reſurrectura. Ad eoſdem deinceps, & aliam ex Macedonia ſcribit, quandoquidem ex priore plurimū profeciſſent, quippe quos peniteret tamdiu fornicantem illum tuliſſe, ſed arrepti, deinde ſeditioſiſſimorum hominū perſuaſu, legis duntaxat literæ inhæſerunt, indifferentem exiſtimantes gratiam, quæ a Chriſto eſſet in multos collata, quinetiam & præceptores admodum iactitabant, & gloriæ ducebant. Cum Apollo uellent, uel Cephæ partes tutari, id eſt, ſuum quiſq; quem ſectaretur extollere, unde multa erāt inter hos oborta diſſidia, alioqui in ſanctorum alimoniam abunde, & liberaliter conferebant. Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos enim cū antea ad fidem quam optime inſtruxiſſet, & credidiſſent eo prædicante in CHRISTVM IESVM, poſt eius diſceſſum mox lapſi, improborū hominū ſuggeſtione, ut ſe circunciderent, cōpulſi ſunt. Quod utiq; Paulus ægreferens, quia præter ſuā inſtitutionem egiſſent, incuſat acrius, quod ſe celerrime adeo imutaſſent. Ex urbe præterea, & ad Epheſios ſcribit, haud dum tamen p ſe aditos, ſed auditione

ſolum per

[illegible]os fideles eſſe, & CHRISTVM IESVM optime credere, & mira quadā
[illegible] affici charitate, alioqui ab ſe percupere in fide hac ſtabiliri. Quo-
[illegible] literas inſtruit, atq; haud quaquam cōmentitium eſſe, aut nuper in
[illegible]ſteri[illegible]m, ſed perſtare a ſæculo, & alia multa, quæ ad hos in fi
[illegible]e fa[illegible]t. Ad Philippenſes inſuper literas mittit ex urbe, quos
idem [illegible] erat, his itaq; Paulo ipſi, & ſanctis nōnullis miniſtrā
[illegible]ti ſi[illegible]dam, qui prauis perſuaſionibus, & ſub legis umbra
[illegible]tent[illegible]plicium quorundam corrumperent aures, aſſerentes
ſine lege [illegible]cari, quod Paulus audiens Philippenſium primo fi-
[illegible]eorum ſe[illegible]moriam habere interpretandum fatetur, cōmemoratq;
um Romæ [illegible] Chriſti fidem tutatus ſit, & qui præter ea moleſti ſi-
fuerint. Co[illegible]nſibus etiam ex urbe literas impertitur, quippe quos
[illegible]r homines captioſos, & ſubdolos falſis quibuſdam argumentis circun-
qui Ch[illegible]m apertiſſime Græcis argutijs impugnarent, cum legis
elcas[illegible]ctarentur, & circuncisionem efferrent. Ex Athenis uero
[illegible]bit, apud quos antea fuerat diutius commoratus, & quoniā
[illegible]tum Macedoniæ ciuitate Philippis, tum Corinthi, & Theſſa-
[illegible]ſus, ueritus ne uel ex ſuis preſſuris illi offenſi, haud ſatis ſtabi-
[illegible]e nimio ob ſuorum e uita diſceſſum conficerentur, quo patrio
more [illegible]gebantur, Timotheū cū epiſtola ad eos dimiſit, ut in fide ob-
firmarentu[illegible]o ab ea deſciſcerent, ſiue ipſi affligarentur, ſiue alios cer
nerent affl[illegible]turq; ut ducerent uitam, quemadmodū ab ſe accepiſſent. Cō
moneret [illegible] grauiter ferant morientum caſum, & alia pleraq;. Ad eoſdem
idcirc[illegible]lam ſcribit epiſtolam, quia apud eos erant nōnulli ſegniores ad
bonu[illegible]omenti uiri, quia alios mira arte fallebant, aſtruentes iamiam in
ſtare [illegible]ſti aduentū, cuius & Paulum falſo teſtabantur authorem, & ſeſe idem co-
gno[illegible] Spiritum affirmabant. Cuius rei certior factus Apoſtolus, per literas
Theſſalonicenſium primo adauctum fidem collaudat, & gloriæ ducit, q; Chriſti ob
gratiam uiriliter ferrent preſſuras, ſolaturq;, aſſerens illatas his Deum uindicaturū
quandoq; iniurias. Scribit & ad Timotheū ex Laodicæa eam ob cauſam, quia Ephe
ſi erant permulti, qui Iudaicos ritus ſeruarent, cum longe aliter ipſe Epheſios inſtru
xiſſet, docereq;, & fallere integriores quoſq; adniterentur. Quocirca Timotheum
hortatur, ut Epheſi maneat, & corruptores illos caſtiget, & corrigat, ut tandem a ſu-
is erroribus reſaneſcant. Ad eundem ſecundo ex urbe conſcribit Epiſtolā, monetq;
ut ad ſe redeat. Erat enim Apoſtolus ab omnibus iam deſtitutus, qui ſecum Romā
ex Aſia commigrauerant, cathenis abſterriti, quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli
ad Titum literas ſcribit, ibi nanq; hyemauerat Paulus. In Creta autem Titum reli-
querat, ut per urbes inſtitueret ſacerdotes. Erant enim ibidem plerıq;, qui ſub legis
prætextu ſeducere populum conabantur. Scribit ex urbe ad Philemonem, cuius ſer
uus Oneſimus fugiens Romā ſe ad Apoſtolum contulit, apud eumq; habitauit cō-
iectum in carcerem, & uinculis detentum. Hunc itaq; cum ei optime obſequeretur,
& breui probus euaſiſſet, ut ei eſſet acceptior, Philemoni cōmendat per literas, hor-
taturq; ut libertate donet, nec eo ut ſeruo, ſed ut fratre utatur. Ad Hebræos demū ex Italia ſcribit. Qui etſi Chriſti acceperant fidem, haud tamen prorſus a lege defecerāt quod ſane inique ferens Apoſtolus, & ſi ad gentes erat, ut Euangeliū prædicaret iā deſtinatus, nō hos tamen ferebat legis umbris obuolui, exiſtimans haud quaquam credentibus his moleſtam hanc fore Epiſtolam, in qua de Chriſti aduentu, lege ipſa umbratili differat, quā ceſſaſſe affirmat, & nihil in poſterum ualituram. Quia Chriſtus aduenerit, quem illa præfiguraſſet. His itaq; epiſtolis Paulus tam ualida fundamenta iecit, ut in creſcentis in poſterum fidei, tanta poſſet moles imponi.

Ad Hebræos ex Italia.

F. CHRI-

F. CHRISTOPHORVS PORSENA ROMANV[illegible]

PRIOR SANCTAE BALBINAE.

SIXTO IIII. PONTIFICI MAXIMO.

CVm mecum animo uolutarem. B[illegible] potiſſi[illegible]
berem, quód ſuperioribus lucubr[illegible] culis
Occurrit mox Alexandri reſponſu[illegible] ui fern[illegible]
reretur, cui nam tantum relinquer[illegible] cipatum [illegible]
optimus eſſet. Ipſe uero neminem [illegible] o, quem tu
Quippe qui ut dignitate cæteros [illegible] a, ita moribu[illegible]
excellis. Nam etſi uiri doctiſſimi Sacrarum te literar[illegible]
ſcientiæ peritiſſimũ iudicant, nõ tamen negãt probatiores quicq̃ & ſapien[illegible]
eſſe manſuetudine & in omnes clementia, ac tanta in De[illegible] ate, ut n[illegible]
ex his q̃ ex ſumma doctrina laudem aſſequaris. Nec dub[illegible] plane id a[illegible]
re te optimo ad id faſtigiũ, tuis uirtutibus, & Deo bene iuua[illegible] Te eu[illegible]
ambitione ulla uel arte, quippe qui & oblatos ſæpe honores nõ [illegible]
ſemper ab ineunte ętate te geſſeris, ut quouis amplitudinis grad[illegible]
nõ ut faciunt multi, ut de ſe male, ita & de Deo peſſime meriti, [illegible]
licitando, per dolos ac fraudes, & cupidius longe q̃ conſyde[illegible] ntates ni[illegible]
tuntur, exiſtimãtes fortaſſe nihil Deo eſſe nos curæ, & ide[illegible] upiditatibus
ut faciãt ſatis, omni nixu cõtendunt, nec ſentiunt hi capti ha[illegible] redibili cæ
citate, & præſentium bonorũ auiditate præcipites acti, nil qui[illegible] ine Deo
Aaron. poſſe, qui & Aaron ultro ad ſummũ ſacerdotium euocauit, nõ [illegible] nte[illegible] uel am
Ambitio. bientem admiſit, ambitio nanq; pleroſq; hominũ ad uitia quæq[illegible] ellit [illegible] uippe
qui ut primũ adepti ſunt quod maxime cupierunt, cõfeſtim ſe in praua fa[illegible] a ef-
fundunt, & hauriendis incumbũt uoluptatibus, cũ ſibi licere omnia c[illegible] unt, & pec
care impune queant, uel ſi qui forte a ſcelere abſtinent, ſuperuacaneis ſtudent, ut
paulopoſt morituri, paucorũ dierũ fabulam aſſequantur. Quanto melius tu. B.P.
cui Deus omnipotens Chriſtianæ reipub. gubernaculũ detulit, has mundi aſperna
tus illecebras, & honores hoſce nõ magnifaciens, qui proculdubio nõ immerenti ti-
bi & habentur & deferuntur, his ſolum rebus animũ intendiſti, quæ & ad cõmune
commodũ faciunt, & ad ueri Dei conferunt cultũ, ſiquidem pleraq; iam ipſe perege
ris, quæ & ſummo uiro digniſſima ſunt, & in tui extabunt memoriã nominis ſempi
ternã. Quæ cũ ipſe tacitus reputo, tanta animi afficior iocunditate, ut beatum noſtrũ
hoc ſæculũ ducam, & Romanos nos ipſos beatiores, qui te Pontificem ſimus ſortiti
cuius ductu & prouidentia, proſpere omnia cedunt, & ita, ut ita immerito illud aſſe
uerauerim, quód eſt a Platone dictum, & a multis iam uſurpatum, tunc beatam fore
rempub. cum uel regnare Philoſophi ceperint, uel Reges philoſophari. Cui igitur
B.P. id opus, uel rectius ipſe dicauerim, uel inſcripſerim dignius, quam tibi, qui &
princeps ſis, & philoſophus, & cæteris quidem eo præſtãtior, quo & Chriſti uicem
nunc geris, & ad philoſophiam accedat rerum diuinarum ſumma cognitio, & opti-
marum artium aliarum peritia non mediocris. Vale.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

Romani ſunt pars Italiæ. Hi præuenti ſunt a falſis Apoſtolis, & ſub nomine do-
mini noſtri IESV CHRISTI erant in legem & Prophetas inducti. Hos reuocat Apo
ſtolus ad ueram & Euangelicam fidem, ſcribens eis a Corintho.

PRIMAM PAVLI AD ROMANOS EPISTOLAM, ATHANASII, VEL POTIVS, VT PLERIQVE VOLVNT, VVLGARII, PROLOGVS.

SAcrarum literarum [illegible] frequentior lectio, ad ſui cognitionem homines ducit. In[illegible] [illegible]m veredicus [illegible], quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Quo [illegible] [t]unc h[o]rum [Epi]ſtolarũ myſteria pernoſcemus, cum eas diligentius lectitaueris. Atqui Paulus eo plurimũ uniuerſos doctrinæ excellentia ſuperauit, quo [illegible] præ cæteris laborem inſumpſit, abundeq; eſt ſpiritus ſancti gratiã aſſecutus, quod ſane non ſolũ ex eius epiſtolis, verum et Apoſtolorũ ex Actis cognoſci poteſt. Mercurij nanq; ap[ud] Gentiles, ob ipſius præſtantiã eloquentiæ, nomen ſortitus [e]ſt. Prima itaq; Epiſtolarũ ad Romanos habetur. Nec tamẽ idcirco ꝙ prior conſcripta ſit, [q]uidẽ hanc, ad Corinthios duæ & ad Theſſalonicenſes una iam anteceſſerant, quibus ad [Hie]roſolymã facit de tranſmiſſis ad victũ neceſſarijs mentionem [illegible]ia præterea ad Galatas. Hanc itaq; ad Romanos Epiſtolam, eo priorem locum obtinuiſſe putandum eſt, quia iſtiuſmodi ordo in ſacris literis nequaq̃ neceſſitate [u]lla exigitur. Nam & duodeni prophetæ, & ſi non iiſdem temporibus extitere, quin longo potius interuallo diſtarunt, ſic tamen ſunt in ſacris codicibus poſiti, perinde ac ſeſe inuicem ſint ſubſecuti. Scribit autem ad Romanos Apoſtolus Euangelij miniſterio funcẽs, tanq̃ ad orbis terrarum principes. Qui enim caput iuuerit, & reliquis [illegible] ferat utilitatem neceſſe eſt.

Apoſtolus apud gentiles ob eloquẽtiam Mercurius dictus.

Epiſtola ad Romanos cur prima ordine.

PAulus) nec Moyſes ipſe, nec eius poſteri pleriq;, neq; hi qui Euãgelium ſcripſerunt, ſuum nomen literarum primordijs adiecere. Hic vero vir perbeatus, ſuis epiſtolis ſuũ nomẽ præponit. Quippe qui ad eos lr̃as daret, qui lõge abeſſent, cũ prophetæ illi ad præſentes ſcriberent. Quod tamẽ haud quaq̃ agit, cum ad Hebræos literas ſcribit, ne illi cum ſe infenſum haberent, quia & præputiũ tolleret, et legem videreť ut inanem contẽnere, initio ſtatim nomine eius perlecto, & ſcripta ſimul reſpuerent. Quæret aliquis cur ex Saulo ſit Paulus appellatus. Ne forte Apoſtolorũ principe haberetur inferior, qui & Cæphas & Petrus ſit dictus. Vel Zebedei liberis, quibus & Boanerges fuerit, id eſt tonitrui filij inditũ nomẽ. Seruus) multiplex ſane eſt & varia ſeruitus, aut eñ creationis iure obuenit, qua omnia dicunť deo eſſe ſubiecta, aut ex fide, ut illud, obediſtis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis, aut ex vitæ moribus, quibus & Moyſes dei ſeruus eſt nũcupatus. His oĩbus ſeruitutis modis, Paulus dictus eſt ſeruus (IESV CHRISTI) diſpenſationis ipſius noã præfert, ab inferioribus ad ſupiora contẽdens. Conſtat eñ CHRISTVM IESVM carne aſſumpta fuiſſe, non oleo, ſed ſpiritu ſancto perunctũ. Qui oleo quouis eſt efficacior. Q; autem vel ſine oleo conſtare unctio queat, illud audi. Chriſtos meos, hoc eſt unctos meos nequaq̃ attingite, quod ſane dictum ad ea pertinet, quæ ante conditã legem fuere, quando nec nomen quidẽ extaret huiuſcemodi ex oleo unctiõis. VOCatus) humilitatẽ præfert hoc verbum. Oſtendit enim non conquirendo ſe id reperiſſe, ſed veniſſe accitum.

Petrus dictus etiam cæphas.

Chriſtus græce latine unctus.

APOſtolus) ad reliquorũ qui & vocati ſunt, differẽtiã ſubinde dicit. Illi quidem ad fidem duntaxat ſunt acciti, mihi vero apoſtolatus id muneris & creditũ eſt & demandatũ, quod Chriſto ipſi a patre miſſo eſt traditũ. SEGregatus in Euangeliũ) id eſt deputatus ad euangelij diſpenſationẽ. Vel aliter. Segregatus, id eſt, ad id prædeſtinatus. Quemadmodum & Hieremiam alloquitur deus. Priuſq̃ de vulua exires, ſanctificaui te. Et alio in loco Paulus. Cum autẽ deo placitũ eſt me ſegregare de utero matris meæ. Nec ſane fruſtra id inquit, ꝙ & vocatus ſum & ſegregatus in Euangeliũ. Cum eñ ad elatos quoſdam, Romanos dico, & inſolentes ſermonẽ haberet; aſſerit

ret: aſſerit diuinitus ſe quod eſſet exiſtere, ut dictis ſuis faciat fidem. Euang[illegible] uero eo dicit, ut non ſolum bona per illud effecta, ſed & futura prætendat. Cuius euangelij vel nomine ipſo auditores ſolatur. Quandoquidem non inſuauia quædam & ſub obſcura, qualia prophetarum ſunt dicta, complectitur. Conſtat autem Dei id Euangelium eſſe, id eſt patris, qui nobis illud ut eſt [illegible] & ipſe ſimul [illegible]

In ueteri lege deus ſolis Iudæis erat notus. tuit. Nam etſi in veteri haud quaquã erat lege obſcuru[illegible] tamen Iu[illegible] ſcebatur. Neq; ab illis ut pater eſt cognitus. Demũ per [illegible]ngelium ter[illegible] ſe ac filiũ patefecit, id ipſumq; & per prophetas ſuos prænunciauit. Nam cum Euangelium tanquã nouum aliquod & inſolens præconiũ homines detrectare [illegible] arguit hoc multis ſæculis gentiũ nationem præceſſiſſe, fuiſſeq; à prophetis longe ante con-

Euangelii nomen Dauid & Eſaie notum. ſcriptum. Siquidem apud Dauid id ſit Euangelij nomen compertũ, cum inquit: Dabit verbum euangeliçantibus virtute multa. Et Eſaias item. Q. pulchri ſuper [illegible] pedes euangeliçantiũ pacem. IN SCRIpturis ſanctis.) Neq; enim ſermone ſolũ, ſed ſcriptis etiam nitebantur prophetæ, per eaq; & futura præfigurabant, quemadmodum & per Iſaac, Abraam, & per ſerpentem Moyſi, & per manuũ extenſionem, & iugulationem agni ventura præcinuerat. Cum enim magni aliquid moliturus eſt deus, longe ante prædicit. Enimuero cum multi (inquit) prophetæ cupierũt videre quæ vos videtis & non viderunt, ſe ſe in carne illos negat vidiſſe, nec ſigna quidem ſpectaſſe affirmat omniũ in conſpectu per ſe factitata. DE FIlio eius, qui factus eſt ex ſemi-

Duplex filii ortus. ne Dauid ſecundũ carnem.) Liquido hoc loco duplicem filij [illegible] deſignat. Cum enim de filio eius inquit, id eſt dei, supernã creationem oſtendit. C[illegible] qui ex Dauid ſemine factus eſt adijcit, inferiorẽ hanc & carnis originẽ exp[illegible]ndũ vero carnẽ cum addit, eundẽ eſſe vel ſecundũ ſpiritum genitũ pate[illegible]quaquã ergo eſt de ſimplici homine Euangeliũ promulgatũ, cum de filio dei [illegible] cõſtet. Neq; de ſimplici Deo. Quandoquidẽ ad eum etiã qui ex Dauid ſemine ſecundũ carnem ſit procreatus, noſcat̃ ſpectare, ad eundẽ igitur utrũq; id proculdubio, & de [illegible] Da-

Neſtorius. uid filiũ ſpectat. Pudeat ergo ſuarũ ineptiarum Neſtoriũ, tametſi de Chriſti carnis hac genitura, haud ſecus faciat mentionẽ, quam et Euangeliſtæ fecere, perinde ac ex ea velit ad supernã & cœleſtem illam originẽ auditores traducere. Siquidem dominus ipſe primo viſus eſt homo, deinde deus eſt cognitus. QVI prædeſtinatus eſt filius dei, in virtute ſecundũ ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum IESV CHRISTI dñi noſtri.) Superius dixit quemadmodũ eſſet de filio dei Euangeliũ promulgatũ, nunc vero cõfirmat & diſſerit quo pacto ſit pro Dei filio cognitus Ieſus, cũ inquit. Qui p̃deſtinatus eſt, id eſt oſtenſus, cõfirmatus, & iudicatus. Ab uniuerſis nanq; aſſertũ eſt, hunc dei filiũ eſſe, quomodo? in virtute nimirũ, id eſt ex ſignorũ quę factitabat potentia. Quinetiã per ſpiritum ſanctificationis, id eſt ex ſpiritu per quẽ credentes ſanctos efficeret, quod ſane dei eſt munus. Inſuper vel a mortuis reſurgendo. Primus quippe & ſolus ſe ſuſcitauit, qua ex reſurrectione, dei eſt filius iudicatus, & ſpectatus a plurimis, quod profecto haud quaq; parui exiſtimandum eſt. Sic enim & ipſe inquit. Cum autẽ aſſumptus fuero, tunc cognoſcetis quia ego ſum. PER quẽ accepimus gratiã & Apoſtolatum.) Attende q; illud modeſte narret. Nil inquit eſt noſtra virtute actũ, ſed per filiũ cuncta accepimus. Atqui per

Paulus & Barnabas ſegregati. ſpiritum et Apoſtolatũ acceperat & gratiã. Paulus, Inquit enim, iſte vos diriget. Et ſpiritus ipſe ſic loquit̃. Segregate mihi Paulum & Barnabam. Inſuper per ſpiritũ eundem datus eſt ſermo Sapientię. Quid multa? Sunt quidem & filij quæ ſpiritus ſunt, & contra, quæ filij, & ſpiritus ſint neceſſe eſt. Gratiã inquit accepimus & Apoſtola-

Apoſtolorum officium. tum, hoc eſt haud quaq; noſtra virtute effectũ eſt, ut Apoſtoli fungeremur officio, ſed gratia ſuperna tributum, & qua vel perſuadendi modus defluxit, ſiquidem circumagari & Euangeliũ prædicare Apoſtolorũ eſt muneris, dei vero audientibus

In ſophiſtas theologos. perſuadere. AD OBediendum fidei.) Haud ſane ad verborum contentiones & quæſtiũculas ſumus, & ad inanes molitiones nos miſſi, ſed ut fidei obtẽperemus, ut

& cæteri

& cæte[illegible] inquit a nobis inſtrucli, nihil renitendo fidem accipiant.

IN OMNIbus gentibus pronoie eius.) In cunctis nationibus gratiā inquit accepimus, nec ipſi modo, quin & cæteri Apoſtoli. Neq; eñ nationes uniuerſas adiuit Paulus. [illegible] forte dixerit [illegible]ſpiā, & ſi minus cū in humanis hic ageret, vita tamē perfunctus per ſuas epiſtol[illegible] gentes oēs, & nationes peruaſit, ut tamē Chriſti nomine [illegible] tamen Chr[illegible] percepta ſubſtantia crederent illi. Quandoquidē ex ſignis [illegible] citaret, nō[illegible] Chriſtus apud mortales & famā adeptus. Vel id pro cui dubi[illegible] fide & credul[illegible]tate indiguit, quod ſane nec capi poterat animo. Aduerte tamen Euangelij donū. N[illegible]q; enim uni cuipiā nationi quemadmodū & Iudæis lex illa vetuſtior, iſtiuſmodi data [illegible]ſt gratia. IN QUIbus & vos vocati eſtis IESV CHRISTI.) Hoc loco Romano[illegible] deprimit inſolentiā. Neq; enim inquit qui rerū potiri videmini, plus cæteris eſtis quippiam conſecuti. Quandoquidē reliquis, ut & vobis Euangeliū prędicam[illegible]s. Ne itaq; inſoleſcite. Vel aliter. Eſtis quidē et vos vocati, per gratiā admiſſi, no[illegible] tro adeuntes. OMNIbus qui ſunt in Roma dilectis deo vocatis ſanctis.) nec ſimpliciter Romæ manētibus uniuerſis, ſed deo duntaxat dilectis. At unde poteſt hmōi comprehendi dilectio? Nimirū ex ſanctificatiōe ipſa. Sanctos nanq; appellat fideles, repetitq; vocatis ſecundo, ut diuinū his Beneficium cōmemoraret, aperiretq; per gratiā fuiſſe vocatos. Et ſi ex patriciorū eſtis & cōſulariū numero; vocauit, perinde ac ſi dicat, tamē vos deus vocatione eadē, qua & infimos & ſine magiſtratu homines euocaſſet, nec ſecus vos atq; illos ſanctificauit. Cum itaq; & amorē ſitis & [illegible]tionē ac ſanctimoniā cum cæteris parē ſortiti, nequaq; erit vobis in tenuiores [illegible] in[illegible]mos ſuperbiendum. GRATIA vobis & pax.) Pacem hanc Chriſtus & Apo[illegible]olis ipſis iniunxit alienas domos ingredientibus ploqui. Pax vero nequaq[illegible] [illegible]itias ſoluet, quas nobis cū Deo praua facinora pepererūt, ea tamē nullis noſtri[illegible] laboribus, ſed diuina indulgentia nobis obuenit. Præcedit itaq; gratia pacem. Id vero utrūq; bonū perpetuo Paulus manſurū præcatur, ne forte nobis rurſum in peccata labentibus, aliud quoddā inſurgat bellum. A DEO patre noſtro & dñi noſtri IESV CHRISTI.) O quantū inualuit diuinæ gratia charitatis, ſiqdem ipſi qui & viliores ſumus, & honorū expertes, deū ſimus in patrē nacti. Si igitur in quit a deo patre CHRISTO IESV dño gratia vobis firma & ſtabilis, qui eam & elargiri poteſt, & in longū ſeruare. PRIMVM quidē gratias ago deo meo per IESVM CHRISTVM pro oībus vobis, quia fides veſtra annunciať in uniuerſo mūdo.) Decet hoc Pauli preces exordiū, quo & ipſi ad gratiā deo habendā inſeruimus. Nec ſolum pro ijs quæ in nos ipſos, ſed quæ in proximum collata per eum ſunt beneficijs. Quod utiq; vere eſt charitatis indiciū. Agit aūt Paulus gratias haud ſane pro terrenis hiſce & labentibus bonis, ſed ob eam quā Romani fidem ſuſceperant. Deo vero meo cum inquit, animi ſui aperit affectū, quando cōem omniū deum ſuum hic facit. Quemadmodū & Prophetæ ſolent. Quin etiā & deus ipſe, Abraam Iſaac & Iacob deū ſe nominat, ut ſuā erga illos patefaciat charitatē. Dicit aūt per IESVM CHRISTVM ſe gratias agere, quia pro nobis ille apud patrē ad impetranda beneficia intercedit. Nec ſolū nos ad grās huiuſcemodi agendas inſtituit, quin & patri has defert, cum referunť. Enim vero vel eo gratias agit, q; Romanorū ſit fides in orbē uniuerſum vulgata. Porro duo quædā in Romanis ſuo teſtimonio probat, & quia in Chriſtum crediderint, & tanta cū gloria, ut eorū fides terrarū orbem peruaſerit. Qua ex re ingentē cunctis mortalibus obuenturā utilitatem exiſtimat, qui ſtudio ſint inflāmati regiā urbem ſectandi. Dicit ꝑterea & deo gratiā, quia & Petro diſcipulo credidiſſent, qui id temporis Euangeliū prædicaret, quo cum oīa ſibi cōmunia duceret.

TESTIS eſt mihi deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filij eius.) Ne forte id dictū minus videreť cum ſubſequētibus cōuenire, ſiquidē dicturus eſt ſe illorum habere memoriā, præſertim quos antea nunquā vidiſſet, teſtem inuocat cordiū cognitorem. Aduerte quanta inſit Apoſtolo animi affectio, quanq; ardentiſſima in

Paulus quomodo dicatur in cunctis gentibus gratiam accepiſſe.

Gratia Euangelii ad omnes pertinet.

Romanorum inſolentia.

Gratia præcedit pacem.

Deus cur dicatur deus Abraam Iſaac Iacob.

proximũ charitas ut inter orandũ vel eorum reminiſcatur, & Deo cõmendet, quos nuſquã ſpectaſſet.

Dei cultus ſpiritalis.

Seruio aũt deo, id eſt ſpiritui meo ſeruio, cuius non carnalis, ſed ſpiritalis eſt cultus. Gentilis ſane fallitur, carnalis eſt. Iudaicus vero, & ſi non fallit, carnalis tamẽ & ille eſt. At Chriſti ſeruitus cultusq;, et verus eſt & ſpiritalis. Sicuti et dñs ipſe Samaritẽ alloquitur. Veri (inquiens) oratores, in ſpiritu & veritate adorãt.

Multi modi deo ſeruiendi.

Sed ſeruiendi qdem diuerſus eſt modus, alius eñ Deo inſeruit, cum illi ſoli pro viribus vacat. alius cum peregrinorũ ſuſcipit curã, uel viduas tutatur, quales erant qui circa Stephanũ verſabantur. Alius p̄terea ſermonẽ miniſtrat. Propterea Paulus inquit, ego ſeruio in Euãgelio filij. Quãuis ſuperius patris illud eſſe dixiſſet. Quod ſane nequaq̃ debet mirũ videri. Quæ eñ ſunt patris, & filij ſunt, & quæ ſunt filij, & patris erunt. Quod eo inquit, ut oſtendat ſibi neceſſariũ eſſe, ut hanc pro eis curã ſuſcipiat. Nam qui ſemel Euangelij adminiſtrationẽ accepit, pro oĩbus, ut ſtudiũ impendat & curã, oportet, qui verbũ exceperint. OBSEcrans ſi quo modo tandẽ aliquando proſperum iter habeam in volũtate Dei veniendi ad vos.) Nunc cauſam adijcit cur illorũ memoriã habeat, ad vos ſcilicet inquit ut veniam. Attende quanto illos honore proſequebat̃, quos viſere & Deo volente maturet. Nos vero uel afficimur nemini, vel ſi quẽ forte amamus, præter Dei id agimus voluntatẽ.

Non egre ferendum ſi precando nihil cõſequimur.

Paulus vero ex ingenti quadã charitate ſpectare illos aſſiduo precabat̃. Q; autẽ id omne Dei arbitrio ſubieciſſet, eius modeſtiã præferebat. Quo circa & nos, cum nil precãdo conſequimur, haud quaq̃ id ægre feramus. Neq; eni Paulo ſumus nos potiores, qui pro carnis ſtimulo & libidinũ incentiuis cum tertio iam dño ſupplicaſſet, nequaq̃ uoti compos effectus eſt. id eñ illi conducere videbatur. VT ALIquid vobis impertiar gratiæ ſpiritalis.) Solẽt pleriq; rei alterius gratia peregre proficiſci. ipſe vero ego ſum ad vos p̄fecturus, ut aliquid vobis impertiar. Id ſane modeſte locutus eſt, neq; eñ ut vos inſtruam dixit, ſed quod ipſe acceperim vobis impertiar. Quodcunq; eñi in diſcipulorum cõmodum præceptor impertit, muneris loco habendum eſt. Quin etiam & noſtræ virtutes velut dona ſunt opis diuinæ egentia. AD CONfirmandos vos.) Id eſt conſolari in vobis per eam, quæ inuicẽ eſt, fidem veſtrã ac meam. Tacite arguit non mediocri hos indigere correctione, quod tamẽ ſi apertius explicaret, admodũ illis moleſtũ foret. Dicerent eñ, quid inquis, num ipſi vel loco moti ſumus, vel longius iter emẽſi, te adiuimus ſupplices? vel tua opera indigemus ut obfirmemur in fide? Ad hæc Paulus ſubinde id modeſte dicit. Cauſa meæ ad vos profectionis eſt quidem futura, ut memetipſum ac vos tandẽ conſoler, qui multis eſtis affecti moleſtijs, Quo circa viſendi vos mihi inceſſit cupido, ut ſolamen dũtaxat afferrẽ mœrentibus.

Pauli in ſcribẽdo prudentia.

Vel potius, ut ipſe conſolatione afficerer. Id qdem erat in utriusq; cõmodum haud dubie conceſſurũ. Nam ut ſolent ſeruitia dum inter ſe congregant̃ plurimũ recreari, ſic & fideles malis multis & grauioribus afflictati, mutua adhortatione alleuant̃. Quæret aliquis? Num Paulus horũ vel ſolamine vel ſocietate indiguit? Nequaquã. Verum ideo agebat, ne acerbiorẽ epiſtolam redderet, neue ut illos ut diximus laceſſeret. Vnde ſe inquit opus habere ut ab his conſolet̃. Q; ſiquis hoc loco conſolationẽ læticiam dixerit, & eam præcipue quæ ex illorũ adaucta fide ſuſcepta ſit, eandẽq; paulo affirmet neceſſariã, recte dixerit. Quod utiq; ex eo p̄ſpicuũ eſt, quod poſtmodũ ſubdit. Per eam quæ ad inuicem eſt, fidem veſtrã ac meam. Perinde ac ſi dicat, ipſe vero, Quandoquidẽ veſtra mihi ſpectata eſt fides, & conſolabor & afficiar iocunditate. Vos vero per meã confirmabimini, ex his conſolatiõe accepta, in q̃bus fortaſſe ob animi puſillanimitatẽ, nutabũdi eſtis & labantes, quod tamẽ nec palam aperit, ſed ut dictum eſt, tacite infert. NOLO autem vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum uſq; adhuc.) Quoniam ſuperius dixerat, obſecro ſi quo modo ad vos iter habere queam, poſſet ne iniuria quiſpiam eum hoc pacto cõmonefacere. Si eñi ipſe & uotis & precibus ſæpe depoſcis, & hos conſolari, & te conſolationis huiuſce facere non expertẽ, quid impedit quo

dit quominus cōuenire hos queas? id ſane inquit quia Dei iuſſu prohibeor. Vides
quã ille non prorſus cauſam diuinæ huius inhibitionis conquirat. Sed paret, nil hæ-
ſitans, Dei imperio, nos inſtructurus, ne curioſius quæ Deus geſſerit, exquiramus.
Aperit itaq; Romanis, nec ſegnicie ſe, nec eorũ contemptu quodã teneri, quin iter
ſtatim ad eos arripiat, adeoq; ſe illorũ flagrare Beneuolentia, ut quantũ in ſe ſit, neq;
coercitus, quoq; pacto obſiſteret, quin iterum atq; iterum proficiſci ad eos tentaret.

Non eſſe curioſe quærenda facta dei.

VT ALIquem fructũ habeam in vobis, ſicut & in cæteris gentibus.) Cum eñ
inſignis eſſet & conſpicua ciuitas Romanorũ, uniuerſiq; ob admirationẽ & gloriã
ad eam confluerẽt. Nequis Paulum crederet viſendæ urbis cupiditate, qua & cęteri,
duci, ſic inquit. Eam ob cauſam adire vos cupiebam, ut fructũ aliquem conſequar.
Soluit præterea occurſurã forte ſuſpitionẽ. Dicet aliquis, ea propter ipſe detentus
es, quia pro Dei voluntate haud quaq; Romam cõtendere anio tuo inſederat. Eoq;
id ſubdit, ut fructũ (inquiens) referrem. Neq; eñ aperte vel prædicandi vel inſtruen
di gratia ſe acceſſurũ dixit. Sed moderatius agens, ut fructũ aſſequar intulit. Quem
admodũ & illud ſuperius, ut gratiã vobis impertiar. Frenandi aũt hos gratia & cor-
rigendi, ſicut & in cæteris gentibus dixit. Proinde id inquit, neq; enim & ſi vobis ſit
terrarum orbis imperiũ, cæteris vos nationibus potiores exiſtimauerim, quin pari
apud me cũ reliquis conditione utamini. GRAEcis ac Barbaris, ſapientibus & in-
ſipientibus debitor ſum, ita quod in me promptũ eſt, & vobis qui Romę eſtis Euan
geliçare.) Vel id Pauli præfert modeſtiam. Nihil eñ vobis præ cæteris affero mu
neris, ſed domini mandatũ adimpleo. Quinetiã vobis gratiæ ſunt Deo agendæ. Eſt
nanq; ille largitor, ipſe vero debitor ſum, & irrecuſabile debitũ habeo prædicandi.
Quod & ad Corinthios dicit. Væ mihi ſi non Euangeliçauero. Sum itaq; prompti-
or & vobis Euangeliũ prædicare, & ſi ꝑuiſa ſint mihi diſcrimina, adeo hic ob Chri-
ſti gratiam ſe exercendi ſtudio incẽdebatur. NON enim erubeſco Euangeliũ, vir
tus eñ Dei eſt in ſalutẽ omni credenti Iudæo primũ & Græco.) Cum eñ Roma-
ni magnopere Pauli opinionẽ obſtupeſcerẽt, quippe qui CHRISTVM eſſet IESVM
prædicaturus, qui oẽm ignominiam ſubijſſet, & ob id forſitan eos Saluatoris pude
bat. Idcirco nunc Paulus nequaquã (inquit) Euangeliũ erubeſco, et illos interea edo
cet minus Chriſti pudere. Quãdoquidem & ſe nihil Chriſti pudeat crucis, ſed hanc
ſibi decori ducat & ornamento. Cunq; & illi de ſapientia iactarent, ipſe inquit cru-
cem venio prædicaturus, quã minime erubeſco. Virtus eñ Dei eſt in ſalutem, cum
& in perditionẽ hæc ſæpe ſit & interitũ, ut illud, Timete qui poteſt in gehennã per-
dere. Quæ igitur Paulus ipſe nunc prædico, non cruciatũ aut perniciem continent,
ſed ſalutem. Verũ cui hæc futura eſt ſalus? Nimirũ credenti. Neq; enĩ cunctis ſalu-
tiferum eſt Euangeliũ, ſed his duntaxat, qui illud exceperint, Iudæo primũ & Græ-
co. Primũ illud honoris ordinem exprimit, non gratiæ abundantiam. Neq; plus ali
quid Iudæus eſt iuſticiæ conſecutus quod maiora acceperit, ſed quia prior eam ſuſ-
ceperit honoratur, & verbo tenus honorẽ aſſequitur. IVSTICIA enim Dei in eo
reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt. Iuſtus autẽ ex fide viuet.) Aſſerens
in Salutẽ futurum Euangeliũ, & modum explicat, quo fieri id queat, Videlicet Dei
iuſticiam Salutem nobis attuliſſe, non noſtram. Quam enim ipſi iuſticiam habere-
mus, qui abominationibus ſumus et perditis facinoribus inquinati? Sed Deus nos
ipſe non ex operibus, ſed ex fide iuſtificauit, quæ debet vel in maioribus quandam
& ampliorem fidem perficere. Nec enĩ ſat eſt priores fidem hanc excepiſſe, ſed erit
etiam fidei huius ductu ad perfectiorem credulitatem progrediendũ, ad imotum
videlicet & ſtabile firmamẽtum. Quemadmodũ & Apoſtoli his verbis ſunt ad do-
minũ uſi. Adde nobis fidem. Confirmat autẽ eius dicta, cum inquit, dico autẽ vobis
quoniã ſumus ex fide iuſtificati ex Abraam. Iuſtus enim (inquit) ex fide viuet. Cum
eñ ea quibus a Deo donati ſumus, mortales nequeant cogitatiõe complecti, meri-
to nobis eſt fides hæc neceſſaria. Quã ſi ſcrutari hæſitando ceperimus, omniũ pro-

Ciuitas Romanorũ inſignis & conſpicua.

Paulus debitor.

Prædicandi officium.

Iudæus Græco præponitur ordine nõ gratia.

Euangelium quibus ſalutiferum.

cul dubio patiemur iacturam. REVELA tur em̃ ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſticiam hominũ eorum, qui veritatẽ in iniuſticia detinent.) A melioribus exorſus, inquiensq; iuſticiã Dei in Euangelio reuelari, infert deinceps quę poſſunt inferre formidinẽ. Nouerat em̃ multos mortaliũ timore ad virtutẽ induci. Sic nanq; et Deus poſt regnum cœleſtẽ & gehennam cõminatur. Prophetæ inſuper bonis propoſitis & mala prænunciant. Quia illa Dei præcedente ſenten ia, hæc noſtra obueniant negligentia. Aduerte ergo quã habeant hæc dicta ſequel m. Venit (inquit) dominus, iuſticiam tibi & erratorũ deferens remiſſionẽ. Quas ſi haud quaq; exceperis, dei tunc ira e cœlo retegitur, quæ ſcilicet in ſecundo eius aduentu futura eſt. Cuiuſmodi iræ & ſi in præſenti participes ſumus, ad caſtigationẽ tamen illa infertur, quã tunc ad ſupplicium duntaxat experiemur. Quia & ſi in hac vita ab hominibus maxime diuexamur, tunc tamẽ perſpicue a Deo cruciabimur. In omnẽ impietatem. Verus cultus & pietas ipſa unũ ſunt, impietas vero diuerſa & multiplex. Eoq; omnẽ dixit impietatem, perinde ac ſi multis ad eam itineribus acced tur. Et iniuſticiam hominũ. Differt impietas ab iniuſticia, illa em̃ in Deum, hæc dici in homines poteſt. Per illam contẽplatione delinquitur, hac opere & factis peccatur. Multæ autem & huius ſunt viæ. Infert em̃ quis iniuriam proximo cum alienã uxorem adulterauerit, cum pecuniam ſubtrahit, cum famã carpſerit. Dicunt nõnulli iniuſticiam Paulum pro adulterinis dogmatibus poſuiſſe. Quid vero illud ſit, qui veritatem in iniuſticia detinent, audi. Veritas ipſa, ſiue Dei cognitio, fuere hominibus ab initio indita. Hanc veritatem & notionẽ in iniuſticia gentes detinuere, q quantũ in ſe erat deprauarũt, cum ad idola Dei gloriam tranſtuliſſent. Nec ſe us egerunt ac qui acceptam pecuniã in imperatoris laudem impendendã, ubi hanc o nẽ in predones & ſcorta conſumpſerint, fatebuntur hi plane omnes iniquc ſe ergã imperatoriã maieſtatem geſſiſſe. Gentiles igitur veritatem in iniuſticia detinebant, id eſt iniuſtius occultabãt, obſcurabantq; Dei cognitionẽ, qua ſunt indecẽter uſi. QVIA quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis. Deus eni illis reuelauit. Inuiſibilia eni ipſius a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur, ſiue ſempiterna virtus eius & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.) Dixit ſuperius gentiles ipſos in dei cognitionẽ fuiſſe iniquos, ſiquidem ea abuſi ſunt. Vnde igitur liquet hanc illos habuiſſe cognitionem? Hinc ſane, quia quod notũ eſt Dei, erat & his manifeſtum. Deinde id ipſum cõfirmat dicens. Quoniã ex optima hac creatorum diſpoſitione, conditor ipſe laudibus efferebatur. Sicuti & Dauid inquit. Cœli enarrant gloriam Dei. Quid autem dei ſit notum hoc pacto perdiſces. In deo quidem nonnulla ſunt, quæ haud quaq; cognitione complecti poſſunt. Nonnulla quæ cognitu facilia. Inſunt autẽ quæ minus humanis ſenſibus innoteſcunt. Ea profecto, quæ diuinæ ſubſtantiæ ſunt, Bonitas, ſcilicet Sapientia, Virtus, diuinitas ipſa ſiue magnitudo, quæ inuiſibilia Dei Paulus nuncupat. Noſcuntur tamẽ ex hac mirabili rerum ſtructura. Gentibus itaq; uniuerſa aparuit, quæ poſſunt in ſe cognoſci. Et nota ſunt Dei, id eſt quæ circa eius ſubſtantiam ſunt. Quæ & ſi cerni oculis nequeunt, mẽte tamen ex hac conditarũ ab ſe rerum ſerie comprehenſibilia ſunt. Pleriq; vero inuiſibilia, (nec recte ut arbitror) angelos dicunt. Refert autẽ e patribus quidam æternã potentiam filiũ eſſe, diuinitatem vero ſpiritũ ſanctum. Vt eſſent inexcuſabiles. Aduerte hanc ſcriptorũ proprietatẽ. Neq; eni hæc Deus effecit, ut excuſari non poſſent gentiũ nationes, ſed ſacrarũ literarũ conſuetudinẽ ſectatus Apoſtolus. Frequenter em̃ & multis in locis his ſimilia perlegunẽ, quale illud eſt Dauid. Quoniã malum corã te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas &c. Quod & ſi minus eſt, videt tamen abſurdũ, perinde ac dicat, & ſi tuis ſum dñe obſtrictus beneficijs, attamen pter oẽm ſpem meã in te deliqui. Quo fit ut iuſtificatus, ipſe victor euadas. Tunc em̃ deus iuſtificat, cum ſumus ipſi in eum de nobis bene merentẽ ingrati. Nec quicq; habemus quod

Ira dei in hoc ſeculo quantũ differat ab ira futuri ſeculi.

Impietas ab iniuſticia quid differat.

Dei cognitio hominibus indita, et a gentibus deprauata

Inuiſibilia dei quæ.

Alias paruere

mus quod excuſare poſſimus. Atqui eo gentilibus nulla eſt errati excuſatio, qa cum *Gentes inexcuſabiles.*
dei notionē ex hac mūdi machina habuiſſent, haud tñ pro eius dignitate hūc ſunt ve
nerati. Nec tanq̄ omniū Conditori gr̄as retulere. Quin potius debitos illi honores
in idola tranſtulerūt. SED EVAnuerūt in cogitatōibus ſuis, & obſcuratū eſt inſi-
piens cor eorū. Dicentes eñi ſe eſſe ſapiētes, ſtulti facti ſunt.) Cauſam exponit qua
illi in tantā ſint veſaniā prolapſi. Opinatōibus eñ quibuſdam oia pmiſerunt, cū vel
lent in figura, q caret figura, & in corpore, q ſit incorporeus mēte concipere. Sic fit,
ut vani eſſe penitus arguanť. Quippe q nequeant ad ullū cogitationū ſuaꝝ finē eua
dere. Inſipiens aūt illoꝝ cor eo appellat, qa nil pr̄ſus voluerint fide pcipere. Vnde &
vani deprehenſi ſunt. Verū qs error eos induxit ut cogitationibus oia demādarent?
Nimirū qa ſapientes ſe crederēt, ideo ſunt ad inſaniā redacti. Quid eñ veſanius q̄ la *Cōmutare gloriam dei.*
pides venerari et ligna? ET MVTAuerūt gloriā incorruptibilis dei in ſimilitudinē
imaginis corruptibilis hoīs, et volucrū, & quadrupedū, & ſerpentū.) Ille cōmutat
qui alteri q̄d habet concedit, ut aliud quippiā aſſequať. Hi itaq; cū dei cognitionē ha
berent, hanc perdiderūt, ut aliqd ultra q̄ habuiſſent ſibimet vendicarēt. Vnde ab eo
q̄d nacti iam erāt, exciderūt. Circūdedere aūt incorruptibilis dei gloriā non hoī, ſed
imagini corruptibilis hoīs. Quodq; deterius eſt, vel adusq; reptantia ipſa, vel horū
imagines potius delati ſunt. Tam liquido iſti inſaniūt. Siquidē mentem quā in eum
intēdere oportuiſſet, qui oībus incōparabiliter eſt excellentior, his applicarūt, quæ
incōparabiliter ſunt cæteris viliora. Deo aūt ad gloriā cedit, cū noſciť & condidiſſe
oia, & uniuerſis pſpicere, & reliqua quæ illū decent, cogitatione & anīo admittunť.
Errata aūt eiuſmodi nōnulli utiq; cōmiſerūt, & hi qdem qui apud gentes ſapientio-
res ſunt habiti, & Aegyptij ipſi. Hi nanq; de reptilium differunt imaginibus.

PROPTER quod tradidit illos Deus in deſyderia cordis eorū, in īmundiciam, ut *Aegyptij ibin,*
contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, qui mutauerūt veritatem dei in men *crocodilum,*
daciū, & coluerūt & ſeruierūt creaturæ potius q̄ creatori, qui eſt benedictus in ſæ- *cerropithecū*
cula Amen.) Tradidit, id eſt permiſit, ſiuit, nec ſecus q̄ medicus ſolet, qui cum va *colebant.*
letudine laborāti ut reſaneſcat medeť, deinde ingraueſcenti morbo, ut affligeť eun-
dem pmittit, ſi incontinentē videat, & ſibi minus obtēperantē, laxatq; illi habenas,
ut ſuopte arbitrio uſus, a morbo mīme conualeſcat. Nōnulli vero tradidit Deus, ſic
capiūt, id eſt cōuicia in deū illata. Quemadmodū huic illi ve dicimus argentū fuiſſe
exitio, cū conſtet nequaq̄ argentū afferre interitū, ſed argenti abuſum. Saulem dici-
mus & Solomonē perdidiſſe imperiū, id eſt eo illos deperditos, qa praue ſint īperio *Tradidit in reprobū ſenſum*
uſi. Sunt igiť ob innatā nequitiā in īmundiciē traditi, ut nihil indigeāt opera aliorū *quid.*
ad cōtumeliam īmundicies? Quid cū ipſi ſibi eam intulerint. Immundiciē vero vitia
quæq; ipuriſſima dicit. At ſi quæras unde hi ſint in īmundiciā traditi, ex ea dixerim
quā Deo inferūt contumelia. Nam qui Dei nullā habuerit rōnem, nec illū attende-
rit, mox vitæ totius iacturā faciat neceſſe eſt, quēadmodū inqt & Dauid. Dixit inſi
piens in corde ſuo, non eſt deus. Et paulopoſt. Corrupti ſunt & abominabiles facti
ſunt in ſtudijs ſuis, tranſtulerūt enī quæ dei ſunt, & circūiecere cōmenticijs & fallaci
bus dijs. Coluerunt, id eſt re ipſa & opere horū ſe ſeruituti addixere, quos colerent.
Gratia vel latria eñ honor eſt, qui actu & opere exhibeť, quod cultū nos dicimus.
Neq; id ſimpliciter dixit, ſed plusq̄ creatori adiunxit, cōparatione quadā crimen at-
tollens. Veruntamē ille inqt eſt in ſæcula benedictus. i. nil eſt iuſtorū offenſus cōtu-
melijs, ſed haud dubie in ſæcula benedictus. Quippe cui maledici nō poteſt. Amen
vero id ipm confirmat. PROPTEREA tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.
Nā fœminæ eoꝝ īmutauerunt naturalem uſum, q eſt contra naturā. Similiter aūt &
maſculi, relicto naturali uſu fœminæ, exarſerūt in deſyderijs ſuis inuicē, maſculi in
maſculos turpitudinē operātes. Et mercedē quā oportuit erroris ſui in ſemetipſis re
cipientes.) Rurſum dei deſtitutionē, traditionē appellat. Nam quēadmodū hi qui *Deſtitui a deo*
dei cultū ad idola tranſferūt, in perditionē traduntť, ſic & in vita abominabiles fiunt, *quid ſit.*

quinaturali voluptate relicta, q̃ et facilior & ſuauior ſit,in eã quæ contra naturã eſt
collabunť. Quæ & difficilior eſt,& inſuauior,et,ꝓrſus abominãda. Cum eñ cõmu-
Naturalis uo- tauerũt,inqt,oſtendit his omiſſis q̃ ſibi natura ſunt inſita,ad nefaria quædã traduci.
luptas facilior Dixit de mulieribus,& tacite qdem turpe aliquid & obſcænũ, quod nec dici fas eſt.
ac ſuauior. Dixit ſupra & de viris,q̃d in ſe inuicẽ exarſerint,incentiua libidinis & furias expli-
cans. Neq; eñ rei venereæ dixit cupiditatẽ, ſed turpitudinẽ intulit, arguẽs iſtiuſmo-
di viros naturã ignominia affeciſſe. Cũ uero dixiſſet in deſyderijs ſuis hos exarſiſſe
ne forte exiſtimes libidinis eſſe hunc morbũ, operantes adiecit.i. ĩmundicie operã da-
bãt,opus id ſuũ eſſe exiſtimãtes,recepta (quod a deo hi defeciſſent) mercede erroris
ſunt freti,quo ad idola deſciuerũt. Quo fit,ut hac in turpitudine & fœdiſſima volu
ptate pœnas luant. Vtpote quæ p̃ter naturã ſit & plena ĩpuritatis. Hæc autẽ Paulus
infert,q̃a nondũ queat de gehẽna quippiã iſtis ꝑſuadere. Proinde dicit,& ſi gehen-
nam diffitentur & futura ſupplicia,his tñ hæc facta ad ſuppliciũ ſibi futura ſat ſunt.

ET SICVT non probauerũt Deũ habere in noticiã,tradidit illos deus in reprobũ
ſenſum ut faciant ea q̃ non cõueniũt.) Ecce iterato ac tertio eandẽ ſñiam repetit,eo
demq; uſus eſt verbo tradidit, ubiq; cauſam aſſerens, hoſce ſcilicet homines deũ ob
ipſorũ impietatẽ idcirco deſeruiſſe. Sicuti & hoc loco, q̃a non ꝓbauerũt deũ habere
in cognitionẽ,unde & traditi ſunt in via nõ ignorãtiæ, ſed meditatiõis atq; Scientiæ.
Quod ſane deo eſt cõtumeliæ. Neq; eñ dixit ignoraſſe hos Deũ, ſed improbaſſe.i.
nõ iudicaſſe deũ ſe habere in notionẽ, ſed ultro ſibi delegiſſe ĩpietatẽ ſectandã. Non
ergo per carnẽ,ut hæretici ferũt,delinquiť, ſed corrupti iudicij vitio peccať. Siquidẽ
priores illi dei noticiã improbarũt,deinceps a deo ꝑmiſſi ſunt in reprobũ ſenſum de
Tradi à deo. ferri. Dei eñ a q̃uis ſeceſſio ſiue deſtitutio , in ſacris lr̃is traditio noĩatur. Et lepido
qdem patrũ non nulli exẽplo ſunt uſi,quo dictũ id,tradidit eos deus, leniret. Dicũt
eñ hoc ſe haud ſecus hr̃e,ac ſi q̃s ne Solẽ intueať oculos claudat, progreſſuſq; parũ
per,in foueã collabať. Eſt p̃terea tritũ ꝓuerbiũ,nondũ Sol ipſe ĩſpectus, hunc illũve
in ſcrobẽ impegit. Nec ob id q̃d ira incẽſus Sol hoĩem ꝓſtraſſet, ſed q̃a obſtructis o-
culis lucẽ non vidiſſet. Cur aũt lucẽ Sol minus p̃buerit ſi q̃ras,nimirũ q̃a oculos ille
occluſit,ne lucẽ admitteret. Sic deus hos in ignominiæ tradidit paſſiones,q̃bus ipſe
plane eẽt incognitus. Eiuſmodi tñ dei ignoratio ab illis orta eſt,q̃ nequaq̃ ꝓbaſſent
.i.non iudicaſſent dei ſe hr̃e notionẽ. REPLETOS omni iniq̃tate.) Aduerte quẽ
admodũ progrediendo rẽ augeat. Cum eñ hos dicit iniq̃tate oppletos, arguit ſane
Fornicatio. ad ſummã nequitiã perueniſſe, infert deinceps & nequitie ſpẽs. FORNIcatione.)
Oẽm ꝓrſus ĩpuritatẽ hoc fornicatiõis noĩe cõplexus eſt. MALItia.i.in proximũ
inſidijs.) AVARIcia,pecuniarũ videlicet cupiditate. NEQVItia,odio ſcilicet.)
PLENOS inuidia,homicidio.) Ex inuidia gigniť homicidiũ. Abel eñ cum ei a
fratre inuidereť,enectus eſt. Et ex liuore Ioſeph morti fuit ꝓpinquus. CONTEN-
tione,dolo.) Ex inuidia cõtentiões emanãt & doli,ut ei noceať cui iam inuidetur.
MALIgnitate.) Ea.ſ.quæ in ꝓfundo latet neq̃tiæ, & bonitatẽ mentiť. SVSVR-
rones.) Qui clã alienæ derogant famæ. DETRActores.) Qui palã. DEO odi
Superbi. biles.) Qui deũ oderunt,vel deo ſunt odio. CONTVmelioſos, ſupbos, elatos.)
Iam malorũ arcẽ conſcendit, ſupbiam .ſ. Qui eñ efferť ſuperbia, vel bonũ amittit
quod egerit,quãto magis qui mala. Neq; eñ poterit hic perpetrati facinoris ob inſo
lentiã pœnitere. Veruntamẽ intelligas velim ſupbos dei eſſe contẽptores. Elatos ve
ro,hoĩes aſpernari,vnde oriť contumelia. Qui eñ hoĩes paruifacit, diuina ſil'iura &
hũana conculcat. Atſi forte inſolẽtia ĩpa natura cõtumeliã antecedit,nobis tñ contu
Elati. melia videť præcedere,deinceps eius mater internoſci Elatio. INVENtores malo
rum.) Neq; eñ erant ſuperioribus contenti,niſi malis excogitandis ſtuderent.

PARENtibus non obedientes.) Quinetiã inquit vel naturã ipſam impugnant,
quippe qui vel genitoribus repugnãt. INSIPIentes.) Et iure q̃dem. Quo eñ pa
cto qui pñtibus non obſequũtur bene monẽtibus, ab alio poſſent ſapiam edoceri?

INCOMPO-

INCOMpoſitos.) Id eſt, cõuentis & pactionibus nõ ſtantes, infidos ſcilicet & mutabundos. ABSQVE fœdere, ſine affectione, ſine miſericordia.) Vbi enĩ caritas ipſa refrixerit, mala oĩa procreat. Hinc eſt quod nec pacta ſeruamus, nec afficimur cuiq̃, nec ad miſericordiã flectimur. Quod ſane & Chriſtus ſic refert. Cum aũt abundauerit iniq̃tas, charitas ipſa refrigeſcet, tametſi nos natura ipſa, quẽadmodũ & cætera aĩantia coniungit, & copulat. Hoc tñ hi prorſus nõ intellexerunt. QVI cũ Dei iuſtitiã cognouiſſent, non intellexerunt. Quoniã qui talia agunt, digni ſunt morte. Non ſolũ qui faciũt ea, ſed etiã qui cõſentiunt facientibus.) Oſtendit ſuperius quemadmodũ qui Dei habere notionẽ noluiſſent, omĩ ſint iniquitate oppleti. Nunc uero arguit, nec eſſe hos uenia dignos, cũ dicere nequeãt boni ignorãtia tenebamur. Norunt enĩ Dei iuſtitiã, ergo id ultro factitant & ſpõte cõmittunt. Quodq̃ deterius eſt, facientibus aſſentiuntur, quod ſane eſt inſanabili morbo laborantiũ.

Incõpoſiti qui & quomodo intelligendi

PROPTER q̃d inexcuſabilis es o homo oĩs qui iudicas. In quo enĩ iudicas alterũ teipſum condemnas, eadem enĩ agis quæ iudicas &c̃.) Cũ diuerſe ſentiant hoĩes, ideo fit ut mala plerũq̃ probemus, perſæpe etiã ſedendo in alienã uitã feramus ſententiã. Dixit de his qui ĩprobis aſſentiunt̃, nũc uero de iudicio uerba facit, inquitq̃ Inexcuſabilis es o homo. Quidni? Noſti enĩ Dei iuſtitiã, nec illud ignoras malos eſſe ſupplicio dignos, igit̃ quod excuſes nil habes qui tui ſimiles iudices. Videt̃ hoc loco ad primates ipſos uerba intendere, & Romanos p̃cipue, tanq̃ ad terrarũ orbis præfectos. Vtpote quos iudiciũ deceat, congruit tñ id dictũ uel hoĩbus cæteris. Ferre enĩ ſententiã nequit, qui throno careat & Magiſtratu. Itaq̃ qui adulterũ iudicat, ſeipſum iudicet neceſſe eſt, qui ſit adulterio inuolutus. SCIMVS enĩ, quoniã iudiciũ Dei eſt ſecundũ ueritatem, in eos qui talia agũt.) Ne forte dixerit quiſpiã, ipſe equidem & ſum adulter, & euaſi id quod inquis iudiciũ. Et ſi alter quiſpiã ob id eſt affectus ſupplicio, ipſe tamen nullas tuli pro adulterio pœnas. Infert Paulus, ut hos acrius terreat, adulterij cruciatũ. Neq̃ enĩ (inquit) eſt apud Deũ quod apud homĩes eſſe deprehendit̃ in terris iudicium. Vbi eiuſdem criminis Rei, alter plerũq̃ dat pœnas, abit alter innoxius. Cũ Deo uero haud quaq̃ ſic ludit̃, cuius uerũ eſt in prauos iudiciũ. EXISTIMAS aũt o homo qui iudicas qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ Dei, an diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis cõtemnis Ignorans q̃m benignitas Dei ad pnĩam te adducit, ſecundũ aũt duriciem tuã & impenitens cor theſaurizas tibi irã in die iræ & reuelatiõis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuiq̃ ſecundũ opera eius.) Dixit ſup̱ius erroris mercedem & cultus, qui creaturæ defert̃ his in rebus p̱ſolui uanis hoĩbus, in quibus ſe impie geſſerint, cũ immũdities ipſa ſatis ſit his ad ſuppliciũ. Nunc uero aperit eis & cruciatũ. Eſt enĩ inquit aliud tibi tormenti genus o homo, non enĩ effugies Dei iudiciũ, qui enĩ fieri id poterit, qui ne tuũ quidem effugeris cruciatũ? Qua enĩ in re alterũ iudicas, teip̃m cõdemnas. Q. ſi Dei bonitatẽ cõtemnis, quia nondũ ſis tormenta p̱peſſus, hoc ſane tibi augebit non ĩminuet pœnas. Eſt enĩ his Dei tolerãtia, qui ad emendationẽ ea utunt̃, ſalutaris. Qui uero cõgeſtis ſceleribus ea fuerint abuſi, maiorẽ in ſe ſæuiendi cauſam p̱bebunt, quod tñ non pro ipſius Diuinę tolerãtiæ natura, ſed pro ipſorũ duritiæ futurũ eſt. Theſaurizas enĩ (inquit) tibi irã. Quo fit ut nõ Deus, ſed ipſemet te tormentis afficias. Quo pacto (inquies) fieri id põt? Quia cor impœnitens geris, & ad bonũ aliq̃d exequendũ & durius ſane & inflexibile. Cũ igitur nec Dei bonitate ductus leniris, nec pœnæ formidine flecteris, quid dici te durius põt? Diem uero iudicij cum diceret, & reuelationis, & iuſti Dei iudicij adiecit. Et merito quidem, ne forte exiſtimes Dei iudiciũ in ira futurũ, quod ſane p̃ter Dei naturã foret. Reuelatio inq̃t oĩm fiet, & ita, ut pro dignitate reuelatorũ futura ſit & retributio. Eoq̃ & iuſtũ fiet Dei iudiciũ. Apud nos uero, q̃m opera occulunt̃, eo nec cõſtans eſt æq̃tati locus. Ibi uero q̃a recta patebunt oĩa, & rectũ iudiciũ ſubſequat̃ neceſſe eſt. HIS q̃dem qui ſecundũ patientiã boni op̱is gloriã & honorẽ & incorruptionẽ querentibus uitã æternã)

CAPVT. II.

Iudicare quam ſit periculoſũ.

Iudicium Dei.

De tolerantia q̃uis ſalutaris.

Animo nō eſſe concidendum.

Non in fide tātum ſed etiam in bonis operibus ſpes habenda.

Cum inquit, dominū ſingulis æqua bonorꝫ præmia impertiturū, rem clarius aperit Cum uero per boni operis patientiā ſubdit, duo mox exprimit. Alterū quod anio minime concidendū ſit, nec plane deſidiæ incumbendū; ſed rectis facinoribus inſiſtendum perpetuo, nec in fide tantū ſpes omnis habenda, niſi & bonis operibus adnitamur. Incorruptionem uero cum inquit, reſurrectionem indicat, deinde infert. Poſtq̃ aūt reſurgemus nō omnes ad unum, ſed hi quidem ad gloriā, hi uero in ſuppliciū, eoqꝫ & gloriā dixit & honorem. Huius itaqꝫ omnis Diuina oratio eiuſmodi eſt, ut plane affirmet Deū ipſum futuram eis gloriā honoreſqꝫ largiturū, qui eos & conquirunt & recordanẽ. Porro & incorruptionem daturū reſurgentibus uitā ſcilicet ſempiternā. Quærat aliquis quonā pacto hæc gloria & honor cōquiritur & incorruptio? Nempe dū in rectis operibus permanetur. Qui enī actionibus bonis inſiſtit, ſtabiliſqꝫ in aduerſum fuerit & cōſtans, is ſane & gloriā & honorem haud dubiæ quærit, id eſt, incorruptibili Deo incorruptibiliū bonorū fruitionem depoſcit. HIS AVtem qui ex cōtentione nō acquieſcunt ueritati, credūt aūt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnē animā hoīs operantis malū, Iudęi primū & Græci.) Cōtentio eſt mentis quidā ſine ratione exceſſus. His itaqꝫ qui ex cōtentione inquit. i. contentioſe, nō ignorantia, ſed altercandi ſtudio nequiores reddunẽ ideoqꝫ nec ueniā merebuntur. Cū uero ueritai diffidimus, & obſequimur iniuſtitiæ ſponte delinquimus. Non enī inuiti coactiue id agimus, ſed uoluntariꝭ. Aduerte autem, ut Deum aſſerat æternā uitam largiri, meſta uero nequaq̃. Neqꝫ enī iram, indignationem, tribulationemqꝫ & anguſtiā dixit a Deo inferri. Erit aūt ſubintelligiẽ, ut ſuperiorem orationem cōcludat. Viuificandi igiẽ Deo ineſt facultas, nobis uero præ noſtra ignauia ſuppliciꝭ & cruciatus. Cum uero omnem animā hoīs inquit, Romanorū frenat elationem, ꝑinde ac ſi dicat, uel ſi regia quis ſit dignitate ornatus & quæ mala ſunt opereẽ, id eſt, malis operandis intendat, nec demū pœniteat, haud quaq̃ eſt Dei ſententiā euaſurus. Neqꝫ enim hoīs mala facientis intulit, ſed operantis, utpote qui ꝓmeditatus & ſciens quæ mala ſunt ſemper peragat. Nam & Iudæus ut plus Diuinæ ſuſceperat diſciplinæ, ita erit & maiori dignus ſupplicio. Nā & potentes potentius, & ſapientiores acrius cruciabunẽ. GLORIA aūt & honor & pax omni operanti bonū, Iudæo primū & Græco. Non enī eſt perſonarū acceptio apud Deum.) Nitiẽ Paulus in his quæ ſubſequunẽ oſtendere, nec circūciſionem ipſam, neqꝫ præputiū efficere quippiā, aut fidem inducere qua homo iuſtificeẽ. Hoc cū illi anio inſediſſet, Iudæorū ritus & cæremonias confutat. Vt id agat, uide qua utatur prudentia. Exordiū ab his ſumit orationis, qui Chriſti aduentū præceſſerant. Aſſerens mundū malicia eſſe oppletū, & ſupplitꝭs eſſe mortales, Iudæū primo & Græcū obnoxios, pro certo ducens, pœnas græcū ob commiſſa daturū, proinde confirmat eoſdem pro recte factis honorem aſſecuturos, ſi ita ab operibus ipſis & honor & decus maneat. Superuacanea ergo lex erit & circūciſio, nec ſuperuacanea ſolum quin etit Iudæo acrioris tormenti occaſio. Nā ſi Græcus neqꝫ a creatura, neqꝫ a naturali lege inſtructus dānabitur, longe magis Iudæus qui ab ipa lege inſtructionem accepit. Cum igiẽ rei ſenſum ꝑceperis, ſequere & dictionem græcā, græcū ſignificātem & gentilem. Vnde hoc non Idolorū, ſed Dei cultores dicere, & qualis Melchiſedech, qualis Iob, quales & Niniuite, qualis demū Cornelius ille. Sic ꝑterea & Iudæos hos eſſe affirmat q̃ ante Chriſti aduentū extitiſſent. Volens aūt ſtudioſius circunciſionē ipſam oñdere nullius eſſe momenti, neqꝫ aliqd poſſe, repetit tpa illa ſupiora arguitqꝫ nil prorſus differre græcū Deū colentē, & Iudæū recta operātem. Quod ſi ante Chriſti aduentū, cum maxīe res Iudæorū florerent, nil ipſi plus quippiā eſſent ꝑter cæteros cōſecuti. Eo magis hoc tpe, quia uel eorū lex fuerit euacuata, & finem iā nacta nemini ꝓſtant. Hæc aūt ideo infert, ut Iudæorū deprimat inſolentiā, q̃ gentilem nullū admitterēt. Gloria inqt & honor & pax. Et ſane mūdi hæc bona & obturbatiões habent & bella, qppe quæ & liuore petunẽ & inſidꝭs. Quin imo uel ſi nemo

Iudeus q̃ plus diſcipline ſuſcepit plus puniendus.

Iudeorum inſolentia.

insidietur,

inſidietur, is tamen qui illa poſſidet uarie obturbatur. At illi cui apud Deum eſt uel honor uel gloria, quietem affert & pacem. Quia nec agitari inſidijs poteſt, nec curis offendi, cūq; incredibile poſſet uideri honorem huiuſmodi gentili cuiq; poſſe contingere, qui nec legem nec prophetas aliquos audiſſet, factu id facile aſſeuerat, cū inquit, nullā eſſe apud Deū perſonarū acceptionem. Neq; eni (inquit) cuiuſq; ueretur perſonā Deus, ſed opera & facta diſquirit. Cū græcus itaq; nihil ſit Iudæo actionū ratione diſpar, nil impedit quin pari ſit honore dignādus. Quapropter nihil erit tibi Iudęe poſt legis tuæ uacationē, aduerſus gentilem quempiā gloriandū, ſiquidem cū tua florerent, uel gentilis aliquis qui bonis opibus inhæſiſſet, te haud quaq; fuerit honore inferior.

Deus opera, non genus diſquirit.

QVICVNq; eni ſine lege peccauerūt, ſine lege & peribunt & quicunq; in lege peccauerūt, per legem iudicabunť. Non eni auditores legis iuſti ſunt apud Deū, ſed factores legis iuſtificabunť.) Oſtendit ſuperius Græcū æque ac Iudæū honore dignādos eſſe. Nunc uero Iudæū infert grauius iudicandū. Græci ſiquidem ſiue gentiles, qui ſine lege peccarint. i. ſine ulla legis doctrina, ſine lege cruciabunť. Hoc eſt, leuiorem cruciatū ſubibunt. Vtpote qui lege caruerint, qua ligarentur. Sine lege eni illud prætendit, quaſi ſine illorū dānatione. Iudæus uero in legem deliquit. i. in legis præcepta peccauit, propterea & lege iudicabiť, id eſt, cōdemnabitur. Quando lex ipſa acrius criminando hunc urget, & maiorem immodū condemnat. Quo ergo pacto id iactas Iudæe, gratia te nō indigere, quia ſis ex lege iuſtificatus? Ecce nūc plane argueris, nil tibi hanc quā iactitas legem, ꝓ fuiſſe. Habes itaq; longe magis gratia opus, q̄ Græcus ille. Vtpote qui nihil fueris iuſtitiæ, ſola legis auditione a Deo promeritus. Poſſunt utiq; apud mortales legis auditores æquitate præferre, quod facere apud Deū non ualent. Siquidem qui legem exequntur & ſeruant, iuſti habentur.

Græci mitius punientur quā Iudæi.

CVM ENIM gentes quæ legem nō habent naturaliter ea quę legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem nō habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendūt opus legis ſcriptū ſcientia ipſorū.) Cum enim aliquid eſt de rebus Iudaicis aſſerturus prudentius loquitur, ne in legem dicere uideatur, quā ut extollat & magnifaciat, inquit. Cum eni gentes quæ legem nō habent, mox illud quæ legis ſunt faciunt. i. naturali quodā inſtinctu, admirationi ſunt. Quia cū lege carerent legem ſunt executi, eorūq; cordibus nō literas, ſed opa inſculſpere, & in teſtimoniū Bonitatis duce natura pro lege ſunt uſi. Proinde tres legum ſpecies explicat, quæ ſcripto ſcilicet natura & operibus conſtant. Gentes itaq; lege carent quæ ſcripta eſt. Natura, quæ legis ſunt factitat. Cuius nā legis? eius ſcilicet quæ operibus cōſtat. Legem uero nō habent. Quā legem? Scriptā uidelicet. Sed ipſi ſibi loco ſunt legis. Natura eni pro Lege utuntur, qui & legis opera præ ſe ferunt. Cuius? eius nimirū quæ re & operibus adimpleť. Vide quā modeſte hæc dixerit, ne Iudæos uidereť inceſſere. Quo eni pacto non neceſſiuiſſet, ſi oīa effudiſſet apertius, eo eni ni reticuiſſet recidebat oratio.

Tres legū ſpecies.

Qui uero ſine lege ſunt, natura præuia, quæ legis ſunt faciunt, eoq; & præferri his debent qui ſunt a lege inſtructi. Abſtinuit tñ id dicere, & letius quiddā ſubiunxit, uidelicet qui ſibi pro lege eſſent. Vnde id plane argumento eſt ſuperioribus ſeculis & anteq; lata lex eſſet, fuiſſe naturā humanā omni prouidentia fretā. Obſtruit ꝑterea & illis ora, qui forte hmōi obiecíſſent, cur eni ab initio Deus nō ſe huc ad nos cōtulit, hoīes ad bonū inſtructurus? Inquit igiť bonorū malorūq; illū a principio dediſſe mortalibus cognitionem. Verū cum nihil ſe uel hoc pacto proficere ꝓuidiſſet, ipſe demū aduenit.

Natura humana etiam ſine lege prouidentia fulta eſt& fuit.

ET INTER ſe inuicem cogitationē accuſantiū aut defendentiū in die cū iudicabit Deus occulta hoīm ſecundū Euangeliū meū per IESVM CHRISTVM) Meminit hoc loco, quēadmodū uniuerſi ſumus Dei iudiciū ſubituri. Tūc eni cogitatiōes hūæ partim incuſabunť, partim & excuſabunť. Quo in iuditio nec accuſatore eſt opus nec defenſore. Vt aūt formidinē augeat, abſcōdita dixit, nō pctā. Cū hoīes apta & patentia iudicēt malefacta. Deus uero uel occulta ſit iudicaturus, ꝑ IESVM CHRISTVM ſcd'm Euāgeliū meū, i. ꝑ CHRISTVM IESVM mihi demādatū.

Occulta ſolus Deus indicas.

SI AVtem

SI AVTEM tu Iudæus cognominaris & requieſcis in lege & gloriaris in Deo, & noſti uoluntatẽ eius, & probas utiliora inſtructus per legẽ.) Cum Græco dixerit legis opera facienti nihil ad ſalutẽ deeſſe, cõmemorat demũ quæ apud Iudæos ſunt potiora, & quibus illi confiſi & gloriantur maxime, & in gentes ipſas ſuperbiunt, & primũ Iudaicum nomen, quod haud ſecus hi magnificiunt, ꝗ nos Chriſtianum. Neq; enim dixit Iudæus es, ſed Iudæus cognominaris. Iudæus enim confeſſus dicit & Iudas hebraice confeſſio interpretatur. Et acquieſcis legi, id eſt, nihil laboris inſumis ut circumuagus quæ fieri oporteat inſtruaris. Sed legem habes te inſtituentem, deinde iactitas Deum tibi eſſe beneuolũ, quippe qui te honoribus auxerit. Quod ſane ultimæ dementiæ eſt, Dei abuti beneuolentia in proximi tui cõtemptũ: Et eius noſti uoluntatem, Dei uidelicet, & probas utiliora, id eſt, magis decentia, iudicas ſcilicet quid fieri deceat, quidue factu ſit indecorũ. CONFIDIS teipſum ducẽ eſſe cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientiũ, Magiſtrũ infantium, habentem formã ſcientiæ & ueritatis in lege.) Dixerat ſupra legis auditionẽ nihil conducere, niſi & opera præſto ſint, nec legis auditores tantũ eſſe apud Deum iuſtificatos, ſed & legis factores. Id eſt, qui ea quæ legis ſunt exequũtur. Nunc uero quod maius eſt, infert. Nam ſi uel præceptor ſis (inquiens) quæ uero ſunt legis non egeris, nil prodeſt. Quin exhibet potius maioris cruciatus occaſionem. Et cũ plurimũ hanc Iudæi præceptoriã dignitatem iactarent, ex ea magis eos ridiculos arguit: Quin etiã cum cæcorũ duces, & inſipientiũ eruditores appellat, illorũ obtrectat inſolentiam. His enim nominibus illi ſe & duces, & aliorũ lumen, & eruditores profitebantur. Gentiles uero proſelytos in tenebris degentes, inſipientes & ſtolidos dictitabant, habes igitur o Iudæe formã cognitionis & ueritatis, nõ in operibus ipſis aut ullis officijs, ſed ſola in lege hac tua conſtitutã, tibiq; ipſi & ſoli confidis, quaſi uirtutis formandæ ſis facultatem adeptus. Nec ſecus agis ac ſolet, qui apud ſe imperatoris ſtatuã habeat, nequeat tamen illi aſſimilem effigiare, cũ alter accedat quiſpiã qui nec uiſam ad uerum effingat & imitetur. Singuli itaq; præceptores in diſcipulorũ mentibus figurant boni cognitionem & ueritatem. Qui ſi quid profuerint, perfectiores habentur. Sin uero tales exiſtimabunt, quales hi ſunt quos nunc Apoſtolus improbat. Nõnulli uero formã accipiunt pro mentita aliqua & ſimulata cognitionis imagine. Proinde dicit nondũ Iudæe uerã aliquã es Dei notionem, religionem, pietatẽ ueaſſecutus, ſed fucatã potius adumbratãq; tenes. QVI ERGO alium doces, teipſum non doces, qui prædicas non furandũ, furaris, qui doces non mechandũ, mecharis. qui abominaris idola, ſacrilegium facis. qui in lege gloriaris per præuaricationem legis, Deum inhonoras. Nomen enĩ Dei per uos blaſphematur inter gentes ſicut ſcriptũ eſt.) Sciſcitando orationẽ orditur, Iudæos uituperans. Qui de doctrina tantopere iactarentur. Dicit autem ſacrilegiũ quodcunq; hi ex idolorum oblationibus ſubtraxiſſent. Quæ & ſi abominari ſunt uiſi, uicti tamen habendi cupiditate, immolationes eiuſmodi attrectabant. Deinde quod grauius eſt, ſuperinducit ſic inquiens, qui enĩ in lege gloriaris tanꝗ per legem ſis honoribus a Deo donatus, per legis tranſgreſſum, Deum honore fraudas, tribus hic modis delinquitur. Primo quia honorem non deferunt Deo. Secundo quia haud quaꝗ hunc uenerantur qui ſe ſit honoribus proſecutus. Tertio quia legi qua ſunt honores adepti, eandem tranſgrediendo ignominiã inferunt. Proinde ne ultro uideatur hos criminari, Eſaiæ dictũ producit, eoſdem incuſantis. Quod ſane debet intelligi, cũ ſicut ſcriptũ eſt, inquit Apoſtolus, ſic duplex illis obijcit crimen. Et quod non ſolum ipſi Deo cõtumeliam inferunt, ſed alios in id ſcelus inducunt. Et ad ea quæ legis ſunt nõ modo nullos inſtituunt, ſed quæ cõtra hanc faciunt, alios edocent, ut Deũ, quod longe eſt a lege diuerſum, gentes maledictis inceſſant, quippe quos uiderint corruptis moribus uiuere, Deũ dixerint charitate complecti, ideoq; & hunc maledictis inſectant.

Iudas & Iudeus qd hebraice

Proſelytos latine aduena & peregrinus.

CIRCVNCISIO quidem prodeſt ſi legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis, circum-

ſis, circuncíſio tua præputium facta eſt.) Quoniam circunciſionem Iudæi pluri-mi faciebant, nõ ſtatim initio ſuperuacaneã hanc & inutilem dixit, ſed uerbis duntaxat uidetur probare, cũ re penitus tollat & improbet. Fateor (inquit) circũciſionem non eſſe inutilem, ſi legem ipſe ſeruaueris. Neqꝫ hanc dixit minus prodeſſe, ne illã & aſpernari penitus & afficere ignominia uideatur. Exprimit aũt hic Iudæũ hominem, aperitqꝫ cuius ille momenti ſit, cũ inqt circunciſionem factã eſſe præputiũ, & eundem enudat corde eſſe in circunciſum. Porro circũciſionis duas explicat ſpecies & præputia duo, illas quidem apparentes, & quæ ſub amſpectũ ueniunt, hæc quæ cognitiõe & mente cõplecti poſſenr. Queret aliquis, cuiuſmodi ergo erit apparens hæc circunciſio? Ipſis nempe quę fiat in carne, ſpiritu uero qualem dixeris? Tamen nimirũ qua uitia præcidanť, poteſt & aliter ſpiritalis hæc circunciſio ita intelligi, ut eam dicamus ineſſe cuiqꝫ, qui gentilis ſit anio, nec aliquid ſubſtulerit uitiorũ. Inquit igitur Paulus, cum fueris ſecundũ carnem hanc circũciſus, nihil tamen eorũ egeris, quæ lege iubenť, ſpiritu eris incircũciſus & præputij ꝑciſione carebis, quemadmodũ & qui carnis præputiũ non abſciderit, legem tñ ſeruauerit, ſpiritu erit proculdubio circũciſus, quãdo & carnis uitia ſubſtulit, quod clarius in ſequentibus explicat.

Circunciſio. *Circunciſionis ſpecies duæ.* *Spiritalis Circunciſio.*

SI IGITVR præputium iuſtitiam legis cuſtodit, nonne præputiũ illius in circunciſionem reputabitur?) Non enim inquit præputium circunciſionem longe præſtare. Graue enim id & moleſtum foret, ſed pro circunciſione id duci. Sit itaqꝫ ut circunciſio recta ſit actio quædam, præputium uero prauum ſit facinus. Aduerte autem quemadmodũ non illud intulit, cum præputium legem ſeruabit. Poterat enim quis illi his dictis occurrere. Quo enim pacto poterat ab eo qui in præputio eſſet, lex ipſa ſeruari? Eſſe nanqꝫ in præputio, legis eſt plane præuaricatio. At quo pacto iuſtitias legis dixit, nimirum quia iuſtificari ex illorum uidentur operibus. Circunciſio enim haud quaqꝫ operatio erat, quin potius perſuaſio quædã, ut patienter ferret circuncidendus. Itaqꝫ nec legis iuſtificatio dici circunciſio poteſt. Erat enim in ſignum tradita, ne gentibus admiſcerentur Iudæi.

Circũciſio cur tradita Iudæis in ſignum.

ET IVDIcabit quod ex natura eſt præputiũ legem cõſumans te, qui per literam & circunciſionem præuaricator legis es. Nõ enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neqꝫ quæ in manifeſto in carne circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus & circunciſio cordis in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.) Hoc loco aperte duo præputiorũ genera explicat. Naturæ alterũ, alterum uoluntatis, ut dictum eſt. Cum nihil quiſpiam naturæ, id eſt, ingenita reſecuit uitia, & circunciſiones duas, carnis ſcilicet & ſpiritus. Inquit igitur. Naturale illud præputium, quod uitiorũ circunciſionem iam tenet, quia legem adimpleat, id eſt, legis ut diximus iuſtitiã, iudicabit, hoc eſt cõdemnabit. Non circunciſionem, id eni Iudęos nimis offenderet, ſed te qui circunciſus ſecundũ carnem uideris, cum ſis in circunciſus corde. Quia legis trangreſſor effectus es. Haud quaqꝫ igiť circunciſionẽ uituperat, quippe quã uenerari uideť & laudibus ſummis extollere. Sed in eũ inuehitur, qui illi ignominiã irrogat. Poſt horum oĩm perſpicuam aſſertionem, definit etiã quid in ſe habeat Iudaicum nomen, arguitqꝫ Iudæos omnia ad oſtentationem moliri. Neqꝫ enim in propatulo, inquit Iudæus, ſed qui in abſcõdito, qui nil prorſus corporaliter agat ſed ſpiritaliter & ſabbata, & ſacrificia, & purgationes intelligat. Cum uero circunciſionem cordis inquit, in ſpiritu, Eccleſiaſticæ uitæ iter oſtendit, & ad fidem inducit. Hæc nanqꝫ & corde conſtat & ſpiritu, & laudem a Deo aſſequiť, qui corda ſcrutatur. Nec ſecundum carnem ſententiam profert. Summa autem quæ ex his poteſt complecti, eo tendit, ut recte ducenda ſit uita. Cum uero incircunciſum, ſiue Græcum, ſiue gentilem audieris, non idolorum cultorem intelligas, ſed eum qui Deum & colat & uirtute ſit præditus, & nulli ſit, ut ante diximus, legi obnoxius.

Caute ad Iudæos loquitur Paulus. *Circũciſio cordis.*

QVID ergo amplius eſt Iudæo, aut quæ utilitas circũciſionis, multum per omnem modum. Primũ quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei, quid enim ſi qui-

dam illorũ

dam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit?
Abſit.) Cũ ex eo quod, non enĩ in manifeſto Iudæus eſt dixit, quæ legis ſunt peni
tus eiecisſet, præuidens obiectionem aliquam imminere, in hanc ſeparat. Dicet ali-
quis, ſi prorſus eſt (ut inquis) circuncisio iſta inutilis, cur ergo electa eſt gens Iudæo
rum. Hunc in modũ obiecta diſſoluit, afferens plurimũ adiutos eſſe Iudæos. Cũq;
idipſum affirmat, nullas Iudæorum uirtutes commemorat, ſed Dei duntaxat dona
& gratiam. Nec Iudæos inquit cæteros ſuperare, quia hęc, illa ue geſſerint. Sed quia
credita ſint illis Dei eloquia, quod ſane Dei eſt beneficium, non illorum officium.

Iudæi honora-ri plurimũ sũt à Deo.

Quid enĩ illud (credita ſunt) p̃tendit, niſi quia oblata acceperint. Quippe qui a Deo
dignati ſemper ſint ut oracula ſuperne demiſſa exciperent. Rurſus tñ & alia in me
dium profert, oſtenditq; eos Diuinis eloquijs, quibus ſunt honorem emeriti, fidei
nihil adhibuiſſe. Id tamen ex alio quodã inducit, perinde ac ſi dicat aliquis, quid enĩ
Dei eloquia profuere minus credentibus? Quam obiectionem uidetur hic ſoluere
cum nõ Iudæos, ſed Deum excuſat hoc modo. Si fidem hi nullam Diuinis eloquijs
præſtiterunt, quid Deo officit, num incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? id
eſt, credita Dei eloquia & beneficium. Tantum enim abeſt ut illorum infidelitas
Deo officiat, ut ex eo gloriã ſibi potius uendicet, cum in eos uidetur benificus qui
ſe affecerint ignominia. Vides quemadmodũ hos crimini fecit obnoxios, uel hiſce
ex rebus quas illi gloriæ ducerent, id eſt, ex lege accepta.

EST autem Deus uerax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, ut iuſti-
ficeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.) Dixit ſuperius, quid enim, ſi
quidam illorum non crediderunt. Sed poſtq̃ non aliqui, ſed omnes ſunt uiſi ea in-
credulitate teneri, prudenti oratiõe uſus, ne grauis appareat, quod re actum eſt ſub
dubium ponit. Perinde ac ſi dicat, concedatur hos omnes incredulos factos, quid
tum? num uel ex eo iuſtificatur Deus? id eſt, ſi res ueniat in diſceptatiõem, & Dei in
Iudæos beneficia ſupputentur, & Iudæorũ in Deum merita diſcutiantur, erit haud
dubiæ penes Deum uictoria, quemadmodum & Dauid teſtificatur. Eſt autem De
us uerax, id eſt, ut manifeſtetur, oſtendaturq;.

SI autem iniquitas noſtra iuſtitiã Dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniu-
ſtus eſt Deus qui infert iram, ſecundũ hoĩem dico, abſit, alioqui quomodo iudica-

Obiectio pul-cherrima.

bit Deus hunc mundũ?) Obiectionem inducit huiuſmodi. Deinde quærant nõ-
nulli, ſi Deus cũ de nobis ſit bene meritus, ingratos nos ſentiat, iuſtus arguitur uel
potius uictor euadit, utpote qui ob immenſam eius clementiã, uel in indignos cõfe
rat beneficia, cur demũ iram infert? id eſt, cur nos ſupplicio afficit? Qui illi & iuſti-
tiæ fuimus, & uictoriæ cauſa. Soluit itaq; obiectionem hanc Paulus, & ſapienter ad

Deus iuſtus.

modũ. Sane inquit haud quaq̃ Deo eris iuſtitiæ cauſa, cũ te affecerit cruciatu. Eſſet
nanq; iniquũ, eum qui uincendi obtulerit cauſam, a uictore pœnas ſubire. Deus ue
ro nulli hoĩm infert iniuriã. Nam quo pacto eſſet mundũ iudicaturus, qui nullã ſer
uaret in alios ęquitatem? Fit igi͂ ut Deus nil ſit cruciãdo iniuſtus, ergo nec tu illi ui
ctoriæ cauſam attuliſti, quia in eũ deliqueris. Fieri enĩ poterat, ut aliter ſibi uel nulla
tua p̃ſpecta improbitate, uictoriã pareret. Hoc aũt ſecundũ hominem dico, ſic intel
ligitur. Iſtiuſmodi ipſe pro Deo ſecundũ cogitationem humanã reſpondeo. hoc eſt
quantũ licet hoĩ prouehi cogitatu. Habet enĩ ineffabiles quaſdã rationes, q̃dcunq;
egerit Deus, quæ uel ſupra humanos ſunt ſenſus, & noſtra nil indigent reſponſiõe.

SI enim ueritas Dei, in meo mendacio excellit in gloriã ipſius, quid adhuc & ego
tanq̃ peccator iudicor, ac nõ ut blaphemamur. Et ſicut aiunt nos quidam dicere, fa-
ciamus mala ut ueniant bona, quorum damnatio iuſta eſt.) Repetit eadem ut cla
rius pateant. Si enĩ Deus (inquit) ex meo tranſgreſſu iuſtus apparuit & uerax, quid
ob id iudicor quod in Dei gloriam egerim. Neq; enim damnatione, quin potius co
rona ſum dignus, quod ſane ſi uerum deprehenditur. Quod ergo de me dixerint,
græci, falſo dicunt. Græci nanq; cum Paulum audiſſent, ubi abundauit peccatum,

ſuper abundauit, & gratia, prædicantem,non ſine irriſione iactabant,dicere Chriſtianos ſolere,faciamus mala,ut ueniant bona,& delinquamus plurimũ,ut abunde & gratiã conſequamur. Hæc igitur quæ Græci & maledictis in nos & obtrectationibus dictitabant,uel nunc contigiſſe uidebuntur,ſi Deũ aſſerimus eo bonũ uideri quia ipſi & improbi ſumus & ingrati,quod tamen haud ita ſe habet. Græcorꝫ enim ſemper mendaciũ dicta ſunt illa,quorũ damnatio iuſta eſt,hoc eſt,iuſte cruciabuntur,nõ ergo uel ipſe iuſtitiæ Deo præbeo cauſam delinquendo , quippe qui ideo iudicor quia cõmiſerim,nec iudicarer equidem ſi ad Dei gloriam ipſe delinquerem.

Græci mendaces.

QVID ergo præcellimus eos.) Nequaq̃,Cauſati enim ſumus Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe,ſicut ſcriptum eſt. Quia non eſt iuſtus quiſq̃,non eſt intelligens,non eſt requirens Deũ. Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,nõ eſt qui faciat bonũ , non eſt uſq; ad unum,ſepulchrũ patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebant , uenenũ aſpidum ſub labijs eorum, quorũ os maledictione & amaritudine plenũ eſt,ueloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem,contritio & infœlicitas in uijs eorũ,& uiam pacis nõ cognouerunt.Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Dixit ſuperius aliquid fuiſſe Iudæis abundantius datũ, quia lex illis credita eſſet . Nunc uero oſtendit nihil hos affatim habere, quo ad proprias actiones, nam cum rem creditam minus ſeruaſſent,magnopere potius improbant̃ , abundantius tamẽ aliquid habere ſunt præ cæteris uiſi,quia fuerant a Deo electi.Sed poſtq̃ ex ſuis operibus Deũ ignominia affecere,& eum nequaq̃ ſunt uenerati,qui ampliſſimũ illis honorem contuliſſet , non ſolum nil habent quã cæteri abundantius , ſed reiecti damnãtur. Inquit igitur tanq̃ ex Iudæorũ perſona. Quid ergo præcellimus id eſt,plus quippiã ſumus ipſi quã cęteri conſecuti,quo præſtare uidemur Iudæi,& a Deo probari ? Vtpote qui & legem & circũciſionem accepimus,nequaq̃(inquit) Siquidem Iudæi æquis criminibus,ne maioribus dixerim,ſint cũ Græcis obſtricti. Vnde id liquet ſi quæras? ex Dauid nimirum & Eſaia prophetis. Dauid enim dicta ſunt illa,non eſt iuſtus nec unus,& ad uſq; illud eius terminatur oratio , maledictione & amaritudine plenum eſt. Deinceps Eſaiæ ſunt hæc. Veloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem ad uiam uſq; pacis,& nõ cognouerunt, producit autem & Iudæorum criminatores prophetarum clariſſimos. Et quemadmodum de Iudæis hi ſenſerant patefacit, eoq; & Eſaiæ dictis explicitis, rurſus & Dauid protulit, Eſaias quidem liquido de Iudæis ediſſerit,& Dauid ſupſequitur. Simul ac enĩ quis a bono diuertit.prorſus inutilis redditur,eſt enim nequitia aliud nihil,niſi peruerſio quędã naturalis cuiuſdã ad malum lapſus , ita ut ad ea quæ cõtra naturam ſunt , hominem traducat,eundemq; nullius uſus efficiat. Ita enim nõ ultra hoc uiro utitur ipſa natura , ſicuti neq; ægrotantem ad eius opera exercebit contritio & calamitas,id eſt, delictum. Nil enim magis quam praua facinora ob ipſorũ inæqualitatem animã conterunt. Virtus uero tanq̃ naturale quoddam inditum nobis eſt bonum,quod nos leniter facit placideq; deferri. At malignitas ipſa & uitia longe ſe aliter habent,ſiquidem homines diuerſæ & uarijs modis exagitant, exceſſuq; quodã defectuq; innoteſcunt, unde & nobis diſpares quoſdam & conciſos animi pariunt motus, ne dicã futura ſupplicia,per pacis autem uiam intelligas uelim eam quę pro Dei uoluntate degitur uitam,hæc quippe eſt quietudinis uia,tollite,inquit, iugum meum & inuenietis requiem,id ſane iter ad ueram Chriſti pacem traducit.

Iudæi à Deo electi poſtea ingrati, & ob id iuſte damnati.

Inutilis redditur, qui à bono diuertit.

Virtus bonum eſt naturale.

SCIMVS autem quæcunq; lex loquitur , ut omne os obſtruatur & ſubditus fiat omnis mundus Deo.) Ne forte id dicãt Iudæi , nihil ad ſe huiuſmodi dicta ſpectare. Inquit Paulus,quodcunq; Lex ipſa loquitur,illis iri denuntiatũ,qui ſint legi obnoxij. Cur enĩ neceſſe eſt, ut lex quæ uobis ſit tradita,inſtituat alios? Legem autem non Moyſi ſolũ,ſed uetus omne teſtamentũ appellat . Quemadmodũ paulo ſuperius Eſaiæ & Dauid dicta legem nuncupauit. Per illud uero,ut omne os obſtruat̃. Iudæorũ prætendit inſolentiã & uanam dicacitatem. Hanc itaq; propheta obſtruxit,

quæ inſtar

quæ inſtar fluminis ferebatur, neq; enĩ inquit illos ideo fuiſſe in peccata prolapſos ut eorũ ora occluderentur, ſed propterea fuiſſe a prophetis correctos, ne cũ imprudentes delinquerent, erratorum ignorãtiam gloriæ ducerent, nec ſolum Iudæi, ſed mundus oĩs ſubditus fiat, id eſt, humilis, abiectus, in glorius, nec proprijs operibus iuſtificatus, & ope indigens aliena, hoc eſt Dei gratia. Quid ergo Iudæe hanc tuã iactitas legẽ, qui ſis ut cæteri oẽs & noxius, & nil prorſus ex legis opibus iuſtificatus.

Acrius punitur qui ſciens delinquit.

PER legem enim cognitio peccati, nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſta eſt teſtificata a lege & prophetis). Si de lege gloriaris Iudæe, intellige illam tibi maioris ſupplicij cauſam fore, quippe quæ tibi peccata aperuit, qui eni prudens & ſciens deliquerit, acrius cruciatur, uerum id tibi tua negligentia contigit, qui cum ea quæ innotuere peccata nõ defugias, maiora tibi tormenta conſciueris, e quibus eo te pacto poteris explicare, ſi iuſtitiam Dei uel ſine lege exceperis. Deus enim quia omnipotens eſt, uel nullis noſtris operibus nos iuſtos efficiet, recte autem dixit manifeſtam eſſe Dei iuſtitiam, ut arguat illam fuiſſe perpetuo, & latuiſſe iam diu, & quia teſtificata eſt inquit, id eſt, legis teſtimonio & prophetarũ aſſerta, demonſtrat haud quaq; nuper eſſe cepiſſe Dei iuſtitiam, utpote de qua Moyſi lex & prophetæ mentionem feciſſent, iure igitur ſuſcipienda hæc eſt, quæ & ſi uel nullo legis miniſterio conſtet, iuuat tamen, quod Diuinæ iuſtitiæ eſt, uel lege ipſa iuſtificari.

Iuſtitia Dei ad omnes peruenit per fidem.

IVSTITIA autem Dei per fidem IESV CHRISTI in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei, iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionem quæ eſt in CHRISTO IESV.) Eiuſmodi inquit iuſtitia qua ſcilicet iuſtos nos Deus efficit, ad uniuerſos per fidem peruenit, fide enim illata iuſti omnes redduntur Iudęi ſimul & græci, non enĩ eſt diſtinctio, quia & ſi legem accepit Iudæus, haud tamen Græco præfertur. Quippe qui a lege peccati acceperit notionem, nõ libertatem, quod ſi pari cum Gręco obſtringitur ſcelere, priuatur etiã æque & gloria, quandoquidem Deum prorſus offendit, offenſor autem ignominiã ſibi non gloriã uendicat, nihil tamen eſt deſperandum, uniuerſi nanq; uel gratis Dei gratia iuſtificãtur, cuiuſmodi gratia per redemptionem conceditur, id eſt, per libertatem perfectam, quam operatus eſt Chriſtus, is enim nos cum ſeſe in redemptionem dediſſet, iuſtificauit.

QVEM propoſuit Deus recõciliatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuę propter remiſſionem præcedentiũ delictorum, in patientia Dei ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tpe, ut ſit ipſe iuſtus iuſtificans eum qui ex fide eſt IESV CHRISTI). Propitiationis hoc loco & ſanguinis meminit, ut Iudæo ſuadeat in Chriſto remiſſionem & iuſtitiã comparari, proinde dicit, ſi enim ipſi belluarũ ſanguine aboleri peccata exiſtimabas, lõge magis Chriſti ſanguine fieri id poſſe credendũ eſt. Propiciatoriũ aũt arcæ operculũ dicebatur, quod Cherubin utrinq; obtegeret, præferebat inſuper & naturam ipſam humanã quæ diuinitatis eſſet uelamen. Laudibus præterea ab angelorum cetu & poteſtatibus efferebatur, qui illi ſubminiſtrarent, propter eam quæ ad Deum uerum eſt unitatem, propoſuit autem dixit quia fuerat per IESV CHRISTI ſanguinem prædeſtinata redemptio, ut ſanaretur remiſſio, id eſt, præcedentiũ delictorum mortificatio, in ſuſtentatione Chriſti Dei, nam etſi plurima Chriſti bonitate fruamur, ſumus tamen paralyticis & mortuis ipſi perſimiles, hæc autem ſunt ad Dei iuſtitiæ oſtenſionem effecta, ne ſolus ipſe appareat iuſtus, quin & alios peccato demortuos ſuſcitet, qui poteſt ſolus iuſtificare. Si Deus itaq; id facere demonſtratur, id eſt, & decori ducit & gloriæ nobis iuſtitiã hoc tempore elargiri, quo & peccata inualuiſſent, & nobis nil eſſet ſpei reliquũ tanq; qui morbo paralyſi uideremur correpti, & uita perfuncti, quo pacto tu Iudæus cum ſis, iſtiuſmodi Dei gloriam erubeſcis?

Propitiatoriũ arcæ.

Fide iuſtificabimur.

VBI ergo gloriatio tua? excluſa eſt, per quam legem? factorum? non, ſed per legem fidei). Oſtendit nos fide iuſtificari, unde & merito Iudæum inquiens rogat

Vbi nam

Vbi nam tua eſt gloriatio & animi tumor. Neq; em̃ ubi eſt virtus (inquit) quã certe nullã habebat, niſi ſolam iactantiã, ſubitoq; excluſa eſt & exploſa. Hoc eſt nullũ habet temporis ſpaciũ. Fuerat em̃ vobis ante Chriſti aduentũ in lege hac gloriandum. In præſentiarũ vero nulla eſt ad id oportunitas. Eſt em̃ lex veſtra inutilis plane deprehenſa. Si em̃ illa iuſtificandi vim habuiſſet, quid opus nobis Chriſto fuiſſet? Dicet forte aliquis. Qua lege fuit gloriatio iſta excluſa? Num ab ipſis operibus lege iubente, qui hæc fecerit, viuet in eis? Hæc em̃ lex ipſa Moſayca imperabat. Nequaquã (inquit) Sed a fidei lege, quæ per gratiã non ex operibus largitur iuſticiã. Vides ut fidem legẽ idcirco appellet, quia legis hoc nomẽ apud Iudæos venerationi habetur. Eſt itaq; tibi o Iudæe in fide manendum, quæ iuſtificare vel ſolari poteſt.

Lex iuſtificandi uim non habuit.

ARBITRAMVR igitur iuſtificari hoiem per fidem ſine operibus legis. An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium. Quoniã unus eſt Deus, qui iuſtificabit circumciſionẽ ex fide, & præputium per fidem.) Poſtquã oſtendit iuſtificationẽ in Chriſti ſanguine, non in operibus legis conſtare, finem ſermoni facit, inquitq;. Arbitramur ſane per fidem cunctos iuſtificatũ iri mortales. Neq; id dictum grauiter tuleris, o Iudæe quaſi abſurdũ aliquid ex hoc ſubſequatur. Non em̃ cuiuſquã unius duntaxat partes tutatur Deus, ut te ſolum ſaluũ facturus ſit. Quin uniuerſos eſt homines donaturus ſalute. Hoc loco acerrime Iudæos impudentiæ arguit. Vtpote qui deũ audeant impugnare, cum non exiſtimẽt, vel gentes ſalutẽ aſſequi per fidem poſſe. Non em̃ credunt cõmunem hunc eſſe cunctorũ hominũ deum, curareq; æque om̃ia. Vnus igitur eſt, id eſt idem Iudæorũ & gentium Deus. Qui & circũciſum non ex lege, ſed fide iuſtificat. Et qui in præputio eſt, fidei interceſſu admitit. Facta autẽ circumciſionis & præputij mentione, repetit etiã quæ pauloante dixerat, qbus ſignificabat neq; circumciſionẽ neq; præputiũ ſine operibus quicquã prodeſſe. Quin obeſſe potius per ſe ſingulas, & utraſq; demum fide indigere.

Iuſtificatio non ex operibus legis.

LEGEM ERGO deſtruimus per fidem? abſit. Sed legem ſtatuimus.) Cum fidem Paulus aſſerendo, legem deſtrueret. Eſſetq; propterea Iudæis infeſtior, pro ſua prudentia rem lenit, inquiens. Legem per fidem ſtatuimus. Nam quod erat legi propoſitum, ut hominem iuſtificaret, id nequit illa ſine fide perficere. Siquidem ut primum quis credidit iuſtificatur. Non igitur legẽ deſtruit fides, ſed ſtatuit. Quo verbo iacere illam oſtendit, quam poſtmodum ſtatuit erexitq;.

Fides legem non deſtruit, ſed ſtatuit.

CAP. IIII.

QVID ERGO dicemus inueniſſe Abraam patrẽ noſtrum ſecundũ carnem. Si em̃ Abraam ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriã. Sed non apud Deum. Quid em̃ ſcriptura dicit, credidit Abraam Deo, & reputatũ eſt ei ad iuſticiam.) Sat iam de fide rationibus firmatis, eamq; demum omnibus neceſſariam fore, vel Abrahæ exemplo (cuius maxima eſſet apud Iudæos auctoritas) patefecit. Inquit nanq; Abraam ille qui tot rebus egregie geſtis plurimum claruit, nõ ex operibus eſt, ſed fide iuſticiam conſecutus. Patrem autem hunc ſecundum carnem appellat, ut Iudæos ab ea prorſus (quæ ſpiritu fit) cum Abraam propinquitate excludat. Quin etiam illos compellit, ut Abraam omnibus in rebus ſectentur, aitq;, Si enim ex operibus iuſtificatus eſt ille, gloriam habet, ſed non apud deum. Hoc eſt, gloriari hic poteſt qui ſuo labore aliquid egerit, ſed non apud Deum. Qui vero ſit per fidem iuſtificationẽ adeptus, & hic gloriam apud Deum aſſequitur. Et ideo gloriatur, quia Dei gratia ſalutem ab eo & beneuolentiam eſt cõſecutus. Poteſt & aliter apud Deum in fide quiſpiam gloriari, cum illum & laudibus effert, agitq; pro fide ſuſcepta gratias, creditq; eidem factu fore facillima, quę fieri non poſſunt. Fidit itaq; in Deo et gloriatur, qui nihil hæſitans de Deo quã optime ſentit, creditq; illi nihil factu eſſe difficile.

Abraam ex fide non lege iuſtificatus.

EI AVTEM qui operat̃, merces non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundũ debitum. Ei vero qui non operat̃, credenti autẽ in eum qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius ad iuſticiam. Sicut & Dauid dixit, Beatitudinem hoĩs cui deus in acceptũ refert iuſticiam ſine operibus. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta

Gloriari in deo quomodo quis dicatur.

ſunt peccata. Beatus homo cui non imputarit dn̄s peccatū.) Qui operat̃ (inquit) mercedem accipit. Quæ credenti cum deberet̃, ſoluta eſt. tametſi nihil operetur & fidem præ ſe tulerit, quæ magni habet̃. Vt autē haberi pro cōperto queat, poſſe hunc Deum, qui impie vixerit, non ſolū a tormentis eximere, ſed iuſtū reddere, illud ſubdit. Credenti aūt in eum qui iuſtificat, & ideo credenti cui fides ad iuſticiā reputabitur, videlicet illius fidē admittit deus. Non ea propter ut mercedē ei dependat, ſed ut faciat iuſtū. Num igitur eſt & hic quippiā allaturus? Fidem dūtaxat. Cum itaq; abusq; Abraam per fidē iuſtificationē huiuſmodi fluxiſſe oſtenderit, & Dauid illā inducit, beatum appellans cui dominus crimen non imputauerit, remq; ut augeat magni facit. Nam ſi beatus eſt cui gratis remittuntur cōmiſſa, longe magis & qui fidem pertulerit, iuſticiā aſſequetur. Dicet aliquis, haud quaq̃ id aſſeras velim. Per magnū eſt em̄ gratis errata dimitti. Is qdem diciq; et Beatus haberi poteſt, cuius miſſa ſint facta delicta. Neq; em̄ beatum hunc faceret ni gloria inſignis eſſet & clarus. Eſt nanq; permagna beatitudo hæc, & iuſtificatione ipſa præſtantior. Vtpote quæ pro arce quadam bonorum omnium habeatur, quæ nobis a domino conferuntur.

BEATITVDO ergo hæc in circumciſione manet. An etiā in præputio? Dicimus enim, quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſticiam. quomodo ergo reputata eſt, in circumciſione an in præputio?) Si Beatitudo (inquit) ei congruit, cui nil crimini aſcripſerit deus, id eſt qd ſit haud dubie iuſtificatus. Iuſtior ergo factus eſt Abraam & plane beatitudinē conſecutus. Spectandū igitur, quando ſit ille iuſtificationem adeptus, cum in circumciſione maneret, an in prępputio. Beatitudo ergo in præputiū cadit, hoc eſt præputio magis eſt quam circumciſioni accommodata.

ET SIGNVM accepit circumciſionis ſignaculum iuſticiæ fidei, quæ in præputio eſt, ut ſit Pater omniū credētium per præputium, ut reputetur & illis ad iuſticiam, & ſit Pater circumciſionis non his tantū, qui ſunt ex circūciſione, ſed & his qui ſectant̃ veſtigia fidei, quæ eſt in præputio Patris noſtri Abrahæ.) Soluit q̄d poſſet inferri

Abraam ſi iuſtificatus cur circumciſus.

obiectum. Dicet aliquis, ſi cum in præputio iuſtificatus eſt Abraam, cur ergo & circumciſus eſt? Inquit igitur circumciſionis ſignū pro ſignaculo accepiſſe, quo & obſignaret & prædicaret ſuam ex fide iuſtificationem. quam fidem, vel dum in præputio eſſet, præ ſe tuliſſet. Cum autem duo hæc Abrahæ videantur ineſſe, præputium ſcilicet & circumciſio. per præputium qdem, eorum qui in præputio ſunt oſtenditur pater, qui tamen reddat ei creditos nil ſui abſimiles, & ita ut vel illis fides ſuſcepta ad iuſticiam computetur. Hoc eſt, ut iuſti efficiantur. Ex circūciſione etiam pa-

Abraam præputii & circūciſionis pater.

ter eſſe monſtratur circumciſionis, hoc eſt eorū, qui ſunt circumciſi. Eſt itaq; Abraam non eorum modo qui in circumciſione ſunt parens, ſed omnium plane qui ſuæ fidei, quam eſſe in præputio conſtat, inſiſtunt veſtigijs. Hoc eſt, qui idem quod ille & credant & ſentiant. Credidit em̄ ille reſurrectura aliquando corpora morte confecta, habereque & Deum ex ſe vel decrepito ſemen excitandi facultatem, & filium

Abraam credidit reſurrectionē mortuorū.

Simile.

mox procreandi. Huc redit dictorum ſumma hæc omnis. Abraam cum in præputio eſſet, & credidit & iuſtificatus eſt. ita, ut eorum qui in præputio cōmanerent pater ſit habitus. Deinceps circumciſionē accepit in ſignū eius, quæ in præputio eſſet fidei. Quam hic etiā cum circumciſus eſſet, ſeruabat. Fit itaq;, ut quādo in præputio non deſit hæc fides, fruſtra Iudæi haud ſecus circumciſionem iactare hanc valeant, quā hi qui & ſi ſacculum aliquem obſignatum oſtentent, vacuus tamen pecunijs deprehendatur. Iudæus igitur marſupium geſtat circumciſionis ſigno munitum, cum fidei nullam habeat notionem, cuius ſignaculum eſt circumciſio.

NON ENIM per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſticiam fidei. Si em̄ qui ex lege hæredes ſunt exinanita eſt fides, abolenda eſt promiſſio.) Oſtendit iuſtificationē haud quaq̃ ex lege, ſed ex fide fieri. Nunc

Promiſſio facta Abrahe.

vero aſſerit Abrahæ promiſſionē non ex lege, ſed ex fidei fuiſſe æquitate effectam. At qualis fuit iſta promiſſio, Nempe ut mūdi hæres efficeret̃. Hoc eſt, ut in eo uniuer

ſus bene-

ſus benediceretur orbis terrarū nationibus. Si ēm (inquit) lex fidem donaret, eſſet hæc fides exinanita. Hoc eſt, inanis prorſus & inutilis eſſe cōuinceretur. Quis ēm ultra illius conſequendæ ſuſciperet curā, ſi lex promiſſionē præberet. Nequaq; res ita ſe habet. Nam Abraam promiſſionis factus eſt hæres, non lege. Quippe quæ nulla tunc eſſet, ſed fide, quemadmodū & ſcriptis proditū eſt, credidit Abraam Deo.

Abrahe fides.

LEX ENIM iram operatur. Vbi ēm non eſt lex, nec præuaricatio.) Confirmat hoc loco promiſſionē ipſam per legem inanē reddi. Inquit ēm, legem ſequitur præuaricatio, legis vero tranſgreſſio iram operatur & maledictionē, & ſuppliciū infert. Qui autē ſupplicio fuerit adiudicatus, quo pacto poterit mundi hic hæres fieri?

IDEO EX fide ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt Pater omnium noſtrum. Sicut ſcriptum eſt, qui Patrem multarū gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti.)

Cum conſtet legem iram inducere, ideo Abraam (inquit) fuiſſe iuſticiam & hæreditatem adeptum, ut omnia per gratiam cedant. At cui rei conducet hæc Gratia? Nimirum ut promiſſionem confirmet. Non ēm in Legis morem ullam habet in ſe præuaricationem. ut quæ ſemel effecerit nihil habeant firmitatis, verū cum uniuerſa ſint in Dei, cum Gratia, tum miſericordia ſita, profecto quæ ab eo conferuntur ſtabilia fore & certa omni ſemini, id eſt credentibus cunctis exiſtimanda ſunt. Neq; his ſolum qui ex lege fuerint, id eſt circumciſis. Quinetiam & in præputio conſtitutis, qui ſemen Abrahæ ſunt, & iidem ex fide. Ita fit, ut qui fide caruerint, neq; eius ex ſemine arguantur producti. Qui omnium noſtrum eſt parens, credentium ſcilicet. Quemadmodum ſcriptum eſt, quia Patrem multarum gentium te conſtitui coram Deo cui credidit. Horum talis eſt ſenſus. Abraam cunctorum eſt Pater ante Deum, id eſt ad inſtar Dei eſt Pater. Et quemadmodum ille eſt omnium parens, ita & is non naturali ſanguinis nexu, ſed fidei propinquitate cunctorū eſt Genitor. Propterea & illud adiecit, cui credidit. Vt arguat hunc pro præſtita fide in præmium accepiſſe, ut Pater omnium fieret. Quod ſi hunc Iudæus ipſe haud quaquā admiſeris, iminuiſti procul dubio honorem, quem ille eſt ex fide promeritus.

Abraam cunctorum pater cur dicatur.

QVI VIVIFICAT mortuos, & vocat quæ non ſunt, tanq; ea quæ ſunt.) Quod ſupra dixerat hoc loco confirmat, crediďiſſe ſcilicet Abraam, poſſe Deum & huius corpus demortuū excitare, redderecq; & illi ſeminis genitalis vigorem. Idcirco nunc inquit, qui viuificat mortuos. Illud vero, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquā ea quæ ſunt, ideo intulit, ut oſtendat Deo nil prorſus impoſſibile, vel eos Abrahæ liberos facere, qui non eſſent Abrahæ liberi. Et ſeneſcentis demortuam vere naturam ad filios procreandos habilem reddere. Nec ſane qui deducit (inquit) ſed q vocat. Nam quemadmodum nobis difficile eſt, ſuis nominibus appellare, quæ viſuntur & conſtant, ſic illi facile quæ nuſquam ſunt conſtituere.

QVI CONTRA ſpem in ſpem crederet, ut fieret Pater multarū gentium.) Nequaquam inquit exiſtimes fuiſſe honoribus Abraam temere inſignitum. Qui enim fieri aliter poterat, qui ſpem præter humanam diuinæ præſtitit fidem, futurum ſe multarum gentium patrem, nec Iſmaelitarum quidem, qui ex ſe non fide, ſed natura fluxiſſent, ſed eorum qui fide ſui ſimiles forent.

Iſmaelite ex Abraam per naturam non per fidem.

SECVNDVM quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena maris, & non eſt infirmatus fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuū, cum fere centum annorū eſſet, & emortuam Saræ vuluam, in repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo. pleniſſime ſciens, quia quæcunq; promiſit Deus potens eſt & facere.) Illud quod pauloante dixit, ſpem præter omnem humanam, diuinæ Abraam fuiſſe poteſtati confiſum, hoc loco confirmat. Videlicet, quod denunciatū illi fuiſſet ſemen eius ut aſtra cœli futurum, & ut maris arena. Ipſeq; nil fide infirmus, qn ea vel enixe ſeruata, nulla ſui corporis ratione habita, quod eſſet ætate multa confectum. Nec Saræ vulua conſidera

Sara ſenio

 ta, duplici

& ſterilitate affecta. ta, duplici mortificatione affecta, id eſt ſenio & ſterilitate demortua. Non hæſitauit, hoc eſt, nil prorſus habuit quod ille ambigeret. Quin ſtatim per fidẽ fortior eſt effectus. Aduerte autẽ quemadmodũ aſſerat magnis animi viribus indigere credentẽ. Fuere tamen nõnulli, qui fidem eo parui exiſtimarent, quia nihil in ſe præferat difficultatis. Opera vero ob id magnifaciant, quia plurimũ habent ſudoris, firmitatẽq; & robur expoſcunt. Neceſſarius (inquit) credenti erit excelſus & fortis animus, ut diffidentię repellat ſuggeſtiones. Siquidem Abraam ut fide inualuit, Deo retulit Gratias, nil humanis inquit ſiſus eſt verbis. Quin ea quæ digna Dei ſunt gloria contemplatus, credidit illum indubitanter facere poſſe quæ fieri nequirent. Quod ſane in Dei gloriam cedit. Qui igitur Deo fidem non adhibuerit, ſed hærens & dubius pleraq; animo verſat, nullam refert gloriam Deo.

IDEO REPVtatum eſt illi ad iuſticiam. Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſticiam, ſed etiam propter nos. quibus reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitauit IESVM CHRISTVM dominũ noſtrum a mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.) Cum magna quædam de Abraam explicaſſet, ne quis forte occurrens inquiat. quid noſtra hoc intereſt? Sic ſubdit, quoniã noſtri ob gratiam ſcripta hæc ſunt, & ad iuſticiam nobis fides iſta concedet, hanc iſto modo paremus in eum credentes, qui & Ieſum a mortuis reuocauit. Quod ſi ſubdubius maneas, quo pacto poteris adipiſci ſalutem, Noſcendus præterea, qui tua omnia aboleuit delicta. Qui nullo ſuo facinore, ſed ob mundi errata mortem opetijt. Cum itaq; prorſus innoxius perfunctus eſt vita, merito etiam reſurrexit. Quo enim pacto qui ſit peccati immunis, detineri apud inferos potuit? Mortuus igitur eſt & excitatus a morte, ut a
Abrahe fides. prauis nos facinoribus eximat, & iuſtos reddat. Vt igitur Abraam, cum eius eſſet corpus demortuum, vigorem priſtinum recuperaturum ſe credidit, ſic ipſe pro certo habeas velim. Ieſum & mortem obijſſe, & ad vitam fuiſſe a mortuis reuocatum, quod tibi haud dubie ut tuo progenitori iuſticiæ tribuetur.

CAPVT. V.

IVSTIFICATI IGITVR ex fide pacem habeamus ad Deum, per dñm noſtrum IESVM CHRISTVM, per quem acceſſum habemus per fidem in gratiã iſtam in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ Dei.) De modo viuẽdi hoc loco differit. Nam cum de fide magna quædam dixiſſet, & opera verbis extenuaſſet, ne deſides forte efficiamur. & nihil agendo inhæſiſſe inerti otio videamur, refert demũ quemadmodum ducenda ſit vita. Cum eñ inquit iuſticiam nobis attulit fides, nequaquã ultra peccandum erit. Quin potius pacem cum Deo conciliemus, & vitam hanc ita degamus, ut illum oblectet. Quo pacto (inquies) fieri hoc licere? Nimirum per IESVM CHRISTVM dominũ noſtrum. Is eñ nobis (quos, cum delictis obſtringeremur, iuſtificauit) opem eſt ſimul & operam præſtiturus, ut in iuſticia perſeueremus, eoq; ad illum acceſſum habuimus. Q; ſi longius nos aberrantes reduxit, longe magis ad
Gratia quæ ex baptiſmo. euntes ſe detinebit. Inuexit autem nos in hanc Gratiam, quo pacto? In fide ſcilicet, id eſt cum fidem intuliſſemus. Verum quæ iſta eſt Gratia? Bonorũ inquã omnium quæ nobis per Baptiſmũ obueniunt aſſecutio. In qua ſtamus, hoc eſt in qua obfirmati, & ſtabiles ſumus. Permanent nanq; bona illa cœleſtia, nec caſum aliquem patiũtur. Nec ſolum eorũ quæ conſecuti iam ſumus eſt nobis firma poſſeſſio, ſed alia capiendi ſpes eſt. Gloriamur eñ (inquit) in ſpe bonorũ, videlicet quæ in nos ſunt conferenda. Quæ cum ad Dei gloriam faciant, nobis ut conferantur neceſſe eſt, & ſi minus noſtri ob Gratiam, ut illi tamen gloria deferatur.

NON SOLVM aũt, ſed gloriemur in tribulationibus, ſcientes, quoniã tribulatio patientiam operatur. patientia aũt probationem, probatio vero ſpem, ſpes aũt non confundit.) Non ſolũ inquit futuris in bonis nos gloriamur, ſed quod præſtantius eſt, & in præſentibus hiſce noſtris anguſtijs. Neq; eñ id iniquo ferendũ eſt animo, quod angimur ipſi, & urgemur, cum Chriſtiani potius ſit hæc gloriatio. Quo

pacto?

pacto? Nimirũ quia preſſura patientiã parit, Patientia vero eũ qui fuerit oppreſſus probatiſſimũ reddit. Qui vero de ſe experimẽtum dederit ſuæ conſcientiæ bonitati confiſus, quia Dei ob gratiam malis plurimis urgeaẽ, ſperat haud dubia pro his premia ſe recepturũ, cuiuſmodi ſpes nec labitur unquã, nec ſperantẽ confundit, nec fallit. Si quidem rerum humanarũ ſpes omnis cum exitũ qui ſperabatur nacta non fuerit, confuſionẽ affert in ſe confidentibus. Quod tamen haud quaq́ ea ſpe quæ in ea ſit habita poteſt contingere. Ille nanq́ nobis cum ĩmortalis, & bonus ſit, largiturus eſt bona. Quæ utiq́ ſe capientibus pariunt vitam, qua vel defuncti fruuntur. Quo fit, ut nihil impediat quo minus vobis ad vota ſuccedat ſpes iſta in Deo ſita.

Patientia Chriſtianorũ propria.

Spes humana fallax.

QVIA CHARItas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.) Confirmat quæ nobis a charitate ipſa, qua erga nos Deus oſtendit, ſunt obuentura. Quaſi in hmõi (inquiat) nil diffidas. Non eñ bonorꝫ cœleſtiũ ſpes ipſa concidet. Qui eñ nos adeo eſt charitate cõplexus, ut per Spiritũ ſanctum, vel nulla noſtra induſtria Dei filios fecerit, quo pacto poſt multos labores non palma & coronis donabit? Diffuſa eſt itaq́ charitas Dei in cordibus nr̃is, hoc eſt abundans & opulenta eſt viſa, Spiritũ nobis in corde habentibus, quẽ ipſe ĩmiſerit.

Spes bonorũ cœleſtium non concidit.

ACCEDAT etiam q̃ Chriſtus cum infirmi eſſemus ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt. Vix enim pro iuſto quis moritur. Nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis igitur iuſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.) Dixerat Dei charitatem in cordibus per Spiritum ſanctum præferri, quem ipſe contulerat. Exprimit præterea charitatis ipſius diuinæ magnitudinem, ob eam quam Chriſtus noſtri gratia, qui ſumus infirmiores, hoc eſt qui deliquimus, ſubijt mortem. Siquidem infirmitas ipſa peccata prætendit, quemadmodum & iuſticiam ſanitas. Nec ſolum pro peccatoribus ille, ſed etiam pro impijs ultro mortem adiuit. Quod ſane debet maius videri, tametſi pro iuſto vix quiſpiam morietur. Præfertur itaq́ amoris ĩmenſitas eius, qui voluit pro delinquentibus nobis & impijs mortem obire. Secundum vero tempus, hoc eſt tempore decenti & deſtinato. Cum eñ oportunum eſt viſum, mortuus eſt. Q. ſi ex charitate mortem ille perpeſſus eſt, & per mortem iuſtificauit, longe magis hoc tempore ab ira nos tutabitur. Quippe quos iam iuſtificarit. Contulit enim quod præſtantius videbatur iuſtificationem videlicet, & ab ira nos demum utrum ſit nec ne exempturus addubitamus? A qua ira cum erimus liberi, & bona eſt ob ingentem ſuam in nos charitatem daturus.

Chriſtus nos per mortem quomodo iuſtificauit.

SI ENIM cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortẽ Fili eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.) Videtur de rebus ijſdem habere ſermonem, tametſi diuerſa ſint ſenſa, quæ comparationibus exprimũtur. Superius nanq́ illud eſſe, nos ſcilicet peccatis obſtrictos, propoſuit. deinceps iuſtificari ſubijciens per cõparationem intulit, cum peccatores eſſemus iuſtificauit per mortem, & longe magis iuſtificatos ſaluabit. Nunc vero & Chriſti vitam & mortem repetens, rurſum cõparando explicat ſenſum, hoc pacto inquiens. Tunc q̄dem conciliati per Chriſti ſanguinem & mortem fuimus, nunc vero eius in vita haud ſalui efficiemur? Qui eñ nec proprio Filio pepercit, qui illum morti conciliandi nos gratia obtulit, nõne vel in præſentiarum maxime illius in vita ſaluos nos reddet?

NON SOLVM autem, ſed & gloriamur in Deo per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, per quem cõciliationem accepimus.) Non modo (inquit) ſalutem ſumus iam conſecuti, quin etiã gloriamur in Deo, id ſolũ, quia cum impij fuiſſemus, ſalui ſumus iam redditi, & per unigeniti ſanguinẽ gloriamur, & per dominũ Ieſum. quippe cum ipſe ſit huiuſce nobis gloriæ cauſa, qui & conciliationis fuerit.

Pauli gloria.

PROPTEREA ſicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatũ, ita in omnes homines mors ipſa pertranſijt in quo omnes peccauerũt.)

In Adam quomodo deliquiſſe omnes dicantur.

Cum iuſtificauit nos dominus IESVS dixiſſet, ad ipſius mali radicē diuertit, peccatum videlicet & mortem. Indicatq; id utrunq; unius hominis Adæ vitio inuaſiſſe mundum, abſceſſiſſeq; item hominis unius, id eſt Chriſti virtute. Quid vero illud ſibi, in quo omnes peccarunt velit, explicabo. In Adam ſcilicet omnes homines deliquerunt. Nam eo labente, vel qui de ligno nihil ediſſent, ſuo crimine mortales ſunt facti? Perinde ac ſi ipſi forent peccato obnoxij, quia ille peccaſſet.

VSQVE ENIM ad legem peccatū erat in hoc mundo. Peccatum aūt non imputabaī, cum Lex non eſſet. Sed regnauit mors ab Adam uſq; ad Moſem, etiā in eos qui non peccauerūt, in ſimilitudinē præuaricatiōis Adæ qui eſt forma futuri.) Arguere nititur qui de ligno nec manducaſſent, nequaq; pari cum Adam obſtringi facinore, alioqui ob Adæ Peccatū habere pro peccatoribus, & fuiſſe mortales effectos, id ipſum hoc pacto confirmans. Ad legis uſq; promulgationē, regnauit peccatū. Hoc eſt, anteq; Lex ederetur, quæret aliquis, quo ergo pacto cōmitebatur? Nimirū non ex Legis præuaricatiōe, quod eīm erat futurū peccandi genus lege non edita? Tunc eīm delictum admitti exiſtimatur, cum leges conduntur. Quas homines aliquando tranſgreſſi, dicuntur fuiſſe in crimen collapſi. Mors aūt ad Moſem uſq; regnauit, id eſt anteq; Lex ulla ferretur, nec profecto illa unquā regnaſſet, ni aliquod extitiſſet quod hanc cōfirmaſſet peccatū. Cum aūt perſpicuum ſit, ex Legis tranſgreſſu, quæ nulla eſſet, nondū deriuaſſe peccatū, relinquitur ſane Adæ fuiſſe præuaricationem, quæ occaſionē attulerit, qua mors ipſa uel in eos regnaret, qui quantū in ſe eſſet nil deliquiſſent. Qui enim non legem accepit, neq; illam tranſgreſſus eſt, haud quaquā dicitur facinus cōmiſiſſe. Veruntamen præuaricantis Adæ ſimilitudine uel cæteri omnes crimine obſtringūtur, & cum Adam, qui forma eſt Chriſti, tanquā progenitore fiunt peccati participes. Nam quemadmodū Adam ille vetuſtior, cunctos uel immerētes, crimini ſuo fecit obnoxios. Sic Chriſtus omnes iuſtificauit, uel ſi iuſtificationē minus eſſent cōmeriti, & Adam idcirco eſt forma futuri, hoc eſt Chriſti.

Adæ præuaricatio.

Vetuſtus Adam.

SED NON SICUT delictum ita & donū. Si enim unius delicto multi mortui ſunt, longe magis gratia & donum in gratia unius hominis in plures abundauit. Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex uno in condemnatiōem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.) Non modo (inquit) tantum profuit, Chriſtus quātum Adam offecit. Si enim peccati tanta uis fuit ut delinquente uno, uel cæteri omnes nullo admiſſo crimine, quia ortum ex eo duntaxat habuiſſent, damnarentur. Longe magis Dei gratia & Patris. Nec huius ſolum, ſed filij inſuper in multos affatim defluxit. Nec tanti illud eſt Dei munus, quanti ob unius erratum damnatio, id eſt addictum damnationi peccatum, quod ex Adam uno manauerit. In damnationem, id eſt in mortem. Vel quia eius poſteri, multum increſcentibus uitijs tantopere ſunt euecti ad ſcelera, ut non ſolum delictis, uerum et mortibus infecerint homines. Gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Hoc eſt, gratia non modo priſtinum illud deleuit peccatum, quin & reliqua ſuſtulit mala, quæ poſtmodum inuaſere mortales. Quippe cum crimina quæ poſt præuaricationem ſunt conſecuta, prorſus diſſoluerit, nobis ad iuſticiam ceſſit.

Adam forma Chriſti.

SI ENIM IN unius delicto mors regnauit per unū, multo magis abundantiā gratiæ & donationis & iuſticiæ accipientes in uitā regnabunt, per unū IESVM CHRISTVM. Igitur ſicut per unius delictū omnes hoīes in cōdemnatiōem uitæ.) Si eīm (inquit) de ligno homine uno guſtante mors ipſa regnauit, longe magis & nos qui Gratiæ ſumus ubertatem & abundantiā nacti, & iuſticiā conſecuti per unū CHRISTVM IESVM & uita potiemur, & regno. Cuius & fratres ſumus effecti, & unius panis participes. Nec ſecus illi inhæſimus quā capiti corpus. Neq; enim ſimplici aliquo & unico bono affecti iam ſumus, ut quicquā ſit de futura Gloria hæſitandum. Sed Gratiæ abundātia bona nobis impertit, qui haud ſecus habendi ſumus, ac alius quiſpiā qui æris alieni ſit obſtrictus magnitudine. Vbi cum liberis & uxore in carcerem trudi-

Simile.

cerē truditur, non ſolũ carcere & debita pecunia liberetur, ſed donetur etiã talentis mille, inuectuſq; in regiã aulam digneť honore ampliſſimo, ſicq; demũ ab Imperatore in Filiũ adoptetur. Vt itaq; ſenſum concludat, ſic inquit. Igitur ſicut per unius delictũ omnes homines pereunt. Sic per unius iuſticiã in omnes homines diffunditur gratia, hiſq; & iuſtificatiōem pro peccato condonat, & uitam pro morte.

SICVT ENIM per inobedientiã unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per unius obedientiã, iuſti conſtituentur multi.) Non em̃ rei eiuſdem repetitio eſt ut apparet, ſed cũ diceret ſuperius ſicut per unius delictũ, ſic per unius iuſticiam. Nunc quid ſit unius delictũ interpretať, exprimitq; quid inobedientia ſit, per quã conſtituti ſunt peccatores multi, id eſt homiēs ſupplicijs obnoxij, & mortis rei. Quidve ſit unius, id eſt Chriſti iuſticia, aitq; hanc eſſe mortis obedientiam & crucis mortē, per quam obedientiã, morte contrita ex mortis ſumus erepti damnatione.

Delictũ unius.

Vnius iuſticia.

LEX AVTEM ſubintrauit ut abundaret delictum. Vbi autē abundauit delictum ſuperabundauit & Gratia.) Poſtquã Adę culpa oſtendit fuiſſe oēs damnatiōi adiudicatos, Chriſti uero iuſticia ſalutē adeptos, iure quis poſſet ambigere, quęrereq;. Quid ergo tot ſæculis Lex ipſa effecit, ſi iuſticiã nobis impertitus eſt Chriſtus? Inquit igitur Legem ſubintraſſe, hoc eſt ad tēpus aliquod fuiſſe hanc traditã. Non ut prior ipſa iuſtificaret, quippe quæ ſubiens, Peccatũ potius accumulauit. Multa em̃ iniunxit, quæ cum hoīes tranſilirent, augebatur delictũ. Lex itaq; tradita eſt īminuendi gratia tollendiq; praua facinora. Habuit tamen longe diuerſum rei euentũ, hominũ ſane, non legis incuria. Cum itaq; per Legem abundauit Peccatũ, ſuperabundauit tamen per Chriſtum & Gratia. Quæ non ſolũ a Peccatis arceret, quin & iuſticiam largireť, cœleſteſq; faceret homines, & in Dei filios adoptaret. ideoq; non abundaſſe, ſed ſuperabundaſſe dixit, ut eius Gratiæ exprimeret ubertatem.

Gratia ſuper abundauit per Chriſtum.

VT SICVT regnauit Peccatum in mortē, ita & Gratia regnet per iuſticiã in uitam æternam.) Cum ſuperabundare Gratiam diceret, & rei indicat rationē, ne diffidamus. Inquitq; ad inſtar regni alicuius ſe habere Peccatũ, mortem vero in militis armati morem. Si nobis igitur dominatur Peccatum, quod mortem habeat ſub ſe militantem, longe magis & Gratia in nos imperiũ eſt habitura, quæ iuſticiam ducet, delicti perniciem. Quod cum perdiderit & morti ſit interitum allatura, & uitam inductura ſempiternã, & quaſi acie utrinq; inſtructa. Peccatum quidem pro milite mortem habebat. Gratia uero iniuſticiã ſuſtulit. Igitur iuſticia quod regnaret Peccatũ, & mors una cum Peccato, ita effectum eſt, ut uita ſit ſempiterna inducta.

Gratia ſuſtulit iniuſticiam.

CAPVT. VI.

QVID ERGO DICEMVS, permanebimus in Peccato, ut gratia abundet? Abſit. Qui em̃ mortui Peccato ſumus, quo pacto adhuc uiuemus in illo?) Cum dixiſſet ubi abundauit Peccatũ, ſuperabundauit & Gratia, dicturus eſt forſitan aliquis. Nil ergo cōmittere deſinamus, ut increſcente delicto, concreſcat & Gratia. Id igiť hunc in modũ, nunc ſoluit, abſit inquiens, quod prohibentis eſt. Idq; Paulus dictum in rebus ſolet abſurde admodũ per alios affirmatis, uſurpare. Ita mox ſubdit, quia Peccato mortui ſumus, id eſt quantũ in eo eſt morti adiudicamur, ergo nec ultra illi gerendus eſt mos. Verũ quo pacto in delicto viuemus, cum illi ſcilicet ita afficimur, ut ei obtemperemus. Ex eo autē nouimus fidelem oēm eſſe baptiſmatis Gratia Peccato demortuũ, eundemq; ſi negligentius agat, excitatũ tandem & ad uitam redactum, ut cum delicto feratur in præceps, ut impiger cōtra & diligens apud ſe ſemper mortificationem huiuſmodi ſeruat, Peccatoq; imperat, & illi non obſequitur.

Abſit, quando dicatur à Paulo.

Mori peccato, quod ſit.

AN IGNORATIS fratres, quia quicunq; baptiçati ſumus in CHRISTO IESV in morte ipſius baptiçati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum ipſo per Baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriam Patris, & nos in nouitate uitæ ambulemus.) Confirmat quemadmodum Peccato mortui ſumus, per Baptiſmũ uidelicet. Sumus enim in Chriſti morte nos baptiçati, hoc eſt ut ille morte affectus eſt, & nos moriemur. Baptiſma enim in nobis eum obtinet locum, quem

Virtutis reſurrectio.

Crux ipſa & ſepultura in Chriſto. Ille nanq; carni & mortuus eſt & ſurrexit, nos uero Peccato morientes, uirtuti ſumus reſurrecturi, ut quemadmodum Chriſtus carni ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, hoc eſt per ſuam diuinitatem. Patris enim eſt gloria Filius Sic & nos per aliam quandam ſurgamus reſurrectionem, id eſt per uitæ nouitatem. Sic & mœchus aliquis & laſciuus cum ſit continentior, & ſi mortuus fuerat, reſurrexiſſe dicetur, confecta nequitia & excitata uirtute.

Vetus homo, id eſt nequitia.

SI ENIM complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus Peccati, ut ultra non ſeruiamus Peccato.) Non enim dixit quoniã participes ſumus ſimilitudinis mortis ſuæ effecti, ſed cõplantati, ut ipſius plantæ nomine & fructũ ſimul oſtendat. Domini eñ corpus cũ eſſet in terris ſepulturæ mandatũ, fructũ protulit. Et quoniã in terra ille, nos uero ſumus in aqua ſepulti. Et ipſi qdem Peccato ille corpore. Propterea non morte dixit, ſed mortis ſimilitudine, qui etiam uel reſurrectionis participes erimus, & uitæ illius ſempiternæ hæredes. Quia bonis operibus reſurrectionẽ pertulimus. Nam & uetus ille noſter homo, id eſt nequitia, ſimul eſt cruci affixus. Hoc eſt, haud ſecus quã Chriſti corpus ſuſpenſum patibulo, Baptiſmo eſt conſepultus, ut corpus Peccati deſtruaẽ. Vel etiã dixit nequitiã, quæ uarijs modis compoſita ſit, tanq; unum ſit corpus, uel quod ex ea in illa corpus hoc noſtrũ prætendiẽ, in Peccata procliue. Et ideo inferat, ut non ultra ſeruiamus Peccato. Velim aũt corpus hoc noſtrũ morte affici, non ut intereat, ſed ut non delinquat,

QVI ENIM mortuus eſt Peccato, iuſtificatus eſt a Peccato.) De quouis hominum hæc loquitur. Nam quemadmodum qui hac ſit uita perfunctus, a Peccato iuſtificatur, id eſt ſoluitur & liberatur, ſic & ipſe qui ſis Baptiſmo perfuſus & Peccato demortuus in hac morte perſiſtas neceſſe eſt.

Chriſtus quomodo Peccato mortuus dicatur.

SI AVTEM mortui ſumus cum Chriſto credimus, quia ſimul etiã uiuemus cum eo. Scientes quia Chriſtus reſurgens a mortuis iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim mortuus eſt, Peccato mortuus eſt ſemel, quod autẽ uiuit, uiuit Deo. Ita & ipſi exiſtimate uos mortuos quidẽ eſſe Peccato, uiuentes aũt Deo in CHRISTO IESV domino noſtro.) Videtur hoc loco Apoſtolus longiori oratione prouectus. Quod tamen haud ita ſe habet. Superius nanq; diſſeruit oportere nos ſemper Peccato eſſe demortuos. Nunc uero ut in nobis ipſis uitæ illius diuinæ habenda ſit reſurrectio. Nam ſi cum Chriſto mortẽ per Baptiſma obiuimus, credimus tamen, nos uel uitæ ipſius nouitate reſurrectionem aſſequi poſſe, nobis perpetuo affuturam. Chriſtus ſiquidem non amplius moriturus, uiuit in ſempiternũ. Et quia mortuus ſit, Peccato dicit obiſſe, hoc eſt noſtris erratis, tametſi morti non eſſet obnoxius. Quod autem uiuit, uiuit Deo, id eſt diuinæ potentiæ. In Dei enim & Patris uirtute uitam agit perpetuam. Et quoniam non iterato moriturus eſt Chriſtus, nec ipſi quidem ſecundo mortem Baptiſmi ob Gratiam patiemur. Maneamus igitur in prioribus, hoc eſt in morte quidem Peccati, reſurrectiõe uero eius quæ ſecundum Deum eſt uitæ, hoc in CHRISTO IESV adipiſcemur, id eſt illius ope. Qui eñ uel mortuos ſuſcitauit, longe magis & uiuos in uita tutabitur.

Manendum in morte peccati.

Voluptates corporis q̃les.

NON ERGO regnet Peccatũ in ueſtro mortali corpore, ut obediatis illi in concupiſcentijs eius.) Poſtq; ſat patefecit, nos nec uiolẽtia ulla nec neceſſitate coercitos, ſed uoluntario ſab ipſa nequitia detineri, nequaq; hmõi intulit. Ne ſcilicet tyrannidem in uos Peccatum exerceat, ſed minime regnet. Rex ſiquidem uolentibus præſidet. Cũ uero in noſtro mortali corpore (inquit) duo quædã prætendit, alterũ quia minus ſtabiles ſunt corporis uoluptates. Quippe quod mortale ſit & nõ diuturnũ. Quo fit, ut nihil illi quo diu lætandũ ſit poſſit accidere, neq; quæ laborioſa ſunt tolerat. Vnde nec ei licebit triſtia quæq; uel agonẽ defugere, quæ ſunt plerũq; uoluptatibus præuia. Altero aũt nos cõmonefacit mortalitatẽ hanc a delicto fuiſſe corpori inditam. Noli ergo morẽ ei amplius gerere, quod morte inducit. At quale eſt peccati hoc regnum?

ti hoc regnum? Tunc quidem illud uidebitur potiri Imperio, cum in his ei obtempe
rabimus quæ & uoluptatis ſunt & corporis concupiſcentiæ. Fit itaq;, ut nihil offici
at corpus, ſed id quod ad peccandũ præſtatur obſequium maxime noceat. Aduerte
autem quã ſimus ipſa a Chriſto gratiã conſecuti. Deliquit utiq; Adam immortale
corpus ſortitus, nos uero & ſi mortale obducimur, peccata ſimul & uitia ſupamus.

Mortalitas inducta corpori per delictum.

NEQVE exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete uos
ipſos Deo tanq̃ ex mortuis uiuentes, & membra ueſtra, arma iuſtitiæ Deo.) Vbi
nam gentiũ ſunt Manichæi qui corpus ſuapte natura neq̃ & improbũ adſtruebant,
cum conſtet armorum loco id eſſe. Arma uero medium teneant, uirtutem inter &
uitia. Militi ſiquidem ad ciues tutandos ſica conceditur. A prædonibus uero ad ci-
ues perdendos ferrum arripitur. Nolite ergo exhibere membra ueſtra arma iniqui
tatis peccato. Qui enĩ delinquit, in proximũ ſæpe, in ſeipſum ſemper nequiter agit.
Sed Deo exhibete, plane diſcernentes, quantũ inter Deum & peccatum interſit, uel
quæſit conditio potior, peccati ne, quod afferat mortem, iugum ſubire, an Dei, qui
uitam, Cum uero arma iuſtitiæ membra ipſa appellat, & ſimul quod paulo ante di-
ctum eſt patefacit, nõ eſſe corpus per ſe iniquum. Siquidem poteſt illud ad iuſtitiæ
arma conuerti, ſimul etiam ut oſtendat imminere & bellum, ob idq; ſub Deo duce
militiam exercendam, & arma fore in animæ defenſionem exponenda.

Manichæi arguuntur.

Corpus per ſe non eſt iniquũ.

NON ENIM ſub lege eſtis ſed ſub gratia.) Corpus (inquit) hoc ueſtrum ante
Chriſti aduentũ facile a delicto expugnabat. Neq; enĩ ſpiritus aderat opem laturus
neq; qui peccatum uim trucidãdi haberet Baptiſmus. Propterea neq; Lex, quæ fa-
cienda iniungeret quicq̃ proficiebat. Cũ uero Chriſtus in mundũ prodiſſet, facilior
facta eſt colluctandi poteſtas. Vnde eo acrius nobis ſunt illata certamina, q̃ maiora
ſunt trãſmiſſa ſubſidia. Nullum igit̃ in nos Imperiũ habet peccatũ, niſi enixius ipſi
ſuccubuerimus. Quippe q̃bus nulla ſit ipo[illegible]x, q̃ iubeat ſolũ et nihil afferat opis
Sed grã contributa, q̃ ſupioribus delictis omiſſis, de bonis futuris faciat certiores.

Peccati Imperiũ in nos nullum.

QVID ERGO, peccabimus? quoniam non ſumus ſub lege ſed ſub gratia. Abſit
Neſcitis quoniã cui exhibuiſtis uos ſeruos ad obediendum ſerui eſtis eius cui obe-
diſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.) Vbiq; occurri poſſe
obiectionibus Paulus ſuſpicatur, ideoq; illas & inducit & ſoluit. Quemadmodũ il-
lud cum abſit, inquit. Deinde perfacilem nobis arguit eſſe peccandi abſtinentiã, per
noſcite itaq; utrum ſit ſatius, peccati ne obſtringi nos ſeruiture, utroq; illud adire.
Id enim cũ exhibete inquit prætendit, & mortem lucrifacere, id eſt, immortale ſup-
plicium nobis parare. Siquidem Adæ peccatũ mortem peperit corporis, præſens ue
ro delictũ mortem intulit ſempiternam, id eſt, perpetuis homines ſupplicijs tradidit
An Chriſto obtemperare, iuſtitiamq; & quæ hanc conſequuntur bona adipiſci.

GRATIAS autem Deo quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eã
formã doctrinæ in qua traditi eſtis.) Ideo inquit Deo habendæ ſunt Gratiæ, quo
niã non humanæ illud, ſed Diuinæ potentiæ eſt, fuiſſe uos e tantis erutos malis. Nõ
enim coacti, ſed uoluntarij & ex corde obtemperaſtis. Non ergo uobis priſtina illa
repetenda ſunt mala, a quibus ſponte iamdudũ defeceritis. Oſtendit præterea cum
fuerint non inuiti ad bonũ traducti, eſſe id omne Diuinæ gratiæ aſcribendũ. Tradi
ti eſtis, id eſt, a Deo deducti eſtis in formã doctrinæ. Qualis autem ſit doctrinæ hæc
forma, ſi quæras. Certe uitam dixerim rectiorem & bonis operibus incumbentem.

Doctrinæ forma.

LIBERATI autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitię. Humanũ dico propter infir
mitatem carnis ueſtrę. Sicut enĩ exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditijs, &
iniquitati ad iniquitatem. Ita nũc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſancti-
ficationem.) Duplici eſtis a Deo affecti beneficio, & quia eſtis a tanta ſcelerũ fœ
ditate erepti, tum etiam quia uobis permiſſum eſt iuſtitiæ inſeruire, quod ſane uo-
bis ad gloriã cædit non mediocrem. Cum uero eſſet illi dicendum quandiu peccato
obtemperaſtis, tamdiu & Deo præſtare obſequiũ. Anticipans (inquit) humanũ dico.

id eſt, tenue quid & exiguum & ueſtræ infirmitati cõuenien. Nam & ſi longe magis Deo ſit ꝙ peccatis inſeruiendũ, ob ueſtram tamen infirmitatem, uel parem eius quam delicto exhibuiſtis, Deo præſtate nunc ſeruitutem. Vide quam perſpicuum id obſequium fecerit, quod ultro impendamus, cũ inquit. Quemadmodũ exhibuiſtis membra ueſtra in ſeruitutem, tanꝗ uos ipſi mancipantes peccato immunditiæ iugum ſubiſtis, incœſtus uidelicet, adulterĳ, & rerum earum quæ nequeunt, cũ obſcœna ſint, explicari, tametſi cum de ſola immunditia dixerim, de quouis ſcelere dictum uelim, utpote quæ ad omnes per hunc ipſum ſermonem cõmune quid habeat ad iniquitatem, id eſt, cũ nequitiæ plurimũ ſtudeatis. Neq; enim cũ facinus aliquod unum admittebatis illo contenti reliquis per uos finis imponebatur, ſed ſcelus unũ aliud ſuccedebat, ut ueſtra nequitia in maius excreſceret, pari ergo menſura exibete membra hæc ueſtra iuſtitiæ inſeruire. Hoc eſt, omni uirtute contendite, ut continenter & ſancte pro priſtina illa immuditia, quod reliquũ uobis eſt uitæ degatis.

Immunditia.

Peccatorum nexus.

CVM ENIM eſſetis ſerui peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructũ habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis. Nam finis illorũ mors eſt.) Cum in nequitia (inquit) uerſabamini, eratis a iuſtitia ſoluti & liberi. Hoc eſt, non illi ſubiecti, eidemq; obſequi aberat omnino uoluntas, ſed procul ab ea ferebamini. Nunc uero iuſtitiæ huic ſeruientes, nil prorſus eritis peccati ſeruitute detenti, quem ꝑterea ex ea cœpiſtis immunditiæ fructũ? Præter pudorem profecto nullũ. At quid illi erubeſcebant? Olim nimirum cõmiſſa & praua facinora, quorũ finis mors eſt. Quæ & ſi corporalis plerũq; eſſe deprehenditur, animæ tamen ad perniciem ſemper eſt & interitũ. Factũ eſt tñ, ut mortem huiuſmodi euaſeritis munere Dei ſingulari. Pudor uero ille perutilis & in uobis reſtiterit. Quippe quos ꝑteritorũ nunc pudeat ſcelerũ.

Pudor immunditiæ fructus.

NVNC VERO liberati a peccato, ſerui autem facti Deo habetis fructum ueſtrũ in ſanctificationem, finem uero uitam æternã. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, uita æterna in CHRISTO IESV domino noſtro.) Ex delicti operibus qui ſequitur fructus erubeſcentia eſt. Ex iuſtitiæ uero actionibus ſanctificatio, puritas & caſtimonia in fructum obuenient, illius finis mors eſt, huius uita perpetua. Delicti ſtipendiũ mors eſt. Stipendium uero pecunia dicitur, quæ militibus a prinſcipe ad commeatũ dependitur. Peccatum igitur nobis, quos ſeruos habuerat, ſeruitutis in præmium mortem retribuebat. Gratiam autem non mercedem dixit a Deo futuram, perinde ac ſi inquiat. Non enim laborum accipitis præmia. Sed per gratiã fiunt hæc omnia in CHRISTO IESV, qui hæc operatur & factitat.

Stipendiũ peccati. Stipendiũ quid.

CAP. VII.

AN IGNORATIS FRATRES, (ſcientibus enim legem loquor) quia Lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nam quæ ſub uiro eſt mulier, uiuenti uiro alligata eſt lege. Si autem mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera ſi fuerit cum alio uiro.) Omiſſa moralitate ad legum ſanctionem tranſgreditur. Oſtenditq; nõ ultra debere hos eſſe legi obnoxios. Lex enĩ inquiens, cuius uos notionem habetis, in hominem dominatur, quandiu uitã hanc duxerit. In mortuos uero nullum habet Imperium. Fit itaq; ut ipſi legi mortui ſitis, cum nihil illa in uobis habeat poteſtatis. Idipſum ante exemplis corroborat. Viro enim (inquiens) mortuo, mulieri facultas eſt alteri ſe uiro coniungere. Sic & hoc loco, lex ipſa uiro ſimilis poteſt uideri, uos uero fœminæ, proinde ut ita proſequeretur exigebat oratio. Itaq; fratres nihil amplius uobis Lex dominatur, quia mortua ſit. Abſtinuit tamen huiuſmodi dicere, ne Iudæos offenderet, ſed mulierẽ inducit, ſub cuius perſona Iudæos ipſos expreſſit, ut quemadmodũ illa uiro hac uita defuncto libertatem adepta eſt, ſic & Iudæi legẽ ceſſante, legis ſunt poteſtate exempti.

Iudæi lege ceſſante legis poteſtate ſunt exempti.

ITAQVE fratres mei mortificati & uos eſtis lege per corpus Chriſti, ut ſitis uos alterius, qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus Deo.) Si mortui fueritis ipſi effecti, nequaꝗ ſub lege eſtis. Nam ſi uiro iam mortuo nõ ultra eſt mulier obligata longe magis cũ & ipſa e uita abſceſſerit, a legis erit iugo ſoluta. Eſtote ergo & uos a

lege liberi

lege liberi per Chriſti corpus cruci pro nobis ſuffixum. Ideo nanqꝫ hoc corpus ſuit morte affectum, ut legi uos morientes ſub altero ſitis, qui ueſtri ob gratiam & mortuus ſit & reſurrexit. Lex enim ubi ſemel interijt, uita nõ amplius fruitur, Chriſtus uero moriens uiuit nequaqꝫ, ergo uobis licebit ab eo deficere qui uiuens ſit. At qd nobis inde lucri obueniet? Nempe ut Deo fructificemus, hoc eſt, ut ex eo quod cũ Chriſto iniuimus fœdere, Deo rectas pariamus actiones.

Lex Iudeorũ interit.

CVM ENIM eſſemus in carne paſſiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris noſtris, ut morti fructificarent.) Cum oſtendiſſet legem nihil nobis proficere ad uitia corporis euitanda, propterea quia cõmonefaciat duntaxat ut recte uiuatur, non demat uitia, mox illud ſubdit. Cum eſſemus (inquiens) in carnis uita per praua quædam facinora, peccatorũ paſſiones, quæ nobis per legem innotuerunt, per animam in noſtris membris operabantur. Neqꝫ enim apertius dixit membra ipſa nequitiã exercuiſſe, ne præbeat carnem criminandi occaſionem. Anima ſiquidem cithariſtæ loco habenda eſt, membra uero pro cithara, quã ſi ineptus forte ille pulſauerit, & ipſa inconcinnum ſonum reddat neceſſe eſt. Si legi itaqꝫ ipſi ſubijcimur, cũ minus liceat uitia nobis defugere, morti praua opera gignimus.

Lex nihil facit ad corporis uitia uitanda.

NVNC AVtem ſoluti ſumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ.) Non enim dixit legem fuiſſe irritam redditã & inanem, ne Iudæos laceſſeret, ſed ipſi (inquit) ſumus a lege ſoluti, id eſt, moriendo dimiſſi, & in libertatem redacti, & mortui & immobiles ad eam rem facti qua antea tenebamur. Peccatum ſcilicet. In hoc enim eramus quaſi uinculis irretiti, mortui autem illi ſumus ut Deo ſeruiamus in nouitate ſpiritus, non in literæ uetuſtate. Olim nanqꝫ haud facile uirtus poterat uendicari, cũ Adam in corpore illo mortali pleraqꝫ naturæ uitia excepiſſet. Nunc uero Chriſti munere in Baptiſmi ablutione natura hæc noſtra per ſpiritũ eſt obfirmata, qui nos innouauit & iuniores effecit, & ab literæ infirmitate liberauit. Propterea & in ueteri lege perrarus erat hominũ cælibatus. Nunc uero noſtræ huius eccleſiæ homines innumeri ſunt, qui non modo Veneris abſtinentiam, ſed etiam ſibi mortis contemptũ pepererint.

Anima citharistæ Membra Citharæ loco.

Nouitas ſpiritus literæ Vetuſtas.

QVID ERGO dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatũ non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiã non cognoſcebã, niſi Lex diceret nõ concupiſces.) Cum pleraqꝫ attuliſſet quæ legem uiſa ſunt obtrectaſſe, cuiuſmodi illa ſunt, peccatum uobis non dominetur. Neqꝫ enim ſub lege eſtis ſed ſub gratia. Et lex ſubintrauit ubi abundauit delictum, & paulo ante, quoniam paſſiones peccatorꝫ quæ per legem proferuntur & literæ uetuſtatem, ut iſtiuſmodi omnem mitiget ſuſpitionem, quaſi obiectionem quandã inducens, & perinde ea in re cõſulturus ſic inquit, Quid igitur dicemus de lege, num illã peccati inſimulabimus? Moxqꝫ id ſoluens. Primũ nititur Interdicto, abſit inquiens, ut in his ſolet quæ abſurdiora uidentur. Deinde rationes quaſdam proponit. Lex quidem (inquit) peccatũ non eſt, ſed peccatũ aperiens. Neqꝫ enim concupiſcentiã cognouiſſem, ſi lege non eſſet concupiſcentia interdicta. Verum quo pacto uel extitiſſet diluuiũ uel Sodoma conflagraſſet, niſi uel ante æditã legem, mali notionem habuiſſet hæc cupiditas. Noſcebatur ſane peccatũ ſed nondum erat concupiſcentia interdicta. Neqꝫ a Deo illud cognitũ erat, ut non magis in poſterum legis teſtimonio innoteſceret. Superioribus enim ſæculis naturali quadam lege literis poſtmodũ demandata delicti habita eſt cognitio, quod profecto maioris ueſaniæ cauſam præbuit, non legis uitio, quæ ad bonum inſtrueret, ſed eorum neglectu, qui legi minus uacarent, quod in ſequentibus perſpicuũ facit.

Lex peccatum non eſt.

OCCASIONE autem accepta, peccatum per mandatũ operatũ eſt in me omnem concupiſcentiã. Sine lege enim peccatum mortuum erat.) Non enim legem dixit concupiſcentiam peperiſſe, ſed peccatum. Quod dici ſecundum aliquos poteſt iners quædam & corrupta uoluntas, uel dæmonem per peccatũ deſignat, quod utiqꝫ ſenſere nõnulli, uel uoluptatis eſt ſtudium. Impetuoſus enim eſt quidam ad peiora prolapſus.

Dicens & corrupta uoluntate.

prolapſus,qui legis doctrina ad ea utatur quæ ſecundum ſe fuerint. Quemadmodũ
enim & Medicus febricitanti cuiq;, & gelidã potionem intempeſtiue optanti,quo-
minus explere ſitibundam illam permiſerit auiditatem,eo magis augebit non immi
nuetq; ſitim, & medici officium ſic potum eiuſmodi interdicere,ægrotantis ſine po
tione manere. Sic & lex ipſa homines inſtruebat, ut hos a concupiſcendo abigeret,
uoluntas tamen peccati oblectatione detenta, prauam hãc propagauit cupiditatem
neq; unum aliquod huiuſce concupiſcentiæ genus,ſed multiplex & uarium proſe-

Simile Mira Pauli Theologia.

minauit,malum enixe operata. Siquidem cum quis aliquid exequi quod ferat ani-
mus prohibetur,illico inſanit & furit maxime,& peccatum tum magis patebit,cum
lex præteritur. Nam ſine lege delictum emoritur,id eſt,nuſq; eſſe exiſtimatur. Le-
ge autem extante & decentia ſuggerente,uiuit peccatum,id eſt, extat & delictũ eſſe
conuincitur. Vnde ſcienter delinquunt qui legem tranſgrediuntur.

EGO AVTEM uiuebam ſine lege aliquando. Sed cum ueniſſet mandatum pecca-
tum reuixit,ego autem mortuus ſum.) Sub ſua perſona. Apoſtolus humanã na-
turam prætendit, ſic inquiens. Ante traditam Moyſi legem,uiuebam equidem ſine
lege. Propterea nec uehemens erat in me condemnatio. Cum autem mandatum ue-
niſſet,peccatũ apparuit delictum eſſe. Enimuero & priſci illi,ſi quod in crimen col-
laberentur, uel imprudentes & neſcij delinquebant. Legi uero id boni ineſt, quod
hominibus quæ praua ſunt aperit. Illud autem, mortuus eram, duplici modo poteſt
intelligi. Vel q̃a deliquerim,uel quia acriori ſupplicio obnoxius ſum affectus. Quod

Simile.

ſane non legis eſt crimen, ſed eius qui legem offenderit. Exempli gratia. Aegrotat
quiſpiam,nec ualetudine ſe affectũ intelligit,accedens Medicus laborare hunc mor
bo ſignificat, iniungitq; hoc illoue cibo abſtineat,quo minuere ægritudinem que-
at,ſic ille cum Medico nihil obtemperat,moritur.

ET INVENTUM eſt mihi mandatũ quod erat,ad uitam,hoc eſſe ad mortem. Nam
peccatum occaſione accepta per mandatũ ſeduxit me, & per iſtud occidit.) Neq;
enim mandatum mihi factum eſt ad mortem dixit, ſed inuentum, ut hunc in modũ
rei abſurditatem exponat. Legi nanq; mens erat,ut ad uitam traduceret,eoq; & tra-

Lege non existendum imputari delictum.

dita eſt. At ſi ex ea mors ipſa defluxit, nõ eſt propterea illa culpanda. Sed peccatũ, id
eſt impetus ille,qui ad malũ defertur, & corruptus & uoluptarius animus, quin po-
tius ut proprius loquar,uoluptas me ipſa ſeduxit, occiditq; ſub mandati prætextu
Quod profecto ſi nullum fuiſſet quod errata monſtraret, neq; commiſiſſe uiderer,
nec forem tormentis obnoxius. Occidit uero, cum inquit,ad utrunq; poteſt accom
modari. Peccatũ uidelicet & pœnam,ut illud eſt quod dictũ eſt ſupra,mortuus ſum
Apoſtolus id demũ concludit & ſentit, lege non exiſtente nec imputari peccatum.

Legis antique impotentia.

Illa uero iam ædita, nec tamen ſeruata apparuiſſe delictum & reuexiſſe. Vnde quia
fuerit mandati facta tranſgreſſio, ſubſecutum eſt crimen. Hoc eſt, in apertum pro-
dijt, & peccati ſubſtantiã ſubijt, quæ antea nunq; ceſſante lege ſubijſſet, nec mente
ſit & cogitatione comprehenſa, cum nec lex quidem aliqua eſſet. Itaq; cum neq; ad
peccandũ, quantum in ea erat, lex ipſa cauſam nullã obtulerit, nec a peccato quidem
homies eximendi uim habet. Fit ergo, ut legis ob impotentiã, Dei gratia egeamus.

ITAQVE lex quidem ſancta & mandatũ ſanctum, & iuſtum, & bonũ.) Ecce
apertiſſime hoc loco Marcioniſtarum, Manicheorumq; & Simogianorũ uetus ob-
trectantium teſtamentũ ora obſtruxit. Sanctã enim perſpicue prædicat legem, ſan-

Lex à mandato quomodo differt.

ctum inſuper & mandatũ æquum & rectum. Lex autem ſancta a mandato hoc diſ-
fert, tanq; a particulari quod uniuerſale ſit. Leges enĩ partim dogmata ſunt, partim
mandata, ut quæ legis ſunt dogmata ſanctiora. Sic & quæ in operibus uerſant̃ man
data, & ſanctimoniã habent, & iuſtitiã & bonitatem, tametſi quos diximus, huiuſ-
modi legem hæretici, tanq̃ ab improbo aliquo Deo latã, blaſphement & criminẽt.

Marchioniſtæ Manichei.

QVOD ergo bonum eſt, mihi factũ eſt mors. Abſit. Sed peccatũ ut appareat pec
catũ, per bonũ mihi operatũ eſt mortem.) Lex quidem haud quaq; (inquit) bona.

Abſit, ſed

Abſit, ſed peccatū me interemit. Vt perſpicuū ſit quantū illud ſit malū, quod ſane peccatū uel ſi a lege ipſa medelā acceperit, deterius reddit̃. Peccatū aūt ut ante diximus & uoluptuoſum animū eſſe intelliges, peccandiq; impetum, ſiue dęmonem ip̄m uel oꝑa quæ a uoluptate trahunt̃. Sint itaq; Deo & gratiæ, qui a tātis nos malis eruerit.

VT FIAT ſupramodum peccans peccatum per mandatum.) Vt fiat, hoc eſt, ut appareat quanta ſit peccatum pernicies. Quemadmodum & illud, fiat Deus uerax, id eſt, appareat, innoteſcat. Hoc uero peccatum patuit per mandatum legis, uidelicet quæ ad interitum utebatur mandato, nec ſecus ac morbus ſolet, qui cum medicorū medelis & cura fiat deterior, malam ſui habitudinem dicatur præferre, quandoquidem medentis arte nihil profecerit.

Peccatum quo modo interdū accipiat Paulus.

SCIMVS enī quod lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum uenundatus ſub peccato.) Cum per mandatū dixiſſet patuiſſe peccatum, ne forte exiſtimes legem huiuſmodi eſſe criminis cauſam, reſpondet pro lege, & eius patrociniū ſuſcipit, profertq; cōmunem quandam ſententiā. Nouimus (inquit) ſpiritalem hanc legem eſſe. Eſt nanq; illud certiſſimū & omnibus plane compertum, tantopere legem abeſſe, ut delicti ſit cauſa, ut ad uirtutem erudiat & nequitię aduerſetur. Id enim ſpiritalis prætendit. At unde ergo peccatum hoc prodijt, eæ diſcipulorū nimirum, uel negligentia uel imbecillitate. Ego enī carnalis ſum (inquit) hoc eſt, natura hæc noſtra humana omnis, ſiue ante æditā legem, ſiue cū eſſet in lege, omnem in ſe uitiorū turbam excepit, nec ſolum ob Adæ præuaricationem ſumus mortales effecti, quin natura hęc ipſa uenūdata & legi ſubiecta, tantopere uitia cuncta admiſit, ut nequeat reſpirare.

QVOD ENIM operor non intelligo.) Non omnem hic ignorantiam prædicat. Si enī per iuſtitiā delinquerent homines, quo iure cruciarentur. Sed quid inquit obducor? Quibuſdam ipſe & corripior tenebris & neſcius ſum, quemadmodū rapiat me delictum, ut quod ignorem id faciam, fit itaq;, ut non facti imprudentiā præferat. Sed angi ſe potius & inſidias perpeti & dolos & inuitum arripi fateatur. Hæc autem omnia, & ſi de his diceret, qui ante Chriſti aduentum fuiſſent, illos tamen in ſui perſona expreſſit.

SED QVOD odi hoc facio.) Vides quemadmodum neq; uiolentiam iudicat, neq; neceſſitatem. Adiecißet enī & illud, quod cogor facere id ago. Nūc haud quaq̄ inquit huiuſmodi aliquid, ſed quod odio, uolo itaq; illud, ita ut diximus eſt, capiendum. Verum quo pacto & praua homines cōmiſerunt, quia & rapti ad malū, & fragiles ſint, & huiuſmodi fragilitatem ex Adæ tranſgreſſu exceperint. Quibus rebus nec uideri Lex poterat, tametſi quæ facienda eſſent denunciaret. At Chriſtus adueniens hæc cuncta ſanauit. Hic enī hæc per prætendit Apoſtolus quæ uel antea dixit uel dicturus deinceps eſt, ut arguat humanam naturam inſanabilia quædam fuiſſe perpeſſam, nec potuiſſe niſi a Chriſto adiutam deniq; reſaneſcere.

Humana natura non niſi à Chriſto ſanari poterat.

SI AVtem quod nolo id facio, cōſentio legi quod bona ſit. Quod aūt bona ſit lex patet ex his quæ ipſe cognoui (inq̄t) nec corrupta ſum mente, tametſi, mala ꝑtracto.

NVNC autem iam non ego operor iſtud, ſed quod inhabitat in me peccatū. Scio enim quod nō inhabitat in me, hoc eſt, in carne mea bonū.) Non enim carnem dixit id effeciſſe, ſed peccatū, id eſt, peccati uiolentia quæ me arripuerit. Quid ergo deblaterant qui carnem obſtrectāt, & a Dei opere faciunt alienā. Quærat aliquis, quomodo id inquit Apoſtolus, nō in me habitat, hoc eſt, in mea carne bonū, dicam equidem, cū conſtet hominem ex duobus eſſe compoſitū, anima ſcilicet & corpore. horū ſane alterū cæteris dominatur & præſidet, alterū uero, id eſt, caro, ut ſerua obſequitur. Non igitur inhabitat in carne quod bonū eſt, hoc eſt, nō reſidet in corporis poteſtate, ſed animæ. Quicquid itaq; deſtinauerit anīa faciendū, & corpus faciat neceſſe eſt. Neq; id ſecus ſe habet quā ſi dixerit quiſpiā non in cithara eſſe, ſed in citharœdo, ut pulcher aliquis, & concinnus ædatur ſonus. Neq; id inquiens citharam ille inſimulabit, ſed organo illum & citharæ pręſtare monſtrabit, qui hanc ex arte pulſet.

In eos qui carnē obtrectant.

Homo ex duobus conſtat.

NAM VEL-

NAM VELLE adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio. Non enĩ quod uolo bonum hoc facio,ſed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo iſtud facio,non ego operor iſtud,ſed quod inhabitat in me peccatum.) Cum nõ inuenio (inquit) moleſtiam & inſidias peccati oſtendit. Liberat enĩ cum animæ, tum carnis ſubſtantiam crimine, & omnium ſummã in prauas actiones, & uoluntatem ipſam conuertit. Cum enĩ dicit quod uolo,animam eximit culpa. Cum uero non amplius operor illud.carnem a detractione tutatur. Quis igitur malum hoc operatur? Praua certe & peccatis aſſueta uoluntas, quam non ex Deo eſſe opifice conſtat, ſed ex noſtri animi motu quodam & impetu. Nam aliquid uelle,ſimpliciter Dei eſt opus, uelle autem mala, noſtræ mentis eſt uitium. Dictum eſt ſupra quid ſit peccatum, & quemadmodum peccati uiolentia animũ noſtrum per uoluptatem corripiat.

Velle aliquid ſimpliciter dei opus eſt.

Velle malum mentis eſt uitiũ

INVENIO igitur legem uolenti mihi facere bonum,quoniam mihi malum adiacet.) Obſcure dictum,quaſi aliquid deſit. Sic enim dici oportuit,inuenio ergo legem fauentem,uolenti mihi quidem bonum eſt facere. Non autem facienti,quoniã mihi adiacet malum,ſed ſumma rei eſt hæc boni eram (inquit) cognitionem complexus,quod bonum & legem inuenio iuuiſſe & extuliſſe. Et idem ipſe quod bonũ eſt exequi uelim,comprehendor tamen a peccato corripiorq́. Ita fit ut iuxta me iaceat malum,id eſt,mali operatio nondum a me ſublata ſit. Eſt & aliorum eiuſmodi in ea re ſententia. Primũ quod imperfecta ſit hæc & manca oratio, deinde quod conſtrui hoc pacto poſſit. Inuenio autem legẽ nemini alteri eſſe impoſitam niſi mihi facere bonum uolenti. Siquidem ſoli dũtaxat recta agere cupienti hæc erit in legem,utpote quæ idem ſentiat quod ipſe cupiat,ut in ſequentibus patet.

Imperfecta & manca oratio in Paulo.

CONDELECTOR enim legi Dei ſecundũ interiorem hominem,uideo aũt aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis.) Noueram equidem uel ante hac quod dicimus bonum,quod cum mandatum literis comperiſſem, & legem laudo & cum ea ſecundũ interiorem hominem ſentio, uel ſecundũ meum hunc ſenſum. Video aũt aliam legem, id eſt,peccatum, quod eo legem appellat, quia ij qui ab ea falluntur obtemperant uerenturq́ hanc legem deſerere, tanq̃ lex ſit quæ præteriri non liceat. Delictum id igitur mentis meæ legem oppugnat,id eſt,naturalem. Verum quod paulo ante interiorem hominem dixit,hoc ipſum nuncupat mentem, & me inquit peruincit,quin potius captiuũ ducit,quod ſane naturæ legem & ſcriptam ſuperat. At quo pacto comprehendit & ducit in ſeruitutem, nimirũ peccati lege, id eſt, uiolentia & uiribus. Non enĩ dixit carnis impetu aut natura,ſed lege peccati quod meis in membris dominatur,quod profecto nihil ad carnis facit detractionem. Nã quemadmodum ſi inuaſerit quiſpiam regiam domũ incolatq́, nihil illud adſcribitur ædibus cõtumeliæ. Sic & peccatum cum in noſtris inſederit membris,non ea propter caro nequitiæ arguet̃. Quippe cui uis fuerit illata. Nõnulli uero quatuor eſſe legũ ſpecies aſſerunt,priorem Dei quæ nos inſtituat quid ſit factu decorum. Secundã quæ planæ impugnet quæ nobis diaboli opera ſuggerit. Tertiam quæ mentis eſt lex, id eſt, naturæ. Quartam quæ in membris conſiſtat,hoc eſt,uoluntatem ad peccata procliuem, & conſuetudine quadam obfirmatam ad malam animi promptitudinem.

Lex peccati in membris cur ita dicatur.

Legum quatuor ſpecies.

INFOELIX ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius.) Lex naturalis inſufficiens uidebatur,per ſe ſcripta lex nil ualuit. Sunt ergo utræq́ peccati tyrannide ſuperatæ. Vnde igitur erit ſalutis ſpes aliqua, quis me liberabit a corpore mortis huius, id eſt, morti ſubiecto. Nam poſtq̃ illud eſt ex Adæ præuaricatione patibile redditũ,ſimul & eo redactũ eſt, ut facile queat a delicto cõprehendi. Sed dicet quiſpiam,ſi corpus tanta facilitate a peccato corrumpitur,cur ergo ſunt tormentis affecti qui ante Chriſti aduentum deliquerant? Sane quia ea facere uidebantur, quæ uel dominante peccato perficere potuiſſent.

Lex naturalis inſufficiens.

GRATIAS ago Deo per IESVM CHRISTVM dominũ noſtrum.) Cum enim inops con-

inops conſilij eſſet,& dubius nec alium inueniſſet qui ſibi ſalutem afferret, neceſſa
rio Chriſtũ conuenit,eoq; Deo & patri gratiam refert per IESVM CHRISTVM do
minum noſtrum.Hoc eſt, qui ut patri gratiæ haberentur præbuit cauſam. Quippe
qui ea pfecerit quæ exequi Lex ipſa nequiret,& me hac corporis fragilitate exeme-
rit, illudq; adeo roborauerit ut nulla poſſit peccati uiolentia ſuperari.Sed quemad-
modũ ob Ade tranſgreſſum cum mortale eſſet effectum,facile poterat,peccato con
uinci ſic per eius qui & affixus eſt cruci & reſurrexit obedientiam,pignore incorru
ptionis accepto,peccato uiriliter aduerſatur.

IGITVR EGO ipſe mente ſeruio legi Dei,carne aũt legi peccati.NIHIL ergo nũc CAP. VIII.
dãnationis eſt his qui ſunt in Chriſto qui non ſecundũ carnem ambulant,ſed ſecun
dũ ſpiritum.) Seruio pro ſeruiebã.meminit enĩ præteritorũ,nam cum dicendũ fu
iſſet nulla ergo nunc relinquitˀ condemnatio &c̃.Et explicãda eſſet Chriſti ineffabi
lis gratia . Recordatur tamen quemadmodũ nobiſcum prioribus ſeculis ageretur,
utq; & boni habuerimus notionem.Sed carne,id eſt,per carnis fragilitatem legi pec
cati ſubiciebamur.Nunc uero nihil dãnationis(inquit)hos manet qui ſunt in Chri-
ſto, hoc eſt, ut baptiſmo eluerentˀ dignati, quin etiã illud adiecit qui non ſecundum
carnem ambulant,ut arguat id omne noſtra negligentia factum,præſertim cũ liceat
in præſentia,& facile ſit ſecundũ carnem minus incedere,quod ſane tunc graue oĩ-
bus & pdifficile erat. Nec ſolũ eſt (inquit) ab huiuſmodi carnis inceſſu abſtinendũ
quin accedat oportet & quæ ſpiritu fiat,deambulatio.Neq; enim quempiam magis
nequitiæ abſtinentia ipſa coronat,quã uirtutis,& ſpiritualiũ operum participatio.

LEX ENIM ſpiritus uitæ in Ieſu liberauit me a lege peccati & mortis.) Legem *Lex ſpiritus.*
ſpiritus,ſpiritum ſanctũ appellat. Quemadmodum & legem peccati ipſum delictũ *Lex peccati.*
Vitæ aũt legem eo intulit,ut hanc a peccati lege ſecernat, quæ mortem inuexit.Dei
nanq; uel gratia peccatum ſimul & mortem peremit, & certamen nobis cum leuius
effeciſſet, mox & colluctationem induxit. Auſæ ſunt iniquæ quorundam linguæ
hoc loco uitæ legem pro Moyſi lege interpretari, quã tamen Apoſtolus haud quaq̃
hoc modo, ſed ſanctã appellat & ſpiritalem, ſi ſpiritalis inquiens Moſayca eſt lex,
quid igitur differt a lege ſpiritus? Valde quidem. Moyſi enim per ſpiritum data eſt
lex,hæc uero ſpiritum ſubminiſtrauit.

NAM QVOD impoſſibile erat legi,in quo infirmabatur per carnem,Deus filiũ
ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in
carne.) Cum ſpiritus mentionem feciſſet,nunc patrem cõmemorat & filiũ,& tri-
nitatem nos edocet. Videtur aũt aduerſus legem dixiſſe,quod tamen nõ ita ſe habet
Nõ enĩ legis nequitiã dixit,qua mali quippiã egerit,ſed in q̃ erat infirmior. At quo
pacto ſit infirmior facta in carne, inquit,hoc eſt, quia quæ carnis ſunt ſaperet, oĩm
aũt ſenſus quæ per Apoſtolũ dicta nunc ſunt,inſequentibus explicatur.Inquit enĩ,
quemadmodũ ſupra diximus legem ipſam inſtruendi habuiſſe facultatem, non tñ
quiuiſſe ingenitã carnis ſenſibilem peruincere .PATER itaq; FILIVM ſuũ demiſit
in carnis peccati ſimilitudinem, id eſt,carnem habentẽ,& ſi noſtræ huic peccatis ob
noxiæ ſimilẽ quidem ſecundũ ſubſtantiã,peccati tamen expertem.Et quoniã pecca
ti fecerat mentionẽ,adiecit ſimilitudinem.Neq; enĩ aliam Chriſtus præter humanã
hanc carnem aſſumpſit,quã & ſanctificauit aſſumptã,& coronauit cõdemnato pec
cato,quod carni ineſſet,quã ſuſcepiſſet,hãc ipſam oſtendit nequaq̃ eſſe natura pec-
catis addictã.Nec ſecus Chriſtus effecit,quã faceret quiſpiã qui muliere aliqua in fo *Similitudo*
ro uapulante cõſpecta,ut eam a uerberantiũ manibus eruat, fœminæ illius ſe uel pri *aptiſſima.*
uatæ,& infimæ ſortis filiũ fateatur,cũ regius ſit. Poteſt & de peccato ſuperiori quo
dãmodo intelligi,uidelicet q̃d PATER FILIVM de peccato trãſmiſerit.i. expugnan
di gratia peccati,uel quia cõuincitur peccatũ graue admodũ eſſe & exitiale.Quam-
diu enĩ in facinus aliquod labentibus exitio erat peccatũ, iure his uidebatˀ mortem
inferre,at ubi & Chriſti corpus,quod eſſe ſine delicto deprehenderat morte affecit,
quia inique

quia inique egiſſet,cõmiſiſſetq́ grauiter,damnationem excepit, miſit itaq́ ſuum fi lium Deus,cum ut peccatum iniquitatis & errati argueret,tum ut iuſtius id cõdemnaret. Ne forte illud iactaret diabolus,Chriſtum ui & propria potentia ſuperaſſe.

VT IVSTIFIcatio legis impleretur in nobis,qui non ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundũ ſpiritum.) Dicet aliquis quid mea refert ſi in ea Chriſtus quam ſumpſerat carne uictoriam retulit,quin potius tua inquit magnũ in modum intereſt,nam legis iuſtificatio,id eſt,exitus ipſe & deſtinatio(hominem enĩ iuſtificare deſtinauerat Deus)in nobis finem ſunt nacta. Nam quæ facere lex nitebatur,id Chriſtus noſtri eſt gratia executus,ille quidem certauit,nos uero uictoria fruimur,eoq́ nobis erit ne labamur cauendũ,qui non ſecundũ carnem incedimus. Hoc eſt,qui ne quaq́ quæ carnis ſunt ſapimus,quinimmo nec ſat erit minus id ſapere,niſi,ut dictũ eſt ſupra,& ſpiritus adſit ſapientia. Propterea ſecundũ ſpiritum addidit,declina enĩ a malo inquit,& bonum facito,tametſi Chriſtum audimus uictoria nos cõdonaſſe haud tamen erit in priſtinos relabendũ errores, quin lauacri gratia tuanda, quandoquidem leuior nobis hoc tempore futura ſit,quam antea colluctatio.

Legis iuſtificatio in nobis finem nacta.

QVI ENIM ſecundũ carnem ſunt,quæ carnis ſunt ſapiunt,qui uero ſecundum ſpiritũ,quæ ſunt ſpiritus ſentiũt.) Qui enĩ immoderatius carnis ſe addixerit ſerui tuti quæ carnis ſunt mente uolutat,& nil prorſus quod Dei ſit animo uerſat, qui uero ſpiritui prorſus ſubijciunt,quæcunq́ ad ſpiritũ attinent & ſentiũt & exequunt.

NAM PRVdentia carnis mors eſt,prudentia autem ſpiritus, uita & pax.) Carnis prudentiam craſſiorem mentem appellat, quam quia deterior ſit hunc in modũ denominat,nõ quidem quod per ſe ipſam aliquid ſentiat caro,ſed quia craſſior quędam illi inſideat mens,ob carnis prudentiam,perinde ac ſi dicat aliquis,mens eſt carnalia ſapiens,quemadmodũ & ſpiritus prudentiam dicimus animũ,qui ſentiat ſpiritalia, quæ prudentia uitam parit, ut longe appareat a mente hac carnea diſiuncta, quæ non uitam ſed mortem progenuit,pacem inſuper ſpiritus prudentia procreat, ut differre ab his uideatur,quæ inſequuntur.

Carnis prudentia quid ſit.

Spiritus prudentia.

QVONIAM ſapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt.) Spiritalis utiq́ mens pacem gignit,quæ uero carnea ſentit odiũ generat erga Deum. Dicet aliquis ergo & manus illaturus eſt Deo,qui carnis eſt ſapientiam nactus,nequaq́ inquit,ſed quia Diuinæ legi non ſubditur,inimicitias fertur hic exercere in Deum,neq́ id quidem cum audis expaueſcas,ſed quemadmodũ decet intellige. Non enim ualet carnis hæc ſapientia, quo adusq́ ſic manſerit, Deo ſubeſſe,alioqui haud ſecus ſe illud haberet quam ſi quis inquiat fœminã impudicã, fieri continentem non poſſe, neq́ enĩ dixit non poterit,ſed non poteſt interea dum ſcilicet in carnis ſapientia permanet,nam quo pacto Paulus ipſe & latro,& alij fere innumeri ex improbis fuiſſent probi effecti,ſi iſtiuſmodi fieri non poterat immutatio? Sic & in Euangelio dominus,non poteſt arbor mala fructus bonos facere,quã diu ſcilicet illa in ſua malitia manſerit,nil itaq́ nobis quod carnis,ſed quod ſpiritus ſit ſapiendũ, ut pacem ineamus cum Deo,qui ſpiritum nobis largitur, quo cuncta erunt factu facilia,quæ in lege uidentur difficultatis habere plurimũ.

Paulli immutatio.

QVI AVTEM in carne ſunt Deo placere non poſſunt, uos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu.) Hoc eſt,qui carnis ſapientiã ſectantur,nequeunt Deo gratificari quãdiu conditione in hac fuerint. Non eñ ob id carnis ſubſtãtiam exprimit, ſed uitã ipſam,quæ per carnis inſtigationem craſſe degatur,& hominem,ut ita dixerim,totum carnificat,quemadmodũ & in ueteri teſtamento habetur, nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,quia caro ſunt,& alibi. Vos aũt non eſtis in carne,id eſt,non operã datis carnali uitæ,ſed ſpiritali, uerũ cur non illud & intulit, uos aũt non eſtis in peccatis, quod haud dubiæ expoſcere oratio uidebatur, cũ in carne non eſſet dixiſſet? ut intelligas nõ modo per Chriſtum extinctã fuiſſe peccati Tyrãnidem,ſed carnem ipſam toleratu leuiorem,& ſpiritui eſſe propinquiorem effectã, nam quem-

Vita carnis.

Peccati Tyrannis per Chriſtũ extincta.

Nam quemadmodũ ferrum cũ in igne & uerſatur & conſueſcit, ignis reddit̃, ſic & illorũ caro qui Spiritũ per Baptiſmũ exceperint, in Spiritus cõmutatur ardorem.

SI TAMEN Spiritus Dei habitat in uobis. Si quis uero Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.) Non enim dixit, ſi Chriſti Spiritũ non habetis, ne moleſtius dictum id uideretur, ſed Spiritũ inquit Chriſti ſi quis non habet, neminẽ notando, is Chriſti non eſt, & iure quidem. Habetur nanq; pro ſignaculo Spiritus, quo qui caruerit, domini non erit, qui per illud ſignaculum innoteſcit.

SI AVTEM Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuũ eſt propter Peccatum, Spiritus uero uiuit propter iuſtificationẽ.) Addit his dictis hilaritatẽ quandã auditoribus, ſi Chriſtus in uobis eſt inquiens. Tam etſi plerięq; hoc loco Chriſtum pro Spiritu ipſo acceperint, quod tamẽ haud ita ſe habet. Sic eñ ſentit Apoſtolus, quod qui Chriſtũ habet, & Spiritũ habeat ſit neceſſe. Nam ubi unã conſtiterit eſſe ſanctæ Trinitatis ſubſtantiã, eodem & reliquæ conſequũtur. Verum quid nobis inde plus quippiam eſt obuenturum, ſi Chriſtus apud nos cõmoretur? Nimirum, quia quo ad Peccatum demortuũ erit hoc corpus, & uitam Spiritus eſt largiturus, cum nobis inhæſerit. Hoc eſt, non ſolũ Spiritus ipſe fruitur uita, ſed aliȷs hanc poteſt præſtare. Eſt aũt uitæ Spiritus ipſe per iuſtificatiõem, hac obſeruata, non erit delictũ. delicto autẽ prorſus ſublato, nec mors quidem futura eſt. Ergo id omne ad uitam concedet, ſi ætas hæc noſtra ſecundũ Deum per nos tranſigatur. Hæc enim uera eſt uita, cum erimus Peccato demortui, & in futurum inſolubilis illa manet & ſempiterna.

Subſtantiã uocat quæ à græcis hypoſtaſis dicitur.

QVOD SI Spiritus eius qui ſuſcitauit IESVM a mortuis, habitet in uobis, q̃ ſuſcitauit IESVM CHRISTVM a mortuis, ſuſcitabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem Spiritũ eius in uobis.) Iterato de reſurrectiõe nunc diſſerit, inquitq;. Ne perturberis anĩo, quod mortali obductus ſis corpore, habes nanq; Dei Spiritũ qui Chriſtũ a mortuis excitauit. Vtq; & illũ eduxit ab inferis, ſic plane & te ſuſcitabit. Quinetiã condonabit & uita. Reſurgent præterea & qui hoc Spiritu carent, ſed in ſuppliciũ. qui uero Spiritus fuerint, in uitã ſuſcitabunt̃. Eoq; Paulus nõ dixit corpus ſuſcitabit, ſed uiuificabit, ꝑpter inhabitantẽ in uobis Spiritũ. Nec qui inhabitaſſet intulit, ſed inhabitantẽ. Vtpote qui uobiſcũ ad finem uſque ſit permanſurus. Vt eñ minime laturus eſt Deus, ſi ſuũ in uobis Spiritum ineſſe proſpexerit, quin ſuis in nuptȷs uos ſimul admittat, ſic ſi Spiritus uidebit eſſe immunes, omnino diſperdet, etiã ſi a mortuis reuocabit ad uitam. Mortificate igitur corpus hoc ueſtrũ ut Spiritus in uobis inhabitet, ut huius ob gratiam & uita donemini.

Reſurrectio bonorum & malorum, quo modo differat.

ERGO FRATres debitores ſumus non carni, ut ſecundũ carnẽ uiuamus.) Cum iam patefecerit quantũ ſpiritalis hæc uita afferat cõmodi. Quippe quæ Chriſtũ noſtri faciat inqlinũ, cadauera ipſa excitantẽ. Cõmonefacit demũ & arguit nil nos eſſe carni, ſed Spiritui ipſi obnoxios. Nam Dei in nos beneficia per gratiã conferũtur. Noſtra uero benefacta ex debito exigunt̃. Ediſſerẽs aũt quare menti nõ carni dixerit, ne id de carnis natura dictũ intelligas, ſecundũ carnẽ uiuere intulit, perinde ac ſi inquiat, non eñ penitus carnis curã ademerim, quippe cui plurimũ ſumus, q̃ a fouet nutritq;, beneficio hoc ipſo obſtricti. Sed ſtudiũ omne quod carni impẽditur, quod ad peccandũ inducit, prorſus ſubſtulerim. Viuere aũt ſecundum carnem is dicitur, qui carnem uitæ præfecerit ſempiternæ, eandemq; & animæ heram conſtituat.

Chriſtus noſtri inquilinus.

Viuere ſecundum carnem.

SI ENIM ſecundũ carnẽ uixeritis moriemini, ſi aũt Spiritu facta corporis mortificaueritis, uiuetis.) Mortẽ dicit, futurũ in gehenna ĩmortale ſuppliciũ. alias tamẽ & mortem uitam appellat, quæ in hoc ſæculo prauis facinoribus obuoluta degitur. Quẽadmodũ cõtra cũ ſpiritalẽ ducimus uitã, improba corpis facta mortificamus, & uitã illam incorruptibilẽ ſumus in futurũ uicturi, & in pñti hanc ipſam acturi, cũ officio & uirtute. Siquidẽ qui mundo emorit̃, is ſane uiuit. Aduerte aũt quẽadmodum nõ corpus aſſerat morte cõficiendum, q̃d proculdubio ꝑ homicidio haberet̃, ſed corporis opera mortificanda, et praua præſertim, Nec uiſum ſimpliciter & audi

Corpus non eſſe morte conficiendum, ſed corporis opera.

tum qui naturales ſunt corporis actiones, necandos indicit, ſed horum abuſum.

QVICVNque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei.) Dixit ſuperius illos eſſe uicturos, ſi praua opera morte cōficerent, nunc uero mercedē his & coronā ſuperiori illa longe maiorē promittit, quod adeo uidelicet in filiorū ſint adoptionem recipiendi. Ideoq; haud quaq; dixit quicūq; Spiritu uiuūt, ſed quicūq; aguntur, id eſt gubernantur & diriguntur. Et Spiritū ipſum cū animæ, tum corporis conſtituūt dominum. Nam & ſi Baptiſmū acceperis, & Dei ſis Filius per Baptiſmum effectus, Spiritum uero nequaq; fueris ducē ſortitus. feceris ſane donorū huiuſmodi omniū iacturam. Vniuerſi profecto per lauacrū accipimus Spiritum, duci autē per omnē uitam hoc Spiritu, quaſi noſtro quodam iure depoſcimus, & ideo non illud dixit, quicūq; acceperint Spiritum hi Dei ſunt filij, ſed quicunq; Spiritu ducuntur.

Spiritus ſeruitutis, litera legis.

NON ENIM accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis.) Dixit filios Dei eſſe qui Spiritu agerentur, & quoniam Iudæi ſibi ſunt uiſi adoptionem hāc uendicaſſe, ut illud. Filios & genui & exaltaui, & alibi, Filius meus unigenitus Iſrael, oſtendit hoc loco quantū noſtram inter & illorum interſit adoptionem, inquitq; Spiritum illos accepiſſe ſeruitutis, literam ſcilicet legis hoc modo appellans, quæ & ſi fuerit a Spiritu promulgata, ſeruis tamē maxime congruit. Vtpote quam & ſupplicia & corporum lapidationes, uſtiones inſuper ſubſequantur & minæ. Vt illud, Gladius nos deuorat, & ideo ingens eſt illis præ oculis obiectus timor, rurſumq; & his æqua ſunt præmia. Nam & terræ promittuntur, & parui ſunt mandata momenti, & ſeruilia quædam. Fit itaq; ut illi, & ſi filij dicebantur, ſeruorum tamen loco ſint habiti. Nos uero pro ingenuis ducamur & liberis. Quippe quibus & cœleſtia præmia proponuntur, & cœli regnum. Non pro tormentis, lapidibus ipſi obruimur, neq; huiuſmodi pœnis a ſacerdote afficimur. Sat habet ſi pro graui facinore a Chriſti menſa repellimur. Sunt præterea & Dei mandata ingenuis nobis ſatis accōmoda, cuiuſmodi illa ſunt. Nil cupide reſpexeris alienū, nullum feceris iuſiurandum, mitte quæ poſſides, non timore ſupplicij, ſed Spiritus potiundi cupiditate. Vnde & Charitas comparatur, quod ſane liquet ex his, qui & ſi mandata magnum in modum exceſſerint, non tamen acerrime cruciantur. Cunq; a Iudæis Spiritus ipſe abeſſet, in nos tamen gratia abunde defluxit.

A Chriſti menſa qui repelluntur.

Abba pater uerbū iudaicū.

IN QVO CLAmamus, Abba Pater.) Iudaico uſus eſt uerbo, quod a pueris ſolet & filijs, cum Patrē appellant, uſurpari. Quid ergo, nōne & Iudæis mos erat Deū Patris hoc nomine clamitandi? Maxime, Deum (inquit) Genitorem tuū dereliquiſti. Et rurſum, Deus unus nos effinxit & Pater unus eſt omniū noſtrum. Quæ & ſi dicta de illis fuiſſe conſtat, eorū tamen eſt nemo inuētus, qui interprætandū Deum dixerit Patrem. Quod ipſi in præſentiarū facimus omnes Baptiſmo accepto. Quod ſi forte Iudæorum nōnullos id egiſſe cōperimus, ſuopte ingenio, non vulgata quadam eorum conſuetudine feciſſe credendum eſt, cum fideles ipſi Spiritus ſancti ſuggeſtione id factitent. Nam quemadmodum nouimus vaticinandi Spiritum ei ineſſe qui illum exceperit, idq; ex rebus futuris quæ ille prædixerit coniectare ſolemus, ſic Spiritus adoptionis eo dinoſcitur, quia illius inſtinctu qui hunc ipſum accepit, deum dictitat patrem. eſt enim hoc uel vnum Spiritus ſancti inter cætera donū, quemadmodum, Paulus idem in ſubſequentibus explicat.

Spiritus adoptionis.

IPSE ENIM Spiritus teſtimoniū reddit ſpiritui nr̄o, quod ſumus filij dei.) Paracletus ipſe ſuo teſtimonio gratiā adſtruit, quæ nobis eſt data. Non enī ultro Abba illud ſine alterius aſſertione pronūciamus, ſed paracleti illud eſt donum, & ipſe nos per Spiritum inſtruxit, id eſt per gratiā ut ita præcando loquamur Abba Pater.

Paracletus nō Paraclytus.

SI AVTEM filij, & hæredes. Hæredes qdem Dei, cohæredes aūt Chriſti.) Cum conſtet non oēs filios hæredes eſſe, arguit nos & filios eſſe & hæredes. Et quoniam non omnes ingentium rerum ſunt hæreditatem adepti, oſtendit nos grandes quoſdam futuros hæredes. Quippe qui dei ſumus hæredes. Rurſus etiā, & ſi dei hæredes

fuerint ple-

fuerint pleriq;, haud tamen oẽs cum Chriſto hæreditatis participes uidebunt. Vnde & id Paulus ſumus (inquit) iam aſſecuti, ut Chriſti ſimus cohæredes effecti.

SI TAMEN cõpatimur, ut & cõglorificemur.) Cũ dixerit Chriſti futuros nos cohæredes, oſtendit nũc iure hanc nos eſſe adeptos hæreditatẽ. Nam ſi eos quorũ facinus nullum extat præclarũ, tanta beneficiorũ munificentia ꝓſecutus eſt Chriſtus, nõne & illos qui rectis opibus plurimũ inſudarint, maiori mercede donabit? Quod ſane Paulus infert, ne eos pudeat, uel ſine ullo labore accepiſſe, et gratis quod adepti ſunt munus. Aduerte tamen, quemadmodum hoc loco prætendat oportere eos qui tali ſint dono affecti, ut intrepide diſcriminibus ſe & ſupplicijs offerant.

Hæredes & filii.

EXISTIMO ENIM quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.) Poſtquam aſſeruit eos comites paſſionis futuros, ne id reformident auditores. Quippe qui iam in medium eſſent diſcrimen coniecti, & ad adeunda tormenta cõpellebantur, ſic inquit. Haud quaq; tibi uerendum eſt, non enim dignæ ſunt temporis huius paſſiones, hoc eſt momẽtanea hæc & labentia, gloria illa futura, quæ in nobis eſt reuelanda. Nec ad præſens ocium dixit & quietem, ſed gloriam, cuius uel nomen pergratum eſt multis. Nam ubi ocium fuerit, nil prorſus gloriæ reſidebit. At ubi gloria, & ocium inſit neceſſe eſt. Cum autem reuelabitur (inquit) adſtruit illam, & ſi interea deliteſcat, præſto eſſe tum etiam reuelatum iri, hoc eſt perfecte manifeſtam fore. Et quoniam prægrandis ſit huiuſmodi gloria, & tantopere excedat hoc ſæculum ut explicari ſat nequeat, ideo in cœlis reconditur, & aſſeruatur, ut cum temporum illa æternitate prouehatur in longius. Cum itaq; compertum iam habeatis temporis huius paſſiones eſſe ad breue manſuras, ſæculi uero illius futuri & ſempiterni gloriam fore perpetuam, contemnendæ uobis erunt paſſiones huiuſmodi, & gloria hæc uendicanda.

Paſſiones temporis huius breues.

NAM EXPECtatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.) Velim inquit iam patefacere quantum ſimul gloriæ uendicaturi. Nam ſi mundi hæc machina & creata omnia immutabuntur in melius, longe magis & ipſi, quæ potiora ſunt, aſſequemur. Enimuero quod & prophetæ aſſolent, ut flumina manibus plaudentes, & montes ipſos inducant Saltantes, & rebus demum inſenſibilibus, & inanimatis uiuentium perſonas imponant, itidem & Paulus faciens inquit, creaturæ omnis magna eſt expectatio, uidelicet ut ipſa in id quod potius eſt immutetur, operiaturq; gloriæ nobis futuræ reuelationem, qui Dei filij ſumus. Tunc enim & hæc ob incorruptionem glorificabitur, cum eandem & nos aſſequemur.

Mundi machina in melius cõmutabitur.

Prophetæ rebus inſenſibilibus & inanimatis uiuentiũ perſonas imponunt.

VANITATI autem creatura ſubiecta eſt non uolens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.) Vanitati, id eſt corruptioni ſubiecta eſt creatura, uidelicet corruptibilis reddita propter te o homo. Nam cum mortale & patibile corpus ſuſceperis, ideo terra & ſentes & tribulos protulit, & cœlum uetuſtate confectum immutatione indiget. At cur alterius gratia corruptibilis facta eſt creatura, quia propter hominem oẽm prorſus ſubijt ſeruitutem. Non uolens autẽ cum inquit, diuina prouidentia id omne effectũ demonſtrat, & nulla terræ ipſius uirtute. Factum preterea eſt, ut in cõmodum cedat, ut ſcilicet cum hanc corruptibilem noueris, contẽptui habeas, & cœlũ ipſum ſuſpiciens demireris. Liberabitur igitur hæc mundi ſtructura, nec ipſe ſolum libertate potieris. Quin etiam quod te inferius eſt, hac perfruetur. Inanimatum dico & inſenſibile aliquid tecum bona hæc ſortietur. Nec iam corruptionem, ſed te imitabitur, & quemadmodum ipſe cum corruptibilitatẽ iam excepiſſes, effecta eſt & ſtructura hæc corruptibilis, ſic & te incorruptibili permanente, ſeruabit & illa incorruptionẽ. Si itaq; id quod creatũ eſt tui ob gratiam patitur, debes & ipſe ob Deum quod pateris æquo animo ferre. Cunq; & creatura hæc glorificanda ſit, longe magis et tibi debetur hæc gloria. Nam ut aſſolet Pater in liberorũ gloriam ſeruos ornare, ſic Deus hanc terræ machinam in ueſtram laudem decorabit.

Cœlum uetuſtate confectum indiget mutatione.

Terre machina decoranda.

SCIMVS ENIM quod omnis creatura ingemiſcit & parturit uſq; adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primicias Spiritus habentes, et ipſi intra nos gemimus adoptionē filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis noſtri.) Cogit his dictis auditorem præſentia hæc aſpernari, perinde ac ſi hunc in modum cõmonefaciat. Noli eſſe creatis rebus inferior, nec te præſentibus hiſce ĩmerſeris, ſed potius ingemiſce, quia nondum futurã ſis gloriam aſſecutus. Nam ſi id ipſum uel hæc terræ machina deflet, longe magis & ipſe debes dolore angi. Infert deinceps & nobis ingemiſcendum Spiritus primitias nactis, qui cum futura iam deguſtarimus, nõdum carne ſimus hæc conſecuti. Ex his nanq; ſpiritalia dona accepimus, quæ ipſas prætendũt primitias. Per hæc enim & futura nos contemplamur. Verũ ne occaſionem hæreticis præbeat obiectandi ob mundi huius prauitatem nos gemere, quia adoptionem ſubdit accepimus. Verum quo pacto? Num cum ſemel fuerimus in adoptionem admiſſi, alteram operimur? Etiam inquit. Non enim hanc dixerim adoptiõem qua ſumus iam per Baptiſmum potiti, ſed gloriam illam undiq; abſolutam, quæ in corporis incorruptione conſiſtit, idq; per redemptiõem prætendit. Eſt enim λύτρωσις perfecta quædam & expedita, mortis & paſſionum liberatio, quando non amplius nobis ſit ab ipſa adoptione ad ſeruitutem Peccati diuertendum.

Adoptati non alteram adoptionē expectamus.

λύτρωσις græce redemptio latine.

SPE ENIM ſalui facti ſumus. Spes autē quæ uidetur, non eſt ſpes. Nam quod uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus.) Quoniam de futuris diſſeruit, quæ apud pleroſq; Fidem nec ſortiunt̃, ſic inquit. Noli fidelis ipſe cum ſis, quoq; pacto dictis his meis diffidere. Quin potius uel horũ quæ iam es adeptus, experimento, & futuris Fidem præſtiteris. Vtq; & ante hac præter Fidem cum nihil attuleris, magna tamē a Deo in præmiũ accepiſti, ſic uelim pari nunc Fide utaris ad futurorũ ſpem aſſequēdam. Tunc enim uera ſpes erit & certior, cum ea ſperantur quæ humanis obtutibus minus pateſcunt. Quod enim quis uidet, quid ſperat? Hoc eſt, nõ enim dicimus quæ uiſuntur ſperari. Non igitur omnia in hac uita nobis quærenda ſunt. Si quidem per patientiam ſperamus futura. Cum autem proponi patientiam audis, certamina & ſudores intelligas deſignari iniungique. Debet itaq; Chriſtianus uir toleranter omnia ferre, ea operiens, quæ & ſi ſub aſpectum non ueniunt, Fide tamen ſperantur.

Quæ cernũtur nõ propriè dicitur ſperari.

SIMILITER autem, & Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.) Paulus ideo patientiæ meminit, ut auditorem faciat fidentiorem. Inquit enim & Spiritum opem nobis laturum. Noli ergo tolerando et futura ſperando deficere. Spiritus nanq; tibi opitulabitur, ſpem duntaxat & tolerantiam inferenti.

NAM QVID oremus ſicut oportet, neſcimus.) Oſtendit quēadmodũ noſtræ faueat Spiritus fragilitati, inquitq;. Adeo ipſi fragiles ſumus & infirmi, ut nulli hominũ teneant nec ipſi nos, quid uotis ſit & precibus depoſcendũ. Orabat eñ et ipſe pro carnis ſtimulo a ſe demendo, utq; et Romã concederet. Precabatur & Moyſes ne Paleſtinã uideret, pro Iudæis & Hieremias ignorantibus plane quæ expedirent. Hæc aũt Paulus infert, quia nõ iniuria qui Romæ eſſent ex Chriſtianis, cũ ſuiſſent perſecutões perpeſſi, & plurimũ afflictarent̃, erant tandem remiſſionē laboribus & quietē poſtulaturi. Futurũq;, ut ſi minus id impetrarent, obturbarent̃ anio & grauiter ferrent. Propterea dicit neminē poſſe q̃d expediat poſtulare. Sunt itaq; uobis cũcta ferēda, ſolus nãq; Spiritus nouit quæ uobis cõducant, eoq; & eiuſmodi ſubdit.

SED IPSE Spiritus poſtulat ꝓ nobis, gemitibus inenarrabilibus.) Quemadmodũ enĩ & olim his Deus dona plurima largiebat̃, qui Baptiſmũ ſuſciperent, quæ & ſpiritalia uocabant̃, ut alius eſſet prophetiæ Spiritũ nactus, alius Sapientię, & alius aliud quidpiã aſſecutus. Sic Deus orationis gratiã condonabat, quæ Spiritus dicebat̃. Et quoniã quæ nobis ꝓfutura ſunt ignoramus, & inutilia ſæpe depoſcimus, conferebat Spiritus donũ in unum aliquē ex illis, qui tunc adeſſent, qui ſtans quod uidebat̃ conducere in mediũ precabatur, & alios idē ut peterent edocebat. Spiritũ itaq; hoc

Inutilia ſæpe poſcunt hoĩes, & noxia.

itaq; hoc loco donum appellat, & animã ipſam quæ orationis excipiat donũ, ideoq; obuerſetur & ingemiſcat. Aſtabat eñ ſpiritalis uir ille gemebundus & dolẽs, cuius hoc tẽpore Diaconus præfert figurã, & aſſiduas pro populo preces fundebat.

Diaconus eius figuram præfert.

QVI AVTEM ſcrutatur corda ſi quid deſyderet Spiritus, quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.) Haud ſane Deo ignaro adſtat homo ſupplicaturus. Quippe quin corda diſquirat, teneatq; quid Spiritus ſentiat, id eſt ſpiritalis homo, qui omnia pro Dei nutu expoſcit, oratq; pro his qui in Eccleſia & Fide & Sanctimonia pollent. Quod eo fit ſane, ut perdiſcamus & ipſi quæ ſecundũ Deum ſunt poſtulare, id eſt quæ illi placita ſunt & grata. Cum igitur pro nobis Spiritus & precetur & intercedat, nil doleas neceſſe eſt, cum aduerſis opprimeris.

SCIMVS AVTEM quoniã diligentibus Deum oĩa cooperantur in bonũ, his qui ſecundũ propoſitũ uocati ſunt ſancti.) Quod dictum eſt ante, & creatura uanitati ſubdita eſt, et iterato corruptionẽ ſubibit. Illud uero, ut diximus, ꝙd quid petendũ ſit ignoramus, ut qui Romę eſſent acrius affictari cõmonefaceret & ſolaretur intulit, quod & in pręſenti clarius explicat. His eñ (inquit) qui Dei charitate tenenẽ, uel ea quæ difficilia ſunt & urgentia ad bonũ cooperanẽ. Non eñ dixit nihil moleſtum aut graue Deũ colentibus accidiſſe, ſed accidũt quidem, & in eorũ utilitatẽ qui affli- ctanẽ, Deum (inquit) ut ingeranẽ hæc mala ꝑmittere. Deinde cum parũ id credibile uidereẽ, præteritis ex rebus id ipm cõfirmat, his dico qui ſcd'm prædeſtinationẽ uocati ſunt ſancti. Te eñ ſi uel longius abeuntẽ uocauit, & ſibijpſi familiaritate cõiunxit Deus, quanto enixius & uocatũ iuuabit. Accitur aũt homo ſcd'm prædeſtinationem, id eſt uoluntate ꝓpria. Nec ſat habet hæc euocatio. Nam ſi oẽs eſſent habituri ſalutem, uocarentur & omnes. Sed oĩno noſtra accedat uoluntas neceſſe eſt.

Dei cultores cur moleſta interdum patiantur.

NAM QVOS præſciuit hos & ꝑdeſtinauit cõformes fieri imaginis Filij eius, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædeſtinauit hos & uocauit.)

Pręſcius utiq; Deus eſt præuidetq; qui ſint uocatiõe digni, deinceps prædeſtinat. Præcedit itaq; prædeſtinationem agnitio. Prædeſtinationẽ autem uelim intelligas optimã Dei & imutabilem uoluntatẽ. Nouerat itaq; Paulũ Euangelio dignũ, & ita prædeſtinauit, id eſt imutabiliter definiuit & ſtatuit ad euãgelicũ id munus uocare. Conformes præterea facit imaginis Filij ſui quos dignos ꝑnouerit. Quod eñ natura eſt primogenitus, hi per gratiã ſunt adepti, qui et Dei Filij nuncupanẽ. Eſt igitur ille inter fratres multos primogenitus per diſpenſatiõem denominatus, unigenitus uero per diuinitatẽ. Nam ubi caro aſſumpta in omniũ conſpectu, & propalam Baptiſmo abluta, & nobis primitiæ eſt effecta, & natura illa humana Peccato obnoxia in eo ſanctificata eſt, iure hic & primogenitus eſt, & fratres nos huius appellamur.

Agnitio precedit prædeſtinationem.

Quid prædeſtinatio.

QVOS AVTEM uocauit hos & iuſtificauit.) Per lauacri ſcilicet regenerationem, & a Peccatis exemit & iuſtos reddidit.

QVOS AVTEM iuſtificauit hos & magnificauit.) Quia adoptione hos dignos effecit, & donis alijs condonauit.

QVID ERGO dicemus ad hæc, ſi Deus pro nobis quis contra nos?) Vides quemadmodum apertiſſime hoc oſtendat ad oppreſſos ſe habere ſermonem, cum ſubinde id inquiat, ſi nos cum hoſtes eſſemus poſt iuſtificationem acceptam & gloriam tot bonis dignatus eſt Deus, quanto magis cum nos ille tutabitur, quis tum poterit aduerſari? Quin etiam uel ſi terrarum in nos orbis inſurgat, in noſtram diuina Sapientia gloriam, hunc omnem uertet inſultum.

Subinde pro frequenter more ſuo.

QVI ETIAM proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit.) Vt reliqua omittam quæ dixeram, uidelicet quod iuſticiam nobis & gloriam dederit. Attendas id uelim quemadmodũ nec Filio ſuo proprio, hoc eſt unigenito & amantiſſimo, qui ex ſe natura ſit genitus (cum cæteri ſint per Baptiſmũ in adoptionem admiſſi) pepercit Deus, ſed pro nobis hunc obtulit, ſiue ingenui & conſpicui gloria, ſiue minus genero-

ſi & inglorij fuerimus. Neq; id modo noſtri gratia egit, quin & occidendũ hunc tradidit. Cur ergo qui tantis nos affecerit beneficijs non cuncta eſt nobis hoc tempore largiturus. Qui enim pro nobis Filium dedit, nonne & creata hæc conferet? Si itaq; uotis ille mineus argueris, arguit ſane haud quaq; pro futura quæ poſcimus. Noli ergo tantopere ociũ & quietem percupere, qui preſſuris & malis pro Chriſto exagitaris. Eris nanq; & uoti compos, ſi conducere arguetur quod flagitas.

Patris in nos beneficia.

QVIS ACCVſabit aduerſus electos Dei?) Cum poſt tentationes alias & illud a Iudæis Chriſtianis obijcerẽt, quod inſtabiles eſſent & nutabundi & gregatim ſeſe in Chriſti Fidem priperent, ideo nunc Paulus inquit. Cum nos Deus elegerit, quis poterit electionis huiuſce nos incuſare? Opificem ſane, q̃d ſeorſum ſelegerit quidpiam, nemo inſimulabit. Deum uero ſi quid ſecreuerit, quis criminabitur?

DEVS qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? CHRISTVS IESVS qui mortuus eſt, immo qui & reſurrexit.) Non Deum dixit qui Peccata dimittit, ſed quod præſtantius eſt, qui iuſtificat. Non itaq; timendi ſunt qui uel moleſtiam inferunt, uel iniuriam & probra ingeſſerint. Quandoquidem elegit nos Deus & iuſtos effecit, quiue noſtri ob gratiam mortem ſubiuit & reſurrexit. Chriſtus eſt Dei Filius, quis ergo quos Deus tot bonis dignatus ſit damnabit?

QVI EST AD dextram Dei qui interpellat pro nobis.) Interpellare illum pro his dixit, ut Chriſti erga nos explicet charitatem, qui & ſi carnis aſſumptæ diſpenſationem perfecit, haud tamen ſuam in nos clementiſſimam ſubſtulit animi affectionem, ſed intercedit pro nobis. Non enim interceſſio hæc unigeniti ipſius imminuit gloriam, cum dixerit prius qui eſt ad dexteram Dei, quod plane magnitudinẽ præfert, & Filij maieſtatẽ. Deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud indicaturus ut diximus, quam ſummã huius in nos charitatem. Dicet aliquis, cum eñ Patris facta ſit mentio, utpote cui a Deo noſtri ob gratiã ſupplicetur, imminuitur ergo gloria Dei & autoritas, quia ſupplex precetur, quin potius id uel ineffabilem Dei in nos prouidentiã patefacit. Nonnulli uero interpellat ſic capiunt, uidelicet inquantum corpus hoc Filius geſtat, nec depoſuit, ut garriunt Manichei, perinde ac ſi corpus ipſum ſit apud Patrem interpellator. Nam cum intuetẽ hoc inquit Deus, charitatis tum reminiſcitur, quã erga genus humanum oſtenderit. Sic plane & ad miſericordiam flectitur. Hæc autem eo Paulus ut ſæpe diximus, explicat, ut Chriſtianos oppreſſos mitiget & conſoletur, cum aperit & Spiritum pro nobis interceſſiſſe, nec noſtri de cauſa pepercisſe Filio Patrem, quin iuſtificaſſe nos & gloria condonaſſe. Supplicare præterea pro nobis & Patri Filium. Cum itaq; tã multiplex fiat apud Patrẽ interceſſio, optime uobis ſperandum erit, nec quoq; pacto animo concidendum.

Manichei ſtulte garriunt Chriſtum corpus depoſuiſſe

QVIS NOS ſeparabit a charitate Chriſti, tribulatio an anguſtia, an fames, an perſecutio, an nuditas, an periculum, an gladius?) Poſtquã ineffabilem patefecit Patris & Filij & ſancti Spiritus in nos charitatem. Spiritu, ceu arreptus ſic fatur. Quis nos ſegregabit ab amore Chriſti. Eum nanq; qui tanto ſit charitatis ardore affectus, nihil eſt quod diſiungere poſſit a Deo, quippe cui tam egregie diuinitus ſit prouiſum. Hoc uero tribulationis & anguſtiæ nomine, complexus eſt Paulus quæcunq; poſſunt nos malis afficere, & ſi minus hæc ſigillatim enumerat.

SICVT SCRIptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, et exiſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.) Ne forte ob id uideantur quia fuerint a Deo hi deſtituti, malis his afflictari, prophetam inducit huiuſmodi proclamantem agentemq;, conſolationis plurimum illa habere quæ Dei ob gratiam toleramus. Vel ſi quotidie mors ipſa ſit ſubeunda, quod fieri uoluntate poteſt, natura non poteſt. Mortificari autem illud immolare eſt & ſacrificium Deo offerre. Id enim prętendit cum inquit, tanquã oues occiſionis, ut quemadmodum illę cum occiduntur nihil repugnant, ſic nobis cum malis afficimur, erit æquo id animo tolerandum.

Vel hoc loci attende quam ſidus interpres fuerit.

Mori quotidie uoluntate poſſumus non natura.

SED IN HIS omnibus ſuperamus propter eum qui nos dilexit.) Cum mortificamur di-

camur dixiſſet, mox & conſolationem adiecit, ne quis humanitatis ſectatus fragili-
tatem deſperet. Nec ſimpliciter uincimus (inquit) ſed maxime ſuperamus, hoc eſt
ſumma facilitate ſine labore ac ſudore, uel in his ipſis uictores euadimus, in quibus
& inſidias patimur. Hæc em̄ perfectior eſt & ſumma uictoria, cum exagitati perſe-
cutores ipſos & afflictātes tolerando euincimus. Neq; his dictis ipſe diffidas, Deus
enim tecum una in hoſtem decertat. Accedit etiam quod amore nos ille proſequit̃, *Victoria perfecta.*
unde nec mirum uideri debet, ſi in malis medijs uictoriam reportamus.

CERTVS SVM enim, quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, ne-
que fortitudo, neq; præſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; cre-
atura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in CHRISTO IESV domino
noſtro.) Primum de Dei in nos charitate diſſeruit, nunc ſuum in Deum exponit
beneuolētiæ ardorem. Vtq; magni aliquid dicere de ſe uideatur, ſic inquit, eo enim
magnitudinis ſumus ex noſtro hoc flagrantiſſimo in Deum amore prouecti, ut nō
modo quæ in hac uita ſortiri mala ſolemus, queant nos ab eiuſmodi charitate diſtra
here, quin etiam uel ſi quis mortem futurā illam in æternis ſupplicijs cōminetur, uel
uitam polliceatur immortalē, id duntaxat, ut a Chriſto diuellat, is nunq; ſuis bonis
fecerit ſatis. Verum quid mihi uel imperatores uel tyrannos protuleris, quando nec
angeli ipſi, nec poteſtates ſuperne omnes poterunt nos a Deo eruere. Quin etiā me
nec præſentia hæc, nec futura, nec altitudo, id eſt cœleſtia, neq; profundū, id eſt quæ
in terris ſunt, non gloria, non in ignominia cōmouebunt. Nonnulli autem altitudi-
nem pro cœlorum imperio acceperunt, profundum uero pro imperij huiuſce iactu
ra. Si alia præterea eſſet creatura ſiue uiſibilis, ſiue quæ mente non obtutu compre-
henditur, nunquā a Chriſti me charitate auertet. Neq; eo hæc intulit perinde ac ſi an
geli homines a Deo diſiungant, ſed ſui erga Deum amoris ut exprimat magnitudi-
nem. nec eum quidem quem ſe Iudæi profitentur habere, ſed quem in CHRISTO
IESV adeptus eſt quiſpiam. Iudæi quidem, et ſi Deum ſe colere iactitent, non tamen
in Chriſto hunc colunt, quippe cui nec fidem adhibeant.

VERITATEM DICO in CHRISTO IESV, & non mentior, teſtimoniū mihi per- *CAPVT. IX.*
hibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſticia eſt mihi magna, & con *Iudei Deum*
tinuus dolor cordi meo.) Futurum eſt ut in orationis progreſſu oſtendat non o- *colunt, ſed in*
mnes qui ex Abraam ſunt, Abrahæ fuiſſe ex ſemine procreatos. Et ne ex animi paſ- *non Chriſto.*
ſione aliqua uideatur id dicere, præueniens, Iudæorum predicat bona, ſuſpitionem
huiuſmodi ſublaturus, faterurq; ſe uel ſumma ergo hos teneri beneuolentia. Vt au
tem dictis ſuis non abroget Fidem, ueritatem (inquit) dico, & Chriſto nō mentior,
producitq; teſtes tres numero, Chriſtum, propriam conſcientiam, & Spiritum ſan-
ctum, inquitq; ingens me inua ſit mœror, qui cor meum, pro Iudæis obrodit, qui de
Gratia ſunt eiecti. id enim erat & ſi minus expreſſit, dicturus.

OPTABAM ENIM ego ipſe anathema eſſe a Chriſto, pro fratribus meis qui ſunt *Anathema q̃d*
cognati mei ſecundum carnem.) Perdiſcendum eſt tibi prius quid Anathema ſit.
Eſt ſane ſeiunctio quædam & alienatio. Anathema pręterea græce, poteſt latine ob
latio dici & ſacrificium. Et quemadmodū quæ Deo & offeruntur & dedicantur, at-
trectare audet nemo, ſic eum qui anathema ſit ratione quadam nullus cōueniet, aut
cum eo uerſabitur. Nam ſacris oblatiōis honoris gratia tanquā Deo dicatis appro-
pinquare nulli hominū audebunt. Ab hoc uero qui maledictioni fuerit obnoxius,
non ſecus ac a prophano & ab ipſa diuinitate alieno ſecedunt omnes. Quid igitur ſi
bi vult quod Paulus dicit. Videtur nanq; dictis ſuis ſuperioribus aduerſari. Nam
ſupra id clamitans profitebatur, quis nos ſeparabit ab amore Dei. Nunc uero optat *Cōuicia Iudeo*
a Deo ſe iungi. Videntur itaq; dicta hæc inter ſe eſſe contraria. At non ita ſe habet. *rum in Deum.*
Illud nanq; uehemētiſſima quadam in Deum charitate dictabat incenſus. Hoc uero
ut cum Deo perpetuo maneat. Cum em̄ uniuerſi Deum criminarent̃, quod Hebræ
os, quos antea adoptione & gloria digniſſimos iudicaſſet, fuiſſentq; Chriſti proge

 nitores,

nitores, eiecerit & affecerit ignominia, & his poſtmodum gentes ſuffecerit, qui ſui
nullã habuiſſent antea notionẽ, eoq; & diuinam prouidentiã obtrectarent pleriq;,
& maledictis inſectarẽtur, tanquã nullam in hos æquitatem ſeruaſſet Deus, utpote
qui ſuos fefelliſſet maiores, quos ſuis ornare beneficijs ꝓmiſiſſet. Dolens itaq; Pau
lus, & pro Dei gloria tutanda & iſtorum maledictis perculſus, optabat ſe anathema
fore, dũmodo detractores huiuſmodi ſalutem aſſequerẽtur, & abolerent eorum in
Deum cõuicia. Vides ut Paulus pro ſua in Deum ardentiſſima charitate cupientiſſi
mus ſit. & ſi fieri liceret, ſeſe uel a cætu ſanctorum qui Deo aſſiſtunt ſepoſitum iri,
& gloriæ illius æternæ fruitione. Non tamen a Dei amore ſeiungi, quemadmodum
plerunq; conſueuere parentes, qui dulciſſimo ſeſe liberorum cõmertio abdicant, ut
abſentes gloriã pariant, cum nihil interea illi omittant priſtinæ in liberos charitatis.
Quin etiam abiectos ſe & inglorios haberi perpetiuntur, ut illi prouehantur hono-
ribus. Ipſe igitur (inquit) qui res innumeras geſſerim, et Deum ultra quã fert huma
na natura coluerim, cupiditate teneor & ingenti, Dei ob gloriam (ſi dici fas eſt) uel
a Dei excidere gloria. Quod ſane dictum nõ gloriã tollit, ſed uendicat potius. Cum
uero cum fratribus meis qui cognati mei ſunt ſecundum carnem, inquit. ſuæ in illos
charitatis præcordia patefacit, aperitq; quam illorum ſit ſalutis percupidus.

Chriſtus Deus uocatur à Paulo. QVI SVNT Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamẽtum, &
legiſlatio, & obſequium, & promiſſa. Quorum patres, & ex quibus Chriſtus, ſecun
dum carnem. Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, Amen.) Hoc loco
Iudæos laudat & magnifacit, ne uideatur (ut diximus) ex animæ paſſione hæc dice
re. Tacite aũt oſtendit diuinæ uoluntatis fuiſſe, ut ſalui redderentur Iudæi, quod pa
tet ex his, tum quia illos ſit adoptiõe dignatus & gloria, tum etiam quia & patribus
ſit multa pollicitus. Tum demum quia alia cõplura his ſit perpetua ſane & egregia
Beneficia Dei in Iudæos. impertitus, placuitq; ut ab his & Chriſtus originem duceret. Hi tamen huiuſmodi
Dei in ſe beneficia repudiarunt. Ob idq; dei charitatem magnum in modum obſtu-
peſcens Paulus, agit unigenito gratias, qui eſt ſuper omnia inquiens benedictus de-
us. Si enim alij (inquit) maledictis Deum inceſſuerunt, exiſtimãtes haud merito ex-
cepiſſe hunc ad ſe gentes, nos tamen qui Dei myſteria nouimus, Scimus hunc & glo
In Arrium. ria eſſe et laude dignum. Ex his haud dubie uerecundia & pudore obruitur Arrius,
cum Paulus Chriſtum ubiq; predicet & adſtruat Deum.

NON AVTEM quod exciderit uerbum Dei.) Vror equidem (inquit) ob hanc
in Deum blaſphemiam, cuperemq;, & ſi haud quaquam ſint omnes habituri ſalu-
tem, uniuerſos tamen ſaluos futuros. Non enim mentitus eſt Deus, aut factas patri
bus promiſſiones infellit, tametſi maledici aſſerant Deum, quæ alijs ꝓmiſiſſet, con-
tuliſſe in alios, ſed aduerte quæ ſubſequuntur.

NON ENIM omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitę. Neq; quod ſemẽ ſunt Abrahæ,
omnes filij.) Quod enim pollicitus eſt Deus (inquit) & executus eſt. Dixit utiq;
tibi & ſemini tuo dabo hanc terrã. Videamus ergo quod illud ſit ſemen, nõ enim o-
mnes qui ex Abraã prodiere ſunt Abrahæ ſemen. Neq; qui ex Iſraele, Item & Iſrae-
Iſraëlis nomẽ uenerandum. litę. Sed qui ſecundum Iſaac geniti ſunt, quiue & Iſraelis ſunt digni uirtute, qua deũ
ille uidere promeruit. Neq; enim ex Iacob dixit, ſed Iſrael, uenerandum illud cõme-
morans nomen. Si itaq;, qui hominum ex Iacob oriantur, didiceris, comperies ſane
Dei promiſſa nil eſſe mentita. His nanq; ſunt promiſſiones factæ. Quo fit, ut haud
quaquã dignus uideatur cõuitio Deus, quia perfecerat quod fuerat pollicitus, tam
etſi id pleroſq; clam habeat. Nec multis ſit cognitum.

SED IN Iſaac uocabitur tibi ſemen, id eſt nõ qui filij carnis, hi filij Dei exiſtiman
tur. Sed qui filij ſunt promiſſionis, hi deputantur in ſemen. Promiſſionis enim uer-
bum hoc eſt. Secundũ hoc tempus ueniã & erit Sarę filius.) Nil ipſe (inquit) inter
pretor, quod uerum ſit Abrahæ ſemen, ſed uetus id teſtamentũ ediſſerit, in Iſaac tibi
ſemen uocabitur aſſerens. Quicunq; itaq; ſecundũ Iſaac fuerint progeniti, ex pro-
miſſione

miſſione uidelicet certiores ſunt Abrahæ filij, uel Dei potius. Quippe cum id omne
uerbo ſit Diuino effectum, nec eni Iſaac uel legis eſt ortus uel naturæ potentia, ſed
promiſſionis uirtute. Secundum tempus hoc ueniam inquit, & erit Sarræ filius. Dei
itaq; uerbum Iſaac illi formã & ortum dedit. Haud ſecus & in noſipſos qui & Dei
filij ſumus, cum in Baptiſmi eluimur lauacro, tanquam in uulua quadam materiali
Diuina dicta pronuntiantur, quæ nos iterato & effingunt & pariunt. Nam in PA-
TRIS & FILII & ſancti SPIRITVS nomine Baptizati, renaſcimur. Et quemad-
modum tunc promiſerat Deus Iſaac naſciturum, & res ipſa hunc eſt euentum ſorti-
ta. Sed & noſtram quam per prophetas fuiſſet pollicitus genituram compleuit, quæ
per Baptiſmũ conſtaret. Illud itaq; in Iſaac uocabitur tibi nomen, ſic intelligitur, ui
delicet eos eſſe Abrahæ filios, qui eodem quo ortus eſt Iſaac modo, ſunt geniti. Id eſt,
lauacro illo Diuino. Non ergo fruſtra Dei excidit uerbum, Sed uero ſemini, id eſt,
his quæ ex gentibus Chriſti fidem cœpere, & Dei ſunt FILII facti, promiſſa ſerua
uit, quemadmodum & in Iſaac egit qui horum præfert figuram.

In Iſaac uocabitur tibi nomen quomodo intelligendũ.

NON SOLVM autem illi, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens duos filios,
Iſaac patris noſtri.) Oſtendit & ſi multos haberet & uarios Abraam liberos, Iſaac
ſolum id ſeminis nomen fuiſſe ſortitum. Vnde & qui haud abſimilem illi ortum ha
berent, eandem eſſe appellationem adeptos. Nunc igitur (inquit) nõ in Iſaac ſolum
idipſum poteris contemplari, Sed quod maius eſt in fratribus ipſis, ex parentibus
unis ſuſceptis, uel gemellis & partu unico æditis. Eſau & Iacob uidelicet. Hi nanq;
haud quaq; pari ſunt ſorte uſi, cum alter electus ſit, alter odio habitus. Nulla itaque
erit per te ratio exigenda, cur gentes elegerit Deus, & Abrahæ ſemen uel Diuinum
potius illas effecerit, propulerit uero Iudæos & prorſus eiecerit.

Eſau & Iacob impari ſorte uſi.

CVM NONDVM nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni aut mali, ut ſecundũ ele-
ctionem propoſitum Dei maneret. Non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt ei
quia maior ſeruiet minori, ſicut dictum eſt. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.)
Neceſſario mihi hoc loco uel eorum explicandus eſt ſenſus, quæ longe poſt dictu-
rus eſt Paulus. Et quoniam quærebant pleriq; cur Deus gentes prætuliſſet Iudæis
auxeritq; ampliſſimis ſemper honoribus, præſertim cum conſtet proprijs nullis uir
tutibus Diuina beneficia fuiſſe promeritas, quippe cum æque eſſent & ipſe pecca-
tis obnoxiæ, colligit Apoſtolus pleraq; quæ in dubium ueniunt, nec comprehendi
a nobis ſat poſſunt & ſoli Deo ſunt cognita. Et primũ ex geminis illis demonſtrat,
neq; alterum fuiſſe ob uirtutem electum, neq; ob nequitiam alterum odio habitum
cum nondum aut prauis facinoribus eſſent infecti, aut bonis imbuti. Vtpote qui ma
terno adhuc utero conderentur. Sed Diuina prædeſtinatione, id eſt, præſcientia il-
lum amorẽ promeruiſſe, hunc odium. Sicuti & propheta teſtatur. Alium amaui, ali
um odio habui. Vt perſpicuũ ſit omnia Dei nutu & præſcientia fieri. Sed quid iſtos
cõmemorem, cum & Iſraelitæ omnes uitulum effinxerint quem colerent. Quorum
nõnulli ſunt affecti ſupplicijs, nonnulli euaſere impunes. Et Pharao certe obſtina-
tus erat, ſuiq; ſimiles habebat multos, ſolus tamẽ quo iure excruciat? Vides ut hæc
mortalibus incomprehenſibilia ſint, & ſoli pateãt Deo. Sic uobis quod electæ ſunt
gentes, & reiecti Iudæi, abſurdum uidetur, Deo uero æquiſſimũ.

Gentes Iudæis prelatæ.

QVID ERGO dicemus. Nunquid iniquitas apud Deũ. Abſit. Moyſi enim dicit,
Miſereor, cuius miſereor, & miſericordiã præſtabo, cuius miſerebor.) Addit in-
ſuper (ut dictũ eſt ante) & aliud quiddam ex ueteri teſtamento, oſtenſurus ſoli Deo
cognitos fuiſſe Iudæos. Qui & partim amore eſſent, partim tormentis digni. Tam
& ſi uniuerſi in uitulo illo conflando pariter deliquiſſent. Iſtorum tamen nõnullos
miſeratus eſt Deus, nõnullos uero leuitis tradidit morte mulctandos. Cuius cõmi-
ſerationis & ſeuitiæ cauſa uel Moyſem latuit, qui tantũ apud Deum authoritate ua
leret. At ipſe rationem depoſcis, cur gentes præſertim, cũ eſſent delictis obſtrictæ, Iu
dæis honoribus præferantur. Poterat autem Apoſtolus quã alibi cauſam attuliſſet,

Multa eſſe hominibus occulta, & ſoli nota Deo.

uel hoc loco afferre, cum diceret Iſraelitas extimaſſe ex operibus ſe iuſtificatum iri, gentiles uero fide & gratia, quod tamen enunciare in præſenti abſtinuit. Cum unũ illud præcipue adnitatur, ut huiuſmodi homines Diuinorum operum indagatores coerceat, perſuaſurus nihil eſſe Dei facta a mortalibus perſcrutanda.

Paulus non ſuſtulit liberum arbitrium.

IGITVR NON uolentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei.) Voluit Iſaac Eſau benedicere, iuſtus ille in campũ contendit, ut ex uenatione, patri cum aliquid detuliſſet, benedictionem acciperet. Deus uero iuſto iuditio benedictionem hanc Iacob, quia dignior eſſet, ut aſſequeretur, effecit. Dicet aliquis uidetur ſane liberũ hoc loco arbitrium ſuſtuliſſe Apoſtolus, nequaq; hoc tollit. Nam quemadmodum cũ condenda eſt domus, in opifice pendere oĩa dicimus, tametſi ille id opus per ſe exequi nequeat. Sed & materia eſt ad ſtructurã neceſſaria, & iuuantum miniſtrorum indiget opera. Sed quoniam illi abſoluenda eſt domus, fatemur illius eſſe omne id opus. Sic item dicere de Deo ſolemus, & in eius poteſtate cuncta conſiſtere. Qui nihil a nobis, niſi animi exigat promptitudinẽ. Et quoniã finem ille rebus imponit, & benemerentes coronat, dãnatq; ſontes, dicimus uniuerſa in eius poteſtate cõſiſtere.

DICIT ENIM ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendam in te uirtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuerſa terra, ergo cui uult miſeretẽ, & quem uult indurat.) Perorat iam & decernit, nullas eſſe a Deo in quẽpiã pœnas efflagitandas, cũ ipſe cui uelit ignoſcat, & quem uelit obduret. Cui rei Iſraelitæ ſunt argumento, qui uitulum excitarunt. Et Pharao ille, cuius & cor eſt obduratum.

Deus mortaliũ corda quando obdurat.

Tunc uero Deus mortalium corda obdurat, cum illos pro ſua magnitudine tolerat diu, cuius deinceps obtolerantiã redduntur ijdem obſtinatiores ad malum. Nec ſecus, Deus ſe habet quam herus aliquis qui ſeruum nactus ſit improbũ. Quem, ubi humaniter & clementer utatur, facit deteriorem. Quod quidem non eo fit quod dominus ſeruum malignitate imbuerit, ſed quia ſeruus domini placabilitate ſit ad augendam improbitatem & nequitiam abuſus. Vtpote qui herilem huiuſmodi in ſe benignitatem contempſerit.

DICES ITAq; mihi, quid adhuc quæritur, uoluntati enĩ eius quis reſiſtit.) Omni ſtudio nititur (ut ſępe diximus) patefacere Paulus diſpenſationes huiuſmodi omnes & iuditia ſoli Deo innotuiſſe. Ideoq; ambiguitates undequaq; colligit multas. Nec tamen ſoluit, ut auditorem urgeat magis, ſuadeatq; ab homine hęc comprehendi non poſſe. Nec plane cognitione ulla teneri. Quærat aliquis. Si itaq; quem uelit Deus obdurat, quid ergo delinquens culpandus eſt? Quis enim poterit eius uoluntati obſiſtere? Voluit ille & obdurauit, eo nec illud iniuria fit, ſi obduratus aliquis in aliquod prolabitur facinus. Hunc ergo quo iure uel culpat, uel cruciat Deus? Hæc itaq; obiectio, idcirco inducta eſt, ut arguantur quæ diximus hominibus eſſe obſcura, & Deo duntaxat comprehenſibilia. Propterea neq; Apoſtolus ea ſoluit, Sed hæſitantes & dubios obſtruit inquiens.

O HOMO TV quis es ut reſpondeas Deo.) Vides quam reprimat intempeſtiuam hanc & ſuperuacaneam hominum curam, & frenos imponat hæc conquirentibus, erudiatq; ad Diuinam cognitionem, ut intelligant quanti ſit Deus, & quid uideat homo. Tu quis es, num is, qui cum eo habeas partiri Imperium? At tibi licet, decernere quod illi agendum ſit, quid ue minime? Scrutari nãq; uirum hoc illud ue deceat nec ne, eius eſt ſane qui in faciem Deo reſpondeat, & iudex ſit in hunc conſtitutus. Nequaquam erit hoc pacto agendum. Sed rebus ipſis parendum eſt & fides præſtanda, utcunq; per eum ſint geſtæ.

NVNQVID dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliã?) Iſtiuſmodi exemplo uſus eſt Paulus, non ut liberũ nobis demat arbitriũ, neq; ut otioſos & deſides arguat, ſed ut inſtruat quemadmodũ Deo ſit obſequendum, utq; intentio & quædam taciturnitas ad obſequendum ſit præferenda

Nam quem

Nam quemadmodum figulus (inquit) eodem ex luto, nihil fictilibus ipſis contradicentibus, effingit, quod animus tulerit. Sic tibi, cur Deus qui ex uno eodemq; hominum genere tormentis hos cruciet, illos honoribus augeat, indagandum nil erit. Quin potius ceruice ſummiſſa hunc pronus adora, & lutum quod fingitur imitare ut quæ illud figuli manum ſubſequitur, ſic & ipſe diſponentis Dei uoluntatem ſectare. Velim tamen intelligas, quod quemadmodum non ficti ratione, ſed utentiũ partim hæc uaſa prætioſa redduntur, partim uilia cum ex uno eodemq; luto confiſta ſint. Sic in hominibus non natura, quippe quæ mater ſit omnium, ſed uoluntas hos facit ſupplicio dignos, corona illos & præmijs.

Cur honorentur alii, alii deiiciantur, non eſſe querendũ.

QVOD SI VOlens Deus oſtendere iram ſuam, & notam facere potentiã ſuam ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & uocauit nõ ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus.) Poſtquã illorum ora obſtruxit, qui Diuina iuditia inueſtigare adnitterentur, demũ obiecta diſſoluit. Eſt tamen hæc rei totius ſententiã. Iræ uas Pharao erat, hoc eſt, homo ob innatam duriciem Dei iram ſuccendes Hunc ſuſtinuit Deus & tolerauit, & mira in eũ longanimitate eſt uſus. Qua tamen ille abutens in animi duriciem uertit, & factus eſt iræ ſuſceptibile uaſculũ, & ad pditionem idoneũ, quam ſcilicet ſponte adierit. Nil enĩ deerat quod ad eius perniciem faceret, ſed cuncta præſto fuere, apta profecto & accommoda, quæ illum ad interitum ferrent. Vt igitur hunc furentem, & iracundiæ uaſculum ſponte ſua effectum, excrutians Deus, ſuam præ ſe tulit potentiã, ſic & his Deus, qui plurimũ ex gentibus deliquiſſent, & ſuæ gloriæ diuitias patefecit. Et ideo tandem eſt illos cõmiſeratus. Quia illi ſe commiſeratione dignos feciſſent. Nec enim clementiæ dixit, ſed gloriæ. Nam uenia quæ peccantibus datur in ſummã cædit Deo ad gloriã. Quæ autem præparauit, id eſt, quæ ille præſciuit, nec gentiles dixit ſaluos eſſe per eum omnes effectos, ſed ex gentibus, aliquos ſcilicet. Noli ergo Iudæe id ferre moleſtius, ecce ex gentibus & ſi pleriſq; ignoſcitur, tamen non omnes ſunt ueniam conſecuti.

Pharao uas iræ.

SICVT IN OSEA dicit. Vocabo non plebem meam, Plebem meã. & non miſericordiam conſecutã, miſericordiam conſecutã. & non dilectam, Dilectam. & erit in loco ubi dictum eſt eis, non plebs mea uos. Ibi uocabunt filij Dei uiui.) Ne forte id dicant Iudæi, quid nos fallis o Paule talia prædicans? Inducit Oſeã clamantem dicentemq;. Vocabo, qui nõ eſt populus meus, Populũ meum. Verũ quis erat hic populus? Gentes nimirũ. quæ illa dilecta? Eccleſia gentiũ, quorũ alij in populũ conceſſerunt, adamatiq; ſunt, & uiuentis Dei filij redditi, quod proculdubio uidetur præſtãtius. At ſi dixerit quiſpiã de Iudæis hæc dicta fuiſſe, Qui & ſi fuerint ingrati, admiſſos tandem in gratiam rediſſe, non erit ei fides præſtanda. Nam & ſi de illis dicta hæc eſſe cõſtaret, quid impediret, quominus uel in gentes idipſum cadere uideatur.

Eccleſia.

ESAIAS AVtem clamat pro Iſrael. Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanq; harena maris reliquiæ ſalue fient.) Non uno contentus Oſea, quinetiam & Eſaiam inducit clamantem. Hoc eſt uocem libere ædentem, & nihil repreſſum, quia non omnes Iſraelitæ ſalui eſſent futuri, niſi qui digni ſalute forent. Reliquiæ autem ſaluæ fient, cum inquit, electos prætendit, quos ſcilicet reliquerit Deus, ſeiunxeritque, ut dignos uidelicet. Cum uero dicit ſecundũ maris harenam, admonet eos promiſſionis, quæ ſit in ueteri teſtamento conſcripta, cuius indignos ſe fecerint. Perinde ac ſi inquiat, nolite animo obturbari, ſi mentita eſſe uideatur hæc repromiſſio. Cum cõſtet prophetas omnes clamitando præcinuiſſe, non eſſe omnes ſalute dignos.

VERBVM ENIM conſumans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.) Oſtendit hoc loco quemadmodũ reliquum illud Iſraeli ſaluabitur, inquitq;. Nec laboribus opus eſſe ad illorum Salutem, nec terræ ob id longius ſunt obeundæ, nec miſera quæque & calamitoſa ſunt toleranda, quæ legis operibus inſunt. Sed Deus ipſe cõſumans abbreuianſq; fidei uerbũ, in omnes

terras, id quidem in æquitate faciet & iuſtitia, hoc eſt, ut iuſtificet omnes qui uerbū illud ſunt ſuſcepturi. Nam ſi IESVM dominū tuo ore fateberis, credideriſq; corde & animo hunc ipſum fuiſſe a mortuis excitatum, ſaluus haud dubie fies. Hoc ſane breuiatum eſt uerbum, hæc inquam compendioſa & breuia fidei dicta.

Sodoma. Gomorra. Amora hebrei dicunt.

ET SICVT prædixit Eſaias. Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus.) Dixit ſaluas fore reliquias illas, nunc uero cur ſit illud effectū interpretat̃, inquitq; ſemen illud electū, & fermentū ipm reliquit iam Deus. Quod eni elegit dixerat, reliquit nūc dixit. Perinde ac ſi inquiat, niſi nos Deus ipſe tuet̃, uniuerſi haud ſecus ꝙ Gomorra ipſa & Sodoma in pniciem ibimus, utpote qui ob praua facinora ſimus dānatiōi obnoxij.

QVID ERGO dicemus, quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiā apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Iſrael uero ſectando legem Iuſtitiæ, in legem Iuſtitiæ non peruenit.) Hoc loco apertiſſime cauſam refert qua & ſuſceptæ a Deo ſunt gentes, & reiecti Iudei. Inquitq; gentes ideo iuſtificatas eſſe, quia ex fide tenerent iuſtitiam. Iſraelitas uero, quia Iuſtitiæ legem, id eſt, quę ex operibus tota conſtaret, ſequentes conquirerent. Nondū tamen eo prouectos ut iuſtificari potuerint, neq; enim tanti lex erat, ut ex actionibus ipſis, iuſtos redderet homines.

Cur gentes ſuſcepti Iudei uero reiecti.

QVARE? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus legis.) Quæris quam ob rem non ſunt Iſraelite iuſtitiā aſſecuti, & ſi enixiſſime ut aſſequerētur incūberent. Ediſce ergo nō ex fide illos iuſtitiam, ſed ex legis operibus conquiſiſſe. Ex legis uero operibus inquit, non iuſtificabitur omnis caro. Attende autem non ex operibus
„ dixiſſe ſimpliciter, ſed quaſi ex operibus. Vt arguat non ueris illos incubuiſſe ope-
„ ribus, ſed fucata potius quædam præ ſe tuliſſe.

Zyon hebrei dicunt.

OFFENDERVNT enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in Syon lapidem offenſionis & Petram ſcandali, & omnis qui crediderit in eum non confundetur.) Qui offendit idcirco illiditur, quia rebus alijs uacet, neq; ea quæ coram ſunt uideat. Igitur & Iudæi cum legi inhiarent ad Chriſtum offenderunt, id eſt, illi nō crediderunt. Nam & ab eorum euentu qui minime crediSdiſſent. Chriſtus eſt offendiculi lapis, & Petra ſcandali dictus. Ipſe nanq; quantum in ſe erat, pro fundamento fuerat, & firmamento impoſitus. Inquit enim. Et omnis qui crediderit in eum non confundetur, ſiue gentilis ſit ille ſiue Iudæus. Fides itaq; ſola eſt, non opera ipſa, quæ & operatur omnia & iuſtificat.

Chriſtus lapis offendiculi Iudeorum.

CAP. X.

FRATRES VOLVNTAS QVIdem cordis mei, & obſecratio apud Deū pro Iſrael eſt ad ſalutem.) Cum Iudæos ſit perfidiæ incuſaturus, demulcet hos prius, ne ex odio dicere quæ dicturus eſt uideatur, Inquitq;. Voluntas mea & uehemens deſyderium. Neq; id modo, quin etiam & preces meæ pro uobis maxime cōnituntur, nō ſolum ut tormenta illa futura euadatis innoxij, ſed ut Salutem etiā conſequamini. Qui ergo poſſum uobis uideri infenſus, quibus ſim ipſe comprecatus Salutem?

Zelum habentes non ſecundum ſcientiam

TESTIMONIVM enim perhibeo illis quod æmulationem Dei habent, ſed nō ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere. Iuſtitiæ Dei nō ſunt ſubiecti.) Videtur initio quidem illis gratificari demulcens. Inquit enim hos Dei zelum habere, non tamen ſecundū ſcientiam. Vnde commiſeratione dignos potius eos quam ſupplicio arguit. Legis ſiquidem hi zelo tuent̃, quæ a Deo tradita. Zelus tamen huiuſmodi haud quidem ſecundū ſcientiam eſt. Neq; enim ſcire uolunt quemadmodū lex illis ceſſauerit, nec ultra uim habeat. In ſequentibus uero oſtendit contentioſos hos eſſe, cupidos principatus. Quippe qui cū propriam queant obfirmare iuſtitiam, eam uidelicet quæ legis ſit & labore proprio & operibus parta, quæue & plane collapſa eſt, nec queat conſiſtere, neque hanc ſtatuiſſe coarguuntur, nec Diuinæ ſe iuſtitiæ ſubieciſſe, quod ſane horum & ſuperbiam retegit, & mentem præfecturæ percupidam, uel inſanā potius patefacit. Quādoquidem id querat ſtatuere, quod inſtabile ſit, & ea in re fruſtra uerſetur. At Dei

Iudei contentioſi & cupidi principatus.

iuſtitia ex

iuſtitia ex fide conſtat, quippe quæ nihil exigat, quod nobis glorioſum ſit aut graue, ſed omnis ſpes ſit Diuina in gratia ſita.

FINIS ENIM legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.) Poſtq̃ & legis iuſtitiã dixit, ne forte qui ex Iudæis crediderant, dicerent. Ergo & ipſi hac omiſſa iuſtitia legem tranſgreſſi ſumus, & itẽ qui prorſus nil crederẽt id forſan obijcerent. Cum cõſtet igitur in lege ineſſe iuſtitiã, & ſi minus nos ad id temporis hanc adimpleuimus, oino tamen ſumus hanc obituri. Vtrunq; itaq; cõfutans Paulus inquit, legis finem Chriſtum eſſe. Quod eni lex ipſa uolebat, ut hoiem iuſtificaret, nec tamen eſt q̃d uoluit executa, id Chriſtus perfecit, & hominem iuſtificauit. Nec dixeris qui ex Iudaicis inſtitutis ad Chriſti te fidem cõtuleris, legem te fuiſſe trãſgreſſum, cũ uideas potius legis hanc uoluntatem, fuiſſe in te finem iam nactã, quia in Chriſtũ credideris. Nec cõtra tibi quidem Iudæe nondũ fide ſuſcepta ad ſperandũ eſt in te perfectũ iri legis iuſtitiam, cuius perfector eſt Chriſtus. Si iuſtitiam igitur uendicare hãc cupis Chriſtus eſt tibi per fidem ſuſcipiendus, hoc pacto, omnium factus eſt compos.

Chriſtus perfecit quod lex nõ perfecerat.

MOYSES enim ſcribit, quoniã iuſtitiã quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, uiuet in ea.) Confirmat quod dixit Chriſtũ fuiſſe quod lex minus impleſſet, iam executũ & Moyſem aſſerit dixiſſe hominem poſſe ex operibus iuſtificari, neminem tamen inuentũ eſſe qui legis opera iſta ꝑficeret, eo nec licere quidem per legem iuſtificari.

QVAE AVTEM ex fide eſt iuſtitia ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum? id eſt, Chriſtũ deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? Hoc eſt, Chriſtum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura, hoc eſt. Prope eſt uerbũ in ore tuo, hoc eſt, uerbum fidei quod prædicamus. Quod ſi cõfitearis, in ore tuo dominũ Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illũ excitauit a mortuis, ſaluus eris.) Audiſti legis opera non poſſe homini iuſtitiã impertiri. Perdiſcendum tibi inſuper erit, quã facile liceat & nullo labore in Chriſto iuſtitiam comparare. Quandoquidem perſpicuum ſit fidem Apoſtolum in corde fundatam, uel ſolam oris confeſſionem exigere. Neceſſariũ autem erit id dictum latius explicare. Et quis nam ille qui cœlos ſit conſcenſurus, qui ue in profundum deſcenſurus ad inferos, quod Paulus a Moyſe ſumens longe aliter quã litera habeat, interpretatur. Moyſes interea quantum ad literam attinet exteriorem ſic inquit. Dei mandatũ Iudæe iacet tibi ſub oculos, nec tibi ut hoc ipm̃ inuenias & potiaris, uel cœlum eſt inſcendendũ, uel ſubeundus abyſſus, ſed præſto eſt illud, & tibi propinquius. Ecce tuo ſcilicet in ore & mente adeſt. Nam cuncta tibi per legem aperuit Deus. Hæc quidem ſecundum literã diſſeruit Moyſes, aliter tamen longe Apoſtolus. Nihil hæſites, inquit, neq; id anio ſub dubius uerſes, quemadmodũ e cœlo Chriſtus deſcenderit, & cruci affixus ſit, uel ex abyſſo cum mortem obiſſet, id eſt, ex abditiſſimo & profundiſſimo loco emerſerit. Quin potius crede carnem ſumpturũ deſcendiſſe de cœlo, quod item a mortuis ſuſcitatus aſcendit, Deus enim hunc ſuſcitauit. Potes itaq; uel ob ſuſcitationis dignitatem Chriſto fidem præſtare. Quid ergo hac re facilius? Cum in ore ſalutis uis omnis conſiſtat, & ne ob facilitatem huiuſmodi contemptibile appareat fidei uerbum oſtendit fidei aduerſari incredulitatem, quæ mente & cogitatiõe uoluatur, eoq; his uiriliter obſiſtendum, ne dixeris, inquit, in corde tuo, hæc illa ue, id eſt, nihil animo agites quod ambigas, uel ſiquid occurrat quod te in dubium uertat propelle.

Nota.

Fidei quid interdum aduerſetur.

CORDE ENIM creditur ad iuſtitiã. Ore autem confeſſio fit ad ſalutem.) Opus habet & cor oris miniſterio. Quid enim prodeſſet animo duntaxat credere, niſi in hominũ conſpectu & uerbis profiteremur quod credimus. Iuſtificat eni quæ menti inſidet fides, perfecta aũt ſalus in confeſſione uerſatur. Ex ea nanq; & fides ſplendeſcit & plurimos iuuat. Eget præterea & os ipſum cordis officio. Nam pleriq; ueritate mentita & ſi Chriſtum ore fatentur, corde tamen ab eo ſunt longius.

In fide os cordis & cor oris officio indiget

DICIT ENIM ſcriptura, omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dñs omnium, diues in oĩbus qui inuocant illum.

illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.) Cum diceret cor
de præſtari credulitatem, & ore confeſſionem producit ſacris ex literis teſtimonia,
ut quemadmodū fidei, ita & confeſſionis, & inuocationis ipſius neceſſitatem nobis
cōmendet. Quia omnis qui credit, & fidem præ ſe ferat neceſſe eſt, qua iuſti non cō
fundentur. Cum uero omnis qui inuocauerit inquit, confeſſionem deſignat, quæ
operat̃ ſalutem, unuſquiſq; igitur ſiue Iudæus ſit ille, ſiue Græcus acceptus eſt Deo
Quippe qui ſit omniū dominus, & diues in omnibus qui inuocant illum. Hoc eſt,
opes in his poſſidet ſempiternas, qui eius inuocauerint nomen, perinde ac ſi dixerit
quiſpiam Imperatorem in auro argento ue ampliſſimas habere fortunas. Cum itaq;
credentes Deus pro diuitijs habeat, nequaq̃ ipſe, & ſi quauis uenia indigna admiſe
ris, deſperes. Eſt enim ille uel te ſuſcepturus, ut ſuarum opum in partem locet.

QVOMODO ergo inuocabūt in quem nō crediderunt. Aut quomodo credent
ei quem nō audierunt, quomodo aūt audient ſine prædicante, quomodo uero præ-
dicabunt, niſi mittantur, ſicut ſcriptū eſt, quam ſpecioſi pedes annunciantiū pacem,
annuntiantiū bona.) Dixit ſuperius quicunq; inuocauerit eum ſaluabit, coargu
it itaq; negligentiæ & incredulitatis hoc loco, quia nō inuocauerint. Cur enī inquit
nō inuocarūt? Quia nō crediderunt, quāobrem nō crediderūt? Num quia nō audie
runt? nequaq̃. Audierūt quidem & perſæpe. Mox obiectionem hāc ſubdit. At quo
pacto poterāt ſine prædicante audire? proinde hāc ſoluit, dicens. At qui multi ſunt
ad eos, qui p̄dicarent tranſmiſſi. At unde id liquet (dicet aliquis) fuiſſe hos ad illos dī
miſſos. Ad id demū prophetā producit dicentem, quā pulchri ſunt pedes annuntiā-
tium pacem, annuntiantiū bona. Nihil enī circunacti prædicabant Apoſtoli, præter
bona illa ineffabilia & pacem. Quæ eſſet iam Deo cum hominibus ipſis conciliata.
Fit ergo ut fidei nō ſuſceptæ crimen aſcribat̃ Iudæis, quia nō cœperint p̄dicantes.

Ob paucorum icredulitatem nihil iacturæ patitur euāgelica ueritas.

SED NON omnes obediunt Euangelio. Eſaias enim dicit. Domine quis credidit
auditui noſtro.) Cum prædicatores dixiſſet prophetarum fuiſſe teſtimonio cō-
probatos, quod diuinitus eſſent in mundum tranſmiſſi, eo quod oportuiſſet ut au-
direntur ab omnibus, haud dubie (inquit) nō omnes Euangelio paruerunt, nihil ta-
men ob id iacturæ patitur ueritas. Illud uero iampridem Eſaias prædixit, quis cre-
didit auditui noſtro. Perinde ac ſi dicat, per pauci auditui noſtro obtemperarunt.

ERGO FIDES ex auditu, auditus autem per uerbū Chriſti.) Hoc dictū a ſupe-
rioribus pendet, ac ueluti perorat. Et terminat quę ſuperius dixerat. p̄tenditq; aliud
quiddā ſe dicturū. ★ Nam cū Iudæis per ſingula tp̄a poſtulantibus ſigna & reſur-

Ex auditu fidem conſtare.

rectiōem, quærentibus pene oculis intueri. Fidem dicit ex auditu cōſtare, quin etiā
auditu eſſe præſtantiorem, eoq; præter hāc non eſſe aliud quippiā expetendū. Siqui
dem auditio hæc nō in dictis quibuſdā ſimplicibus, ſed Diuinis cōſiſtat. Itaq; ſi mi-
racula q̃ a Deo ꝓdeunt flagitas, erit tibi & uerbis, ut ab eo enunciatis, fides p̄ſtanda.

SED DICO nunquid nō audierunt? & quidem, in omnem terram exiuit ſonus eo
rum, & in fines orbis terræ uerba eorum.) Haud ſecus reſpondet, quam ſi quiſpi
am diceret, quid ad Iudæos illud ſi miſſi ſunt qui Euangelium prædicarent? Hi ta-
men horum neminem intellexerunt. Inquit igitur terrarum orbis hos audiuit, & hi
duntaxat ſunt auditionis huius expertes, apud quos tam diu ſunt prædicantes Apo
ſtoli diuerſati, eſſentq; & eorum ex genere oriundi. Quo ergo pacto rationis quip
piam habere in ſe uidebuntur hæc dicta?

SED DICO nunquid Iſrael non cognouit.) Alia rurſum obiectio. Si conſtat
(inquiet aliquis) prædicaſſe Apoſtolos, hos uero iſtorum dicta nihil exaudiſſe, er-
go nec ueniam merebuntur.

PRIMVS Moyſes dicit, ego ad æmulationē uos adducam in non gentem, in gen-
tem inſipientem, in iram uos mittam.) Et ſi non aliunde, ex honore ſaltem, qui
gentilibus ipſis impenſus eſt, ſapere debuiſſent. Nam cum eos ſpectarent qui Ido-
lis inſeruiſſent, fuiſſe tot bonis repente donatos, opportuit eos uel zelo ductos
pernoſcere

pernoſcere, has eſſe gentes de quibus Moyſes præcinuiſſet. Non enim ſolum honoris immenſitas hæc ſatis iam uidebatur, ut ſeſe ad gentes ſectandas impelleret, quin illud etiam quod abiecti, & uiles adeo haberentur, qui tantis eſſent affecti honoribus, ut nec pro gentibus quidem credi apud alios poſſent. Id enim deſignat quod inquit, qui gentes non ſunt & inſipientes. Nam quid dari gentilibus ipſis poteſt inſultius, qui lignis & lapidibus inhiarent?

ESAIAS autem audet dicitq;. Inuentus ſum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.) Moyſem cum dixiſſet priorem fuiſſe de gentibus uaticinatum, mox alium inducit prophetam eadem illa apertius aſſerentem. Eſaias inquiens audet & dicit, id eſt, uiſus eſt quæ uera ſunt nudius explicare, & potius diſcrimen ſubire, q̃ obticere. Inuentus autem ſum (inquit) a gentibus qui minus me quærerent, nec plane rogarent. Quos autem Moyſes gentem inſipientem appellat. Hos Eſaias non quærentes neq; rogantes dicit, tanq̃ indociles & rationis expertes, & quibus eſſent Dei uerba infenſa. Oportuit itaq; uel ex his omnibus Iudæos non ignorare, ſeſe fuiſſe depulſos & eſſe alienos, & gentes inductas.

Eſaie teſtimonium.

AD ISRAEL autem dicit, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi.) Ne cauſam habeant excuſandi, quod ſe gentibus Deus inuentu facilem præbuiſſet, ſui uero cõuerſationem defugerit. Sic inquit. Tota die, id eſt, per omne tempus manus meas expandi, ut uos ad me traherem. At uos populus incredulus quidem & cõtumax obſtitiſtis, uobis itaq; id crimini datur nõ mihi. Ipſe nanq; diſtentis brachijs, ad me ut iretis hortatus ſum, uos tamen minime paruiſtis, unde patet ſane Iſraelitas & prædicantes audiuiſſe Apoſtolos, & cognouiſſe, haud tamen uoluiſſe illorum dictis obtemperare.

Populus Iudæus cõtumax & incredulus.

CAP. XI.

DICO ERGO NVNQVID repulit Deus populũ ſuũ? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraam, de tribu Beniamin, non repulit Deus plebem ſuam, quã præſciuit.) Cum Iſraelitas affirmet populum contumacem, perinde ac ſi dubitãs inquit, num quod populus ſit inobediens, eo & falſæ ſunt repromiſſiões? Minime Neq; enim qui præſciuit populum Deus reiecit, id eſt, qui nouerat eſſe ad fidem ſuſcipiendã idoneum. Sum etenim & ipſe Iſraelita. Deinde, ne illi obijcerent, te ergo ſolum pro populo ducis, rurſum infert, non reieciſſe Deum populũ ſuum cum cõſtet uidelicet ad hominum tria milia extitiſſe. Sicuti patet in actis Apoſtolorum & alijs infinitis qui in Chriſtum crediderint.

AN IGNORATIS in Helia quid dicit ſcriptura, quemadmodũ interpellat Deũ aduerſum Iſrael. Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſubfoderũt, & ego relictus ſum ſolus, & querunt animã meam. Sed quid dicit illi reſponſum Diuinũ? Reliqui mihi ſeptem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.) Ne forte id dixerint, q̃d ais Paule, tribus milibus aut milibus quinq; uel innumera multitudine tantũ populi terminabis, qui arenæ & ſtellis aſſimiletur? Inquit igitur Heliæ temporibus milia hominũ ſeptem ſuperfuiſſe, quibus erat de ſalute ſperandum quod tamen nec Heliæ ipſi innotuit. Nunc uero nõ iniuria dixerim, quã plurimos eſſe qui Chriſti fidem exceperint. Quod ſi uos latet, nil mirũ, quandoquidem & Helias ille ſuæ ætatis hoĩes ignoraret, qui ſalui eſſent futuri. Tacite aũt cum rem aliã uidetur tractare, & Chriſti mortem interſerit, cuius ſe cæde hi inquinaſſent iã pridem & ab initio prædicatã. Verum ne aſſerant illi Chriſtũ ſeſe occidiſſe ut ſeductorem q̃ pacto (inquit) & priſcos illos prophetas maiores ueſtri e medio ſuſtulerunt, num & illi ſeductores fuere? At nobis dicturi ſunt pro eorũ licentia & moleſti erant & graues, uerũ cur illi & altaria diſturbabãt, num illa poterant improbare? Cur p̃terea & Heliã qui pro eorũ ſalute intercederet, factitaretq; admiratiõe quæq; digniſſima ut morte afficerent, conquirebant. Cum itaq; tantus eſſet improborum hoĩm numerus, ſeptem milia duntaxat ſibi elegit dominus, ſicuti reſponſum Diuinũ dicit, id eſt, apparens Deus & loquens. Haud igit̃ eſt quoq; modo mirandũ, ſi uel gentes

Heliæ.

Iudæi prophetas primo & inde Chriſtũ e medio ſuſtulerunt.

& quos di-

& quos dignos pſciuerit, ſelegerit Deus, quod clarius in ſequentibus demõſtrabit.

SIC ERGO in hoc tempore reliquiæ ſecundũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt.) Quemadmodum enim frumentum contuſis eiectiſqꝫ paleis purius reſidet, ſic malos reprobans Deus ſibi digniores reliquit. Cum autem ſecundum electionem inquit, gentium ſtudium patefacit, quo ſibi ſint electionis huiuſce dignitatem adepti. Cum uero gratiæ dicit, Dei dono id factum prætendit.

SI AVTEM gratia iam non ex operibus. Alioqui gratia iam nõ eſt gratia.) Maximũ ſane in modum inexcuſabiles fore hos aſſerit, qui ex Iudæis Chriſti fidem nõ exceperint, perinde ac ſi dicat. Nec enim excuſare illud poteſtis negotia Deum & labores exacturum, ab his, qui ſe & ſectentur & colant, quippe qui omnia ſit per gratiam elargitus. Cur ergo ſalutem reſpuitis? præſertim cum id boni poſſit tam facile uendicari. Volentes itaqꝫ omnes ſalui ſunt facti, quos Dei ex populo eſſe conſtaret. Nequaqꝫ ergo populum ſuum repudiat Deus, qui dignus ſalute ſit.

Nota diligẽter

SI AVTEM ex operibus, non ultra eſt gratia.) Quoniam opus non amplius eſt opus. Si ex operibus Deo grati efficeremur, uacaret gratia, ſi uero gratia uacet & ſuperuacanea ſit, uel opera ipſa tollãtur neceſſe eſt, ubi enim gratia merit, nulla requiritur operatio. Et ubi operatio, gratia nulla exigitur.

Q. VID ERGO quod quærebat Iſrael. Hoc non eſt conſecutus, electio autem cõſecuta eſt.) Cum aperuit quid gratia ſit. Eamqꝫ Dei donũ ſine ullis operibus hominum eſſe monſtraſſet. Aſſerit Demũ Iſraelitas cũ iuſtificationem conquirerent, nequaqꝫ fuiſſe hanc cõſecutos, quia nec recte quæſiſſent. Et ex operibus ipſis, quod fieri non poterat, iuſtitiam ſe habituros ſperarent. Electio autem, hoc eſt, qui electi fuiſſent, illam ſunt nacti. Oſtendit itaqꝫ per hanc electionis appellationem, futurorum bonorum magnitudinem, & Dei munere cuncta euenire mortalibus. Eſt & illud huiuſmodi apud nos ſermone uernaculo uſurpatũ, cõſecutus eſt ille quod cordi habebat, hoc eſt, ſine labore, oblatum aliquid ultro, inuenit.

Iſraëlite iuſticationem non aſſecuti ſunt.

CAETERI uero excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt, dedit illis Deus ſpiritum cõpunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant uſqꝫ in hodiernum diem.) Eſaiam huiuſce cęcitatis teſtem producit, ne ſua uideatur narrare & propria. Dedit aũt Deus, id eſt, ſiuit permiſitqꝫ ut ſpiritũ compunctionis haberẽt. Cõpunctionem autem dicit animi habitum quendã pertinacem ad malum & immutabilem. Horum itaqꝫ inſanabilem mentem & in malo conſtantem, cõpunctionem appellat. Quandoquidem hi & oculos haberent, quibus poſſent miracula intueri, & aures, quibus domini doctrinã perciperent. His tamen utriuſqꝫ nihil oportune ſunt uſi, neqꝫ hos modo ſenſus Chriſto domino, ſed ne Apoſtolis quidem accommodarunt.

Compunctio ꝗd apud Paulũ

ET DAVID dicit, fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum & in captionem, & in ſcandalum & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua.) Qui enĩ perſeuerant in malo nec ĩmutantur, extremis ſupplicijs diuexabuntur. Et menſa eorum, id eſt, uniuerſa fortunæ bona & delitiæ omnes his ipſis in contrarium cædent. Capiantur inſuper & cõprehendantur, & cunctis ſint in capturam perfaciles, in omnemqꝫ ſuam uitã & ſcandalũ habeant, & præ cæcitate offendant. Hæc autem cum ex prauis actionibus & peccatis perpeti Iudæos monſtraſſet & mercedem ſimul exponit. His enim inquit, & oculi ſunt ne uideant obtenebrati, & mentis prorſus cæcutiunt oculi, uel ſenſibiles quidem & corporei exterioreſqꝫ calamitatibus obſcurantur, & illorum incuruatum eſt dorſum, quippe qui Romanorum ſeruitute & iugo præmuntur, a quo nunqꝫ ſoluentur.

DICO ERGO nunquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit.) Cum ſatis iam eos carpſiſſet, quemadmodũ conſoletur nunc quærit, rogatqꝫ num hi deliquerunt ut caderent? Id eſt, num facinus inſanabile aliquod cõmiſerunt? Abſit. Offenderunt enĩ id eſt illiſi ſunt. Nec tñ adeo, ut prorſus acti præcipites uideanẽ, uel ita collapſi, ut ſe, cũ uelint, nequeant aliquando attollere. Sunt nanqꝫ & hi uel in ſæculi cõſumatione

habituri

habituri ſalutẽ. Ita ut ſalui fiant, ſicuti & in orationis ꝓceſſu aſſerturus eſt Paulus.

SED ILLORVM delicto ſalus gentibus, ut illos æmulẽtur.) Duo quædam hic nititur Paulus ut Iudæos ſoletur, & gentium tumorẽ & inſolentiam frenet. Inquitq; Iudæorum ex lapſu & diffidentia, nec Chriſto præſtita Fide, ſalutem obueniſſe gentilibus. Erat ſane id conſequens & res ipſa identidem uidebatũ expoſcere, ut horum ſalus gentium præueniret ſalutem. Sed quoniam minus hi paruiſſent, uocatæ ſunt gentes, quod multis in locis in Euangelio demõſtratur. Saluati ſunt quidẽ gentiles, ut illos æmulentur, id eſt gentibus collati honores, cum Iudæos momorderint, uel harum æmulatione ſeſe ut ad Fidem conferant perſuadebunt.

Ex Iudæorum lapſu ac diffidentia ſalus obuenit gẽtibus.

QVOD SI delictum illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentiũ, quanto magis plenitudo eorum.) Si cum offendiſſent (inquit) Iudæi, tam multis peperere ſalutem, ut ipſis eiectis admiſſæ ſint gentes, & illorum Peccatum diuitiarum loco gentilibus ceſſerit, quanto magis plenitudo ipſorum. Id eſt, cum & ipſi ſalutem fuerint pœnitendo adepti, hæc quidem eo nunc diſſerit ut Iudæis gratificetur, & ſolamen his aliquod afferat. Non enim gentiles ſi Fide caruiſſent, idcirco ſalui fuiſſent effecti, ꝙ offendiſſent Iudæi.

VOBIS ENIM dico gentibus, quãdiu quidem ego ſum gentiũ Apoſtolus. Miniſteriũ enim meum honorifico, ſi quo modo ad æmulandũ prouocem carnẽ meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis.) Rurſum cum Iudæorũ demulcet animos gentiles coercet, inquitq;, laudo uos o Gentes duabus de cauſis. Primum quia neceſſe eſt mihi, utpote qui uos inſtituendos ſuſceperim, honorificare miniſteriũ meum, id eſt uos. Secundò ut ad æmulationem prouocem carnẽ meam, hoc eſt Iudæos, ſanguine mihi ſecũdum carnẽ coniunctos, & ſaluos faciam. Nec uniuerſos dixit, ſed aliquos, tacite etiam illorũ duriciem patefacit, & eorundẽ nonnullos æmulatiõe quadam inductos & contentione ſuſpicatur, Gentiles imitaturos & ſuſcepturos Fidem.

Paulus apoſtolum ſe gentiũ uocat.

SI ENIM amiſſio eorum reconciliatio mundi, quæ aſſumptio niſi uita ex mortuis.) Si cum Iudæis (inquit) ſuccenſeret Deus, tantis alios donauit bonis, & cum inimicis amicitiam conciliauit, quibus non ille largitionibus Iudæos eſt ornaturus, ſi illos ſuſceperit? Erit ẽm tunc ex mortuis uita, id eſt bona innumera, id enim præfert per uitam. Simul etiam neſcio quid profundius aperit, uidelicet quẽadmodum a mortuis reſurrectio, ut non Iudæorum gratia futura eſt, ſic nec illorum reſpectu alijs obuentura eſt ſalus; niſi Fidem habuerint. Quæcunq; autem dicere pro Iudæis nititur, lenta quadam gratificatione & frigida ad illorum gratiam loquitur, nec ſecus ac ſolent medici ægrotantibus plerunq; gratificari.

QVOD SI DELIBatio ſancta eſt, & maſſa. Et ſi radix ſancta, & rami.) Delibationem & radicem Patriarchas appellat, fermentum uero & ramos qui illorum perſuaſu crediderint. Conſolatur itaq; infideles Iudæos, & uos inquiens credentes, ſanctimoniam comparabitis. Eſt enim neceſſe ut delibationi, id eſt, fermento & maſſa perſimilis ſit, & radicibus rami. Quod ſi & uos non hanc fueritis ſimilitudinem nacti, & ſummæ erit in uobis & pertinacis nequitiæ argumentum.

Patriarchæ delibatio uocantur.

QVOD SI aliqui ex ramis fracti ſunt, tu aũt cũ oleaſter eẽs, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos.) Infideles Iudæos ramos appellat cõfractos, ſunt ẽm ſanctiori hac ĩdigni radice redditi. Et recte cõfracti ſunt dixit. Siquidẽ nunq; antea cõſtat ꝑdidiſſe hos Deũ uel grauiter delinquẽtes, ut in p̄ſentiarũ ſunt perditi. Pro his itaq; inſertus eſt inquit gentilis. Non tñ plantatus dixit, ſed inſertus, oſtendẽs Iudæum ꝓ arbore. Quin etiã uel eadẽ in arbore, id eſt in patriarchis ipſis, gentiũ conſiſtere nationẽ, participemq; & radicis eſſe & qualitatis effectam, id eſt eiuſdem ſortitã eſſe a Deo cum illis, & ingenuitatis & gloriæ portionẽ. Haud quaq; ergo in ramos iactabundus ipſe inſurgas.

Inſertus, non plantatus.

QVOD SI GLOriaris non tu radicẽ portas, ſed radix te.) Id ſane auulſorũ ramorũ erit officium. Nam radicis eſt ſuſtinere, uides quã frigide gratificetur Iudæis,

D conſolari

conſolari illos duntaxat ſtuderis. Quin potius ut gentes ſectentur hos concitat, aperiens qualẽ ſint iacturam perpeſſi, & quẽadmodum alij ſua poſſideant.

Gentiles fidei beneficio Iudæis ſunt prælati.

DICES ERGO fracti ſunt rami, ut ego inſerar, bene propter infidelitatem fracti ſunt tu aũt fide ſtas. Noli altum ſapere, ſed time.) Oſtendit hoc loco non propterea fuiſſe Gentiles inductos, quia commiſiſſent Iudæi. Sed Fidei gratia, quam præ ſe tulerint illi. Quibus uero in rebus uidetur gentium natione͂ frenare, Iudæos magis emendat uenia quauis commiſiſſe indigna. Interea tamen & Gentilem inſtituit & Iudæum. Inquies igitur tu, qui Gentilis ſis, ideo fuiſſe Iudæos effractos, ut inſeraris ipſe. Effracti ſunt quidem, ſed præ ipſorum infidelitate, non ut honorem aliquem tibi deberet Deus, ſtetiſti enim Fide, id eſt per fidem radici inſertus. Itaque & tibi ne cadas uerendum eſt, quando non naturæ inſertio, ſed fidei ſit.

Gentiles inſitii & inductitii, quia in Iudæorum honorem ſucceſſerint.

SI ENIM Deus naturalibus ramis nõ pepercit, forte nec tibi parcat.) Illi inquit ſanctorũ erant patriarcharũ filij, & fuere ob infidelitatẽ diffracti. Timendũ ergo & tibi erit, qui inductitius ſis, & nuper admiſſus, ne forte & delinquẽti tibi nõ parcat.

VIDE ERGO bonitatem & ſæueritatẽ Dei. In eos quidẽ qui ceciderunt ſæueritatem, In te autẽ bonitatem Dei ſi permanſeris in bonitate. Alioqui & tu excideris, & illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerent̃. Potens eſt eñ iterũ inſerere illos.)

Non eñ quod recte egeris aduerte, inquit, ſed dei bonitatẽ attende. Nam omniũ ſumma huius in gratia uerſat̃. Et cura, us incumbas non fidei dixit. ſed bonitati, hoc eſt ad uſq; finem ea facito ſedulo, quæ Dei ſint non indigna clementia. Nam ſi haud ita te geſſeris, non aliter ipſe es perdendus. Atq; illi certo ſunt inſerendi, ſi nõ in infidelitate perſtiterint. Neq; eñ illos prior præcidit deus, ſed ipſi per ſe ſunt ob ſuam incredulitatẽ præciſi. Dei aũt dicit ſæueritatẽ, quia nil illis pepercerit, tam praue labentibus, ſed idignos potius iudicarit, qui primoribus illis & ſanctis patribus participes eſſent, uel aliquo cum illis uinculo necterent̃. Prudenter aũt ex his quæ Iudæo obtigerint, Gentilẽ perterrefacit, & Iudæum hortat̃ gentilis exemplo, ut per Fidem & ipſe inſerat̃, redditq; illum ob Dei poteſtatem & ſpei plenũ. Potens enim (inquit) eſt Deus inſertionẽ hanc facere, qui omnia ſupra humanã ſpem operatur.

NAM SI & tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ oliuæ.)

Secundum naturam, & præter naturã qd apud Paulum.

Si Gentilis ipſe cum improbus ſis, maiores tuos habeas oleaſtro aſſimiles, a quibus ſi ob Fidem abſciſſus, & præter naturam fueris bonæ oliuæ, id eſt patriarchis, inſertus, quanto magis Iudæus qui natura id boni poſſideat. nõne ad ſuam oliuam, id eſt ad ſuos patres confugiet. Secundum naturam cum a Paulo dictum inueneris, pro re decenti & quæ ut ſequatur neceſſe ſit accipias. Exempli gratia, decuit ſane Abrahæ Filium Patris ſanctitatem ſectari, & ſanctum fore. Et contra cum præter naturam dixerit, pro indecenti & alieno ſumendum eſt. Præter naturam eſt enim, Filium qui a ſcelerato Gentili ſit ortus, poſſe ſanctitatem ſeruare.

NOLO AVTEM uos ignorare fratres myſterium hoc, ut non ſitis uobis ipſis ſapientes. Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.) Myſterium hoc loco illud inquit, quod nondum uel ſciri queat, uel explicari. Quod illud erit? Id ſcilicet, quod non penitus infideles Iudæi futuri ſint, ſed ex parte illorum ſit cæcitas. Nam ut ſuperius diximus, ex eis pleriq;, quos Deus præſciſſet, Fidem ſunt aſſecuti, & alij rurſum ſunt credituri. Sũt tamen interea cæcitate hi capti, donec ex gentibus prædeſtinati ſaluentur, tunc demum quicunq; crediderit Iſraelita uidelicet ſaluus fiet.

Eſaiæ uerba à Paulo citata.

SICVT SCRIptum eſt, ueniet ex Syon qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me teſtamentũ, cum abſtulero Peccata eorum.) Eſaiam rurſum clamantẽ inducit, ex Syon proditurũ qui habeat condonãdæ ſalutis poteſtatẽ, & Iſraelitarũ purgandi Peccata. At quando hæc dicis futura, nimirũ cum illorũ delicta ſuſtulerim, id eſt cum per Baptiſmum uenia dignos reddiderim, quam nondum ſunt conſecuti.

ſecuti. quippe qui cæcitate laborent, cum hanc tandem omnino ſint habituri.

SECVNDVM Euãgelium quidem inimici propter uos, ſecũdum electionem autem chariſſimi propter patres, ſine pœnitentia enim ſunt dona & uocatio Dei.) Quoniam Euangelio (inquit) ipſi obtemperaſtis & eſtis a Deo experti, contentioſiores illi effecti ſunt, & deſciuerũt magis & inimicitias acrius vobiſcũ exercent. Et quemadmodũ iſtorum progenitores ab initio Deus elegit, ſic nec ſinet hos prorſus iri diſperditũ. Quippe quos diligat & ſuſcepturus ſit demũ, ſi credant.

SICVT ENIM aliquando & uos non credidiſtis Deo, nunc aũt miſericordiã conſecuti eſtis, propter illorũ incredulitatẽ, ita & iſti non crediderũt in ueſtrã miſericordiã, ut & ipſi miſericordiã conſequãtur.) Confirmat Iſraelitas adhuc demũ futuros. Vos qdem Gentiles, inquiens, & ſi priores uocati parere Deo nil uoluiſtis, quo factũ eſt, ut Iudæi acciti ſint, & legẽ accepint. Deinceps his rurſum exciſis, nec Chriſto obtẽperantibus, reuocati uos eſtis & miſericordiã conſecuti, & cõmiſſorũ remiſſio per uos impetrata uel his condonabitᷣ, quandoquidẽ & ipſi uos imitati, credituri ſunt tandẽ. Vndę & eandem quã ipſi iam eſtis adepti miſericordiã, conſequentᷣ.

Paulus Iſraelitas confirmat.

CONCLVSIT enim dñs omnia in incredulitate, ut omniũ miſereatur.) Id eſt coarguit hos incredulos, ut alterna contentione alteros ſaluos reddat. Prius nanq; ob Gentiliũ contumaciam ſaluabit Iudæos. Rurſum, ut dictũ eſt, Iudæis minus obtemperantibus, Gentiles ſalui ſunt facti. His ſalutẽ adeptis, æmulatiõe impulſi Iudæi, ſalutẽ nouiſſimis ſæculis uendicabunt, ita ut oẽs Dei miſericordiam aſſequantᷣ.

O ALTITVDO diuitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt Iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius.) Dei diſpoſitiones reputans ſecum Apoſtolus, uel quæ a mundi conſtitutiõe fuere unquã, animo uerſans. Quemadmodum ſcilicet contraria conſtare contrarijs faciat, per quæ alterius inobedientiam, alterius obſequium arguat, miratur, & obſtupeſcit. Nihil diffiſus, qui noſtra tam optime diſpoſuerit, uel in futurũ de Iudæorum ſalute rationem deniq; habiturum. Diuitias uero bonitatem appellat, cuius uel ſolam altitudinẽ demiratur. quin de quantitate nil differens conticeſcat. Diuitiarum uero ideo intulit, quia Gentiles ipſos ex Fide prædiuites fecerit. Cum bonitate præterea Dei Sapientiã expaueſcit, mirabundus & ſtupens, qua & noſtra diſpenſet, & Gentiles indociles, reddat prudentiores. Et ſcientiam ſtupet, qua quod cuiq; utile ſit, facile interno ſcit. Nec eius incomprehenſibilia iudicia dixit, ſed inſcrutabilia, id eſt quæ ſcrutari nequeant prorſus, nec plane diſquiri. Et uiæ, id eſt diſpoſitiones, quæ non modo nulla poſſunt cognitione complecti, ſed ne inueſtigari quidem, nec ullum ueſtigiũ pateat.

QVIS ENIM cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, ut retribueretur ei?) Solus, inquit, quæ ſua ſunt nouit Deus, & præter eum alius nemo. Cunq; & ſapiens ſit, ab alio conſultore nemine eſt ad Sapientiam eruditus, ſed ipſe ſibi eſt ſatis, & bonorum & omnium fons: quodcunq; largitur non accepti muneris uiciſſitudine, nec ulli obnoxius, ſed ſuapte bonitate largitur. Quis enim prior tradidit illi, id eſt Deo, ut ei retribueretur, id eſt ut Dei beneficium tanquã remuneratio aliqua accepti officij reddita extimetur.

Altitudo diuitiarum Dei.

QVONIAM ex ipſo & per ipſum & in ipſo facta ſunt oïa.) Ipſe fons oïm eſt & origo, quod cũ ex ipſo, inquit, prætenditᷣ. Et omnium rerum effector, quod per ipſum ſignificatᷣ, & in ſe cuncta complectitᷣ, quod cum in ipſum dicit exprimitᷣ. Vniuerſa nanq; ab ipſo ortum habent, & per ipſum effecta ſunt, & in ipſum tanquam in fundamentũ aliquod iuxta præſtant & continentᷣ, & uertuntur omnia.

IPSI GLOria in ſæcula ſæculorum, Amen.) Solet Paulus cum magni aliquid dixerit & gratias agere, perorans, quemadmodũ & hoc loco facit. Nam poſtquam Dei & bonitatem & ſapientiã ſcientiamq; & diſpoſitiones contẽplando obſtupuit, gloriam illi & laudem reddit, noſq; facere item inſtituit, ut bonis affecti ingentibus, & uerbis & optimis vitæ actionibus, gratias Deo & laudes referamus.

Paulus ſemper perorat cum gratiarum actione.

CAP. XII.

OBSECRO ITAque uos fratres per miſericordiã Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequiũ ueſtrum.)

Poſtquã ſatis eſt ſermoni dogmatico immoratus, ad moralem procedit. Vbi uero ineffabilem Dei erga nos diſpenſationẽ oſtendit & bonitatem, hortatur & orat, per Dei miſericordiam. Proinde hanc mediatricem proponat, ut huius ſaltem pudore ducti, nil ipſi agamus quod ſit ea indignum. Verum quid ille orat? Nempe ut præparemus corpora noſtra, id eſt ut illa ad prælium exponamus, dici enim ſic vulgo ſolet. Parauit militię princeps ad bellum acies, & inſtruit. Vel quia debemus ipſi Deo membra hæc noſtra tanquam Imperatori proferre probatiora & fortia. Iſtiuſmodi enim ſunt qui principibus aſtant, quinetiam eadem illa in hoſtiam uiuam ſunt offerenda, ut hiſdem caſtigatis tandem. & fere confectis, ſecundum Spiritum uitam ducamus. Enimuero non eſt Iudæorum immolatio Deo accepta. Quis enim hanc (inquit) a manibus ueſtris requiſiuit. Fidelium uero ſacrificiũ & rationabilis ſeruitus, magnũ in modum a Deo repoſcitur. Inquit enim, immola Deo ſacrificium laudis, & illud ſacrificiũ laudis honorificabit me. Rationalis autem ſeruitus nõ ſolum quæ ratione & iure optimo Deo impenditur dici poteſt, ſed etiam quæ ſecundum Chriſtum ducitur uita, cum nullum in nobis, quod abſurdius ſit uitium, dominatur. Sed noſtra omnia & ratio ipſa moderatur & æquitas. Et quemadmodum Pontifex aliquis maximus ſui iuris efficitur, cum internam mactat nequitiam. Et ſiue uerba hic faciat, ſiue quid agat, Deo uidetur aſſiſtere. Sic tibi trepidandum aſſiduo, nec ſecus ac ſolet Pontifex ille, cum rem agat diuinam & ſacris aſtat altaribus.

Rationalis ſeruitus quæ dicatur à Paulo.

NOLITE CONformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri.)

Et modum ſuggerit quo ſit rationalis hæc ſeruitus comparanda, qui modus tũc ſane per nos adhibebitur, cum nihil erimus huic ſæculo ipſi conformes, quod nihil habet quod aut diu conſtare poſſit, aut ſtabile ſit, ſed illius cuncta & momentanea ſunt, & figuram uel ſolam aſſeruãt, nec ſubſtantiam habent aliquam quæ ſubſiſtat, & firmior ſit. Nolite igitur huic ſæculo conformari, nutabundo & labili. Id eſt, nolite ſapere quæ ſæculi ſunt, ſed mentis ueſtræ innouatiõe tranſformamini. Hoc eſt, innouate uos ipſos, exempli gratia. Es ipſe diuturnis criminibus obuolutus, obduxit animũ tuum prauis facinoribus, & uetuſtior iam effectus eſt ille, nouũ hunc reddito. Caſtiga & ſtude ut magis ac magis in uiam redeat caſtigatus. Sic proculdubio innouaberis, cum formam hanc tuam ad meliora tranſtuleris. Aduerte autẽ eos nos conformari minus debere huic ſæculo dixiſſe, quia breue ſit illud & facile diſſoluitur, & figuram præ ſe labilem ferat. Cum uero de uirtute agit, & Spiritus innouatione tranſformamini intulit, ut virtutem oſtendat, nullam habere in ſe adumbratam figuram, ſed formã veram & ſubſiſtentem, nec illo indigere exteriori ornatu, quemadmodum mundus qui ſe & comit quidem, & figuris quibuſdam expolit ut nos fallat. Debemus itaq; ſemper in virtutis effigiem tranſformari. Innouatiõe a prauis ad bonum deſumpta, & a minori virtute prouehi ad maiorem.

Quærenda ſpiritus innouatio.

VT PROBETIS quæ ſit uoluntas Dei bona & bene placens & Perfecta.) Cum innouamini dixerit, noui ſemper effecti, infert etiã cui rei conducat iſtiuſmodi mentis ĩnouatio. Inquitq; ut præbeatis, id eſt ut noſcatis quæ Dei uoluntas ſit, qui enim mentẽ geſſerit uetuſtate confectã, longe abeſt a diuinæ uoluntatis cognitione, quæ ſane exigit, ut in Spiritu & paupertate viuatur, & luctu, & alijs in rebus, quas lege cauit. At qui mente & animo innouatur, tenet haud dubie quid Deus velit. Nec tamẽ ea cognitione qua & Iudæi, qui a lege pendebant. Quæ & ſi pro Dei tunc voluntate in legẽ ſit habita, alioqui nec grata fuit neq; perfecta. Non enĩ ut præcipua lata eſt illa, ſed ob illorũ imbecillitatem conceſſa. Teſtamentũ vero hoc nouũ & perfectũ eſt, & Deo acceptũ. Poteſt ſecundum Baſilium Dei voluntas uel in hunc modũ intelligi. Quod multa vult Deus, quæ partim quia nobis in beneficiũ cedũt, & bonitate ſunt plena, bona dicuntur. partim mala, quia inferunt malũ. Quod profecto tum fit, cum

Cui rei conducat mẽtis innouatio quam poſtulat Paulus.

Teſtamentum noui quomodo à lege differat. Baſilius.

noſtris

noſtris prauis facinoribus iraſcitur deus, tametſi illorum finis optimus ſit futurus.
Debemus igiẽ bonam hanc Dei imitari voluntatem. Quæ vero fuerit ad malũ pro-
cliuior, nequaq̃ erit ſectanda. Non enim ipſi inferendoꝝ malorum ſumus miniſtri,
ſed poteſtates illæ peruerſæ funguntẽ hoc munere. Primũ itaq; aduerte quæ ſit Dei
voluntas in bonũ. Qua percepta, quid illis deinceps ſit beneplacitũ, ſpectare. Sunt
nanq; bona pleraq; quæ uel tẽporis ratione uel perſonæ nil placeant. Exempli gra-
tia. Bonũ eſt quidem deo offerre incenſum, Oçias tamen cum id obtuliſſet, non pla
cuit. Bonũ præterea fuit, ut Dei Arcana diſcipulis crederentẽ, haud tamẽ erat cũ non
dum tempus adeſſet Deo id placitũ. Non em̃ inquit poteſtatis nunc portare. Cum
aũt ſimul & bonum erit & beneplacens, curandũ ut perfectum & integrũ ſit. Quod
bonũ cum erit hoc modo abſolutũ, uti res poſtulabit, tribuendũ eſt. Non mancum
uel imminutũ, ſed in ſimplicitate, id eſt affatim & liberaliter. Quod ſi parce illud do
netẽ, nil plane perfectioris menſuræ modum aſſequetẽ iſtiuſmodi largitio.

DICO ENIM per gratiã quæ data eſt mihi, omni qui eſt inter uos, non plus ſape-
re quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.) Præ ſua humilitate Apoſtolus
nullibi dignũ ſe dicit, cui Fides præſtetẽ. Sed Dei clementiam & gratiam ſæpe inter- *Sapere plusq̃*
ſerit, quibus omnia ſe conſecutum fatetẽ. Non meũ aliquid, inquit, ediſſero, ſed Dei *oportet quid*
ex gratia & eius ſuggeſtu dicta hæc ꝓfero. Omnibus aũt edico tam priuato quã ma *ſit apud Paulũ*
giſtratũ gerenti, non eſſe ultra quã, ſciri oporteat, ſapiendũ. Et primũ quidem de hu
militate diſſerit. A qua & Chriſtus exorſus eſt, cum inquit. Beati pauperes Spiritu.
Quod aũt Paulus hoc loco ſentit, huiuſmodi eſt. Oportet q̃dem ſapere, hoc eſt ex-
celſam habere mentẽ, ſed ad habendam cœleſtiũ cognitionem, & conculcanda terre
na. Non ut in proximos ſuperbiamus. Id enim foret longe plus ſapere quã oportet.
Sed ut ſapiamus ad ſobrietatem, id eſt ad humilitatem. Accepimus em̃ Sapientiam
non ut ea ad inſipientiã, ſed ad ſobrietatem, hoc eſt, ad humilitatẽ utamur. Quod co
dixit, ut arguat qui ſe non humilem exhibet, deſipere, & plane efferri. Qui vero præ
ſe tulerit humilitatem, mente nunc eſſe integra, eoq; & optime ſapere prædicari.

VNICVIque ſicut Deus diuiſit menſuram Fidei.) Cum diceret nobis non ul-
tra ſapiendũ quam ratio ipſa depoſcat, ſed ſobrie ſapiendum, diſſerit & quemad-
modum ſapere debeamus. Et ut ſic ſapiamus, ut putemus unicuiq; Deũ fuiſſe men-
ſuram Fidei impertitum. Et quoniam ſingulis Deus Fidei menſuram diuiſit, non
enim id tua virtute, ſed Dei munere effectum eſt, quod ſiue magnum ſit illud, ſiue
exiguum, Deus ipſe largitus eſt. Fides autem hoc loco pro Dei gratia ſumenda eſt, *Fides noſtra*
qua illa miracula factitarent. Duplex nanq; eſt Fides noſtra, altera, ut illud, Fides te *duplex.*
ſaluum fecit. Altera Dei eſt donum, qua fiunt miranda, ut illud, ſi habueritis Fidem
ut coccum ſinapis, dicetis monti huic &c̃.

SICVT ENIM in uno corpore multa membra habeamus, omnia aũt membra non
eundem actum habent, ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter al-
terius membra.) Corporis & membrorũ exemplo eorum tollit elationem, qui ſa
pere ultra modũ conquirũt. Nam quemadmodũ unum eſt corpus, et membra habet
diuerſa, varios actus operantia, ſic & fideles ipſi unũ in Chriſto ſunt corpus, tanq̃
capiti innixum, & pro ſe quiſq; adinuicem eſt alterius membrũ. Ita ut non ſolũ qui
maior eſt, minoris ſit membrũ, ſed minor maioris. Nolite ergo inuicem ſuperbire,
quandoquidem & ipſi non ſecus ac membra, alterna ope indigetis.

HABENTES autem donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differen-
tes, ſiue prophetiam ſecundum rationem Fidei.) Non enim numerum vel magni
tudinem vel paruitatem expreſſit eos habere, ſed varietatem. Vt uel ex nomine ipſo
eorum qui efferuntẽ reprimat inſolentiam. Nec officia dixit & uirtutes, ſed donatio
nes appellat, ut a Deo aſſerat iſta concedi. Quin etiam ut ſegniores ad ſtudium exci
ter, oſtendit & ipſos, ut frui his donis liceat, cõferre aliquid poſſe. ✶ Vnde, inquit, *Prophetia.*
ſiue prophetiam ſecundum Fidei proportionem, quæ & ſi gratiæ ſit loco habenda,

 haud tamen

haud tamen effundit̃ temere, ſed tantũ influit, quantũ uas aliquod offerat̃, quod excipere ſe ſit accommodum. Cuius prophetiæ idcirco meminit prius, ut nos cõmone faciat, ne cõdemnemus vel delinquẽtes, qui id muneris ſint conſecuti. diceret Deus quos mea gratia ipſe non ſpoliarim, tu quis es, ut contemptui habeas?

SIVE MINIſterium in miniſtrando.) Eſt ſane priuatum quoddam diſpenſandi donum adminiſtratio, qualis illa ſeptem Diaconorũ fuit. Poteſt tamen pro quouis opere ſpiritali intelligi. Infert igit̃. Si quis adminiſtrationem ſuſceperit, in adminiſtratione videlicet maneat, neq; hanc præter aliud quærat, neq; in alium ſuperbiendo inſurgat, ſed maneat accepto contentus.

Adminiſtratio donum quoddam ſpiritale dicitur.

SIVE QVI docet in doctrina.) Si generalem quandam adminiſtrationem intelligis, accipe etiam huius & ſpecies enumeratas. Si priuatam, attende quemadmodum vel huius prius fecerit mentionem. Vel ſi inferior ſit, & doctrinam quæ ſit longe præſtantior ſecundo loco poſuerit, indifferentem in his ordinem præferens, & plane per hæc inſtructurus, neq; intumeſcendum his eſſe, nec quoquã pacto ſuperbiendum, qui alijs præſtare quauis gratia videantur.

QVI EXHORTATVR in exhortationibus.) Quin etiã uel huiuſmodi adhortatio doctrinæ quædam eſt ſpecies. Ea quippe dicit̃ eſſe doctrina vel ſimplex, quæ poſſit de re qualibet diſputare abiecta. Exhortatio vero, quæ animum mœrore vel ira affectum, & continet verbis & frenat. Qui igit̃, inquit, hortat̃ in hortationibus perſtet, hiſq; & operam impendens, neminem per inſolentiam aſpernet̃.

QVI TRIBVIT in ſimplicitate, qui præſidet in ſollicitudine.) Cum doctrinã & exhortationem cõmeminiſſet, quæ animis præſident ad tutelam, nunc de rebus corporeis diſſerit, quæ ſecundo ſunt loco habendæ. Simplicitatem autem abundantiam dicit. Eſt enim neceſſe abunde largiri. Nulla nanq; permanſura eſt virtus quæ exercet̃ remiſſius. Accedit & virgines, cum oleum haberent, alioqui quia ſatis eſſe non videbat̃, fuiſſe reiectas. Nec minus & præſidentem oportet diligentiſſimũ eſſe, nec munus ſibi iniunctũ exequi negligentius. Præſidere nanq; eſt, cum verbis, tum proprij corporis adminiculo opem præſtare indigenti. Et quoniam pecunijs iuuandos fore inopes dixit, & earum non multis ſit copia. Eſſe tamen cum præſidemus, egenis pro viribus ſtudioſiſſime ſuccurrendum iniungit.

Negligentia in prelatis.

QVI COMPATITVR in hilaritate.) Dixit ſuperius abunde eſſe & ſollicite tribuendum. Et quoniam pleriq;, & ſi multa impartiantur, inuiti tamen id agunt, mœſtiq; conferunt ſua, neceſſarium fore inquit, ut in abundanti largitione nulla inſit triſticia, ſed hilaritas potius & tranquillior facies. Eſt nanq; lætandum magnopere cum tibi tenui quodam & perexiguo precio cœlum vendicas. Aduerte autem hoc largientis eſſe & commiſerantis diſcrimen, quod alter quod ab alio ceperit in aliũ confert, & alter vero quæ ſua ſunt tribuit.

Dandum cum hylaritate.

DILECTIO, ſine ſimulatione.) Oſtendit quemadmodũ perfici poſſint prædicta, nunc charitatem ait nequaq; debere fucatã eſſe. Tunc enim & amore dicit ſubſecuturũ, & cuncta factu fore facillima, cũ is qui clementior ſit, hilarem ſe in locando beneficio præſtet, & diuitias alienis perinde ac ſibi ipſi impartiat. Et ſi præfuerit omni ſtudio præſit, quandoquidẽ proximi gratia non ſecus ac pro ſeipſo contẽdat.

ODIENTES malum.) Dixit in charitate. Et quoniã eſt noxiũ quoddam amoris genus, cuiuſmodi prædonũ vel iſtiuſmodi ad furta conſpirantiũ beneuolentia, illud infert. Odientes malũ, id eſt ex animo malũ odio habetote, cunq; pleriq; ſint qui & ſi re ipſa a prauis abſtineant facinoribus, ſunt tñ ea perpetrãdi cupidiores. Odiũ, inquit, aduerſus nequitiã quod ex corde prodeat a vobis exegerim, ut anĩa purior ſit & integrior. Neq; cũ illud auditis, amate vos inuicẽ, exiſtimabitis vos concitari, ut cõſpiretis ad malũ, ſed velim (quod eſt his longe diuerſum) alienos vos fieri, non modo ab actionibus prauis, ſed etiã ab omni mentis affectu qui ducat ad malum.

ADHAERENTES bono.) Nec ſat eſt mala defugere, ſed incumbendum etiam

ut bona

ut bona operemur. Propterea & bono inherentes dixit, id eſt, ut animi quodam affectu quod bonum eſt proſequamini. Nec ſecus ac Deus, cum uirum fœminæ arctius copularet uxori inhærebit, ſubiecit.

CHARITATEM fraternitatis inuicem diligentes.) Cōmoneſeci uos (inquit) ut mutua uos beneuolentia complectamini, & merito quidem id erit per uos exequendum, eſtis nāq; fraternitatis uinculo nexi, & una ex uulua & lauacro procreati. Aequum eſt itaq;, ut ad inuicem amicitiam ineatis, qua uel magis fraternitas hæc innoteſcat, & amicitia quam fraternitas parit, gratior ſit futura & firmior.

HONORE VOS inuicem præuenientes.) Differit hoc loco quemadmodū fraterna hæc charitas diu ſit permanſura, tum ſcilicet, cum ſe fratres honore præuenierint, in eoq; exhibendo ſe uel officijs alternis anticipent.

SOLICITVDINE non pigri.) Quoniam uidentur pleriq; proximū, anīo duntaxat proſequi, nec tamen manum porrigunt indigenti uel opem ferunt, ſtudio eſſe inquit, & diligentia connitendum, ut dum alijs præſidemus, & auxilio ſimus.

Non ſufficit amare niſi manus porrigatur egenti.

SPIRITV FERuentes.) Haud ſecus ac quiſpiam roget, quo pacto efficiemur ſolicitudine nō pigri? Reſpondet, ſi ſpiritu erimus feruentiores. Id eſt, ſi exciti fuerimus & charitatis ardore incenſi. At illud uelim aduertas, quod cum pleraſq; uirtutis ſpecies explicaſſet, demū & ſpiritu feruentes intulerit, perinde ac ſi quis fuerit dicta hæc oia conſecutus, & ſpiritus ſit gratiā habiturus, & ab eo incenſus ferueſcat.

DOMINO ſeruientes.) Cum fraternitatis amore tenebris & charitatem ſimul habueris, & reliqua fueris, quæ ſuperius narrata ſunt nactus, tūc Deo uideberis inſeruire, qui in ſe excipit quodcunq; in fratrem contuleris.

SPE GAVDENtes.) Quoniā magna quædā & factu difficilia exegiſſe uidetur, ait nunc quemadmodum fieri hæc facillime, queant, ſi ſpe, uidelicet ipſi iuuabimur etenim uirilem admodū animū reddit ſpes, & ad obeunda pericula fidentiorem.

Spes de futuro

IN TRIBVLAtione patientes.) Et quoniā ſpes de futuris habetur, aſſerit eum tam in præſenti hoc ſeculo, quam in futuro magni aliquid boni uendicaturum, qui ex anguſtiæ & præſſurę tolerantia de ſe periculum fecerit.

ORATIONI inſtantes.) Magno uel id futurū eſt adiumento, id eſt, oratio ipſa ut conſequi cuncta poſſimus quæ ſunt ſuperius explicata, nec quidem ſimpliciter orantes dixit, ſed orationi inſiſtentes, ut ſi nihil initio ſtatim acceperis deprecatus, inſtando tamen ad uotum cuncta perficias.

NECESSITATIbus ſanctorum cōmunicantes.) Superius dixit qui in hilaritate commiſeratur, uniuerſis plane manū porrexit & opem tulit. Nunc uero de Eleemoſyna meminit, quæ in fideles ipſos cōfertur, quos ſanctos appellat, ne ſolum inquit, iſtorū neceſſitatibus ſubuenite, quin uelim & participes ſitis, arguens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrum in cōmune ſit conceſſurum, ſiquidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturi ſunt cœlum, ſic ſane cū nummis cœleſtia cōmutabis. Nec delitijs ſanctorum dixit, ſed neceſſitatibus ſuccurrendum, ut otius impetret quod hortatur. Nam quo pacto nō inhumani uel immanes potius uideri debent, qui ſanctorum non ſubueniant indigentiæ.

Eleemoſyna.

Nō delitijs, ſed neceſſitatibus ſuccurrendum

HOSPITALItem ſectantes.) Non dixit tractantes, ſed ſectantes, ut nos inſtruat, nil expectandū fore, ut nos adeant pauperes, ſed occurrendū his potius eſſe. Inſuper & perſequendos hos eſſe, ut Abraham & Loth illū feciſſe memoriæ proditū eſt.

BENEDICITE ꝑſequentibus uos, benedicite & nolite maledicere.) Poſtq̄ eos de charitate fraterna & erga proximos amore inſtruxit, demū quemadmodū nos erga inimicos debeamus habere ediſſerit. Neq; id dixit nolite uľ odia exercere uel uindictas, ſed quod p̄ſtantius eſt, benedictis ꝑſequimi uobis infenſos. Porro qui pro Chriſto ſe inſectantibus bn̄dixerit, arguit ſe id lætiori anio ferre, q̄d eius gratia tolerat, quem colat plurimū. Contra uero qui maledictis ſe laceſſentē inſequit̃, eo grauiter ſe id ferre quod patit̃ patefacit, quia eū nil amet, cuius ob gratiā iniuria laceſſit̃.

Gaudere cum gaudentibus animi eſt ab omni inuidia liberi.

FLETE CVM flentibus,& gaudete cũ gaudentibus.) Mira eſt opus animi magnitudine,ut nõ modo uacemus inuidia,ſed etiã adgaudere poſſimus, lætitia exultantibus.Per id nanq; arguit̃ animus omni prorſus inuidia liber.Siquidem lõge eſt maius gaudentibus cõgratulari,quã ædere cũ flentibus gemitũ. Lachrymas nanq; natura ſuggerit,& ad cõmiſerandũ faciles reddit.Ad miſericordiã igitur nos erudit & ut anĩo ſimus erga oẽs beneuolentiſſimo, uel in eos ipſos qui nos perſequunt̃.

Superbiæ morbo laborabat Roma.

IDIPSVM inuicem conſentientes.) Rurſum de ſobrietate & humilitate nunc diſſerit,& merito quidem.Inſederat enim in urbe regia,utpote rerum potita,ſuperbiæ morbus. Senſus autem huiuſmodi eſt,& ſi magni te ducis,haud tamen qui frater ſit,te inferiorem exiſtimabis. Vt enim tenuem illum & humilem putas, ſic uelim de te ipſe & ſentias.Hunc enim in modum omnem diſparitatem æquabis, nec illum cõtemnes tanq̃ tibi ſit impar,ſed æque hunc ac ipſum te honoribus proſequeris.

NON ALTA ſapientes, ſed humilibus cõſentientes.) Quo pacto dicet aliquis quod paulo ante dictũ eſt, conſequi quiſpiam poterit? Nempe ſi altiora inquit,et ſuperba minime ſapuerimus,ſed cũ humilibus,id eſt,uilioribus abiectis & contemptibilibus conſentiemur,id eſt deferemur,& illorum nos ſorti annumerabimus.

Moyſes ſoceri conſilio iuuabatur.

NOLITE ESSE prudentes apud uoſmetipſos.) Hoc eſt nolite uel ueſtræ prudentiæ uel uiribus ita confidere, ut exiſtimetis nemine uos indigere conſultore, & quæ recta ſunt ſuggerente.Moyſes enim, & ſi Dei colloquio frueretur,opus tamẽ habuit quem conſuleret ſocero.

NVLLI MAlum pro malo reddentes.) Si alium quempiã dixeris nequã eſſe & improbum,cur ipſe hunc imitaris & quæ praua ſunt peragis. Nec ſolum inquit,nil mali credenti intuleris,ſed nemini dixit,uel græcus ſit ille,uel quiuis alius fuerit.

PROVIDENTES bona corã omnibus hominibus.) Non enim ut ad iactantiã uiuamus,hoc intulit,ſed ne cauſam alijs præbeamus nos obtrectandi,præſertim cũ plurimi ſint qui dicta noſtra & facta obſeruent.

Impios odio non eſſe habendos,ſed impietatem.

SI FIERI POteſt quod ex uobis eſt,cum omnibus hominibus pacem habentes.) Recte dixit ſi fieri poteſt. Nam ſæpe nec quietem ducere poſſumus,nec pacem ſeruare,præſertim cum de fide certamen aliquod oritur. Age igitur (inquit) nullã pro uiribus cuiq̃ diſſidij uel obturbationis occaſionem obtuleris. Verum ſi religionem fidemue offenſum iri proſpexeris,obſiſte uirili & ingenti animo,pro ueritate tutãda decertans.Nec dixerim hominem ipſum odio habeas, ſed illius ſit tibi odioſa impietas,uel potius hunc commiſeratus curandum per te et ad ſanitatem reuocandum exiſtimato. Sic fiet ut quod interea fieri uidebatur non poſſe, factu facillimũ ſit, & quantum in te fuerit pace ſis uſus,impietate duntaxat oppugnata.

NON VOS metipſos uindicãtes chariſſimi,ſed date locũ iræ.Scriptum eſt enĩ,mihi uindictã & ego retribuã,dicit dñs.) Cedite inquit iræ,id eſt Diuinæ,q̃ illatas uobis iniurias uindicabit.Nã ſi pœnas de iniuriã inferentibus ſumpturi uos eſtis,non uobis opẽ laturus accurret Deus.At ſi illos miſſos feceritis acerbius in hos uindicabit.Apl'us aũt eo hæc intulit ſacrarũ literarũ teſtimonio cõprobata,ut conſolet̃ intolerãtes,qui nihil magis uoluptati habent cũ offendunt̃, q̃ ut cõtumelias uindicent.

Congerere carbones in caput inimici quomodo ſit intelligẽdum.

SED SI ESVrierit inimicus tuus,ciba illum.Si ſitit,potum da illi.Hoc enĩ faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.) Plurimum a nobis Sapientiæ exigit. Quid ergo (inquiet quiſpiam) nõ erga laceſſentes iniuria,pax erit utenda, quin etiã uel beneficia conferenda eſſe iniunxerim inquit, quippe qui ſis in caput illius congeſturus carbones. Quod eo intulit ut eorum qui laceſſuntur & afficiũtur iniurijs ſubleuet animi puſillitatem,quibus nihil adeo uidetur ſuaue,quam hoſtem ſpectare cruciatũ ſubiſſe, quaſi illud inquiat Deus, uiſne in cõtumelioſum & laceſſentem exercere uindictã? Boni aliquid in eum conferto,tunc acerbior ero tuæ iniuriæ uindex. Vnde & cum acriora tormenta prætenderet fore, dixit ut ardentes in eum carbones accumulares,& ea propter & illud prædixit eſſe Diuinæ iræ concedendum.

NOLI VIN

NOLI VINCI a malo, ſed uince in bono malū.) Hoc loco tacite arguit, non eo eſſe inimicos cibandos, ut acriora illis ſupplicia inferamus. Hoc plane ſibi uult illud cū inquit, noli uinci a malo, hoc eſt, nihil in quempiā iniquo & malcuolo anio geſſe ris; nec hunc tibi imitandū deſumpſeris, qui officere ſoleat & obeſſe. Hæc nanq; tua erit uictoria. Quin potius quouis ſtudio nitere beneficio uincere, eundemq; ex im probo reddere probiorem. Quæ aūt ſupra cōmemorauit Apoſtolus, ut eos qui pu ſillo ſunt anio & ipatientes demulceat dixit, nūc uero quę pfectiora ſunt explicauit.

OMNIS ANIMA POTESTATIBVS ſublimioribus ſubdita ſit.) Poſtquā ſatis iam auditorū mores inſtituit, eoſdemq; ut humanos ſe erga hoſtes exhibeant cōmonefecit, inducit aliud quoddam inſtructionis genus, & uniuerſos erudit, ſiue ſacerdos ſit ille, ſiue monachus, ſiue Apoſtolus, ut ſe principibus ſubdant, cuiuſmodi ſubiectio nil prorſus eſt Dei ſublatura cognitionem. Quod idcirco Apoſtolus admonet, ut oſtendat Euangelium homines non uta Deo deſciſcant inſtruere, neq; ad crudelitatem hos erudire, ſed ad gratitudinem potius & fidem. CAP. XIII.

NON ENIM eſt poteſtas niſi a Deo, quæ aūt ſunt, a Deo ordinata ſunt.) Quæret aliquis, quid ais? Num ſinguli a Deo principes inſtituunt? Non illud aſſero (inquit) neq; de ſingulis qui hoc principatus munere fūngunt, nunc mihi eſt ſermo, ſed de re ipſa. Nam quod cōſtitutæ ſint poteſtates & alij dominent, alij uero dominorū Imperio pareant, ne confuſæ omnia differantur, Diuinæ ſapientiæ eſſe id dixerim opus. Neq; enim dixit, nō eſt princeps, ſed nulla eſt niſi a Deo proficiſcat poteſtas, ita ut de ipſo principatus munere, nō de principe differat. Sicuti cū ſapiens aliquis di xerit, a Deo uxor uiro coniungit, haud ſane inquit quicunq; cū uxore rem habeat, ex eo ſibi uxorem cōnectere, ſed Deum hanc copulaſſe, qui & nuptias fecerit. Pote ſtates itaq; oēs quaſcunq; anio & cogitatione uerſaueris, a Deo ſunt inſtitutæ, ſiue patris in filiū, ſiue in uxorem uiri, uel ſi quas alias dixeris, ſiue cæteras oēs, quas eſſe uel inter bruta animātia conſtat, quales apiū, anſerum, & piſciū ſunt, & huiuſmodi.

Non oīs princeps à Deo.

Poteſtas omnis à Deo inſtituta quàm late patet.

ITAQVE qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem ipſi ſibi reſi ſtunt, damnationem acquirunt.) Ne forte illud fideles obijcerent, nos ipſe reddis abiectiores, qui cum ſimus regno cœlorum potituri, principibus ſubdas, oſtendit Deo eſſe ſubiectos qui Magiſtratibus parent. Quinetiā quod eſt horribilius adijcit, eum uidelicet qui his minus paruerit, Deo obſiſtere, qui illos inſtituit. Qui uero obſtiterit, eum Deo, tum hominibus pœnas daturum. Quod ſane per illud ſignificatur quod inquit, damnationem ſibi acquirunt.

NAM PRINcipes non ſunt timori boni operis ſed mali. Vis aūt non timere poteſtatem? Bonū fac & habebis laudem ex ipſa.) Quid trepidas aut quid timore corriperis, num tibi recta agenti, mala ingeſturus eſt princeps? Non enī ille formidini futurus eſt ei, qui uirtuti incumbit. Quin potius ſi bona egeris in tui gloriam aſſidebit, tantūq; aberit ut ſe tibi formido ſum exhibeat, ut uel laudū tuarū ſit pco futurus

DEI ENIM miniſter eſt tibi in bonum.) Princeps enim Dei uoluntati obſequitur. Cōſulit tibi per Euangeliū Deus ut pudicitiam & caſtitatem ſecteris, has ipſas & princeps iubet ſeruare. Auaritiam cōmonefacit per legem ut furta defugias, & ille de his præſidet cogniturus. Ita fit, ut ſi principi illi obtemperaueris, ad optimas actiones tibi uel operam præſtet.

SI AVTEM malum feceris time, non enī ſine cauſa gladium portat.) Non enim princeps nobis formidinem parit, ſed noſtra malignitas, qua et principis gladius exercetur, id eſt, principis poteſtas, quæ pœnas exigit. Neq; enim temere ille ſuccinctus eſt ferro, ſed ut improbos tormentis afficiat.

DEI ENIM miniſter eſt uindex in iram ei qui malū operatur.) Cum laudibus princeps uirtutem extulerit, Dei uoluntatem exequitur, cum gladio utitur, Dei miniſter eſt. Cum uero uindex fuerit uirtutis, nequitiā inſectatur. Pleriq; enī non Dei magis quā principis formidine ducti ſeſe ad uirtutem exercent. Præſul itaq; ille, cū

animaduertit in improbos ob uirtutis uindictam, Dei miniſterio fungitur.

Princeps iuſtitiam exercens eſt dei miniſter

IDEOQVE neceſſitati ſubditi eſtote, nō ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.) Neceſſe eſt (inquit) ut ſubeas iugum, ut nō modo uel Dei uel principum iram nil prorſus pericliteris ut contumax, nec intolerabili afficiaris ſupplicio, ſed etiam ne conſcientia carere appareas, id eſt, ne ingratus in beneficos arguaris. Maximis enim beneficijs principes ciuitates condonant. Per illos nanq; & noſtra hæc uita conſtat. Qui ſi tollantur e medio, auferantur & cuncta neceſſe eſt, ★ uocantibus infirmiores potentibus. Suadeat ergo ſibi cōſcientia tua, eis honorem ut deferas, qui nobis bona huiuſmodi largiuntur.

Princeps quã ſit neceſſarius.

IDEO ENIM & tributa præſtatis.) Ipſe inquit principum iſtiuſmodi in te beneficia teſtificaris & probas, cum eis tributum & mercedem dependis. Quod ſane perſpicuum eſt, eo te illud perſoluere, quia & tui curam illi ſuſceperint. Neq; enim pręſidibus ipſis hos ſenſus a principio detuliſſemus, ni nobis fuiſſent per neceſſarij quippe cum ipſi curis uacui, hos habeamus qui pro nobis inuigilent.

MINISTRI autem Dei ſunt in hoc ipſum permanentes.) Fit itaq; uel Dei id uoluntate, ut tributa ſuis miniſtris pendantur. Vult enim Deus ut pax ipſa & uirtus exerceantur, & propulſetur iniquitas, addiq; Deo uolente miniſtri ſunt principes & illi parent, cum miniſterio iſto funguntur, & pro communi hominum ſtatu labores inſumunt, in eoq; & perſtant & conniuntur, ut uitam ipſi per quietem ducamus. Si quis uero hoc principatu abutitur, nihil is principi officit, quin ſuum ille, & moderandi & miniſtrandi decus tuetur.

REDDITE ERGO omnibus debita, cui tributum, tributum. Cui uectigal, uectigal cui timorem, timorem. cui honorem, honorem.) Debitum inquit tibi quoddam inexcuſabile impoſitum eſt, quod perſoluere principibus debeas, gratitudinis ſcilicet. Redde itaq; uniuerſis quibus creditus eſt Magiſtratus, quod debes. Cui fueris pro cenſu obligatus, cenſum depende. Cui pro uectigali, uectigal. cui pro tributo, tributum perſolue. Nec ſolum pecunias deberi illis affirmat, quin & timorem, hoc eſt, pudorem & uerecundiam, & honoris plurimū principibus exhibendum, ita ut cui debeatur hic honos, honos reddatur. Timor autem duplex eſt, altero noxij, ex malorum facinorū conſcientia corripiuntur, alterum uiciſſitudine quadā impertiūtur, qui mutuo detinentur amore, cuiuſmodi timor, honor eſt quidam præcipuus. Qualis ille uidetur cum inquit, nihil deeſt timentibus eum, & timor domini permanet in ſeculum ſeculi, timor ante hoc loco uenerationem quandam prætendit.

Tributa principibus eſſe pendenda.

Timor duplex

NEMINI quicq̄ debeatis niſi ut inuicem diligatis.) Soluite inquit quæ maiora ſunt debita, nunq̄ tamen perſoluere charitatem uelitis, quin potius ſit illa uobis in debitum quoddam perpetuum. Neq; exiſtimes uelim, ſi hodie proximo te beneuolum præſtitiſti, fuiſſe te ob id beneuolentiæ uinculo liberatū, ut eundem mox in craſtinum negligas, ſed exiſtima te proximo cuiq; perpetui amoris eſſe obnoxiū.

Totam legem implet, ꝗ proximum amore proſequitur.

QVI ENIM diligit proximū, legem impleuit. Nam nō adulterabis, non occides nō furaberis, non falſum teſtimoniū dices, non cōcupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur, diliges proximū tuum ſicut teipſum.) Totam legem implet qui proximum amore proſequitur. Itaq; amare hunc debet, cum ex hoc animi affectu, tantū quiſq; beneficij uendicet, ut legem ipſam adimpleat, enimuero & mandatorum ſummā, breuibus explicat. Virtutis nanq; ut principiū, ita & finis eſt charitas. Lex ergo interiorem quandā beneuolentiam exigit, quippe quæ iſtiuſmodi iubeat, haud ſecus teipſum, proximū colas, Chriſtus uero, quod præſtantius eſt, longe magis hunc eſſe beneuolentia complectendum iniungit, quem nos ipſi cōplectimur. Quandoquidem uel animā ipſam amici gratia ponenda cōmonefacit.

DILECTIO proximi malū non operatͬ, plenitudo ergo legis eſt charitas.) Duas charitati ineſſe uirtuti ſpecies patefacit, mali uidelicet abſtinentiam, cum malum inquit nō operatur, & boni operationem cum infert, impletio igitur legis. Quo fit ut integram

ut integram nobis uirtutem pariat charitas, quæ lege prætenditur.

ET HOC SCIEN tes tẽpus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.) Debetis inquit plurimi facere charitatem, per hanc nanq; & reliquæ conſtant uirtutes, & temporis gratia, quia in proximo eſt reſurrectio, in propinquo & Dei iudicium. Neceſſe eſt itaq; ut ab ignauiæ & torpedinis ſomno excitemini, promptioresq; ſitis & parati ad opera, quæ reſurrectione ſint non indigna.

Per charitatẽ reliquæ uirtutes conſtant.

NVNC ENIM propinquior eſt noſtra ſalus, quam cum credimus.) Quoniam par erat ut illi in fidei ipſius primordijs, maiorem de ſe diligentiam & feruorem præſtarent, & deinceps temporis proceſſu refrigeſcerent, dixit magis hoc tempore futuro ſeculo appropinquamus, quod potiore quodam ſalutis nomine expreſſit. Siquidem peccantibus illud non ſaluti ſit, ſed exitio futurũ. Cum itaq; ad diem illum propinquiores accedimus, maiori ſtudio uirtuti eſt incumbendum, quod poſtmodum ex his quæ inſequuntur oſtendit.

NOX PRAE ceſſit, dies autem appropinquabit.) Id eſt, ad finem nox ipſa declinat, exempli gratia. Cõcedamus horis duodecim produci noctem; e quibus decem exactis prouectam hanc dicimus, id eſt, prope modũ finem tranſgreſſam, breuiq; fore ut finiatur. Quia in auroram iam uergat, ſic ſane per noctem hoc ſeculum exprimit, cũ quia in eo pleriq; uerſentur in tenebris, tum etiam quod ſingulorũ ſit uita occultior. Dein uero per diem, futurum illud prætendit iudicium, quia in eo ſint iuſti ſplendorem habituri & gloriã. & quæ adhuc cælata ſunt & occulta patebũt cuncta. In Euangelio tñ per diem præſens hoc ſeculũ dicimus, quia in ea ſit bonis operibus ſtudendum, per noctem uero futurum, quia nemini in eo licebit aliquid operari.

Nox ſeculum hoc exprimit, dies futurum iudicium.

ABIICIAMVS ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis.) Opera uocat peccati actiones, utpote quæ plurimũ difficultatis habeant & negotij, & in maximo ſint cũ in hac uita, tũ in futura, diſcrimine. Iuſtitiæ uero arma quæ uirtutis ſunt opera, quibus hi quidem ſecuriores reddunt̃ & tuti, qui illa ſunt nacti. Ea nanq; armorum ſunt loco, & afferũt charitatem. Abijciamus aũt tenebrarũ opera cũ inquit, & lucis arma induamur, & quemadmodũ poſſint delictorũ actiones defugi, & ad uirtutem poſſumus induci, facilitatẽ oſtendit. Nã ut nobis perfacile eſt altero depoſito indumẽto ut alterũ induamus, ſic leue admodũ reiecta neqtia, ut uirtutẽ ſectemur.

SICVT IN die honeſte ambulemus.) Dixerat ſupra appropinquare diem, nũc imminere hunc indicat, cũ honeſte inquit in die ut ambulemus. Et quoniã ea apud Romanos gloria plurimi erat, quæ eſſet a multis delata, pellicit eos & moderat̃, per honeſtatis eiuſmodi appellationem. Neq; ambulate dixit, ſed ambulemus, ut minus moleſtam exhortationem hanc reddat. Nihil enim adeo impudentiam parit, quam praua facinora. Vti contra, nulla re magis quam uirtute comparatur honeſtas.

NON IN COM meſſationibus & ebrietatibus.) Non potum prohibet, ſed uini potus intemperantiam. Nec uino frui, ſed temulentiam interdicit, κῶμος enim græce cantiones dicunt̃, quæ poſt nimiam uini luxuriam, & potum abundantiſſimum per luxum & incontinentiam decantantur, quod etiam ἀσωτία dicitur.

Paulus nõ prohibet potũ ſed uini intemperantiam.

NON IN CV bilibus & impudicitijs.) Cum ebrietatis mentionem feciſſet, nũc & mala quæ hanc ſubſequuntur cõmemorat. Nam uel ex hac uiolentia, ſæuitia & impietas oritur. Hoc autem loco non legitimũ mulierum concubitum prohibet in eundum, ſed inceſtum & adulterium.

NON IN CON tentione & æmulatione.) Sublatis quæ ex concupiſcentia prodeunt malis, nunc quę ab ira naſcuntur cõprimit uitia. Nil enim adeo uenerẽ ipſam ſuccendit, & iracundiam concitat, quam temulentia. Ex æmulatione autem contentio oritur. Qui enĩ alteri inuidet, & ad conuitia demũ deueniet. Contentionem itaq; cum ſit ſublaturus, ad liuorem unde illa originem ſumpſit decurrit. Et quoniam ex ebrietate & commeſſationibus incenduntur & bella, & domus euertuntur plerũq; poſt illas, contentionis & inuidiæ meminit.

Mala temulentiæ.

SED INDVImini dominũ IESVM CHRISTVM.) Cũ nos ſordidis ueſtibus exuiſſet, ut optimis ornet, non ultra lucis armis nos induit, ſed quod horribilius eſt pro ueſte Chriſtũ largitur, hoc ſi quis fuerit obductus, oẽm prorſus eſt uirtutẽ adeptus.

Carnis cura quomodo ſit habenda & quatenus.

ET CARNIS curam ne feceritis in deſyderijs.) Nil ſane quominus carni prouidendũ ſit impedit, ſed illi ne ad uoluptatem & luxum indulgeatur iniungit. Perinde ac ſi dicat, carnis duntaxat ad ſanitatem, nõ ad incontinentiã habenda eſt ratio. Nec enim dici prouidentia poſſet, quæ carni flammã & incendium excitaret, & ignis caminum & gehennam illi ſuccenderet. At unum illud quærendum, ut carnem bona ualetudine habeas. Neq; præter id quidpiam curæ habendum, ne libidinem nimia carnis indulgentia excites, quin ſtudiũ omne tuum ſpiritalibus in rebus impendes.

CAP. XIIII.

INFIRMVM AVTEM IN FIDE aſſumite.) Ex Iudæis plerią; uel poſt Chriſti fidem ſuſceptam, eſcas a lege olim interdictas cauebant. Et ita ut a carne ſuilla his quondã in eſum uetita, abſtinerent, nondũ confiſi a lege prorſus deſciſcere, ſed cũ minus ſe tolerabiles fore exiſtimarent, ſi ſuillam & ſolam non æderent, cæterarum carniũ eſu intermiſſo, oleribus ueſcebantur. Cæteri uero qui perfectiores iã eſſent nec huiuſcemodi eſçam & ſi lege interdictã cauerent, cauentibus conuitiabantur. Veritus itaq; Paulus, ne ſi potiores illi & ſtabiliti iam fide, imperfectiores alios minus oportune inceſſerent, nec decenter, & leniter caſtigarent, obturbarent potius & a fide ſuſcepta ſummouerent, qui aliquid uiderent proficere. Et rem prudenter pertractat & alternatim horũ partes tutatur. Siquidem ne cõuiciantes audet obiurgare quod nequiter agant, ne imperfectiores in ſua pertinacia obfirmet, nec rurſum iure illos ab his caſtigari, ne ad criminandũ hos redderet acriores, ſed modeſte hos admonet. Et uidetur quidem fide iam obfirmatos potius increpare, cũ tamen ſub ſermonis quem ad hos habet prætextũ, caſtigationem omnem in infirmiores conuertat. Quod plane ex uerbis quibus ad hoc utitur, poteſt intelligi. Nam cũ infirmos appellat, confeſtim ualetudine affectos oſtendit. Cũ uero aſſumite inquit, hoc eſt iuuate, arguit illos cura indigere & medela nõ mediocri, q̃d ultimũ ſane eſt morbi indiciũ.

NON IN DISCEptationibus cogitationum.) Hoc eſt nil altercantes & uarijs ſuggeſtionibus perturbemini, quin ægrotantem curandum exiſtimate.

Infirmitatis eſt in cibis delectũ Iudaicũ facere.

ALIVS ENIM credit manducare ſe omnia, infirmus autem holus manducat.) Comparat cũ imperfecto qui ſit perfectionem adeptus. Inquitq; perfectus quidem in fide confiſus, indifferenter omnia comœdit. Imperfectior uero, utpote qui nutabundus ſit & inſtabilis, holus habet in eſum. Aequum eſt igitur ut curetur potius, quam offendatur infirmior.

IS QVI MANducat, non manducantem nõ ſpernat. Et qui non manducat, manducantem nõ iudicet, Deus enĩ illum nõ aſſumpſit.) Qui oĩbus ueſcebantur tanq̃ in fide perfectiores, cæteros aſpernabantur. Qui pro Iudæorũ more a plurimis abſtinebant, & rurſum qui minus æderent, eos qui omnibus ueſcerentur Gulæ uitio cõdemnabant. Et quoniã horum pleriq; erant gentiles, uel horum, inquit, Apoſtolus Deum ſuſcepiſſe tutelã ſuam, hoc eſt, ſuam ineffabilem gratiã in eos oſtendiſſe. Quid igitur cũ eis ultra de lege cõtendis? Quandoquidem & eos Deus iuſtificauit.

TV QVI ES qui iudicas alienum ſeruũ, ſuo domino ſtat aut cadit.) Perfectiores alloquitur iſtiuſmodi, ut quemadmodũ eos a proximi contemptu auertit, ſic ne alios iudicent dehortatur. Vtrunq; enĩ id factitabant qui magis in fide profecerant. Nam & minus perfectos aſpernabantur & iudicabant. Tacite autem carpit hoc loco qui nondum ad fidei perfectionem euaſerit, perinde ac ſi dicat. Neq; enim quod huius facta iudicanda non ſint, eo iudicium interdico, ſed q̃ alteri ſit in ſeruitutem adſcriptus, hoc eſt, non tuũ ſit, ſed Dei mancipiũ. Qui & ſi ſit morbo affectus, haud tamen ſeruitutem euaſit, nec ob id poenitus deſperandus. Rurſum ut hunc conſoletur, non prorſus eum infert fuiſſe collapſum, ſed ſiue ſtet pedibus ait, ſiue labatur utrunq; in domini ſiue lucrum, ſiue damnum cedit.

STABIT

STABIT autem,potens eſt enim Deus ſtatuere illum.) Cum inquit a deo hunc obfirmatum iri,labantem arguit,& ita ut conſiſtendum diuina ope indigeat.Quod dicere de his conſueuimus,de quibus nulla haberi ſpes poſſit.

NAM ALIVS iudicat diem inter diem, alius iudicat oẽm diem.) Erant nõnulli qui & ſi a carne ſuilla nõ abſtinerẽt, ſtatutis tñ diebus ab ea cauebant.Alij vero,qui illã aſſiduo eſitarent,qui tamen abſtinentes illos,q̃d minus ederent,incuſabant. De his itaqꝫ mẽtionẽ nunc facit,inquitqꝫ,alius aliter iudicat, ita ut in æquo ſit res, haud tamẽ ob eiuſmodi abſtinentiã inceſſendi ſunt fratres.Ex his quidẽ & abſtinentibus conſcendere videt̃ Apoſtolus,utpote in quibus recens eſſet Fides plantata.

Neophytis parcebat Paulus & indulgebat.

VNVSQVISque in ſuo ſenſu abundet.) Perinde ac ſi inquiat,cum de dogmatibus agit̃,nequaquam eſt opus ut noſtro ſenſu ducamur, quin erũt quæ ab alijs accepimus tenẽda,uel ſi angelus e cœlo demiſſus diuerſa denũciet. Cum vero de ciborũ abſtinentia contentio orit̃ uel alijs iſtiuſmodi , ſi qui ſunt ex Neophytis qui delinquant,uel indulgentia egeant,laxanda his erit,non intendenda ſæueritas.

QVI SAPIT,diem domino ſapit. & qui manducat, domino manducat.) Qui diem inquit obſeruat,domini ob gratiam ſeruat,quia eum veretur. Qui uero minus hunc obſeruauerit propter dominum,tanquam in Chriſto perfectionem adeptus,omnibus legis obſeruationibus euaſit ſuperior.

ET QVI MANducat,dño manducat.gratias em̃ agit Deo,& qui non manducat dño non manducat,& gratias agit Deo.) Vnũ inquit illud perquirimus, ſi dei reſpectu gerant̃ omnia,eidemqꝫ per eos ſi agunt̃ & gratiæ, qui abſtinẽt, & qui cibum ſumũt,quod ſane ſi mente hac gerit̃,calumniari poterit nemo.Hæc quidem ut diximus Neophytorum ob gratiam diſſerit, & tacite carpit qui Iudaice legis inſtituta ſectant̃,cum inquit.Et qui non comedit,Deo gratias refert,quo enim id pacto ageret qui adhuc a lege penderet? Solus itaqꝫ qui comedit,Deo gratias agit.

NEMO ENIM ueſtrum ſibi viuit & nemo ſibi morit̃.Siue em̃ viuimus,Deo viuimus,ſiue morimur,Deo morimur.) Dominũ inqt habemus cui curæ nos ſumus, qui pro diuitijs, vitam hanc noſtrã ducit, & mortẽ pro damno . Neqꝫ em̃ nobiſipſis dũtaxat viuimus,ſed etiam dño . Vitam aũt hoc loco intelligit quæ Fide conſtat, & mortẽ quæ a Fide exciderit.Nequaquam igit̃ eos permiſſurus eſt Deus,qui fuerint infirmiores,ſubire hunc ſecundũ Fidem interitũ,uel in fidei huius caſum prolabi.

Vita quæ fide conſtat.

SIVE IGITVR viuimus,ſiue morimur,domini ſumus.) A Fidei morte ad naturalem pertranſit, qua de nunc diſſerit , videlicet ſiue naturæ vitam hanc viuimus, inquiens,ſiue mortem obimus, domini ſumus.

IN HOC ENIM Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit,ut viuorum & mortuorũ dominet̃.) Vel hoc ait tibi ut ſuadeat,dñm eorum qui imbecilliores ſunt ſuſcepturũ curam,ut in viam redeant tandem, quia & ſanguinẽ fuderit & ſubierit mortẽ , ut in nobis ius & imperiũ habeat. Quo ergo pacto non & illis proſpiciat qui in eius ſint ſeruitutem redacti,& quoꝝ cauſa ſit tam multa perpeſſus? Porro ſi vita perfunctis ſolet Deus proſpicere, q̃d illis facturus eſt qui adhuc in humanis agunt? Hæc uero ideo intulit,ut pudore offundat qui Iudaicos ritus ſectet̃,ſuadeatqꝫ uel eum qui adhuc legi intendat,ingratũ ſe Chriſto præſtare,qui pro ſe mortem obierit.

Iudaicos ritus obſeruantes tacite reprehendit.

TV AVTEM quid Iudicas fratrem tuum , comedentem ut guloſum , & tu autem comedens quare ſpernis fratrem tuum tanquam modicæ Fidei.Frater eſt,non oportet aſpernari proprium membrum . Num tu pro ipſo redditurus es rationem? Ipſe conſtituet̃ ante tribunal & ipſe pœnas ſubibit.) Vides quemadmodum per hæc quæ ad perfectiores ediſſerit , perterrefacit Iudaiçantem , utpote qui apud tribunal illud horribile ſubiturus ſit cruciatum.

SCRIPTVM eſt enim. Viuo ego dicit dñs, quoniã mihi flectet̃ omne genu, & oĩs lingua confitebit̃ Deo.Itaqꝫ unuſquiſqꝫ noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.) Quod inquit fore ut tanquã ſerui apud dñm iudicemur , & propheta teſtat̃ , cum

dicit. Omnes mihi genu flexuri ſunt, & omnis lingua, vel eorum qui ante conditã legem fuere mortaliũ. vel legis tẽpore confitebiť mihi, id eſt factorũ reddítura eſt rõnem. At cui? Nimirũ non legi, ſed Chriſto. Quid ergo amplius a lege dependes?

NON AMPLIVS ergo inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate potius ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.) Vtriq;, inquit, quæ inter vos oborta eſt, ſoluite contentionem. Et ita, ut neq; ipſe qui comedis imbecilliorem inceſſas, nec tu qui a vetitis eſcis abſtines, fratrem quoquo pacto offendas. Quia ipſe legem obſerues, ſcandali autem & offenſionis appellatio utriſq; videť pro mutua quadam ſeſe offendendi viciſſitudine tam veſcenti ſcilicet, quam abſtinenti competere.

Nihil ciborũ immundum. SCIO ET confido in dño IESV, quia nihil cõe per ipſum niſi ei qui exiſtimat q̃d inquinatum cõmune eſſe, illi cõe eſt.) Poſtquã cõmonefecit minus eſſe offendendum qui infirmioris ſit fidei, de cibis etiã ſtatuit, imbecillũ erudiens, ne illos ſumere vereať, nec tanquã immũdos abhorreat, inquitq;. Noui & confido non in cogitatibus hiſce humanis, ſed in dño, hoc eſt, edoctus ab eo, & certior factus, q̃d nihil per ſe ſit inquinatũ, id eſt, quo ad eius naturam immũdum, ſed id ad eorum hominũ fieri opinionem immundũ, a quibus & ſolis ſordidum habeať, non cæteris.

SI ENIM propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas.) Ad perfectiores hoc loquitur, & ſi nequaquam natura ſint inquinata cibaria, oportuit tamen te a carne ſuilla abſtinere, ſi charitatem eras obſeruaturus, ne triſticia frater offenſus afficeretur, moxq; & ita ſubiungit.

NOLI CIBO tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt.) Nec ſane edulij gratia fratrem eneces velim, aut peruertas, qui a Chriſto tanto ſit ſtudio & curæ habitus, ut huius gratia vel mortem ſubierit. Nam ſi te porcinam ille edentem carnem perſpexerit, ex mutuo iurgio & aſtu obſtinatior fiet, & in diſcrimine erit, ne Chriſto relicto, legi prorſus inhæreat.

Perfecti ſua perfectiõe non abutantur. NON ERGO blaſphemetur bonum noſtrum.) Hoc eſt, tu cum perfectionem ſis nactus in Fide (hanc enim & bonum appellat) noli hac tua perfectione abuti. Nec cauſam præbeas, ut quis hanc deteſtetur. Nam cum perfectior ſis, ſi imperfectum perdideris, id ipſum quod tibi inerat boni, obtrectatoribus carpendum expones. Potes etiam id bonum pro dogmate capere, quaſi ſic ſentiat Paulus futurum omino ob veſtra diſſidia & eſcarum contentiones huiuſmodi, ut execrentur infideles veſtrum id bonum, id eſt, dogma hoc veſtrum.

NON ENIM eſt regnũ Dei eſca & potus.) Neq; enim ob eſcam potumve probatũ nos iri exiſtimemus, nec id q̃dem cœleſte illud in regnũ inuexerit. Carpit autẽ eos qui ob cibatum huiuſmodi plurimũ ſibi laudis vendicarent.

Iuſticiæ nomie oẽs uirtutes complectitur. Athanaſius ſiue Vulgarius. SED IVSTICIA & pax & gaudiũ in Spiritu ſancto.) Ad regnum Dei aditum iuſticia patefacit, id eſt, uniuerſæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quæ proximo ſine iurgio exhibetur, & lætícia quam parit concordia, omiſſa triſticia, quæ proximi ex afflictione oboritur. Et quoniam vel paruis in rebus pax quædam & gaudium videtur ineſſe, in Spiritu ſancto adiecit. Perinde ac ſi inquiat, de pace equidem & hilaritate, quam in Spiritu ſancto conſtat ineſſe, ediſſero, non aliqua quauis pace vel mundana lætícia. Poteſt & ſenſu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicitq;. Qui a carne ſuilla haud quaquam abſtinuit, ſaluti inferre iniuriam, quam ei moriens Chriſtus iam comparaſſet. Sic contra qui fratris ob gratiam ab eiuſmodi eſca ſe continuerit, iuſticiam operatur quæ cœleſte elargitur imperium.

QVI ENIM in his ſeruierit Chriſto, placet Deo & probatus eſt hominibus.) Oſtendit hoc loco inanis gloriæ & iactantiæ gratia obiurgaſſe ſe imperfectos, qui haberent perfectiores. Qui eñ vult, inquiens, hominibus eſſe admirationi, nõ tantum ex ipſa ★ vitæ perfectione, quantũ ex pacis & reliquarũ virtutũ gratia laudẽ conſequeť, quas inter vel eam eſſe maximam conſtat, Chriſto ſcilicet inſeruire, & Deo placere. Non tamen carnis ſuillæ abſtinentiam virtuti & laudi ducere.

ITAQVE quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus.) Quæ pacis ſunt imbecillioris cuiuſpiam cauſa intulit. Is nanq; erat qui cæteros diuexaret. Quæ vero ad ædificationẽ ſpectant, propter perfectiorẽ aliquem dixit, utpote qui fratrem carpat & turbet. Quin vel utriſq; id crimen impertit, cum ad inuicem inquit. Cunq; & pacis prius commeminiſſet, ædificationis. Deinceps, arguit haud facile poſſe proximi ædificationem ſine pace conſtare.

NOLI PROpter cibum deſtruere Dei opus.) Dei opus, fratris eſſe ſalutẽ affirmat. Non ergo hanc ipſe diſſolueris, quã Chriſtus proximo cõparauit, & cibi pſertim gratia, velis videlicet ab iſtiuſmodi eſu abſiſtere, ut fratrem ſic lucrifacias.

OMNIA quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini qui per offendiculũ manducat.) Cum perfectiorem acrius increpaſſet, veritus ne infirmior in ſua praua conſcientia perſeueret, rurſum hunc in modum decernit. Sunt quidem omnia munda, officiunt tamen hæc homini, qui improba conſcientia obturbet. Imperfectus enim ſuillam immundam exiſtimans, ſi hanc deguſtare cogatur, magis inceſſit. Neceſſe eſt itaq; ut a re prius ediſcat munda eſſe in eſum omnia.

Et ſi mũda ſunt oĩa, infirmi tamen ſcandalizandi nõ ſunt.

BONVM EST non manducare carnẽ, & non bibere vinũ, neq; in quo frater tuus offendit, aut ſcandaliçat, aut infirmat.) Tu inquit fratrẽ manducare cõpellis, quibus ille uti in cibũ minus confidit. Ipſe vero ea dixerim per te eſſe vitanda, quæ fratrem offendũt. Nec ideo quod mala hæc videant, quippe cũ munda ſint omnia, ſed quod ſcandalum ex his inferat infirmo. Scandaliçat enim ut leuis, offendit autem quia morbo laboret, utpote qui Fidei ſit per exiguæ. Ex his itaq; omnibus pellicit firmiorem, ut fratri opituleẽ qui prorſus & fragilis ſit, & imbecillus.

TV FIDEM habes penes teipſum, habe corã Deo.) Hic plane explicat qui perfectior videretur iactantiæ gratia ſuam hanc oſtentaſſe perfectionem, infert igitur. Viſne te mihi nunc aperire quemadmodum de iſtiuſmodi eſcis & ſentias recte, & credas perpuras eſſe: nil mihi dixeris vel alteri cuiquam ſignificandum, ſed ſatis ſit tibi vel tacita conſcientia tua, & Deus ipſe, cui tu pates.

BEATVS qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.) Si hominum nemo perſpexerit, ipſemet tibi, ad id conſequendũ facturus es ſatis, ſi teipſum minus condemnes, nec te ea in re tua te conſcientia criminis arguat, quã vel probaueris vel elegeris conſectandum. Intelligas aũt hæc de propoſitis eſcis duntaxat dici.

QVI AVTEM diſcernit ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex Fide.) Qui hæret inquit, nec fidentius edit, damnat. Nec eo quod ĩmundus ſit cibus, ſed qa diffidit hunc mundũ eſſe, & illum perinde ac ſi inquinatus eſſet, libauit.

OMNE AVTEM quod non eſt ex Fide, Peccatum eſt.) Quotieſcunq; quiſpiam vel nihil confidit, vel autumat obſonium aliquod ĩmundum eſſe, & ita ut deprauata conſcientia illud deguſtet, prorſus eſt Peccato obnoxius.

DEBEMVS AVTEM nos firmiores, ĩbecillitates infirmorũ ſuſtinere.) Lenit hoc loco & hortaẽ perfectiores ut alios inſtituendi ſecũ una onus inſumãt, qd ſane prætendit cũ inquit. Nos qui fortiores ſumus. Nec ſimpliciter infirmos dixit, ſed infirmorũ ĩbecillitates. Duplici uſus vocabulo, ut ad maiorẽ hos cõmiſerationẽ alliciat. CAP. XV.

ET NON nobis placere.) Cum diceret oportere nos ſuſtinere, docet quemadmodum fieri id queat, ſi ea videlicet quæ noſtra ſunt nil requiramus.

VNVSQVISque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.) Ne forte perfectus ille id inquiat, ecce ipſe ad me quod bonum eſt attraho, ad ædificationem adiunxit, perinde ac ſi illud inferat, nunc quidem & ſi quod agis ſit rectius, verum quia minus fit oportune, ad perditionem potius facit. Siquidem intempeſtiua obiurgatio nihil ædificat.

Intempeſtiua obiurgatio nihil ædificat.

ETENIM Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt, improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.) Chriſtum producit in medium, ut arguat nobis eius exemplo viuendum. Illi nanq; licebat ſeſe a quouis opprobrio & contu-

melía uindicare, neq; ea quæ paſſus eſt perpeti, ſi ſibi ipſi placere maluiſſet. Hoc eſt, ſi quod ſua intererat, conquiſiſſet. Sed ſuo iure repudiato, tum cruciatus & tormenta potius excepiſſet, haud ſane bonam de ſe multitudini opinionē ingeſſerat. Quippe quia impotens eſſe & nullius momenti uideretur, habereturq; pro malefico & ſeductore. Alios inquit ſaluos facit, ſeipſum autem ſaluare non poteſt. Exprobrantium itaq; improperia tibi Patri in ueteri Teſtamento obiecta, in me Filium reciderunt. Ita fit, ut nil noui mihi obtigiſſe ſit uiſum.

QVECVNque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.) Hæc autem inquit ideo ſunt ſcripta, ut ea ſectemur. Hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur, cum ait. Vel ſcripturæ ipſius hortatu ualidiores effecti toleremus, tolerandoq; oſtendamus nobis ſpem eſſe uegetam quandam & ſtabilem. Siquidem qui ſuſtinet, ſperare futura bona uidetur, quemadmodum contra qui impatientior eſt; a ſpe ipſa excidiſſe conuincitur.

Deus patientiæ & conſolationis cur dicatur.

DEVS AVTEM patientiæ & conſolationis det uobis id ipſum ſapere alterutrum ſecundum CHRISTVM IESVM.) Arguit ex ſacris literis Deum una & tolerantiam & conſolationem largiri, eoq; ipſum patientiæ Deum & conſolationis appellat, utpote qui harum ſit & largitor & cauſa. Optat itaq; & his comprecaт̄, id ipſum ab eo ad inuicem ſapere exhiberi. Illud eн̄ eſt certioris charitatis indicium, ut quod de ſe quiſpiam ſapiat, itidem & de proximo ſentiat. Et quoniam eſt alius quidam huius ſæculi amor, intulit ſecundum CHRISTVM IESVM, hoc eſt, ut illa ſapiatis quæ CHRISTO IESV ſunt placita.

VT VNANIMES uno ore glorificetis Deum, & Patrem domini noſtri IESV CHRISTI.) Quid nam lucri conſequimur cum unum omnes ſentimus & ſapimus? Nempe quia Deū laudibus ipſi efferimus. Nec ore duntaxat uno id agimus, ſed & animis unis. Hoc enim cum unanimes ait, prætendit. Mox illud ſeorſum orditur, & Patrem domini noſtri IESV CHRISTI. Quod ſi ita perlegas videlicet ipſius Chriſti Deum & Patrem eſſe, neq; poteſt id abſurdum videri. Eſt enim ſecūdum humanitatem Chriſti Deus, & Pater ſecundum diuinitatem.

PROPTER quod ſuſcipite inuicē, ſicut & Chriſtus ſuſcipit vos, in honorē Dei.) Superioribus monitis iterato inſiſtit, & in exēplum Chriſtum inducit. Id ſane inquiens, cum vobis inuicem opem tuleritis, Deo in gloriam cedet. Iſtiuſmodi nanq; ueſtra animorum coniunctio Deo laudem affert. In hoc eн̄, inquit, cogнituri ſunt omnes quod ipſe me miſerit ſi in unum conuenietis, quemadmodum contra veſtra diſſidia Deo blaſphemiam pariunt. Nam & Gentiles cum Chriſtianos homīes viderint factionibus inter ſe concertare, Fidem ipſam criminanт̄ & culpant.

Gentiles ex Dei miſericordia ſalui facti.

DICO enim CHRISTVM IESVM miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem, ad confirmandas promiſſiones patrum.) A ſuperioribus quæ ſubſequuntur dependent. Oſtendit aūt hoc loco Paulus, Chriſtū haud quaquā ſibiipſi geſſiſſe morem, ſed noſtri potius gratia oīa toleraſſe. Et Gentibus ſuadet, ne in Iudæos qui credidiſſent ſuperbe & inſolenter ſe gererent. Conſtat eн̄ Iudæos ex diuinis pollicitationibus ſuis maioribus factis fuiſſe ſalutē aſſecutos, Gentiles vero miſericordia ſolū & Dei benignitate ſaluos factos. Quod aūt dicit tale promiſſum Abrahæ fueratiam pridem, fore ſcilicet ut eius ſemē mundū hæreditaret. Verū cum oēs qui ex Abrahā ortū duxiſſent ſontes eſſent & Peccatis obnoxij, utpote qui fuiſſent legem præuaricati, eoq; et promiſſione illa viderenт̄ indigni, venit Chriſtus & legē impleuit, & circūciſionem inſuper in ſe admiſit. Lege itaq; adimpleta, circūciſionis & Abrahæ ſemen effectus, Dei irā diſſoluit, effecitq; nos ad excipiendas promiſſiões idoneos. Ob id igiт̄ circumciſionē ſuſcepit, ut uera redderet Dei promiſſa, non ut legem ſtatueret. Quid igiт̄, heus tu, qui Iudaicos ritus ſectaris a lege pendes? Cuius gratia ut a promiſſionibus excidas, haud ſane in paruo verſaris diſcrimine.

Chriſtus cur circumciſionē admiſit.

GENTES

GENTES autē ſuper miſericordia honorare Deum.) Qui ex Iudæis eſſent oriundi & ſi uidebanť indigni, habuiſſe tamē conſtat promiſſiones. Ipſe uero Gentilis ex ſola Dei clementia ſaluus eſt redditus. Propterea & merito debes laudē Deo eximius deferre & gloriā. Haud quaq̄ igitur me incuſandū exiſtimabitis, ſi vos appello & alloquor. Expoſcit eñ ſacerdotale hoc meū officium, ut Euangeliū prędicē. Qua in re verbis utor pro cultro. Eſtis eñ uos hoſtiæ loco. Quis ergo ſacerdotē inſimulabit illatæ iniuriæ, quia nouaculam admouerit ad imolationem iam deſtinatis?

Sacerdotale officium Euangelium prædicare.

SICVT ſcriptum eſt. Propter hoc confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominū & magnificate eum omnes populi. Et rurſus Eſajas ait. Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eo gentes ſperabunt.) Teſtimonijs omnibus his inductis, nititur Paulus demonſtrare, futurū omnino ut ex gentibus homines cum credituris Iudæis iunganť, & unum ſentiant oēs. Iudęos præterea frenat & comprimit, ne in gentiles ſuperbiant, cū pateat plane prophetas gentiles vocaſſe. Quin etiā & his qui ex gentibus ſunt perſuadet humilitatē per ſe ſectandā, arguitq; eos tanto plura Deo debere, quo & multa affatim acceperint. Si qdem cū eſſent non populus, uniti ſunt populo. Confitebor autē in gentibus, ſub Chriſti perſona prolatum eſt, hoc eſt prædicabo te o Pater in gentibus. Erit autem radix Ieſſe, id eſt ex radice Ieſſe prodibit qui ſurget dominari gentibus, hoc eſt Chriſtus.

Gentes cū Iudæis crediture.

DEVS AVTEM ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in ſpe & uirtute Spiritus ſancti.) Precatur his, ut omni læticia impleantur, qui ex Iudæis videlicet erant fideles effecti, pace vero gentiles. Hi nanq; ſunt uiſi infenſos hos habuiſſe, qui adhuc a lege penderent. Vel potius utræq; hæ nationes odia inter ſe exercebant. Verū quo pacto hi poſſunt gaudio repleri & pace? In credendo quidem. Fides vero qua in re vobis eſt profutura? Nimirū ut in ſpe abundetis, ſperantes futura, & aduerſa, & grauiora tolerantes. Ad quid præterea & ſpes nobis conduxerit, ſi quæras? Ad conſequendam haud dubie Spiritus ſancti virtutem, quæ ſpem ipſam nobis reddit validiorem. Largitur enim & ſpes ipſa nobis Spiritus ſancti potentiam, & rurſum ſpes hæc a ſancto Spiritu ſtabilitur.

Odium inter Gentiles & Iudæos.

CERTVS SVM autem fratres mei & ego ipſe de vobis, quoniam ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita ut poſſitis alterutrū monere.) Cum duriorem habuiſſet multis in locis orationem, conſolatur hos tandem. Nec ſolum audiui, inquit, ſed certior ſum uel ipſe ego effectus qui vos obiurgo & criminor, quod eſtis bonitate referti, hoc eſt mēte bona & erga fratres beneuola. Vel integram virtutem ipſam bonitatem appellat. Nec bonitatē dixit habetis, ſed pleni bonitate eſtis. Nam nihil prodeſſet ſi eſſemus bonitatem adepti, nec ſcire quemadmodum illa utendum ſit. Propterea omni ſcientia ſubdidit, ut poſſitis alterutrum monere. Hoc eſt, non ſolum vos diſcere, ſed alios commonefacere & caſtigare.

AVDACIVS autem ſcripſi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens.) Erant Romani id temporis in ſummo dignitatis faſtigio, ideo & elati animi videbantur & tumidi. Et eos nunc propterea lenit cum inquit, audacius ſcripſi. Admodum nanq; iſtiuſmodi verbis hos frangit. Neq; his contentus, ſed ex parte adiecit, id eſt placide & breuiter. Nec in docentis morem id egi, ſed in memoriam redigentis, hoc eſt paululum admonentis.

Romani Tumidi, & ideo ſermone blando leniendi.

PROPTER gratiam quæ data eſt mihi a Deo ut ſim miniſter CHRISTI IESV, in gentibus ſanctificans Euangelium Dei.) Humili admodum ſermone utitur, inquiens. Non eñ mihi ipſi honorem ultro arripui, ſed Deus hunc mihi decreuit, qui me ad id operis ſegregauit. Nec meis pro meritis, ſed ſua ex gratia. Ad quid autem mihi data eſt gratia? Certe ut Euangelij miniſterio fungar & ſacerdotio. Nil itaq; mihi ſuccenſeatis ſi uos alloquor. Id eñ mihi eſt ſacerdotij munus, ut Euangelium prædicem, & pro cultro ſum ſermonem ſortitus, & uos hoſtiæ loco. Quis ergo ſa-

cerdotem inſimulabit qui cultrum adigat, in ſacrificium deſtinatis?

Sanctitas non ex Fide tantū, ſed ex bonis operibus.

VT FIAT oblatio gentium accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto.) Neq; eo ad vos ſcripſi, ut laudem mihi aliquam vendicem, ſed cum reliquis gentibus ut ſalutem & uos conſequamini. Hoc pacto Gentilium ipſorum oblatio omni fit ex parte accepta. Quandoquidem uniuerſi Deo fructificant, ſanctificata in Spiritu ſancto, hoc eſt in puriori quadam & ſpiritali vita. Neq; enim ſola ex Fide, quin & ex optimis uitæ actionibus, ſanctitatem quis adipiſcitur. Credentes enim, & Baptiçati accipimus Spiritum. Verum ſi rectis operibus caruerimus, extinguitur omnis ſuſcepta illa Spiritus gratia. Reprimit inſuper Romanorum elationem, ne eum dedignent̃ in præceptorem habere, qui uniuerſas gentium Deo obtulerit nationes.

HABEO IGITur gloriam in CHRISTO IESV ad Deum.) Poſtquam ſe humilem admodum reddidit & abiectum, rurſum tamen ſuum ſermonem paulo effert, ne oĩno contemptui habeatur. Inquitq;, mea gloria non in me ipſo aut in meo ſtudio & induſtria poſita eſt, ſed in Chriſti gratia. Verum ſi quibus in rebus glotiam & ipſe quæſierim, in his equidem quæ Dei ſunt dixerim. Hoc eſt, non in uanis his & momentaneis, ſed in ſpiritalibus ipſis mea omnis eſt gloria.

NON ENIM audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus, in obedientiam gentium uerbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus Dei.) Quoniam Euangelij ſe miniſtrum vel in omnes gentes aſſeruit, nunc ſubdit nihil equidem glorior, neq; ut iactabundus & inſolens prædico, quod ipſe non geſſerim. Quin potius nil ipſe confeci, ſed Deus me pro inſtrumento quodam uſus & organo operatus eſt omnia. Quodcunq; eni vel loquor vel ſum de cœleſtibus philoſophatus, vel ſi quid aliud ago, vel ſi vitam duco cœleſtem, & miracula factito, Deo ſunt accenſenda, non mihi. Differt autem a prodigio ſignum, quod

Prodigium, & ſignum differunt.

ſignum dici in rebus naturalibus ſolet, cum nouum aliquid & inſolitum editur, ut illud quod Petri ſocrus febricitans ſtatim conualuit. Cum enim febris curatur, naturæ officium eſt. Quod autem mox poſt tactum febris abſceſſerit, nouitatem præfert. Prodigium vero in his haud dubie conſtat, quæ præter naturam vident̃. Videlicet, cum biceps aliquis oritur, vel cum is viſum recuperat, qui cæcus ſit natus. Et quoniam ſigna huiuſmodi & prodigia dæmonum opera quadam plerunq; edunt̃, in Spiritus Dei virtute adiunxit. Vnde quanta ſit eius prætendit̃ dignitas, cuius tantum valeat Spiritus, ut iſtiuſmodi admiratione digniſſima factitet.

ITA VT ab Hieruſalem uſq; ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti.) Perinde ac ſi inquiat, uiſne dictorũ meorum ſpectare iudicium? Reſpice diſcipulo-

Illyrici confiniũ Bulgariæ.

rum meorũ multitudinem. Ab Hieroſolymis quippe ad mare uſq; Illyricum, quod eius eſt regionis confinium, quæ nunc Bulgaria dicitur, non prædicaui, inquit, ſed compleui Euangelium. Vt arguat ſe non inanem habuiſſe ſermonẽ, ſed utilem plurimis & perfectum. Et ne forte exiſtimes cum ab Hieruſalem dicit ad Illyricum uſq; recta illum fuiſſe profectũ, & in circuitu addidit, hoc eſt eas oras, quæ in ſeptentrionali ſunt plaga, & ad meridiem vergunt verbo tranſegi & peragraui.

SIC AVTEM hoc prædicaui Euangeliũ, non ubi nomĩatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentũ ædificarem.) Non ſolum tot innumeris gentibus Euangelium prædicando, quod viſum eſt perſuaſi, ſed me etiam ad homines contuli apud quos fuerat Chriſti nomen inauditum. Adeo ipſe ab eo abſum, ut me alienis diſcipulis ingeram, vel gloriæ gratia, id agam. Itaq; neq; ideo ad uos literas dedi, quaſi a vobis cupiam laudem vendicare, ſed ut miniſteriũ meum abſoluam. Alienum autẽ fundamentũ Apoſtolorum inſtructionem dicit. Neq; eo quod illi eſſent ab inuicem alieni, vel contraria prædicarent, id dixit, ſed mercedis ipſius rõne. Siquidem aliorũ Apoſtolorũ merita pro ſuſceptis in Chriſti Fide vulgãda laboribus, aliena a Paulo videbant̃, quia nihil ſibi afferrent mercedis, cum alijs ex Euangelio venirent.

SED SICVT ſcriptũ eſt, Quibus non eſt annunciatũ de eo videbunt. Et qui non

audierunt de eo, intelligent.) Prophetiam hoc loco oſtendit adimpletam. Plurimū autem inſudat & laborem inſumit ingentem, qui indociles admodum & rudes eligit inſtruendos, cui rei Paulus erat intentus.

PROPTER quod & impediebar plurimū, uenire ad uos.) Vel idipſum Epiſtolæ initio dixit, impeditus ſum uſq; adhuc. Nunc uero impedimenti exponit cauſam uidelicet quia Euangeliū prædicando circuncurſaret. Vnde ob id, inquit, equidem plurimū impediebar, hoc eſt, perſæpe cupidus uos adeūdi, iter aggrediens interpellatus ſum, & detentus.

NVNC VERO ulterius locum nō habens, in his regionibus, cupiditatem habens ueniendi ad uos, ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hiſpaniā proficiſci cœpero, ſpero quod præteriens uidebo uos, & a uobis deducar illuc, ſi uobis prius ex parte fruitus fuero.) Impediebatur, inquit, meus ad uos aduentus, quia inerat animus his in regionbus prædicandi. Nunc uero cum nullum mihi, his ipſis in locis negotiū ſupereſt, ideo ad uos & ſcribo, & facio de mea profectione futura propediem certiores. Deinde ne forte illi obijcerent, cū nil habeas ultra ibi negotij, ad nos quos parui exiſtimas quaſi ex otio abundanti, non neceſſitate conferre te cupis, ſic infert Habeo equidem ad uos iam pridem ueniendi cupidinem, eamq; iam tandem explere contendo. Vtq; rurſum gloriæ ducant a Paulo ſe tantopere concupiſci, tanq̄ cæteris præſtantiores, & illud intulit. Cum autem in Hiſpaniam ipſe cōceſſero ad uos proficiſcar, & ne illud etiam Romani obiectent. Perinde ac ſi ſuperuacaneum hoc tuum ad nos iter nunc Paule paras, cum alio ſis cōceſſurus, adiecit. Et a uobis eo traduci, hoc eſt, uoſmet inſpecta quæ me urget neceſſitate, ut uel Hiſpanos cōueniam, priores eſtis ad illos me dimiſſuri. Non itaq; quia ueſtri parua quædam apud me ratio conſtet, ſum uos ipſe præteriturus, ſed quia ſic cogor ut faciam, cumq; uel id afferre Romanis moleſtiam uideretur, maiorem illos in modum ſolatur, cum inquit, ſi prius & uobis ex parte fruar. Vnde & ſummam ſuam erga Romanos aperit beneuolentiam, ex parte autem dixit, quaſi id inquiat. Nullū poſſet unq̄ tempus uel animū meum explere, uel ueſtræ mihi conuerſationis afferre ſatietatem. Pergratū itaq; fuerit ſi uobis quiuero, uel in partem aliquam frui.

Pauli beneuolentia in Romanos.

NVNC IGITUR proficiſcar Hieruſalem miniſtrare ſanctis, probauerūt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem.) Pollicitus fuerat ſuperius ſe ad Romanos prætereundo iturum, ſed cum eſſet ſuam profectionem aliquanto remoraturus, ne illos uideatur eludere, & moræ cauſam explicat. Sum equidem (inquiens) Hieroſolymam conceſſurus, ut ſanctis illis miniſtrum me præbeam. Quod eo intulit, ut intelligamus quanta ſit & quā præclara huius myſterij uirtus. Et Romanos hortatur ad eleemoſynam errogandā quandoquidem probatum eſt ait, hoc eſt, rectum eſt id Macedonibus & Achais uiſum. Nec minus & hos incitat, illos ut imitentur. Vbiq; autem Paulus eleemoſynā communicationem appellat, utpote quæ in communem cedat utilitatem, tam præbentis uidelicet, quam accipientis. Cum uero aliquā dicit, eleemoſynæ tenuitatem expreſſit, ne uideatur Romanis auaritiam exprobrare, & parcitatem, pauperes aūt ſanctorum, id eſt, fidelium, qui duplici ſunt ratione miſericordia complectendi, & quia pauperes, & quia uirtute ſunt prædit.

Eleemoſyna cur à pauco dicatur communicatio.

PLACVIT enim eis & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis.) Nihil inquit mirum eſt ſi uiſum ſanctis neceſſaria miniſtraſſe. Quippe qui his plurimum debeant. Quo pacto id inquis? Quid ni, cum ex Iudæis, quibus aſſero hos eſſe obnoxios oriundus ſit Chriſtus, & bonorum gratia in mundum conceſſerit. Ab hiſque & Apoſtolos & Prophetas & bona reliqua fluxiſſe conſtat, quorum omnium particeps factus eſt terrarum orbis. Vnde & merito debent gentiles iſtiuſmodi uiris, bona ſaltem carnalia ſuppeditare. Nec cōmunicare hos dixit, ſed miniſtrare, quippe quos,

ut miniſtros conſtituit. Nec in carnalibus ſuis dixit, cum ſpiritalia Iudæis adiudicaſſet. Quandoquidem non ultra eſſent carnalia illa, hoc eſt, bona externa in gentium poteſtate, quæ fidem iam excepiſſent, ſed fidelibus cunctis communia.

HOC IGITVR cum conſumauero & aſſignauero eis fructum hunc.) Hoc eſt, in regium ærarium condam, tanq̃ in Aſylum aliquod & locum tutiſſimũ. Quæ enĩ ſic reconduntur dici poſſunt & obſignata. Fructum autem eo dixi, ut arguat eum maxime lucrifacere, qui aliquid egentibus impertitur.

PROFICISCAR per uos in Hiſpaniã.) Rurſus Hiſpaniæ meminit, oſtendens neceſſarium ſibi illuc fore iter ſuſcipiendum. Nec tamen interea urbem prætereundam quaſi eos parui æſtimaret.

SCIO AVtem quoniã ueniens ad uos in abũdantia benedictionis Chriſti ueniã.) Hoc eſt, cõſpecturus ſum uos in oĩbus bonis quæ ſecundũ Euangelium ſunt profeciſſe. Abundantiã autem benedictionis, Euãgelij bona uniuerſa appellat, quæ benedictione ſunt digna, id eſt laude, quã per Euangeliũ promeremur. Poteris etiã pro benedictione eleemoſynã intelligere, perinde ac ſi dicat. Inuenturus ſum uos cũ in eleemoſynis errogãdis, tũ in præſtita in oẽs humanitate ad perfectionis apicem euaſiſſe. Hæc aũt dicit, ut eos anticipet blandiendo, ut laudũ cupidine capti, tales præſtare ſe ſtudeant, ut digni poſſint haberi quos & efferant oẽs & laudibus proſequanẽ.

Paulus tribuit Romanis quædam, ut illi eadem aſſequi niterentur.

OBSECRO igitur uos fratres per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, & per charitatem SPIRITVS ſancti.) Haud quaq̃ fide ſe dignum exiſtimat, ſed mediatores in præſenti facit. Chriſtum inducit & SPIRITVM ſanctum. Patris uero ideo mentionem non facit, ut intelligas nec FILIVM, nec SPIRITVM ſanctum excludi cum patris tantum meminerit. SPIRITVS aũt intulit charitatem, quemadmodũ enim (inquit) PATER & FILIVS dilexit mundum, ſic & SPIRITVS.

VT ADIVVEtis me in orationibus ueſtris ad Deum.) Ingentis ſane humilitatis indicium, cum ſe uel horum precibus aſſerit indigere.

VT LIBERER ab infidelibus qui ſunt in Iudæa.) Non enim dixit ut hos impugnem & ſuperem, ſed ut liberer, legem executus Diuinam, iubentem orandum eſſe ne in tentationem protinus inducamur. Simul etiam patefacit adminiſtrandum his eſſe qui in medio tot infidelium diuerſentur, a quibus & ſe liberari precatur, ueretur q́ ne famæ illi in poſterum deperirent.

ET OBSEQVII mei oblatio accepta fiat in Hieroſolyma ſanctis.) Hoc eſt, ut animo libenti oblata excipiant. Vnde & illud comprehendi poteſt, haud ſatis eſſe eleemoſynã impertiri, niſi & ultro hanc cõtulerim, ſit q́ illa ex rebus bene partis oblata, non ad iactantiam & gloriam cõtributa. Sic enim omnis ex ea deperit fructus.

VT VENIAM ad uos in gaudio per uoluntatẽ Dei.) Ideo inq̃t ab his eximi p̄cor ut q̃primũ & cum animi uoluptate uos uiſam, ſi modo id fieri Dei uoluntate liceat.

ET REFRIGErer, uobiſcum.) Non ut uos inſtruam dixit aut cõmonefaciam ſed ut refrigerer. Hoc eſt, & uos in me eſtis ob doctrinam habituri quietem, & ipſe in uobis ob auctam fidem. Arguit præterea ſeſe & illos iamdiu certantes & laboribus multis affectos, quiete iam & otio indigere.

DEVS AVTEM pacis ſit cum omnibus uobis Amen.) Conſueuit ubiq́ Paulus auditoribus bene precari, ubi illos inſtruxit.

CAP. XVI.

COMMENDO AVTEM VOBIS PHOEBEM ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ quæ eſt Cenchris.) Hanc enim illis, cum eſſet epiſtolam delatura, cõmendat, Magnificat etiam cum ſororem appellat, quod plurimũ ad authoritatem facit, nec minus, & cum Eccleſiæ miniſtram dicit.

VT EAM ſuſcipiatis in dñо digne ſanctis.) Hoc eſt, ob domini gratiã hanc honorate. Qui enim ob dñm aliquem excipit uel minimũ quenq́ magnopere honore proſequitur, præſertim ſi ſanctior ſit qui ſuſcipitur, longe magis eſt honorandus. Propterea digne ſanctis adiecit, uidelicet quemadmodum excipiendi ſunt ſancti.

ET ASSI-

ET ASSISTATIS ei in quocũq; negotio ueſtri indiguerit.) Hoc eſt, pro uiribus illi opitulamini & manus porrigite.

ET ENIM ipſa quoq; aſſiſtit multis & mihi.) Huius primo laudes explicauit, mox ut ſuſcipiatur orat. Poſtremo & laudes repetit, undequaq; hos cogens ut in honore hanc habeant, cuius ſit Eccleſia miniſterio uſa, & pleriſq; tulerit opem, & mihi ipſi orbis terrarum preconi & tanta perpeſſo.

SALUTATE Priſcam & Aquillam adiutores meos in CHRISTO IESV.) Fuere hi quidem mihi adiumento in ſermone & doctrina, laborum inſuper & periculorũ participes. Nonnulli uero eo adiutores hos dicunt, quia tentoria texerent, quorum ex opificio, & ipſi cum Paulo uictitarent.

Paulus ex opificio uictitabat nam texebat tentoria.

QVI PRO anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt.) Perfecti quidẽ & hi martyres extitere. Quippe quibus Neronis tempore magnũ oĩbus impenderet diſcrimẽ.

QVIBVS nõ ſolus ego grãs ago, ſed cũctæ eccleſię gentiũ.) Hoc loco iſtorũ in ſe hoſpitalitatẽ ꝓtendit. Et ne ad gratiã hęc falſo uideatr̃ dixiſſe, et alios teſtes ꝓducit.

ET DOMESticam eorũ Eccleſiam.) Tanta erant hi probitate imbuti, ut ſuam domũ & familiam omnem fideles reddiderint. Horum itaq; domũ Eccleſiam dixit, nec ſolum quia Chriſti fidem exceperant, ſed quia hoſpitio credentes admitterent. Eorũ præterea domus duci pro Eccleſia debet, in qua Dei timor inſit & uirtus. Audiant hęc qui nuptijs copulanr̃, & intelligant eas nõ eſſe ad uirtutem impedimento.

Nuptiæ impedimento uirtuti non ſunt.

SALVTATE Epenetũ dilectum meum, qui eſt primitiuus Achaiæ in Chriſto.) Per magnũ eſt ſane, a Paulo quempiam coli & obſeruari. Qui non ad gratiã nouit, ſed uero iuditio ſuam impertiri beneuolentiam. Primitiuũ uero ideo dixit, uel quia maiorem quã reliqui omnes præ ſe tulerit pietatem, eoq; & in Chriſto adiecit. Hoc eſt, non ſe pro huius ſeculi bonis, ſed pro his quæ ſunt Chriſti priorem obtulit.

SALVTATE Mariam quæ multum laborauit in nobis.) Ex ſuſceptis pro ueritate laboribus, mulierem exornat. Non ſolum (inquiens) ſui ipſius gratia uigilijs & humi cubationibus inſudauit, ſed in nobis Apoſtolorum officio functa laborem inſumpſit. Quæret aliquis, cur Paulus fœminã hoc loco produxerit uiros erudientem ad fidem, cũ nullam huiuſcemodi permittat mulieribus facultatem? Haud quaq̃ doctrinæ Apoſtolus interdicit ſermonem. Sed ne in conſeſſu præſideat mulier uel ſuggeſtum conſcendat, alios inſtructura, prohibuit. Sed priuatam ubiq; inſtructionem maxime probat, ſic enim & uxor uirũ inſtituit, & Priſca Apollo edocuit. Nec illam ait multum alios inſtruxiſſe, ſed laboraſſe plurimũ, ut arguat illam uel in erogandis priuatis pecunijs, & modis alijs fuiſſe hoc miniſterio uſam.

Fœmina Apoſtolico fungẽs officio.

Paulus priuatã fœminæ inſtructionẽ permittit, nõ publicã.

SALVTATE Andronicũ & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto.) Non tantum laudis affert cum Paulo iuncta neceſſitudo & propinquitas ſanguinis, quantũ ſubita cum Paulo ſeruitus. Longe enim grauiora tolerabant fideles, quã ſolent captiui qui compedibus uinciuntur. Magni eſt ſane faciendũ, Apoſtoli nomen fuiſſe ſortitam, & Iuniam. Præſertim quæ mulier eſſet, quod præterea maioris æſtimandũ, & nobiles inter Apoſtolos dicier inſignes. Sunt enĩ hi ex rebus geſtis & optimis actionibus adepti nobilitatem. Nec Paulũ pudet hos profiteri in Chriſti fide ſuſcipienda ſe præueniſſe. Quin potius & laudibus effert, quod ad id boni anticipandum proſilijſſent.

SALVTATE Ampliam dilectiſſimũ mihi in domino.) Si ab Imperatore obſeruari & coli, maximi fit, quanto magis ab Apoſtolo qui uirtutis gratia & Dei reſpectu homines charitate complectitur.

SALVTATE Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto.) Id quidem ſuperiorem illam excedit laudem. Quinimmo ab hoc illa originem ſumit. Eſt enĩ haud dubie ille dilectus, qui ſit in tali opere adiutor & ſocius.

ET STAchium dilectum meum.) Hunc pari dignatur laude.

SALVTATE Apellem probum in CHRISTO.) Hoc eſt, qui nec criminis poteſt

coargui,

coargui, nec ulla affectus eſt nota. Nõnulli dicũt probũ hunc appellaſſe Apl̃m, quia alter quidã tunc erat Apelles idẽ nomen ſortitus, moribus deprauatus & improbus

SALVTATE eos qui ſunt in Ariſtoboli domo.) Hos nominatim non explicat quia forte erant eorum quos ſupra meminit ſimiles.

SALVTATE Herodionem cognatum meum. Salutate & eos qui ſunt in Narciſſi domo, qui ſunt in domino.) Id eſt fideles.

SALVTATE Tryphenã & Tryphoſam qui laborãt in dño.) De Maria quidem dixit q̃d laboris plurimũ inſumpſiſſet. De his uero, quod adhuc labori incumbant q̃d utiq; his ſummã in laudẽ cedit, cõtinenter aliquid factitare & inſudare negotio.

SALVTATE Perſidem mihi chariſſimam, quæ multum laborauit in domino.) Hæc quidem eo habetur præſtantior, quo a Paulo ſit charitate complexa, & operæ ſimul pro domino impenderit plurimũ. Hoc modo ſingulos pro dignitate appellat & reddit ad opus Diuinum promptiores, & alios ut imitentur inſtigat.

SALVTATE Ruffum dilectum in domino, & matrem eius ac meam.) Duplex id bonum, quod filius & mater irrepræhenſibiles ſint. Nec temere ſuam & matrem hanc intuliſſet, niſi per magnam ineſſe mulieri illi uirtutem percalluiſſet.

SALVTATE Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, & Hermen, & qui cum eis ſunt fratres.) Haud quaq̃ attendas quod nullã his adiecerit laudem. Sed illud aduerte, quod cum cæteris eſſent inferiores, dignatus eſt tamen hos ſua ſalute. Quin potius uel hanc in eos contulit laudem quod fratres appellet.

Olympia.

SALVTATE Philogum & Iuliã Nereum ſororem eius & Olympiam & reliquos qui cum eius ſunt, ſanctos.) Ingens ſane uel horũ eſt laus quod ſanctos nuncupat.

Aliás nominã. Oſculum ſanctum.

SALVTATE inuicem in oſculo ſancto.) Ne altercatio oriatur quod uaria ✶ quaciam perſæ appellatione ſint nuncupati & impari prorſus laudum genere affecti, hos demũ ex oſculo ſancto permiſcet & pares facit, ne maior inferiorem cõtemnat, uel inferior maiori inuideat, oſculo hoc ſancto mitigante omnia & coæquantẽ.

SALVTANT uos Eccleſię Chriſti.) Nec ſolũ hos pares & unanies reddit, quin etiam & ab eccleſiarum unitate ſalutem tranſmittit. Nam eccleſiarum hoc nomine fideles omnes complectitur. Nil hũc illumue exprimens ✶ Tam multis igitur perſonis, quod in alijs nuſq̃ ſeruauit, hac in epiſtola ſalutem his impertitur. Quia nondũ urbem ad Romanos conſpexerat, & pleriq; quos antea cognouiſſet, Romã confugerant. Eoq; haud iniuria ſigillatim illos cõmemorans. Romanis commendat.

ROGO AVtem uos fratres ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinã quã uos didiciſtis, faciunt.) Rurſum eos cõmonefacit; non cõſulendo, ſed obſecrando, & cũ honore nõ mediocri fratres appellat. Et tentantiũ ſe, ut patefaciat dolos, obſeruate inquit, hoc eſt diligenter illos cauete. Pręcedunt aũt diſſenſiones, quas mox & ſcandala ſubſequunt̃. Quandiu enim unitũ eſt eccleſiæ corpus nullũ habent aditũ ſcandala, hoc eſt hæreſes. Præter doctrinã quã uos dediciſtis (inquit) nõ quã ipſi docuimus, anticipãs eos & arguens excepiſſe iam ſe eius doctrinã & crediſſe, & p̃manendũ in his eſſe q̃ accepiſſent. Diſſenſiões uero & ſcãdala, hoc eſt hæreſes ab his induci, qui p̃ter Apoſtolorũ doctrinã & dogma aliquid afferant.

In Eccleſiam concordem nõ ſubire ſcãdala.

ET DECLInate ab illis, huiuſmodi eñi Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo uentri.) Defugite hos inquit, qui ſi uel neſcij uel errore ducti delinquerent, reduci aliquando poſſent in uiam & corrigi. Sed quoniã ſcienter in id facinus prolabuntur, uitandi ſunt maxime, Iudæos uero hos eſſe indicat, quos acerrime ſolet guloſitatis inſimulare. Iſtiuſmodi enim Iudæorũ uniuerſum eſt genus. Ex hac igitur uentris ingluuie & uitiorum ſeruitute omnes eruperunt hæreſes. Aduerte autem eum qui ſit uentri & gulæ addictus, Chriſto ſeruire non poſſe.

Ventri addictus Deo ſeruire non poteſt.

ET DVLCES ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.) Inſidiantur (inquit) & blandiuntur. Id enim uerba ſuauia præferunt & benedicta. Siquidẽ uerba beneuolentiã exprimunt, mens uero dolis eſt plena. Nec ſane uos inquit

ſeducunt

ſeducunt & fallunt, ſed innocentium, id eſt, ſimplicium corda.

VESTRA AVTEM obedientia in omnē locum diuulgata eſt. Gaudeo igitur in uobis.) Incautos profecto alios & imprudentes, nō uos ineſcant & alliciunt. Quandoquidē ueſtra obedientia, quæ a ſumma manſuetudine oriť, ad oēs peruaſit. Quo fit, ut nō ſolum ipſe teſtificari hanc poſſim uobis ineſſe, ſed orbis terrarꝫ uniuerſus.

GAVDEO igitur in uobis.) Hoc eſt ueſtri gratia, quia decepti nō eſtis, afficior iucunditate.

SED VOLO uos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.) Arguit ex his circunuentos fuiſſe nōnullos, per ſimile id ſane dictū, quod dñs ait. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Vult aūt hos & ſapientes in bono & prudentes fieri, hoc eſt, in propriā tam ſalutem quā commodum. Simplices uero in malo, id eſt, ad mala alijs irroganda nil docti. Simplex enī & integer uita, nocet nemini.

DEVS AVTEM pacis conteret Sathan ſub pedibus ueſtris uelociter.) Cū eſſent inter illorū nōnullos iā ortæ diſſenſiones, pacis inuocat largitorē, ut ſedet hæreſes tollatqꝫ. Neqꝫ ſubdat intulit, ſed q̄d acrius eſt, conterat dixit. Nec eos modo qui diſſidia moliunť, ſed horum etiā præfectū & ducem cōmoliat. Hos autem a tempore conſolatur, cū uelociter & breui futurū id intulit. Conterat uero & optantis eſt & p̄dicentis futura. Futurū ſiquidem eſt, ut Sathanas ille tradať in tenebras & deligeť.

Sathanas in tenebras tradendus.

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI uobiſcum.) Gratiam eis cōmemorat, ut uel ex his quæ iam per gratiam acceperunt, promptiores reddantur. Vel ex futuris bonis ad fidem. Si enim uos deus, & ſi olim hoſtes & ſibi infenſos ſaluauit, lōge nunc magis perditurus eſt Sathanam, qui mala iſta interſerit,

SALVTAT uos Timotheus adiutor meus.) Hic enī Apoſtolū in Euangelio ſubleuabat. Mangnæ ſane id laudis, ut eadē faceret Timotheus, q̄ & Paulus factitaret.

ET LVCIVS & Iaſon & Soſipater cognati mei.) Iaſon iſte in act. Apoſtolorꝫ plurimū uendicat laudis, utpote qui uiriliter pericula pro Chriſto ſubiret. Cognati autem & propinqui dicuntur, non modo qui carnis neceſſitudine, ſed qui fide & religione nobis ſunt iuncti. Ni enim tales ſe præſtitiſſent, ut arctiſſimo uinculo fratribus iungerentur, nullam horum feciſſet Paulus mentionem.

SALVTO EGO uos Tertius qui Epiſtolā ſcripſi.) Id autem non ſuæ laudis gratia ſcribit, ſed ut uehementiorem uendicet a Romanis in ſe beneuolentiam, utpote qui in his literis conſcribendis operam his præſtitiſſet.

Tertius ſiue ut alii, Terentius hanc Epiſtolā ſcripſit Paulo dictante.

SALVTAT uos Gaius hoſpes meus, & uniuerſæ Eccleſiæ.) Hoc eſt, qui me hoſpitio excipit, & quod maioris eſt gloriæ, & uniuerſam Eccleſiā domi recipiebat, quoſcunqꝫ ſcilicet ſe adeuntes fideles. Neqꝫ enim temere apud hunc Paulus diuertiſſet, niſi dignum ſe hoſpitem comperiſſet.

SALVTAT uos Eraſtus archarius ciuitatis & Quartus frater.) Hoc eſt, ciuitatis præfectus & moderator. Vnde datur intelligi, neqꝫ opes, nec dignitates & Magiſtratus, cuiqꝫ eſſe uel ad fidem, uel ad recte uiuendum impedimento.

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI ſit cum omnibus uobis Amen.) Epiſtolam uel inde exorſus eſt, inquiēs, gratia uobis & pax &c. cuius & in calce & gratiam ſubdidit, eandemqꝫ illis adeſſe precatur & optat, tunc enim noſtra arguitur uera & certior diſciplina, cum non ſolum uerbis, uerum & precibus ſumus diſcipulis profuturi. Propterea & illud dicebat, nōs aūt orationi & diſpenſationi ſermonis inſiſtamus, hæc nos tutabuntur, qui nihil ex operibus noſtris ſperamus poſſe ſalutis locū aliquem inuenire, ſed quicquid eſt ſpei, Diuinæ gratiæ & clementiæ accenſemus, q̄bus et dæmonū laqueis ſuperiores euaſimus, qui ſunt ſub pedibus noſtris cōtriti in CHRISTO IESV, hoc eſt Chriſti potentia, cui eſt gloria in ſecula. Amen.

Miſſa eſt præcedens Epiſtola per Phœben miniſtram Cechreenſis Eccleſiæ.

ARGVMEN.

Corinthii qui.

CORINTHII ſunt Achaici. Et hi ſimiliter ab Apoſtolo audierunt uerbũ ueritatis, & ſubuerſi ſunt multiuariæ a falſis Apoſtolis. Quidam a Philoſophiæ uerboſa eloquentia, alij ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad uerã fidem, & Euangelicã ſapientiã, ſcribens eis ab Epheſo per Timotheũ diſcipulũ ſuum.

IN PRIMAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM ATHANASII, SIVE COMPLVRIVM SENTENTIA VVLGARII, PROLOGVS.

Corinthii.

CORinthus cum plurimũ & opibus polleret & ſapientia, in Chriſtũ credidit. A quo poſt fidem ſuſceptam ne deſciſceret, magno in diſcrimine uerſabatur. Siquidem cum ditiores pleriq; ſeorſum conuenticula & conſociationes inirent, coirentq; & ſapientes in unũ multi, preceptoribus ſibi ad eam rem conſtitutis, Paulo paupertatem & inſcitiã obiectabant. Accedit præterea, quod inter hos quiſpiam nouercæ admiſcebatur, & Idolothytis Gulæ uitio ueſcerentur nõnulli, & de pecunijs repetundis cũ oriretur cõtentio, iudices gentiles adirent, comas inſuper nutrirent uiri. Et cũ in Eccleſijs ſæpe cõmeſſarent, nil cibi egentibus impertiebant. Pecunijs item & bonis externis plurimũ confidentes, cum inſoleſcerent maxime & efferrentur, reſurrectionis iam ratio apud eos claudicabat. Quibus omnibus ob exteriorem ſapientiam fallebantur, quæ profecto in ſe confidentibus mala omnia parit, & prauorum facinorũ mater eſt & origo. Scribit itaq; ad Corinthios Paulus, eorum ut uitia corrigat. Et quoniã in Eccleſia obortum diſſidium eo maius omnium uidebatur, quo ex ſuperbia erat & animi elatione profectum, huic primũ medetur Apoſtolus, & ſeditionem huiuſmodi, cum altiora quædam, Corinthij ſeſe inſtructuros profiterentur, euertit, & hunc in modum orditur.

CAP. I.

Chriſtus Apoſtolatus dignitatem ſibi non queſierat.

PAVLVS VOCATVS APOSTOLVS.) Perinde ac ſi inquiat, neq; hãc ipſe mihi dignitatem quæſiui, nec propria ulla ſapientia accepi, quippe qui olim cum eſſem Eccleſiæ Dei euerſor, ad Apoſtolatus ſum demum hoc munus obeundum accitus. Quo ergo pacto & ipſi alios ad fidem inſtituendi officium id inuaſiſtis?

IESV CHRISTI.) Chriſtus fuit Apoſtolorum inſtructor, cur uobis ipſis adſcribitis mortales quoſdam in præceptores.

PER VOLVNtatem Dei.) Haud ſane nos ille, ut dignos uocauit & ſaluos fecit ſed quia ſic ei placitũ eſt, egit ut libuit. Nunc uero placuit illi, ut ipſe uos edocerem, cur alium præter me uultis Magiſtrum. Num Deo ut obſiſtendũ ducatis, id agitis?

SOSTHENES frater.) Præ modeſtia Soſthenem ſibi adiungit in comitẽ. Quod quidem Corinthiorum ut tollat inſolentiam, facit, qui cæteros aſpernarentur.

Eccleſia quid.

ECCLESIAE Dei quæ eſt Corinthi.) Non huius illiuſue dixit Eccleſiam, ſed Dei. Quid ergo homines ipſi habetis qui uos tutentur? Quod ſi eſtis Eccleſiæ nomen ſortiti, neceſſariũ eſt ut iuncti & unanimes ſitis, quandoquidem Eccleſia unitas quædam & conuentio interpretatur.

SANCTIFICATIS in CHRISTO IESV.) Neq; enim in quouis hominũ, ſed in CHRISTO IESV hanc eſtis ſanctimoniam conſecuti. Et Baptiſmi gratia, non humanæ ſapientiæ aut diuitiarum, quibus elati inſoleſcitis.

VOCATIS ſanctis.) Quin & hoc ipſum credere haud quaq; noſtri eſt iuris, ſed Dei potentiæ & uoluntatis, a quo eſtis hoc pacto uocati, ut obſequendo experientis

tis ſimul

tis ſimul & Fidem. Fit itaqꝫ, ut a Deo Fides hæc ſumat initium. Nam ſi vos ille non conuocaſſet, nequaquam paruiſſetis.

CVM OMNIbus qui inuocant nomẽ domini noſtri IESV CHRISTI.) Nec vobis ſolis pax ſit huiuſmodi, ſed uniuerſis Chriſti inuocantibus nomen.

IN OMNI loco noſtro & ipſorum.) Omnium videlicet, quotquot ubiqꝫ fidelium ſunt, meminit. Vt arguat fideles omnes unam eſſe Eccleſiam. Vnde ſic eos videtur obiurgare, cur ipſi unius ciuitatis incolæ inter vos diſſidetis. Nonnulli vero noſtro & ipſorum loco ita intelligunt, id eſt, in quo & nos ſumus & illi.

Fideles omnes unam faciunt Eccleſiam.

GRATIA vobis & pax a Deo patre noſtro & in domino IESV CHRISTO.) A Deo ea vobis ſit gratia, quam olim ipſi cum inimici eſſemus, iam conſecuti pace nunc utimur, eandem & vobis ut præſto ſit comprecamur. Nec ultra a pace eiuſmodi excidatis optamus, qui factionibus nunc & quibuſdam inter vos ſimultatibus diſſideris. Nunc vero, cur vos hominibus addixiſtis, illorumqꝫ & gratiam inire ſtudetis, & placere illis ut præceptoribus omni ſtudio connitimini?

GRATIAS ago.) Hoc loco nos ad gratitudinem quandam erudit. Cunqꝫ idipſum per omnem Epiſtolam agat, nunc tamen oportunius longe quam alibi gratitudinem recordatur. Gratitudo enim gratiam ſequitur, gratia vero nec debitum præfert, nec beneficij arguit viciſſitudinem.

DEO meo.) Ex ſummo quodam animi affectu, cõem oĩm Deum ſuũ hic facit.

SEMPER pro vobis in gratia Dei.) Ex his utiqꝫ & Corinthios inſtruit, ut & ipſi aſſiduas Deo gratias agant, & nihil proprijs vel actionibus confidant, vel ullis virtutibus, ſed in Dei gratia ſit illorum ſpes omnis.

QVAE DATA eſt mihi in vobis in CHRISTO IESV. Hoc eſt, per Chriſtum duntaxat, nec per alium quempiam mihi conceſſa. Quid ergo homines ipſi attenditis, cum ſit in Deo & ſolo ſperandum?

QVIA IN oĩbus diuites facti eſtis in illo.) In illo, id eſt per ipm̃, cũ conſtet vel opes ipſas, & ſi pro diuitijs habendæ non ſint, per unigenitũ tamen donari. Cur ipſi omniũ ingratiſſimi hoĩes vobis ſine ullo delectu in præceptores adſciſcitis.

IN OMNI verbo & in omni ſcientia.) Eſt nanqꝫ & ſine ſcientia verbum, utpote cum quis nullo ſenſu ſuperuacanea narrat. Eſt præterea & ſine verbo ſcientia, videlicet cum altiora quiſpiam cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat, ſermone. Vos vero inquit & ſermonem habetis, & Dei ſcientiam, ita ut intelligendi & loquendi vobis inſit facultas.

Verbum ſine ſcientia, Scientia ſine uerbo.

SICVT teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis.) Sicut per uerbum uidelicet & ſcientiam, quibus utriſqꝫ cœleſtes diuitias comparaſtis, confirmatum eſt in uobis teſtimonium, hoc eſt Dei arcanum. Neqꝫ enim per exteriorem Sapientiam arcanorum Dei facti eſtis participes, ſed quibus dignati eſtis ſignis ac donis.

ITA VT nihil vobis deſit in ulla gratia.) Quæret aliquis, ſi perpetua erant illa dona adepti, cur eoſdem in orationis progreſſu carnales appellat? Reſponderi ad id poteſt. neqꝫ omnes ſpiritales fuiſſe, nec ſecundum carnem uixiſſe uniuerſos. Vnde impræſentiarum verba huiuſmodi ſpiritales habuiſſe Apoſtolum, ad carnales uero quæ paulo poſt ſubſequent̃. Vel forte, quia fieri poterat, ut in ipſis Fidei ſuſceptæ primordijs, cuncta eſſent hi dona adepti, & demum ut feruor ille refrixit, deſides facti, ſecundum carnem uitam tranſigerent.

EXPECTANtibus reuelatiõem dñi noſtri IESV CHRISTI.) Hoc loco territat eos cũ meminit ſecundi & futuri Chriſti aduentus, quaſi id inquiat. Si futurũ eſt, ut Chriſtus ipſe reueletur, & iudicaturus adueniat, quo pacto alios ipſi eſtis iam nacti qui vobis præſint & ducent? Oſtendit præterea & cũ his donis, alias depoſcendas eſſe virtutes. Si quidem illa nihil hmõi dona iuuabũt, niſi & uita accedat bene tranſacta. Cum autem reuelationem dicit, oſtendit uel hoc tempore Chriſtum nobis adeſſe, deliteſcere tamen interea, quia ſeſe in futuro iudicio ſit palam facturus.

Aduẽtus ſecundus Chriſti cur reuelatio dicitur.

QVI ET confirmabit uos uſq; ad finem ſine crimine in die aduentus domini noſtri IESV CHRISTI.) Cum confirmabit, inquit, oſtendit eos & nutabũdos eſſe & ab alijs circumuentos. Cum uero ſine crimine dicit, illos criminibus ſubeſſe demonſtrat, CHRISTI autem IESV eo frequentius hoc loco repetit, quam in cæteris Epiſtolis ſolet, ut Corinthios commonefaciat, per hunc ſe & ſalutem fuiſſe adeptos, & huius ex nomine, non alterius hominis, Chriſtianos ſe dici.

FIDELIS Deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatem filij eius IESV CHRISTI dñi nr̃i.) Hoc eſt, ueridicus eſt Deus. Itaq; ſi nihil ille mentit̃, & uos ad filij ſui uocauit ſocietatem, id eſt ut ſuo in regno cum Filio una & uos gloria donet, perſpicuum eſt Deum omnino quæ promiſit facturum. Eſtis em̃ ipſi uocati, non iniuſſi adiſtis, cur ergo inſoleſcitis? Nec ſecus ſuperbia efferimini, ac ſi ueſtra opera id effeceritis?

OBSECRO autẽ uos fratres per nomen dñi noſtri IESV CHRISTI.) Cum acerbiora ſit in hos verba facturus, præueniens per Chriſtum illos precat̃, ſic inquiens. Cum haud ſatis ipſe flectere uos valeam precibus, ad id peragendũ, Chriſti nomen obteſtor & inuoco, a quo & ipſi Chriſtianũ eſtis nomen ſortiti. Quo Chriſti nomie affecto per vos ignominia, ab hoĩbus ducere mauultis cognomen.

VT ID ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata.) Quid illud eſt, inquit, quod precor, ut omnes unum ſentiatis nil diſſidentes. Cum em̃ unum aliquid in plures ſcinditur partes, videtur quidem in fruſta multa & minutiora conciſum, alioqui quæ poteſt in multis & detruncatis ineſſe utilitas, quin & unum illud perdiderint quod integrum fuerat. Apertiſſime igitur illorum facta, ſchiſmata nuncupat, quo verbo quemadmodũ calamitoſe cum Corinthijs ageret̃, demonſtrat.

SITIS AVTem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.) Quoniam ſupra ut unum loquerentur omnes iniunxerat, ne exiſtimarent verbo tenus hanc animorum coniunctionem ſeruandam, & in eodem ſenſu adiecit. Hoc eſt, idem ut ſentiatis. Cumq; & multi in aliqua re una ſunt conuenturi, in alia minime, & perfecti ſitis adiunxit. Hoc eſt, omnibus in rebus, idem cunctis ſit animus. Multi præterea, & ſi idem videntur ſentire, animis tamen & mente diſſentiunt. Quod ſane tunc fit, cum Fidem unam omnes habemus, charitate tamen longe diſiungimur, quod plane expreſſit cum in eodem ſenſu diceret, & eadem ſcientia.

SIGNIFICATVM eſt mihi de vobis fratres ab his qui ſunt Cloes.) Ne illi quæ obijciunt̃ negarent, teſtes producit, eoſdemq; ne commentitus videat̃, ut quos ipſe fuiſſet cõmentus, nomie explicat, & qui Cloes ſunt inquit. Erat autem Cloes Corinthi domus & familia quædam ſic appellata. Nec deſinit fratres hos appellare, quorũ & ſi perſpicua eſſent illorum cõmiſſa, haud tamen eos fraterno nomie dedignat̃, nec illorum exprimit nomia, qui ſibi Corinthiorũ facta renunciaſſent, ſed domũ integram & familiam poſuit, ne teſtes productos infenſos Corinthijs redderet.

Fratres uocat Paulus Corinthios licet præuaricatos.

QVIA CONTENTIOnes ſunt inter vos.) Mitiore uſus verbo contentiones appellat, quæ ſibi ſunt de Corinthijs renũciata. Cum vero illos ultro obiurgat, diſſidia obijcit, quæ longe contentionibus vident̃ deteriora.

HOC AVTEM dico, quod unuſquiſq; veſtrũ dicit, ego q̃dem ſum, Pauli, ego aũt Apollo.) Id q̃dem non veſtrum aliqui dictitant, ſed oẽs. Nec hæc intulit Paulus, quia eiuſmodi verba iactarent Corinthij, ſed ipſe in hunc modũ ſermonem figurat ut arguat ſic, id dicere Pauli ſum, & Apollo ſum, noxium eſt & crimiņoſum. Longe magis officiet & crimini dabit̃, ſeſe alios homies delegiſſe quos ſectarent̃.

Factiones uitandæ, quales ſunt eorũ qui fratres uocantur.

EGO AVTEM Cephe.) Haud ſane ut ſe præferat poſtremo meminit Petri, ſed ut hunc ſibi potius anteponat. Quemadmodũ Chriſti deinceps nomẽ honoris gratia ſubdit. In rebus vero indignis & abiectioribus, ſe ipſum primo cõmemorat.

EGO AVTEM Chriſti.) Neq; em̃ ob id eos incuſat, q̃d Chriſti ſe aſſerãt ſectatores, ſed q̃a non oẽs itidẽ fateant̃. Vel potius ego ſum Chriſti intulit, volens id criminis augere & grauius reddere, argueretq; Chriſtum ipſum oblatũ eſſe in partẽ unam,

ut pariter

ut pariter omnes ſaluos faceret, ipſi vero in diuerſum ſe ſcinderent, proruerentq́.

Chriſtus non diuiſus.

DIVISVS eſt Chriſtus, num interciſus eſt Chriſtus? Num eius diuiſum eſt corpus?) Iraſcentis ſunt verba & indignabundi. Nonnulli autē diuiſus eſt Chriſtus in hunc ſenſum accipiunt, videlicet. Num ille mortalibus diuiſit Eccleſiam? Num partem unam ipſe accepit? alteram vobis contulit?

NVM PAVLVS crucifixus eſt pro vobis?) Confutat euertitque quod erat per hos abſurdius geſtum. Et proprium nomen producit in medium, ne videatur liuore ductus, aliorum nomina recordari. Nec ſane id dixit, num Paulus vobis creationis dedit originem, ſed quod longe præſtat & eius ineffabilem præfert humanitatem, crucem commemorat. Nec illud intulit, num Paulus pro vobis mortem excepit, ſed num crucifixus eſt dixit, ut quod turpe & ignominioſum viſum eſt mortis genus, oſtenderet Chriſtum, non ſe ſubijſſe.

AVT IN nomīe Pauli baptiçati eſtis?) Baptiçauit haud dubie plures Apoſtolus, ſed in Chriſti nomīe, non ſuo. Id aūt eo infert, quia vel illud diſſidij cauſam præbuit, cū vellent ſinguli ab his ſibi nomē deſumere, a qbus & Baptiſmū ſumpſiſſent. Haud em̄ id querit, quis ſit Baptiſmo ablutus, ſed cuius ſub nomine fuerit quiſpiam baptiçatus. Chriſtus em̄, non aūt qui baptiçat, dimittit Peccata. „

GRATIAS ago Deo, quia neminē baptiçaui, niſi Criſpum & Gaium.) Quid, inquit, Baptiſmi gratia inſoleſcitis, quandoqdem ip̄e ego magis gratias agam, quia id baptiçandi munus haud ſæpe obiuerim. Quod tamē non ideo īfert, ut improbet Baptiſmi virtutem, ſed illorū ut diluat inſolentiam, qui baptiçantiū nomina iactitarent, & gloriæ ducerent, quā baptiſmus ipſe, non Baptiſmi miniſter afferret.

NE QVIS DICAT, quia in meo nomīe baptiçaui.) Neq́ em̄ hæc ideo dixerim, quia ita ſe habeat res, ſed veritus ne eo uſq́ proueha͞t hæc peſtis, ut vel iactare id auderant multi. Nam ſi vel infimis viris baptiçantibus orta hæc cōtentio eſt, quo tandē id progreſſurū eſt malū, ſi ipſe qui ſum Euangelij præco, Baptiſmū adminiſtrarem? Propterea coercendi erunt nonnulli, ne mihi baptiçandi id imputent munus.

BAPTIZAVI & Stephani domum.) Erat vir hic ſane egregius & inſignis.

CAETRVM neſcio ſi quem aliū baptiçauerim.) A Deo inquit baptiſmi adminiſtratio haud magnæ mihi eſt curæ, ut non ſatis meminerim utrum aliūm quempiam præter hos Baptiſmo abluerim. Quo ergo pacto in hoc vos efferimini?

Euangelii prædicatio onus grauius eſt, quā Baptiſmi prouincia.

NON ENIM miſit me Chriſtus baptiçare, ſed euangeliçare.) Erat qdem Euangelij prædicatio vel ſola grauis admodū & operoſa, & ferreos anīos depoſcebat, nedum quiret Apoſtolus & Baptiſmo intendere. Nam homīs cuiuſpiam īmutare ſententiam, & ad veritatem traducere, vel a patrijs inſtitutis & legibus, qbus diutius inoleuit, diuertere, & præſertim non ſine ſummo diſſuadentis vitæ diſcrimine, magni quidem & excelſi animi erat. Paratū vero quempiam & volentem ad Baptiſmū excipere, cuiquam licet, qui ſacerdotio fungitur. Quæret aliquis, num neminem Baptiſmi lauacro tingebat Apoſtolus, qa minus eſſet ad id deſtinatus? Haud ſane fuerat ad id præcipue miſſus, non tamen obire id munus prohibeba͞t. Nam qui maioribus eſſet negotijs deputatus, vel minora exercere iam poterat. „

NON IN ſapientia verbi, ut non euacue͞t crux Chriſti.) Sublata illorū qui Baptiſmi miniſtros iactarent, ſuperbia, ad eos pertranſit, qui ſeſe ob exteriorem hanc & humanam ſapientiam magnificarent. Inquitq́, & miſit me dn̄s euangeliçare, non in ſapientia ſermonis, hoc eſt in orationis ornatu, ne crux īminuta patia͞t iacturam. Id em̄, ut non euacue͞t, cum inquit, prętendit, id eſt ne vacua & inutilis argua͞t. Nam ſi in eiuſmodi ſermonis ſapientia prædicaſſent Apoſtoli, iure forte obijcerent homines, perſuaſione potius illos & verborū lenocinio quodam, alios ad veritatis notionem pellicere, non eius, quem ipſi prædicant & profiteren͞t, virtute. Quod utiq́ in crucifixi euacuationem & damnū ceſſiſſet. Nunc vero cum doctrinæ mundanæ huius ignari, p̄dicent Chriſtū, procul dubio arguūt cuncta per eius qui cruci affixus

 eſt, poten-

Diuinitas Chriſti ſyllogiſmis probari non poteſt.

eſt, potentiã geri. Poteſt & aliter illud euacueẽ intelligi. Exempli grã. Rogabit Gentilis aliquis de diuinitate ipſa me quidpiam, quod ab hoĩe comprehendi non poſſit, ſi enitar illi quod poſtulat ſyllogiſmis nõnullis, & exterioris Sapientiæ huius rõnibus patefacere, haud dubie ſuccũbam deficiens. Nulla eñ poteſt diuinitas ipſa rõne probari, ita fiet ut imbecillitatem hanc meam Chriſti ipſius quẽ prædico accenſeant impotentiæ, unde & Crux ipſa euacuabiẽ, hoc eſt, inanis & vacua conuinceẽ.

VERBVM enim Crucis pereuntibus quidem ſtulticia eſt.) Cum eſſent Corinthi nonnulli qui Crucem illuderent, decens erat & neceſſarium, ut huiuſmodi illuſoribus, pro ſua Sapientia fideles obſiſterent, & Crucem hanc tutarentur. Indigneque & grauiter ferrent, illorum in crucem ludibria. Subdit itaq; nulla vos ob id ſubeat admiratio, perditis enim & minus credentibus, quæ a Deo ſunt ad ſalutem conceſſa, ſtulta videntur. Sermonem vero Crucis, prædicationem deſignat, qua Chriſti affixi patibulo nomen diuulgabatur.

NOBIS AVTEM qui ſalui facti ſumus, virtus Dei eſt.) Crux ipſa non modo Dei virtutem quin & Sapientiam indicat. Virtutem, quia mortem morte diſſoluit. Eſt nanq; immenſæ potentiæ & exuberantis virtutis, ut is qui ceciderat, referat palmam. Sapientiam vero, quia hac via perditos ſaluos effecit.

SCRIPTVM eſt enim. Perdam Sapientiam ſapientium, & prudentium prudentiam reprobabo.) Cum infideles Sapientes perditos diceret, confirmat id ſtatim ſcripturæ teſtimonio. Illam enim, inquit, tollam deperdamq; a ſapientibus Sapientiam, quam ipſi per exteriora hæc iactitant. Hoc eſt, inſipientem illam conuincam, & prudentiam prudentium demam, qui ſapere ſibi videntur.

Inquiſitores qui.

VBI SAPIENS, ubi ſcriba, ubi conqſitor huius ſæculi? Nonne ſtultã fecit Deus Sapientiã huius mũdi?) Cum explicaſſet quæ ſacris lrĩs continenẽ, perſpicua inſuper ex rebus ipſis hæc facit, & Gentiles qdem reprehendit, qa uſurpare id ſolent. Vbi eſt ſapiens, id eſt philoſophus. Philoſophiæ eñ ſtudebant plurimũ & ſapientis apud eos ſumma auctoritas erat. Iudęos vero coarguit cum dictitat, ubi nam ſcriba. Inquiſitores autem eos appellat, qui opinationibus quibuſdam & ĩueſtigationibus permittunt omnia. Horum nemo ſalutem attulit nobis præter piſcatores, qui erroribus nos exemerunt. Fatuam aũt reddidit, hoc eſt inertem & nullius momenti eſſe coarguit, mundi Sapientiam Deus. Vtpote quæ inuenire veritatem nequierit.

NAM QVIA in Dei Sapientia non cognouit mũdus per Sapientiã Deũ, placuit Deo per ſtulticiã prædicatõis ſaluos facere credẽtes.) Cauſam aperit qua ſit exterior hæc Sapientia ſtultior reddita. Nam cũ ex diuina Sapientia, quæ ex hac poteſt machina creatorũ comprehendi, cœlũ ipſum & terra, & oĩs hæc mũdi ſtructura ſuũ prædicant, & laudibus efferũt conditorem, Deũ tamen haud quaq; cognouit mundus. Hoc eſt, qui mũdana hęc ſapiũt, quippe qui prauis cupidinibus capiunẽ, & quodam dicendi lepore, qui huic ineſſe Sapientiæ videẽ quæ oculis cernitur, detinenẽ, quominus queant Deũ & veritatẽ ipſam pernoſcere. Placuit, aũt Deo per eorũ prædicationẽ qui & imperitiores eſſent, et ſtulti apud alios haberenẽ credentibus ſalutẽ largiri. Gentiles itaq;, & ſi Dei Sapientiã inſtructricẽ habeant, eam videlicet quæ in hac tanta rerũ molitione comprehendiẽ, Dei tamen nullam ſunt adepti cognitionẽ. Quia illi potius intẽderent Sapientiæ quæ verbis conſtaret inanibus, nec Dei eſſet.

QVONIAM Iudæi ſigna petunt, & Græci Sapientiam quærunt, nos aũt prædicamus IESVM crucifixum.) Nititur Paulus patefacere quemadmodũ ex contrarijs Deus contraria ſit operatus, inquitq;. Cum Iudæum ad Fidem exhortor, mox ille ut prædicatio certior deprehendatur, ſigna depoſcit. Nos vero Chriſtum affixum patibulo prædicamus, ✶ quod utiq; modo quo ad exteriorem haud ve faciem ſignorũ, nec potentatus, quia ignominioſum habeẽ, ullum præ ſe fert argumentum. Sed imbecillitatem potius patefacit & impotentiam. Alioqui idipſum patibulum, quod imbecillũ & contrarium noſciẽ, Iudæos ipſos quo ad ipſorũ petitionem,

ad Fidem

ad Fidem traducit & maximam præfert Dei virtutem. Rurſum & Græcia nobis Sapientiam quæritant. Sed his etiam Euangelium prædicamus, quod ad vulgi tamen opinionem, veſanum videtur Chriſtum prædicare, qui fuerit Cruci affixus. Nihilo minus vel ex prædicatione hmõi perſuadent̃ Gentiles & credunt. Nonne hoc ergo ſummæ eſt potentiæ argumentũ, Græcos homines ex rebus plane contrariјs & longe diuerſis, atq; ipſi perquirant, morigeros reddi, & Chriſto obtemperantes?

IVDAEIS quidem ſcandalũ, Gentibus aũt ſtulticiam.) Iudæis quidem ſcandalo eſt crucifixus. Offendũt nanq; cum dicũt, quo nam pacto qui cum publicanis & meretricibus ac prædonibus verſatus ſit, ac demum fuerit cruci affixus, eſſe poterit Deus? Græci vero myſteriũ hoc pro ſtulticia ducũt, & plane irrident. Quoniã Fide duntaxat, non rõnibus vel ſyllogiſmis, qbus ipſi nitunt̃, comprehendit̃, fuiſſe Deũ Cruci adiudicatũ. Nec præterea id ullo eſt orationis cultu ſignificatum.

IPSIS AVTem vocatis Iudæis atq; Græcis, Chriſtum Dei virtutem & Dei Sapientiam.) Incredulis qdem Iudæis ſcandalo Chriſtus eſt, & infidis Græcis pro ſtulticia ducit̃. Quoniam quæ maximũ in modum conquirunt utriq;, hoc eſt, Sapientiam, in Chriſto minus iueniunt. Nec ab utriſq;, Iudæis ſcilicet ac Græcis accitis, hoc eſt, dignis habitis qui vocarentur adeo comprehendit̃. Verum quid quæris Iudæe Signa? Ecce Chriſtus Dei eſt virtus, quæ ſignorũ eſt operatrix. Tu vero Græce qd inquis? Sapientiam depoſcis? Habes Chriſtum, qui Patris eſt Sapientia.

QVIA QVOD ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, et quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.) Crucem appellat inſipientem, utpote quæ inſipiens ſit viſa. Hæc tamen eſt hominibus ſapientior, ſiquidem philoſophos conſtat frigidis & inutilibus rebus vacaſſe. Crucem vero mundo peperiſſe ſalutem, & quod Dei eſt, eo videt̃ infirmius, quia ex impotentia quadam viſus ſit cruci eſſe affixus. Sed id longe eſt hominibus fortius. Nec ob id ſolum, quia quo magis annitentibus multis huius nomen extinguere, eo plurimum pollet & floret. Sed quia per hunc qui ſit viſus infirmior, fortis dæmon ille vinctus eſt & coercitus. *Crucem cur inſipientem Paulus uocauerit.*

VIDETE ENIM vocationem veſtram fratres, qa non multi ſapientes ſecundũ carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles.) Contẽplamini, inquit, & diligenter inqrite qui ſunt ad Fidem vocati. Comperietis ſane eorũ non multos eſſe ſecũdum carnẽ, hoc eſt in hac vita ſapiẽtes. Non eñ, nullus ſapiens, intulit, ſed nõ multi. Erãt eñ inter eos qui iam credidiſſent & ſapientes, ut Areopagita ille fuit, & Antiphatus qdam & alij qui haud quaq; in præſenti ex noĩe innoteſcunt. Quin etiã & potentes & ingenui crediderũt nõnulli, propterea & inter oẽs non multi ſubiungit. Aduerte ergo quanta ſit vis prædicandi, ut vel idiotas & literarũ ignaros tam ſapientiſſima edocuerit inſtituta, ut vel exterior hæc ſcientia prorſus arguat̃ inutilis. *Areopagita.*

SED QVAE ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, ut cõfundat ſapientes. Et infirma mundi elegit, ut cõfundat fortia.) Hoc maxĩe græcos confundit. Spectabunt eñ in foro opificem aliquẽ longe melius, quã ſeipſos philoſophari, imbecillũq; & abiectũ, vel eos qui in potentatu ſunt & opibus affluũt, humiles reddere & manſuetos.

ET IGNOBIlia mundi & contemptibilia elegit Deus, ut ea quæ ſunt deſtrueret.) Qui nullius vident̃ eſſe momenti, ea quæ non ſunt dicit. Quæ ſunt vero pro illis hic ponit qui alicuius eſſe auctoritatis apparẽt. Quos ut inertes argueret & plane nulli uſui eſſe, eos elegit, qui nihil ſunt. Haud quaq; tamen qa inquit elegit, eo abiectiſſimos quoſq; crediderítis prędicãdi negotiũ id accepiſſe. Preclaros vero & gloria inſignes fuiſſe ab eiuſmodi munere exequẽdo reiectos. Quin potius exiſtimes velim, vel hoſce qui honoribus & diuitijs pollent, ad ſuã Sapientiæ & opum præſumptam opinionem efferri plurimũ & inſoleſcere, eoq; nec Dei preconium ſuſcepiſſe, cum abiectiores & humiles longe magis Deo ſint viſi ad id munus accommodi.

VT NON glorietur omnis caro in conſpectu Dei.) Propterea inquit. Infirmos quoſq; elegit Deus, ut eorum frenet ſuperbiam, qui mundana hæc ſapiunt. Suade-

at præterea omnia fore per nos illi ad eius arbitrium committenda. Neq; ſe coram aliquid cuiquam iactitandum. Cur ergo & uos o Corinthij ſuper his præceptoribus adeo inſoleſcitis, qui exteriorum imbuti ſunt Sapientia?

EX IPSO autem vos eſtis in CHRISTO IESV.) Ex ipſo, inquit, vos eſtis. Neq; ideo quod nos ad eſſe aliquod ille traduxerit, ſed ad bene eſſe, perinde ac ſi inquiat. Filij Dei effecti eſtis, & ex ipſo conſtatis, facti in Chriſto Filij, hoc eſt per Chriſtũ. Et quoniam dixerat illum ignobilia elegiſſe, oſtendit cunctos nobilitate hos anteire, qui Deum in Patrem ſint abunde iam aſſecuti.

QVI FACTVS eſt Sapientia nobis a Deo & iuſticia, & ſanctificatio, & redemptio.) Id eſt ſapientes nos, & iuſtos & ſanctos, ac liberos fecit. Hæc enim præfert redemptio. Quippe quæ a ſeruiture Peccati nos reuocauit. Et quemadmodũ ignobiles eligens nobiles reddidit, cũ hos in Dei filios aſciuiſſet, ſic & ſtultos ſapientes effecit, ipſe nobis Sapientia factus. Verũ cur non potius dixit ſapiẽtes nos fecit, ſed factus eſt nobis Sapientia. Nempe ut muneris patefaceret largitatem, perinde ac ſi inquiat, ſeipſum nobis largitus eſt. At cũ magna quædam de Filio prædicaret, videlicet quod Sapientia & Iuſticia, & Sanctificatio, & Redemptio factus eſt nobis, a Deo adiecit. Ne ingenitũ hunc ſuſciperis, ſed ut ad cauſam ipſam hoc eſt ad Patrem refugias, a quo Filius genitus ſit. Aduerte quem in his ordinem ſeruet Apoſtolus. Nam hos primũ ab errore exemptos & ſapientes effecit, & ad Dei cognitionem inſtruxit. Deinceps Peccatorũ largitus eſt veniam, & per Spiritum ſanctum ſanctitate donauit. Vnde ita effectũ eſt, ut perfectam a malis omnibus vacationem conceſſerit, & ita ut Spiritus ipſi in poteſtate ſimus, eidemq; inhæſerimus.

QVEMADMODum ſcriptum eſt, qui gloriatur in domino glorietur.) Hæc, inquit, omnia eo ſic inſtituta & facta ſunt, ut nemo ſe alicuius momenti exiſtimet, vel de ſe aliquid iactet, ſiue in alio quouis hominum, niſi in Deo duntaxat glorietur. Qui tanta in nos contulit beneficia Cur ergo vos intumeſcitis? Quid efferimini vel veſtri gratia, vel vos inſtrumentum magiſtrorum.

CAPVT. II.

Paulus Euangelij preco nulla humana ſapientia inſtructus ad prædicandũ uenit.

ET EGO CVM VENIſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate ſermonis aut Sapientiæ, annũcians vobis teſtimoniũ Chriſti.) Non modo inquit Euangelij diſcipuli ſunt inſipientes & ignobiles lecti. Quin vel ipſe ego Euangelij preco, nullo ad vos conceſſi verborũ apparatu, vel Sapientia ulla humana, Dei vobis teſtimonium pronunciaturus, id eſt Chriſti mortẽ. Vide ut preco ipſe inſipiens & ignarus deprehendit̃, & quod per hunc prædicat̃, mors & crux ſit, & viciſſe tamẽ hæc prędicando arguiturũ. Perſpicuũ itaq; eſt, ineffabilem eſſe potentiã, quæ rem hanc ita ſe habere permiſerit. Quæret aliquis. Quid igit̃. Non poterat Paulus, ſi libuiſſet, per Sapientiã ad Chriſti præconiũ peruenire? Nequaq; profecto per ſe potuiſſet, quippe qui indoctũ, ſe fateret̃, & minus in dicendo ornatũ. Chriſtus tamen id facere quierat, qui maioribus illũ donis ornarat. alioqui haud quaquã id ſub ſui nomis præconio profuiſſet. Plus eñ gloriæ conſequit̃ Chriſtus, cum per Pauli inſcitiam victor euadit, quam ſi per eiuſdem vel ſapientiam, vel eloquentiam victoriam reportaret.

NON ENIM iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum.) Placuit, inquit, Chriſto ut expers Sapientiæ eſſem humanæ huius, & neſcius, & ipſe quidem factu id optimum iudicaui, ut nullam haberem externæ huius Sapientiæ notionem, niſi CHRISTI IESV cruci affixi.

ET EGO IN infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos.) Non ſolũ, inquit, ad vos tenuis admodũ & abiectior, quod ad ſermonem ſpectat, conceſſi, q̃n & infirmior, formidoloſus & tremens ſum apud vos commoratus. Hoc eſt, perſecutionibus afflictatus, & moleſtijs horridioribus plurimis ſum affectus. Verebar eñ & ipſe in hominis morem diſcrimina. Quin potius trepidus illa expaueſcebam, quod ſane illi maiorem in laudem cedit, utpote qui cum eiuſdem eſſet nobis naturæ particeps, tamen aſperrima quæq; ſponte & mira animi promptitudine ſuperabat.

Hæc autem

Hæc autem eo commemorat, ut Chriſti potentiam patefaciat. Vt cum ei tot obijcerentur aduerſa, nihilominus hęc omnia uinceret. Nec minus ut Corinthiorum ſupercilium arguat & tumorem, ſapientiæ duntaxat & opibus confidentium.

ET SERMO meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis.) Haud quaq̃, inquit, meus ſermo argutiolis & perſuaſionibus nitebat̃. Nec erat dicendi arte & cultu inſtructus, ſed in ſpiritus cõſtabat oſtenſione. Hoc eſt, SPIRITVM ſanctũ præ ſe ferebat. Vel quia ineffabili quodã modo ſpiritus idem acceptiſſimis uerbis auditoribus pſuadebat. Vel etiã, quia & ſigna ædebat, & prodigia. Nã & uirtutis infert, hoc eſt, ſignorũ. Ingens eſt enim fidei argumentũ mortuos ſuſcitare. Et quoniã per dæmones quibuſdã præſtigijs & uirtutes & ſigna æduntur, cum primũ ſpiritus mentionem feciſſet, mox & uirtutis adiecit. Indicans ad ſpiritum facta hæc pertinere. Poteris & uirtutis illud in alium ſenſum accipere, uidelicet quod ſe nõ in ſapientia, ſed in infirmitate fateat̃ ueniſſe. Et ſapientiæ quidem in ſpiritus oſtenſiõe obiecit infirmitati uirtutis, perinde ac ſi dicat, & ſi perſecutionem ſum ipſe perpeſſus & uerbera, fortior tñ ſum uiſus.

VT FIDES ueſtra nõ ſit in ſapientia hominũ, ſed in uirtute Dei.) Hominũ ſapientiã perſuaſibilem nũcupat eloquentiã. Dei uero uirtutẽ (ut ſuperius diximus) infirmorũ & perſecutionem tolerantiũ, fortitudinem. Et ſignorũ æditionem, q̃ haud dubie (o Corinthij) ueſtrã fidem ut illa Diuina, non uerborũ lenocinio cõfirmauit.

Hominum ſapiẽtia uocatur à paulo eloquẽtia & uis perſuadendi.

SAPIENTIAM loquimur inter perfectos, ſapientiã uero non huius ſæculi, neq̃ principũ qui deſtruuntur.) Stultitiã quidem ſuperius Chriſti præconiũ appellauit quod a Græcis ſic dici ſit uſurpatũ. Sed poſtq̃ ex rebus ipſis aperuit, ueram eſſe præconium id ſapientiã, fides tandem audet ſapientiã Chriſti prædicationem fateri aſſerereq̃ & ſalutem per crucem parari. Quippe ſapientiæ eſt & nõ mediocris, mortem morte delere. Perfectos aũt fideles ipſos appellat. Siquidem hi perfectiores habent̃, qui cæteris rebus contemptis ad çelos ſubuolant. Huius uero ſæculi ſapientiã nuncupat, quę exterior eſt, ut momentaneã nec diu manſurã, & cũ hoc ſimul ſęculo euaniturã exprimat. Principes aũt ſæculi huius, nõ dæmones dicit (ut ſentiunt multi) ſed peritos & eloquentes & oratores, qui cõcionabundi duces effecti ſunt populi. Nec ſecus eos ac tẽporarios adſtruit huius ſæculi dño, & breuis, futuros paulopoſt.

Eloquentes & oratores Paulus principes huius ſæculi uocat

SED LOQVImur Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcõdita eſt.) Myſteriũ nominat quod fit de Chriſto præconium. Quod & ſi hoc ſit nomen ſortitum, myſterium tamen eſt, cum quia uel angelos ipſos anteq̃ fieret id latuit, tum quia aliud ipi ſpectamus, aliud intelligimus. Nã crucem uideo, & paſſionem & uirtutem agnoſco. Seruũ audio, & dominũ ipſum adoro. Cuiuſmodi ſapientia infideles quidem prorſus clam habet, fideles uero non penitus. Videmus enim adhuc in ſpeculo.

Myſterii definitio.

QVAM PRAE deſtinauit Deus ante ſæcula in gloriã noſtram.) Prædeſtinauit dixit, ut oſtendat ſummã Dei in nos & curã & charitatem. Nam ut illi maxima nos proſequi beneuolentia exiſtiment̃, qui iampridem prõpti ſunt & parati cõferre in nos beneficia, ſic Deus uel ante ſæcula ipſa noſtræ gloriæ gratia, futurã per crucem ſalutem pdeſtinauit. Quæ proculdubio ſumma eſt, quã nobis cõmunicauit, ſapientia. Quandoquidem illud in ſerui gloriã cedit, latentis myſterij participaſſe in dño.

QVAM NEmo principũ huius ſæculi cognouit.) Sæculi huius principes Herodem intelliges & Pilatum, quibus eiuſmodi myſteriũ fuit incognitum. Quinetiã uel ipſos Iudæorum ponfices, qui pari ignorantia tenebantur.

SI ENIM cognouiſſent, nunq̃ dominũ gloriæ crucifixiſſent.) Si cognouiſſent, inquit, futurũ crucis ſplendorẽ, futurãq̃ ex ea terrarũ orbis ſalutem, uel ſi põtifices ipſi ſuã urbem præuidiſſent conceſſurã aliquando Romanis in prædã, ſeq̃ item in ſeruitutẽ ituros, haud ſane glorię dominũ cruci adiudicaſſent. Gloriæ autem dñm hoc loco Chriſtũ appellat. Quod aũt crux ipſa ex ignominioſa glorioſa ſit reddita, ex eo perſpicuũ eſt, q̃d nihil ſit Chriſtus ex ea iacturæ perpeſſus. Quin laudẽ potius

Pilatus & Iudei qui Chriſtũ crucifixerunt, quem ignorabant eſſe Deũ, qua ratiõe cru-

rati ueniā promereri potuerunt.

conſecutus. Quippe qui ob hanc crucem ſuam erga genus humanū præ ſe clementiā tulerit. Dicet aliquis, ergo ſi minus illi Dei myſteriū cognouerunt, errati ueniā promerentur? Ita ſane, ſi in poſterum pœnitentia ducti, Chriſtum adijſſent, eſſent hoc pacto haud ſecus ac Paulus & reliqui ex hebręis remiſſionem delictorū adepti.

SED SICVT ſcriptum eſt. Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.) Quid ille ſe colentibus præparauit? Chriſti ſcilicet notionem, & ſalutem quæ nobis eſt per eius incarnationē quæſita. Hæc quidem neq; oculus humanus inſpexit, nec auris auditu percepit, nec cor aliquod meditando complexū eſt. Nam & Prophetæ, neq; mortalibus oculis iſta ſpectabāt nec auribus hauriebant humanis, nec mente ac mortali intelligebāt, quę ipſimet de Chriſto prædicerent. Sed diuinitus cuncta per eos enuntiabātur. Dominus enim, inquit, adiunxit mihi aurem, ſpiritalem uidelicet & alia huiuſmodi pleraq;.

NOBIS AVtem reuelauit Deus per SPIRITVM ſuum?) Quonam pacto, dicet aliquis, quæ cor hominis nō inſcendunt uos didiciſtis? Quia Deus, inquit, per SPIRITVM ſuum, non per humanam ſapientiam myſterium illud nobis aperuit. Hac enim nequaq; dignatus eſt Deus, ut eius arcana perſpiciat.

SPIRITVS enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim ſcit hominū quæ ſint hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi SPIRITVS Dei.) Tanti, inquit, erat Dei myſterium, & a Deo reconditū, ut ab alio poſſet nemine percipi, niſi a ſpiritu ipſo nos inſtruente. Qui & Dei profunda nouit. Scrutatur autem, cum inquit, non ignorantiā arguit, ſed uehementem quandam & acerrimam eius myſterij cognitionem. Quemadmodum etiam de patre dicitur, qui & corda ſcrutetur, hoc eſt, qui rimetur & noſcat hominum interiora. Qui ſpiritus incredibili afficitur gaudio, & in delitijs eſt, cum Dei myſteria contemplatur. Sic enim & Dei dicitur ſcrutari profunda. Oſtendit etiam ex ſequentibus, quā acrem habeat SPIRITVS Dei cognitionem. Nam quemadmodū ſpiritus hominis nouit quæ in homīe ſunt, ſic Diuinus SPIRITVS quæ Dei ſunt callet. Vnde edoceri nos poſſumus, non alienam a patre ſpiritum habere ſubſtantiam, ſicuti nec humano ſpiritui ineſſe aliam dicimus, q̄ quam habeat homo.

Mundi ſpiritus quid.

NOS AVTEN nō ſpiritum huius mundi accepimus, ſed SPIRITVM qui ex Deo eſt.) Mundi ſpiritum, humanā ſapientiam interpretatur Apoſtolus. Quam haudquaq̄, inquit, accepimus, ut ſuperuacaneam eius prædicationem arguat & inanem. Sed Dei inquit SPIRITVM ipſi accepimus, hoc eſt, Deo conſubſtantialem, qui ex Dei ipſius ſubſtantia conſtet, quem ipſi inſtructorem habemus.

VT SCIAMVS quæ a Deo donata ſunt nobis.) Perinde ac ſi dicat. Lux quidem eſt ſpiritus, hanc ipſi lucem a ſpiritu ipſo illuminati accepimus, ut opera noſcamus. At quæ nobis ſunt a Deo dono conceſſa? Nimirum quæ de Chriſto ſunt per hunc deſtinata, uidelicet quemadmodū & obierit mortem, & Dei nos filios fecerit. Vtq; & in ſeipſo uel locum nobis ad patris dexteram conſidendi parauerit. Ita fit, ut qui ſpiritu carent, huiuſcemodi rerum nullam habere poſſint cognitionem.

QVAE ET loquimur, nō in doctis hūanæ ſapientię uerbis, ſed in doctrina SPIRITVS ſancti.) A Deo, inquit, nos ſapientia Græcorū philoſophos ſperamus ut ab hoībus illi īſtructi ſint. Nos uero q̄ loqmur a SPIRITV ſancto edocti, pnuntiemus.

Spiritalibus ſpiritalia comparare quid.

SPIRITALIbus ſpiritalia cōparantes.) Videlicet ſi quæſtiones nōnullæ oboriantur, comparamus has protinus, id eſt diſſoluimus, ſpiritalibus alijs quibuſdam uel ſenſis uel hiſtorijs. Exempli gratia. Vtrum reſurrexit Chriſtus iam quæritur. Hanc ipſi quæſtiunculā ſpiritalem, & alia quadam ſpiritali, hoc eſt ex Ionæ prophetæ hiſtoria, & cōparamus & ſoluimus. Idemq; utrū & uirgo peperit, uel ex aliarū ſterilitate id ſoluitur. Sarę uidelicet, Rebeccæ, & Elizabeth, quæ nulla naturæ ſequela, nec uuluæ uirtute cōceperat. Qui etiā ex Euæ & Adæ exemplo, qui ſine ullo creati ſunt ſemine, ſed ex humo producti. Poteſt præterea illud ſpiritalibus ſpiritalia comparantes in

parantes in hunc ſenſum accipi, hoc eſt, ſpiritalibus hominibus ſpiritalia comparātes, qui eiuſmodi & enodare queunt & capere, unde ſic infert.

Animalis homo quis.

ANIMALIS autem homo non percipit ea quæ ſunt SPIRITVS Dei. Stultitia eſt enim illi, & non poteſt intelligere quæ ſpiritaliter examinantur.) Animalis eſt homo, qui cuncta adſcribit animi ſui cogitatibus, & ſuo ſenſu defertur. Nec putat ſibi cœleſti præſidio opus eſſe, nec quidpiam uult per fidem & credulitatem admittere. Sed arbitratur omnia ſtulta, quæ probari ratione nō poſſint. Ducitq; naturali quodam decurſu omnia fieri, nec conſtare quicq̄ præter naturā poſſe. Animalem igitur dicit naturalem. Nam & animus circa naturæ diſpoſitionem uerſatur & ordinem.

ET NON poteſt intelligere quod ſpiritaliter examinatur.) Hoc eſt, haud intelligit quæ dicta ſunt fidei indigere, nec poſſe cogitatione comprehendi. Et hoc deſignat ſpiritaliter examinatur, hoc eſt, per fidem & ſpiritum demonſtratur,

SPIRITALIS autem homo iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur.) Spiritalis, inquit, omnia nouit. Et præſentia quod momentanea ſint, & futura quod ſtabilia, & ſua quod ſalutem ſint adeptura, & infideles quod ſint cruciandi. Eoq; & illos coarguit. Ipſe uero a nemine examinatur, hoc eſt, arguitur, utpote qui pro ſe omnia ſpectet, & propria uideat, & eorum præſertim qui capti mentis luminibus fuerint, facta proſpiciat, cum illi nec ſua oculis, nec aliena colluſtrent.

QVIS ENIM nouit ſenſum domini, niſi SPIRITVS domini qui inſtruit eum.) Spiritalem ſenſum, domini mentem appellat. Sed cum dixiſſet ſupra a nemine iudicatur, proinde id inquiens infert, non enim id temere dixi. Nam quis nouit ſenſum domini, niſi SPIRITVS domini qui inſtruit eum? Si enim nemo poteſt domini ſenſum pernoſcere, hoc eſt, quem ſpiritalis ille adeptus eſt, longe magis neq; edocere p̄ter hunc ipſum uos quiſpiam, uel corrigere quiuerit.

NOS AVTEM ſenſum Chriſti habemus.) Nihil, inquit, obſtupeſcatis q̄d Dei ſenſum ſpiritalem dixerim mentem. Nam & ipſi nos omnes Chriſti ſenſum habemus. Hoc eſt, quæcunq; ipſi & tenemus & nouimus, Chriſtus nobis aperuit & retexit. Nec ſecus & quæ de Diuinis rebus ſentimus, a Chriſto habemus. Hoc eſt, ab eo ſumus, quantulācunq; habemus de rebus ad fidem ſpectantibus cognitionem, edocti. Iure ergo & a nemine examinari nos poſſumus, qui ſpiritales ſumus. Nonnulli ſenſum Chriſti patrem dixerunt, pleriq; & SPIRITVM ſanctum.

CAP. III.

ET EGO FRATRES NON POTVI VOBIS loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus.) Detrectat quidem & improbat illorum ob exteriorem hanc ſapientiā elationem, ne iſtiuſmodi forte obijcerent. Haud quaq; ipſi humanæ ſapientiæ, ſed ſpiritalis gratia inſoleſcimus. Arguit hos nondū ſpiritalis huius ullam adeptos eſſe perfectionem, ſed hanc ut adipiſcātur futurum. Infertq; nondum perfecti quidpiā percepiſtis. Et recte non potui illud, adiecit. Ne uideatur liuore ductus pefectiora illis nondum prædicaſſe. Cum enim carnales eſſetis, inquit, non potui ut perfectis loqui. Quæret aliqs. Quo ergo pacto cū imperfecti eſſent, ſigna hi factitabant? Erant ſane Corinthij, ut principio diximus, iſtiuſmodi, ut ſigna æderent. Cuiuſmodi fuerant & qui dæmones in Chriſti nomine eijciebant. Miracula tamen ad aliorum utilitatem fiunt perſæpe, eoq; & per indignos geruntur nonnunq̄.

Miracula interdum per indignos geruntur

ET QVASI paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam. Nondū enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis.) Quantū ad ea quæ Chriſti ſunt ſpectat, infantes eſtis, & ideo lac uobis in potum, hoc eſt, ſimpliciorem quandam doctrinam, non cibum uobis, id eſt, perfectionem, obtuli. Quamobrem? Quoniam nondum poteratis. Quod eo intulit Paulus, ut Corinthiorū reprimat ſuperciliū, & inſolentiam tollat, qui ſuæ plurimū confiderent ſapientiæ. Neq; nunc quidem poteſtis. Nam & adhuc quæ carnis ſunt ſapitis. Vides ut illos idcirco nondum arguat poſſe maiora percipere, quia mallent carnales eſſe quam ſpiritales.

CVM ENIM ſit inter uos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundū ho-

minem ambulatis?) Superiorem ſermonem omnem ad Corinthiorum primates habuit, qui ſapientia plurimũ intumeſcerent & nobilitate. Nunc uero ad inferiores & ſubditos orationẽ diuertit, inquitq́ȝ. Merito equidem uos carnales appello, quãdoquidem inter uos liuore, altercatione, & ſimultatibus decertatur. Poterat præterea eos adulterij & aliorum facinorũ incuſare, ſed quia horum factiones diſſenſioneſq́ȝ tunc magis urgebant, harum nunc duntaxat meminit. Vbiq́ȝ Paulũs inuidiam contentioni ſubiungit. Vos itaq́ȝ, inquit, cum talibus ſitis uitijs inquinati, ſecundũ hominem ambulatis, hoc eſt, quæ carnis ſunt & terrena ſapitis.

CVM ENIM quis dicat ego ſum quidem Pauli, alius autem ego ſum Apollo, nonne carnales eſtis?) Sub Pauli & Apollo hoc nomine eos demonſtrat, qui Corinthi gloriam opes & doctrinam iactarent.

QVIS IGItur eſt Paulus, quis Apollo, niſi miniſtri per quos crediditis?) Sub hoc ſui & Apollo nomine, quod uult maxime peragit. Cõfirmat nanq́ȝ nihil ſe eſſe perinde ac ſi dicat, ſi nihil nos ſumus, quid erit de ueſtris his inſtructoribus dicendũ Nos quidem fidei miniſterio fungimur, haud tamen radix ipſi & fons ſumus bonorum, ſed Chriſtus horum eſt cauſa. Num ergo uobis idcirco ſuperbiendũ eſt, quia quæ a Deo ſunt, uobis ſubminiſtrauimus? In illo enim cuncta conſiſtunt, qui bona eiuſmodi elargitur. Nec Euangelij dixit ſumus ipſi precones, ſed miniſtri. Quorum alterum uerbis duntaxat conſtat, alterum opere & factis.

Euangelii miniſtrum ſe uocat Paulus.

VNICVIq́ȝ ſicut dñs dedit.) Nec ſane uel tenue adminiſtrãdi hoc munus noſtra ſumus ĩduſtria cõſecuti. Quin uel idipm̃ a Deo, & ſi haud pari menſura, accepimus

EGO PLANtaui, Apollo rigauit. Sed Deus incrementum dedit.) Ipſe, inquit, & prior de Chriſto præconium proſeminaui, Apollo uero haud quaq́ȝ permiſit iactum id ſemen, improbi hoſtis tentationum uredine eſtuq́ȝ exareſcere. Vos tamen Deus, quos ipſi plantauimus auxit.

ITAQVE neq́ȝ qui plantat eſt aliquid, neq́ȝ qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.) Aduerte ut minus moleſte primarios illos Corinthiorũ ſapientes, inquã & diuites aſpernetur, cum & ſeipſum & Apollo ut nihili ducit, quorum ſub nomine paruifacit Corinthios. Admonetq́ȝ Deum & ſolum obſeruari debere, eiq́ȝ accenſeri quicquid boni contigerit.

QVI PLANtat autem & qui rigat unum ſunt.) Cum nihil nobis ſine Deo facere liceat, æqua oẽs ſumus conditione. Cur ergo inuicem inſoleſcitis, cũ unũ ſitis?

VNVSQVISq́ȝ autem propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuum laborem.) Quoniam poſſet non abſurdum uideri, ut qui plurimũ in fide uulganda inſumpſiſſent laboris, tardiores in poſterũ redderentur. Quandoquidem uel pares ſe reliquis noſcerent, qui minus ea in re inſudaſſent, cõfeſtim hanc tollit ſuſpitionem aitq́ȝ. Eo omnes pari ſorte haberi, quia ſine Deo incrementũ ferente nil ualeant ſinguli. Nã quo ad benemerentium attinet præmia, pro ſuo labore habiturus eſt quiſq́ȝ mercedem. Nec tamen ſecundũ proprium opus dixit, ſed ſuum laborem. Cur enim debet promerita palma intercipi, ſi opere imperfecto enixe ſunt labores impenſi?

DEI ENIM ſumus adiutores.) Qui alios, inquit, inſtruimus, Deo cooperamur. Quippe qui operanti Deo & ipſi operã noſtrã præſtamus, qui oĩm ſalutem ꝑcupit. Nec tñ in noſtra eſt poteſtate uel oꝑari uel largiri ſalutẽ. Vnde nec cõtemnendi nos ſumus, quia Deũ ſic iuuimus. Nec uobis ſuperbiendũ, quia Deo id om̃e adſcribit.

DEI AGRIcultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.) Cum dixiſſet ſuperius ego plantaui, huiuſmodi inſiſtit metaphoræ, hos modo Dei agriculturam appellans. Si itaq́ȝ Dei eſtis cultura & ædificatio, inquit, ab ipſo domino, non ab agricolis ſeu fabris murarijs, ducere nomen debetis. Neceſſe itaq́ȝ erit, ut tanq̃ cultio & ager concordiæ ſeptis & uallo obducamini, & in unum ut nihil diſcrepantes, haud ſecus ac ædificiũ aliquod muris obductum, conueniatis.

SECVNDVM gratiã Dei quæ data eſt mihi, ut ſapiens Architectus poſui fundamentum.

mentum.) Cum ſapientem ſe nuncupat Architectum, non id iactandi ſe gratia facit, ſed ut arguat prudentis id eſſe Architecti officium, iſtiuſmodi fundamentum iecisse. Hoc eſt Chriſtum. Quod autem id ſe non efferendi cauſa dixerit, patet ex eo cum inquit, ſecundum gratiam Dei. Neq; enim ait mea uirtute, ſed Dei gratia, hanc ipſe adeptus ſum ſapientiam.

Paulus Architectus.

ALIVS AVtem ſuperædificat, unuſquiſq; aūt uideat quomodo ſuper ædificet.) Cum de animorum coniunctione & concordia diſſeruiſſet diſputat demū & quemadmodum uiuendum his ſit, ædificationem appellans opera ſingulorum,

Chriſtus fundamentum.

FVNDAMENtum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt CHRISTVS IESVS. Haud quaq̃(inquit) aliud quiſpiam iacere poterit fundamentum quandiu perſtat ſapiens ille Architectus. Qui ſi aliquando ſit deſiturus quod dici eſt nephas, tūc aliud poni licebit. A quo ſunt, o Corinthij, inter uos obortæ contentiones. Verum cum conſtet Chriſtū & uerum eſſe & unicum fundamentum, ſuper hunc uobis ædificatio ſtatuenda, non liuore & altercationibus, ſed uirtutibus & operibus bonis conſtructa.

SI QVIS autem ſuperædificat, ſupra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fenum, ſtipulā, uniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit.) Poſtq̃ erimus per fidem gloriam conſecuti, ſinguli ſuper huiuſmodi fundamentum ædificabimus, alij quidem opera rectiora & benefacta, quæ tamen inter ſe uel magnitudine, uel exiguitate differunt plurimū. Vt caſtimoniam, quæ aurum præfert. Vel nuptias honore digniſſimas, quæ argentum prætendunt. Vel paupertatem, quæ precioſis lapidibus comparatur. Vel abundantiorem eleemoſynam, quæ cum minoris pretij rebus conferri poteſt. Alij uero uel praua facinora ſuperædificabunt, quæ & ſi gradibus diſcernantur, poſſunt tamen feni & ſtipulæ, quæ facile flagrant & ſuccenduntur, nominibus dici. Cuiuſmodi immūditia, idololatria, & auaritia ſunt. Ligna autem erunt quæ his inferiora ſunt uitia, qualis temulentia eſt, & riſus effuſior & eiuſmodi alia. Tametſi contra nonnulli ſentiant, qui pro lignis maiora quæ diximus flagitia capiunt, pro feno uero & ſtipula inferiora hæc & minora.

Caſtitas auro cōparatur. Nuptiæ argento.

DIES ENIM domini declarabit, quia in igne reuelabitur uniuſcuiuſq; opus, qualeq; ſit, ignis probabit.) Diem domini iudicij diem interpretatur, futurumq; adſtruit, ut per ignem opera retegantur & palam fiant, qualia pro eorum natura ſint ſingula, ſiue aurum fuerit, ſiue lapis, ſiue dictorum quodcunq; aliud.

Dies domini quis.

SI CVIVS opus manſerit quod ſuperędificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentū patietur.) Si aurum (inquit) uel argentum habueris, præſtabit omnino quod operaberis & præmiū accepturus es. Sin uero fenum uel iſtiuſmodi, haud quaq̃ ignis defluentem uredinem, opera tua tolerabunt. Hoc enim præfert cū arſerit inquit, quin potius opera hæc tua praua eſſe coarguentur. Fit itaq; ut ſine rectis operibus, nil ualeat fides. Ecce hoc loco Chriſtus ipſe in fundamentum eſt poſitus alioqui opera quæ a Chriſto ſunt aliena, ut ardeant digna iam prædicantur.

IPSE AVTEM ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.) Non enim ad operū inſtar & ipe perdendus eſt, qui ea geſſerit, tanq̃ in nihilū euaſurus, ſed ſaluus erit. Hoc eſt ſanus & integer aſſeruabitr̄, ut igne ardeat. Dici enim apud nos ſolet. Cum lignū foco miectū, haud facile abſumi, nec in cineres ocyus collabi uidemus, in igne dn̄i id ſuffectur̄ arſurūq; longius. Patitur aūt peccator iacturā, quia his rebus plurimū inſudauit, e quibus fruſtra in impenſis laboribuſq;, quo minus ſubſiſterēt, nec diu eſſent manſura, perditionem adeptus eſt. Nam om̄e flagitiū, tanq̃ nihil ſit plane exiſtimandū eſt. Quia eius exitus fruſtra mortales habeat, nec ſecus fallit, q̃ ſiquis magno pretio depenſo, rem emat emortuam & cadauero ſam, pro uiua. Saluus autem erit peccator, hoc eſt integer, ut diximus, aſſeruabitur, pœnas perpetuo luiturus.

Peccatū nihil.

NESCITIS quia templū Dei eſtis, & SPIRITVS Dei habitat in uobis.) De adultero mox eſt incepturus ſermonem. Aduerte ergo quam prudenter his uerbis utar.

Nam cum

Nam cum datæ nobis gratiæ, hoc eſt inhabitantis in nobis ſpiritus meminit, uerecū dia afficit adulterantem. Et ſi nequaꝗ conſpectius cuiuſꝗ perſonā nunc patefaciat, ad omnes tamen uerba nunc facit. Si enim Dei templum (inquit) nos ſumus, quia in nobis inhabitet ſpiritus, ergo ſpiritus ipſe eſt Deus.

SI QVIS autem Dei templum hoc uiolauerit, diſperdet illum Deus.) Cum diſperdet inquit, non aliquem deteſtatur, ſed futurum ita pronuntiat.

TEMPLVM enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos.) Ergo nihil poterit adulter aliquis uel fornicator ultra ſanctior dici, quia deſijt Dei templum iam eſſe, & huius dignitatem SPIRITV ſancto a ſe propulſato amiſit, qui ſe ſanctitate donauerat. Verum quis Dei futurū eſt templum? Vos quidem ſi puriores & ſine labe manſeritis.

NEMO SE ſeducat.) Exiſtimans uidelicet aliter ſe rem habere, ac dixerim.

SI QVIS uidetur inter uos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat ut ſit ſapiens.) De adultero cum paucis abſoluiſſet, rurſum ad eos qui ob exteriorem hanc ſapientiam efferuntur, habet ſermonem, & inquit. Qui ſapiens inter uos eſſe apparet, fiat hic ſtultior. Hoc eſt, detrectet & contemptui habeat humanam hanc ſapientiam, ut Diuinam adipiſcatur. Nam quemadmodū ſecundum Deum inopia & rerum contemptus, pro diuitijs ſunt, & ignominia in gloriam cedit, ſic ſecundum Deum inſipientiam eſſe pro ſapientia conſtat. Aduerte autem quemadmodū non ſapientiam deponat hic cum dixerit, ſed fiat inſipiens, quod longe eſt maius, hoc eſt nullam exiſtimes habere ex te rerum Diuinarum cognitionem, neꝗ proprijs confidas cogitatibus, ſed in bruti animantis morem & minus ſagacis Deum ſequere, nihil hærens, nil dubius, quin omnibus illi in rebus fidem præſtabis.

Humana ſapientia contemptibilis apud Deum.

SAPIENTIA enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.) Nec ſolum hæc (inquit) nil prorſus ad Diuinam illam & cœleſtem ſapientiam aſſequēdam conducit, ſed impedimento eſt potius & iacturæ. Vtpote quæ præ ſuperbia diſcere dedignatur, & a uera diſtrahit diſciplina. Eoꝗ & in ignorantia uerſari faciat, qui ſe utatur. Quo fit ut huiuſmodi humanæ ſapientiæ ſectatores, a Deo ut uelani repudientur.

SCRIPTVM enim, comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.) Vel teſtes producit ut aſſerat mortalium ſapientiam pro ſtultitia apud Deum haberi, inquitꝗ. Vt ſtultos comprehenſurus ſapientes eſt Deus, qui uel ſi aſtutia ſint & prudentia quadam imbuti, ut inſani & dementes coarguuntur. Exempli gratia, exiſtimant illi minus ſe Deo indigere, ſed per ſe poſſe omnium rerum habere cognitionem. Ex ipſis itaꝗ rebus arguit Deus, nihil his eorum uerſutiam profuiſſe, ſed his opem Diuinā neceſſariā fore omnino, qui illa ſunt uiſi minus indiguiſſe. Eo fit, ut in ſua aſtutia, qua ſe omnia tenere arbitrarentur, deprehenſi ſint prorſus ignari.

ET ITERVM dominus nouit cogitationes ſapientium.) Si igitur dominus nouit inanes eſſe prudentium cogitatus, utpote qui nihil uel neceſſarium uel ſalutare ſint cogitatione complexi, quo pacto uos, o Corinthij, quæ Deo aduerſantur teneatis, uel ueſtros huiuſcemodi animorum conceptus, tanꝗ perutiles conſectamini?

ITAQVE nemo glorietur in hominibus. Omnia enim ueſtra ſunt, ſiue Paulus ſiue Apollo, ſiue Cephas.) Hæc uidetur ſubiectis edicere. Vrget tamen & primates illos Corinthiorum, aſſerens, nil eſſe cuiꝗ gloriandum, neꝗ in exteriori illa ſapientia. Quippe quæ ſtultitia ſit. Neꝗ in ſpiritalibus donis. Nec enim Dei ſunt munera, quibus & ſubditorum reſpectu donantur maiores. Quod autem dicit tale eſt, omnia eni ſunt ueſtra. Quid ergo ueſtri ſe efferunt præceptores, & inſoleſcunt, & uos item hos ipſos extollitis, & illorū augetis ueſaniam? Num illi ſuum quippiā habent? Veſtra ſane ſunt oīa quæ ſunt illi adepti, & ueſtræ utilitatis gratia a Deo hiſdem conceſſa. Rurſum & ſui & Petri, nunc meminit, & ſub eorum perſona iſtorum explicat præceptores, ne forte hi grauiter ferrent ſeſe noīe appellari, qui Corinthios inſtituerent, & illud ut inferat ſi ueſtri ob gratiā hæc ipſi dona accepimus, & ueſtri gratia ſumus in pceptores propoſiti, eo magis qui uos inſtituūt, haud quaꝗ debent tanꝗ

bent tanquā proprijs efferri officijs, præſertim cū hæc non ſua, ſed aliorū ſint bona.

SIVE MVNDVS, Siue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura.) Quin etiam uos edocentium uita, per uos eſſe conſtat, ut perſecutionem tolerantes proficiatis. Illis inſuper & mors veſtri ob gratiam obuenit, quippe qui pro vobis periclitentur & ueſtræ ſalutis cauſa ſeſe periclis obiectent. Vel aliter ſumi id dictum poteſt, videlicet quod Adam eo ſit mortalis effectus, ut continentiores ipſi efficiamini. Et eo mortem ſubierit, ut ſaluj vos ſitis, & plane orbis terrarum uniuerſus aſſequatur ſalutem, ut eius ductu ad Creatorem iter ſuſcipiatis, & mundi huius corruptione, perinde ac ſi monitore utamini: ad incorruptibilium cupiditatem, quin etiam vel præſentia hæc, id eſt terræ bona, & futura illa noſtri ob gratiam ſunt parata, quibus iam pridem Deus credentes donauit.

Adam cur mortalis effectus.

OMNIA ENIM veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.) Haud ſane eodem nos iure Dei ſumus, quo Chriſtus eſt Dei. Nos enim Dei tanquam ab eo & facti & procreati. Chriſtus vero Dei, utpote qui ante ſæcula ſit, qui ſui a Deo & cauſam habeat & ortū. Ita fit, ut ſi ſimplex ſit verbum, huius tamen diuerſus ſit ſenſus. Siquidem non pari iure noſtra ſint omnia, quo & Chriſti ſunt uniuerſa. Nos enim Chriſto ſumus creatione & ſeruitute obnoxij. Cuncta vero & ſi nobis ſubijciantur, non tamen ſunt a nobis creata. Itaq; haud recte vobiſcum agitur, cum vos ipſos adiudicatis mortalibus, qui Chriſti ſitis ditione obſtricti.

CAP. IIII.

SIC VOS EXISTIMET homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum Dei.) Etſi miniſtri inquit nos ſumus qui alios inſtruimus, cur dño propulſato, miniſtrantiū vobis nomīa conſciuiſtis? Cum vero Myſteriorū diſpenſatores appellat doctores indicat, qui haud temere debent Dei ſermonem oībus impartiri. Sed tempus per eos oportunum & modus ſeruandus eſt, cum illum impartiunt. Quin etiam nec myſteria ipſa aperienda ſunt cunctis. Non enim vel prudentis eſt viri vel recte, credita diſpenſantis, paſſim illa & ſinę delectu omnibus patefacere.

Myſteria cunctis aperienda non eſſe, neq; paſſim.

HOC AVTEM querit̃ inter diſpẽſatores, ut fidelis quis inueniat̃.) Hoc eſt, ideo ab eo Fides exigit̃, ne illa quæ dñi ſunt faciat ſua, neve ut dominus eadem illa pertractet. Quin potius ut aliena & a domino poſſeſſa diſpenſet, neq; arbitretur propria eſſe quæ ſub dñi ſunt poteſtate, ſed contra quæ ſua ſunt dñi eſſe arbitret̃.

MIHI AVTEM pro minimo eſt ut a vobis iudicer aut ab humano die.) Morbus hic ſane inuaſerat Corinthum, ut qui doctorum diuerſas tenere partes viderentur, iudicantium loco conſiderent, aſſererentq; hunc illum ve potiores eſſe, & doctrina cæteros ante ire. Alios vero pronunciarent longe inferiores. Sed quoniam dixerat Paulus quærendum eſſe ut inter diſpenſatores quis fidus reperiatur, & viſus eſt forte aditum præbuiſſe ſingulorum vitam dijudicandi, quod certe longe magis illorum augeret diſſidia. Ne itaq; id ſubeant mali, hos ab huiuſmodi iudicio reprimit, dicens. Mihi autem pro minimo eſt, hoc eſt ignominiæ, vel maxime duxerim, ut aliquod de me iudicium proferatis. Moxq; ne illos offendat, perinde ac ſi contemptui habeat, vel ab humana die adiecit. Hoc eſt, vel ab alio quouis ut iudicer hominum, qui vel clarus ſit & excellens. Conſueuit enim ſcriptura hominis diem, rei altitudinem quandam & excellentiam nuncupare, quod profecto non ſe purgandi gratia explicat Paulus. Quippe in quem nemo ſententiam tulerat, ſed ne ſui exemplo alios dijudicando inceſſant, perſuadere adnititur.

Hominis dies qui in ſacris literis ſit.

SED NEQVE meipſum iudico. Nihil em̄ mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, qui autẽ me iudicat dominus eſt.) Nequaquā me, inquit, exiſtimetis, perinde ac vos ſim vel cæteros homines aſpernatus, indignum ducere ut alios iudicetis. Neq; enī vel meipſum arbitror ſuffecturum, qui poſſim huius iudicij vim perſcrutari, nec ſane mihi ullius ſum facinoris conſcius, neq; ob id ſum tamen iuſtificatus. Hoc eſt, haud tamen ſum Peccati expers & purior redditus. Conſentaneum em̄ eſt me aliqua commiſiſſe, & eſſe me commiſſorum ignarum. Eſt tamen dominus,

G   cuius acer-

cuius acerrimum eſt certiſſimumq; iudicium, ſententiam de me laturus. Qua ex re velim exiſtimetis quam acrior diuini iudicij ſit futura exactio.

ITAQVE nolite ante tẽpus iudicare, quoadusq; ueniat dñs.) Vides quemadmodũ hæc non ſui grã protulerit Paulus, ſed ut Corinthios ipſos coerceat, ne alios iudicent. Sic eñ hic aſſolet, ut in ſui perſona aliorum calumnias vel geſta excipiat, & excepta exponat, & hoc pacto alios inſtruat, quos duxerit inſtruendos.

QVI ET illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium.) Nunc qdem pateſcũt, inquit, praua facinora. Hæc eñ pro tenebrarũ occultis accipimus. Nam & virtute præditus apparebit plerũq; qui prophanus ſit, & vitijs inquinatus, tũc itaq; Deus palam facturus eſt oĩa, ſic certe vel cordis conſilia reteget. Exempli gratia. Effert aliquis quempiam laudibus & magnifacit, id ſane bonum apparet, At huius forſitan eſt corrupta volũtas, poterit nanq; haud quaquã certo animi iudicio illas in quempiam laudes contuliſſe, nec mente æqua. Rurſum alius quempiam unũ corriget argueteq;, nec tamen ut eum ad ſanitatem reducat, quin ut fratris patefaciat ſcelera. Iſtiuſmodi igiẽ cordium conſilia, Deo iudicante, patebunt.

ET TVNC laus erit unicuiq; a Deo.) Orationis ſeries depoſcebat, ut vel ſupplicitũ diceret, vel laudem manere hos homines, qui tales ſe præſtitiſſent. In eo tamen quod viſum eſt dicto potius terminauit ſermonem.

HAEC AVTEM fratres transfiguraui in me, & Apollo propter vos, ut in nobis diſcatis, non ſupra quã ſcriptũ eſſe ſapere.) Quæ dicta ſuperius de Corinthiorũ, inquit, diſſenſionibus ſunt, & p̃cipue cæteros iudicarent, ideo ꝓtulimus, ut ex noſtræ perſonæ figura, nil ultra quã quod ſcriptũ eſt ſapere perdiſcatis. Ediſſerit eñ in hũc modũ ſcriptura, & ſuperbiam interdicit. Qui prior eſſe inter vos mauult, ſit hic oĩm ultimus. Et qui ſe humilem reddit, exaltabiẽ, & alia iſtiuſmodi multa. Quod aũt iudicandũ non ſit quod ignores, nolite, inquit, iudicare & non iudicabimini.

NEC VNVS aduerſus alterũ infletur, pro alio.) Vel hæc ad populũ verba facit, variat tamen & inſtruendi modum. Nam ad primates illos & præceptores ſermonẽ intendit, non in diſcipulos ipſos, ſicuti hoc loco facit. Corinthij enim cum de magiſtrorũ primatu contenderent, iſtorũ præſtantia efferebanẽ. Nam qui aliquem haberet in præceptorem, huius ut ſimul & dignitatem tueretur & excellentiam, alterius cuiuſquã magiſtrũ conuitijs inceſſebat. Ita ut diſcipulis inter ſe altercantibus, ſinguli ſuũ iactitarent doctorem, eundemq; & gloriæ ducerent, & iactitando intumeſcerent. Recte aũt huiuſmodi animorũ perturbationem inflationem dixit, a corporis quadam metaphora, quod malis humoribus & Spiritu inquinato inflaẽ.

QVID ENIM te diſcernit, quid eñ habes q̃d non accepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis.) Rurſum in Corinthiorũ doctores inuehiẽ, inquiens. Quis te diſcernit, & dignũ laude iudicauit, an num homo? At falliẽ humanum iudiciũ. Concedaẽ ut in te aliquid ſit laudabile, id tamẽ haud quaq̃ dixerim tuũ eſſe, ſed Dei dono conceſſum. Idq; nõ tuo aliquo vel merito, vel officio accepiſti. Si itaq; accepiſti, q̃d gloriaris & iactabundus intumeſcis, quaſi nihil acceperis, & credis potius ex te illud & proprijs laboribus peperiſſe. Non eñ quempiã decet ut in his quę acceperit inſoleſcat. quippe quæ aliena ſunt & ab alijs collata, non per ſe parta.

Iudiciũ humanum fallitur.

IAM SATVrati eſtis, iam diuites facti eſtis.) Rem ægre ferentis ſunt dicta, perinde ac ſi dicat. Tam cito nullius opera indigetis, nec deeſſe quidpiam vobis exiſtimatis. Sed iam eſtis oppleti, & ad perfectionẽ breui adeo euaſiſtis, & oẽs cũ diuinæ intelligentiæ, tum & donorũ nacti iam opes eſtis. Quam perfectionẽ, & ſi in futuro eſſe ſæculo conſtat, vos tamen ut videre videor, vel in hac vita conſecuti iam eſtis. Quod plane perſpicuũ veſtra iactantia facit, hanc ſcilicet vos eſſe perfectionem adeptos. Hæc aũt eo infert, ut & ſi ita ſe gerant, infectos eſſe coarguat.

SINE NOBIS regnatis.) Vel id qdem pro ſua conſuetudine intulit, illorũ ingratitudinẽ arguens, perinde ac ſi id inquiat. Et ſi tot eſtis a Deo dignati beneficijs,

horum

horum tamen nobis nil placet, qui tantũ in vobis laborem inſumpſimus impartiri.

ET VTINAM regnetis, ut & nos vobiſcum regnemus.) Vellem equidem, ait, vos eſſe iam regnum adeptos. Hoc eſt, aſſecutos perfectionem. Moxq; ne ironice dictum id videatur, ſic intulit. Vt & nos vobiſcum regnemus, hoc eſt eadem bona nos vendicemus, quæ nacti vos eſtis. Quippe quorũ gloria nobis cedit in laudem. Nam & præceptoribus cunctis optabilis eſt diſcipulorum profectio.

Diſcipulorum profectio præceptoribus optabilis.

PVTO ENIM quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanq̃ morti deſtinatos.) Triſticia vel potius pudore affectus, in hæc verba prorũpit. Videre eñ, inquit, videor ex his quæ per vos gerunť, hoc tempore, nos ipſos Apoſtolos oĩm poſtremos fuiſſe a Deo monſtratos, & morti inſup deſtinatos. Hoc eſt, ad mortis damnationem & paratos & promptos. Licet itaq; vel ex his ipſis q̃bus vobis ipſi regnũ paraſtis coniectura quadam percipere, morti nos eſſe tandem addictos, ſontiũq; & damnatorũ locum tenere Apoſtolos, id eſt qui tanta ſumus Dei ob gratiã paſſi.

QVIA SPECTACulum facti ſumus mũdo, & angelis, & hoĩbus.) Hoc eſt, non recondito loco aliquo, & abditiore pœnas nos luimus, ſed ubiq; terrarũ, ſpectantq; nos tormẽtis varijs afflictatos, non homines ſolũ, (neq; eñ tam vilia ſunt & puſilla quæ gerimus) quin & angeli ipſi. Eo nanq; magnitudinis noſtra certamia proceſſerunt, ut digna ſint vel ab angelis ipſis ſpectari. Neq; eñ nobis cum hoĩbus ſolũ eſt colluctatio, quin etiam eſt cum iniquorũ angelorum potentia decertandũ.

Colluctatio cũ iniquis angel.

NOS STVLTI propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto.) Rurſum hæc prudens loquitur. Cum enim propter Chriſtum vapularent Apoſtoli & contemptui eſſent, illi vero contra & ampliſſimis afficerentur honoribus, & pro ſapientibus haberentur, idq; ſibi Chriſti ob gratiam obueniſſe iactarent, quo pacto Apoſtolus inquit, duo ad inuicem aduerſantia conuenire in his qui unum ſentiant poterunt, ut ipſi videlicet quia Chriſtum creditis honores adipiſcamini, nos contra quia hunc prædicamus, malis innumeris affligemur? Neceſſe eſt itaque, vel ut ipſi quæ Chriſti ſunt ſentiamus, uel vobis & ſolis credentibus, Chriſti hæc ſapientia relinquatur. Sed quoniam indignum videtur Chriſti Apoſtolos nequaquam quæ Chriſti ſunt ſapere, reſtat haud dubie ut vos fallat opinio.

NOS INFIRmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles.) Hoc eſt, nos circumagimur & perſecutionibus diuexamur, vos uero ocio & quiete fruimini. Vbiq; Paulus ſub infirmitatis hoc nomine preſſuras prætendit. Et vos quidem gloria & nobilitate præſtatis, nos autem in ignominia diuerſamur. Hæc ſane omnia perinde ac Corinthiorũ facta grauiter ferens intulit Paulus. Senſus vero iſtiuſmodi eſt, quo eñ pacto id decens videri poteſt, ut nos malis iactemur, vos uero quiete freti in bonis verſemini? Fit itaq; ut perſpicuum ſit, nullis vos bonis affluere. Quin potius male vobiſcũ nunc agi. Quandoquidem nec pro Apoſtolorũ dignitate vita vobis tranſigiť. unde nec vobis erit in his quæ nunc geritis ſuperbiendum.

Infirmitas q̃d apud Paulum.

VSQVE AD hanc horam eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus.) Quid, inquit, vera recenſebo, cum liceat nobis præſentia conſpicari? Ecce vos nunc in delitijs agitis, nos vero aduerſis & malis premimur.

ET COLAPHIS cedimur, & inſtabiles ſumus.) Hoc eſt, vapulamus. Hoc vero ſuperbientibus obijcit & inflatis, qui nullis verberibus pro Chriſto affligerenť.

ET INSTAbiles ſumus.) Hoc eſt diſtrahimur, agitamur, & fuga ſalutem quærimus. Id q̃dem in diuites illos & opulentos intendit, qui ocio fruerenť.

ET LABOramus operantes manibus noſtris.) Hæc autem in eos infert, qui lucri ob gratiam, audent prædicandi munus inuadere.

Paulus reprehendit lucri cauſa prædicantes.

MALEDICImur, & benedicimus. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Blaſphemamur, & obſecramus.) Et quod omnium eſt præſtantiſſimũ, nil horum iniquo animo toleramus. At unde id liquet? Ex malis nimirum quæ nobis ab omnibus ingeruntť, cum illa officioſa quadam compenſamus vicitudine. Ita ut qui in nos

maledicta congeſſerint, benedicto mox proſequamur. Et qui acrioribus nos conuicijs urgent, blaſphemia enim acerbiorem contumeliam præfert, obſecramus. Hoc eſt, mitioribus & lenientibus verbis illorum in nos conuicia compenſamus, eoque Chriſtiani ſtulticiæ arguuntur, qui pro malis bona pendunt.

Peripſema quid. TANQVAM purgamēta huius mūdi facti ſumus, oīm Peripſema uſq; adhuc.) Purgamentū ſordes dicit̄ quædam, quæ ex re aliqua imunda, & lurida tergit̄ & repurgat̄. περίψημα em̄ græce, purgamentum ſignificat, ἀπὸ τοῦ περιψᾶν, quod abſtergere & purgare dici latine poteſt. inquit igit̄ merito qdem eijciendi ſumus & abominationi habendi, nec vobis ſolū ſed mundo, & hoīm generi uniuerſo. Neq; ad præſtitutum aliquod tempus, ſed uſq; adhuc, hoc eſt ſemper. Aduerte qualem ſeſe præſtare debeat Chriſtianus, utque & illi adusq; finem ſit decertandum.

NON VT confundam vos hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos moneo.) Non em̄, inquit, vel vituperandi vos gratia vel confundendi. Neq; iniquo & maleuolenti hæc aīo dixerim. Sed tanquā filios, neq; id modo, qn & chariſſimos, nil increpo, ſed leniter cōmonefacio. Quis em̄ Patrem non tulerit admonentem?

NAM SI decem milia pædagogorū habeatis in Chriſto, ſed non multos patres.) Et ſi aliqui vos beneuolentia proſequunt̄, nequaquam tamen meum erga voſ quiſpiam æquabit amorem. Siquidem cæteros in pædagogos habetis, me vero in Patrem. Vt itaque unus eſt Parens, pædagogos eſſe multos conſtat. Et unius amore, Patris videlicet, longo abeſt interuallo multorum affectio, ſic longius abeſt a mea & Paterna in vos charitate aliorum qui vos inſtruunt ſimulata beneuolentia. Attende autem quemadmodum cum Pædagogus dixiſſet, in Chriſto ſubiecerit, ne illos prorſus offendat. Quin potius quod laborioſius videbatur his, contulit. Perinde ac ſi dicat, tales eſſe pædagogos oportet, ut enixe alios in Chriſto inſtituant, amoris vero magnitudinem ſibi ſeruauit.

NAM IN CHRISTO IESV per Euangelium ego vos genui.) Confirmans ſe his eſſe in Patrem prærpoſitū, quippe nos inquiat Chriſto bene iuuante per Euangeliū genuiſſe. Neq; em̄, ut ſolent pleriq;, id mihi, ait, officiū vendico, ſed Chriſto ipſi aſcribo. Nec inſtruxi vos dixit, ſed genui: ſub naturæ ipſius nomīe quā habeat erga hos charitatem, expreſſit, & familiariſſimos ſibi hos eſſe diſcipulos & coniunctiſſimos demonſtrauit, quemadmodū & in reliqua Epiſtola idipſum ſubinfert.

ROGO ERGO vos imitatores mei eſtote.) In cunctis, inquit, me imitamini, & nolite vel Sapientia vel opibus intumeſcere vel efferri. Neque cum fratribus ulla ſit vobis diſſenſio, ſed pro Sapientia hac ipſa externa & bonis fortunæ, charitatem in proximos complectamini. Vide hominis intentionem & vehementem animi affectum. Precatur enim & orat, non iniungit. Multum prækterea vel ad aliorum cohortationem id valet, cum ſe imitandum proponit.

Timotheus à Paulo miſſus. IDEO MISI ad vos Timotheū, qui eſt Filius meus chariſſimus & fidelis in dn̄o.) Quoniam vos mihi non ſecus ac filij curæ eſtis, miſi ad vos Timotheum. Nam & ſi ipſe inſtituendi vos gratia concedere Corinthū cupiebam, id tamen ut facerem cum minime licuiſſet, illum tranſmiſi qui mihi eſt chariſſimus Filius. Hoc autem intulit, ut & ſuū erga illos amorem aperiat, quippe qui ut eis prodeſſet, filij tulit abſentiam, ſimul etiam ut Timotheus in honore apud Corinthios haberet̄. Is itaq; inquit, qui eſt fidelis in domino, hoc eſt cuius Fides in his quæ Dei ſunt, non huius ſæculi bonis fuit perſpecta, vel in veſtris adminiſtrandis ſe fidum præſtabit.

QVI VOS commonefaciat vias meas, quæ ſunt in CHRISTO IESV, ſicut ubi in omni Eccleſia doceo.) Non em̄ vos inſtructurus eſt, inquit, ne id illi ferrent moleſtius, cum nondū eſſet Timotheus ætate prouectior, ſed cōmonefaciet. Vobis em̄ denuo recenſebit, quæ iam diu tenetis. Nec noui quidpiam eſt allaturus. Vias autē dicit prædicationis diſpenſationes & regulam, conſuetudines vel leges diuinas, Et quemadmodū ipſe ambulo, quia non tumidus & elatus ut vos intumeſcitis, neq; ve

ſtro more

ſtro more contentiones inuexi & chiſmata. In Chriſto autē dixit, quia eius viæ nullum haberent humanarum rerum veſtigium, ſed in Chriſto omnes conſtarent. Vel quia eſſent illæ Chriſti ope directæ. Oſtenſurus eſt enī hic vobis quē ipſe ſeruem in cunctis Eccleſijs prædicandi modum. Nil enim quod nouū ſit viſum apud vos prædicaui, ſed omnes erant dictorum meorum non ignari. Pudere itaq; nos præter cæteras Eccleſias oportebit, quia a vijs meis tam temere alteraſtis.

TANQVAM venturus non ſim ad vos, ſic inflati ſunt qdam.) Poſtquā Timotheum profeſſus eſt eo ad ſe tranſmiſiſſe, ne ſegniores & torpidi redderentur, ſic infert. Et ſi in præſentiarū non venio, & mea abſentia inſolentiores effecit nonnullos, venturus ſum tamē. Arguit autem puerilem ineſſe his animū. Siquidem puerorum ſit præceptore abſente metas impoſitas tranſilire. Hos vero inflatos dicit, qui circa adulterantem illum, qui cum Patris uxore rem habuiſſet adhuc verſarenī. Sicuti & ſapientes & diuites appellat, qui Sapientia & opibus efferunī. Vel forte quia deerat qui eos criminis argueret Paulus, magnū in modum intumeſcebant.

Rem habens cum nouerca.

VENIAM autem cito ad vos ſi dominus voluerit.) Coercentis verba ſunt hæc & ad pudicitiam inſtituentis. Recte autem ſi dominus voluerit intulit. Huius enim ad nutum geruntur omnia.

ET COGNOſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem.) Cum enim linguæ volubilitati Corinthij & eloquentiæ confiderent plurimū, Paulum vero tanquam idiotam & Græcæ ſapientiæ ignarum aſpernarentur, ſpectabo, inquit, non veſtram dicacitatem. Neq; enim hæc eſt ulla in re neceſſaria, cum opus virtute ſit potius, quæ ſignis conſtet. Quippe cum non oratione exculta & tumida, ſed miraculis Spiritus ſancti virtute editis prædicatum ſit cœlorum imperium.

Paulus græcæ ſapiētiæ ignarus ſpernebatur.

QVID VVLTIS, in virga veniam ad vos, an in charitate & Spiritu manſuetudinis.) Virgam ſupplicia appellat & pœnas. Ait igitur, in veſtra eſt poteſtate ſitum, utrum hoc pacto, an aliter ſim ad vos conceſſurus. Si vos ipſos negligentiores præſtabitis, veniens, tormentis afficiam. Sin vero exciti fueritis & Spiritu vigiles, benignitatis erga vos Spiritu & manſuetudini sutar. Eſt nanq; & crucians & tormentis afficiens Spiritus. Hunc tamen a potioribus nominat; cum manſuetudinis infert, quemadmodum Deum & clementem dicimus & miſericordem, non alio torquentem. Tametſi torquendi illi inſit facultas.

CAPVT. V.

OMNINO AVDITVR inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita uxorem Patris aliquis habeat.) Omnibus hoc & ſi unius ſit, imputat ſcelus, ne illud negligāt. Perinde ac ſi ab eo flagitio alieni, & minus participes, ſed omni ſtudio corrigere adnitanī, quod in cōmunem ignominiam cedat & dedecus. Nec auditur, inquit, ſed audiī omnino. Perinde ac ſi dicat, ſi auditu hoc interdictum eſt intolerabile facinus, quanto magis minus eſt cuiquam audendū, & vos inter præcipue, quos ſpiritalibus myſterijs dignatus eſt Deus. Augendi autem criminis gratia, illud ſubiunxit. Qualis nec inter gentes, Nec gerīī dixit, ſed nominaī, ut uxorem Patris habeat quiſpiam. Nec nouercam expreſſit, ſed Patris dixit uxorem, ut acrius illos ad repetendam genitoris memoriam urgeat. Honeſtius inſuper & habeat intulit, cum eum fornicationis huiuſce, vel nominis magis puderet.

Horrendū ſcelus eius qui cum nouerca miſcebatur.

ET VOS inflati eſtis.) Hoc eſt ſuper fornicantis huius doctrina. Erat enim qui id ſcelus patrarat apud illos ſapiens habitus. Aduerte quam prudenter id facinus, hanc ipſam rem explicet. Eum enī cum fornicante illo ut ignobili & facinoroſo ſermonem habeat ducat indignum, neq; æquum exiſtimet, ut in medium prodeat & innoteſcat, ad alios verba facit, tanquam de communi crimine diſſerturus.

ET NON magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.) Eo inquit vobis plorandum fuit, quia ad communem Eccleſiæ calumniam euaſit hoc ſcelus. Nec minus optandum & lachrymis depoſcendum, uti facere in peſtilenti morbo ſolemus, ut a vobis ſublatus is tanquam communis pernities aliqua

dirimatur abigaturq;, neq; hoc quidam loco Apoſtolus fornicatoris illius explicat nomen, ſed qui hoc opus fecit duntaxat intulit.

EGO QVIdem abſens corpore, pręſens autem Spiritu, iam iudicaui ut præſens.) Neq; enim ſuam Paulus profectionem opperitur, ut cum ad eos conceſſerit, tunc & facinus propalaret & fornicator ille formidine caperetur. Sed tanquam peſtem exitialem aliquam ſtudet prius comprimere, quã in uniuerſum Eccleſiæ corpus transmitteretur. Præſens autem Spiritu dixit, ut Corinthios urgeat in flagitioſum & peſtiferum hominem ſententiam ferre. Terreatq;, aſſerens ſe illorum iudicia & geſta omnia Spiritu cogniturum. Cum vero infert, tanquam præſens iam iudicaui. Nihil hos ſinit niſi in adulteri illius condemnatiõem intendere. Nam & ego, inquit, hunc iam iudicaui, & ſententiam tuli, quam ſequi & ipſi debetis.

EVM QVI ſic operatus eſt in nomine domini noſtri IESV CHRISTI congregatis vobis & in meo Spiritu.) Ne videretur id per ſe audere vel hos admittit ad ferendum iudicium comites. Vobis, inquit, in unum conuenientibus in CHRISTI IESV nomine. Hoc eſt, ne humano inſtinctu, ſed diuino potius, paret hic veſter conuentus. Videlicet ut Chriſtus ipſe eius rei gratia de qua acturi eſtis, coire in unũ vos faciat. Adiecit præterea & meo Spiritu, ne illum venia dignũ exiſtiment, ſed tanquã adſtante ſe & omnia proſpectante, hunc iudicent potius & damnent.

CVM VIRTVTE domini noſtri IESV CHRISTI committere huiuſmodi Sathanæ.) Vel quia potens eſt Chriſtus hanc vobis gratiam elargiri, ut adulterum hunc Sathanæ demandare poſſitis. Vel quia Chriſtus ipſe vobiſcũ una in hunc tulit ſententiam. Nec Sathanæ prorſus dedendum hunc dicit, ſed committendum. Perinde ac ſi illi aperiat ad pœnitentiam fores. Neq; hoc quidem loco ullam facit de huius nomine mentionem, ſed huiuſmodi inquit.

Corpus affligendum.

IN INTERItum carnis, ut Spiritus ſaluus ſit in die domini IESV.) Vt Sathanas ſcilicet morbo hunc maceret. Nam cum ex corpore, luxuriæ concupiſcentia defluat, debet hoc ſane ſupplicijs affici, ut ſaluus ſit Spiritus. Hoc eſt, ut anima ipſa ſaluetur, vel forte Spiritus, id eſt Dei gratia integra illi ſeruetur. Neq; ab eo tanquam ab impio abſcedat penitus, quod utiq; curationem & medelam eſſet ſuſcipientis potius, quam ſubeuntis tormenta. Bene autem in die appoſuit, ut Corinthij ſaltem terrore ducti, ægreſcenti illi mox medeantur. Et qui morbo affectus eſt fornicator, medelam accipiat. Quin etiam præſcribit diabolo terminos, quales illi & Deus in Iob præfiniuit, ut corpus duntaxat anima inoffenſa contingeret.

Quid iuris habuerit Sathanas in Iob.

NON BONA eſt gloriatio veſtra.) Oſtendit hoc loco Corinthios nihil permiſiſſe adulterum hunc pœnitere, quia huius Sapientiam gloriæ ducerent. Erat enim is apud eos habitus e ſapientibus unus.

NESCITIS quia modicũ fermentũ totam maſſam corrumpit?) Vobis, inquit, non illi proſpicio. Poteſt nanq; quod neglectum eſt malum, vel reliquum Eccleſiæ corpus corrumpere. Nam ut ſolet fermenti vel tenue quidpiam & perexiguũ maſſam totam confundere, eandemq; vel in ſui imutare naturam, ſic & huius delictum multos eſt ad ſe imitandum facile traducturum.

EXPVRGATE vetus fermentum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis açimi.)

Vetus fermentum quid apud Paulum.

Hoc eſt, adulterum hunc e medio tollite, & alios facinoroſos propellite. Vetus autem fermentum, omne nequitiæ genus appellat. Nec purgate dixit, ſed expurgate, ut ſitis noua conſperſio, nulla improbitate admixta. Et ſicut eſtis, hoc eſt, quemadmodum vos eſſe decet, ſine fermento, & açimi, hoc eſt, abſq; vetuſta iniquitate acida illa & mordenti, ob pœnitentiam.

Axima quid uocet Paulus.

ETENIM paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.) Cum de açimis mentionem feciſſet, quibus in paſchali celebritate veſcerentur Iudæi, allegorice diſſerens, quid illa ſint açima. Siquidem animi ſit diſpoſitio quędam omnis prorſus nequitiæ expers, nunc etiam & paſcha per allegoriam interpretatur, Chriſtum inquiens nobis eſſe

bis eſſe in paſcha, qui pro nobis ſit immolatus. Debemus itaq; açima hæc, id eſt pu-
ritatem omni vitio alienam complecti.

ITAQVE epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequi-
tiæ.) Arguit ex his omne tempus feſtum eſſe & celebre Chriſtianis, propter bo-
norum magnitudinem, quæ illis ſunt gratis conceſſa. Propterea, inquit, immolatus
eſt Dei Filius, ut te lætos & celebres dies agere faciat. Non in antiquo Adæ fermen-
to, neque in vita (quod longe deterius eſt) nequitiæ plena. Nam malus is utique di-
citur, qui mala exequitur. Nequam vero, qui mente iniqua & malitiæ quadam pro-
funditate, quæ mala ſunt peragit.

SED IN açimis ſinceritatis & veritatis.) Hoc eſt, in vita puriori & integra, ad ne-
quitię differentiã & veritatis, id eſt vera, non ſimulata & ſine dolo, quod ut ſecernat
& maliciam dixit. Vel poteris cum veritatis inquit, & veteres typos a veritate hac ſe
gregandos referre, qui nihil præ ſe ferebant, vel pro ſynceritate puritatem ipſam in-
telliges, quæ opere conſtat, & actionibus, & contemplationem pro veritate.

SCRIPSI vobis in epiſtola ne commiſceamini fornicarijs.) Quam dicit epi-
ſtolam? Hanc quidem ipſam. Nam cum dixiſſet ſuperius expurgate vetus fermen-
tum, ſuſpicati ſunt forte Corinthij, vel a cæteris ſibi, qui in Græcia eſſent, adulteris
præcauendum, quod tamen ita ediſſerit.

ET NON utiq; fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut rapacibus ſeruiẽtibus, alio-
qui debueratis de hoc mũdo exiſſe.) Hunc in modũ conſtruit & intelligit orõnis
huius contextus. Et utiq; non fornicarijs huius mũdi cõmiſceri prohibui, hoc eſt gen
tilibus, alioqui alius mũdus vobis eſſet quærendus. Qui cm̃ fieri poteſt una in ciui-
tate vel ex maiore parte diuerſantibus, qui ex gentibus eſſent, non his admiſceri?

NVNC AVTem ſcripſi vobis ne cõmiſceamini, ſi quis frater nominat̃, aut forni-
cator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hu-
iuſmodi nec cibum ſumere.) Vides quemadmodũ non unus aliquis eſſet fornica
tionis ſcelere inquinatus, ſed alij erant pleriq; eiuſmodi, & varijs affecti iam vitijs.
Verũ quo pacto frater cum ſit, & inſeruire idolis poterit? Quemadmodum em̃ con
tigit, olim & ſamaritis ut pars dimidia pie colerent Deum, ſic & inter hos q̃dam ido
lis adhuc inhærebant. Anticipat præterea de his qui Idolothytis veſcebant̃, ſermo- *Idolothyta.*
nem. Recte autem dixit, qui frater vocatur. Quippe cui fratris duntaxat nomen ſit
reliquum, nec in veritate eſt frater, qui hiſce ſit malis obnoxius.

QVID ENIM mihi de his qui foris ſunt iudicare.) Qui foris ſunt Gentiles di- *Gentiles qui*
xit. & idolis deditos. Qui vero interius Chriſtianos, perinde ac ſi dicat, neminẽ equi *foris ſunt.*
dem nunc eorum qui exteriores ſunt alloquor, id enim leges meas excederet. Super
uacaneum igitur Chriſti præcepta illis iniungere, qui extra Chriſti aulam diuagan-
tur. Quæcunq; enim lex diſſerit, his qui ſub lege ſunt diſſerit.

NONNE DE his qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt Deus iudi-
cabit.) Nonne qui intus ſunt vos iudicatis. Hoc eſt, nonne de Chriſtianis iudica-
turi vos eſtis. Nam qui foris ſunt, Deus iudicãdos ſuſcipiet. Fit itaq;, ut ſi apud vos
qui intrinſecus ſunt iudicent̃, euaſuri ſint horribilem Dei ſententiam.

AVFERTE malum ex vobis ipſis.) Meminit dicti cuiuſdam veteris teſta- *Improbi è me-*
menti, ut arguat a principio legislatori viſum id eſſe, improbos ſcilicet tollendos *dio tollendi.*
e medio eſſe. Ex vobiſipſis, cum inquit, iudicat utilitatis plurimum his allaturum
ſi praua demantur.

AVDET ALIquis veſtrum habens negotiũ aduerſus alterum, iudicari apud ini-
quos, & non apud ſanctos.) Cum de pecunijs creditis & repetundis, cauſas habe
rent nonnulli, ad Gentiles iudices haud ſecus ac legis Chriſtianæ latores, has defere
bant, illorum iudicio terminandas. Id Paulus in medium prodiens caſtigat & corri-
git. Cunq; & auaros commemoraſſet, hos ſtatim ut curet, ardore incendit̃, qui tali-
bus in rebus delinquerent. Aduerte autem quemadmodum initio ſtatim iram præ-

CAPVT. VI. tendat. Quippe qui audaciam rem ipſam appellet & iniuſticiam. Neq; eñ apud infideles, ſed apud iniquos intulit. Quandoqdem qui litigat, quod equũ ſit aſſequi concupiſcit, quod tamen minus hos poſſe arguit adipiſci. Iniqui eñ & iniuſti ſunt, inquit, Gentilium iudices. Quo ergo pacto, quod æquius ſit pro te ſunt laturi iudicium. Sanctos vero fideles appellat, ex ipſis nominibus quantum hi inter ſe differant patefacit, cum iniquiores ſint alteri, alteri ſanctimonia polleant.

AN NESCITIS quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt.) Quoniam fideles cum idiotæ eſſent & legum ignari, haud quaquam digni forſitan viderentur, qui decernerent cauſas, dignos hos & idoneos reddit, tum ſanctos hos nuncupat, tũ etiam quod de mũdo cognituri ſint aſſerit. Non tamen quod a confidentibus his iudicandi ſint cæteri. Dominus quippe eſt facturus iudicium, ſed ad ſupplicia condemnandi. Hi nanq;, & ſi cum cæteris ſint paſſibilis naturæ participes, credidiſſe tamen inuenti ſunt. Illi vero Chriſti Fidem non excepiſſe, nõne haberi huiuſmodi incredentium Fides pro infidelium damnatione debet?

ET SI IN vobis iudicabitur hic mundus, digni eſtis qui de minimis iudicetis.) Attende quemadmodum non a vobis dixerit, ſed in vobis. Hoc eſt, a Deo quidem iudicabitur, in vobis autem condemnabitur, eo ſcilicet quia exemplo cæteris ipſi ſitis credentes. Illud vero indigni eſtis qui minima iudicetis, hunc habet ſenſum. Nam ut decens eſt iudicatos illos per vos, hoc eſt fideles, qui intus eſtis, confundi. Sic contra vobis ad ignominiam cedet, ab his qui extra ſunt & infidelibus iudicari. Quorum profecto nullius ſunt momenti, iudicia. Siquidem quæ per vos, qui interiores eſtis feruntur, haud quaquam ſunt huiuſmodi.

Angelo dæmones appellat aulus.

NESCITIS, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia.) Angelos dæmones ipſos appellat. Sunt eñ & hi per nos condemnandi, tunc ſane cum ipſi qui ſumus hac carne obducti, incorporeos illos viciſſe coarguemur.

SAECVLARIA igit̃ iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandũ. Ad verecũdiam veſtram dico. Si non eſt inter vos ſapiens quiſquã, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuũ & fratrem.) Cum id unũ præcipue vellet Apoſtolus, ut a forenſi iudicio prorſus illi abeſſent. Occurret aliqs, inquit, dicetq;, neq; unum quidem in Eccleſia eſſe qui ſapiens ſit & cognoſcere cauſas queat hmõi. Vel ſi ita ſe res habuerit, ait, ut nemo ſit in Eccleſia ſapiens, malim eqdem vel abiectiores Eccleſiæ iudices, quã infideles ipſos conſtituatis. Vel vero ad veſtrã verecundiã dixerim, non ꝗd ita ſe habeat, ut vel falſo excuſantibus vobis nihil obſiſtã. Quandoqdem tanta eſt apud vos ſapientiũ raritas, ut vel viliores oporteat & literarum ignaros, ſententias ferre. Inter fratrem autem adiecit, arguens ut cum inter fratres cauſa aliqua agitet̃, nil eſſe opus vel diuerſarũ rerum cognitione, vel multa ſcientia. Quando plurimũ faciat ad controuerſias diſſoluendas fraterna affectio.

SED FRATer cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles.) Duplex conſtat eſſe id malũ, & quia cum fratre lis eſt, & quia apud infideles agitata.

IAM QVIdem oĩno delictum eſt in vobis quod iudicia habetis inter voſmet.) Primum quæ apud infideles inibantur iudicia ſubſtulit. Nunc vero eadem illa prorſus euertit dicens. Omnino delictum eſt vobis, hoc eſt in condemnationem & ignominiam cedit, quia iudicia inter vos exercetis. Inter voſmet autẽ dixit, quia non minoris, cum Chriſtiani ſimus, fratres debemus, ac nos ipſos æſtimare.

Melius tolerare iniuriam, ꝗ inferre.

QVARE NON magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudes patimini, ſed vos iniuriam facitis & fraudatis, & præſertim fratres.) Multiplex iſtorum eſt crimen, tum quia illatam neſciunt iniuriam ferre, tum quia ipſi ſeſe in alios iniuſtos exhibent, tum demum quia in fratres iniquitatem exercent. Satius, inquit, foret, nec inferre nec pati iniurias. Concludit demum, melius eſſe tolerare, quam inferre iniuriam.

AN NESCITIS, quia iniqui regnũ dei non poſſidebũt?) Quaſi cõminando hos

admonet,

admonet, ut ſua dicta faciat firmiora, ac tanq̃ de re confeſſa & certiora hos rogat.

NOLITE errare.) Hoc loco oſtendit fuiſſe apud Corinthios nõnullos qui dicerent Deũ eſſe clementiorem, & neminem ob delicta cruciaturũ inducturumq́ po tius in cœleſte nos regnũ. Inquit igitur, nolite errare, errat enim et longe fallitur qui cum hinc futura bona ſperat ſe habiturum, contraria poſtmodum nanciſcatur.

NEQVE FORnicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles.) Molles dicit qui fœda & nefaria patiuntur, ſubiungit enim & qui turpia factitant. *Molles qui.*

NEQVE MASculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ Dei poſſidebunt.) Quærunt nõnulli cur ebrioſos & dicta nefaria perpetrãtes, hic interiecerit, ubi de idolatrijs prædixit Apoſtolus? Quia & Chriſtus eum qui ſtultũ quempiã dixerit, gehennæ obnoxiũ pronuntiauit. Deinde quia haud quaq̃ de cruciatu nunc mentio fit, ſed de regni cœleſtis iactura & caſu Quo ex regno, & ſi huiuſmodi homines æque ſunt omnes caſuri, in ſubeundis tñ ſupplitijs, quam ſint differentiã habituri, nullus eſt impreſentiarũ querendi locus.

ET HAEC quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine domini noſtri IESV CHRISTI, & in SPIRITV Dei noſtri.) Cognoſcite, inquit, e quantis uos Deus exemerit malis, & quantis uos ille bonis donauerit Nam cũ eſſetis antea his quæ diximus uitijs inquinati, ab his tamen uos mundiores effecit, & labe tam tetra abſterſit. Neq; id modo, quin & uos ille ſanctificat. Quo pacto? Iuſtificando inquit. Cum enim prius uos abluiſſet & iuſtitia cõdonaſſet, mox & ſanctimoniã contulit. Nec in huius illiuſue nomine, ſed Chriſti duntaxat. In SPIRITV ſancto, hoc eſt, trinitas ipſa hæc omnia uobis largita eſt. Cum enim Deum inquit in Chriſti nomine & ſpiritu ſanctificaſſe, præter trinitatẽ, nihil aliud præfert.

OMNIA Mihi licent, ſed non oia expediunt.) Quoniã de fornicante illo fecerat mentionem, & eodẽ iterato ſit uerba facturus, interſerit demũ & de uitio Gulæ ſermonem. Ex ea nanq; perſępe fornicationis uitia prodeunt, ait igitur. Licet haud dubie mihi & cibum & potum deſumere, nil tamen conducit immoderate id facere. *Ex gula fornicatio.*

OMNIA Mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.) Poſſum, inquit, & cibo uti & potu. Ei tamen ſi me intemperanter addixerim, mei iuris cum ſim, luxus & intemperantiæ ſubiiſſe ſeruitutem deprehendar. Quemadmodum & alibi dicit. Quorum Deus uenter eſt, nolim ergo malorum huiuſmodi Imperium pati.

ESCA VENtri, & uenter eſcis.) Ventrem ingluuiem ipſam appellat, non ſtomachum, corporis noſtri membrũ. Eſcas uero ciborum effuſus & immoderatior uſus. Inquit igitur, eſcam huiuſmodi ſine modo ſumptam, & gutturis indulgentiã, amicitias inter ſe & familiaritatem conciliaſſe, nec patere nobis per hæc acceſſum. Sed alternis & ad ſe & per manus reſiſtere, quos ſibi habeant obſequentes.

DEVS AVTEM & hunc & has deſtruet.) Non uentrem inquit, ſed uentris ingluuiem. Nec eſcam ipſam & cibum, ſed luxuriem & intemperantiã ſublaturus eſt Deus. Dicunt nonnulli prænunciari per id futuri ſæculi conditionem, ubi nec capi poterit cibus, nec potus hauriri. Quinetiam cum ibidem uel cibo ne moderatiore quidem uti quis quiuerit, longe magis profuſior eſca, & ingluuies omnis tolletur. *Futuri ſeculi conditio.*

CORPVS AVtem non fornicationi, ſed dño, & dominus corpori.) Siquidem proſequenda erat oratio, corpus aũt non eſcis nec uentri, haud tamen hoc dixit, ſed fornicationi arguens, quemadmodũ delitiarũ finis fornicatio ſit. Quod aũt dicit talẽ eſt corpus quidem, haud quaq̃ eſt eo effectũ, ut in luxu ſit, & delitijs, & in fornicatione labatur, ſed Deũ, ut caput ipſum ſectetur, cũ Deus ſibi capitis inſtar p̃ſideat. *Delitiarum finis eſt fornicatio.*

DEVS AVTEM & dominũ ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam.) Nil obturbetis cũ Deum audis dominũ ſuſcitaſſe. Nam haud ſecus ac pueri minutioribus his cõdeſcendit. Cum enĩ patrem illi & Deum oĩno profiterentur, & cunctorũ cauſam eſſe penes oẽs certa eſſet & cõſtans opinio, reſurrectionẽ FILII patri demãdat, & nos pariter fore ab eo ſuſcitandos decernit. Nam quemadmodũ Chriſtũ, qui

caput eſt noſtrum, a mortuis hic excitauit, ſic nos ſuſcitabit qui corpus reliquum ſumus. Per uirtutem eius propterea intulit, ut dictis ſuis faciat fidem. Quod aũt patri tanq̃ omniũ cauſæ uł Chriſti reſurrectionem permittat, eſt quidem ex eo perſpicuũ quod de ſe ipſo profitetur & Chriſtus, Soluite templum hoc, inquiens, & illud poſt triduũ excitabo. Et rurſum ſcriptũ eſt. Præbuit autem ſeipſum uiuum. Itaq; cũ ipſe ſe ſuſcitauerit, patri utpote qui ſuæ reſurrectionis ſit cauſa, rem omnem adſcribit.

NESCITIS quoniam corpora ueſtra membra ſunt Chriſti.) Rurſum ad propoſitam fornicationis caſtigationem ſe confert, de eaq; horrendum in modũ deſinit.

TOLLENS itaq; membra Chriſti, faciã membra meretricis? Abſit.) Non enĩ dixit proſtitutæ fœminæ copula, ſed quod horribilius eſt, faciam meretricis membra. Quis enim id audiens non contremiſcat? Chriſti membra a Chriſto diuulſa, in meretricis membra conuerti.

AN NESCItis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Erunt enĩ inquit, duo in carne una.) Quod dixit confirmat, quemadmodũ ſcilicet meretricis reddãtur Chriſti hæc membra. Ex libidinis enim cõmertio, unum fiunt fornicator & meretrix. Ita fit, ut uiri mẽbra q̃ Chriſti ſunt, in uulgatæ fœminę mẽbra uertãt̃.

QVI AVTEM adhæret dño, unus ſpiritus eſt.) Vides ut ex nudis noĩbus meretricis & Chriſti inductam accuſationem exaggeret. Inquit igitur, qui adhæſerit domino eo uel maxime ſpiritũ eundem cum Chriſto ſortiri, quia nihil agat pro carnis inſtinctu, hoc eſt ſpiritalis hic redditur. Ea nanq; cũ dño inita coniunctio, ſpiritus illi exhibet ſanctitatẽ. Quinetiã ex his patefacit Chriſti mẽbra redditos eſſe fideles.

FVGITE FORnicationem.) Haud ſecus quam inſectatricem aliquã, quæ ſemper nos urgeat, fugiendam hortatur libidinem, ſuadetq; uti ab ea enixe aſtineamus. Nihil enim nos a Deo inſectatur, quam carnis concupiſcentia.

Fornicationis immunditia.

OMNE ENIM peccatũ quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt. Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.) Fornicatione nanq; libidinantis totum inficitur corpus. Vnde qui rem ueneream factitant, adire balneas conſueſcunt, ut corpus ſordibus & illuuie affectum abſtergãt. In corpus itaq; ipſum fornicator delinquit cum illud inquinat & ſorde conſpurcat. Nam etſi uideatur cum hominem trucidamus, corpore admitti id facinus, nõ tamen uniuerſum ex eo corpus ſordeſcit. Poſſumus nanq; uel lapide uel ligno, uel alio quopiã tormento ictus infligere, & nihil corpus hoc inquinare. Verum tamen nullo pacto licebit ſine corpore fornicari, quo fit, ut illud omnino commaculetur. Cupit itaq; Paulus id ſcelus e medio tollere, cuius ob gratiam illi propoſitum erat Corinthios cõmonefacere & caſtigare. Poteſt & aliter illud intelligi. Videlicet qui fuerit libidinatus, in propriũ corpus delinquit, qui nõ ſuſcipiendi liberos cupiditate id agat, nec cũ uxore legitima miſceatur, ſed fruſtra corpus ſeminis profuſione corrumpat & imbecillitet. Vel etiam in corpus ſuum delinquit adulter, quia in fœmina peccet adulterando, quæ ſuum præferat corpus. Illa nanq; ex uenereo illo cõgreſſu uel unum cum uiro ſortita eſt corpus. In eam autem delinquere dicitur, quia haud quaq̃ illi legitime cõmiſcetur, ſenſus tamen ſuperior cæteris potior creditur. Quærunt nõnulli quid de inuidia dixeris, nõne & hæc macerat corpus? Hanc quæſtiunculam ſic ſoluunt pleriq;. Dicunt enim inuidiã quandam eſſe animi perturbationem, non actum. Nunc uero de opere & actione ipſa fieri ab Apoſtolo mentionem. Siquidem, inquit, omne peccatũ quodcunq; fecerit homo, ubi nil prorſus de huiuſmodi animorum perturbatione & affectu diſſeruit. Inuidia nanq; haud quaq̃ a nobis enaſcitur, ſed operatur in nobis.

Nota.

Inuidia animi pertubatio nõ actus.

NESCITIS quoniam membra ueſtra templum ſunt SPIRITVS ſancti, qui in uobis eſt, quem habetis a Deo.) Hos magis territat, cũ ob muneris, hoc eſt SPIRITVS ſancti magnitudinem, tũ largientis, hoc eſt Dei, dignitatem. Templum, inquit, eſtis & ſanctũ. Quippe quod ex ſancto SPIRITV eſſe cõſtat. Nolite ergo hoc templum q̃d ſanctitate donatũ eſt, impurũ & ſordidatum efficere. Neq; Dei hoc donũ inutile reddite.

reddite. A Deo nanqꝫ accepiſtis hunc SPIRITVM.

ET NON eſtis ueſtri, empti enim eſtis pretio magno.) Eſtis enĩ, inquit, ſub domino conſtituti. Nec quicq̃ habetis, quod ueſtri ſit iuris, nec corpus ipſum. Quippe qui pretio empti magno ſitis, hoc eſt, Chriſti ſanguine. Quo fit, ut membra ueſtra non uobis, ſed domino obſtricta ſint ſeruitute, & pro illius arbitrio ferantur neceſſe eſt. Id autem non eo intulit, ut liberum nobis demat arbitrium, ſed iure ut arguat Deo eſſe inſeruiendum, a quo ſumus pretio empti.

Liberum arbitrium a nobis Paulus non aufert.

GLORIFIcate & portare Deum in corpore ueſtro.) Cum enim empti pretio ſitis, Deum ueſtro in corpore glorificate, operantes quæ ſunt rectiora, & corpus id in puritate ſeruata & caſtimonia, ut hominibus opera noſtra ſpectantibus optima, & Deo gloria referatur, & in eundem ab his uel laudes congerantur.

ET IN SPIRITV ueſtro.) Oſtendit hoc loco non modo corpore eſſe ab adulterio declinandum, ſed animo, Scilicet ut mentem ipſam nulla labe afficiamus. SPIRITVM nanqꝫ mentem & cogitatum appellat, quod adulterium corde cõcipere, uel in Euangelio prohibeamur.

QVAE DEI ſunt.) Frequentius recordat̃ Ap̄lus nequaq̃ in noſtra eſſe nos poteſtate, ſed dño ſeruitute obſtringi. Id eſt, Deo, ꝗ & aĩam noſtrã, & corpus redemerit.

DE QVIbus autem ſcripſiſtis mihi.) Diſſenſionibus iam, fornicatiõe, & auaritia caſtigatis, de nuptijs & celibatu iam ſtatuit. Scripſerant enim Corinthij rogantes Apoſtolum, utrum eſſet a re uxoria abſtinendum, an minime.

BONVM EST homini mulierem non tangere.) Bonum eſt, inquit, & egregiũ mortali cuiqꝫ, non ſacerdoti duntaxat, ut ſentiunt multi, nil prorſus mulierem contingere, ſed uitam celibem ducere & caſtam ſeruare. Quod tamen fieri ſi nequeat, matrimonium imbecillitati noſtræ ſubueniet, infert igitur.

PROPTER fornicationem autem unuſquiſqꝫ uxorem ſuam habeat, & unaquæqꝫ uirum ſuum.) In utranqꝫ diſputat partem. Poteſt enim uir dari qui pudicitiã tueatur, & mulier aliqua quæ procliuior ſit in libidinem, & contra. Enimuero de fornicatione cum faceret mentionem, ad ueneris abſtinentiam uniuerſos compellit. Et ſi declinandæ inquit fornicationis gratia nuptiæ permittuntur, non tamen his quidã abuti per luxum, & intemperantiam debent.

Non eſſe abutendũ nuptiis per intemperãtiam.

VXORI VIR debitum reddat, ſimiliter autem & uxor uiro.) Vt enim mutuæ eſtis charitati obſtricti, ſic eritis & debitum reddere alternis obnoxij.

MVLIER poteſtatem ſui corporis nõ habet, ſed uir. Similiter autem & uir ſui corporis poteſtatem non habet.) Quod autem mutua charitas debiti loco ab his ſit exigenda, nunc patefacit, cum nullam hos aſſerit ſuorum habere corporum poteſtatem. Sed mulierem ſeruæ ſpeciem præ ſe ferre & dominæ. Seruæ quia ſubiecta ſit uiro, nec ullã uendicet corporis ſui poteſtatem, ut uulgare illud ad libidinem, quibus libeat, queat. Dominæ quia cõtra ſuum iri ſit corpus, in quo nullum habeat ille imperium, ut poſſit pro eius arbitrio adulteratis illud & meretricibus demandare. Nõ itaqꝫ ab ſimili ratione & uir uxoris eſt ſeruus & dominus.

Maritus & uxor ſibi inuicẽ ſeruiunt & dominantur.

NOLITE fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus.) Hoc eſt uiro inuito, nil a coitu abſtineat uxor. Vel uir uxore nolente. Quodcunqꝫ enim contra alterius uoluntatem fecerit alter, fraudis loco habendum eſt. Quemadmodũ & in pecunijs committi dicimus fraudem, cum repugnante domino extorquentur. Secus tamen ſe res habebit, cum id fieri contigerit utriſqꝫ aſſentientibus. Hoc eſt, cum ex conuento tempus aliquod utriqꝫ ad celibatum præfiniunt.

VT VACETIS ieiunio & orationi.) Explanat cur ad tempus aliquod dixerit, uidelicet cum oportunum ſit orationi uacare, hoc eſt, enixe fuerit orandum. Nec ſimpliciter ut oretis dixit, ſed ut uacetis orationi. Nam ſi a ſimplici oratione arceret concordes, cur alibi indeſinenter orandum intuliſſet? Vt itaqꝫ orari maiori ſtudio poſſit, abſtinete, inquit, ab inuicem, perinde ac ſi coitus orationem potius interpellet,

Coitus orationẽ interpellat.

quã labem

quam labem pariat aut ſordes.
ET RVRSVM reuertimini in idipſum, ne tentet uos Sathanas propter incontinen
tiam ueſtram.) Reuertimini inuicem, inquam, non ut legem uobis ullam aut ne-
ceſſitatem imponã, ſed ne Sathanæ præbeatis occaſionem in fornicatione uos præ-
tentandi. Et quoniam Sathanas nequaq̃ nobis prior ipſe ad fornicandũ cauſam prę
bet, ſed noſtra in primis laſciuia, unde per incontinentiam addibit. Ille nanq; cũ nos
incontinentes perſpexerit, ad luxuriam inuitat.

Paulus indulgenter quedã permittit.

HAEC AVtem dico, ſecundũ indulgentiam, non ſecundũ Imperiũ.) Ad tempus
inquit, uos inuicem fraudate, per indulgentiã dixi, hoc eſt, ueſtræ indulgens fragili
tati, nulla uobis uel lege impoſita, uel mãdato in dicto, q̃d excedi impune nõ poſſit.
VOLO AVtem omnes homines eſſe ſicut meipſum.) Vbi rem aliquam arduã
inducit & perdifficilem, ſeſe proferre in medium conſueuit Apoſtolus. Velim itaq;
(ait) a luxu & uenere uniuerſos homines abſtinere, quemadmodum & ipſe abſtineo
Hoc eſt, caſtitatem ſectari, non uenerem.

Celibatus Dei donum eſt.

SED VNVS quiſq; propriũ donum habet a Deo, alius quidem ſic, alius uero ſic.)
Permanere, inquit, in celibatu Dei eſt donũ, tametſi noſtro ſtudio ea res egeat. Cur
ergo continentiã Dei donum appellat? Vt eos quos caſtigando diu iam urget, quã-
do propria aſſerit intemperantia in id crimen fuiſſe prolapſos, cõſuletur & mitiget.
Aduerte autem, quemadmodum etiam pro dono connubium ſtatuat. Et cum ſingu
los dicit proprium donum habere, alium ſic, id eſt, ut ſit continentior, & uirginita-
tem tuetur, & alium ſic, quia matrimonio ſcilicet & nuptijs obſtringatur.
DICO AVtem non nuptis & uiduis, bonũ eſt illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego
Quod ſi non ſe continent, nubant, melius eſt enim nubere, quam uri.) Vides ut
ſapienter Apoſtolus potiorem arguat pudicitiam. Nec eum ad hanc adhortetur ſer
uandã quia uenere abſtinere non poſſit, ne grauius delinquatur. Nam ſi uehemen-
tiorem huiuſmodi uiolentiam tuleris, & ardorem libidinis ſuſtinebis. Ingens eſt enĩ
concupiſcentiæ uis, eris haud dubiæ labore immenſo liberatus, qui proculdubio ti
mendum fuiſſet, ne in deterius aliquod facinus prolabereris.
HIS AVTEM qui matrimonio iuncti ſunt præcipio nõ ego, ſed dominus.) Cũ
dominus lege decreuerit, niſi adulterij ratione nuptias minus oportere diſſolui, eo
nunc inquit. Non ego id uobis iniungo, ſed dominus. Cuncta tamen Pauli ſuperio
ra mandata, nequaq̃ ſunt pro Diuinis dictis expreſſa. Tametſi quæcũq; Paulus diſ-
ſerit, domini dicta ſint, non humana, præſertim cum paulopoſt ſit idem dicturus.
Videor enim & ipſe SPIRITVM Dei habere.
VXOREM a uiro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit manere innuptã, aut uiro ſuo
reconciliari. Et uir uxorem non dimittat.) Quoniã ſeruandæ pudicitiæ gratia uel
intolerantia quadam, uel alia quauis de cauſa fiunt diuortia, ſatius inquit eſt, ut nul
la prorſus fiat ſeiunctio. Quæ tamen ſi fieri contigerit, maneat mulier uirũ habens
tametſi cum eo nihil commiſceatur, nec alium ſuperinducat, uel uiro concilietur.

Infidelitas adulterio peior.

NAM CAETERis ego dico non dñs. Sed ſi quis frater uxorem habet infidelem, &
hæc cõſentit habitare cũ illo, non dimittat illam. Sed ſi qua mulier habet uirũ infide-
lem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat uirũ.) Quid ais? Si infidelis
ſit quiſpiã, maneat uis cum uxore. Si adulter & fornicarius, prohibes, præſertim cũ
adulterio deterior ſit infidelitas? At noſtra potius uindicat Chriſtus quã ſua. Nam
dimitte inquit ibi munus tuum, & fratri tuo reconciliare. Num qui mille talenta ſit
aſpernatus, in eum qui nec in nummis centũ fuerit ſibi obnoxius, ſuam iniuriam ul
ciſcetur? Nec ſecus ergo hoc loco, infidelitatem qua conſtat in ſe delinqui, cõtemnit
Deus & nihil ducit, ob fornicationẽ uero, qua in uxorem peccaĩ, pœnas exigit. Di
cũt tamen nõnulli, per ignorantiã infidelitatem obnaſci, quã Paulus inquit forſitan
iri ſublatũ. Quid enim noſti mulier ſi uirum ſaluum factura ſis, fornicationem ue-
ro ex cõfeſſa quadam fieri & indubitata malitia, haud dubium eſt. Fornicator præ-
terea co-

terea eo profectus eſt ſceleris, ut propria membra a ſeipſo diſiunxerit. Hæc nanqꝫ ut primũ a fœmina ſubſtulit adulterata, quæ ſua fuerant, meretricis effecit. Infidelis uero, nil prorſus in ea carnis coniunctione deliquit. Videlicet quia ſua membra per copulã uxoris effecerit. Quinpotius ob nexũ forte eiuſmodi uel ex fide, fideli uxori iungetur, citius quã huius, ut ita dixerim, uitam ob ſuam infidelitatem peruertat, carpereturqꝫ haud dubie ob id Euangeliũ, ſi credens ab incredulo ſeiungeret. Id tamen tum quidem futurum intelligas, ſi utriqꝫ cum infidelitate perſiſterent, iniſſent coniugium, mox alter ad fidem ueniſſet. Nam ſi prius fuiſſet aut uir aut uxor fidelis, haud quaquã cũ infideli iungi matrimonio licuiſſet. Nec dixit quidem, ſi quis uult infidelem accipere, ſed ſi quis habet infidelem uxorem. Nec ſimpliciter infideli fidelem, ſed uolenti coniungit, ꝙd ſane cũ conſenſerit, inquit, præfert, hoc eſt, uoluerit.

Fidelis cum infideli matrimonio non copulatur.

SANCTIFICATUS eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem. Et ſanctificata eſt mulier infidelis, per uirum fidelem.) Hoc eſt, patris fidelioris abundanti puritate uincitur infidelis cuiuſpiam immunditia. Neqꝫ eo quod ſanctitatem adipiſcatur in poſterum infidelis, ſiquidem non ſanctus eſt dixit, ſed ſanctificatus eſt, hoc eſt, ab eius quæ fidelis ſit, infidelis uincitur ſanctimonia. Hæc autem dicit, ne uereatur fidelis aliqua mulier labe & ſordibus infici, ſi cum infideli rem habeat, & illi matrimonio ſit ante fidem ſuſceptam coniuncta. Quæritur autem, quod ſiquis qui meretrici adhęſerit, unum iam corpus cum ea ſortitus, fiat immundior, & ſi perſpicuum eſt uel eam quæ cum idolatra uerſetur, unum cum illo corpus ſortiri, cur tamen ea ex re non immũda redditur mulier? Quoniam uel idipſum libidinandi commercium impurum per ſe & ſordidum eſt. Eoqꝫ uel utroſqꝫ coinquinari. Verum quod ad fidelem ſpectat, & infidelem longe ſe aliter habet. Siquidem ob ſuam incredulitatem immundus efficitur infidelis, nõ tamen ſecundum incredulitatem eiuſmodi ſi cum uiro uerſetur & mulier. Sed ſecundũ copulam coniugalem ſanctificatˀ, quam nullam habere in ſe immunditiam liquet. Eſt enim hæc illi connubij uinculis nexa. Propterea nullam fidelis ex eo labem admiſerit.

Quæſtio ſingularis.

ALIOQUI filij ueſtri immũdi eſſent.) Nam ſi infidelis, inquit, credentis nitore nõ uinceretˀ, forent ſane ꝗs parerent liberi imundiores, uel ex parte dimidia mundi.

NUNC AUtem ſancti ſunt.) Hoc eſt, non immundi, demit enim omnem ſuſpitionem fidelis fœminæ ſanctimonia.

QUOD SI infidelis diſcedit, diſcedat.) Hoc eſt, ſi uir infidelis uxori fideli iniungat ſecum ut ſentiat, & particeps ſuæ fiat infidelitatis, dirimat potius matrimonium mulier, & a uiro abſcedat. Satius enim eſt connubium ipſum diſſoluere, quã pietatem & Dei cultum admittere.

Connubiũ diſſoluendum magis quàm pietas ac Dei cultus admittẽdus

NON EST enim ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, in pace autem uocauit nos Deus.) Si tecum ille eo, inquit, iurgatur, quod ſuæ infidelitatis participare nil toleres, confeſtim ſecedito. Non enim es eiuſmodi ſeruituti ſubiecta, hoc eſt, nil cogeris uirum in rebus huiuſmodi perpeti. Melius eſt enim ſecedere quam altercari. Neqꝫ enim Diuinæ illud eſt uolũtatis. Quippe qui nos in pace uocarit. Itaqꝫ ſi enim litiget, & iurgijs urgeat, præbuit ille diuortij cauſam.

QUID ENIM noſti mulier ſi uirum ſaluum feceris?) Rurſum ad id quod ſuperius dixerat, redit. Videlicet, non dimittat mulier uirum. Si enim tibi nihil moleſtus ſit, inquit, maneto cum eo & commonefacito, aliquid forte hoc modo peregeris, quaſi rem in ambiguo ſtatuit, cum ne uideatur mulieri neceſſitatem ullam omnino impoſuiſſe, ut uiro Chriſti fidem excipiendã ſuadeat, tum ut hanc reddat ad bene ſperandum intentam & a deſperatione auertat.

Aduerte.

AUT QUID ſcis uir ſi mulierem ſaluã facies. Niſi unicuiqꝫ ſicut diuiſit dominus & ſicut in oĩbus Eccleſijs doceo.) Nõnulli ſic cõſtruunt. Quid noſti uir, ſi mulierem ſaluam facies necne? Deinceps quaſi ex alio quodã capite dicat, unicuiqꝫ ut diuiſit dominus. Perinde ac ſi dicat, unde compertũ habes, ſi ſaluam facturus hanc ſis

an minime

an minime? Id quidem eſt prorſus incertum. Quandiu res in ambiguo fuerit, haud quã dirimendum erit connubium. Quod ſi ſaluam non feceris, nil tibi officiet, Saluam autem hãc ſi reddideris, & alijs profuiſti ac tibi. Alius uero aliter ſenſerit, quaſi abinde exorſus. Niſi ut unicuiq; diuiſit Deus, qui ſenſus eſt longe potior, perinde ac ſi dicat Apoſtolus. Haud quã propter infidelitatem fiat diuortiũ, niſi ut uni-

Aliás uiſum fuerit. cuiq; hoc ⁎ quiſq; ſic habeat, quemadmodũ et qua ſorte ut ſit, Deo eſt placitũ. Vxorem habens infidelẽ uocatus es, maneto hãc habẽs, & nihil tibi eius ĩfidelitas oberit.

ET SICVT in omnibus Eccleſijs doceo.) Hoc intulit ut Corinthios. Quandoquidẽ & alios habeãt huius diſciplinę participes, ad obſequendũ reddat paratiores.

Circunciſus. CIRCVNCIſus aliquis uocatus eſt, non adducat præputium.) Fieri poterat, ut multi quos deſectæ pelliculæ puduiſſet medicamento appoſito, & hanc niterentur iterato ſarcire & obſcœnum illud conſciſum in priſtinum ſtatum redigere.

IN PRAEPVtio aliquis uocatus eſt, non circunciditur. Circunciſio nihil eſt, præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorũ Dei.) Vbiq; poſt fidem, uirtutis exigitur operatio, reliqua uero aut parcius requiruntur, aut nunq̃.

VNVSQVISq; in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat. Seruus uocatus es, nõ ſit tibi curæ. Sed & ſi potes liber fieri, magis utere.) In uocatione qua uocatus es, hoc eſt, quocunq; in uitæ genere, uel ordine, uel conditione, Chriſti fidem ſuſceperit quiſpiã, in hoc perſeueret. Vocationem aũt dicit inductionem ad fidem. Seruus cũ eſſes, uocatus es, nihil ſis uelim ob ſeruitutem hanc anxius, neq; ob id ob turberis. Non enĩ quę a Deo eſt, obfutura eſt ſeruitus. Quinpotius ſi potes liber fieri, utere magis, hoc eſt acrius ſeruitutẽ exerce, in uſumq; aliquẽ & utilitatẽ cõferto.

QVI ENIM domino uocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber uocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.) Libertus dicĩ qui ſeruitute eximitur, inquit igiĩ, Tu qui cum in ſeruitute maneres, credidiſti in Chriſtum, libertus effectus es Chri-

Libertus. ſti. Liberauit enim hic te a peccato & ſeruitute exteriori, tametſi ſeruus ſis. Qui enĩ a uitijs liberatur, & animi ingenuitate potitur, nequaq̃ ultra eſt ſeruus, & ſi ſeruitu-

Liber. te adhuc uideatur obſtringi. Rurſum alius quiſpiam liber cum eſſet ad fidem uocatus, Chriſti ſeruus efficitur. Itaq; ſi ſeruitutis nomen ſeruum obturbat, intelligat in

Libertas. Chriſto ſe libertate hac uti, quod longe eſt humana ſeruitute præſtantius. Porro ſi libertatis hoc nomen liberum hominem extollit & ampliat, intelligas idem eſſe ſe Chriſti ſeruituti obnoxium, comprimatq; ſe & frenat a uitijs, utpote qui tanti domini iugum ſubierit, & debeat illi quæ grata ſunt facere. Vides quã prudenter Apoſtolus quæ utranq; deceant partem commonefaciat.

PRETIO EMpti eſtis, nolite fieri ſerui hominum, unuſquiſq; in quo uocatus eſt, maneat apud Deum.) Nec ſolum ad ſeruos iſtiuſmodi diſſerit, ſed ad liberos homines habet hæc uerba, uel uniuerſos inſtituit, uel Chriſtianũ hominem, ut nihil ad humanã gratiam factitet, neq; illorum iuſſã qui praua iniunxerint, exequatur. Hoc enim eſſet hominibus ſeruitum iri, & per eos præſertim, qui redempti pretio ſint. Neq; id eo intulit, ut a dominis deſciſcant mancipia abſit. Neq; enim id iubet, quod liquido patet ex eo quod dixerat, unuſquiſq; qua uocatiõe uocatus eſt maneat. Hoc eſt, uel ſi fuerit in ſeruitute uocatus, in ea hic perſtet. Apud Deũ aũt addecit, ne forte improbis dominis obſequendo, deficiamus a Deo. Vtriſq; itaq; in rebus prouidit, uidelicet ne ſub Dei prætextu diſcedant a dominis, quorũ in poteſtate eorum ſunt corpora. Et rurſum ne a Deo deficiant, cũ dominis obſequi ultra quã deceat uolũt.

Virginitas. DE VIRGINIbus autem præceptũ domini non habeo. Conſiliũ autem do tanq̃ miſericordiam conſecutus a domino, ut ſim fidelis.) Cum de continentia abunde

De uirginitate nihil ſtatuit Paulus. diſſeruiſſet, caſtigaſſetq; ſatis Corinthios, ad uirginitatem tranſgrediĩ, quæ cęteris eſt longe præſtãtior, aitq; nullã Dominum tuliſſe de uirginitate legem, neq; de hac ſibi quidpiam iniunxiſſe. Sed unum illud dixiſſe & ſolum, qui poteſt capere capiat. Quo circa neq; ipſe auſim de illa quicq̃ ſtatuere, magnũ hoc enĩ & periculoſum, alioqui conſu-

qui cõſulerem equidem, quemadmodũ & ipſe non indignus apud Deũ ſum habitus, ut ſim fidelis, hoc eſt qui domini myſterij cognitionem ut habeã, ſum dignatus.

EXISTIMO ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.) Vt ſentio, inquit, a nuptijs abſtinere conducit homini propter rei uxoriæ difficultates atq; moleſtias, non immunditiæ gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi.

ALLIGATVS es uxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccaſti.) Cum enim alligatus es, inquit, arguit malum afferre connubia, quia hominem nexu quodã deuinciat. Cũ uero ſolutus es ait, oſtendit eum qui nuptiarũ ſit expers, nequaq̃ debere nexus uxorios quærere. Vel ſi ſolutus, eo forſitan intulit, non ut diuortium ullum prætendat quod fieri ad uxoris & uiri arbitrium ſolet, ſed ut abſurdam aliquam uiri & fœminæ diſiunctionem deſignet, ſi abſtinentiam utriq; & celibatum depaciſcuntur, nequaq̃ dicitur illa ſollutio. Adijcit præterea illud, ſi uxorem duxeris, non peccaſti. Vide ut tacite nos ad uirginitatem tutandam hortetur. Siquidem matrimoniũ compedes appellat & uincula, uirginitatem uero ſolutionem & libertatem.

Nexus cõnubii

ET SI NVpſerit uirgo, non peccauit.) Virginem hoc loco dicit non eam quæ Deo dicata ſit, hæc nanq; ſi nupſerit, delinquit haud dubie plurimum, utpote quæ Chriſto ſponſo ſuperinducat adulterum. Sed quæ nondum nupſerit, adoleſcentulam. Non enim immundæ ſunt nuptiæ.

TRIBVLAtionem tamen carnis habebunt huiuſmodi, ego autem uobis parco.) Matrimonij angores & curas tribulationem appellat, ipſe uero haud ſecus, inquit, ac pater indulgeo uelimq; uos & libertate uti & carere triſtitia, quod præſtare de ſe connubia nequeunt. Quippe quæ pro uinculis ſint, & qui illis ſubduntur, nullam ſui habeant poteſtatem, ut ſupra iam diximus.

Matrimonii cura.

HOC ITAq; dico fratres, tempus breue eſt, reliquũ eſt.) Quoniã fore dixerat, ut carnis ſibi moleſtiã parerent, ne aliquis occurrens inquiat, & uoluptatem tamen hos habituros, inducit quæ ſunt uoluptatis, temporis ſcilicet breuitatẽ, quia ad breue uoluptas ſit oĩs, ad luxum autem & uoluptatem omnia faciunt. Nam & Chriſti regnũ in proximo eſt, ad eũq; tandem ſumus cõmigraturi, itaq; uel ſi qua eſt in nuptijs uoluptas & oblectatio, quia momentanea ſit & breui dilabitũ, moleſtiã affert.

VT ET QVI habent uxores tanq̃ non habentes ſint, & qui flent tanq̃ nõ flentes, & qui gaudent tanq̃ nõ gaudentes, & qui emunt, tanq; non poſſidentes, & qui utuntur hoc modo, tanq̃ non utantur.) Quæret aliquis, ſi hi qui aliquid non ſecus debent ac ſi nihil haberent ſe ipſos præſtare, quod demũ neceſſe eſt, ut ſe matrimonio uinciant, onuſq; ſibi maius imponant. Quid autem ſibi uult illud, tanq̃ non habentes, id ſcilicet, ne affixi ſtudium omne circa nuptias conterant, & uxores pari modo ne debeat quiſpiam curæ multum impendere & ſollicitudinis. Vel mœſtis in rebus quod ſane qui flent illud prætendit. Vel lætioribus, quod utiq; cum gaudentes dixiſſet expreſſit. Vel in facultatibus permutandis, quod cum qui emunt; intulit & declarauit. Verum quid hæc, inquit, aut illa diſſero, ut paucis cuncta abſoluã. Vel qui hoc mundo utuntur, ita ſe gerant tanq; hunc ipſum nulli uſui habeant, hoc eſt, om̃i niſu contendere debent, ne hoc abutantur. Eſt enim Græce κατάχρησις abuſus, minus quidam & ultra quam deceat rerum exceſſus.

Vxores habentes ſint tanquã non habentes.

PRETERIT enim figura huius mundi.) Hoc eſt, labitur. Quid ergo labenti rei & fluxæ hærendum? Mundi uero eo dixit figuram, quia eius bona ſolo terminentur aſpectu, & apparentia ſint, & nullo fundamento ſubſiſtant.

VOLO AVTEM uos ſine ſollicitudine eſſe.) Quo pacto futuri ſine ſollicitudine ſimus, qui uxore caremus, ſic indicat.

QVI SINE uxore eſt, cogitat quæ Dei ſunt, quõ Deo placeat. Qui aũt cum uxore eſt, cogitat quæ mundi ſunt, quomodo placeat uxori.) Quonã modo Apoſtole

cum uacare

cum uacare curis nos uelis, eoq; & ad celibatū hortteris, illud repetis, qui ſine uxore eſt, cogitat quæ Dei ſunt. Ecce uel aliunde curæ nobis oboriunť, haud tamen cuiuſ modi uxorem habentes ſolent urgere. Nam quæ de domino ſuggeruntur meditationes & ſalutares ſunt, & magnum in modum oblectant. De mundo uero & noxiæ ſunt & moleſtæ. Cur enim illud nō moleſtum ſit & turbulentum, cum morem gerere uxori ſtudemus, mundo præſertim huic deditiſſime, aurum q; efflagitanti & margaritas & reliquum luxū, quibus uiri miſerrimi, iniuſtius agere & exercere quæ iniqua ſunt, cōpelluntur, & reliqua factitare, quæ animæ & detrimentoſa ſunt & officiunt maxime.

Procacitas uxoria.

DIVISA EST mulier nupta, & uirgo.) Hoc eſt, ab inuicem differunt, nec cura ſimili ducuntur, ſed ſeiunctæ ſunt ſtudijs & alienæ, & rebus intendunt diſparibus, & diſcrepant curis. Quo fit, ut uia ſit eligenda quæ potior ſit & minus laborioſa.

INNVPTA & uirgo cogitat quæ domini ſunt, quemadmodum domino placeat, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nupta autem cogitat quæ mūdi ſunt, quomodo placeat uiro.) Nec ſatis eſt (inquit) corpore ſanctū eſſe, niſi & ſpiritu conſtet hæc ſanctitas. Vera eſt enim & certa uirginitas, animi puritas. Nam & ſi pleræq; nulla corporis labe infectæ ſunt uirgines, animo tamen ſunt inquinatæ. Cæterum & illud aduerte, uirginem minus hanc eſſe, quæ mundi curam ſuſceperit, Cum itaq; quæ uirginitatem profiteatur, proſpexeris ſuſcepiſſe mundi hanc curam, intellige nil prorſus eam a nupta differre. Paulus eni terminos utriſq; perſcripſit, quibus facile poſſint hæ internoſci. Nec tamen rei uenereæ uſum uel continentiā præfiniuit, ſed ſollicitudinem & incuriam. Fit itaq; ut ea quæ rebus præſentibus nimiū curæ impenderit, pro uirgine minus habenda ſit. Cogitat autem nupta quemadmodum placeat uiro, uel forte quia & uenuſtati & pulchritudini ſtudet, uel quia rem familiarē optime curet, uel etiam quia in clementiorem ſe & pacatam exhibeat.

Vera uirginitas.

HOC AVTEM ad utilitatem ueſtram dico, non ut laqueum uobis iniſtiam.) De uirginitate ſum, inquit, ſermonem adortus, cum eam uobis uidiſſem. Quia moleſtia & cura uacaret, animæq; conduceret plurimū profuturam. Neque eo id dixerim, ut aliquos cogam, uel inuitus uirginitatem ſeruare. Laqueum autem neceſſitatem ipſam appellat, perinde ac ſi dicat, nullam uobis eius rei impono neceſſitatem.

SED AD ID quod honeſtum eſt & facultatem præbeat, ſine impedimento domini obſecrandi.) Vt honeſte, inquit, & pure uiuatis, hæc dixerim. Nam uirginitati quid dici uel honeſtius poteſt uel purius? Quinetiam ut cōiugij perturbationibus liberi, ſine ſollicitudine ſupplicare Deo poſſitis, in eumq; curam ueſtram, ut omnē tranſferatis & cogitatum.

SI QVIS autem turpem ſe uideri exiſtimat ſuper uirgine ſua, quod ſit ſuperadulta & ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat ſi nubat.) Id eſt, ſi eam locare uiro maluerit locet. Nil quidem cum id egerit peccat. Eſt tamen ſatius uirginem ſuam ut ſeruet, ut inſequentibus infert.

QVI AVTEM ſtatuit firmus in corde ſuo, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare uirginitatem ſuam, benefacit. Itaq; & qui matrimonio iungit uirginem ſuā, benefacit. Et qui nō iungit melius facit.) Aduerte uti in primis & demiretur & laudibus efferat, qui filiæ tueatur uirginitatem, ſtabilem illum & benefundatum appellans, & recte iudicio quæ agat, hunc facere. Iudicauit enim, inquit, in corde ſuo. Qui igitur filiā alteri locat inſtabilis eſt, & nihil habet in ſe firmitatis. Id nanq; clarius exprimit, cum ait. Qui neceſſitatem nō habet, uelut qui nihil coactus poteſtatem habeat, cui libitū fuerit filiam ſuā matrimonio copulare. Quo fit, ut filiæ ſeruata uirginitas, patri gloriā afferat. Nec minus & qui filiam locat, recte agit. Non eni nubendo delinquitur, quodcunq; aūt his peccatū nec ceſſerit, recte & laudabiliter geritur. Eſt tū ſatius longe, non iungere filiam connubio. Id enim eſt officij loco habendum, & miræ uirtutis.

MVLIER

MVLIER ALLIgata eſt legi, quanto tẽpore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantũ in dño. Beatior aũt erit, ſi ſic maneat ſecũdum conſiliũ meum, puto aũt quod ego & Spiritũ Dei habeam.) De ſecundis hoc loco nuptijs commonefacit, quas & ſi videt̃ permittere, beatiorem tamen hanc aſſerit, quæ nequaquã his nupſerit. Nam quemadmodũ primis nuptijs, præfert̃ virginitas, ſic ſecundis primæ ſunt potiores. Legi itaq; alligata eſt mulier, id eſt legi obſtringitur qua de adulterijs ipſis cauet̃, ne adultera fiat ſi viro ſuperſtite alteri copulet̃, quo mortuo priori vinculo liberat̃ & lege, in dño tamen & ſolo ſi nubat, libertatem aſſequitur. Hoc eſt, ſi Chriſtiano iungat̃, uel ſi in pudicitia maneat & celibatu, & familiæ præſit, nullis affecta concupiſcentiæ vitijs. Secundum autẽ meum conſilium eo intulit, ne videatur iniunxiſſe neceſſitatem. Affirmat tamen ſuũ conſilium, pro Dei amplectendum ſñia, inquiens. Puto eñ quod & ego Spiritum Dei habeam, quod ſane ſummam Pauli refert humilitatem, neq; eñ habeo dixit, ſed puto.

Secundæ nuptiæ.

Conſiliũ Pauli quale ſit accipiendum.

CAP. VIII.

DE HIS AVTEM QVAE idolis ſacrificant̃, ſcimus quia omnes ſciam habemus. Sed ſcientia inflat, charitas aũt ædificat.) Erãt apud Corinthios pfectiores nõnulli qui plane ſentirent, nihil hoiem poſſe ex his quæ ſtomacho admittunt̃, coinquinari. Et idola haud dubie ſcirent e ligno conſtare vel lapide. Nec poſſe cuiquã illa officere. Alioqui indifferenter idolorũ hmõi templa adeuntes & aras, ſeſe Idolothytis ingurgitabant. Quos cum Fidei infirmioris ſpectarent nõnulli, & una comedebant, & imolationibus veſcebant̃. Nec tamen pari vel mente vel opinatione, ut qui idola indigna exiſtimarent qbus imolaretur. Id ſane factum, ut ſuccenſeret, Paulũ prouocauit. Quid ni? Quod utriſq; maximum in modum obeſſet & perfectioribus, quia dæmonũ menſæ participarent. Et minus perfectis, quia ad idololatriam impellerentur. Studet igit̃ id mali Paulus caſtigare, eoq; omiſſis (ut aſſolet ſæpe) imperfectioribus illis, perfectiores alloquit̃, reprimitq; in primis illorũ, quam ex humana ſcientia ceperant, inſolentiam, inquiens Haud quaquã uos ſoli rerum habetis cognitionem, ſed cuncti nouimus nihil eſſe in hoc ſæculo idola. Scientia tamen & mundanarum rerũ cognitio, non modo nullam affert utilitatem, ſed maxie officit. Siqdem & tumidos reddit, & inſolentes, qui ea potiuntur. Eoq; & hominem a proximis membris reſcindit, niſi charitatem ſibi conſociauerit, quæ & moliri contraria poteſt, & ab ipſa ſuperbia eſt aliena. Quæcunq; eñ ſine charitate, ſcientia demolitur, eadem illa inſtaurat charitas, quæ proximi gratia omnia factitat.

Idolothyta.

Charitas potior eſt ſciẽtia.

SI QVIS autem exiſtimat ſe aliqd ſcire, nondum cognouit quemadmodũ oporteat eum ſcire.) A maioribus nititur idipſum patefacere & confirmare. nam & ſi cum charitate coniũcta hæc conſtat ſcia, nec erit qdem hoc pacto perfectior. Quandoqdem nemo ſit in hac vita, qui rei alicuius habeat ut habere oportet cognitionẽ, vel ſi Petrus ſit ille, ſiue Paulus. Quid ergo vos intumeſcitis, qui ſcientiam ſitis ſine charitate adepti? Quando hanc ipſam vel ſi cum charitate haberetis coniunctam, nil tamen vobis quod eſſet perfectum, ex cognitione capere licuiſſet.

SI QVIS autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.) Quod ſentit hoc loco huiuſmodi eſt. Si quis videlicet proximum amore proſequitur, & Deum colat neceſſe eſt. Qui vero Deum coluerit, non Deum (inquit) cognouit, ſed a Deo eſt cognitus. Hoc eſt, notus illi, & familiaris efficitur. Qui ergo Deo fit notior, a Deo & ſcientiam ſumit. Neq; hanc quidem perfecte aſſequitur. Noli itaq; ſi ſcientiam ſis conſecutus efferri. Non enim perfecta eſt illa, nec tua virtute, ſed Dei munificentia comparata. Vide quod modis iſtorum frenet ſuperbiam.

DE ESCIS autem quæ idolis imolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mũdo, & quod nullus Deus niſi unus.) Rurſum omnibus cõmunem hanc ſcientiam facit, ut horum frenet elationem. Nam omnes nouimus, inquit, quia nihil eſt idolum in mundo. Hoc eſt, quia nec virium habent nec potentiæ quippiam, neq; dij ſunt idola, ſed lapides & dæmones potius. Et quoniam erant inter græcos idiotæ & ſapien-

Idolothyta manducãtes.

tes, quorum alteri præter lapides ipſos nil ultra cognitione aſſequebantur. Alteri
diuinam idolis ineſſe potentiam exiſtimabant, apud idiotas & humanæ huius ſcien
tiæ expertes, nihil eſſe idolum in mundo diſſeruit, apud philoſophos præter unum,
eſſe alium neminem Deum. Itaq; unde nec diuinitatis quidpiam in ſe idola ipſa ha-
bere, quandoquidem perſpicue conſtat Deum unum eſſe, non multos.

NAM SI ſunt qui dij dicanẽ, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiquidem ſunt dij multi, &
Deus unus. domini multi, vobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo.) Quo-
niam dixerat nullũ præter unũ eſſe alium Deum, tametſi plurimos Græci aſſeuera-
Græci. rent, ne palam videaẽ illorum impugnare religionẽ & Deos. Vel ſi fuerint, inquit,
qui dij dicanẽ, id eſt ficti & cõmentitij, & verbo tenus, & noĩe, ſiue in cœlo, ut Sol &
Luna & aſtra reliqua, quorũ diuinitatem cõmenti ſunt Græci, nobis tamen unus eſt
Deus Pater, a quo oĩa. Quibus dictis, rerũ cunctarũ conditorem hunc arguit. Cum
vero & nos in ipſo inquit, Fidei exprimit rõnem, qua Deo iuncti familiaritate nos
ſumus, perinde ac ſi dicat, & ad ipſum conuerſi ſumus, & in ipſum pendemus.

ET VNVS dominus IESVS CHRISTVS, per quem oĩa, & nos per ipſum.) Per
Filium, inquit, ad aliquid eſſe perducta ſunt uniuerſa, & nos inſuper ad hanc vitam
& ut auram hanc inſpiremus, inducti. Neq; id ſolũ, quin etiam eo producti, ut bene
vobiſcum agereẽ, & fideles effecti ad veritatem ab erroribus tranſiremus. Cum aũt
Deus unus Pater intelligis, & unus dominus Filius, non tamen ſeiunctos hos dixe-
ris, quaſi Pater Dei ſit nomen ſortitus, & Filius dñi. Varie eñ & Filius diciẽ Deus,
ut patet ex his. Chriſtus ſecundũ carnem, qui eſt ſuper omnes deos, & contra, Pater
dominus nuncupaẽ, cum inquit. Dixit dominus dño meo, ſede a dextris meis. Sed
Paulus Chri- quoniam apud Græcos concionabaẽ Apoſtolus, deorũ multitudinem profitentes,
ſtum cur raro & poteſtates multiplices, propterea nec Filium Deum dixit hoc loco, ne duos eſſe
Deum uocet. hos deos Patrem ſcilicet & Filium exiſtimarent. Vt qui plurimos deos aſſerere con
ſueſſent, neq; Patrem dominũ, ne multi eſſe apud nos domini viderenẽ, eoq; nec Spi
ritus fecit hic mentionem, cum nollet audientium imbecillitatem penitus inculcare.
Quemadmodum & prophetæ nihil aperte de Filio Iudæorũ gratia meminerunt, ne
huius paſſibilem exiſtimarent natiuitatem. Propterea frequentius illud commemo
Dii cõmentitii rat, inquiens. Non eſt Deus præter hunc quiſpiam, & unum eſſe Deum oĩbus con-
ſtat, & dominũ unum. Ad differentiam igitur commentitiorum deorum, non ut Fi-
Aliás lium a Patre ſeiungeret, unũ Deum Patrem dixit. Et ut falſi domini internoſceren-
Non patrẽ do tur, ★ non Pater, qui nihil a Filio differt, unum dominũ, Filium intulit.
minũ, qui nihil SED NON in oĩbus eſt ſcientia.) Haud quaq;, inquit, id ſentiunt omnes, deum
à Filio differt, videlicet unũ eſſe, non multos. Vel non omnes ſciunt idola nullius eſſe momẽti.
ſed unũ domi- QVIDAM AVT em cum conſcia uſq; nunc idoli, quaſi Idolothytum mãducant,
nũ Fili. & pat. & conſcientia ipſorũ cum ſit infirma polluitur.) Quoſdam dixit, eum nollet eos
omnino vituperare. Erant eñ nonnulli, qui ab idolorum ſeruitute & cultu, ad Chri
Idolothyta ſti Fidem ſe tranſtuliſſent, qui uſq; adhuc, hoc eſt poſt Fidem ſuſceptam, Idolothy-
manducantes. tis veſcerenẽ, ea mente, ut idolis ĩmolarent. Idoli eñ inquit conſcientia, hoc eſt men-
tem priſtinam erga idola ſeruantes, ducunt hæc aliquid eſſe, verenturq;, quaſi aliqd
ſibi poſſint obeſſe. Et ideo nequaquã dixit idola alios inquinare, ſed horum pollui
conſciam, perinde ac ſi imbecillam & fragilem, & cui non liceat internoſcere, nihil
eſſe hmõi idola, quandoquidem neminẽ queant per ſe inquinare. Cæterũ intellige
iſtiuſmodi homines rem haud abſimilem pati, ac aliquis ſolet, qui pro iudaica con-
ſuetudine in labem ducat demortuũ aliquid attrectare, deinceps cũ viderit id ipſum
conſcientia pura alios prætentaſſe, hos veritus, & manibus ipſe attrectet, inquinet-
que eius vel priſtinam conſciam, ut qui hæſitando id agat & trepidus.

ESCA AVT em nos non cõmendat Deo.) Ne forte occurrat quiſpiam, inqui-
ens. Quid mea refert ſi quis præ imbecillitate turbeẽ, cum ipſe pura conſcia ſumpſe
rim cibum? Arguit plane vel hunc, in deorum qui contemptum ſumiẽ, cibum nihil

eſſe, vel

eſſe, vel ſi minus ex eo frater offendit, perinde ac ſi dicat: Neq; hoc modo quidpiam egeris vel laude dignū, vel Deo acceptum. Non enī eſca nos Deo coniungit.

NEQVE ENIM ſi manducauerimus, abundabimus, neq; ſi nō manducauerimus deficiemus.) Hoc eſt, neque ſi comederimus abundantius quidpiam conſequemur, vel apud Deum plus aliquid proficiemus, neq; ſi cibo abſtinebimus, defectiores futuri ſumus, aut iminuemur.

VIDETE AVTEM ne forte, hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis.) His verbis hos territat. Nec ſcientia veſtra dixit, ſed licentia. Hoc eſt, petulantia veſtra & tumor, infirmiores offendit. Quod ſane magis hos urget & criminat. Siquidem nec imbecillis quibus præſtandum auxilium eſſet, hi parcunt.

SI ENIM quis viderit eum qui habet ſciam in idolo recumbētem, nonne conſcia eius cum ſit infirma, ædificabit ad manducandum Idolothyta?) Hoc eſt te, quemadmodum aſſeris perfectionem adeptum, ſi infirmior aliquis viderit Idolothyta de guſtantem, nonne maiorem accepturus eſt cauſam, ut huiuſmodi idolorum veſcatur imolationibus, & magis ac magis in præſumpta iam de idolis opinione quod aliquid ſint, confirmabitur? Id enim cum ædificabitur inquit, deſignat.

ET PERIBIT infirmus frater in tua ſcientia, propter quē Chriſtus mortuus eſt.) Erit nanq; alterius, cuius gratia Chriſtus mortem obiuit, occaſio perditionis tua ſcientia, hoc eſt tua perfectio. Siquidem Chriſtus mori pro fratre nil recuſarit, tu vero nec cibo quidem & Idolothytis abſtines, ne fratrem offendas.

SIC AVTEM peccantes in fratrem, & percutientes conſcientiā infirmam, in Chriſtum Peccatis.) Non enī offendentes dixit, ſed percutientes, ut horum arguat impietatem. Quandoquidem aliorum ſunt infirmioris conſcientiæ percuſſores. Cum vero in Chriſtum inquit, delinquitis, ad ipſum iniquitatis apicem, Peccatum prouexit. Verum quo pacto id facinus in Chriſto admittitur? Nimirum quia Chriſti corpus & membra ſunt qui percelluntur. Et quam Chriſtus ipſe, proprij ſanguinis profuſione ſalutem ædificaſſet, iſtiuſmodi percuſſores demoliuntur.

QVAPROPTER ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.) More optimi præceptoris, ex ſe quæ dicit confirmat. Non enim ſi iure dixit quempiam læſerim, ſed quouiſmodo. Nec ab Idolothytis intulit, abſtinebo, ſed carnē ſimpliciter. Vel ſi ea mihi ſit in eſum conceſſa, neq; unum vel alterum diem, ſed in uniuerſum vitæ meæ. Id enim in æternum ſignificat. Nec demum ut perdam dixit, ſed ne offendam.

Paulus optimus præceptor.

CAPVT. IX.

NON SVM APOSTOLVS? non ſum liber? nonne CHRISTVM IESVM dn̄m noſtrum vidi?) Quoniam dixit, ſi cibus fratrem meum offendit, nequaquam carnem manducauerim in æternū. Ne gloriari videatur vel inſoleſcere, cogitur tandem aperire quemadmodum vel a conceſſis cibatibus cauerit, ne quorundam animū læderet, vel Chriſto ipſo iubente, ut is qui Euangelium prædicaret, de Euangelio, hoc eſt ab his qui ad Fidem inſtruerent, ſumeret victum. Ipſe tamen, ſi optio detur, malim equidem inedia confici, quam ut videar a vobis quidpiam accepiſſe, ſed mearū manuū opera, vitæ mihi alimoniam comparo. Erant enim, ut videtur, apud Corinthios præceptores non nulli, prædiuites & opulenti, qui gloriæ ducerent alios gratis inſtruere, molirenturq;, ut Apoſtolo ad ignominiam cederet, quæſitus ex doctrina cibus. Quare ipſe animaduerſa cauebat ne victū a diſcipulis ſumeret, tam & ſi eſſet id ei promiſſum, mecū itaq; ſic agit, inquit. Vos tamen nec Idolothytis interea abſtinetis, huc tamen omnis orationis huiuſce ſenſus redigit. Non ſum, inquit, Apoſtolus? ne quis forte occurrens, inquiat. Propterea nulla ſumis a diſcipulis alimēta, quia tibi ut agas hoc, non licet, unde id infert. Quid illud? nonne & Apoſtoli cæteri victum a diſcipulis capiūt? Etiam inquit. Quid igitur? nōne & ipſe Apoſtolus ſum, ut illi ſunt? Scilicet, nonne & liber ſum? hoc eſt neminē habens qui me capere hunc victū prohibeat. Et ne illud præterea obijceret. At in eo te ſuperant cæteri? quia vi-

Paulus à diſcipulis nihil accipiebat.

 derunt

Paulus abortiuus.

derunt dominũ, ſic infert. Nonne dominũ IESVM conſpexi, & omniũ poſtremo ut abortiuò viſus eſt & mihi? Permagnũ eſt ſane oculis Deum ſpectaſſe, veſtri enim, inquit, beati ſunt oculi, quia videtis quæ nec prophetæ viderunt, nec reges.

NONNE OPVS MEVM vos eſtis in domino?) Quid tum, inquiet aliquis. Si Apoſtolus es & Apoſtoli officio fungeris, nec dum tamen Apoſtoli aliquod præclare tuleris facinus? Erat nanq; & Iudas Apoſtolus & dominũ viderat. Propterea Paulus ut hæc obijcienti, occurrat, ſic ait. Nonne opus meum vos eſtis? Sum itaq; Apoſtoli miniſterio functus. Et quoniam rem ſane ingentem iactauerat, adiecit, in domino, hoc eſt nec mea id quidem virtute, ſed domini potentia egi.

ET SI ALIIS non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum.) Nec equidem me terrarũ orbis profiteor præceptorem, vobis tamen, nonne Apoſtolus ſum? Cur ergo a vobis nihil accepi, a quibus ut caperem maxime oportebat?

NAM SIGNAculum Apoſtolatus mei vos eſtis in dño.) Hoc eſt, ſi quis vult certior fieri utrũ Apoſtolus ſim nec ne. Vos equidem in argumentũ mei Apoſtolatus oſtento. Et vos haud dubie eſtis, qui meum Apoſtolatum & obſignatis, & obfirmatis. Nam Apoſtoli opera, qualiacunq; ſunt, in vobis inſtituendis iam patefeci.

MEA DEFENſio apud eos qui me interrogant, hæc eſt.) Quærentibus, inqt, certiores fieri, unde id liqueat me Aplũm eſſe, vos ipſe in meã defenſionẽ propono, q̃a ut oſtendero a me cuncta fuiſſe edoctos, oẽs propulſo, qui me eiuſmodi rogitant.

NVNQVID non habemus poteſtatẽ manducandi & bibendi?) A diſcipulis ſcilicet victũ accipiamus, quod & ſi factu fas, haud tamẽ hac ipſi licentia utimur.

Fœminæ locupletiores ſequebantur. Apoſtolos.

NVNQVID NON habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres domini, & Cephas?) Fœminæ utiq; locupletiores ſequebantur Apoſtolos, illisque & neceſſaria ſumminiſtrabant, & vacuos quibuſuis curis reddebant, ut prædicationi dũtaxat intenderent vires. Aduerte autem quemadmodum omnium poſtremum poſuerit Petrum, ut eum cæteris arguat præſtantiorem. Quid enim inquit, alios commemorauerim, quandoquidem vel Petrus ipſe hoc factitet. Fratres autem domini Iacobum dicit Hieroſolymorum Epiſcopum, & Ioannem, & Simonem, & Iudam, hi nanq; carnis neceſſitudine erant Chriſto coniuncti, ut ex virginis ſororibus orti.

Ioannes & Iacobus fratres domini cur.

AVT SOLVS ego & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?) Hoc eſt, num nobis non licet in ocio vitam ducere, cibariq; a diſcipulis vel nil operãtes? Barnabas autem eo adiecit, quia eiuſdem ſecum difficultatis participaret, quippe qui proprio ſudore ſuſtentaretur.

QVIS MILItat ſuis ſtipendijs unquam?) Hoc eſt, proprijs ſumptibus, cũ milites omnes ſtipendijs publicis nutriantur. Apte autem rei militaris induxit ſimilitudinem. Competit nanq; vel Apoſtolis ipſis militia, tum quia & periculis plurimis agitantur, tum etiam quia ſenſibili oppugnantur ab hoſte.

Apoſtolatus militia quædã.

QVIS PLANtat vineam & fructum eius non edit?) Ex vineæ ſimilitudine, Apoſtoli labores prætendit, & ſummas calamitates & ſollicitudinẽ patefacit. Neq; totum fructum inquit comedit, ſed de fructu. Nec præterea quo quis ex eo fructu diteſcat, ſed quis non edit dixit. Vbiq; commonefaciens, oportere ad neceſſitatem, non ad luxum cuncta requiri, nihilq; quod modum excedat depoſci.

QVIS PASCIT gregem & de lacte gregis non manducat?) Nec quidem qui vel oues vendit eas eſitet, dixit, vel lac totum abſorbeat, ſed de lacte comedit. Arguens præceptorem paucis contentum eſſe, & cibatui neceſſarijs oportere. Paſtoris vero ſub nomine, diligentiæ quãdam prætendit & ſtudij magnitudinem, quod per præceptorem ſit in diſcipulos exhibendum.

Paſtor de lacte comedit, non lac totum abſorbet.

NVNQVID ſecundum hominem hæc dico, an & lex hæc non dicit?) Hoc eſt, non ſolum argumentis humanis hæc affirmauerim, nec unum habeo a ſacris literis modo teſtimonium, aſſeuerauerim equidem haud dubie hæc Deo placere, & legem non

gem non humanam, ſed diuinam eſſe quæ iſta iniungit.

IN MOYSI enim lege ſcriptũ eſt, non alligabis os boui trituranti.) Quod vult Apoſtolus abunde confirmat, ideoq; & boum inducit ſimilitudinem.

NVNQVID de bobus cura eſt Deo?) Dicet aliquis. Num Deo illa de bobus eſt cura? Ita ſane, nec tamẽ adeo ut de his tulerit legẽ, ſed aliud quiddam ille prætendit ex hac in beſtias indulgentia, ut Iudęos ſcilicet aſſuefaceret exerceretq;, ut & ipſi magiſtrorũ curam ſuſciperent, qua ex re certiores efficimur, quæcunq; de animantibus brutis in veteri teſtamento narrantur, ad hominũ conferri doctrinam.

AN PROPTER vos utiq; dicit, nam propter vos ſcripta ſunt.) Vtiq; illud tanquam in re certiore adiecit, ne ullũ auditori contradicendi locũ relinqueret.

QVONIAM in ſpe debet, qui arat, arare.) Hoc eſt, qui alios inſtruit ſub ſpe debet laborem mercedis inſumere.

ET QVI triturat, ſub ſpe fructus percipiendi.) A ſeminis ad areæ tranſit ſimilitudinem. Vnde & Apoſtolorũ ſudores plurimos patefacit, & quemadmodũ ipſi ijdem & arandi officio & triturandi fungantᷣ. Et quoniam qui arat ſola ſpe nititᷣ, & qui triturat iam fructus aliquid percipit, ideo id intulit, & qui triturat iam ſpei participat. Et ne quis occurrens, id inquiat. Num ipſe Apoſtolis pro tot ſuſceptis laboribus cibũ duntaxat in mercedẽ contuleris, ſub ſpe addidit. Hoc eſt, ſub futurorũ bonorũ expectatione, ita ut illa ſperanda ſint, dum interea & hi per vos nutriantᷣ. *Apoſtoli aratoribus & triturantibus cõparantur.*

SI NOS VOBIS ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus?) Hoc loco rei æquitatem oſtendit, perinde ac ſi dicat. Nequaquam ſunt pro noſtris collatis in vos beneficijs paria, quæ ipſi rependitis premia. Nos enim vobis ſpiritalia ſeminauimus, num igitur magnum debet videri, ſi vos contra redditis quæ carnalia ſunt? cibum videlicet.

SI ALII POTeſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos?) Adulterinos quoſdã deſignat hoc loco Paulus inſtructores, qui impudenter & imperioſe ab his dona præſentia exigebant, & ideo non illud expreſſit, quod alij veſtra bona accipiunt, ſed ſi poteſtatis veſtræ participant dixit. Id eſt, ſi vobis dominantur & imperant, & ut obſequentiſſimis ſeruis utuntur, nonne longe magis & nos, qui veri ſumus Apoſtoli, ſumere a vobis vitæ neceſſaria deberemus. *Adulterini preceptores.*

SED NON uſi ſumus hac poteſtate.) Et ſi liceat nobis ut a vobis cibemur, nil tamen hac ſumus licentia uſi, ne ipſi offenderemini. Cum vos interea nil prorſus ab Idolothytis abſtineatis, ne alios irritetis, qui infirmioris ſunt Fidei fratres.

SED OMNIA ſubſtinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.) Dixerit quiſpiam, idcirco aliqd nõ accepiſti, quia aliena ope nihil idiguiſti. Quinimmo, inquit, vel in magna rerum anguſtia conſtituti, omnia toleramus. Inædiam videlicet, ſitim, & nuditatem, ne aliquod offendiculum demus quod Græce; ἐγκοπὴν latine dicere ſignificantius intermiſſionem poſſumus vel intercíſionem. Hoc eſt, ut nihil ipſi in Euangelij prædicatione vel moræ, vel dilationis afferamus.

AN IGNORATIS quoniam qui ſacra operantur, de ſacrario edunt?) Non ſatis ſuperioribus contentus teſtimonijs, ex lege & alia congerit, arguens quemadmodum ſibi fas ſit a diſcipulis vitæ neceſſaria ſumere. Et quoniam quod de boue triturante iam dixit, in rem ſuã diuerterat, aſſerit lege mandari apertius ut victitent ex bonis ſacrarij, qui ſacra pertractant. Leuitæ videlicet, qui pro gradu ſacerdotibus erant inferiores. Nec ſane dixit ut ex oblationibus ederent, ſed ex ſacrario. Ne vel qui aliquid caperent, puderet accepti. Perinde ac ab hominibus alerentur. Vel qui impartirentur his ſua, inſoleſcerent. *Leuitæ.*

QVI ALTARI inſiſtunt, altaris fiunt participes.) Hoc eſt, ſacerdotes & ſacerdotũ primores. Cum aũt inſiſtunt inquit, aſſidua quædam prætenditᷣ ſeruitus. Non eñ qui ſacra ſapiunt dixit, ut oſtendat vel in his eſſe modum ſeruandũ. Nec eſſe cumulandis pecunijs incumbendũ. Nec a ſacrificantibus dixit aliquid ſumunt, ſed al-

 taris fiunt

Mos veterum ſacrorum.

taris fiunt participes. Oblata ſiquidem haud quaq̃ de cætero erant offerentiū iuris, ſed in ſacrarij & altaris poteſtatem cedebant. Participes eo aūt dixit, quia immolatorum animantiū ſanguis, in altare perfundebať, adolebaturq; adeps & igni conſumebatur. Carnis vero portionem ſacerdos ſumebat, pectuſculum ſcilicet & armum dexterum. Erant itaq; holocautomata ipſa & ſola altari & ſacrario mancipata.

In ſacerdotes vel prædicatores mercaturā exercentes.

SIC ET CHRISTVS præcepit Euangelium prædicantibus, ut de Euangelio viuerent.) Quod erat omnium fortius, poſtremum poſuit. Quid multa inquit? Dominus ita iniunxit leges ſanciens veteri teſtamento conformes. Et quemadmodum ſuperius dixit de ſacrario edendum, ſic & hoc loco manducandum aſſerit, non ex diſcipulorū facultatibus, ſed de Euangelio, r- forte ſuperbiant qui Apoſtolos ſuſteniarent. Neq; eñ inquit, tu his alimoniam ſubminiſtras, ſed propria quædam induſtria, hoc eſt Euangelij enūciatio Apoſtolos alit. Et ſane viuerent dixit, non mercaturam exercere vel theſauros accumulare, pro hdolor, ut factitant multi.

Aliás etiam.

EGO AVTEM nullo horum ſum uſus.) Videlicet neq; pro allatis per me exemplis, nec pro veteris teſtamenti licentia, nec ✶ annum pro Chriſti permiſſu, re ulla veſtra ſum uſus, ut victum a vobis acciperem.

NON SCRIPſi hæc ut ita fiant in me.) Ne quis forte occurrens ſic inquiat, quid illud ſi in præſentia hac minus uteris poteſtate, uti tamen in futurum eſt, & idcirco hæc iactitas, caſtigat mox quod antea protulerat. Haud quaquam propterea ad vos iſta perſcripſi, ut ita fiat in me, hoc eſt, ut aliquid a vobis accipiam.

BONVM ENIM mihi potius mori, quā ut gloriam meam quis euacuet.) Malim inquit inædia confici, quā ut euacuet quis, hoc eſt, quā gloriam meam vacuam arguat. Et inanem gloriam vero, ut gaudij exprimat magnitudinē, dixit, quo proculdubio afficiebať ingenti, quod gratis Euangeliū prædicaret. Sed dicet aliquis, haud dubie dolens id Paulus, ac mœrens, aīo iniquo ferebant, quod nihil acciperet. Vt itaq; ſuſpitionem hanc tollat, tantū inquit a mœrore abſum, ut gloriæ ducam.

SI ENIM Euangelium prædico, non eſt mihi gloria. Neceſſitas eñ mihi incumbit. Ve autem mihi ſi nō euangelizauero.) Dicet aliquis, quid ais? Nihil prorſus tibi Euangelium cedit ad gloriam, ſed quia gratis hoc prædicas, laudem vendicas. Erit ergo præſtantior tua hæc in Euangelio liberalitas? Abſit inq̃t. Eſt quippe mihi iniuncta Euangelij prædicatio, exequiq; & iuſſa obſtringor. Quo fit ut haud quaquam laudi mihi ſit aſcribendum, ſi perfecero iniunctum officium. Quin potius ve mihi, ſi minus id exequar. Vapulandum eñ mihi & multis eſſet, ut qui nihil pro dei præcepto iam peregiſſem. Gratis autem Euangeliū predicare, voluntaria quædam

Voluntaria libertas gloriā promeretur.

eſt libertas, eoq; & gloriam promeretur. Illud vero neceſſitas mihi incumbit, ut nō liberum demat arbitrium dixit, ſed ut ſuam exprimat animi promptitudinem, qua Dei iniunctum prædicandi Euangelij munus exceperit. Nec minus ut formidine teneri ſe arguat, ne pœnas luat, ſi iuſſa Dei non exequatur.

Paulus diſpenſator.

SI ENIM volens hoc egero, mercedem habeo. Si aūt inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.) Si mihi, inquit, iſtiuſmodi Euangelij prædicatio demādata non eſſet, obiremq; id muneris ultro, haud dubie mercedis plurimū vendicarem. Si vero illa mihi eſt: nec poſtulanti cōmiſſa, perſpicuū ſane me haud ſponte id agere, ſed dñi mandatum complere. Id eñ inuitus deſignat. Quo circa nil mihi illud eſt vel liberalitati vel gloriæ accenſendū, creditam ſiquidem diſpenſationem adminiſtro. Attende autem quemadmodū non illud intulerit: videlicet ſi iuitus mercedem non habeo, ut oſtendat ſe prædicandi Euangelij gr̃a habiturū mercedem, tametſi dñi exequať mandatū, alioqui abſurdū foret, ſi Apoſtoli omnes pro hmōi ſuſcepto prædicatiōis munere, nihil eſſent præmij accepturi. Tametſi haud quaq̃ tantundē futurū ſit: ut is mereať, qui mercede & præmio, quanto is condonať, qui gratis Euangeliū prædicauerit.

QVAE ERGO eſt merces mea, ut Euangeliū prædicans, ſine impenſa ponā Euangeliū Chriſti, ut non abutar poteſtate mea in Euangelio.) Hæc, inquit, eſt utique

merces ube-

merces uberior & laude non indigna, ut non abutar poteſtate mea. Hoc eſt, ut penitus utar. Simplicem enim & intentiorem uſum, abuſum dixit, ubiq; Paulus poteſtatem, pro bonis præſentibus nuncupat arguens plane, & qui ad uitæ neceſſitatē hæc bona accipiunt, nihil delinquere. In Euangelio aūt dixit, ut oſtendat eum qui Euangelio inſudauerit, non qui otio torpeat, accipere aliquid debere.

NAM CVM liber eſſem, ex oībus me in ſeruum addixi, ut omnibus lucrifacerem.) Nō modo, inquit, cū poteſtatem haberem, nihil accipiebā, quinetiam cū liber eſſem & nulli obnoxius, nec ductus neceſſitate, meipm̄ ſeruitute obſtrinxi. Nō uni cuiq; aut alteri, ſed terrarū orbi uniuerſo. Nec tanq̄ adulator aliquis, ut morem alijs gererem, ſed ut multis conducerem. Quādoquidem ut cunctis prodeſſem minus liceret.

Paulo multis nō cunctis prodeſſe licuit.

ET FACTVS ſum Iudæis, tanq̄ Iudæus, ut Iudæos lucrarer.) Quemadmodum cum Timotheum circūcidit. Neq; enī Iudæus effectus ſum inquit, ſed tanq̄ Iudæus, ut arguat diſpenſatione quadam fuiſſe per ſe id rei geſtum, ut tunc circuncideret.

HIS QVI ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, ut eos qui legi eſſent ſubiecti, lucrifacerem.) Proſelitos fuiſſe hos conſtat, quos comparaſſet, uel Iudæos nōnullos, qui & ſi fidem ſuſceperant, adhuc tamen a lege pendebant. Talem autem ſe cuiq; exhibebat Apoſtolus diſpenſatione quadam & arte, ut alios in uiam reduceret.

Proſeliti.

HIS QVI SINE lege erant, tanq̄ ſine lege fui.) Sine lege eos fuiſſe dicit, qui cū ex gentibus eſſent, nullam haberent Moyſis legem. Qualis Cornelius fuit, uel forte Athenienſes hos aſſerit, quorum infirmitati condeſcendiſſe eſt uiſus, cum apud eos ex altari, ignoto Deo ſacrato, concionatus de Chriſto, nō tanq̄ de Deo, ſed tanq̄ de homine copioſe diſſeruit. Quippe qui nondum uel audire tale quid potuiſſent, uel Diuini myſterij profunditatem mente cōplecti, ſed cum Chriſtū exiſtimarent fuiſſe in Deū relatum, qualis apud eos Hercules habebatur, & Aeſculapius & cæteri, qui ex hominibus dij ſunt facti. Tanq̄ aūt ubiq; idcirco adiecit, ut intelligas eū, nō certo hæc animi iudicio, ſed ſimulato egiſſe, ut eos pelliceret, uel ad ueritatem accederent.

Aeſculapius.

Apud Athenienſes Paulus concionatus.

CVM SINE lege Dei nō eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti, ut lucrifacerem eos, qui ſine lege erant.) Ne forte exiſtimes Paulum, cum apud eos qui lege carerent concionaretur, uel mentem immutaſſe, uel animo fuiſſe a uera Chriſti religione alieno, ſic infert. Cum ſine lege Dei non eſſem. Hoc eſt, cum minime eſſem a lege Diuina alienus, ſed legem haberem, nec legem ſimpliciter, ſed Chriſti legem, id eſt, ueteri legi præfero Chriſti legem, cur illud: Vt qui ſine lege ſunt lucrifaciam.

FACTVS SVM infirmis tanq̄ infirmus, ut infirmos lucrifacerem.) Vel quia a uobis, qui animo eſtis imbecillo & facile offendimini, nil prorſus uel depopoſci in uitæ alimoniam uel accepi. Vel quia tunc ipſe imfirmior ſum infirmis effectus, cū plane perſpecta auditorū infirmitate, nil de FILII & SPIRITVS diuiniate diſſererem.

OMNIBVS factus ſum omnia, ut om̄ino ſaluos nōnullos facerem.) Quid multa. Omnibus pro ſingulorum conditione & indulſi & condeſcendi, tametſi minus confiderem cunctis me pariturum ſalutem, ſed ut aliquos ſaluos redderem. Quod ſane debet magis mirum uideri. Quippe cū haud quaq̄ ſit admirandum, ut quis maioris utilitatis & fructus gratia, laboris multum inſumat. Sed illud debet haud dubie magnum exiſtimari, cum parui commodi cauſa plurimū quis inſudet. Omnino autem adiunxit, ut præceptores reliquos ſolaretur. Qui & ſi omnibus nequeant docendo pro eorum cupiditate ſalutem afferre, nil prorſus debeant inerti otio contabeſcere, cum uel paucis ſint profuturi.

HOC AVTEM facio propter Euangeliū, ut particeps eius fiam.) Euangelij appellatione fideles exprimit, qui ſalutem ſint per Euangeliū aſſecuti. Quemadmodū & ſuperius dixit de Euangelio uiuere, id eſt, ex fidelium ope uitā ducere. Vt igitur inquit, cū fidelibus queā & palmæ & coronarū portionem ſortiri, id ago. Neq; enī mercedis ſpe ulla id ille agebat, ſed ut Corinthijs perſuaderet fratrū gratia & supernorū bonorū expectatione, uel ingrata quæq; & iniocunda aggrederent. Attende

Apoſtoli humilitatem. Qui cũ inter cæteros fideles primatum teneret, horum ſe numero in bonis cœleſtibus participandis adiecerit, qui ſimplicem ſunt fidem adepti.

Fratribus condeſcendendũ.

NESCITIS quia qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit brauium.) Cum dixiſſet fratribus eſſe cõdeſcendendum, acrius illos coarguit ſeueritatis. Perinde ac ſi inquiat, nequaꝗ exiſtimeris & ſi fidem Chriſti iã exceperitis & eccleſiæ ſtadium ingreſſi iam ſitis, ſatis id uobis ad ſalutem futurum. Quemadmodum neq; curſoribus ipſis in ſtadio cucurriſſe ſat eſt, niſi ad brauium uſq; pertenderint. Quod etiã per uos ut attingatur, erit totis uiribus annitẽdum, tametſi in diſcrimine haud paruo uerſemini, ne illud uos cõprehendatis. Qui ut ueſtræ quadã perfectionis præſumpta opinione, neglectis fratribus idolothytis ingurgitamini.

Idolothyta.

SIC CVRRITE ut comprehendatis. Omnis aũt qui in agone contendit, ab omnibus abſtinet.) Eo inquit uobis iucundus eſt curſus, ut propoſita præmia cõſequamini. Quod utiq; ſine charitatis præſidio, quã profecto nullam habetis, fieri nõ poteſt. Præſertim cum perfectiores uoſipſos exiſtimetis, quod tamen eſt longe ſecus. Quippe qui nondũ brauium cõprehendiſtis. Vt autem arguat magnũ in modũ hos iminutos, ut qbus ex uentris ingluuie & fornicatio & ebrietas inſit, ſic infert. Qui in agone contendit, ab omnibus abſtinet. Neq; enim eſt ab hoc temperandũ, ab illo minus, ſed ab omnibus dixit. Pernoſcite ergo quam longo ſitis a brauio interuallo & modum perdiſcite, id eſt temperantiam ipſam, qua palmã emeriti, coronemini.

Brauium uictoriam.

ILLI QVIdam ut corruptibilem coronam accipiant, uos autem incorruptam.) Perinde ac ſi inquiat. Quam rei huiuſmodi pudere uos debet, ſiquidem corruptibilis illi coronæ gratia, omnibus in rebus continentes ſe præbeant, nõ itidem ipſi egerimus pro incorruptibili conſequenda.

EGO QVIdem ſic curro, non quaſi in incertum.) Hoc eſt, nil temere ago ut uos conſueſcitis. Qui ut idolothytis ueſcamini, alios perditis. Quod ſane per uos cum inconſyderatius fiat, in incertum haud dubie & fruſtra decurritis. At qui Paulus optimi in morem magiſtri, ſeſe in exemplum producit.

Paulus ſe in exemplũ adducit

SIC PVGNO, non quaſi aerem uerberans.) Habeo enim dæmonem ipſum, & reluctantem quem plagis affligam. Vos tamen hunc haud quaꝗ urgetis, nec uerberibus ullis afficitis, quin ueſtræ potius mentis perfectioni cõfiſi, fratres offenditis.

SED CASTIGO corpus meũ, & in ſeruitutem redigo.) Arguit hoc loco Corinthios gulæ fuiſſe & uentri addictos, fouiſſeq; item id uitij ſub quodã perfectionis prætextu, quia perfectioris ſe fidei crederent. Ipſe uero inquit, laborem ſubeo omnem, ut cõtinentius uiuã. Caſtigo eni corpus meum. Hoc eſt, aduerſus carnem depugno ὑπωπίας græce, unde uerbũ ὑπωπιάζω quod caſtigo interpretatũ eſt, liuores dicimus quoſdã qui ſub oculis infliguntur, cũ pugnis res agitur, & decertatur. Qua ex re ingens illud patefacit certamen, quod naturæ infertur. Corpus enim hoc noſtrũ uiolenta quadã tyrannide animę aduerſatur impugnatq;, ut hoſtis acerrimus. Cum eni caſtigo inquit, & plagis ſe illud arguit affeciſſe. Mox inſuper & in ſeruitutem redigo intulit, ut intelligas haud aliter illud ꝗ in ſerui morẽ eſſe habendũ, laſciuientis & cõtumacis. Frenandũq; idipſum, ut a domino, nõ ut ab hoſte, & ſubiugandũ.

Corporis aduerſus animã tyrannis.

NE FORTE cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.) Vel hiſce ex uerbis abſtinentiores hos reddit, perinde ac ſi inquiat. Si mea hęc haud quaquam eſt ad ſalutem ſatis uel doctrina uel prædicatio, niſi & inſontem me quibuſuis præbeam, & prauis liberum facinoribus, quo pacto ipſi per ſolam fidem aſſequi ſalutem poteritis, qui tot ſitis peccatis deuincti?

CAP. X.

NOLO AVTEM VOS FRATRES quemadmodũ patres ueſtri omẽs ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt.) Enumerat quantis a Deo fuerũt Iudæi dignati muneribus, oſtenditq; uti ex his pleriq;, & ſi tam multis affecti beneficijs, nil tamen fuerint Deo gratificati. Hęc autem inquit, ut plane demonſtret, quemadmodũ ut Iudæis, etſi donis ſint affecti pcipuis, nil tamen ſit uiſa ea res profuiſſe. Vtpote qui nul

lum ex ſe

lum ex ſe benemerenti Deo munus rependerent. Sic uobis Corinthij fides ipſa aũt collata in uos ſpiritaliũ miniſterioꝝ beneficia nil haud dubie ſunt ꝓfutura, niſi uos ipſi Diuina gratia dignos exhibeatis. Fuiſſe aũt ſub nube omnes hos inquit, ſicuti & propheta teſtatur, extendit nubem in protectionem eorũ, & mare omnes trãſierunt.

ET OMNES in Moyſe Baptizati ſunt in nube & in mari.) Sunt enim hi Moyſi & nubis umbraculo, & maris traiectu, effecti participes. Nam cum priorem Moyſem tranſeuntem ſpectaſſent, fluctibus ſe cõmiſerunt, cuiuſmodi rei tum olim geſtę figura & in nobiſmet cõtigit. Nam Chriſto prius mortem obeunte, & paulopoſt reſurgente, eius mortem tum plane præferimus, cũ Baptiſmi aquis immergimur, tũc demũ reſurrectionem ſignificamus, cũ ex aquis educimur. Baptizati itaq; in Moyſe ſunt, quia illi uidelicet, ad figurã baptiſmatis & duce ſunt uſi & preuio ✶ præcedebat uel ex eo tẽpore baptiſmati figura huiuſmodi in nube, & in maris trãſgreſſu.

Baptiſmi figura.

Baptizati in Moyſe.

Aliás præferebatur.

ET OMNES eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.). Vt enim nos baptiſmi aqua perfuſi, corpus dominicũ manducamus, ſic & manna illi, mare traiecto, in eſum ſunt uſi. Et quemadmodũ ipſi domini ſanguinem bibimus, ſic illi erumpentem e percuſſo lapide aquã biberunt. Hæc quidem Paulus ſpiritali quodam diſſerit ſenſu. Nam & ſi hæc ſenſibilia erant, haud tamen naturæ conſentanea, ſed ſpiritus gratia gerebantur, quæ gratia cum corpore una & animas aleret, & ad fidem & credulitatem induceret.

LIBERANT autem de ſpiritali conſequenti petra, petra autem erat Chriſtus.) De eſca quidem cũ meminiſſet, nulla præterea indiguit aſſertione, quæ per ſe ſatis pateret. Nec quicq̃ eſſet a ſui natura immutata. In potu uero, quia eius duntaxat ſubminiſtrandi modus immutaret, aſſertionibus utitur, dicens. Nequaq̃ lapides ipſius naturã potum hunc præſtitiſſe, qui etſi alias ſcaturiſſe concedit, ſpiritalis tamen alius lapis id omne operabatur, id eſt Chriſtus. Conſequenti aũt eo dixit, ut oſtenderet Chriſtũ eundem hunc illis ubiq; affuiſſe, & miracula huiuſmodi factitaſſe omnia.

Chriſtus lapis ſpiritalis.

VERVNTAMEN non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo, proſtrati enim ſunt in deſerto.) Et ſi amoris indicia pleraq; erga Iudæos oſtenderit Deus, nihil eſt tamen horum maiorem in partem operibus oblectatus. Non enim omnes ſunt reprobati, ſed plurimi. Cum autem in pluribus inquit, deſignat, idcirco nihil innumeram multitudinem profuiſſe Iudæis, quia nullum ipſi erga beneficũ Deum, amorem prætulerint. Cum uero proſtrati ſunt dicit, repentinã Iudæorum perditionem & ſtragem & diuinitus in hos illata ſupplicia patefacit.

HAEC AVTEM in figura facta ſunt noſtri, ut nos ſimus ipſi concubitores maloꝝ, quemadmodũ & illi concupierunt.) Haud ſecus Iudæorũ tormenta præferunt futurorũ figuras, ac in eos collata beneficia prætulere. Arguit autem hoc loco Corinthios, nõ modo cruciatũ iri, ſed acrioribus eſſe q̃ Iudæos penis afficiendos. Quandoquidem horũ facta, noſtri figurã expreſſerint. Nos uero rem ipſam uerã, certioremq; præferamus. Vtq; donorũ magnitudine alios ipſi excedimus, ſic penis maioribus afficiemur, ſi Deũ delinquendo offendimus. Cum aũt malorũ inquit concubitores, omne malignitatis genus expreſſit. Siquidem ab ipſa cõcupiſcentia uitium quoduis emanat. Deinceps per ſpecies uitia ipſa ediſſerit, quia illi cõcupierunt alia nimirũ carnẽ Deos priuatos. Sicuti in ſequentibus Paulus patefecit, hoꝝ idolatriã.

NEQVE IDOLis ſeruientes efficiamini, quemadmodum nonnulli eorum ſicut ſcriptum eſt, ſedit populus manducare & bibere & ſurrexit ludere.) Primũ hos carpit, qui Idolothytis ueſcerentur, oſtenditq;, quemadmodum illi gulæ uitio ſint in idolatriam hanc ipſam prolapſi. Choreis nanq; circa uitulũ conſtitutis & in propatulo tripudiantes ludebant. Sic inquit & ipſi in diſcrimine eſtis præ ueſtra ingluuie, & immolationum eſu huiuſmodi, ne in idolorum cultum labamini. Vbi nam ergo ueſtra illa quam iactatis perfectio, quæ ad idolatriam ducit.

NEQVE FORnicemur ſicuti nõnulli eorum fornicati ſunt, & ceciderunt in una

die uiginti

dic uiginti tria milia.) Ruſum fornicationis hic meminit, & continenti caſtigatione dicta ſua obfirmat, cuiuſmodi fornicationis delictum, ortum ab ipſa ingluuie ducit. Quæret aliquis, quonam tempore tria hæc & uiginti hominũ milia occubuerunt? Nempe cum ex Madian, mulieres Balaan conſilio & inſtinctu, in aciem prodijſſent, Iudæorum iuniores ad ſe traxerunt, eoſq; per concubitũ & fornicationem ut Balphegor immolarent, prouocauerunt, ceciditq; populus in acie.

Hiſtoria Madian.

NEQVE TENtemus Deũ, quemadmodũ quidam eorũ tentauerunt, & a ſerpentibus interierũt.) Indicat ſane hoc loco Corinthios ſigna efflagitãdo deũ tentaſſe.

NEQVE MVRmurauerítis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.) Id eſt, ab exitiali quadam Dei potentia. Oſtendit prætere eos nihil uiriliter tuliſſe aduerſum, ſed murmurando dictitaſſe. Quando aduenient bona, & mala ceſſabunt?

HAEC AVTEM ſub figura contingebant illis. Scripta ſunt autem ad cõmonefactionem ueſtrã, in quos fines ſæculorũ deuenerunt.) Cum inquit hæc ſcripta eſſe ut inſtantis periculi admoneremur. Corinthios perterrefacit. Sunt eñi nobis eo horribiliora quædam ſupplicio expectanda, quo maioribus ſumus donati beneficijs. Quinetiã & finem eis imminere oſtendit. Neq; momentanea aſſerit futura eſſe tormenta, ſed ſempiterna quædã, quæ poſt mundi conſumationẽ nos exceptura ſint. Iã enim Dei iudiciũ illud pro foribus adeſt, cũ mundi huius ſæcula nacta ſunt finem.

Iudicium Dei pro foribus adeſt.

ITAQVE qui ſe ſtare exiſtimat, uideat ne cadat.) Rurſum eos qui ob ſuam ſcientiam ſuperbirent, conſpicuos facit, inquiens. Et ſi ſtabilem te permanere arbitraris, cauendũ tamen ne prolabaris. Quinetiam hæc tua ſtabilitas nihil habet in ſe firmitatis. Siquidem & ſi tibi conſiſtere tibi uideris, non tamen certo es gradu ſtabilitus. Vel ſi ſtabilis fueris, facilis eſt ex deſperatione caſus.

TENTATIO uos nõ apprehendat, niſi humana. Fidelis autem Deus qui non permittit uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione & prouentũ, ut ferre poſſitis.) Quoniã his timorem iniecerat, cũ diceret. Qui ſe ſtare exiſtimat, uideat ne prolabatur. Erant enim moleſtijs & tentationibus pleriſq; affecti, ne forte dixerint, quid nos territas? Qui & ſi tentatiões q̃ multas tolerauimus, nequaq̃ tamen collapſi ſumus? Reſpondet, quoniã nulla uos corripuit tentatio, niſi humana; id eſt, exigua quædã & mediocris. Humanũ enim ubiq; Paulus tenue quippiã & exile appellat. Mox etiã hos conſolatur ſuadens, ut oculos ad Deum intendant, ut qui ueridicus ſit, & nil mentiatur. Quippe qui ſit ea pollicitus, uenite qui laboratis, & ego reficiam uos. Nequaq̃ itaq; ille uos ſinet, ultra uires tentari, ſed inuadentem uos tentationem efficiet æqua proportione ueſtris uiribus reſpõdere. Quin potius oĩs tentatio noſtras ſuperat uires, niſi opem tulerit Deus, feceritq; cũ tentatione prouentum, hoc eſt, declinare tentationem nos faciat, & liberos reddat, celerius ſcilicet ꝑbeat tentationis effugiũ, ſimul ac tentari cepertimus, ita ut ob repentinã liberationẽ omnem huiuſmodi poſſimus tolerare moleſtiã. Vel facturus eſt inquit prouentum ut ferre queamus aduerſa, id eſt, ut leuior nobis uideatur tentatio, & toleratu facilior.

Humana tentatio quomodo accipiatur á Paulo.

PROPTEREA fratres declinate idolatriã.) Poſtq̃ eos ſatis coarguit, ſolatur tandem cum fratres appellat. Nec ultra eos, quod fratribus obeſſent ab idolothytis arcet, ſed quia rem ipſam improbet, & detractet, idolis dictitans id eſſe immolando inſeruire, celeremq; ab eiuſmodi eſu ſeceſſum expoſcens, declinate inquit.

VT PRVDENtibus loquor, uos ipſi iudicate, quod prædico.) Cum crimen in hos grauius conieciſſet, idolorum cultum appellans, quæ hi factitarent, lenit breue id dictum & mitigat, ſonteſq; hos ipſos & noxios conſtituit iudices, quod ſane proprijs uerbis, ut certis & ueris fidenter affirmat, perinde ac ſi inquiat. Nil aliorũ ope indigeo, qui ea de re ſñiam ferant, quin potius uelim uos ipſi ut ſapientes iudicetis.

TALIS BENEdictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt?) Hoc eſt, gratiarũ actionis. In manibns namq; illum habentes, gratias ei haud dubie agi-

dubie agimus, qui noſtri gratia ſanguinem ſuum effuderit, dignatuſq; nos ſit bonis ineffabilibus. Non enim participatio dixit, ſed communicatio, ut plus aliquid exprimat, ſummam ſed coniunctionem. Quod autem dixit tale eſt. Sanguis enim iſte qui calice continetur, ille eſt, qui Chriſti e latere profluxit. Hunc ipſi cum ſumimus, participamus, hoc eſt Chriſto coniungimur. Nonne igitur uos pudet Corinthij, cum ad idolorum calicem ab hoc Chriſti decurritis poculo, qui uos ab idolis liberauit.

Sacramentum euchariſtiæ.

PANEM quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt.) Quod in patibulo minus ſuſtinuit dominus, quippe cuius neq; os fuerit cõtritum, hoc noſtri ob gratiam confractus patitur. Quem enim frangimus inquit. Communicatio autem corporis Chriſti eſt, eo intulit, quia quemadmodũ corpus illud Chriſto unitum eſt, ſic & nos illi per panem hunc copulamur.

Communio.

QVONIAM unus panis, unum corpus multi ſumus.) Cum cõmunicatio corporis eſt retuliſſet, compertum nobis ſit, aliud eſſe quod communicat, quod cõmunicatur. Et aliud nunc, quod præſtantius eſt ſic inquiens, patefacit, idem nos ſumus quoq; Chriſti corpus. Quid enim eſt panis, & Chriſti corpus. Quod autem huius participantes redduntur, nimirum Chriſti corpus. Non ergo multa ſunt noſtra corpora, ſed unum. Nam quemadmodum panis unus e pluribus granis conficitur, ſic & nos plures cum ſimus, unum efficimur Chriſti corpus.

Simile.

OMNES qui de uno pane participamus.) Cum itaq; unũ ſimus, quo pacto inter nos charitate ſeruata, non in unum inuicem cohæremus, præſertim cum Paulus dicat, eo nobis dñs corpus proprium impertitur, ut ſibi nos copulet. & nexu quodã mutuo reddat propinquiores. At ubi prior illa carnis natura prauis eſt facinoribus corrupta, & uitæ celeſtis effecta eſt expers, ſuã Deus contulit nobis, noſtræ aſſimilẽ quæ & peccato careret, & uitã largiretur. Vt eius effecti participes, & ſibi admiſceremur, & uitã duceremus innoxiã. Vtpote qui unũ eſſemus cũ Chriſto corpus adepti.

Carnis natura prior prauis facinoribus corrupta.

VIDETE Iſrael ſecundum carnem, nonne qui ædunt hoſtias, participes ſunt altaris?) A craſſioribus, inquit exemplis erudimini. Intelligentes, quod per uos geritur, idolorum præfert commertium. Secundum carnem Iſrael dixit, ut arguat ſecundum ſpiritum & ipſos conſtare. Aduerte autem, quemadmodum id fiat. De Iudæis nanq; nil intulit natura quod de eo participarent, ſed altaris ſunt participes, dixit. In quo quod immolandum fuiſſet, impoſitum igni conſumebatur. De Chriſti autem corpore haud quaq̃ res ita ſe habet, ſed Chriſti corporis fuit participatio. Nõ enim altaris ſumus, ſed dominici corporis ipſi participes.

QVID ERGO dico quod immolandũ ſit aliquid, aut quod idolum ſit aliquid.) Veritus ne uideretur ægre tuliſſe, perinde ac ſi aliqua ineſſet idolis uirtus, ſic infert. Non eo uos ab idolis abigo; quaſi illa aut obeſſe queant, aut prodeſſe. Quippe quæ nihil ſunt prorſus. Sed quoniã nullum Deo offerretur ſacrificium, unde ſic addit.

SED QVAE immolant gentes, dæmonijs imolant, & non Deo.) Haud itaq; ad dñi noſtri inimicos tanto uos ſtudio cõferatis. Nam ſi regia menſa omiſſa, ad ſontiũ & damnatorũ cœnã procurreres, longe haud dubie aberrares. Neq; eo ꝙ nocumentũ illa, aut utilitatem ſit allatura, ſed quia ad iniuriã regiæ menſæ id cædere uideret.

Menſæ myſticæ participes Deo ſodales ſunt.

NOLO AVtem uos ſocios fieri dæmoniorũ.) Si enim qui myſticæ menſæ participant, cum Deo ineunt ſodalitatem. Neceſſe eſt, ut qui dæmonicæ participes fuerint, cum dæmonibus ipſis iungant conſortia.

QVIA NON poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorũ.) Quoniam id nolo uos dæmoniorum ſocios fieri, ſub obtentu intulit caſtigandi. Ne forte huiuſmodi caſtigatio, ſi ex certa animi ſententia uideatur prolata, contemptui ſit illud adiecit inquiens, non poteſtis calicem domini bibere.

NON POTEſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.) Ex ſolis hiſce nominibus, ab idolothytis aſſerit abſtinendum.

AN AEMVlamur dominũ, nunquid fortiores illo ſumus.) Vt pudorem Corinthijs inijtiat,

thijs initiat, appoſuit Paulus. An Deum tentamus, inquit, & irritamus? Cum uos cruciandi uim habeat, qui ad eius aduerſarios deſciuiſtis. Moxq; in abſurdum ſermonem prolabitur, inquiens. Num illo crimus fortiores? Meminit præterea & moſaici dicti in eo uidelicet me irritauerunt, qui Deus non eſſet, & ad iram me prouocauerunt in idolis eorum.

OMNIA MIhi licent, ſed non omnia expediunt.) Ne quis forte id dixerit, cum cibum hunc & idolothyta pura cõſcientia ſumpſerim, ſumendi equidem habeo poteſtatem? Etiam inquit, eo enim tibi omnia licent, quia liber ſis a Deo creatus. Nil tamen confert huiuſmodi eſus. Quandoquidem progrediendo idolis erit propter aſſiduam illorum menſæ participationem obnoxius.

OMNIA MIhi licent, ſed non oĩa ædificant.) Nec tibi inquit prodeſſe id põt, ut antea dixi, nec fratri tuo cõducere. Siquidẽ nil prorſus ædificat, ſed potius demolitũ & fratris fidẽ ſubuertit. Itaq; ſi neq; tibi, neq; illi cõtulerit, cur idolothytis ueſcaris.

Proximi quærenda utilitas. NEMO quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius.) Nequaq̃ illud uelim ſcruteris, utrũ pura conſcientia manduces, ſed utrum fratrem ædificet, quod per te agitur. Vbiq; Paulus unũ illud p̃cipue cõmonefacit, ut proximi ſit quærenda utilitas.

OMNE quod in macello uenit, manducate. Nihil interrogantes, propter cõſcientiam.) Cum multis argumentis confirmaſſet Apoſtolus ab idolorum eſſe immolationibus abſtinendum, ne forte ſint cæteris in rebus adeo præter modum hi curioſi, ut quæ uel in foro uenalia exponuntur, obſonia ſpernantur. Veriti, ne uel illa *Venale quicq̃d eſt manducandum.* idolothyta ſint, ſic inquit. Omne quod uenit, manducate, nihil uenditores interrogantes, utrum idolothytum ſit necne, quod uenditur. Perinde ac ſi perculſam ſuſpitione conſcientiam, purgare nitamini. Poteſt & hoc modo intelligi. Noli interrogare, ne conſcientiam ledas. Forſitan enim rogando, certior fieres idolothytum eſſe, quod uenit, unde poſſet conſcientia tua offendi.

DOMINI enim eſt terra, & plenitudo eius.) Quid ni? Non enim dæmonũ illa eſt. Terra itaq;, poma, arbores, & animãtia ipſa, & uniuerſa deniq;, ſub Dei ſunt poteſtate. *Natura nil immundum.* Nil ergo natura ipſa immundũ fiet, ſed pro ſingulorum ſenſu, & mente cõtaminabitur, habebiturq; pro inquinato, quodcunq; quis duxerit reſpuendum.

SI QVIS aũt uos uocat infideliũ, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiã.) Recte uultis poſitum eſt. Nam neq; adhortandos eos, ituri ne ſint ad cœnã ab infidelibus acciti, nec dehortãdos exiſtimat. Nihil aũt percontemini, ne ob curioſam admodũ inueſtigationẽ, uereri idola uideamini. Veſtrã præterea hãc conſcientiã uelim, & purã ſeruetis & inoffenſam.

Cõſcientia nõ offendamus. SI QVIS aũt dixerit hoc immolatũ eſt idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiã.) Haud equidem quod officere poſſit, cibatũ huiuſmodi immolationũ nunc interdixerim, ſed eius gratia qui rogatus a te profitebitur, utrum idolothytum ſit necne quod petieris. Ne forte ille animi iactura affectus, exiſtimet Chriſtianos nihil idola exhorrere. Quod aũt aut ab idolothytis, non tanq̃ ab immundis, & a dño noſtro alienis cauendũ eſſe cõmonefaciam, ex eo quod dixerã liquet. Domini eſt terra & plenitudo eius. Id eſt, oĩa quæ illa complent inhærentq;. Vel aliter. Abſtinete, inquit, ab eiuſmodi cibo. Siquidẽ dñi eſt terrarũ orbis. Licet itaq; uobis abũde uentrẽ explere. Vobis enĩ patent oĩa, & nihil eſt ĩterclusum.

CONSCIENtiam aũt dico, non tuam ſed alterius.) Hoc eſt, gentilis cuiuſpiã hominis. Nam forſan, ut dixi, uel hic offendetur, uel te ut ganeonem lurconemq; iudicabit, & gulæ deditũ. Vel idola ſuſpicabitur æque ſibi ac tibi grata eſſe & accepta.

Libertas quid Paulo. VT QVID enim libertas mea iudicatur aliena cõſcientia.) Libertatem appellat, quod attentione, ſtudio, & impedimento uacat. Ait nanq;, libere ipſe & incaute cibum deſumo, gentilis uero, me inquiens condemnabit, cõmentitia ſunt Chriſtianorum facta, quippe qui & ſi abominari ſe idola fateantur, ueſcuntur tamen libentius quæ idolis immolantur.

SI EGO

SI EGO CVM grã participo, qd blaſphemor pro eo q̃d gratias ago?) Equidem, inquit, Dei ob grãm rerũ ab eo conditarũ particeps ſum effectus, qui me animo firmiori creauit & ſtabili, ut nihil ultra quã decet aduertã. Gentilis tamen maledictis me inſectabit, aſſerens ſimulata me potius mente ab idolis declinare, q̃ certo iudicio, & gulæ vicio manducare quę ijs imolent. Illud aũt, pro eo quod gratias ago, eiuſmodi eſt. Ipſe videlicet Deo grates retulerim, q̃d me præſtantem adeo & ſublimem effinxerit, tantũq; Iudaicæ humilitati præcellentem, ut nulla ex parte mihi noceri poſſit, alioqui ut dixi Gentilis homo offendit, & mala mihi inſuper imprecat.

SIVE ERGO mãducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.) Cuncta, inquit, per vos in laudem Dei peragant. Præſentia ſiquidem veſtra hæc facta, Deo ad ignominiam, vel ad execrationem potius cedunt. Cibũ itaq; quis vel potum, tum Dei in gloriam ſumit, cum vel nullius offenderit animũ, vel id haud quaquam ventris & voluptatis gratia egerit, ſed corporis in exercitatione virtutis ſeruandi. Demũ cuncta quiſpiam ad Dei gloriam operat, cum omni ſublato maleficio, nec alium quemuis, nec ſeipſe pertulerit. Id eſt, cum neq; ad hominũ aucupandam gratiam, neq; prauo aliquo animi affectu id agat.

SINE OFFENSIone eſtote Iudæis & Gentibus, & Eccleſiæ Dei.) Hoc eſt, nulli aliquam criminandi vos cauſam exhibete. Quod plane fiet, ſi neq; Iudęum, neque Græcum, neq; fratres ipſos offendimus, ex his nanq; Dei conſtat Eccleſia. Attende autem quemadmodum poſtremos poſuerit qui reliquos ante irent. Enimuero trahendi ſunt potius ad Fidem mali, quam inſectandi ſint fratres. Ex eo autem immolationum eſu, offendi cæteros patefacit.

SICVT ET ego per oĩa omnibus placeo, non quærens q̃d mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalui fiant. IMITATORES MEI ESTOTE, ſicut & ego Chriſti.) Quo CAP. XI.
niam ingens ſane in eos coniecerat facinus, quippe quos & Græcorũ iacturæ & Iudæorũ obnoxios fecerint, ſeipſum in mediũ confert, ut arguat plane q̃d illis iniunxerat, factu eſſe perfacile. Quemadmodũ vero q̃d ſibi incommodũ cederet nil poſtularit, multis ex rebus perſpicuũ eſt, quas ſuperius explicauit. Vt illud, & factus ſum omnibus oĩa, ut omnes lucrifacerem. Et ex his præcipue quæ precaret, ut anathema eſſet pro fratribus. Mei ergo imitatores efficiamini, quemadmodũ & ego ipſe Chriſti. Nec tamẽ ſuperbe id dictũ exiſtimes, ſed ad ſe imitandũ nos magis hortari. Nam ſi ipſe inquit, ſum Chriſtũ ſectatus, qui ut nobis vitam largiret, ſuam neglexit, longe magis a vobis ſum imitãdus. Et ſi q̃dem non adeo vos ipſe præſtiterim, quantum ille, qui me bonitate quadam incomparabili, tum cæteros antecedit.

Paulus anathema eſſe cupit p̃ fratribus.

LAVDO AVTEM vos fratres, quod per oĩa mei memores eſtis.) Poſtq̃ de idolothytis ſermonẽ abſoluit, qui certe de rebus grauibus habitus eſt. Leuius quoddã in præſentiarũ delictũ caſtigat, & corrigit. Solet eñ grauioribus minora intermiſcere facinora. Quæ illa erant, ſi quæras? Nimirũ quod detecta & reuelata facie mulieres orabant, & prædicabãt futura. Quippe quæ tũc temporis vaticinarent. Viri aũt comã ſupplicando & vaticinãdo promitterent, ut qui philoſophiæ ſtuderẽt. Quod ſane græcæ erat legis vel inſtitutio, vel eius gentis mos patrius, & priſca cõſuetudo. Hos itaq; & ſi prædicando antea caſtigaſſet, præſenti ſibi paruerũt nonnulli, multi etiam in pertinacia perſtiterũt. Eos itaq; quos ſibi morigeros habuiſſet, hunc in modum alloquit. Laudo equidem vos, quoniam mei in cunctis memoriam habuiſtis. Tam & ſi unũ erat, cuius eos inſimulaſſet, ſed ne capillum promitterent, neve protenderent comã. Vos tamen inquit, per omnia mei memores eſtis. Solet Paulus mitioribus verbis lenire, quos a vitijs ſperat ad bonũ traducere.

Philoſophi barbã promittebant, id eſt creſcere ſinebant.

ET SICVT tradidi vobis, præcepta mea, tenetis.) Liquet ex his cum Paulũ, tum Apł̃os reliquos haud quaq̃ oĩa literis mandaſſe p̃cepta, quæ populis tradidiſſent.

Paulus non oĩa mandata ſua literis mandauit.

VOLO AVTEM vos ſcire, quod omnis viri caput eſt Chriſtus.) Videtur ex inſequenti oratione ſermonem ad eos intendere, quos laudaſſet, tanquam traditionũ

Chriſtus eccleſiæ caput.

ſuarum detentores, verumtamen pertinaces alios & inobedientes caſtigat. Omnis autem viri, id eſt fidelis, Chriſtus eſt caput. Sumus nanq; fideles ipſi Chriſti corpus, non Gentiles, quorum haud quaquam caput eſt Chriſtus.

Vir cur caput mulieris.

CAPVT AVTem mulieris vir, caput vero Chriſti Deus.) Eo vir caput eſt mulieris, qa in eam imperiũ habeat. Chriſti aũt caput eſt Deus, quia Chriſti cauſa ſit, ut Pater Filij. Nobis vero Chriſtus eſt caput, qa cõditor nr̃i eſt, & quia ſuo ex corpore ipſi conſtemus. Pater aũt Deus Chriſti eſt caput, utpote qui eũ genuerit. Si vero ſecundũ humanitatem Deũ Chriſti caput dictũ eſſe a cæteris dixeris, quemadmodũ Chriſtus ipſe noſtrũ eſſe dictus eſt caput, nihil eſt hoc impiũ dictu. Siqdem et Deus Chriſti Pater eſſe ſecundũ humanitatem aſſerit̃. Nam poſtquã noſtri ſimilitudinem dignatus eſt capere, & frater nobis redditus eſt, & caput effectus, nil mirũ ſi humilitatis in ſe nomen accepit. Et quem habet ſecundũ diuinitatem genitorẽ, & caput habeat ſuæ humanitatis, tanquam ſui ipſius, dominũ quidem & Deum.

OMNIS VIR orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum.) Haud quaquam Paulus aſſidue prohibet virũ velare caput, nec niſi orandũ ſit illi, vel vaticinandũ. Neq; caput velatus dixit, ſed capite velato, id eſt in capite habens, ut tollat non ſolum veſte caput velandi conſuetudinem, ſed capillo & coma. Quin etiam qui comatus eſt, aliquid in capite geſtat, comam videlicet. Verum, quo pacto eius caput deturpat? Nempe cum princeps natus ſit vir, & potens, alterius ſe ditioni addicat. Caput nanq; obtegere, capiti eſt iugum imponere. Capitis eñ velamen illud, ſeruitutis eſt ſignum, non poteſtatis. Vel aliter. Deturpat aliquis caput, id eſt Chriſtum, qui ſuum eſt caput, & dehoneſtat, cum ſe iminuit, & peccatorũ ſeruitute obſtringit. Merito quæri poſſet, cur crimini illud aſcribat Apoſtolus? Signa data ſunt viro & mulieri, alteri qdem dominatus, alteri ſeruitutis, & alia eiuſmodi pleraq;. Illud vero, virũ nullo velamine operiri, cũ mulier capite ſit operto, quo pacto in crimen etiam non ſit adſcribendũ, quandoquidem naturæ termini exceduntur? Vt vir ſit capillo promiſſo, & coma protenſa. Fœmina vero capite reuelato, apertoq;.

OMNIS AVTem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum, unum enim eſt, ac ſi decaluetur.) Erant ut diximus, fœminæ, quæ prophetandi donum haberent, quales Philippi filiæ extitere, & aliæ pleræq;. Verum quo pacto caput deturpat, quoniam velut profugum eius caput & fugitiuum eſſe coarguit, quod credita ſibi a Deo poteſtate deſciuerit. Scito autẽ, quemadmodũ virum, ut diximus, inter orandum prophetandumq; prohibet, ne veletur, fœminam vero non ſolũ orationis & vaticinij tempore, ſed opertam ſemper eſſe depoſcit. Id nanq;

Caluitiũ dedecet fœminam.

efflagitat, cum inquit, unũ enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam ut decaluatio dedecet mulierem, ſic capitis detectio hanc dehoneſtat. Quo fit, ut ſi capitis operimentũ ſuſtulerit mulier, & ſimilis ei appareat, quæ comam detraxerit.

Indecorum fœminæ ſi caput detexerit orãs

NAM SI non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri tonderi, aut decaluari, velet ſuum.) Inſtat præterea, ut arguat capitis retectionem tonſuræ eſſe per ſimilem, pari turpitudine dehoneſtari. Per hæc inſuper & quæ dixeram ante demonſtrat, ſemper videlicet fœminæ indecorum eſſe & ſi caput detexerit.

VIR QVIDEM non debet velare caput ſuũ, quoniam imago & gloria Dei eſt.) Rei huiuſce cauſam priorem produxit, cum diceret. Chriſtum habeto pro capite, neq; illum eſſe volo velamine operiendũ. Nunc vero ſecundũ inducit, quod vir ſcilicet Dei ſit gloria, id eſt, ſub deo conſtitutus, & Dei imago. Oportet itaq; Imperatoris maximi principem in imperatoris conſpectu, cũ magiſtratus inſignibus apparere, id eſt, capite libero, & expedito. Id enim indicio eſt rei nullius humanæ ditioni ſubeſſe hunc virũ. Sed perinde ac Dei imaginem, cunctis imperitare.

MVLIER aũt gloria viri eſt.) Id eſt, ſub viri eſt poteſtate. Neceſſe itaq; eſt, hanc ipſam cũ ſeruitutis inſignibus comparere, quæ in capitis velamento conſiſtũt.

NON ENIM vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Etenĩ non eſt creatus vir propter mulie-

pter mulierẽ,ſed mulier propter virũ.) Cauſas refert q̃bus vir mulieri p̃cellat. Viri quippe ex latere deducta eſt mulier, nec fœminæ gr̃a vir, ſed viri ob gratiã fœmina conſtat. Faciamus em̃ inq̃t,adiutoriũ ſibi. Quo ergo pacto velabiẽ vir qui tanto ſit a Deo honore affectus. Arripit em̃ mulieris figurã,nec ſecus facit,q̃ ſi dyademate regio inſigni accepto,eadem deinceps capite ſuo detecto,ſeruilem habitũ ſumat.

Vir cur præſtet fœminæ.

IDEO DEBET mulier velamen habere ſupra caput ſuum, propter angelos.) Debet inquit,ſuperioribus de cauſis mulier ſupra caput velamen geſtare, id eſt ſeruitutis inſigne,& ſi alia nulla rõne, angelorũ tamen pudore ducta, ne in illorũ conſpectu impudens appareat. Nam ut hmõi capitis velamentũ,& oculos demittere, & affici verecundia facit,& ſeruilem ſpeciem ſeruare cogit,ſic & capitis retectio impudentiam arguit,quæ fidelibus ipſis,comitantibus angelis,abominationi eſt.

Mulier eſſe debet uelata,ut ſit ſeruitutis inſigne.

VERVNTAMEN nec vir ſine muliere, neq; mulier ſine viro in domino.) Hæc ideo infert, quia multum viro contulit excellentiæ cum mulierem aſſerit cum eo,ac per eum conſtare,& illi ſubeſſe. Ne itaq; viros, ultra q̃ decet extollat, nec fœminas humiles prorſus efficiat & abiectas, ſane inquit. In prima illa rerũ creatione ſic actũ eſt,ut fœmina conſtaret ex viro. Nunc vero nec vir oriẽ ſine fœmĩa niſi in domino, hoc eſt Deo id promittente & ſemen viuificante, & vuluam corroborante.

NAM SICVT mulier de viro,ita & vir per mulierem.) Mulier,inquit,ex viro, viro adhuc integrũ illud ſeruaẽ,fœminam ſcilicet ex eo cõſtare. Vir vero per mulierem,quæ virilis videlicet ſit ortus miniſtra. Vis em̃ maior eſt ſeminis. Vir itaq; haud quaquam proprie ex muliere diceẽ,ſed ex parte naſci per mulierem, Vtpote qui viri ortũ ſubminiſtrauerit. De domio tamen Apoſtolus haud ita diſſeruit,ſed factus inquit ex muliere. Veritus,ne ſi per mulierem dixiſſet,occaſionem præberet hæreticis dictitandi,tanquam per cannale aliquod,virginis uterũ Chriſtũ tranſiſſe. Vel quia nullo viri congreſſu,ſed fructus duntaxat alui virginalis hic fuerit.

Mulier ex uiro.

OMNIA aũt ex Deo.) Non viri id officiũ eſt,ſed dei. Si itaq; cuncta dei potẽtia fiunt,qui de viris & fœmĩs ſtatuit,nihil his contradixeris,ſed te morigerũ exhibe.

VOS IPSI IVDICate.) Rurſus eos conſtituit iudices,ad voluntatem abunde, cuncta confirmaturus.

Ignominia eſt uiro ſi comam nutriat.

DECET MVlierem non velatam orare Deum.) Hoc loco quod horrendum eſt admodum infert, Deo videlicet iniuriam fieri,ſi mulier oret capite retecto.

NEC IPSA natura docet vos,quod vir q̃dem ſi comam nutriat, ignomina eſt illi. Mulier vero ſi comã nutriat, gloria eſt illi. Quoniã capilli pro velamĩe ei dati ſunt.) Cur viro coma prolixior ignominiæ datur? Quoniam mulieris ſpẽm induit,& qui ut dominẽ eſt conditus, inſignia ſeruitutis admiſerit. Mulieri autem gloriæ cedit denſior ille capillus,quoniam propriũ ſeruat & hæc inſtitutum. Eſt em̃ honorabilis cuiq; ſuæ conditionis obſeruatio. Quæret aliquis. Quid ergo neceſſariũ eſt, linteum capiti,velandi gr̃a ſuperinducere, ſi pro velamine coma tributa eſt? Nimirũ ut non ſolũ per Fidem,ſed voluntate etiam ſuam profiteaẽ mulier ſeruitutem.

Problema.

SI QVIS autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus,neque Eccleſia Dei.) Contentioſus,inquit,videtur iſtiuſmodi dictis reniti, quod utiq; nec bonæ mentis, nec ſapientiæ indiciũ eſt. Cum enim Corinthij fucare hæc forte argumentis nõnullis vellent, enitebanẽ ſyllogiſmis & captiunculis indifferens id rei arguere. Inquit itaq; Paulus, conſuetudinem ipſi eiuſmodi nullam habemus,vel contẽdendi,vel virilem enutriendi comam,dum mulier careat velamento. Neq; ipſa Dei Eccleſia,id eſt cæteri fideles ipſi. Quo fit ut non modo nobis obſiſtere videamini,ſed Eccleſiæ ipſi. Ad verecundiã præterea auditores hæc dicta compellunt,ne quid præter Apoſtolorũ conſuetudinem factitent.

HOC AVTEM præcipio non laudans,quod non in melius,ſed in deterius conuenitis.) Erat vetus quidem Eccleſiæ mos,ut vel viri primates,vel magiſtratibus functi, Chriſti Fide excepta,& in mediũ facultates conferrent, & cum inferioribus cæ

Vetus eccleſiæ mos oĩs communicandi.

teris una veſcerẽt. Vnde præ quadam priſcæ rei imitatione, & ſi haud quaquã pari conſuetudine Corinthij ipſi ſtatutis nonnullis diebus, & feſtis ſimul ſacris myſterijs epulabãt, opulentioribus ad conuiuiũ inuitatis, & quibus arctior res familiaris ſuppeteret. Ortis poſtmodũ diſſenſionibus, ritus ille mirabilis, qui mutua charitate & Chriſtiana philoſophia non modica conſtaret, ſublatus eſt, nec ultra a Corinthijs ſeruabãt. Vt itaq; hos corrigat, hæc Paulus ſcribit. Et quoniam in caſtigando priori crimine pleroſq; habuerat ſibi morigeros, laudo inquit vos, ait. Hic aũt cum ſe res aliter habeat, ſic infert. Hoc aũt præcipuo non laudans. Hoc eſt, nequaquam vos laudo. Siqdem cũ vos tantopere de ĩtermiſſo officio & priſtina cõueſcendi conſuetudine cõmonefecerim, oportuiſſet ſane, ut recognito & caſtigato delicto optima conſuetudo reuocarẽt, & ad meliora fieret prouectio, & digniores illi cõuentus renouarẽt. Vos vero contra diuturnam illam & priſtinam ĩminuiſtis conſuetudinem, & in deterius cõuenitis. Hoc eſt, non cõuiuendi grã, ſed concertandi.

Chriſtiani primum unà cibũ capiebant.

PRIMVM QVIdem cõuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos.) Haud quaquam confeſtim de menſa, & conuiuijs ſermonem aggredit̃, ſed primum illis obiectione diſſidiorum percul ſis, affirmat demum eo ſeorſum quenq; cibum deſumere, quoniam inter ſe maxime diſſiderent.

ET EX parte credo.) Ne illud Corinthij obiectarent, q̃d mẽtiti ſunt delatores, neq; ſe credere id prorſus dixit, ne illorũ augeat ignominiã. Neq; Fidem penitus demere, ne increpaſſe hos temere videat̃, ſed ex parte inq̃t credo, hoc eſt paulũ. Quin etiã par eſt non oẽs, ſed horũ aliquam partem, ceptam conſuetudinẽ præteriſſe.

Oportet quomodo.

NAM OPORTET hæreſes eſſe.) Non eñ dogmatum vel ſectarũ hæreſes dicit hoc loco, ſed de iſtiuſmodi menſarũ diſſenſionibus diſſerit. Oportet aũt illud, hanc habet ſignificantiam. Aequũ ſcilicet eſt, vel neceſſariũ potius, minus poſſe cum homines ſimus, recte omnia facere. Credo vero idcirco inquit, ut quemadmodũ & dominus dixit, neceſſe eſt ut eueniant ſcandala, videlicet cum improbi hoc in mundo verſent̃, & bonis mali admixti ſint, neceſſe eſt ut ſcandala ſæpe contingant.

Vt particula quomodo.

VT ET QVI probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.) Vt, hoc loco non eo poſitum eſt, perinde ac ſi cauſam reddat, ſed ut rei finem deſignet. Quemadmodum id multis ex locis perſpicuũ eſt. Nam ex ſuperborum hominũ inſolentia huiuſmodi conuiuia dedignantiũ, probi & iuſti innoteſcunt. Hoc eſt, pauperes, qui æquo animo tolerant ſui contemptum, cum prius non eſſet eorum cognita tolerantia. Vel probos dicit, qui concenandi ſeruarent conſuetudinem. Non enim omnes hanc ſoluerant. Qui igitur hunc ritum ſoluiſſent, & ſi improbi viderentur, eundem tamen quia tutati in poſterum ſint, ut probi & frugi arguũtur.

CONVENIENTIbus ergo vobis in unũ, iam non eſt dominicam cænam manducare.) Conuentus congregationem præfert & charitatem. Cænam autem dominicam conuictũ appellat, ad venerandæ illius dominicæ cænæ imitationem, quam Chriſtus cum diſcipulis egit, ob idq; & prandium cænam dicit, perinde ac ſi inquiat. Aduertite quali fueritis re priuati, dominicæ ſcilicet menſæ imitatione.

Cena dominica conuictus.

VNVSQVISque enim ſuam cænam præſumit ad manducandum.) Dominicam hanc cænam, effeciſtis priuatam. Siquidem quandiu fuerat communis, & domini eſſe dicebat̃. Sunt naq; & ſeruis dominorum bona communia. Et quoniam veſtrum ſinguli præueniendo propriam cænam edunt, ita ut pauperes haud quaquam opperiant̃, ſed ſeorſum, & ſoli cibũ ſumant. Fœdaſtis profecto hanc cænam, quippe quam ex communi & dominica, priuatam feceritis.

ET ALIVS quidem eſurit, alius autem ebrius eſt.) Enimuero pauper fame conficitur, crapulatur vero vir opulentus. Quo fit, ut duplici modo ea in re delinquat̃. Nam & inopes deſpiciuntur, & vos depaſti, & cibo qui fuerat pauperibus parandus, oppleti, vino madetis.

NVNQVID domos non habetis ad manducandum & bibendum?) Videlicet ſi alijs cibum

ſi alijs cibum communicare renuitis, cur non domi veſcimini?

AVT ECCLEſiam Dei contemnitis?) Cum enim dominicam cænam in priuatam cõuertitis, in Eccleſia ſeorſum edentes, loco ipſi infertis iniuriam.

ET CONFVNditis eos qui non habent?) Neq; enim adeo, inquit, curæ tenuioribus eſt, q cibum minus his impartitis, quantum moleſte & grauiter ferunt ſe ignominia affici, quod ipſi accubantibus vobis, & crapula plane diſtentis, nullas ipſi omnino arguantur facultates habere.

QVID DICAM vobis, laudo vos, in hoc non laudo.) Huiuſmodi Corinthiorum crimie patefacto, mitiori utitur ad eos ſermone. Siqdem aſſerendi occaſionem nactus, mille mortibus dignum eſſe id facinus, moderatius tamen ſic inquit. Laudo vos, haud equidem laudo. Quod eo facit, ut pauperibus placabiliores hos reddat. Quippe ſi eos caſtigando acrius & pertinacius momordiſſet, in pauperes efferaſſet potius quam placaſſet, perinde ac ſi horũ de cauſa ab ſe illi improbarent.

EGO ENIM accepi a domino, quod & tradidi vobis.) Cur Paulus myſteriorũ hic meminit, & noctis illius, in qua Chriſtus cænam cũ diſcipulis fecit? Nempe quia admodũ erat neceſſariũ ad his perſuadendũ, uniuerſos eadẽ menſa fuiſſe dignatũ, vos vero contra unigenitũ, et propulſatis & dedignamini inquit. Dicet aliquis, quo nam pacto hanc a domino accepiſſe nos mẽſæ dixeris dignitatẽ, qui tunc & procul abeſſet, & perſecutionem pateretur? Vt intelligas vel hodierno die ſuper myſtica menſa, dominũ hunc ipſum adeſſe, qui non ſecus ac tunc myſteria tradat.

QVONIAM dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate, hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur.) Reminiſcere, iquit, quemadmodum poſtremũ id nobis myſterium dederit, & ea nocte, qua erat paulo poſt occidendus, & proditorem haberet conuiuam. Tu vero fratrem quibu ſuis rebus ducis indignũ, præſertim cum inſtructus ſis gr̃as agere, quales & Chriſtus ipſe agebat, ut nos ad eam rem & formaret & inſtitueret. Facis ergo quod minus eſt his gratijs dignũ, cum Eccleſiam ipſam confundis, & alio fameſcente, tu debaccheris. Et id qdem cõmuniter cunctis præcepit. Accipite et manducate, corpus ſcilicet ſuũ, quod oĩbus æque diſpartiens, mori deſtinaſſet. Ipſe vero in cibo ſumendo tempore anticipato, neq; cõmunem hunc & cibariũ panem in mediũ exponis, neq; eundem frangis, ut multis detur, ſed tibi ipſe reſeruas.

HOC FACITE in meam cõmemorationẽ.) Quid ait? Si defuncto Filio, vel Patri iam parentares perculſus ſane conſcia fores, niſi legitima quæq; et celebrandis funeribus conſueta perficeres, & pauperes cõuocares ad cænam? At cum dñi es facturus memoriã, nec ſimplicem ſaltem menſam vel cibum cuiquam impartiris.

SIMILITER & calicem poſtquã cænauit dicens. Hic calix nouũ Teſtamentũ eſt in meo ſanguĩe.) Erant apud veteres Iudæos calices, qbus ſacrificio abſoluto, brutorũ animantiũ ſanguinem offerebant, phiala vel calice exceptũ. Pro beluarũ itaq; *Mos Iudæorũ.*
ſanguine, qui vetus Teſtamentũ deſignat, meũ nunc pono, dominus inquit, qui nouum præfert. Nil tamen horreſcas velim cũ ſanguinem audis, nam ſi beluarũ cruorem in veteri Teſtamento admiſeris, quanto magis diuinus erit per te admittendus?

HOC FACITE, quotieſcunq; bibetis, in meam commemorationem.) Quinetiam per calicem, inquit, vel mortem commemorabis, quam ſubijt dominus. Quo ergo pacto ſolus perpotens debaccharis? Præſertim cum tremendus hic calix, pari *Nota de Calice*
cunctis conditione ſit traditus.

QVOTIES cunq; eñ manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.) Non ſecus, inquit, debetis hac vos in re gerere, quã eo tempore agendũ fuiſſet, quo & domini veſtri cæna conficiebaẽ, ut humi ſcilicet cubantes a Chriſto exciperetis ſui corporis ĩmolationem. Et Chriſti mortem annunciabitis, id eſt adusq; eius ſecundum aduentum hanc præferetis.

ITAQVE quicunq; manducauerit panẽ, & biberit calicem dñi indigne, reus erit

corporis & ſanguinis domini.) Corinthios arguit, quia inopes aſpernarent, veluti indigne myſterij huius participaſſent, non ſecus qui id indigne ſumpſerit, ſceleri erit obſtrictus, quam ſi ſanguinem ipſum domini fuderit. Nam quemadmodũ conſtat, qui tunc dominum pupugerunt, non potandi gratia pupugiſſe, ſed ut eius ſanguinem funderent, ſic & qui indigne hunc hauſerit, nullum ex eo fructum adeptus, fruſtra ac temere Chriſti ſanguinem fudit. Atqui Iudæi regis chlamydem diſciderunt, qui vero immerito ſanguinis particeps fuerit, in cænum, ſuam animam merſit. Ita fit, ut non æqua ob id & Iudæis & indigne Chriſti ſumenti ſanguinem obueniat ignominia. Vnde & corporis hic & ſanguinis domini reus efficitur, eritque tanto obnoxius crimini.

Pauli mos in diſputando.

PROBET AVTEM ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.) Conſueuit Paulus cum aliqua de re ſibi tractanti, alia oportune diſſerenda incideret, & hanc ipſam tranſigere. Quemadmodum in præſentiarum, cum de menſa ceptus ſit ſermo, de myſticis etiam rebus incidente ſermone, & myſtica diſputat. Vtpote quemadmodũ ſint neceſſaria, & bonorum omniũ caput in eo conſiſtere patefacit, ut terſa & nitida conſcientia, ad diuina myſteria concedaẽ, inquitq;. Neminem tibi in iudicem propoſuerim, præter te ipſum. Tua itaq; conſcientia examinata diſcuſſaq;, adito ea myſteria, non feſtis modo profeſtisq; diebus, ſed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris.

QVI ENIM manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat & bibit.) Nec ſane ob myſteriorũ naturam id dixerim, quippe quæ vitam in ſe & habent & largiuntur. Sed ob myſteria adeuntium indignitatem, quibus haud ſecus illa officiunt, ac ſolet oculorum valetudine laborantibus, Sol ipſe obiectus officere.

NON DIIV dicans Corpus domini.) Hoc eſt, nil prius diſquirens, vel interno ſcens præſentis myſterij magnitudinẽ. Nam ſi certiores eſſemus, quiſnam & quantus ſit ille qui nobis in conſpectu adiacet, nulla ferme rei alterius ope idigeremus. Sed ſolus ille & continentiam nobis & vigilantiam compararet.

Immaturæ mortes propter indigne ſumptum corpus Chriſti.

IDEO INTER vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.) Argumento ſint quæ vobis contingunt. Eo nanq; & mortes iam immaturæ, & diuturni morbi oboriuntur, quia haud quaquam merito id myſterium ſumunt multi. Quid de ijs qui adusq; ſenectam ipſam optimam & inoffenſam valitudinem ſeruant? Nonne & hi criminibus obſtringuntur? At non modo præſentia iſta tormenta, quin & grauiora illa, & futura hos manent, qui indigne myſterium illud adierint. Nos autem haud quaquam pœnis afficeremur, niſi eſſemus Peccatis obnoxij, quemadmodum & inſequens illud ſubſequitur.

QVOD SI noſmetipſos dijudicaremus, non utiq; dijudicaremur.) Non enim ſi noſipſos cruciatibus dixit afficeremus, ſed ſi dijudicaremus duntaxat, hoc eſt, ipſi nos ob praua facinora damnaremus, haud quidem in terrenis adeo damnationi addiceremur. Sed euaderemus forſitan, ut præſentia, ſic & futura ſupplicia.

DVM IVDICAmur autem, a domino corripimur, ut non cum hoc mũdo damnemur.) Cum enĩ quod leue admodum eſt & factu perfacile, nihil peragimus, tunc ipſi nos minus damnamus, eoq; nec laxiori erga nos indulgentia utitur Deus, quin immo hac in vita caſtigat, ut in futura miſericordem ſe præbeat. Caſtigamur itaque dum viuimus, non excruciamur, ſed a Patre corripimur, ne cum mundo, id eſt cum infidelibus poſtmodum condemnemur. Nam cum ſummæ ſint Deo curæ fideles, hic & pœnas tolerant pro commiſſis.

ITAQVE fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.) Rurſum ad propoſitum de pauperibus ſermonem redit. Facta nanq; tormentorũ, & mortis mentione, haud quaquam dixit alternis vicem reddite, ſed expectate. Arguens plane omnibus eſſe cõmunia, quæ in cænam huiuſmodi conferuntur, oportereq; & communem omnium expectari aduentum.

SI QVIS eſurit, domi manducet.) Vrget haud dubie bis uerbis Corinthios, & pudere hos facit intolerantiæ. Nec ſecus ad hos habet ſermonem, ac ſi pueros ali quos & minoris ætatis adloqueretur, qui eſuriem ferant moleſtius, improbatq; illorum ingluuiem, & ideo de eccleſia ipſa educens, domum remittit, quod proculdubio haud mediocris eſt ignominiæ.

VT NON IN iudicium conueniatis.) Hoc eſt, in ueſtri iacturam & damnationem. Eo nanq; ſunt hominũ iuncta commercia, ut per charitatem ſimul cõuenientibus, afferant ſibi inuicem utilitatem. Sin minus, ſatius eſt domi ſe cõtinere, quod nõ ea de cauſa infert, ut domi maneant, quin ut eos ad decentiores conuentus alliciat.

CAETERA aũt cum uenero diſponã.) Aut enim hoc loco de alijs nõnullis apud hos delinquentibus diſſerit, qui uiuendi modo indigeant, aut eadem de re mentionem nunc facit, perinde ac ſi dicat, par eſſe, nõnullos ad hæc excuſatione uſuros, uelim tamen interea ſeruanda eſſe quæ retuli, quod ſi quis aliud quidpiã habeat quod ſit dicendũ, in meum differat ad uos aduentũ. Terret autem eos cum ſe aſſerit uenturũ, ut repreſſi ac frenati, mox corrigantur. Sin aũt, recte ſaltem ſe inuicem gerant.

CAP. XII.

DE SPIRITALIBVS AVTEM NOLO VOS ignorare fratres.) Hoc eſt, de SPIRITVS ſancti donis. Nam qui ex primatibus Corinthi eſſent baptiſmi aqua perfuſi affatim SPIRITV ſancto imbuebãtur. Qui & ſi bumanis oculis minus pateret, ſuæ tamẽ operationis uiſibile aliquod ædebat indiciũ, ita ut aut linguarũ uarietate hi loquerent̃, aut uaticinijs & miraculis cõfirmarent SPIRITVM ſanctũ ſe eſſe adeptos. Erant itaq; inter Corintbios ob huiuſcemodi ſpiritus gratiam diſſenſiones obortæ nõnullę. Nam qui maioribus eſſent donis affecti, ſuperbia efferebant̃. Qui uero minoribus his inuidebãt qui plus ſpiritus accepiſſent. Erãt pterea uaticinatores pleriq; & propbetæ minus ueridici, qui a ueris & Diuinis haud facile diſcernerent̃. Quæ omnia caſtigat Apoſtolus, & ea in primis quæ ad uates illos pertinent & prophetas.

Superbi ob ſpiritus ſancti gratiã Corintbii.

SCITIS AVtem, quoniã cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini euntes.) Vaticinatoris & Propbetæ diſcrimẽ profert Apoſtolus, inquiens, idolorũ tempore, ſi quis cũ futura prędiceret ſpiritu impuro percitus & detentus ſic trabebatur, ut ab eo erat deductus & inſtigatus, nihil eorum gnarus quæ diceret, ſed furens efferebatur, Propheta uero baud ita ſe habet, ſed mente peruigili, cuncta proloquitur. Ita fit, ut id eſſe comperiatur, inter uatem & Prophetã diſcrimen.

Vaticinator et propbeta quo modo differãt

IDEO NOTVM uobis facio quod nemo in SPIRITV Dei loquens, dicens anathema IESV, & nemo poteſt dicere dominus IESVS, niſi in SPIRITV ſancto.) Hoc præterea ad uatem internoſcendũ tibi indicio ſit, cũ IESV is maledixerit & execretur. Contra uero propbetæ illud eſt argumento, cũ IESV nomen benedictis proſequitur. Dicet aliquis. Quid ergo & in Cathecumenis, & ſi SPRIRITVM ſanctum nondum acceperint, num IESV nomen nuncupant? At nullus interea de his ſermo habetur, ſed de fidelibus ipſis & in fidelibus duntaxat facta eſt mentio. Quid dęmones? Et illi dominũ & confitentur, & nominant, ita ſane, ſed cũ uapulant & coercentur id agunt, quod haud quaq̃ ſunt ſponte facturi, ſi uerberibus non urgeantur.

Cathecumeni qui inſtruũtur in fide.

Dæmones quãdo dominum confitentur.

DIVISIONES uero gratiarum ſunt, idem aũt ſpiritus.) Patefacta falſi uatis, & ueri prophetæ iam differentia, de donis etiã ſpiritus diſſerit, ut eos corrigat & caſtiget, qui ſpiritus huius ſancti munerũ gratia inter ſe altercantur. Et primũ eum mitigat qui id doleat, quod minori ſit dono affectus. Quid enim doles, inquit, quia nõ tantũ acceperis, quantũ alius quiſq̃? Non enĩ id tibi ex debito ſoluitur, ſed gratia & donũ ſpiritus eſt. Quin potius uelim, Deo gratias egeris. Qui cum nequaq̃ pro tuis meritis tibi ſit ille obnoxius, aliquid tñ & tibi eſt gratiæ impartitus. Accedit etiã eundem dñm, in alium quendã, cui inuideras, id beneficij contuliſſe, quo & affeciſſe te cõſtat. Neq; angelus tibi id muneris detulit, illi Deus, ſed idem ineſt utriſq; ſpiritus.

ET DIVISIOnes miniſtrationũ, idem autem dñs.) Meminit hoc loco & filij, utpote qui bonis nos donet. Miniſtrationum aũt dixit, ut eum maxĩe conſolet̃, qui

minus acce

minus acceperit, ob idq; dolore afficiebatur. Is nanq; ſi donorum huiuſmodi fieri ſenſerit mentionem, quorum ipſe minorem partem acceperit, forſan moleſtæ id tulerit, quia ſit ad eius doni participationem inferior habitus. Verum cum miniſtrationum hic intuliſſet, quæ laborem præferunt & ſudorem, haud ſane iniquo animo tolerabit in eiuſmodi ſibi alios præferri. Diceret enim quiſpiam, quid doles, ſi Deus alium tibi iam parcens ad laborem uocauit.

ET DIVISIOnes operationũ ſunt, idem uero Deus quia operat̃ omnia in oĩbus.) Hoc loco & patris meminit, qui in cunctis fidelibus quæ peragenda ſunt, operatur. Habes præterea in his trinitatem ipſam abſolutam plane atq; perfectam. Donũ uidelicet, operationem, & myſterium. Quæ idem ſunt, tametſi nominibus differant. Paria nanq; ſunt & æqua quæ a SPIRITV, FILIO, & PATRE traduntur. Aduerte quemadmodum ſpiritus prius meminerit, poſtremo patris, quod eorum gratia fecit, qui trinitatis ſeriem accurate diſquirunt.

VNICVIQVE aũt datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem.) Ne forte occurrat quiſpiam, inquiens. Quid mihi ſi idem eſt dominus, idem eſt ſpiritus, idem eſt Deus, quandoquidem minori ſum ipſe gratia donatus? Reſpondet, uel id tibi attulit utilitatem. Manifeſta enim ſpriritus ſigna ſunt. Per hæc nanq; perſpicuum erat, SPIRITVM ſanctum baptiſmo ablutos iam inuaſiſſe, quid ergo doles? Si enim uel minori affectus es munere, ſpiritum tamen accepiſſe te conſtat. Tibi uero quid curę ſunt reliqui, ſi plus quidpiam gratiæ cœperint?

ALII QVIdem per SPIRITVM datur ſermo Sapientiæ.) Qualem uidelicet Ioannes tonitrui filius erat ſortitus, qualem & Paulus erat conſecutus.

ALII AVTEM ſermo ſcientiæ ſecundum eundem SPIRITVM.) Qualem adepti ſunt pleriq; fidelium. Qui & ſi hanc ſibi ſapientiã comparaſſent, alios tamen nequibant inſtruere, cum per ſophiam homines imbuantur, quam perinde ac græci ſophiam quandam interpretantur, id eſt, manifeſtationem & claritatem, qua Dei recõdita & Archana innoteſcant & reuelentur. Rurſum & ſpirituum eundem commemorat, ut dictum eſt, ut eos qui minus gratiæ accepiſſent, ſoletur.

Sophia.

ALTERI FIdes in eodem ſpiritu.) Non dogmatum fides, ſed ſignorum. Quæ uel montes, cum æduntur, traducendi uim habent.

ALII AVTEM gratia ſanitatũ in uno ſpiritu.) Hoc eſt, ut ſanare quamuis ægritudinem queant, & omnem mollitiem.

ALII OPEratio uirtutum.) Is enim & peruicaces poterit & inobedientes tormentis afficere, ut Helymam Paulus excæcauit, & Ananiam ſuſtulit Petrus. Qua poteſtate carebit, qui ſanandi uirtutem non habuerit.

ALII PROphetia, alĳ diſcretio ſpirituum.) Id eſt, qui internoſcendi uim habeant, quis ſit fidelium ſpiritalis, quis ſpiritu careat, quis propheta, quiue deceptor.

Linguarũ gratia Apoſtolis data.

ALII GENERA linguarum, alĳ interpretatio ſermonũ.) Magni ſane apud Corinthios linguarũ gratia habebatur, cui eo plurimũ confidebant, quo prius fuiſſet Apoſtolis tradita, ob idq; & alĳs præſtantior gratĳs uidebatur, cum eſſet inferior. Nam doctrinæ gratia longe eſt excellentior. Et ſimplex uarĳs linguis loquendi donum, plurimũ antecedit linguarum interpretatio. Accomodatiſſime autem linguarum ueritatem, genera nuncupauit.

HAEC AVTEM omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult.) Rurſum Corinthios conſolatur, cũ inquit eundem ſpiritum omnia factitare. Quinetiam eum coercet & frenat, quem minus eiuſmodi ſpiritus delectaret partitio, dicens. Quemadmodũ uult ille, ſic facit. Tu uero quis es, cui ſpiritus non placeant facta? Attende autem eorum gratia hæc dicta intuliſſe, qui SPIRITVM ſanctum impugnarent, perinde ac ſi dicat. Non enim ut ipſi uultis, ſed ut ei libitum eſt, ſpiritus agit. Vt qui & dominus eſt, & Deus, neq; alterius opera indiget, ſed ipſemet operatur, ſicut & pater. Inquit enim de ſpiritu, qui operatur omnia in omnibus,

SICVT ENIM

SICVT ENIM corpus unũ eſt,& membra habet multa,omnia autem membra corporis cum ſint multa,unum tamen corpus ſunt,ita & Chriſtus.) Cæterum corporis exemplo eos ſolatur,qui eo mœrent dolentq́;,quia minorem ſint ſpiritus gratiã aſſecuti arguens nil prorſus ob id fuiſſe hos imminutos. Quia quemadmodum corpus unum cũ ſit,ratione tamen inhærentiũ ſibi membrorũ, multiplex uideatur. Sic & membra,& multa ſunt,& unum,quia ſimul corpus conficiunt. Vbi ergo horum diſcrimen? Vel ubinam quod magnitudine ipſa excedat, aut paruitate imminuatur. Quippe cum in unũ coeant uniuerſa? Huiuſmodi igitͬ aſſerit Chriſtum eſſe,id eſt, Chriſti eccleſiam. Qui cum eccleſiæ caput ſit,ab eo eſt eccleſiæ inditũ nomen. Nam quemadmodũ corpore & capite homo unus efficitur, ſic eccleſiã ipſam & Chriſtũ, tanq̃ pro corpore uno & capite ducens Apoſtolus,pro eccleſia Chriſtum cõſtituit. Dicit ergo,idipſm̃ nos omnes in eccleſia eſſe,tametſi illa conſtet uarijs ordinibus.

Chriſtus caput eccleſiæ.

ETENIM IN uno ſpiritu omnes nos in unũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles,ſiue ſerui ſiue liberi.) Aperit hoc loco,eccleſiam corpori eſſe(quemadmodũ eſt exemplum aſſertũ) perſimilem. Aitq́; eodem ſub ſpiritu uniuerſi baptiſmi lauacro ſumus ꝑfuſi in unũ corpus,id eſt,ut unũ corpus efficiamur. Neq́; ſub diuerſis ſpiritibus,ſed ſub uno eodemq́; ſumus oẽs baptiſmo abluti. Quo fit,ut neq́; ipſe ſim,quẽ tu plus quippiã conſecutus. Quippe qui in uno ſumus corpore baptizati,ut corpus unũ efficiamur, tam Iudæi,q̃ Gentiles,tã ſerui, q̃ liberi. Si itaq́; hoĩes tanto diſcrimine alienos cõiunxit hic ſpiritus,longe magis & nos, cũ in unũ ſumus corpus redacti,nulla debemus triſtitia remorderi,ꝑinde ac ſi inter nos ip̃i diſtemus.

Eccleſia corpori perſimilis.

ET OMNES uno ſpiritu potati ſumus.) Videtur hoc de ſpiritali & myſtica menſa diſſerere,pane ſcilicet & uino. Nam cũ ſpiritum dicit, potũ nobis miniſtraſſe patefecit utrunq́;,ſanguinem ſcilicet & carnem. Verũ hoc loco quod uerius eſt & certius, SPIRITVS ſancti aduentũ deſignat,qui nos ꝑ baptiſmũ,uel ante percepta myſteria,inuaſit. Potati ſumus haud quaq̃ aliter,quã ſolent arbores a fonte aliquo irrigari. Vnus igitͬ ſpiritus & nobis potũ cõtulit,& irrigauit,& unũ in corpus cõgeſſit.

NAM ET corpus non unum eſt membrum,ſed multa.) Nil inquit miremini,cũ etſi tanta multitudine ipſi conſiſtemus, unum ſimus corpus effecti. Cui rei argumento eſt humanum hoc corpus quod etſi e pluribus membris conſiſtat, unum tamen eſſe,non multa,pro comperto haberi poteſt.

SI DIXERIT pes,quoniã non ſum manus,non ſum de corpore,non ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris,quoniã non ſum oculus, nõ ſum de corpore, nõ ideo non eſt de corpore?) Inducit & membra ipſa loquentia,& perinde ac iurgantia inter ſe,ut arguat unum corpus non eſſe, tametſi gratijs differamus. Deduxit præterea in mediũ corporis partes extremas,pedem & auditum. Nec pedem facit cũ oculis diſceptationem inire,ſed cum manu, quæ ſe paulo ſuperior ſit. Auditũ autem introducit cũ oculo contendentem, ut oſtendat his inuideri ſolere. Non qui maximũ in modũ excellant,ſed quia pluſculum prouehuntur. Ait igitur,ſi iſtiuſmodi protulerit pes,quãdoquidem haud quaq̃ ſum intermediũ locum ſortitus, quemadmodũ manus,ſed oĩbus ſum membris inferior, non ideo pars corporis ſum? Hoc eſt,non propterea quia manus ſit illa,nõ erit ex corpore? Neq́; enim locus ipſe uel ſitus, eſſe uel nõ eſſe corporis partem,effecit. Sed coniunctio quædã,uel diſiunctio. Item & ſi dixerit auris, cũ oculus ipſe nõ ſim, eo prorſus abiectior,q̃ minus corporis eſſe pars queã. Non ꝓpterea deſinet eſſe corporis membrũ? Quin potius cũ locũ teneat ſibi a principio deſtinatũ,propriã actionẽ exerceat,erit ꝓculdubio & auris corꝑis membrũ. Quocirca qui tibi uideris minorẽ fuiſſe gratiã cõſecutus,obmurmurare iã deſine. Es nãq́; eccleſiæ membrũ,q̃ ꝓfecto Chr̃i eſt corpus,tametſi inferiorẽ ſortitus ſis locũ. Tunc uero deſinas membrũ eſſe,cũ te a corꝑe ipſo diſiũxeris,auulſuſq́; fueris ab eccl'iç unitate. Tutare ergo hm̃oĩ unionẽ et copulã; ſi cupis mẽbri nomẽ ſeruare.

Membrorum uices et officia.

SI TOTVM corpus,oculus,ubi auditus? Si totum auditus,ubinam odoratus?)

Cũ feciſſet

Cum feciſſet oculi & pedis hic mentionem, inſuper & auditus meminiſſet et manus
eoſdemq; & inexcellentiæ induxiſſet & humilitatis ſententiã, ita ut mœroris ex his
plus illis quam co nſolationis inijceretur, oſtendit impræſentiarum eiuſmodi dono
rum diuerſitatem con ducere plurimũ. Nam ſi corpus uniuerſum ex membro uno
conſtaret, ubi nam reliqua membra conſiſterent? Non te igitur pudet, tot membris
ſublatis, ſi duxeris unum te inter cætera eminere & ſolum.

NVNC AVTEM poſuit Deus membra unũquodq; eorũ in corpore ſicut uoluit.)
Magnum in modũ Corinthios frenat. Quia cum Deum pronuntiaſſet ſic uoluiſſe,
præſcripſiſſeq; ſingulis membris propriũ locum (id enim ſignificat poſuit) neq; pe
dem cum inferiorem habeat locum, debere id ferre animo iniquiore, quãdoquidem
Deo ſic placitum eſt, idq; pedi cõducat poſtremũ fuiſſe locum ſortitũ, neq; caput ex
tolli, quia arcem teneat corporis. Id enĩ Diuino ex munere, nõ ſua uirtute effectũ eſt
ſic dici de eccleſia põt, in qua inferiorem eſſe hunc uoluit, illũ uero ſuperiorẽ. Opor
tet itaq;, & qui humilior eſt, ſua ſit cõditione cõtentus, & qui ſublimior, nil efferat.

QVID SI eſſent omnia unum membrũ, ubi corpus? Nunc autem multa quidem
membra, unum autem corpus.) Attende Pauli ſapientiam, uti ex rebus quæ ani-
mi uidentur præferre puſillitatem, ob huiuſcemodi, ita ut dixerim, uarietatem do-
norũ, & nullam bonorũ æqualitatem, hos ipſos cõprimit, caſtigatq;. Nã ſi nulla fuiſ
ſet membrorũ diuerſitas, neq; corpus unũ conſtare potuiſſet. Vno aũt corpore nõ
exiſtente, neq; æqualitas illa (ut diximus) in partiendis honoribus ſtaret, nunc autẽ
æque oĩbus honos defertur, quoniã in unũ deſinunt uniuerſa. Ex membrorũ itaq;
diuerſitate, unũ conficitur corpus. Ex uno aũt confecto ſic corpore, decoris pluri-
mũ membris oĩbus ineſt, adequatio quædã & paritas, quem ob decorem cuncta ad-
nitunt̃ ad corporis unius pfectionẽ. Inquit enĩ, unũ eſtis corpus, membra aũt plura.

NON POTEST autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum ca
put pedibus, non eſtis mihi neceſſarij.) Caſtigatis qui minoribus eſſent donis af-
fecti, nunc ad eos ſermonem diuertit, qui maioribus acceptis, contra inferiores acri
us inſoleſcerent, ait nanq;. Quemadmodũ oculus obijcere huiuſmodi cæteris mem
bris nequit, ueſtra opera haud quaq̃ indigeo. Siquidem uel uno aliquo membro de
ficiente, uniuerſum claudicat corpus. Sic neq; his qui præſtantiori donati ſunt gra
Membrorũ auxilia ſunt mutua.
tia, licet in eos efferri, qui minorem acceperint. Opus enim his habent. Quippe qui
facere ſatis per ſe condendæ eccleſiæ nequeant, nec ſtruere ſoli hanc poſſint. Bene
autem poſuit poteſt. Nam & ſi id maxime uelint, ſecus tamen rei natura ſe habet,
quam perfici ſine alterius ope queat.

SED MVLTO magis quæ uidentur membra infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt. Et
quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, ijs honorem abundantiorem cir-
cundamus. Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundãtiorem honeſtatem habent.) Ar-
guit hoc loco quemadmodũ neceſſaria ſint quæ minora uident̃. Apparent ſiquidem
tenuia eſſe, cũ minus ſint. Verũ quæ nam ſunt illa? Nimirũ quæ infirmiora uident̃ &
turpia, magis neceſſaria tñ hæc ſunt. Nõnulli aũt genitalia membra hæc eſſe dicunt
Genitalia membra neceſſaria.
quæ etſi inhoneſta & pudenda uident̃, adeo tamen ſunt neceſſaria, ut ſine his cõſta-
re uita nõ poſſit. Quinetiã illa recõdimus, ut honeſta ſint. Nam etſi nudo prorſus ſit
quiſpiã corpore, ea tñ nudari nõ ſinit. Pleriq; etiã infirmiora hæc & neceſſaria, ocu-
los dicunt. Qui cũ puſilli ſint, & reliquis membris infirmiores, maxime tñ ſunt ne-
ceſſarij. Ignobiliora uero & inhoneſta, pedes eſſe. Vnde oculis plurimũ per nos cu-
Oculi neceſſarii.
ræ impendendũ eſſe, ut imbecillis & parũ munitis, affirmãt. Et ad pedes ipſos tegen-
dos ſtudij plurimũ adhibendũ, ut inoffenſi ſeruent̃, tametſi poſtremi ſint, & humi
iacentes & ignominioſi appareant. Põt igitur hæc tribus modis intelligi, ut dicas ſci
licet ĩfirmiora eſſe & neceſſaria, ut oculos, ignobilia ut pedes, ĩhoneſta ut pudenda.

HONESTA autem noſtra nullius egent.) Ne huiuſmodi, inquiens, quiſpiam
occurrat. Quonam fieri id iure poteſt, ut prouidendũ ſit inhoneſtis, & turpibus, &
nulla hone-

nulla honeſti per nos ratio habeat? Haud quaq̃, inquit, honeſta noſtra nos paruifacimus, quippe quæ nulla alterius indigeant ope, & naturalē habeant in ſe decorem.

SED DEVS temperauit corpus.) Si itaqꝫ illud cōmiſcuit Deus & temperamento quodam conduit, & unum e pluribus membris confecit, ubi ergo in unico hoc uel magnitudo dari, uel paruitas poteſt?

EI CVI DE erat abundātiorem tribuendo honorem, ut non ſit ſchiſma in corpore.) Non inhoneſto dixit & turpi, ſed cui deerat. Nam nil eſt uel informe natura uel inhoneſtū. Abundātiorem inquit, cōcedi honorem oportere ei membro, quod mancum ſit, & additiōe indigeat. Perinde ac ſi inquiat, haud quaq̃ uelim ſuperbias, ſi maiori ſis honore affectus, moxqꝫ & cauſam infert, ne ſchiſma ſcilicet in corpore ſit. Nam ſi hæc corporis membra partim natura, partim noſtra regantur prudentia partim uero haud quaq̃ noſtra cum cura, tum ſtudio digna habeantur, ab inuicem haud dubie diſcindentur. Quādoquidem nec uinculū ferre, nec copulā poſſint, quibus diſciſſis & membra reliqua offenſum iri neceſſe eſt, utpote quæ in uarias partes diuiſum corpus ſint habitura. Nolite ergo, qui præſtātioribus eſtis donati muneribus, minoribus inſultare, ne illis diuulſis, & uos ſimul iacturā neceſſario patiamini.

Inhoneſtū nil natura uel turpe.

SED IN ID ipſum pro inuicem ſollicita ſint membra.) Nec ſolū, inquit, curandum erit, ne membra ipſa reſciſſa abſcedant, ſed ut ingens inſit & charitas, & animorum coniunctio. Quinetiam maiorem curam ſuſcipiat, quod maius fuerit, & minorib. rebus inuigilet. Nec temere, ſed in idipſum ſollicita ſint. Hoc eſt, ut eiuſdem prouidentiæ, quæ pro maiori adhibeatur, & minor ſit particeps, ex eaqꝫ uel capiat fructum. Ita fiet, ut cum talo ſpina inhæſerit, uniuerſum ſentiat corpus dolorem, & curationem adhibeat. Nam & caput inclinat, flectitur ſimul & dorſum, uenter & fœmora contrahuntur, intuentur oculi accuratius, & educere manus quod talo inhæſerat ſtudet, eadem cura & reliquis in membris ſeruabitur.

ET SI QVID patitur unum membrū, compatiunt omnia membra. Siue gloriat unum membrū, cōgaudent omnia membra.) Arctior illa membrorū coniunctio communes facit, uti aduerſa, ſic & ſucceſſus. Sic igitur talo, ut diximus, ipſo affecto omnia membra condolent. Caput uero ſi coronetur, & reliquis membris gloria inerit & hilaritas quædā. Si pulchri ſint oculi, & reliquū corpus decorent neceſſe eſt.

Membrorum bona & mala cōmunicabilia

VOS AVTEM eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.) Ne forte dixerint aliqui. Quid noſtra intereſt membrorum hæc comparatio. Reſpondet & uos quidem eſtis Chriſti corpus. Quod cum ſoli nequirent perficere, niſi & cęteri orbis terræ fideles una affuiſſent, adiunxit & membra. Quæ etſi minus integrum cōficerent corpus, membra tamen præferrent. Et hæc de membro, hoc eſt, nō membra uniuerſa, ſed membrorum pars aliqua exiſtebat.

ET QVOSDAM quidem poſuit Deus in Eccleſia, primū Apoſtolos, ſecundo Prophetas.) Cum hoc ſtatuerit Deus, cur Deo obſiſtis. Proponit aūt ille Apoſtolos, tanq̃ bonorum omniū duces, deinde Prophetas ſubiecit, nō ueteris teſtamenti. Illi quippe aduſqꝫ Ioannis tempora, Chriſti aduentum prædixere. Sed eos dixit, qui poſt Chriſti aduentum in nouo teſtamento futura denuntiauerunt, quales Philippi filiæ extitere, qualis & Agauus ille, quales alij fuere innumeri. Abundabat enī ſingulis in eccleſijs eiuſmodi SPIRITVS gratia. Primū autem & ſecundo, ideo poſuit, ut cū poſtremo linguarū gratiam poſuiſſet, comprimat, qui ob eam efferebant.

Prophetæ etiā in nouo teſtamento & qui tales fuerunt.

TERTIO DOctores.) Prophetia quidem idcirco doctorem dignitate præcedit quia ſpiritu percitus, futura prænuntiat. Doctor autem & ſpōte multa ediſcit, eoqꝫ & tertium locum obtinuit.

DEINDE VIRtutes, exinde gratias curationum.) Virtutes nanqꝫ morbo affectos, ſanitati reſtituebant, & aduerſarijs inferebant ſupplicia. Sanandi uero gratiæ, bonam duntaxat reddebāt ualetudinem, ideoqꝫ his uirtutes proponit, his tn̄ utriſqꝫ doctor ille uerus præfertur, qui eloquentia & alijs uitæ actiōibus cæteros inſtruit.

Aduerſarijs, id eſt, dæmonibus corpora obſidentibus.

OPITVLA-

OPITVLATIOnes, gubernationes.) Hoc eſt, ſuſtentare infirmos, & gubernare, uel ſuſtentare quæ fratrum ſunt. Quod & ſi noſtræ diligentiæ ſit, Dei tamen eſſe id munus aſſerit. Suadens, quemadmodũ gratos ſe erga Deum exhibeant, illiqꝫ intendant animum, nec quoq̃ pacto ſuperbiant.

GENERA linguarum.) Eo poſtremo linguarum genera poſuit, ut eos coerceat, qui in eiuſmodi linguarum uarietate nimium inſoleſcerent.

INTERPRETationes ſermonũ. Nunquid omnes Apoſtoli, nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes Doctores, nunquid omnes uirtutes, nunquid omnes gratiã habent curationum? nunquid omnes linguis loquunt̃? nunquid omnes interpretãtur?) Quoniã par erat, ut qui minus gratiæ accepiſſent, eo maiori afficerentur dolore, quo & maiora ſunt, & minora dona enumerata & patefacta. Rurſum inferiores ipſe ſolatur, ſic inquiens. Quid enĩ doles, quod minus ſis forſan prophetãdi gratiã aſſecutus? Illud equidem te clam habeat nolim, deeſſe prophetæ cuiq̃, quod ipſe ſis nactus. Quodqꝫ alteri inſit carere & alium. Ita fit, ut illud uobis perutile ſit, & ſatius lõge his donis eſſe cõtentos, quæ iam acceperitis, ut quiſqꝫ ꝓximi ope indigeat.

AEMVLAMINI autem chariſmata meliora.) Arguit hos tacite, uel cauſam præbuiſſe, quominus ſpiritus dona acciperent. Nam cum æmulamini dicit. Studiũ exigit, & maiorem quandam in comparandis ſpiritalibus cupiditatem. Nec maiora dixit, ſed potiora, hoc eſt magis utilia.

ET ADHVC excellentiorẽ uim uobis demõſtro.) Poſt hæc, id enĩ adhuc illud ſignificat, ſi ꝑſus æmulatores iſtiuſmodi eſtis donorũ. Aperiã equidem uobis p̄ſtantiorem quandã uiã & excellentẽ, quæ uos ad hæc dona ꝑducat. Charitatẽ uidelicet.

CAP. XIII.

SI LINGVIS HOMINVM LOQVAR & angelorũ, charitatem aũt non habeam, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniens.) Haud quaq̃ his uiam mox aperit, ſed hanc longe prius linguarum gratiã præſtare oſtendit, quæ ipſis potior uideretur. Ita ſane & optabilem præ cæteris donis eſſe hanc patefacit. Linguis autem hominũ dicit, qui ubiqꝫ terrarum ſunt. Neqꝫ his contentus, & aliam quãdam adijcit excellentiam, angelorum inquiens linguis. Neqꝫ id quidem quod angeli linguas habeant dixit, ſed melius quiddã & præſtantius uolens exprimere, quod humanas excederet linguas. Siquidem potentia quædam intelligendi, qua inuicem Diuina cõmunicant ſenſa, angelorum eſt lingua. Cui ex noſtri ad uerba promenda organi huius ſimilitudine, nomen indidit. Quemadmodum alibi, ut illud, inclinet omne genu cœleſtium. Quibus & ſi neqꝫ oſſa inſint, nec nerui, intentius tamen per hæc illorum expreſſit obſequium. Factus ſum tanq̃ æs ſonans, hoc eſt, uocem quidem emittens, fruſtra autem loquens. Et moleſtus cũ ſit, nemini prodeſt, quia Charitas Chriſtus.

Lingua angelorũ quid ſit.

ET SI HAbuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiã.) Haud ſimplicem, inquit, hic prophetiã, ſed eam quæ cum excellentior ſit, omnia myſteria teneat. Attende aũt quemadmodum in ipſo linguarũ genere nihil dixerit ineſſe utilitatis, in prophetia uero myſteriorum omniũ aſſerat contineri cognitionem.

ET SI HAbuero omnem fidem.) Ne ſingula diſſerens moleſtus appareat, ad parentem ipſam & omniũ fontem fidem deuenit, & eam quæ integra ſit & ſyncera.

ITA VT MONtes tranſferã, charitatem aũt non habuero, nihil ſum.) Quoniã ꝑ magni apud rudiores habeẽ, ut montes trãſferri alio poſſint, ideo & rei huiuſce fecit hic mentionẽ, inquiens. Non ſolũ fide fieri uniuerſa hæc poſſe, quin uel fidei parte exigua, uti & dñs aſſeuerat trãſuehi montes poſſe, ſi fides inerit, ait nãqꝫ. Si habueritis fidem ut coccum ſinapis &c̃. Attende aũt quemadmodũ per prophetiã & fidem, oẽm ſit gratiã cõplexus Apoſtolus. Quãdoquidem miracula ipſa uel uerbis uel opere cõſtent. Neqꝫ ſi charitate careã dixit, tenuis ſum & abiectior, ſed nihil ſum ꝑſus.

Miracula uel uerbis uel opere conſtare.

ET SI DIſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.) Neque enim ſi partem ſubſtantiæ meæ cõtulerim dixit, ſed facultates omnes. Neqꝫ ſimpliciter ſi dedero, intulit, Sed ſi in cibos pauperũ, diſtribuerim, ut in impendendis pecunijs diligentior inſit

gentior inſit diſpenſatio.

ET SI TRADIDERO corpus meũ ita ut ardeam, charitatem aut non habuero, nihil mihi prodeſt.) Non ut moriar dixit, ſed quod oĩm eſt viſum grauiſſimũ, ut viuens ardeam, neq; id quod aliquã affert ſine charitate utilitatem. Dicet quiſpiam, quonã pacto poterũt charitate ſublata diſpenſari in alendis paupibus facultates? Reſpondendũ ad illud. Apoſtolum pro re non exiſtente eam poſuiſſe quæ conſtet, quemadmodũ cum inquit. Siue angelus, ſiue nos aliud euangelizabimus, præter id quod accepiſtis, cum neq; angelus, neq; ipſemet Paulus aliud erat Euangeliũ prædicaturus, quã prædicaſſet, & alibi item multis in locis. Hæc aũt dicit vel quia impartiri aliqd ſine charitate tũc poſſumus, cũ nulla in egenos miſeratione id agiť, ſed hominũ gratia conciliandi beneuolentiam. Tunc vero charitatis id gratia fiet, cum quempiam cõmiſeratus aliquis, perinde ac incenſus & ardens, id officij munus exequiť.

CHARITAS patiens eſt, benigna eſt.) Ediſſerit itaque & charitatis indicia, & patientiam in primis proponit, totius philoſophiæ radicem & fundamentum. Græce nanq; μακρόθυμος, id eſt patiens is appellatur, qui longiori ſit animo, hoc eſt magno. Et dici latine magnanimus poteſt. Ex eo eſt & μακροθυμία, id eſt magnanimitas. Et quoniam nonnulli ſunt non ad philoſophandũ hac animi magnitudine uſi, quales hi ſunt qui alios ſe inceſſentes irridendo & cauillando ludificantur, perinde ac ſi his artibus patientiam præferant, eoque & iram prouocant potius quam leniant tolerando. Propterea benigna, inquit, eſt charitas, haud ſecus ac ſi dixerit. Seruanda eſt in omnes charitas benigneq; ac toleranter ferendi ſunt, qui iniuria nos ipſos affecerint. Hæc autem eo intulit, ut eos mordeat caſtigetq;, qui Corinthi eſſent, & moribus prauis imbuti, & ſubdolis.

Macrothymos quis. Magnanimitas qua

CHARITAS non æmulatur.) Hoc eſt nemini inuidet. Poteſt nanq; patiens eſſe quiſpiam, & liuore duci, quod tamẽ charitas ipſa prorſus defugit. Quod eo intulit, ut Corinthios nõnullos caſtiget, qui inuidiæ eſſent crimine huiuſce obſtricti.

NON AGIT perperam.) Hoc eſt, non eſt petulans, non inconſtans, qn ſeipſam ſtabilem reddit & continẽtem πέρπερος enim græce, inſtabilis eſt & leuis, & mẽtis inops. Et hæc in eos intendit, qui leuitate quadam & inconſtantia pleraq; innouarent.

Perperos & perperam à περπερεύομαι quid.

NON INFLATUR.) Concedi poteſt, bonis his omnibus ſuperius explicatis fuiſſe quempiam forte potitum. Quibus partis, ſuperbire tamen eundem & intumeſcere, cuiuſmodi vitio vacat charitas ipſa, quæ & humiles reddit, qui bona hæc compararint. Hæc ſane Paulus intulit, ut elatos arguat & inſolentes.

NON AGIT turpiter.) Hoc eſt, non inflať. Quin etiam vel inhoneſta tormẽta haud quaquã ducit pro ignominioſis, & turpibus, eius gratia cuius amore detineať. Quemadmodum & Chriſtus pro ſua in nos charitate, ignominioſam crucem non ſolum ſuſcepit, ſed gloriæ duxit. Poteris & hoc pacto id intelligere. Non agit perperam, id eſt non eſt contumelioſus, non conuiciator. Nihil enim eſt contumelia & conuitio turpius. His autem dictis in peruicaces inuectus eſt Paulus.

NON QVAERIT quæ ſua ſunt, non irritatur.) Ille, inquit, nil turpe agit, qui ſuam non quærit utilitatem, ſed proximi commodum. Tunc enim vel inferior quædam dicitur turpitudo, cum afficitur iniuria proximus, nec miſſus fiat. Hoc autem illis obiectum eſt, qui cæteros aſpernantur. Sed neq; charitas irritatur, quoniam qui eam ſit aſſecutus nemini contumelioſum ſe præbet. Neq; iraſcitur, eſt enim haud quaquam modeſtus vir iracundus. Ita fit, ut nil indecenter charitas agat. Quandoquidem nec commouetur, nec irritatur, hoc eſt non ad iracundiam proſilit. Vel id Paulus contumelioſis & iniuriam inferentibus obijcit.

NON COGITAT malum.) Vel omnibus, inquit, charitas malis affecta, ad iram non incitatur. Nec ſolum ad ſe vindicandum nil mali molitur, ſed ne malum qdem vel cogitatione, vel animo verſať. Aduerte autem, quemadmodum ubiq; haud quaquam dicat vel liuore charitatem teneri, vel ut ſuperior euadat adniti, vel ad victoriam inci-

Charitas liuore nõ tenetur, non elatione.

K riam inci-

riam incitari. Quin potius neq; ullam ſinit initio ſtatim magnitudinem ſuccreſcere, uti hoc loco non malum cogitat. Quod eo intulit, ut Corinthios commonefaciat, ne pro accepta iniuria, iniuriam referant.

NON GAVDET ſuper iniquitate.) Hoc eſt, nil prorſus lætat̃, cum iniuria cuiquam, vel moleſtia, vel malum infertur.

CONGAVDET autem veritati.) Sed quod longe eſt maius, inquit, alioꝝ probitati congaudet, & ad veritatis ſucceſſum maxĩe gratulat̃, eundemq; ſibi ducit in gloriam. Hoc autem intulit Paulus, ut Corinthiorũ nonnullos inuidiæ arguat.

Charitatis opera.

OMNIA ſuffert.) Iniurias & plagas, vel mortem videlicet ſi afferantur. Id enim tolerantiæ beneficio conſecuta eſt charitas, cui ineſſe hanc dixerat. His vero dictis qui inſidias proximo machinantur, obiurgat.

Charitatis ſimplicitas.

OMNIA credit.) Quæcunq; ſcilicet dixerit, qui a ſe colitur. Neq; ſubdolum aliquid vel loquitur ipſa, vel loqui alios arbitratur.

OMNIA ſperat, oĩa ſuſtinet.) Nil, inquit, de eius vita deſperat; quẽ amare ipſa occeperit, ſed ſperat potius magis ac magis hũc ad meliora ꝑuehere. Iſtiuſmodi verba in eos intendit, qui facile forte deſperant. Quod ſi tali ſpe charitas ducta, eo, quẽ colit, in nequitia perſeuerante, fallat̃, viriliter eius errata latura eſt. Omnia nanq;, inquit, & ſuffert. Hæc vero in eos Paulus iaculat̃, qui facile diſſidia ſubeunt.

Charitas in futuro ſeculo aliis ceſſantibus permãſura eſt.

CHARITAS nunq; excidit.) Hoc eſt, nunq; fallit̃, ſed recte oĩa terminat, vel excidit. i. diſſoluit̃ dici rectius poteſt. Quandoq̃dẽ nec intercidit̃ charitas, nec congeſcit, ſed in futuro ſæculo ceſſantibus aliis, permanſura hæc eſt, ut in ſequẽtibus differet.

SIVE PROphetiæ euacuabunt̃, ſiue linguæ ceſſabunt.) Enumeratis qui e charitate ipſa prodeunt ramis, iterato hanc alio quodã modo extollit, cum vel prophetias ipſas & linguas finem aliquando habituras affirmat. Charitatem vero ſtabilem fore atq; perpetuam. Nam ſi prophetiæ & linguæ Fidei ſuſcipiendæ gr̃a ſunt inſtitutæ. Fide iam per omnes terras diffuſa, merito q̃dem euacuabunt̃ dixit. Nam ſi hoc tempore ſuperuacaneæ ſunt & inanes, longe magis in futurum ceſſabunt.

SIVE SCIENTIA deſtruet̃. Ex parte eñ cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Cum aũt venerit quod perfectũ eſt, euacuabit̃ quod ex parte eſt.) Dicet aliquis, ſi futurum eſt, ut ſcia diſperditũ eat, ergo in ignorantia victuri nos ſumus? Abſit inquit. Nam de ſcientię parte aliqua differit, ut Paulus idem illud interpretat̃, cum ait. Ex parte ſcia euacuabit̃ cum perfectior venerit, in futura ſcilicet vita. Vbi non qualem hoc tempore, verum cœleſtiũ habebimus notionẽ, ſed longe maiorẽ. Exempli gr̃a. Haud quaq; nos in præſentiarũ latet, Deũ ubiq; verſari. Quemadmodũ tamen ille verſet̃, ignorare poterimus. Quin etiã & virginẽ peperiſſe tenemus, futura tñ in vita plus aliq̃d intelligemus, quod ad præſentem plurimũ faciet cognitionem.

CVM ESSEM paruulus.) Cum aſſeruiſſet in rei perfectioris aduentu, euacuandum id eſſe: quod ex parte conſtaret, nunc exemplum inducit, quo quantum inter ſe differant præſens & futura ſcientia patefacit, inquiens. Nunc quidem paruulis videmur aſſimiles, tunc vero ſumus in viros nos euaſuri.

LOQVEBAR ut paruulus.) Hoc ad genera linguarum refertur.

SAPIEBAM ut paruulus.) Id vero ad prophetias.

COGITABAM ut paruulus.) Hoc demũ ad ſciam ipſam referendum eſt.

QVANDO aũt factus ſum vir, euacuaui quæ erãt paruuli.) Hoc eſt, cũ in futuro ſæculo firmiorẽ fuerim ſciam cõſecutus, tũc ſane quã in p̃ſentiarũ potimur, imbecillis erit & perexigua & paruuli ſimilis, & euaneſcet. Vnde & alia ſuperinducit, dicens.

VIDEMVS nunc per ſpeculum in ænigmate.) Declarat quod dictum eſt de paruulo, oſtenditq; ſub obſcuram eſſe nobis rerum cognitionem, cum clarior tunc ſit omnino futura. Videmus enim, inquit, adhuc per ſpeculum. Quod ut expreſſius indicet, rei inſpectæ imitationem in ænigmate intulit, ut maximam præſentis ſcientiæ arguat; quæ ex parte conſtet, puſillitatem.

TVNC AVT.

TVNC AVTEM facie ad faciem.) Non enim quod faciem aliquam habeat Deus, id dixit, ſed ut ex eo oſtendat notionem quandam manifeſtam nobis, & claram admodum & patentem futuram.

Facie ad faciẽ, quomõ exponi debeat.

NVNC COGnoſco ex parte, tunc aũt cognoſcã, ſicut & cognitus ſum.) Duplici modo Corinthiorũ tumorem tollit, & inſolentiam. Primũ arguens aliqua ex parte ſciam hanc humanã conſtare, deinde haud quaquã a nobiſipſis originem ducere. Siquidem non ipſe, inquit, noui eum, ſed ille me. Quemadmodũ itaq; nunc ille mei habens cognitionẽ mihi ſuccurrit & opitulaẽ; ſic & ego tunc longe magis quam in præſenti ad eum confugiã. Nam & his qui in tenebris reſidet, niſi ſolem prius conſpexerit, nequaq; ad radiorũ decorem prior accurrit. Quin potius ſplendor ille ſolaris viſendũ ſe offert luce emiſſa. Cuius cum quiſpiam claritatem exceperit, tũc eam ultro ĩtuendo proſequiẽ. Haud ſecus igiẽ ſe habet id dictum, ſicut & cognitus ſum. Nec tamen quod ita prorſus Dei ſimus habituri cognitionem, ſed tantũ ad eius notionem progrediemur, quantum ipſe ſui noſcendi facultatem attulerit. Et tanto illi plus adhærebimus, quanto propinquiorem ſe nobis præſtiterit. Nec ſecus profecto nobiſcũ nunc agiẽ, quam ſiquis infantem nobilem aliquem expoſitũ & proiectum inueniat, ore blandulum & alludentem, ita ſublatum domũ deferat, educetq; liberaliter, opibus demũ clarum reddat, in regiamq; traducat. Ille vero in ea infantia cũ diu perſtiterit, nil ſentiet penitus quæ geſta ſint, neq; eius qui ſe geſtauerit alueritq;, clementiã internoſcet. At cum in virũ euaſerit, tunc tandem hoĩem cogniturus eſt, qui fuerit de ſe tam bene meritus, eundemq; nec immerito beneuolentia proſequeẽ.

NVNC AVTEM manet Fides, Spes, Charitas, tria hæc, maior autem horum eſt Charitas.) Nunc quidem quæ extant linguæ ſcilicet, Prophetiæ, & Scientiæ, & ſi ſubobſcuræ, Fide tamen in omnes diffuſa, quemadmodum dictum eſt ſupra, penitus euacuabuntur. Fides vero, Spes, & Charitas, ipſa longe his erunt ſtabiliores. Id enim ſignificat cum inquit manent, trium ſcilicet iſtorum prætendit ſtabilitatem, & inter hæc eadem ſummum tenere locum charitatem.

Fide in omnes diffuſa prophetiæ euacuantur.

CAP. XIIII.

SECTAMINI CHARITATem.) Quoniam charitatem hmõi grande aliquid eſſe & immenſum oſtendit, ad hanc proſequendam nos tandem hortaẽ. Neq; enim ſequamini eam dixit, ſed ſectamini. Perinde ac ſi intentiorem quãdam diligentiam ea in re, ac ſtudium exigat. Abſceſſit illa a nobis, opus ergo ingenti celeritate & curſu, ut hanc contingamus.

AEMVLAMINI ſpiritalia, magis aũt ut ꝓpheteťis.) Ne forte exiſtimarẽt Corinthij idcirco Paulũ charitatẽ adeo extuliſſe, ut Spiritus dona extingueret, & illud adiecit. Aemulamini ſpiritalia, dona videlicet, & pcipue ut prophetandi munus adipiſcamini. Hoc autem rõne linguarũ dixit, qbus Corinthij maxĩe ſuperbirent.

QVI ENIM loquitur lingua, loquitur non homĩbus, ſed Deo. Nemo eñ audit, Spiritus autem loquitur myſteria. Nam qui prophetat, homĩbus loquitur ad ædificationem & exhortationem, & conſolationem.) Linguas ipſas cum prophetia comparat. Nec prorſus has inutiles arguit, neq; per ſe omnino utiles. Non enim homines alloquunẽ, ſed Deum. Hoc eſt, nequaquam cognitu facilia narrant hominibus & aperta. Sed in Spiritu ſancto loquunẽ myſteria. Cum itaq; e Spiritu ſermonem depromant, magni eſt res facienda. Quod autem nullam afferant homĩbus utilitatem, inferiores ſunt prophetia. Hæc quippe a Spiritu conſtat, & utilior eſt. Siquidem inſtabiles & labantes ædificat, & ſegniores hortatur & excitat, & puſillanimes conſolatur, ubiq; Paulus quod utilius eſt, præſtare affirmat.

QVI LOquiẽ lingua ſeipſum ædificat, qui aũt prophetat, Eccleſiam Dei ædificat.) Pleriq; linguis loquentes, nequeunt plerunq; alijs, quæ dixerint interpretari. Igiẽ ſibijpſis proficiunt. Qui vero prophetat audientibus uniuerſis utilitatem impartiẽ. Quantũ itaq; eſt priuatæ utilitatis, quæ uni prodeſt, & cõmunis, quæ Eccleſiæ ipſi conduxerit interuallũ, tantundem eſt linguarũ, & prophetiæ diſcrimen.

Linguarum & prophetiæ diſcrimen.

VOLO AVTEM omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.) Quoniam multi apud Corinthios vario linguarum genere loquebantur, ne inuidia percitus videatur linguas has paruifacere, volo inquit ut omnes loquantur, non ut unum, duosue ædificent, ſed prophetandi & maioris utilitatis gratia.

NAM MAIOR eſt qui prophetat, quam qui loquiẽ linguis, niſi forte interpreteẽ, ut Eccleſia ædificationẽ accipiat.) Præſtat inquit propheta, ſed ei qui linguis dumtaxat loquiẽ, & interpretationũ ignaro. Nam ſi interpretandi cognitionem teneret, par eſſet prophetæ qui linguis iam loqueretẽ. Eccleſia quippe obſcurioribus interpretatis quæ lingua explicanẽ, ædificatur. Erat autem Spiritus gratia interpretatio, quæ pleriſq; hominũ linguis loquentibus eſſet conceſſa, pleriſq; vero nequaq;.

NVNC AVTem fratres ſi venero ad vos linguis loquens, qd vobis prodero, niſi vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina?) Vultis ne inquit linguas, quæ interpretandi munere carent, vos interno ſcere? Concedaẽ ut Paulus ipſe ego qui vos inſtruxi, linguis loquor, nihil ſane ex his utilitatis plus qdpiam eſt audientibus obuenturũ, ni in reuelatiõe loquar, id eſt, ni ea tradiderim quæ ſolent & ab his explicari, qui a Deo ſunt reuelationem hmõi conſequuti.

Reuelatio ſpeciẽ habet prophetiæ.

Quæ Reuelatio ſpẽm quandam præfert prophetiæ, quando aſtantibus multis retegunẽ ſingulorum dictorũ & ſenſa, aut in ſcia, hoc eſt qualia proferre debent, qui ea potiti ſint, quive diuina myſteria auditoribus ipſis aperiunt, aut in prophetia, quando videlicet, de præteritis, deq; præſentibus atq; futuris rebus diſſerit quiſpiam.

Prophetia.

Eſt nanq; prophetia reuelatione vulgatior, aut in doctrina, hoc eſt in ſpecie quadã ſermonis vim inſtruendi habentis, cũ de virtute vel dogmatibus oriẽ diſputatio, vel ad audientiũ utilitatem fiat inſtructio. Nonnulli aũt quod in reuelationem eſt hunc in modũ intellexere, hoc eſt de his dicere, quæ facile ſolui poſſint, & clariora ſint, & minus fucata. Item & illud, aut in ſcia, id eſt ea diſſerere, quæ cognitu facilia ſunt.

TAMEN QVAE ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituũ dederint, quomodo ſcietur id quod caniẽ, aut quod citharizatur?) Verum quid de damno dixerim & iactura, quæ nobis ex rerum obſcuritate infertur. Aut quæ ex patentioribus & manifeſtis ſubſequitur dixerim utilitate? Quandoquidem vel inſtrumentis ipſis inanimatis nulla vocum aperta varietas inſit, ſed confuſa ac mixta, nil prorſus queat quod tibia canitur interno ſci, aut quod cithara ipſa pulſatur, neq; ulla in eis erit animi vel iocunditas, vel oblectatio.

ETENIM SI incertam vocem det tuba, quis nam ſe parabit ad bellum?) A rebus ſuperuacaneis deſcendit ad neceſſaria, & tubæ meminit, inquitque. Vel in ea modulos quoſdam ineſſe, quorũ alteri ad bellũ cieant, alteri a prælio reuocent. Hæc itaq; tuba, ſi minus clarum, ſed ſub obſcurũ clangorem eliſerit, imparatos milites reddet. Quid igiẽ commodi poteſt afferri ex ſono aliquo ſubſurdo atq; incerto?

ITA ET VOS per linguã, niſi manifeſtũ ſermonem dederitis, quomodo ſcietur id quod dicitur? Eritis eñi in aera loquentes.) Ne forſan Corinthij dixerint, quid ad nos illud vel tibiæ, vel tubæ exemplum? Sic inquit, ni vos ob eiuſmodi Spiritus gratiã, quæ linguis collata eſt, orationis claritate nitamini, inanis haud dubie erit veſter omnis ſermo & ſuperuacuus. Vtpote qui exaudiri comprehendiq; poſſit a nemine. Res nanq; omnis in eo verſaẽ, ut afferat hmõi loquendi gratia utilitatem. Dicet aliquis, ſi nihil hæc erat mortalibus profutura, cur ergo conferebatur? Nempe ut illi conducat, qui eam acceperit. Nam & ſi alijs utilitatem erat hæc allatura, deus fuiſſet & precibus exorandus, & vitæ puritate excipiendum interpretandi hoc munus, vel alteri cuiquam adhærendũ, qui poſſet obſcura diſſoluere. Et ideo Paulus hmõi intulit, ut illos mutua animorum coniunctione connectat, neve exiſtimarent ſibiipſis ſat per ſe poſſe hæc omnia ſuppeditare, ſed ſuſcipiendos eſſe, qui eadem illa interpretari valeant & enodare. Hoc pacto fore, ut linguarum gratia utilior fiat.

TAM MVLTA utputa genera linguarum ſunt in hoc mundo, & nihil ſine voce eſt.) Hoc eſt,

eſt.) Hoc eſt, tot voces conſtat in mundo eſſe, Scitharũ ſcilicet, Indorum, Thracum, & gentium aliarum, & omnes exprimunt aliquid. Non enim ſine vocis editione hæ gentes loquuntur.

Linguarum varietas.

SI ERGO NE ſciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus, & qui loquitur mihi Barbarus.) Si haud quaquã ipſe vim vocis dignouerim, pro Barbaro mihi erit, qui me cum ſermonem contulerit, utpote quod ſtulta loqui ſit viſus. Contra & illi ego Barbarus & inſanus videbor, non vocis vitio, ſed inſcitia.

SIC ET vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad ædificationem Eccleſiæ, quærite ut abundetis.) Nonnulli illud, ſic & vos, a reliqua oratione intercidunt, & ita interpretantur, & conſtruunt. Sic & vos linguis loquentes & obſcure, barbari videmini audientibus. Deinde in aliam ſententiam tranſferunt, æmulatores eſtote. Beatus enim Baſilius, tenore uno & pari ſequela, hunc orationis contextum perlegit. Quo cum & ipſe nunc ſentio. Et vos igitur inquit, æmulamini ſpiritalia dona, ſed eo pacto, ut ad Eccleſiæ ædificationem & utilitatem abundare nitamini. Adeo nanq; nihil prohibeo linguis vos eloqui, ut abundare velim dicendi copia, ſi modo illas ad communem utilitatem exerceatis.

Baſilii meminit, qui fuit athanaſio poſterior.

ET IDEO qui loquit̃ lingua, oret ut interpretetur.) Modum exprimit quo id donum multis in commodum cedat. Oret enim, inquit, qui linguis loquit̃, ut interpretet̃. Hoc eſt, ut interpretationem accipiat. Ipſi itaq; cauſam præbent, ne illam adipiſcat̃, quandoquidem nequaquam id muneris a Deo expoſcant.

NAM SI orem lingua, Spiritus meus orat, mens aũt mea ſine fructu eſt.) Erant nonnulli apud priſcos illos Chriſtianæ Fidei ſectatores, qui ſupplicandi gratiam lingua exciperent, loquerenturq; vel Perſica voce, vel Romana, cum illorum mens eſſet earum rerum ignara, quæ lingua ſic ederent̃. Dicit itaq; Paulus, Spiritus meus orat, hoc eſt, gratia quæ linguam agitat, mens aũt mea fructu caret, quia nil prorſus intelligit, quæ proferunt̃. Attende quemadmodum progrediendo, arguat plane, qui lingua duntaxat verba faciat, vel ſibijpſi minus prodeſſe, id ipſumq; ſentit hoc loco Baſilius. Et nonnulli præterea ſic aſſeuerant, Si loquar lingua, nil autem cæteris declarando profecerim. Spiritus quidem meus, ſiue animus, quantum ad ſe ſpectat, utilitatis plurimum vendicat, mens vero mea ſine emolumento erit, quia nulli quidpiam impartit utilitatis. Qui hoc dictum hoc pacto interpretabant̃, verebant̃, ut arbitror, Montani cuiuſdam deliramenta. Is nanq; hæreſim induxit huiuſmodi. Prophetas videlicet uniuerſos, nil prorſus eorum quæ denunciaſſent, intellexiſſe. Sed Spiritu captos, prædixiſſe nonnulla, quorum nullam impoſterum haberent cognitionem. Quod ſane haud quaquam habet aliquem in præſentia locum. Neque em̃ de prophetis dicit hæc Paulus, perinde ac ſi ignorarent, quæ dicta per ſe fuiſſent. Sed de his diſſerit, nec tamen omnibus, qui linguis his loquerent̃.

Baſilius.

Montani hæreſis.

QVID ERgo eſt? orabo Spiritu, orabo & mẽte, pſallã & Spiritu, pſallã & mẽte.) Quid igit̃, inquit, maiorẽ poteſt afferre utilitatem, quidve fuerit a Deo magis ac magis efflagitandum? Nempe ut Spiritu oret̃, hoc eſt, gr̃a. Quin etiam & mente, id eſt meditatione concipere quid ſit orandũ, itemq; & quid canendo precandũ ſit.

CAETERVM ſi benedixeris Spiritu, quis ſupplet locum idiotæ? Quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem, quoniam quid dicas neſcit.) Cum pſallis, inquit, ſi Spiritu, hoc eſt per linguam ſpiritali gratia benedixeris, quis ſupplebit idiotæ locum. Hoc eſt, quo pacto Amen laicus, cum ipſe oraueris, reſpondebit. Te ſiquidem in ſæcula ſæculorum ſub obſcure & in lingua pronũciante, neq; idiota per te ille exaudierit, neq; ullum ex his profectum accipiet.

Sacerdotes nõ murmure, ſed uoce plena ſacra faciant.

NAM TV quidem bene gratias agis, ſed alter non ædificatur.) Ne prorſus videatur linguæ hanc gratiam extenuare, ſic inquit. Ipſe quidem recte gratias agis. Verum tamen proximi utilitate reiecta, inutiles erunt eiuſmodi gratiæ.

GRATIAS ago Deo, quod omniũ veſtrum lingua loquor.) Ne forte Paulum

Corinthij ſuſpicenẽ, ideo linguæ gratiam habere contemptui, quia huius ſit ille immunis & expers, illud infert, quod omnium veſtrum lingua loquor.

SED IN Eccleſia malo quinque verba ſenſu meo loqui, ut alios inſtruam, quam decem milia verborũ in lingua.) Senſu meo, hoc eſt, intelligens & ſciens quæ dixerim, potensq; vel eadem interpretari, ut & alijs pariam utilitatem, quã mille verboꝝ in lingua. Hoc eſt, ſi ea minus valeam explicare, tunc nanq; apud me dũtaxat reſidebit utilitas, qui ea protulerim. Quinq; aũt verba ſinguli proferunt præceptores, qui ſenſibus quinq;, qui nobis inſunt, accõmoda applicant medicamenta.

FRATRES nolite pueri effici ſenſibus, ſed malicia pueri eſtote. Senſibus aũt perfecti eſtote.) Patefacta qualis linguarũ ſit gratia. Tandem quæ magis inceſſat & urgeat, oratione utiẽ, increpatq; Corinthiorum nonnullos, quod puerilia ſapiant. Eſt eñ puerorũ ſane vel quæuis exigua demirari, quæ temere ſtupori eſſe videanẽ. Quales ſunt linguæ. Quodq; & magna hi parui faciant, perinde ac ſi nil noui præferant, vel admirandi, quales ſunt prophetiæ. Commonefacit inſuper etiã eos hoc loco, ne in puerorũ morem ſe ad nequitiam habeant. Id eſt, ne ob linguarũ ſuſceptam gratiam, vel efferanẽ, vel intumeſcant. Nec demũ ullam habeant prauitatis cognitionem. Senſibus autem perfecti eſtote, inquit, ut diſcernant videlicet, quæ ſint ex gratia, aut præſtantiora, aut magis utilia. Vel aliter. Illi nanq; in malicia pueraſcunt, qui nil cuiquã ingerunt mali, haud ſecus ſe habent quam pueri ipſi, & officiunt neminẽ. Ille vero erit perfectior ſenſibus, qui non modo noceat nulli, ſed proſit ꝙ plurimis. Neq; ſolum nequitiam fugiat, ſed nequitiã ipſam ſecteẽ, caueatq; ne a præſentibus his, & temporarijs bonis, aliquã in ſe iacturam admittat. Id vero per ſimile eſt euan-
Prudentia ſerpentis ſimplicitas columbæ. gelico dicto, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ.

IN LEGE enim ſcriptum eſt, quoniã in alijs linguis & labijs loquor populo huic, & ne ſic exaudient me, dicit dominus.) Rurſus prophetiam cum linguis hic confert, eamq; arguit præſtantiorem, at quo pacto? Ex his certe quæ ſubſequenẽ. Legem autem vetus omne teſtamentum appellare conſueuit Apoſtolus, ideoq; in præſentia quæ apud Eſaiam conſcripta ſunt, in lege ait fuiſſe conſcripta. Cum vero infert, nec ſic me ſunt exauditurі, oſtendit eos, & ſi hoc poterãt percelli miraculo, cum minus crediderint, aut præbuerint Fidem, ipſorum eſſe hanc culpam. Deus nanq;, quod ad ſe ſpectat, ſemper exequiẽ. Eiusq; prouidentiam, & ſi intelligat, illos minime Fidem de ſe præſtaturos, tanquã futuros inexcuſabiles, patefacit.

ITAQVE linguæ in ſignũ ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.) Signum ꝗdem terrori eſt. Nec tamen oĩno vel inſtruit, vel prodeſt. Quin potius et plerũq; id afficit, quale illud eſt, ꝗd ſine interpretatione fit & lingua. Quemadmodũ in orationis progreſſu ſic inquiet. Quoniã dicturi ſunt vos iſanire. Infidelibus ꝑterea ſigna eduneẽ, quia his haud quaꝗ; fideles indigeant, cum Fidem iam & tuteneẽ, & ſeruent.

Fideles ſignis non egent. PROPHETIAE autem non infidelibus, ſed fidelibus.) Prophetia autem conducit fidelibus, quia eos ad Fidem conſtituat. Dicet aliquis, nulla ergo erit infidelibus prophetia? At quo pacto in ſubſequentibus, ſic inquit Apoſtolus. Quod ſi omnes prophetent, ingrediatur autem quis infidelis &c. Ex his ſane apparet vel infidelibus ipſis prophetiam eiuſmodi fuiſſe oblatam. Dicendum itaq;, nequaquam dixiſſe Apoſtolum, hanc non poſſe infidelibus ipſis conducere, ſed minus his eſſet in ſignum inutile, qualis & lingua eſt. Et ut breuius dixerim, erit ſane in ſignum infidelibus lingua, hoc eſt, ad infideles duntaxat præterrendos accommodata. Prophetia vero ut fidelibus, ita & infidelibus uſui fuerit. Vtpote quæ illos infidelitatis coarguat, tametſi minus in ſignum his tradita fuiſſe dicatur.

SI ERGO conueniat uniuerſa Eccleſia in unum, & omnes linguis loquanẽ. Intrent autem idiotæ vel infideles, nonne dicent, quid inſanitis?) Tacite oſtendit iacturæ cauſam linguam præbere, & nocere, ſi munere careat interpretandi. Id autem dicit, ut Corinthijs inſolentiam demat, qui linguarum ob gratiam exiſtimarent cæ-

teris ſcad-

teris & admirationi eſſe debere. Quod tamen longe aliter ſe habere demonſtrat, aſſereris ad ignominiam eis linguarum genera potius cedere, ſiquidem hæc hos uideantur ueſanos reddere, & ſi furibundos. Vt itaq; nil duxeris id eſſe ſpiritalis gratiæ opus. Quandoquidem qui eam ſit nactus, infamia cõplectatur, ſic infert. Nonne idiotæ uel infideles dicturi ſunt uos inſanire, hoc eſt dementes, quales erant qui maledictis Apoſtolos inceſſebant, dictitabantq; uino madere, & ebrios eſſe? Cum his quibus mens ſanior eſſet, & ab eiuſmodi linguis lucrũ aſſequebantur, aliter longe ſentirent. Quales erant Apoſtolos qui demirarentur, & obſtupeſcerent, qui Dei magnitudinem, & miranda quædam edocerent.

Linguarũ Gratia.

SI AVTEM omnes prophetent, intret aũt quis infidelis uel idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab oĩbus, occulta cordis eius manifeſta ſunt, & ita cadens in faciem adorabit Deũ, pronuntians quod uere Deus in uobis ſit.) Vides quemadmodũ maior ſit prophetię utilitas. Quippe quæ uel cordis abdita retegat, faciatq; hominem infidelem, & Dei habere cognitionem. In faciemq; procumbere, orandi gratia, confiteriq; Deum nobis ineſſe, quod ſane & in Nabuchodonoſor contigit. Cui cũ Daniel ſomnium aperuiſſet, ſic dixit. Vere Deus ueſter, ipſe eſt Deus, reuelans myſteria. Intellige itaq; ex his, quid illud ſit quod dictũ ſuperius eſt, in reuelatione. Reuelatio nanq; prophetiæ eſt ſpecies quædã. Aduerte præterea quemadmodũ ſe ſpiritus habeat. Inquit enĩ, uere Deus in uobis eſt. His aũt qui prophetãt, oĩno ſpiritus ineſſe, neceſſe eſt. Sic enĩ ſuperius dixit, quoniã prophetię in ſpiritu tradunt.

Nabuchodonoſor.

QVID ERGO eſt fratres cũ conuenitis, unuſquiſq; ueſtrum pſalmũ habet, doctrinã habet, Apocalipſin habet, linguã habet, interpretationem habet, oĩa ad ædificationem fiant.) Quinetiã pſalmos ex priſcis illis nõnulli per ſpiritalem gratiã componebant, & donũ pleriſq; alios inſtruendi concedebatur. Reuelationem aũt prophetiam appellat, a ſpecie genus denominans. Linguæ autem mentionem facit, ne prorſus uel abiectior hæc uideatur, uel ſpernenda. Neue non in gratiarũ ordine computetur. Hæc itaq; omnia, inquit, ad ædificationem fiant. Id enim eſt Chriſtiani hominis propriũ, ut alijs proſit, & utilitatem impartiatur. Verum quonam poterit pacto qui benigne gratiam ſit adeptus, alios ædificare? Id certe haud dubie fiet, ſi in unũ conueniatur, & qui interpretationẽ habeat, dona hæc utraq; cũ cęteris cõferat.

Chriſtiani proprium quid ſit.

PROPHETAE aũt duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent.) Erãt inter prophetas & uates latitantes nõnulli & ſubdoli, & ideo dijudicent, inquit, hoc cæteri, nequis forte, lateat falſus uates, ſicuti prædictũ eſt. Erat præterea decernendi & dijudicandi gratia, qua uates cũ ueri, tum falſi dignoſcerent, eoq; duobus uel tribus prophetandi munus demandat, ut & ordo ſeruetur, & in ea turba prophetæ nõ lateant.

QVOD SI alij reuelatũ fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, ut omnes dicant, & omnes exhortent.) Ad modeſtiã hoc loco & humilitatem erudit. Siquidem ſilentium uel præſidenti tibi iniungat, cũ alteri ſpiritus quidpiã reuelauit. Nam ſi maluiſſet ſpiritus priorem te loqui, haud quaq̃ aliũ ad loquendum excitaſſet. Cæterum conſolaturus eos, ſic inquit. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare. Neq; enim uni cuiq̃ intercluditur eiuſmodi gratia, ſed in omnes diffunditur, ut eccleſia omnis inſtruatur, & ſolamen ad uirtutem excipiat.

ET SPIRITVS prophetarũ, prophetis, ſubiectus eſt.) Vel hoc ad eius ſolamen facit, qui ad taciturnitatem hortatur. Quod autem dicit, tale eſt, Noli cõtendere, uel factiones exercere, cũ ſpiritus ipſe, id eſt, quæ in te ineſt gratia, & SPIRITVS ſancti quæ te inuaſit operatio, ſubiecta eſt alterius gratiæ qui ſit ad prophetandũ impulſus. Si itaq; ſpiritus ipſe alteri ſubeſt, longe magis & ipſe debes, qui ſpiritum fueris adeptus, nil contentionibus niti. De hoc nonnulli aliter ſentiunt, inquiuntq;. Gentilium uates, a dæmone perciti, nec uolentes quidem poterunt conticere. Apud uos uero prophetæ non ita ſe habent. Quippe quorum in arbitrio ſit, uel profari aliquid, uel ſilere. Idq; uelle Apoſtolum explicare, cum inquit. Spiritus prophetarum,

Prophetæ ſileant ſi uelint. uidelicet, quod ſpiritus dona prophetis ipſis ſubdãtur, quibus ſilentium ſeruare ue lint necne, permiſſum eſt, uerum ne quis illud obijcere queat, qui ſit ſpiritus gratiã aſſecutus, quonam pacto ut iubes potero conticere, qui ſim ad loquendum a ſpiritu concitatus? Ad id Paulus ita reſpondet. Atqui ſpiritus iſte qui te cõcitauit, tuæ ſuppoſitus eſt ditioni. Et ita, ut in tua ſit poſita taciturnitas hæc poteſtate. Nec fruſtra uelim de cætero ut ſpiritum cautus excuſes.

NON ENIM diſſenſionis eſt Deus, ſed pacis, ut & in omnibus eccleſijs ſanctorũ doceo.) Oſtendit uel id Deo uideri ut conticeat, qui primatum obtineat. Neq; enĩ diſſenſionis inquit eſt Deus, & turbę. Quæ eo plerunq; oboritur, quia taciturnitate ſublata, prophetare ſimul uniuerſi contendunt. Sed pacis eſt Deus, quæ haud dubie paſſim in ipſis ſanctorum eccleſijs & conuentu, hoc eſt fidelium, diuerſatur. Extant nanq; & Gentilium & Iudæorum eccleſiæ. Pudeat itaq; ueſtræ uos inſolentiæ, qui præter cæterarum eccleſiarum conſuetudinem, uos ipſi geſſeritis.

MVLIERES ueſtræ in eccleſijs taceant. Non enĩ permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.) Rite omnibus rebus quæ cũ ad linguas, tum ad prophetas ipſos ſpectarent, diſpoſitis, & his plane coercitis, ne cateruatim uaticinentur, unde confuſio quædã & inconſtãtia ſubſequatᷣ neceſſe ſit, nunc & obturbationẽ quæ *Mulier ſileat et uiro obediat* poſſet ex muliebri dicacitate afferri, reprimit demũ, tollitq; inquiens. Sileant illæ in eccleſia uelim. Deinceps q̃d maius eſt infert, & ſubditas eſſe oportet & uiris morigeras. Eiuſmodi nanq; ſubiectio taciturnitatem quandã prætendit, cũ timore coniunctã. Qualis ſolet & ſeruis ineſſe. Legem aũt geneſis librũ appellat, in quo ſcriptũ eſt, ad uirũ ſit conuerſio tua, & ipſe dominabiᷣ tibi. Si hæc itaq; uiro, ut ſub ſit iniungiᷣ, longe magis & ſpiritalibus eccleſiæ p̄ceptoribus ſubijciatᷣ & pareat, neceſſe eſt.

SI QVID autem uolunt diſcere, domi uiros ſuos interrogent.) Si loquendi facultas mulieri adimiᷣ, quo pacto poterit edoceri, quod neſciat. Dicit itaq; domi uelim hæc inſtruatur a uiris. Id enim & fœminis decori eſt, & uiros reddit attentiores, ut qui ea quæ in eccleſijs audiendo perceperint, debeant rogantibus fœminis renunciare. Aduerte autem quemadmodum in eccleſia uel de neceſſarijs rebus & animæ conducentibus, nulla ſit mulieribus loquendi conceſſa facultas.

TVRPE EST enim mulieri loqui in eccleſia.) Cum in eccleſia cõfabulationem *Sileãt fœminæ* eiuſmodi etiam ſpiritalem ornamento fœminæ ducant, occurrit Paulus, aſſerens ad ignominiam potius eis eam rem cedere, neq; id eas decere.

AN A VOBIS uerbum Dei proceſſit, aut in uos ſolos peruenit.) Perinde ac cõtradicentibus ſibi nõnullis reſpondet. Cur enim mihi obſiſtitis, neq; bonam exiſtimatis hanc mulierũ in eccleſijs conticentiã? Num uos præceptores eſtis? Num a uobis profluxit, in cæteros p̄dicatio? Vel in uobis ſolũ ſtabilita eſt fides? Neq; neceſſe eſt p uos ea admitti, quæ ab alijs fuerint excepta. Non enĩ uos oĩm primi eſtis fideles nec ſoli. Oportet igiᷣ & uos his acqeſcere, q̃ mundo ſunt uiſa, & cæteris cõprobata.

SI QVIS uidetur propheta eſſe aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo uobis, quia domini ſunt mandata.) Quod ſane cunctis eſt fortius, poſtremũ hic poſuit. Deũ uidelicet per me demãdaſſe, quæ factu ſunt neceſſaria, & ei male id innoteſcere, qui apud uos uel propheta appareat eſſe uel ſpiritalis. Vel qui ſpiritale aliquod ſit donum adeptus, id eſt, ſcientiæ.

SI QVIS aũt ignorat ignoret.) Perinde ac ſi inquiat. Ipſe quidem officio functus ſum meo. Dixi nanq;, q̃d erat dicendũ, pareat modo qui uelit. Cuiuſmodi uerba hoĩem exprimant, qui nihil ſuã uoluntatem cõmendet, ſed cõmuni utilitati proſpiciat. Conſueuit aũt dicendi hunc modũ his in rebus ſeruare Apoſtolus, quibus haud quaq̃ ſibi foret enixius reluctandũ. Quid enĩ neceſſe eſt Paulo alijs aduerſari, p̄ſuadereq; Dei eſſe, nõ ſua quæcũq; iniunxerit? Pręſertim cũ habeat ad diſcipulos uerba, aſſeratq; ſpiritalem hoĩem ſua dicta pro Diuinis recogniturũ. Eſt enĩ perſpicuũ, ut ſpiritales eſſe appareant omnęs, qui Diuina eſſe hęc iuſſa, nõ Pauli dixerint?

ITAQVE

ITAQVE fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere.) Cũ de ſpiritalibus donis diſſeruiſſet, interpoſito de mulieribus mox & ſermone, de ſpiritalibus gratijs mentionẽ nunc facit, & priores partes, ꝓphetiæ accenſet, æmulamini inquiens. Secũdas uero linguis demãdat. Neq; enĩ intulit ſinite loqui, ſed nolite prohibere, q̃d uſurpare ipſi neceſſarijs minus in rebus & ſuperuacuis ſic cõſueuimus. Nolite hunc illũ ue, ut de rebus tã friuolis & nullius momenti loquaĩ, hortari.

OMNIA aũt honeſte & ſecundũ ordinem fiant in uobis.) Breui omnia corripit tum quæ ad eos qui linguis loquunĩ, tum quæ ad fœminas attinent, tum demũ & reliqua quæ apud eoſdem nulla uel ratione uel ordine geruntur caſtigat. Honeſte aũt hæc & ordine ſuo gerenĩ; ſi mulieres cõticeant, & prophetæ ſibi alternis cõcedant.

CAP. XV.

NOTVM AVTEM VOBIS facio fratres Euangeliũ quod prædicaui uobis.) De reſurrectione dicere iã ipſe aggrediĩ, quæ noſtræ fidei caput eſt & principiũ. Nam ſi reſurrectio iſta tollatur, & illud tollitur Chriſtum ipſum reſurrexiſſe. Si nõ reſurrexit, neq; incarnatum fuiſſe (quod abſurdum eſt) ſequeretur. Sic nanq; noſtra omnis euertitur fides, quæ tantopere apud Corinthios ipſos labaret. Quippe qui cũ exterioris huius eſſent & humanę ſapientiæ ſectatores, quæuis alia credenda potiuſq̃ reſurrectionem ipſam admiſerint. Qua de re Paulus contendit plurimũ. Prudenter aũt Corinthios earum rerum cõmonefacit, quæ iam fuiſſent eorũ fidei credita. Nihil, inquiens, uobis uel noui, uel peregrinũ nunc prædico, niſi quod uobis cognitũ eſt. Vobis aũt Euangelium notum facio, hoc eſt repeto, & ad memoriã redigo. Fraterna aũt illos appellatione & mitigat ſimul & recordatur, unde id fraternitatis acceperint nomen, & quemadmodũ uidelicet cum ex ipſo Chriſti in carnem aduentu, a quo ne deſciſcãt periclitanĩ, tum a Baptiſmo, qui profecto Chriſti eſt & ſepulturæ & reſurrectionis figura. Euangelium uero cum inquit, bona innumera prætendit & memorat, quibus ob Chriſti incarnationem, reſurrectionemq; ipſi iam fruimur.

Reſurrectio caput eſt & principium noſtræ fidei.

QVOD ET accepiſtis.) Non enim quod audiſtis, inquit, ſed quod accepiſtis. Quippe quod non ſolum uerbis, ſed operibus & miraculis accepiſſent. Quinetiam accepiſſe hos Euangelium dicit, ut eis ſuadeat haud ſecus illud quod accepiſſent ſeruarent, ac ſi fidei eorum eſſet aliquid demandatum.

IN QVO ET ſtatis, per quod & ſaluamini.) Enimuero Corinthios, & ſi labantes, conſiſtere tamen in Euangelio dicit. Et uolens quidem diſſimulat, eorum inconſtantiæ ſe eſſe ignarum. Anticipat autem eos, ut etſi negare id admodum uelint, nequeant prorſus. Verum quid lucri, ſi in Euangelio ſteterint, Corinthijs ſit obuenturum ſi quæras? Comparatio nimirum ſalutis.

QVA RATIONE prædicauerim uobis.) Perinde ac ſi inquiat, de reſurrectionis eſſentia nihil uobis ſignifico, quemadmodum uidelicet reſurrectio fiat.

SI TENETIS niſi fruſtra credidiſtis.) Hoc eſt, ni incaſſum eſtis Chriſtianũ nomen ſortiti. Chriſtianitatis enĩ uis omnis, in reſurrectionis dogmate ipſo conſiſtit.

Chriſtianitatis tota uis in reſurrectionis dogmate ſita ẽ

TRADIDI enim uobis in primis quod & accepi.) Quia cæteris eſſet de reſurrectione id dogma præſtantius, in primis hoc ipſum tradidi uobis, utpote quod totius ſit fidei fundamentum. Accepi autem & ego illud, a Chriſto uidelicet. Quemadmodum itaq; ipſe acceptum illud & credo & teneo, ita & uos tenere debetis & credere. Et eo acrius, quia omnium primũ id acceperitis. Nunc uero neq; æquitatem ipſam, nec temporis rationem ſeruatis. Quippe quibus in ambiguo eſt reſurrectio.

QVONIAM Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas.) Liquido Chriſti uerba ſunt hæc in Paulo ipſo loquentis. Occurrerent nanq; Manichei, Apoſtolũ aſſerentes peccata mortem dixiſſe, & erratorũ liberationem reſurrectionem denominaſſe, apparet itaq; hiſce uerbis illos coargui. Obijt ſane Chriſtus mortem, at quã mortem? Corporalẽ uidelicet; non eã quæ ſit delicto obnoxia, quippe qui peccatũ non fecerit. Quod ſi aſſerant uel hunc in peccatis obijſſe, quo pacto pro noſtris erratis mortem hunc diceret ſubijſſe. Si uero & ille peccator fuiſſet, quõ

pro noſtris

Reſurrexiſ ſecundũ ſcripturas cur dicatur

pro noſtris cõmiſſis morti ſe obiecisſet. Cum uero ſecundum ſcripturas inquit. Corinthios plane uituperat & arguit uanitatis. Siquidem ubiq; corporalem hanc mortem Chriſto ſacræ literæ cõteſtantur. Foderunt enim, inquit, manus meas & pedes meos, & uidebunt in quem trãſfixerunt, & uulneratus eſt propter delicta noſtra, & a peccatis populi mei uenit in mortem.

ET QVIA ſepultus eſt.) Ergo & corpus hic habuit, & corpus utiq; eſt q̃d ſepulchro ſic demandat̃. Nec ſecundũ ſcripturas adiecit, uel ſepulchrę dixit cũctis patere.

ET QVIA reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.) Dicet aliquis, ubinam id affirmant ſcripturæ, Chriſtum tertia die reſurrexiſſe? Ex Ionæ certe figura, & ante id tempus ex Iſaac, qui triduo ſalutẽ ſit aſſecutus. Nec demũ occiſus, ita ut uiuens

Figuræ reſurrectionis.

matri ſit redditus. Et ex figuris alijs idipſum ueteribus patet innumeris. Quin & ex Eſaię uerbis, cum inquit. Dominus uult eum purgare a plaga, ut oſtendat illi lucem Et Dauid. Non derelinques animam meam in inferno.

ET QVIA uiſus eſt Cephæ.) Ponit in primis, quod cæteris eſt dignius fide tam etſi Euangelium aſſerat Chriſtum primo Marię apparuiſſe, ſed ex uiris prius Petro eſt uiſus, ut qui cęteros diſcipulos anteiret. Oportuit enim ut qui fuerat prior Chriſtum confeſſus, prior ſpectaret & reſurgentem. Et quia eum negaſſet, neganti prius apparuit, ut oſtenderet eum haudquaq̃ ab ſe fuiſſe reiectum.

ET POST hoc undecim.) Quæret aliquis, ſi perſpicuũ eſt in domini aſſumptione Matthiã in Iudæ locum fuiſſe ſuffectum, quo pacto dicitur Chriſtus duodecim uiſendum ſe præbuiſſe? Reſponderi poteſt iure fieri id potuiſſe, ut poſt aſſumptionem Chriſtus Matthiæ ſit uiſus, cum & Paulo ipſi poſt aſſumptionem uocato ap-

Chriſtus quomodo apparuit undecim Apoſtolis et quomodo Matthiæ

paruit. Eoq; neq; tempus aliquod explicaſſe, ſed infinite id poſuiſſe. Nõnulli autem dicunt uel ſcripturæ eſſe id uitium. Vel quia pręſcius eſſet hunc Deus undecim eſſe annumerandum, & illi apparuit, ne cæteris dignitate uideretur inferior, cuiuſmodi rem declarat Ioannes ſic inquiens, Thomas aũt unus ex duodecim. Dixerit præterea quiſpiam & longe melius, ſecundum ſuam præſcientiam Deũ reliquis Apoſtolis, Matthiam potius annumeraſſe, quam Iudam poſt eius proditionem & laqueos.

DEINDE VIſus eſt pluſq̃ quingentis fratribus ſimul.) Poſt ſcripturæ inditia, & teſtes inducit, cũ Apoſtolos, tũ ſummę authoritatis alios & integros uiros. Pluſq̃ autem illud, quod Græce ſignificantius ἐπάνω dicitur, id eſt ſupra, nõnulli ſuperne & cœlitus interpretantur, pleriq; ſupra, hoc eſt, ultra quingentos intellexere.

EX QVIBVS multi manent uſq; adhuc, quidam autem dormierunt.) Habeo inquit, & teſtes nõnullos ſuperſtites, quoſdam uero uita iam functos. Cum autem dormierunt, inquit, initium reſurrectionis propoſuit. Eſt enim qui dormit, & uita exceſſit, reſurrecturus.

DEINDE VIſus eſt Iacobo.) Qui frater domini aſſertus eſt, & primus fuit Hieroſolymorum Epiſcopus.

DEINDE Apoſtolis omnibus.) Erant quidem & alij, hos præter Apoſtoli, ut ſeptuaginta illi.

NOVISSIME autem omniũ tanq̃ abortiuo uiſus eſt mihi.) Humilitatem uerba hæc præferunt, qua utiq; prudenter hic utitur. Quippe cum magnũ ſit illud de ſe dicturus, maiorem quam cæteri laborem me ſumpſi, id cauet maxime, ne uelut inſolenti iactabundoq; fides forſitan abrogetur. ἔκτρωμα Græce, quod abortiuum latinus dixit interpres, [illegible] dicitur, imperfectum quod ex uulua eijcitur muliebri. Et quoniam indignũ ſe Apoſtoli nomine aſſerit & reijciendũ, arguit plane ut pro

Abortiuus Paulus cur.

Apoſtoli dignitate minus perfectum. Nõnulli uero ultimũ mulieris partum eſſe ἔκτρωμα uoluere, perindeac ſi Paulus Apoſtolorum fuerit poſtremus, cui nil quicq̃ deceſſit, quod ultimus dominũ uiderit. Quemadmodum & Iacobus nihil quingentis illis habetur inferior, quia poſt omnes & dominum ipſe ſpectauerit.

EGO AVtem ſum minimus Apoſtolorũ, qui non ſum dignus uocari Apoſtolus.

Quoniam

Quonĩā perſecutus ſum eccleſiã Dei.) Sententiã in ſe tulit Apoſtolus, quippe qui nõ modo duodenis ſe dicit inferiorẽ, ſed & cæterorũ oĩm. Aduerte aũt, quemadmodũ idcirco de his faciat erratis nunc mentionẽ, e quibus per Baptiſmũ ſit poſtmodũ liberatus. Vt oſtendat quãtis ſe donis Deus affecerit. Quęret aliquis, cur ſe ipm̃ Paulus reſurrectionis dñicæ teſtem producit, deinceps & ſua errata cõmemorat? Nempe ut fides ei maior adhibeat. Haud enim parcet alienis cõmiſſis, qui ſua expromit.

GRATIA AVtem Dei ſum id quod ſum.) Peccata quidem ſibi adſcribit, Diuinæ gratiæ, officia & uirtutes.

ET GRATIA eius in me uacua nõ fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui.) Et hoc qdem ſubmiſſius fatur. Non enĩ dixit pro Diuinæ gratiæ dignitate me geſſi, ſed nihil, inquit, ſuperuacanea Dei in me comperta eſt gratia, quippe qui abundãtius, & longe magis quã cæteri Apoſtoli Euangelio inſudauerim. Neq; pluribus, inquit, ſum periculis iactatus, ſed remiſſius, ita laboris nomine proprias laudes intercidit. Hæc autem ideo intulit, ut fides ipſi præſtaretur ſcribenti. Oportet nanq;, qui alios inſtruit, ut fidem hanc ſibi uel præcipuam ab auditoribus uendicet.

Paulus fidem ſuis dictis conciliat.

NON EGO autem, ſed gratia Dei mecum.) Quin etiam, inquit, uel labor hic meus, omnis Dei eſt mihi gratia iniunctus, nulla mea uirtute finitus.

SIVE ENIM ego, ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic credidiſtis.) Siue ego maiores labores prædicãdo inſumpſerim, ſiue illi, tamen quod ad Euangelij prędicationem hanc ſpectat, unum omnes ſentimus. Neq; eiuſmodi aliquod intulit, ſi fidem mihi minus præſtatis, illis ſaltem hanc uelim adhibeatis. Abiectiorem enim ſe reddidiſſet neq; teſtem ſe fidum ſatis teſtandæ ueritatis oſtenderet, ſed ipſum ſe aſſerit nulla humana ope prædicationi huic ſatiſfacere, & illos per ſe ſatis ſufficere. Cũ uero inquit prædicamus, uera eſſe quæ dixerit patefacit. Neq; enim ſeorſum & in angulis loquimur, ſed in propatulo. Neq; nõnunq̃, ſed in præſentia. Et ſic me prædicante & uos credidiſtis. Nec ſane nunc creditis dixit, quia inſtabiles erant & nutabundi. Inter cætera illorum fidem in ueritatis teſtimonium uocat. Non enim, inquit, temere dictis perinde ac commentitijs & fallacibus ulla fuiſſet per uos pręſtita fides, niſi uera eſſe dixiſſetis & certiora quæ per me ſunt prædicata.

SI AVTEM Chriſtus prædicatur quod reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?) Optimo utitur argumento. Nam cum prius oſtenderet Chriſtum reſurrexiſſe, & hunc in modum, cũ abs ſe, tum ab Apoſtolis cæteris prædicatum, ex Chriſto ſic reſurgente & mortales omnes reſurrecturos confirmat, tanq̃ caput ipſum reliquos ſubſecuturos. Nec tamen Corinthios uniuerſos incuſat, ne uideatur omnes magis uituperare, ſed quidam, inquit, in uobis id dicunt.

Ex Chriſti reſurrectiõe probatur & adſtruitur reſurrectio mortuorum.

SI AVTEM reſurrectio mortuorũ non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit.) Ne aſſerendi huiuſmodi aliquid ijs detur occaſio, etſi Chriſtũ diximus reſurrexiſſe, haud tñ futurã credimus & mortuorũ reſurrectionem. Hãc Paulus ſic inquiens aſſeuerat Si mortuos reſurrecturos negamus & Chriſtum reſurrexiſſe negemus neceſſe eſt. Qua enĩ de cauſa reſurrexiſſet, niſi preuiũ ſe ille nobis ad reſurgẽdũ pſtitiſſet ducẽ.

SI AVTEM Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides ueſtra.) Si enim moriens reſurgere nequiuiſſet, neq; peccatum fuiſſet ſublatũ neq; mors ipſa deleta, & noſtra demũ inanis fuiſſet & ſuperuacanea prædicatio, & fides ueſtra inanior argueretur.

INVENIMVR etiam & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum ꝙ ſuſcitauit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui nõ reſurgunt.) Minus, inquit, religioſi nos deprehendemur, utpote qui Deum calumniantes reſurrexiſſe affirmemus qui non reſurrexit. Id enim eueniat neceſſe eſt, ſi mortui reſurrecturi non ſunt, quod quia ut ita futurum ſit, eſt plane abſurdius. Nec illud credendum, non aliquando mortuos reſurrecturos.

Reſurrectio mortuorum adſtruitur.

NAM SI mortui non reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit, ꝙ ſi Chriſtus non reſurrexit, uana eſt fides ueſtra.) Iiſdem ruſum nitiẽ rationibus. Propterea, inquit, hic reſurrexit ut cunctis mortalibus reſurrectionẽ pararet. Quod ſi nulla mortuorum futura ſit reſurrectio, ergo nec reſurrexit Chriſtus. Id uero ſi concedatur, & fidem ueſtram inanem eſſe dicamus neceſſe eſt, quod eſt omnino abſurdum.

ADHVC ESTIS in peccatis ueſtris.) Si enim Chriſtus non reſurrexit, ergo nec mortem ſubiuit. Si minus eſt ille mortẽ perpeſſus, neq; peccata diſſoluit. Mors quippe illius, peccatorum eſt reſolutio. Inquit enim, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Agnum uero eum appellat, qui fuerit occiſus, & noſtri gratia immolatus. Quod ſi haud quaq̃ eſt Chriſti morte delictum ſublatum, eſtis ſane delicto obnoxij, in eoq; permanetis. Cur ergo exiſtimatis fuiſſe uos crimine hoc liberatos?

ERGO ET qui dormierunt; in Chriſto perierunt.) Hoc eſt, qui ob Chriſtum ſunt morte affecti, adeptiq; & martyrij palmam, deperditi forent, ni & reſurrectionis ſpes eſſet. Omnes præterea in Chriſti fide dormientes, qui uitam uixere arctiorem, perijſſe uidentur, cum mundi huius priuantur uoluptatibus, neq; ullis in poſterum bonis fruentur, ſi tollitur reſurrectio.

SI IN HAC uita tantũ in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hoĩbus.) Si ad uſq; hanc uitam, ſpes omnis noſtra prouehitur, in eaq; & ſola uerſamur, neq; hanc præter, quicq̃ ultra cupimus, nos qui in Chriſto ſperamus, hoc eſt, quorũ eſt in Chriſto ſpes ſita, neq; aliam ullam opperimur in cœlo uitã, miſerijs haud dubie & calamitatibus cæteros hoĩes anteimus. Quippe, qui neq; pręſentibus fruimur, ut diximus ſupra, & futuris carebimus. Quia, ut inter uos quidã exiſtimãt reſurrecturi, nõ ſumus. Dicet aliquis, ſolam animã uſum eſſe bonorũ cœleſtium habiturã. Verum quid illud, neq; eñi hæc ſola laborem ſuſcepit, ſed corpus etiã bonis actibus iſudauit. Quo ergo pacto par illud uideri debet, ut corpus q̃d maiores labores ſubierit, nil prorſus futurũ habeat & præmiorũ ſit expers? Sola q; aĩa coronet.

Corpus etiam glorificandũ.

NVNC AVTEM Chriſtus reſurrexit a mortuis, primitiæ dormientium effectus eſt.) Cum oſtendiſſet quot abſurda ex reſurrectionis diffidentia orirentur, reſumpta oratione, ſic inquit. Contingent ſane quæ diximus, ſi nulla futura eſt communis omnibus reſurrectio, quod nec ſecus haberi debet, quam ſi Chriſtus ipſe non reſurrexerit. Nunc autem conſtat haud dubie Chriſtum reſurrexiſſe, ergo & uniuerſi a mortuis excitabuntur. Neq; tanta abſurditas ſubſequetur. Ex mortuis uero frequenter uſurpat, ut ora obſtruat Manicheis, qui aliter ſentiunt. Quod ſi primitiæ hoc eſt, præuius ille & dux dormientium reſurrexit, uel mortui omnes ſuſcitabuntur. Habet enim & qui præceſſerit ſe ſubſequentes, tum uel maxime cũ e multis unius rei cuiq̃ initium dederit, quæ ſit per cæteros exequenda.

Reſurrectio mortuorũ deſtruitur.

QVONIAM quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur.) Cauſam infert, qua ſua dicta confirmet. Erat enim neceſſe, ut natura ipſa quæ plane ſuccubuit, uictrix euaderet, & ille uictoriæ palmã referret, qui fuerit proſtratus. Nã ut in Adã, hoc eſt in Adę delicto, oẽs ſunt morti obnoxij, ſic & in Chriſto reſurrecturi ſunt oẽs. Quia ſine peccato ſit unus ille inuentus, nec morti obnoxius, & uolens paulopoſt reſurrecturus obierit. Fieri eñi non poterat, ut uitæ dux illi corruptionĩ ſubijceret, q̃ oĩa Manicheos cõuincũt & refutãt, qui mortuos negãt reſurrecturos.

Manichei negabãt reſurrectionem mortuorum.

VNVSQVISq; autem in ſuo ordine.) Et ſi intelligis omnes eſſe uiuificandos nequaq̃ uel peccatores ipſos ſaluos fore exiſtimes. Quod ad reſurrectionem autem ſpectat, uitam quidem ſunt omnes habituri, ſuo tamen quiſq; ordine permanebit, & uti fuerint emeriti ſinguli.

PRIMITIAE Chriſtus, deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt. deinde finis.) Principium & uia reſurrectionis factus eſt Chriſtus, poſt hũc qui Chriſti ſunt, hoc eſt omnes fideles, & qui in eo probati ſunt priores reſurgent,

eodem ce-

eodem celitus deſcendente. Hoc enim prætendit, cum in eius aduentu inquit. Oportet nanꝗ & aliquod habeant priuilegium iuſti vel reſurgendo. Nam ut in aera obuiam Chriſto procedent, ſunt rapiendi, ita & primi a mortuis excitantur, quemadmodum contra & peccatores in terra & locis inferioribus hiſce iudicem ut damnati opperientur, mox & finis reſurgendi omnibus fier, utpote cunctis una ſuſcitatis. Neꝗ ut in præſentia, cum ſolus ſurrexerit Chriſtus, & ſuo loco permanent res humanæ, ſic tunc pari erunt conditione, ſed finem omnia aſſequentur.

CVM TRADIderit regnum Deo & Patri.) Duo ſunt apud ſacras literas regnorum genera, alterum utiꝗ fit ex coniunctione quadam & ſanguinis neceſſitudine, alterum ex ipſa rerum creatione. Imperat eñ Deus & Gentilibus, & Iudæis, & horum dæmonibus vel inuitis, iure creationis. Quippe quia eos condiderit. Imperat aũt fidelibus ipſis & ſanctis ultro ſeſe illi ſubijcientibus, coniũctionis de cauſa. De hoc vero imperij genere ſic diſſerit Dauid. Poſtula a me, & dabo tibi gentes. Et alibi IESVS. Data eſt mihi oĩs poteſtas. Eiuſmodi itaꝗ regnũ & Patri tradit, hoc eſt complet & perfectius reddit. Exempli gratia. Imperator quiſpiam Filio bellũ aduerſus remotiſſimas nationes procurandũ demandat. Subactis itaꝗ gentibus illis, & bello finito, dici tunc ꝗdem Filius poteſt, bellum Patri tradidiſſe. Hoc eſt, demandatũ ſibi a Patre negotium, abſoluiſſe. Dicit itaꝗ Paulus, tunc omnia finem eſſe iam nacta & terminata, cum ea ſuæ ditioni ſubiecerit Filius. Chriſtus nanꝗ in nobis tunc perfecte imperiũ eſt habiturus, cum non amplius inter nos diſſidebimus, nec Deo partim, partim dæmonibus paruerimus. Quo fit ut Patri Chriſtus, haud ſecus ꝙ a tyranno quopiam arreptum imperium, expeditum & liberum tradat.

Regnũ duplex in ſacris literis

CVM EVACVAuerit omnem principatũ, & poteſtatem, & virtutem.) Hoc eſt, quando deuicerit & ceſſare fecerit prauas omnes hic poteſtates. Quæ ut in præſenti plurifariã operanẽ, & iugi ſunt actione, ſic demũ tunc ceſſabũt & conquieſcent.

OPORTET autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, nouiſſime autem inimica deſtruetur mors.) Quoniam Deum dixerat, quæ ab ſe deſciuiſſent poteſtates, inanes & vacuas redditurum, præfixurumꝗ trophæa in victoriæ ſignum, merito quis dicere ſubdubius & hæſitans poſſet, nullo cum pacto futurum infirmiorem, ſed neceſſario regnaturum, hoc regis inſtar, & præpotentis factitare hunc omnia oportere, quouſꝗ & hoſtes ſubegerit, et mortem demũ ipſam ſubijciat pedibus. Perſpicuum prȩterea eſt, uti vel ſua opera, mortem ſit ſub iugum miſſurus. At quo pacto mortis huiuſce ſeruitus apparebit, & hanc ipſam conſtabit fuiſſe ſubactam, niſi euomat quæ olim exceperat corpora. Tunc enim hanc proprie deuictam dicemus fuiſſe, cum eius exuuiæ diripientur. Haud quaquam igitur, ubi auditu forte perceperis om̃em hunc eſſe Chriſtum mortis dominatũ, & poteſtatem deniꝗ ſublaturũ, verendum erit, perinde ac ſi extenuatus ille, & rei huiuſcemodi impotens, ut id perficere nequeat. Quippe qui cunctis imperitando omnia exequeẽ, et bellũ ipſum pertractabit, quouſꝗ inimicos omnes ſubijciat. Vides quemadmodũ, donec, particula, hic non ut futurum tollat poſita ſit, ſed ea quæ explicata eſt cauſa. Perſtat eñ eius, inquit, imperiũ neꝗ lenteſcit, aut debilitaẽ, donec omnia compleat. Rebus vero omnibus abſolutis, longe magis nullus erit illius imperij finis. Baſilius autem Chriſtum regnare oportere ita interpretaẽ. Perinde ac ſi ſubiectionem operreẽ, ut nos ſua ſub ditione conſtituat, ea lege, ut cum illi ſubijciemur, paruerimuſꝗ, deſinat eiuſmodi in nos imperiũ exercere. Hoc eſt, ſtudium eius omne nobis imperitãdi, & actio conquieſcet. Quemadmodum eñ faber murarius tam diu conſtruit domũ, quam diu ad eius faſtigiũ prouectus ab opere faciendo deſiſtat, ſic Filius ipſe imperitat, hoc eſt ſuũ in nobis exercet hic dominatũ, quouſꝗ ſibi ſubijciamur.

Donec particula quomodo Baſilius.

OMNIA ENIM ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem dicat omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.) Quoniam dixit de Filio quod hoſtes eſſet inanes & vacuos redditurus, præfixuruſꝗ & trophea, & veritus eſt, ne

aliud quoddam inducere principium, & ingenitus eſſe Filius putaretur. Idcirco omnia ad Patrem refert, inquiens. Cum Filio ſubiecisſe inimicos. Cunq; ad Gentiles homines ſcriberet, qui Iouem crederent Saturnũ patrem olim inſectatũ, eundemq; imperio priuaſſe, cauens ne tale aliquid de Filio Dei ſuſpicarenẽ, perinde ac ſi Patri inſurrexiſſet, ſic inquit. Omnia Filio præter eum ſubiecit, hoc eſt, præter ſe Patrem. Quippe qui reliqua Filio potius ſubieciſſet.

Pauli mos in ſcribendo.

CVM AVTEM ſubiecta fuerint illi oĩa, tũc & ipſe Filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi oĩa.) Ne quis diceret, & ſi minus Filio ſubiectus eſt Pater, haud quaquã impedit, q̃n illo ſit potentior Filius. Quã quæſtionem imprimis Paulus ſuſtulit, inquiens. Filiũ ſe Patri ſubiecturũ. Sic ſummã Filij cum Patre concordiam patefacit. Quo circa intelligas velim Patrem cauſam eſſe & originẽ eiuſmodi potentiæ Filio, neq; Filiũ aliam quandã eſſe potentiam Patri obſiſtentem & obuiam. Quod ſi ultra modũ humili ſit & abiectiori dictione uſus, nihil mireris. Conſueuit em̃ Paulus cũ aliq̃d eſt radicitus auulſurus, rem magis ac magis augere. Exempli gr̃a. Cum oſtenſurus eẽt fidelẽ mulierem nullã ex eo iacturã perpeti poſſe, ſi viro infideli copularẽ, ſic dixit. Vir infidelis per mulierem &c̃. Non tamẽ exprimens q̃d ſanctior efficiaẽ, ſed verbi quadã excellentia arguens, nil prorſus fideli fœminæ nocere, ex eiuſmodi copula potuiſſe. Nec ſecus hoc loco, ac dctũ eſt, ſubiectõis hoc noĩe auellit penitus & eradicat prauã quamuis ſuſpitõem, quã inducere q̃ſpiam auderet, videlicet q̃ Patre ſit potentior Filius, utpote qui res tantas moliri & perficere valeat. Nyſes vero Gregorius ille, ſic ſentit. Filiũ ſcilicet noſtra oĩa pro ſuis habere, ſubiectionem inſuper noſtrã propriam ducere. Hoĩes vero diſſenſionibus niti aduerſus Deũ, quando quidem hũc negant fideles, & fideliũ pleriq;, quia vitijs dediti haud quaq; illi obtemperant. Cum aũt infideles eius notiõem habebunt, quẽ in præſentia diffitenẽ, nosq; fideles vitæ huius vitia cum virtutibus commutabimus, tunc Filius ſubeſſe diceẽ, quippe qui humanam indutus perſonam, noſtra omnia pro ſuis duxerit.

Gregorius Nyſſenus.

VT SIT DEVS omnia in oĩbus.) Hoc eſt, ut omnia a Patre dependeant, ne q̃s forte duos liberos principatus diuulſos & diſciſſos ab inuicem ſuſpiceẽ. Siquidem inimici Filij pedibus proſtrati ſubiaceant, Filius vero nihil a Patre diſſideat, Quin potius ut Filium decet Deo ſubiectus ſit Patri, ſic Deus oĩno & Pater erit omnia in omnibus. Nonnulli aũt ex his volunt nequitiæ ſignificari interitum, q̃ Deo omnia ſubſint. Cum em̃ prorſus Peccatum fuerit ſublatum perſpicuum eſt, Deum eſſe in omnibus oĩa, quin etiam cum haud quaquam ultra in iſtiuſmodi vitæ irritamentis & vitijs ipſis verſabimur, nil penitus Deũ in his offendẽtes, ſed Dei oẽs ſpẽm aliquã preferemus, eundẽq; colendũ unice ſuſceperimus tũc deus ipſe nobis oĩa ſuppeditabit. Quippe q̃ & cibus nobis, et potus, & amictus, inſuper & cogitatio, & motus de- (niq; futurus eſt.

ALIOQVI q̃d facient, q̃ baptiçanẽ pro mortuis, ſi oĩno mortui non reſurgũt, ut quid baptiçanẽ pro illis?) Mos eſt Marcioniſtis hæreticis, cum aliquis apud eos ſine Baptiſmo deceſſerit, eius qui vita iam functus eſſet feretro viuum aliquem ſubmittere hoĩem. Proinde feretrũ ipſi adeuntes a mortuo ſciſcitanẽ, utrũ ei libeat baptiçari, moxq; qui latitat viuus, de loco ĩferiore reſpondens, ſe velle inquit, aſſerentemq; demortui loco baptiçabant. Hic itaq; prauæ huius conſuetudinis inſimulati, Apoſtolũ dictitant eam reminiũxiſſe. Producuntq; dementes illi & veſani id dictũ, quod haud quaq; ita ſe habet, ut ipſi affirmant. Porro qui erant Baptiſmũ accepturi, integra pronũciabant Fide ſimbolũ, moxq; & illud credo mortuos reſurrecturos. Inquit itaq; Paulus, qui futuram credunt mortuorũ corporum reſurrectionem, ſub ſpeq; eiuſmodi ſunt baptiçati, quidnam ſint, cum eis Christus ſit occurſurus, acturi? Quid præterea reſurrectionis gr̃a prorſus homines baptiçanẽ, hoc eſt pro reſurrectionis expectatione, ſi mortui non reſurgunt?

Marcioniſtarũ mos ueſanus.

VT QVID & nos periclitamur omni hora.) Si ad reſurrectionis argumentũ haud quaquam id omne admittitis, quod plane profitenẽ Baptiſmo abluti, vocem

ſaltem ex-

ſaltem excipite, quæ ipſa re comprobatur. Nos nanq; Apoſtoli uniuerſi periculis agitamur aſſiduis. Cur ergo huiuſmodi diſcrimina ſubiremus, aut cuiuſmodi meriti alterius gratia, ſi nulla certior eſſet futura humanorum cadauerum reſurrectio? Quod ſi ob inanem gloriam & iactantiæ cauſam malit quis ſe periculis offerre, ſemel id, aut amplius his ille optauerit. Verũ ſingulis momentis velle periclitari, ſummo indicio eſt, nos de reſurrectione eſſe iam certiores.

QVOTIDIE morior propter veſtram gloriam fratres, quã habeo in CHRISTO IESV domino noſtro.) Cum inquit, ut quid periclitamur, diſcriminũ expreſſit magnitudinem, vel potius aſſiduas mortes. Verum quo pacto diebus ſingulis mortem obibat Apoſtolus. Quid ni? Animi promptitudine, & quia eſſet ad mortem ſubeũdam ſemper paratior, taliaq; pateref, quæ mortem afferrent, propter veſtram gloriam, hoc eſt, veſtri profectus gratia, quo ipſe glorior. Cedit nanq; diſcipulorũ in meliora progreſſus, ad gloriam præceptori. Qua re poſtmodum Deo commiſſa, ſic inquit. Quam habeo in CHRISTO IESV. Cuius videlicet id om̃e eſt opus, non meum, perinde ac ſi dicat. Quemadmodũ vobis proficientibus laudem mihi & gloriam vendico, ſic remiſſior ipſe efficior, & anio conſternatus, cum calamitoſe adeo vobiſcum agatur, ut rationi iam diffidatis.

Paulus ſemper mori paratus.

SI SECVNdum hoĩem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt.) Quam cum, inquit, ad homines Epheſi conſedi, bellumq; mihi haud dubie cum beſtijs fuit. Quid em̃ ſi Deus me periculis exemit, quid inquam mihi ex eo potuit utilitatis obueniſſe, ſi nulla futura eſſet reſurrectio. Illud aduerſus beluas certamen appellat, q̃d cum Iudæis & Demetrio Argirocopo inierat Epheſi. Quid em̃ a beſtijs ipſis diſtabant? Si mortui, ut iſti affirmant, haud quaquam reſurgunt?

MANDVCEMVS, & bibamus, cras enim moriemur.) Si nulla eſt futura mortuorum reſurrectio, conſequens eſt, ut in eo ſæculo nulla ſit bonorum fruitio. Fruamur interea præſentis ſæculi bonis, edendo & præpotando. Id eſt, duntaxat nobis erit lucri. Hoc autem dictum, ab Eſaia deſumptum eſt, vulgo illorum dementiam increpante, qui nullam aſſerunt reſurrectionem.

NOLITE ſeduci; corrũpunt mores bonos colloquia mala.) Ad caſtigationem diuertit ſermonẽ, ſenſimq; hos & leuitatis incuſat & dementiæ. Hoc em̃ prætendit, cũ nolite errare inquit. Bonos aũt mores qui facile circũueniunt, appellat. Arguit præterea Corinthios, ad reſurrectionem hanc diffitendã, ab alijs fuiſſe deceptos.

EVIGILATE iuſti, & nolite peccare. Ignorantiam em̃ Dei quidam habent.) Haud ſecus ac temulentis vigilantiam Corinthijs iniungit Apoſtolus. Iuſte autem perinde ac ſi vtiliter interpretetur. Poſſunt em̃ homines, veluti ſuper prauo aliquo facinore & abſtinere, ut Græce habet, & vigilare. Et nolite peccare ſubiungit. Nam ex hmõi peccandi licentia veſtra hæc de reſurrectione oritur incredulitas. Quippe qui malorum ſibi ſunt conſcij, nullam eſſe exiſtimant tormentorum formidine, reſurrectionem. Dei autem ignoratione tenentur, qui nullam reſurrectioni adhibent Fidem. Non enim norunt Dei potentiam. Neq; habetis dicit, ſed habent, tam prauum imminuens facinus, cum in alios illud reijciat.

Incredulitas futuræ reſurrectionis ex peccandi licentia.

AD REVERENTIam vobis loquor.) Cum ſatis iam eos carpſiſſet, ſic inquiens conſolatur. Iſtiuſmodi vobis loquutus ſum, non ut infenſus & hoſtis inceſſerem contumelijs, ſed pudore afficerem. Græce enim verecundiam habet, & eius rei ob gratiam, ut correctos vos tandem & caſtigatos, & verecundia quadam affectos, ad veritatis notionem traducerem.

SED DICET aliquis, quomodo reſurgũt mortui, quali autem corpore venient?) Haud quaquam ipſi id affirmatis. Sed alius quiſpiam inquit, dicit. Quod eo facit, ut ſine aliqua animi paſſione ſua hæc videatur deprompta oratio, perinde ac ſi alijs minus reſurrectura corpora exiſtimãtibus, rem ipſam diſquirat. Duo igitur quædam in dubitationem veniunt, modus ſcilicet reſurgendi, quo pacto corpus in cineris ſe-

 mel colla-

mel collapſum & reſolutum ſubleuetur. Et quo corpore, hocne an alio quopiam. Vtraꝗ autem hæc graui exemplo, diſſoluit.

INSIPIENS tu quod ſeminas non viuificatꝰ, niſi prius moriatur.) Ex re notiore & ab his continue geſta obiecta diſſoluit, eoꝗ & inſipientes appellat, utpote qui rem adeo notam ignorent. Tu, inquit, qui ſemias. Hoc eſt, tu qui corruptibilis es, id agis, quid ergo ambigis idipſum & Deo licere. Non eñ viuificatꝰ, inquit, niſi & moriatꝰ, verbis uſus nihil ſemini propinquioribus, aut accõmodis, ſed corporibus ipſis. Neꝗ eñ intulit, haud quaquam ſcilicet germinat niſi & reſoluatꝰ, ſed minime viuificabitꝰ, inquit, niſi & moriatꝰ. Aduerte autem quemadmodum ad id quod contra facere videtꝰ, ſermonem cõuertat. Corinthijs nanꝗ illud, ut mortui reſurgamus videbatꝰ abſurdius. Paulus vero contrario aſſerens ait, eo nos ſuſcitari, quia et morimur, perinde ac ſi non aliter liceat in vitam reduci, niſi mors ipſa præceſſerit.

ET QVI ſeminas, non corpus quod futurũ eſt ſeminas, ſed nudum granũ, utputa tritici, aut cæterorũ cuiuſpiam.) Cum duo dixerit, ſubdubitari poſſet, quemadmodũ ſcilicet mortui excitentꝰ, et quo ſint corpore reſurrecturi, reſurgendi modum

Corpus ſplendidius reſurrecturum.

iam ſoluit, quia per mortem is fiat, & in tritici morem. Nunc aũt explicans, quomodo reſurrecturi ſunt mortui, & reliquum aperit, quo de ambigebatur. Inquit itaꝗ ꝙ corpus illud idem ſuſcitatꝰ, hoc eſt, quod eiuſdem ſubſtantiæ ſit. Splendidius tamen & comptius redditꝰ. Hæretici vero non idem illud quod fuerat dictitant ſuſcitari. Id eñ, inquiunt, prætendit Apoſtolus, cum dicit. Non corpus quod futurũ eſt ſemias, cum ille haud quaquam ſic ſentiat. Sed id haud dubie exprimit. Non ſeminas ipſe quale futurũ eſt, fulgentius ſcilicet & ornatius, ſed nudum & tritici grani potius ſimilitudinem, e quo ſpica ipſa pulchrior ita enaſcitꝰ, ut nequaquam idem ſint ſpica & granũ. Neꝗ eñ in ſpicæ formã illud eſt ſatũ, culmo videlicet & ariſtis obductũ, ſed nudum. Neꝗ pro eo aliud quippiam proſeminatũ. Quippe non ex frugum aliarũ cocco, ſed ex nudo illo frumenti grano ſpicam ipſam prodiſſe conſtat.

DEVS AVTEM dat illi corpus ſicut vult.) Si Deus, inquit, daturus eſt corpus, quid ipſe tam curioſe inquiris, quali ſumus corpore reſurrecturi, & reſurrectioni diffidis, cum Dei potentiam audis, & voluntatem? Deus quidem reſolutum ſuſcitat corpus, præſtantius tamen pulchritudine, & Spiritu redditum. Quod plane poteſt vel in ſeminibus ipſis comprehendi. Si quidem mandato terræ ſemine, formoſius longe ſurgit, quod pullulat ex eo & procreatur.

ET VNICVIque ſeminũ proprium corpus.) Id prorſus hæreticorum obſtruit ora, aſſerentiũ. Non idem hoc corpus, ſed aliud quoddam eſſe in reſurrectione deniꝗ ſuſcitandũ. Ecce iam audis propriũ eſſe cuiꝗ corpus conceſſum.

NON OMNIS caro, eadem caro, ſed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium.) Ne forte cum intellexeris granũ pari modo omne & paſſim concreſcere, ſic etiam in reſurrectione exiſtimes, honore ſimiles fore omnes, de dignitate oſtendere nititꝰ, vel reſurgentiũ fore diſcrimen. Quod pręueniens patefacit, cum dixit. Vnuſquiſꝗ in ſuo ordine. Adiecit præterea, nõ omnis caro eadem caro.

Iuſtorũ corpora quantũ differant à corporibus impiorum ĩ reſurrectiõe.

Hoc eſt, nequaꝗ omnes pari honore reſurgent. Sed tantũ iuſtorũ differunt corpora ab impiorũ corporibus, quantũ a terrenis hiſce, cœleſtia. Erit præterea & iter iuſtos ipſos haud parum graduũ diſcrimen, quemadmodũ in ſubſequẽtibus dicturus eſt. Quin etiam vel inter improbos ipſos diſtabit plurimũ. Inquit eñ, quemadmodum caro humana a pecorum & reliquorũ brutorum eſt longe diuerſa, ſic erit peccantibus & damnatis, vel in ipſis ſupplicijs magna diuerſitas. Quæ autem dicta in pręſentia ſunt peccatorum duntaxat exprimũt differentiam. Eſt nanꝗ de iuſtis paulo poſt dicturus, cum de cœleſtibus ipſis faciet corporibus mentionem.

ET CORPORA cœleſtia, & corpora terreſtria. Sed alia qdem cœleſtium gloria, alia aũt terreſtrium.) Hoc loco, quemadmodum diximus, differentiam exprimit, qua iuſti & reprobi inter ſe differunt. Iuſtos quidem cœleſtia corpora nuncupans,

reprobos

reprobos vero terreſtria. Et alia quidem eſt iuſtorum gloria, peccantium alia, quorum haud tamen dicenda eſt gloria. Neq; ẽm hæc illis concedit̃, ſed gloriæ loco vita quædam intelligenda, hoc eſt, aliter longe cum peccatoribus actum iri.

ALIA CLARITas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarũ. Stella enim a Stella differt in claritate.) Quemadmodum paulo ante noxiorum & delinquentium corporum explicauit differentiam, ab ipſis hominibus initium ſumens, deinceps pecorum & piſcium meminit. quod Peccatores ipſi a principio homines conditi, mox in irrationabilium animantium ſint ſimilitudinem delati, ſic & iuſtorum exponit diſcrimen, omnes inquiens in claritate ſunt, ſed alius quidam eſt Solis ſplendor, & alius Lunæ. Nam & ſtellæ inter ſe differunt fulgore, & claritate. Eſt ẽm aſtrorum gloria lux ipſa & ſplendor. Nonnulli vero cœleſtia corpora pro ipſis angelis accepere. Nec recte arbitror, quod inde liquet, cum Solem alibi, & Lunam, & ſtellas inducit. Quo fit ut de iuſtis potius haberi ſermo hic videatur.

Stella à ſtella differt.

SIC ET reſurrectio mortuorum.) Sicut mortuorum varia eſt reſurrectio, quemadmodum ſuperioribus exemplis explicatum iam eſt.

SEMINATVR in corruptione, ſurget in incorruptione.) Superius cum de ſeminibus diceret, verbis eſt uſus corpori proximioribus, ſicuti non viuificat̃ inquit, niſi & moriat̃. Nunc de corporibus differens, verbis utitur ſeminibus proximis. Seminat̃ inquiens in corruptiõe. Semen aũt nunc non illud dixit, q̃d vuluæ, ſed quod terræ demandari videt̃. Quandoq̃dem & ipſa cadauera ſepulchro condunt̃, perinde ac ſi inquiat. Deponunt̃ in terram demortua corpora in corruptione, hoc eſt, ut corrumpant̃. Bene aũt ſurgit dixit, non naſcit̃, ne terræ id opus eſſe exiſtimes.

SEMINATVR in ignobilitate, ſurget in gloria.) Quid enim mortuo homine eſt ignobilius? Surgitur tamen in incorruptionis gloria, tam & ſi haud pari honore fruantur omnes.

SEMINATVR in infirmitate, ſurget in virtute.) Nihil valet vel ad quintũ diem caro demortua corruptioni reſiſtere, ſurgit tamen in corruptionis potentia. Quandoquidem comprehendi corruptione nulla hæc poſſit, tam & ſi peccatoribus maiori ſupplicio futura ſit incorruptio.

SEMINATVR Corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.) Animale corpus ab anĩali potentia regit̃, in quod & anĩa ipſa imperiũ habet, & gubernationem. Spiritale aũt, quod Spiritus ſancti opera abunde utitur, ab eodemq; & gubernat̃. Qui Spiritus in nobis & ſi in præſentia operat̃, non tamen adeo, neque tam aſſidue. Quippe qui delinquentibus nobis abſcedit ſtatim, & auolat. Eodemq; præſente, anima corpus ipſum moderatur & regit. Tunc aũt cum reſurgemus, perpetuo idem iuſtorum corporibus aderit Spiritus. Vel ſimpliciter ſpiritale dixit, quia incorruptũ perinde ac tenue magis ac leuius, & quale in aerem deferri poſſit. Non tamẽ eiuſmodi quale aſſerit Origenes, aerium ſcilicet & ethereum, vel ex aeris ipſius vel etheris ſubſtantia compactum. Q; ſi corporum reſurgentium incorruptioni diffidis, reſpice cœleſtia illa quæ interea neq; ſeneſcunt, neq; labore ullo conficiuntur. Itaq; qui creauit noſtra hæc corpora, quæ facile corrumpuntur, incorruptibilia reddit.

Animale corpus, ſpiritale corpus.

Origenis error.

EST CORPVS animale.) Quod nunc gerimus in præſenti hac vita.

EST ET corpus ſpiritale.) Quod ſumus in futurum habituri; idem illud exiſtens, quod eſt in præſenti. Animale vero, hoc eſt corruptibile.

SICVT SCRIptum eſt, factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in Spiritum viuificantem.) At qui hoc primũ traditum literis fuiſſe conſtat, poſtremũ vero illud nequaquam. Sed ex rerum ipſarũ conſequentia & euentu dignoſcitur. Scriptum tamen vel id dicit fuiſſe, quemadmodum & propheta de Hieruſalem dixit. Vocabit̃ iuſticiæ ciuitas, cum tamen haud quaquam id explicaſſet. Et Euangelium dominũ Emanuel nuncupat, cum ipſe minime ſic diceret̃, ſed res ipſe vocem hanc indiderunt & nomen. Primus itaq; Adam, homo erat in aniam

Primus Adam
Nouiſſimus Adam.

uiuentem effectus. Hoc eſt, corpus habebat animæ viribus gubernatum. Nouiſſimus vero, qui Chriſtus eſt in Spiritum viuificantem. Non em̄ viuentem dixit, ſed viuificãtem. Id exprimens, quod & præſtantius erat, & longe maius. Dominus nanq; ſubſtantialiter habebat Spiritum ſanctum ſibi unitum, quo & propriam carnem uiuificabat, & nobis per eum eſt incorruptionem largitus. Quo fit, ut vitæ huius corruptibilis, pignora in priori Adam ceperimus, futuræ vero in Chriſto.

SED NON prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpiritale.) Ne quis forte quæ rat. Cur ergo corpore hoc animali, quod deterius eſt, nunc ipſi potimur, ſpiritali vero ſumus quod ſatius eſt potituri? Reſpondet utriuſq; principia ſic fuiſſe diſpoſita. Adam primo, poſtremo Chriſtum. Ita fit, ut in melius proueharẽ res noſtræ. Quin etiã perſuaſum habeas velim, vel ea quæ nũc in te inſunt corruptibilia hæc & peiora, in id quod incorruptũ eſt & præſtantius, cõmutatũ iri.

Adam quid.

PRIMVS homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis.) Ne optimum negligant viuendi modum, futurum eſt, ut de vita eos commonefaciat, quæ Deo ſit placita, inquit itaq;. Adam fuiſſe ex terra progenitũ, & idcirco eſſe hoc nomen ſortitum. Adam em̄ ſignificat terreum, & e puluere plane effictum. Secundus vero homo, dominus ſcilicet, e cœlo erat. Quorum alterum a deteriore denominat, alterũ illum & ſecundum a potioribus nuncupat. Neq; propterea ꝙ homo ſiue ipſa humanitatis aſſumptio e cœlo eſſet, quemadmodum demens ille Apollinaris delirabat, ſed ꝙ una ſit unius Chriſti perſona. Et homo de cœlo eſſe propter unitatem dicitur, & Deus fuiſſe eandem ob cauſam crucifixus aſſeritur.

Apollinaris error.

QVALIS terrenus, tales & terreni.) Hoc eſt, pariter & perditum eunt, & interibunt. Vel quia Peccati mortem obituri ſunt ij, qui terrenis rebus inhæſerint.

QVALIS cœleſtis, tales & cœleſtes.) Hoc eſt, ſic immortales ſunt permanſuri, & claritate fulgentes. Nam & ſi ſecundus Adam mortuus eſt, mortem tamen ut ipſe diſſolueret, mortem ſubiuit. Vel aliter. Ipſi ſcilicet diuinam vitam degentes, perinde ac ſapientes cœleſtia glorificabuntur.

IGITVR SIcut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginem cœleſtis.) Hoc loco enodatius retegit orationis in commonefaciendo figuram. Imaginem aũt terreni praua ipſa facinora dixit. Cœleſtis autem imaginem, optimam actionem. Quemadmodum igiẽ. in nequitia viximus tanquam terreni filij, & terreſtria ſapientes, ſic rurſus in virtute victuri ſumus, utpote qui cœleſtis imaginem imitando ſeruabimus. Imago qdem terreni, ut illud, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Imago autem cœleſtis mortuorũ eſt reſurrectio, & incorruptibilitas ipſa. Ita ut tanquam de reſurrectione, non de modo viuendi dicta hæc fuiſſe intelligendum ſit. Et illud. Portabimus imaginem cœleſtis, non conſulentis eſſe dictum intelliges, ſed rei futuræ indicium. Hoc eſt, ꝙ cœleſtem ſumus imaginem portaturi.

Actiones carnales non hæreditabunt cœlum.

HOC AVTem dico fratres, qa caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere non poſſunt.) Poſtquã imaginẽ terreni expreſſit, perinde ac ſi eandẽ interpreteẽ, ſic inquit. Quoniã caro & ſanguis, ꝙ imaginẽ præferũt terreni, hoc eſt carnales actiões, & corporis craſſitudini cõformes, quæ haud quaq; poterũt cœleſtis regni conſeq hæreditatẽ.

NEQVE CORruptio incorruptelam poſſidebit.) Hoc eſt, nequitia, animi ingenuitatem corrumpens, nequit gloriam illam poſſidere. Et bona incorruptibilia. Poteris & hæc omnia, non ad vitæ inſtructionem referre, ſed uti de reſurrectione eſſerant, capere. Videlicet caro & ſanguis, id eſt, quod ex carne & ſanguine hoc corpus concretũ in futuro ſæculo cœleſti imperio non potiaẽ. Quo in ſæculo, nec potus erit, nec cibatus, qbus oĩno tale corpus nutriẽ. Neq; corruptio, hoc eſt corruptibile corpus, incorruptibilia vendicabit. Neceſſe eſt itaq;, ut ſpiritale noſtrũ hoc corpus, corruptionis ſit expers futurum. Tam & ſi Baſilius hæc ab Apoſtolo dicaẽ eo fuiſſe prolata, ut Corinthios ad recte viuendum cohortaretur.

ECCE MYſteriũ vobis dico.) Ad conceptũ de reſurrectione ſermonẽ, iam redit. Pollice-

dit, polliceturq; ſe illis horribile q̃ddam & archanũ denunciaturũ. Sic illos, quemadmodũ plurimi faciat, aperit. Qñ ea q̃ recõdita ſint, neq; liceat ſibi effari, dicturus ſit.

OMNES QVIdem reſurgemus, ſed non omnes imutabimur.) omnes q̃dem non moriemur, omnes autem imutabimur, ſic græce.) Non oẽs, inquit, ſunt morituri, verũ omnes imutabimur. Vel ij, qui non moriunť, hoc eſt, qui ad incorruptionem transferunť. Nequaquam igiť cum moriendũ ſit, vereri debes, q̃n reſurrecturus ſis aliquando. Ecce iam tibi prædico pleroſq; mortem eſſe non obituros, haud tamen id illis ad eam reſurrectionem ſat valet, niſi & imutenť. Et ſic ex hac corporũ mortalitate, ad imortalitatem pertranſeant. Vt itaq; illi cũ mortis imunes ſint, nihil ex eo capiunt utilitatis. Sic nobis mors ipſa effecerit, illis vero mors eſt imutatio. Moritur nanq; in eis corruptio, incorruptibilitatem deniq; commutata.

IN MOMENTO, in ictu oculi, in nouiſſima tuba.) Hoc eſt, momentaneo tempore, & breui admodum, & quanto diſtringi ſupercilium poſſit, res eiuſmodi fient. Neq; ſolum mirum illud videri debet, quod tabida iam & putrefacta reſurrectura cadauera ſint, quodq; ſinguli proprium ſint recepturi corpus. Sed quia tanta ſit hoc celeritate futurum, ut nequeat explicari. Nonnulli autem in nouiſſima tuba ita intellexerũt. Perinde ac ſi illud ab Apocalypſi Ioannis Euangeliſtæ deſumptum ſit. E ſeptem nanq; tubis, inquit, priores q̃dem hominibus finem denunciant. Non enim omnes una interibunt, ſed diuerſo quiſq; tempore naturæ neceſſitati concedet. Et hoc quidem fiet diuina diſpoſitione, ut priorum, qui ſunt perempti, exemplo, qui reliqui erunt, malefactorum pœniteat. Nouiſſima autem tuba & momento, quod eſt & oculi ictu, hos & reſurgere facit & immutari.

In ictu oculi, quomodo.

CANET ENIM tuba & mortui reſurgent incorrupti.) Ne quiſpiam talia fieri poſſe in oculi ictu diffidat, certiora eſſe quæ dicit, ex Dei potentia arguit, qui eiuſmodi faciat. Inquitque tuba canet, & hæc utiq; fient. Cuius dicti perſimile iſtud eſt, ipſe dixit & facta ſunt. Per tubam autem, quæ nulla profecto in futuro iudicio erit, Dei nutum & imperiũ patefacit, qui ad omnes ſit peruenturus.

Per tubam in iudicio quid ſignificatur.

ET NOS IMmutabimur.) Haud quaquam de ſeipſo id aſſerit Paulus, ſed de his qui tunc ſuperſtites erunt, & in humanis agent.

OPORTET ẽm corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere imortalitatem.) Ne forte audiens quiſpiam, q̃a caro & ſanguis regnũ Dei non hæreditabũt. Et rurſum, q̃a incorrupti reſurgẽt mortui, exiſtimet corpora ipſa p̃terea minus reſurrectura, quoniã nunc ex carne & ſanguine cõpoſita ſint, ſic iſert. Reſurgent q̃dam corpora hæc, non tñ quæ ſanguĩe ſint & carne concreta, ſed incorruptionem haud dubie cõmutata. Nota aũt hæc dicta in eos ꝓferri, q̃ aſſerant corpora non eadem illa eſſe reſurrectura, quæ in hac vita fuere, ſed alia quædã. Inquit ẽm Ap̃lus, corruptibile hoc, & mortale hoc, non aliud q̃dpiã, ſed hoc dũtaxat corpus deſignat. Quo fit, ut corpus q̃dem idip̃m maneat, non eſt q̃d induiť. Mortalitas aũt & corruptio tollitur imortalitate & incorruptione ſuperante. Differt aũt corruptio a mortalitate. Siq̃dem in aĩata duntaxat cadit mortalitas. Corruptio vero vel in ea quæ aĩa carent. Nobis itaq; inſunt nonnulla, quæ in aĩatis ſimilia ſunt. Vtpote capilli & ungues, quod & imortalitatem cũ reliquo corpore induent neceſſe eſt.

Corruptio à mortalitate, quomodo differat.

CVM AVTEM mortale hoc induerit imortalitatem, tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Mors abſorpta eſt in victoria.) Quoniã quæ p̃ter Corinthiorũ eſſent opinionẽ, explicauit Ap̃lus. Scripturæ teſtimonio hæc demũ cõfirmat. In victoria aũt, hoc eſt in fine videlicet, ut deuicta mors penitus diſperdať, neq; in poſterũ ſpes ulla ſit reliq̃.

VBI EST MORS victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?) Perinde ac rerum ipſarum fine proſpecto, effertur Spiritu, & victoriæ carmen decantat, exultansque proclamat, haud ſecus ac morte ipſa proſtrata, hanc ipſam premit & calcat. Comperies autem aliquod eſſe inferni & mortis diſcrimen, videlicet quod animas infernus contineat, mors vero corpora. Nam immortales ſunt animæ.

Scorpius animal.

STIMVLVS autem mortis, Peccatum eſt.) Peccatum nō morte erat validius quo mors ipſa pro ſtimulo utebatur. Nam ut ſcorpius minutum animal, in caudę ſtimulo vim habet omnem, ſic & mors per delictum poterat plurimum. Tam & ſi ſuis viribus minime uteretᷣ. Poteſt & præterea aliquid de IESV ſignificari, in quo cum nullum inueniſſet Peccatum, in eum moliri nil potuit.

VIRTVS vero Peccati lex.) Lex nanq̧, cū nulla conſtaret ex iuſticia, delinquentes nequaquam grauiter damnabamus. At poſtquam lex ipſa delictū mōſtrauit, et quod cauendū eſſet conſtituit, condemnauit nos acrius, ut qui ſcienter deliquimus: & Peccato vires adiecit, & fortius reddidit. Non pro ſua natura, ſed pro noſtra ignauia, qui minus recte utamur conceſſa medela. Quemadmodū in Epiſtola ad Romanos diffuſius & multis iam eſt explicatum. Non igitur ambigas de reſurrectione o homo, cum videas Peccatum eſſe ſublatum. Quod cum mors ipſa pro armis habuerit, & lex ipſa iam ceſſet, quod fuerit eius ex fine Peccati robur. Perſpicuū itaq̧ eſt, hanc mortem, quia armis ſit ſpoliata, nil amplius habere iam virium.

DEO AVTEM gratias qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM.) Domini IESV certamen eſt, hoc ille geſſit. Nobis vero collata victoria eſt, nulla beneficiorū noſtrorum viciſſitudine, ſed per Dei Patris gratiā atq̧ clementiam, qui nos per filij intenſiſſimam operam, ſuperiores effecit.

Corinthii de reſurrectione ſubdubii.

ITAQVE fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere domini ſemper.) Cum compertum apud vos ſit, eſſe omnino reſurrectionem futurā, futuramq̧ & bonorū prauorumq̧ retributionē, ſtabiles voſipſos præſtate. Erant enim Corinthij de reſurrectione ſubdubij & nutabundi. Cumq̧ & vitæ melioris eſſet apud eos neglectus, utpote qui ſe minus reſurrecturos ſperarent, abundantes, inquit, in Dei opere eſtote. Hoc eſt, non ſolum quæ Dei ſunt operamini, quin etiam abunde hæc velim exerceatis. Opus autem domini, hoc eſt, quod ſit domino gratū, quodq̧ a vobis dominus exigat, virtutem videlicet.

SCIENTES quod labor veſter non eſt inanis in domino.) Hoc eſt, ſperantes reſurrectionem futuram. Et quodcunq̧ fuerit per vos laboris impenſum, haud quaquam vobis iacturæ erit. Olim nanq̧ a vobis virtus ipſa negligebatur, quia reſurrecturos vos minime credebatis, eoq̧ neq̧ in vacuū laborem īſumere libebat. Nūc vero pro certo habetis, veſtros labores nequaquam fore inanes. In domino autem eo intulit, vel quia tunc in domīo laboramus, cum ſuperne & celitus opem excipimus, quod obuenire ex Deo gratis operibus ſolet. Vel quia haud fruſtra per eum erit domini gratia quiuis labor impenſus, qui & ab eodem ſit præmia recepturus.

CAP. XVI.

Virtutum faſtigium eleemoſyna.

DE COLLECTIS AVTEM quæ fiūt in ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite.) Abſoluto de dogmatibus ipſis ſermone, ad virtutū faſtigiū eleemoſynā venit, leuiorē initio ſtatim hanc ipſam rem faciens. Leue eñ ſingulis videbatᷣ, quod erat a multis collatū. Mox illos ad imitationē aliorū ut conferāt, inducit, alieni officij narratione. Infert nanq̧ quemadmodū & Galatæ fecerūt. Neq̧ cōmoneſeci dixit, ſed ordinaui. Quod ſane maioris eſt poteſtatis, ut ītelligas vel regiū decere imperiū eleemoſynam impartiri, nec quoquā pacto eſſe hanc negligendam.

Vna ſabbati eſt dies dominicus.

PER VNAM ſabbati unuſquiſq̧ veſtrū apud ſe reponat, recondens quod ei bene placuerit.) Per unam ſabbati, dominicū diem intelligit. Hoc eſt, primā ſabbati, vel primū hebdomadæ diem. Citius diei cōmemoratiōe, ad eleemoſynas erogādas hortatᷣ. Quin & diei eiuſdem recordatᷣ myſteriū. Prudenter autem iniungit, unūquenq̧ quodlibet recondere. Hoc eſt, quodcunq̧ deſtinauerit Deus ſeruare, & quod factu facile ſit cuiq̧ conferēti. Neq̧ eñ dixit ſtatim conferte, ne quem forte cuius tenues eſſent tunc facultates, puſillum quidpiam tribuere puduiſſet. Sed recondat, inquit, apud ſe ipſum quiſq̧ & cumulet, auctūq̧ deinceps & cumulatū deferat.

NE CVM uenero, tunc collectæ fiant.) Ne forte, inquit, cū diſpenſandi eſt tempus, tūc colligatis. Cum autem venero dicit, promptiores ad colligendū hos reddit,

quod poſtea

quod poſtea diſpenſetur, utpote cũ in eius conſpectu huiuſmodi ſit futura collatio.

CVM AVTEM pręſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam ueſtram in Hieruſalem.) Recte illud, quos ipſi probaueritis, intulit. Vbiqꝫ aliorũ offenſionem declinans, ne illis forte ſuſpitio oboriretur, cupere Paulum collectas pecunias e gentibus imparciendas, ſibi, non alijs uendicare. Idcirco ꝙs ipſi idoneos iudicaueritis, inquit, hos ego per literas deſtinabo. Perinde ac ſi dicat, & ipſe his adero, & mearum literarũ ratione particeps, & meriti diſpenſando. Gratiã autem rem ipſam appellauit, hoc eſt, liberalitatem & munificentiã, ut arguat eos rem grandem factitare, non animo iniquo, uel ulla coactos neceſſitate. Hæc quippe dici gratia debet, quæ ultro offeratur. Gratiã præterea id beneficij appellauit, quia indignum uideretur, eleemoſynam dicere, quæ eſſet in ſanctos poſtea eroganda.

Gratia quomõ

QVOD SI dignum fuerit, ut ego eam, mecũ ibunt.) Si tanta, inquit, fuerit collectæ pecuniæ magnitudo, ut me diſpẽſatore indigeat, uel ipſe ac lubens iturus ſum Quibus dictis ad munificentiam hortatur Corinthios. Quinetiam cum teſtes illos habere uelit, quemadmodum nihil ſit ipſe ex collatione huiuſmodi accepturus, mecum infert commigraturi ſunt.

VENIAM AVtem ad uos, cum Macedoniam pertranſiero. Nam Macedoniã pertranſibo. Apud uos autem forſitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis, quocunqꝫ iero. Nolo enim uos modo in tranſitu uidere. Spero enĩ me aliquantulum temporis apud uos fore, ſi dominus permiſerit.) Haud quaquam dixit me in Macedoniam conferam, ne obiectarent Corinthij Macedonas ſibi prælatum iri ſed pertranſeo inquit Macedoniã, hoc eſt, citatim & præteriens illos uiſurus ſum. Apud uos uero commoraturus. Vnde oſtendit, quemadmodũ Corinthios uti propinquiores diſcipulos & digniores Macedonibus anteponat. Erat enim Corinthi fidelium maior cõuentus. Territat præterea delinquentes, cum manſurum ſe apud eos affirmat. Adiecit præterea forſitan illud, ob dubium rei euentum. Erat enim neſcius, utrum id ſibi SPIRITVS ſancti permiſſu facere liceret, necne, cuius arbitrio ducebatur. Epheſi enim cum eſſet, conceſſurus inde in Macedoniam erat, eamqꝫ celerrime præteriturus, adiuturuſqꝫ mox & Corinthios. Multis itaqꝫ argumentis ſuã in Corinthios aperit beneuolentiam. Cum quia nequaquam eos uellet tranſeundo reuiſere, tum quia ſe ab eiſdem deduci percupiat.

PERMANEBO autem Epheſi uſqꝫ ad Penthecoſten.) Vel id quidem maximũ eſt amantis indicium, cũ & quo ſit loco, & quandiu manſurus ſignificet, & profectionis cauſam patefaciat, cum ita infert.

Paulus ſuã Corinthiis beneuolentiã oſtendit.

OSTIVM enim mihi apertum eſt magnũ & euidens, & aduerſarij multi.) Hoc eſt, complures ſunt ad Chriſti fidem hanc conceſſuri, ad quos liberior mihi patet acceſſus. Vtpote quorum feruentior ad fidem ſit animus. Tunc enim angitur magis præceptor, & quaſi ab docendo reprimitur, cum minime habet attentos diſcipulos. Spacioſo uero & amplo in loco tunc eius mens diuagatur, cum auditores ſit nactus æmulatione mutua excitos. Multos autẽ ſibi dixit aduerſarios imminere, quia cum diabolus ſe iam ſentiat poteſtate priſtina ſpoliatum, acriori formidine percitus alios concitat ut aduerſentur.

SI AVTEM uenerit Timotheus, uidete ut ſine timore ſit apud uos.) Quoniam par erat, ut Timotheus ſuo interuentu offenderet qui deliquiſſent, obiurgaretqꝫ eorum facinora, certiores hos reddit, & commonefacit, ne Timotheo inſurgant, qui apud ſe ſapientes haberentur & diuites. Neqꝫ eo quod futurum eſſet, ut præ timore ille ſuccumberet, ſed quia Corinthijs ex eo obuentura eſſet calamitas. Timotheus ſiquidem admodum erat ad pericula ſubeunda paratus & promptus. Recte autem apud uos dicit, perinde ac ſi inquiat. Nequaquam id agentibus ullis exigerem, ſed a uobis depoſco, ut tutior ille apud uos maneat.

Timotheus promptus ad pericula ſubeunda.

OPVS ENIM domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illum ſpernat.) Hoc

eſt, haud ſecus atq; ipſe prædicaturus eſt ille, & alios inſtructurus ad fidem, quod ſa ne magnam cedit Timothei in laudem. Cum itaq; iſtiuſmodi ſit, nemo hunc parui duxerit uelim. Erat nanq; is non grandis natu, ſed iunior, & ſolus ad eam rem tam arduam deſtinatus. Quippe cui elati & ſuperbientis populi fuerat cura permiſſa. Vnde nec poterat mirum uideri, ſi ab his paruifieret.

DEDVCITE autem illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.) Quinpotius, inquit, honore hunc proſequamini. Quod certe, cum deducite, inquit, prætenditur. In pace autem, hoc eſt, in tuto & ſine ulla formidine, altercatione quauis & cōtentione ſublata, & obedientia præſtita. Expecto autem illum, ad territandos hos dixit, perinde ac ſi cuncta, quemadmodum geſta ſint, in eius aduentu ſibi ſit Timotheus renunciaturus. Eoq; ne illi moleſtos ſe præbeant, cōmonefacit. Simul etiam ut reuerentia eum efficiat digniorem. Vtpote, quia adeo ſibi ſit neceſſarius, ut eum duxerit expectandum.

Apollo Timothei frater. DE APOLLO autem fratre, uobis notum facio, quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cū fratribus, & utiq; non fuit uoluntas eius, ut nunc ueniret.) Erat Apollo Timotheo ætate prouectior, & uir ſatis facundus. Ne itaq; quærerenť Corinthij nō hunc potius ad ſe fuiſſe trāſmiſſum, ſed eū qui iunior eſſet, ſic inquit. Multū rogaui eum, & cohortatus ſum ad uos ſe cō ferret. Neq; hūc dicit ſibi iam obſtitiſſe, quin ut culpa liberū reddat, utiq; nō fuit uoluntas eius, ſubiecit. Hoc eſt, Deo nō libuit. Et ne p̄terea excuſationes has eſſe & cōmenta quædā affirment, hæc ſubdir.

VENIET AVtem cum ei uacuum fuerit.) Et Apollo ſimul excuſat, & Corinthios hunc uiſere cupientes, eiuſdem ſpe futuræ præſentię conſolatur.

VIGILATE.) Rurſum eos in epiſtolæ calce commonefacit, oſtendens minus eſſe duntaxat præceptoribus confidendū. Quin & in ſeipſis ſpem fore habendā. Vigilate inquit, hoc eſt, ne ſeducamini. Quod eo intulit, ut ſomnolentiæ illos arguat.

STATE IN fide.) Hoc eſt, non in exteriori ueſtra hac ſapientia cōfidatis, in qua nemo gradu poteſt conſiſtere firmiori. Quinetiam ſtate eo adiecit, ut illos oſtendat eſſe inſtabiles & in fide labantes.

VIRILITER agite, & confortamini.) Id quidem eorum gratia dixit, qui cū molliores eſſent & effeminati, inſidijs aduerſum hos niterentur.

OMNIA VEſtra in charitate fiant.) Hæc in eos intendit, qui factionibus & diſſidijs eccleſiam ipſam diſcerperent. Siue, inquient, inſtruit quiſpiam, ſiue inſtruitur ſiue obiurgat in charitate hæc peragat uelim. Ita fit, ut neq; elatio, nec tumor animi ſubſequatur, media charitate, neq; ulla oriatur diſſenſio.

OBSECRO autem uos fratres.) Videlicet ut uos iſtiuſmodi præbeatis.

NOSTIS DOmū Stephanæ & Fortunati, quoniā ſunt primitiæ Achaiæ.) Vos inquit, rei huiuſce eſtis non neſcij, ita ut nequaq̄ ea inſtructione indigeatis. Hos autem Achaiæ appellat primitias, uel quia priores illi in ea regione crediderāt, uel quia *Achaia grecia* optimā ducerent uitam. Debent nanq; primitiæ de reliqua ſumma, potiorem partem deſumere. Achaiam uero Græciam uocat.

ET IN MIniſterium ſanctorū ordinauerunt ſeipſos.) Vt fideles uidelicet egenos excipiant, eiſdemq; ut miniſtrent & opem ferant, ſeipſos conſtituerunt, non inuiti & coacti, ſed ultro id agunt.

VT ET VOS ſubditi ſitis eiuſmodi, & om̄i cooperāti & laboranti.) Hoc eſt, ut & uos cū cæteris una auxilio ſitis fidelibus hiſce, uel iuuādo pecunijs, uel corporis neceſſaria ſubminiſtrādo. Neq; ſimpliciter ferte his opem dixit, ſed ut intentiorē quādam exprimeret obſequentiā ſubditi eſtote ſubintulit. Et ne Stephanæ dūtaxat illi gratificari appareat adiecit. Et laborāti cuiq;. At qua in re. In ſanctorū nimirū miniſterio. Sunt enī iſtiuſmodi oēs honore digniſſimi. Sic nāq; et labores leuiter tulerint cū ſe & ſanctorū gratia ſuſcepiſſe hos uideāt, & alios habeant ad id muneris ſocios.

GAVDEO AVtem de præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id

quod uobis

quod uobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.) Hi quippe erant qui ad Apoſtolum Corinthiorum diſſenſiones & errata protulerant. Et quoniam non immerito forſan, eam ob cauſam Corinthij efferatius in hos ſe gerebant, cõmendat eoſdem, inquiens Hi ſane quod uobis deerat impleuerunt. Hoc eſt, ueſtri omnium loco ad nos cõmigrarunt. Per uoſqꝫ ad me tam longo itinere tranſmiſſi ſunt.

REFECERVNT enim meum ſpiritum, ac ueſtrum.) Oſtendit quemadmodũ ſui animi recreatio ex illis prodierit, quos ad ſe tranſmiſiſſent. Perinde ac ſi inquiat. Me per hos recreato, mea eſt uobis quies in lucrum futura. Nil itaqꝫ uelim uel ingratum his, uel quod iniocundum ſit, inferatis.

COGNOSCITE ergo quæ eiuſmodi ſunt.) Hoc eſt, in honore eos habetote.

SALVTANT te omnes eccleſiæ Aſiæ.) Connectit, ut facere ſemper conſueuit, per impartitam ſalutem, Chriſti membra.

SALVTANT uos in domino multum Aquila & Priſcilla, cum domeſtica ſua eccleſia, apud quos & hoſpitor.) Apud hos nanqꝫ morabatur Apoſtolus. Erat enĩ ipſe quemadmodũ illi, cœnofactoriæ artis peritus. Attende autem horũ uirtutem qui ex propria domo eccleſiam, hoc eſt, fidelium conuentum effecerint. *Paulus artis cœnofactoriæ peritus.*

SALVTANT uos omnes fratres. Salutate inuicem in oſculo ſancto.) In oſculo ſancto adiecit, propter uarias Corinthiorũ diſſenſiones. Cõmonefecerat enim eos plerũqꝫ, ut unũ ſentirent omẽs. Oſculo aũt ſancto dicit, q̃d dolo careat, nec fictũ ſit.

SALVTATIO mea manu Pauli.) Salutem enĩ hanc propria manu conſcripſit. Vt oſtendat plurimi ſe hanc epiſtolam facere. Tum eos, ad quos illam perſcriberet.

SI QVIS non amat dominum noſtrum Chriſtum, ſit Anathema.) Hoc unico dicto, omnes perterrefacit adulteros, ſcilicet ſubdolos, & qui idolothytis ueſcerent quiue reſurrectioni diffiderent, & omnes deniqꝫ qui præter eius doctrinam & traditiones ducerent uitam. Hi nanqꝫ uniuerſi haud quaq̃ dominum colunt.

MARANATHA.) Hoc eſt, dominus uenit. Quod eo intulit, ut & incarnationis myſterium confirmaret, aſſereretqꝫ per idipſum & reſurrectionem. Vel ut illos pudore afficiat, perinde ac ſi dicat. Cuncta non minus ueſtri cauſa tolerauit, uos uero illum odio habetis. Quippe qui partim nomina uobis ab hominibus conſciueritis, partim prauis incumbitis facinoribus. Atqui eo hoc loco Græca haud quaq̃ uſus eſt lingua, ſed Hebræa, uel ſyra potius, quia ad Corinthios ſermonem haberet, qui exteriorem hanc & humanam ſaperent ſapientiam, & Græcæ linguæ ornatum gloriæ ducerent, arguens eorum ſe lingua nil indigere, ſed uulgata quadam, humili, & abiecta potius gloriari, adeo ut uel barbara dictione ſit uſus. *Maranatha uox ſyra.*

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI uobiſcũ.) Præceptoris officiũ eſt, nõ ſolum cõmonefacere, quin & bene precari cõfirmareqꝫ auditores, cũ doctrina tũ & cœleſtis cũ precatione p̃ſidij. Et qm̃ ipſe loci diſtantia aberat longius, perinde ac ſi dextera ipſa corporis, ſalutãdi gratia porrecta, ani manibus eos cõplectit̃, inquiens. *Officium præceptoris quod.*

CHARITAS mea uobiſcũ in CHRISTO IESV Amen.) Hoc eſt, omnibus uobis præſto ſum ipſe, & adſum uel abſens. Neqꝫ enim ſi loco uideor a uobis diſtare, animo procul ſum his. Itaqꝫ patefacit quæ ad eos ſcripſiſſet, & ſi acrimoniam quãdam præferrent, nequaq̃ ab odio uel ira prodire, ſed a charitate & cura quam de his geſſerit. Et ne aſſentandi gratia intuliſſe hæc uideatur, in CHRISTO IESV ſubiecit. Hoc eſt, nihil mea hæc charitas in ſe ul' humani habet uel carnis. Sed ſpiritalis eſt tota. Precemur itaqꝫ, ut mutuo amore detenti, in nobis ipſis mundanæ beneuolentiæ, quæ Deo infenſa eſt, & odioſum nil præferamus. Sic enim iocundiſſimis Dei dignabimur habitaculis in CHRISTO IESV. Qui nos tanto eſt proſecutus amore, Cui gloria in ſæculorum ſæcula. AMEN.

Miſſa fuit e Philippis, per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

ARGVMEN.

ARGVMENTVM SECVNDAE
ad Corinthios Epiſtolæ.

Poſt actam a Corinthijs pœnitentiam, conſolatoriam eis ſcribit Epiſtolam Apoſtolus, a Troade per Titum. Et collaudans eos, hortatur ad meliora, cõtriſtatos quidem eos, ſed emendatos oſtendens.

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM ATHANASIJ, VEL MAXIME VT VOLVNT PLVRES, VVLGARII PROLOGVS.

Paulus in hac epiſtola morã ſuam purgant.

SEcundam idcirco beatus Paulus ad Corinthios ſcribit Epiſtolam quia cum in priori ad eos ſe profecturum pollicitus eſſet, idq; demum neglexerit, utpote quem SPIRITVS ſanctus neceſſarijs magis in rebus exercuiſſet, & alia pleraq; quæ eum urgerent, exorta incubuiſſent, oportuit ut longioris ſuæ profectionis tarditatem purgaret. Cuius purgandæ gratia, hanc ſcripſit Epiſtolã excuſans & qua id ratione ſit factum cõmemorans. Simul etiam hi cum ex ſuperiori Epiſtola profeciſſent, & admittendi erãt & laudandi. Proinde quos & delinquentes iam obiurgaſſet, & correptos deniq; & in uiam redeuntes extollere laudibus oportebat. Et ideo nihil eis ex huiuſmodi Epiſtola uel ad contemptum ingeritur, uel contumeliam. Niſi forte in calce perpauca, & ea quidem eorum gratia, qui ex Iudæis fideles effecti adeo inſoleſcerent, ut Paulum haud ſecus ac literarum ignarum & nullius momenti uirum acriter incuſarent.

CAP. I.

Paulus Timotheum nunc filium nunc adiutorem nunc fratrem uocat.

PAVLVS APOSTOLVS CHRISTI IESV per uoluntatem Dei, & Timotheus frater.) In priori Epiſtola, cum ad Corinthios Timotheũ miſiſſet, excepiſſetq; item ex Corintho ad ſe redeuntem, merito eum ſibi coniungit. Dederat nanq; ille apud Corinthios proprie uirtutis experimenta. Quo circa eundem clarum iam factũ, & plurimis non ignotum. Quippe qui Corinthijs cum exhortando, tum præceptoris mandatis ad eos perlatis, magnũ in modũ profuerat, ſociũ ſibi in epiſtola hac cõſcribenda conſciuit. Aduerte autem, quemadmodũ & filium hunc nõnunq̃ appellet, cũ inquit. Tanq̃ patri mihi filius ſeruiuit. Nõnunq̃ uero cooperatorem, ut illud. Opus enim operatur, ut ego. Nunc uero fratris nomine & ueneratione quadã dignatur.

ECCLESIA Dei quæ eſt Corinthi.) Rurſum hos Dei eccleſiam remiſſius nuncupat. Qui enĩ ab ea fuerint auulſi, haud quaq̃ hoc eccleſiæ nomine dignandi ſunt.

CVM OMNIbus ſanctis qui ſunt in uniuerſa Achaia.) Ita hæc infert, perinde ac ſi per epiſtolam hanc, reliquos Græcos appellet, gentemq; eam uniuerſam ad cõcordiam cogat. Quinetiam quia communiter facile mouebantur, & medelam communem affert. Quod item facit, cum ad Galathas ſcribit, aut Hebræos. Sanctos autem cum dicit, arguit plane immundũ aliquem & impurum, nequaq̃ eſſe huiuſmodi appellatione dignum.

GRATIA uobis & pax a Deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO.) Conſuetam in præſentia præfationem facit, ut dictum alibi eſt, gratiamq; his comprecatur & pacem.

BENEDICTVS Deus & pater domini noſtri IESV CHRISTI.) Promiſerat in priori epiſtola ad Corinthios ſe profecturum, qua profectione dilata, ſuſpicabatur illos id ægreferre, tanq̃ alios ſibi prætulerit, ut ad quos mallet potius, quam ad ſe cõmigrare. Volens itaq; Paulus excuſare id moræ, inſuper & patefacere ſeſe moleſtijs plurimis, quæ ſibi incubuiſſent, fuiſſe detentum, ingenioſe admodum ſui purgationem præ-

nem præ-

nem prætendit. Gratias inquiens, ago Deo, qui me ſcilicet exemit periculis, & ita ut gratias agendo oſtendat, magna quædã, quæ ſe intercepiſſent, fuiſſe diſcrimina. Quibus liberatus tandem gratias agat. Pater dñi noſtri IESV CHRISTI, eo dicit. Quia ſecundum humanitatem Chriſti, eſt Deus. Secundum uero diuinitatem, eſt pater.

PATER MIſericordiarũ, & Deus totius conſolationis.) Hoc eſt, qui tantopere noſtri commiſeretur, ut ab ipſis foribus mortis retraxerit. Dignatuſq; ſit in afflictionibus cunctis & preſſuris nos conſolari. Eſt autem ſanctis conſuetudo, ut cum beneficijs afficiuntur, Deum ut nominent, & gratias agant. Quemadmodũ Dauid cum uictoria eſſet bellando potitus, ſic inquit. Diligam te domine fortitudo mea, & dominus defenſor meus. Cum uero cogitationum nebula, & mentis obtenebratione uel triſtitia liberatur, dominus ſit illuminatio mea proclamat. Sic itaq; nunc & Paulus miſericordiarum patrem, & conſolationis Deum, ex his quæ ſibimet contigiſſent, appellat. Attende autem incredibilem pene hominis humilitatem, qui cum prædicando, tentatione quauis & preſſuris urgentibus eximeretur, nequaquã pro ſuis ſe meritis eſſe affirmet, ſed Dei miſericordia, tot malis ſolutum.

Dauid cantus poſt adeptam uictoriam.

QVI NOS conſolatur in omni tribulatione noſtra.) Haud quaquã dixit, qui nos premi aut angi permittit, ſed cum urgemur & premimur, nos conſolatur. Sinit nanq; nos ille urgeri & diuexari q̃ plurimis, ut per tolerantiam aſſequamur mercedem, quos item & cõſolatur & fortiores reddit, cũ ſuccubuiſſe perſpexerit, ſemperq; in hoc cõſolandi officio perſeuerat. Propterea Paulus nequaq̃ illud quod ſemel nos conſolatus eſt, intulit, ſed qui conſolat̃ adiecit, ut perpetuitatem cõſolationis oſtendat. Neq; in hac ſolum aut illa preſſura, ſed in omni tribulatione, quæcunq; ſit illa.

VT POSSImus & ipſi conſolari eos, quæ in omni preſſura ſunt, per exhortationẽ qua exhortamur & ipſi a Deo.) Non eo, inquit, quia & digni ipſi cõſolatione hac ſumus, ſolatur nos Deus, ſed ut cæteros pro huiuſce conſolationis exemplo, quod in nos editum eſt, & reliquos qui urgeri uarijs morbis ſolent, cõſolari poſſimus. Vt uos itaq;, quãdoquidem & me conſpicitis, inquit, eiuſcemodi conſolatione affectũ, nequaq̃ uelim animo cõcidatis, cum in anguſtijs fueritis, & preſſuris immerſi. Qua ex re, & Apoſtolorum officium patefacit, qui ad aliorum ſubleuandos angores ſint conſtituti. Non ut commentitij ſolent & falſi Apoſtoli, qui dantes delitijs operam & domi quieſcentes, negligunt eos qui conſolandi forent & ſubleuandi.

Apoſtolorum & prædicatorum officium.

QVONIAM ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtũ abundat conſolatio noſtra.) Quo recidis, inquit, o auditor paſſiones cum audis & cruciatus? Quanto enim magis affluexerint, tanto abundantior erit & cõſolatio. Nec ſimpliciter paſſiones expreſſit, ſed Chriſti. Vt ex his & Corinthios cõſoletur. Chriſti quippe ſunt huiuſmodi paſſiones, quas nos toleramus. Quo fit, ut in his ferendis Chriſti ſimus effecti participes. Debet ergo magnum in modum uel illud tibi conſolationi eſſe, quod Chriſti ſubieris paſſiones. Quinpotius nec eas ſolum, ſed lõge his acriores. Abundant enim, inquit, Chriſti in nos paſſiones. Hoc eſt, longe plura ipſi debemus q̃ Chriſtus perpeſſus ſit pati. Cæterũ ſentiens quantæ illud ſit magnitudinis, quod protuliſſet, rurſum dicta hæc comprimit, hoc pacto inquiens. Ita & per ipſum abundat conſolatio ueſtra. Id enim omne Chriſto adſcribit. Neq; parem preſſuris conſolationem aſſerit forè, ſed longe abundantiorem.

Paßiones huius ſeculi.

SIVE AVTEM tribulamur pro ueſtra exhortatiõe & ſalute.) Propterea, inquit, minus uobis moleſtæ ferendæ ſunt meæ preſſuræ, qui uos cõſolandi gratia, proq; ueſtra ſalute, ſic premimur. Liceret nanq; & nobis reiecta Euangelij ꝑdicatione, uitã in tuto ducere. Nunc uero prædicantes, ut ex his bonis quæ ex eiuſmodi proficiſcunt̃ præconio, oĩno uobis pariamus ſalutẽ, in has preſſuras incidimus. Ergo & ſi ueſtrę ſalutis gr̃a hæc mala ꝓpetimur, nihil oportet nos malis affici, & uos ꝑturbari.

SIVE CONSOlamur pro ueſtra conſolatione, ſiue exhortamur pro ueſtra exhortatione, quæ operatur tolerantiã earundem paſſionũ, quas & nos patimur.) Paraſ

autem, in-

autem,inquit,hæc ſalus,non ſolum ueſtra ex tolerantia,ſed mea. Hoc eſt,nõ modo mea eſt opera,ſed ueſtra etiam parta hæc ſalus. Nam quemadmodũ prædicans ipſe preſſuris afficior,ſic & uos qui meum excipitis de Chriſto præconium, iiſdem eſtis paſſionibus,quibus & ipſe,affecti. Plurimũ uero ineſſe Corinthiis uirtutis teſtatur quandoquidem uel uariis modis diuexati,Paulum admitterent prædicantem.

VT SPES NOſtra firma ſit pro uobis.) Hoc eſt,haud dubie ipſi confidimus nihil uos ex preſſuris hiſce incidentibus immutari, neq; perturbationis quidpiam ex his perpeſſuros,quibus nos affici conſpicamini.

SIVE CONSOlamur pro ueſtra cõſolatiõe & ſalute.) Cum dixerit ſuperius·Siue autem ipſi tribulamur,ne graue aliquid dicere & moleſtũ his uideatur,ſic infert. Et noſtræ ſalutis gratia conſolamur.Hoc eſt,noſtra conſolatio hæc in noſtri animi ſubleuationẽ cedit.Nam ſi parumper & ipſi reſpirabimus,ſatis arbitror ad uos cõſolandos id ualiturum. Quippe qui mihi ſitis eiuſmodi conſolationis participes.

SCIENTES quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis,ſic eritis & conſolationis.) Quemadmodũ enim,cum ipſi nos affligamur haud quaq̃ me fugit, id moleſte uos ferre angiq; haud ſecus,atq; ipſemet pateremini.Sic ſane compertum habeo,noſtrã uos conſolationem pro ueſtra ducere. Vel aliter. Sicuti enim mecum eſtis in hac uita mala perpeſſi,ſic in futura,bonis mecum una ſempiternis afficiemini.

NON ENIM uolumus ignorare uos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia,quoniã ſupra modum grauati ſumus,ſupra uirtutem,ita ut tæderet nos etiã uiuere.) Cum confuſe feciſſet de ingeſtis ſibi moleſtiis mentionem , nunc quales hæ fuerint enunciat,unde ſuum erga Corinthios patefacit amorem. Eſt enim beneuolentiæ ſignum adinuicem,quæ nobis obtigerint denudare.Simul etiam excuſationem de eius profectionis mora contexit.Inquit enim,in Aſia fuiſſe ſe grauiter diuexatum.Qua de re & in priori epiſtola ſic dixerat.Porta mihi patuit magna, & aduerſarii multi, quod etiam ſignificare uidetur hoc loco,cum ſupramodum , inquit, atq; ſupra uirtutem.Tametſi aliter ſe habeat ſenſus.Quod aũt ſuper his ſentit Apoſtolus tale eſt.Erat quidem ſupramodum tribulatio,hoc eſt,ingens hęc erat.Cuius de magnitudine cum iam ſatis conſtaret,quippe ut quam conſtans uir aliquis & robuſte & uiriliter ferret,exigebatur,ſic infert. Non ſolum erat illa acerrima tribulatio,ſed talis etiam,ut meas excederet uires. Hoc eſt,maxia & intolerabilis,& uehemens a Deo,ut & tæderet nos uitæ. Hoc eſt, ut nulla nobis eſſet de uita ſpes reliqua nec nobis uiuendũ de cętero putaremus·Cuiuſmodi tribulationes & preſſuras portas inferi Dauid appellat,& dolores qui mortem pariant,uel mortis umbram.

Preſſuras Dauid uocat portas inferi.

SED IPSI in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus.) Iudicũ ſcilicet ſententiam & damnationem.Reſponſum uero dicit, quod res ipſæ uocem pene edentes reddiderãt,perinde ac ſi iquiat. Eo uſq; mortis expectatio iſta proceſſit, & adeo eſt animo meo iam obfirmata,ut eam haud dubie operiremur.

VT NON SImus fidentes in nobis,ſed in Deo.) Eo hæc inquit ꝑmiſſa ſunt, ut diſcamus nihil eſſe in nobis habendũ fiducię,ſed Deo duntaxat apprime confidendũ. Quod quidem haud quaq̃ Paulus infert, ut ipſum ſe iſtruat. Quis enĩ id acrius quã ipſe callebat,ſpem nobis omnem eſſe in Deo ſitam, ab eoq; omnia noſtra pendere, ſed ut alios hæc de ſe commemorando inſtituat,ſimul etiam ut ſtudeat humilitati.

QVI SVSCItat mortuos,qui de tantis ꝑiculis nos eripuit & eruit.) Rurſum Corinthios de reſurrectionis ratione habenda commonefacit.Qua de in ſuperiori epiſtola tam multa diſſeruit,eam uel ex prǫſentibus rebus confirmans,eoq; & illud adiecit,qui ex tanta nos morte exemit.Neq; enim diſcrimine dixit,ſed morte.Nam cũ eſſet reſurrectio ipſa,futurum aliquid,& multis incertum,oſtendit quemadmodũ in dies ſingulos a mortuis excitari cõtingat.Nam cũ hominem ab ipſis inferi foribus retraxerit Deus,nil aliud quã reſurrectionem ipſam prætendit. Vnde & uſurpare in eiuſmodi re id dictũ ſolemus,a mortuis uidemus hunc illum ue excitatum.

Sermo uulgaris.

IN QVAM ſperamus, quoniam & adhuc eripiet.) Hinc pernoſcere licet noſtram hanc uitam in aſſiduis uerſati periculis oportere. Dcum uero cum aſſerit futurum tentationem liberatorum, denſiſſimas procellas denuntiat.

ADIVVANTIbus & uobis in oratione pro nobis. Quoniã illud, minus uideli cet eſſe nobiſmetipſis confidendũ, in cõmunem fortaſſe Corinthiorum cedere uidẽbatur calumniam. Cum eorum nõnullos momordiſſet Apoſtolus, dictum id acrius uiſum mitigat, & illorum animos lenit, cum eorum aſſerat preces, uel maximo ſibi adiumento futuras. Licet præterea ex his ad humilitatem nos inſtrui, quãdoquidem & Paulus dicat Corinthiorum ſe uotis & precibus indigere. Nec minus & orationis ipſius poteſt & uirtus perdiſci. Plurimũ nanq; hæc ualet, ſi rite decenterq; ab eccleſia promatur. Quid ni? Quam & Paulus ipſe ſibi neceſſariã fore exiſtimarit.

VT EX MVLtarum perſonis facierum eius, quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.) Eripuit nos, inquit, a periculis Deus, erepturuſq; eſt, pro me uobis precantibus. Vt quod in nobis eſt donationis, hoc eſt, quæ in me collatã eſt gratia per multos, hoc eſt, per uos plurimi eſtis pro me orantes, ex multarum perſonis facierum gratiæ habeantur, hoc eſt a uobis. Nam ſalutem quæ mihi ueſtris precibus iam parata eſt, uniuerſis uobis largitus eſt Deus, ut multi ſibi mei ob gratiã grates dicant. Erit præterea uobis inſueſcendũ non ſolum precari pro inuicem, ſed gratias agere. Aduerte autem, quemadmodũ Dei clementia ſaluum dixerit fuiſſe ſe redditũ, moxq; & horum precibus acceptam ſalutem aſcribat. Oportet nanq; poſt Diuinam miſericordiam, & ipſi ut ſalui ſimus, pro noſtra uirili opis aliquid conferamus. Ex his itaq; Paulus, neq; officiorum ſummã Corinthijs tribuit, ne ſuperbiendi his cauſam præbeat, neq; prorſus ab hoc officij genere alienos effecit, ne pigriores reddat & torpidos. Liberabit enim, inquit, me Deus, uobis orando iuuantibus, hoc eſt, conferentibus uobis pro ueſtris uiribus uota. *Nota.*

NAM GLOria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.) Vel hoc, inquit, ad me conſolandum occaſionem attulerit, conſcientiæ ſcilicet noſtræ teſtimonium, quę nobis plane teſtificatur, nullis nos aut prauis teneri, aut urgeri facinoribus, ſed uirtute ipſa duntaxat niti, & ſalute quam iam ipſi multis peperimus. Prior itaq; conſolatio ex Deo eſt inquit, hæc uero ex meæ conſcientiæ puritate, ideoq; & gloriã appellat, plurimũ præ ſe ferens fiduciæ, ob conſcientiam cuiuſuis labis exortem. *Paulus ex conſcientiæ puritate gloriatur.*

QVOD IN ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei.) Cuius, inquit, rei teſtimonio nobis eſt conſcientia, Et cur gloriamur? Nempe quia in ſimplicitate cordis, hoc eſt mente nõ improba. Et ſynceritate, id eſt, animo puriore, & quouis dolo uel fraude uacuo, qui nihil habeat in ſe adumbratũ, fictumue, & talis exiſtat, ut Deo & gratus ſit & acceptior. Hæc autem Apoſtolorum quorundam gratia intulit, qui fallaces eſſent inter eos, & dolo pleni.

ET NON in ſapientia carnali.) Hoc eſt, non in eloquentiæ ui, & Sophiſmatum perplexionibus. Id nanq; carnalis prætendit ſapientia, cuius gratia cũ Corinthij inſoleſcerent, hanc ipſe negat ſapientiam eſſe, reſpuitq; & longe propulſat. *Sophiſmatum perplexiones.*

SED IN GRAtia Dei cõuerſati ſumus in hoc mundo.) Hoc eſt, in ea quæ a Deo nobis dono data eſt ſapientia, uerſati in mundo ſumus. Signis inſuper & prodigijs, quæ Diuina gratia ſubminiſtrabat. Id nanq; nos maxime cõſolatur, cum nobipſis conſcij ſumus, quicquid agimus, non humana potentia, ſed Diuina id agere. Neq; Corinthi ſolum, ſed in orbe terrarum uniuerſo eadem hæc factitare.

ABVNDANtius autem apud uos.) Cur illud? Quia & ſigna ediderat, & grãtis apud hos Euangelium prædicaſſet. Aduerte autem quemadmodũ, quod ſua eſt uirtute effectum, gratiæ Diuinæ ad cenſeat.

NON ENIM alia ſcribimus uobis, ẽ quæ legiſtis & cognouiſtis.) Quoniã magna quædam polliceri de ſe ac dicere uidebatur, ne quis obijceret, uerborum id præ ferre iactantiã, ſic infert. Ea ſcribimus ipſi ad uos, quæ his in literis uoſip ſi ꝑlegitis, & quorum

& quorum ante hac notionem habuiſtis. Nec illud, quia nuper uobis hiſce ex literis cognitus ſim, aduerſatur.

SPERO AVTEM quod uſq; in finem cognoſcetis, ſicut & cognouiſtis nos ex parte.) Rem omnem Deo permittit. Ait nanq;. Spero, hoc eſt, in Deo ſpes omnis ſita eſt mea, nec dubito talem me uos cognituros, qualem & epiſtolæ præferũt, & ſpondet mea ante acta hæc uita. Ex parte autem me cognouiſtis, hoc eſt, in partem me experti iam eſtis, & feciſtis mei periculum ſigna nonnulla bene uiuendi præferentis. Quod ſane inquiens, humilitatem expreſſit.

QVI GLORIA ueſtra ſumus, ſicut & uos noſtra in die dñi noſtri IESV CHRISTI.) Quid enĩ uos ex ea eſtis cognitione adepti? Nempe quia gloria ueſtra ſum ego. Hoc eſt ꝙ talis ſim ipſe, ut cauſam uobis præbuerim de me gloriandi, ꝙ talem ſitis præceptorem ſortiti. Qui nihil humanũ edoceat, nihil quod uel falſo agi, uel dolo queat. Mox ne ſuperius uideaẽ aliquid de ſe iactitateſſe, cõmunem facit hanc gloriam, dicens. Et uos gloria noſtra eritis. Nam & tales me fuiſſe diſcipulos nactũ, gloriæ duxerim, qui nihil ſint a priſtino ſtatu immutati, neq; a falſis Apoſtolis ſeduci ſe patiunẽ. At quando dabitur nobis is gloriandi locus? Certe & ſi hoc tempore nobis gloriari liceret, præcipue tamen in domini IESV die, hoc eſt iuditij tempore. In præſentia nanq; permulti, ubi contumelias & ludibria quæ toleramus aduerterint, criminabunẽ nos forſitan, & calumnias ingerent. Tunc uero uniuerſis parentibus uidebor, & ipſe haud quaq̃ talis, qualem nõ ueri Apoſtoli calumniantur. Quinetiam eſtis mihi ad gloriã cõceſſuri, quia uos inſtruendo ad fidem perduxi, & ſaluos feci.

Gloriari licebit bonis in die iudicii.

ET HAC CONfidentia uolui prius uenire ad uos.) Qua confidentia? Ea nempe, qua conſtat meipſum mihi nullius eſſe cõſcium mali, neq; ullo inundante huius ſapientiæ cõmertio uti, ſed in Dei duntaxat gratia uerſari, quod equidem gloriæ uobis ac laudi futurum eſſe confido, uoſq; præ cæteris horum omniũ malim teſtes habere. Cuius teſtimonij habendi gratia, erat animus ad uos commigrare.

VT SECVNdam gratiam haberetis.) Hoc eſt, duplicem iocunditatem, ex epiſtola alteram, alteram ex mea præſentia.

ET PER VOS tranſirem in Macedoniã.) Quinetiam in ſuperiori epiſtola illud præfatus eſt, ueniam ad uos cum Macedoniam pertranſiero. Nunc uero inquit, uolui prius ad uos uenire. Videtur ergo ſibiipſi cõtraria protuliſſe, quod tamen haud ita ſe habet. Neq; enim ſcripſi per uos, inquit, me in Macedoniam conceſſurum, ſed uenire uolui. Itaq; & ſi haud quaq̃ hoc pacto ſcripſerim, alioqui maturabam acceſſum, & animo inerat priuſq̃ Macedoniam ipſam conſpicerem, uos ſtatim adire. Et tantopere abſum a qua uis negligentia, quin ad uos iter accelerem, ꝙ meis uos uelim pollicitationibus fraudari, ut uel promiſſa hæc mea præueniſſe maluerim.

ET ITERVM a Macedonia uenientem ad uos, & a uobis deduci in Iudæam.) In priore epiſtola tempore nullo præfinito, ut uos me deducatis quocunq; iturus ſum dixit. Veritus, ne ſi in Iudæam iturum ſe diceret, alio poſt modum a ſpiritu abire cõpulſus mendacij argueretur. Nunc autem omni ſpe damnat Corinthios adeundi, fidens inquit, uolebã per uos in Iudæam deduci. Deo tamen ne ad uos me omnino cõferam uiſum, neq; ut a uobis in Iudæam deducar.

CVM ERGO hoc uoluiſſem, nunquid leuitate uſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundũ carnem cogito, ut ſit apud me eſt, & non.) Apertius hoc loco ſui acceſſus excuſat tarditatem, inquitq;. Cum adire uos uellem, cuius rei gratia nõ adierim, num ut leuis & fidei ſolutioris & fallacis, & anĩo uarius & nutabundus id egerim? Minime. Quippe qui ſecundũ carnẽ cogito, hoc eſt, pro humana mihi cõditione uoluntas iniẽt, ducorq; propria quadã animi ſententia, ita ut quod ipſe apud me deſtinauerim, id exequar, ſiue peragendũ ſit, ſiue minime. Quod tamen facere in præſenti nõ licet quia ſpiritu trahor, nec poteſtatem habeo abeũdi quo uelim, ſed quo ille iniunxerit. Ita fit, ut perſæpe quod fuerim pollicitus, exequi nequeam. Quia ſpiritui id minus

Spiritu trahitur Paulus, nec

appareat,

apparet, nec ſiquid abnuerim ſeruare id poſſum. Quia quod ipſe negauerim, iniũcturus eſt Spiritus. Aduerte Apoſtoli Sapientiam. Quod eñ erat obtrectatoribus ad inſimulandũ occaſionis oblatũ, ſe ſcilicet ut erat pollicitus non veniſſe, idipſum in laudis ſuæ partẽ conſtituit. Videlicet, quod nequaꝗ̃ ſui ſit iuris, ſed pro Spiritus ferebat̃ arbitrio quocũqꝫ illi ſit viſum. Dicet aliquis, quid illud? Nõne quæ Paulus pollicebat̃ Spiritus ſuggeſtiõe ſpondebat? Num futuri erat ipſe ignarus? Ita ſane. Neqꝫ eñ cuncta tenebat, quippe qui vel inutilia ſibi precaret̃, cum carnis ſtimulum peteret ab ſe auferri. Et in actis legitur Apoſtolorum, cum aliquo decedere vellent, fuiſſe a Spiritu impeditos, quod proculdubio Deus in eorũ profectum faciebat, ne illis eſſent homines, ut dijs intenti, quod malum Lycaones illi patiebant̃.

FIDELIS AVTEM Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo, & non.) Soluit, quæ incumbere videtur, obiectionem. Poſſet quiſpiam merito dicere. Si nulla tuis ineſt firmitas dictis, quandoquidem aliquid tecum facturum affirmas, nihil poſtmodum egiſſe deprehenderis, vereor ne ſermo hic tuus & prædicatio iſtiuſmodi ſint, videlicet, eſt, & non, hoc eſt, nihil in ſe habeant firmitatis. Ad hæc itaqꝫ reſpondens Apoſtolus, inquit. Erat profecto mei iuris profectionem ad vos polliceri, eoqꝫ me mea fefellit opinio. Prædicatio vero Dei eſt opus, & ideo nec fieri poteſt, ut quempiam fallant diuina myſteria. Vnde & ſubdit, fidelis Deus, hoc eſt, veridicus & neminem fallens. Cum itaqꝫ talis ſit Deus, neqꝫ eius ſermo qui ad vos habitus eſt, & per nos prædicatus, vel infirmior, vel inſtabilis erit, ita fit, ut plerunqꝫ diluat quod affirmarit, aut confirmet, quod ante diluerit.

DEI ENIM Filius IESVS CHRISTVS, qui vobis per nos prædicatus eſt, per me & Siluanum, & Timotheum, non fuit in illo eſt & non, ſed eſt in illo fuit.) Explicat demum, quale illud ſit dictum, quod eiuſmodi negandi & aſſerendi ſubierit neceſſitatem, in Filio, inquiens, Dei quem ipſi apud vos prædicauimus, non fuit eſt & non. Hoc eſt, nulla eius apud vos varietate vulgatum eſt nomẽ. Sed eſt ꝗdem in illo fuit, hoc eſt, tenore verborum uno firmo ac ſtabili, hunc prædicauimus, adiecit prætera Siluanum & Timotheum, ut horum teſtimonio Fides ſibi non abrogetur, & humilitatem edoceat, quandoꝗdem eius diſcipulos præceptores appellet.

QVOT QVOT enim promiſſiones Dei ſunt, in illo eſt. Ideo & per ipſum amen dico ad gloriam veſtram.) In prædicatione promiſſiones pleræqꝫ ſunt, quemadmodũ mortuorum reſurrectio, adoptio filiorũ, & futuri deniqꝫ ſpes ſæculi, & hmõi alia. Dicit igitur, non ſolum prædicatio eodem ſemper ſtatu perdurat, firmaqꝫ profert̃ ac ſtabilis, quin etiã & promiſſiones conſtat in ea conſiſtere. Quippe quæ Dei, non hominũ ſint. Nam quæcunqꝫ ſunt a Deo promiſſa, eſt & amen in ſe continent. Hoc eſt, firmitatem præ ſe ferunt. Neqꝫ eñ in ullo hominum, ſed in Deo ipſo finem ſunt nacta diuina promiſſa. Ita fit, ut iſtiuſmodi particulæ, eſt & amen, futura cõfirment. Cedet preterea Deo ad gloriam, ſi qs eius promiſſa, & ſi nulla re alia, eiuſdem tamen ob laudem adimpleuerit. Per nos autem hoc, pro ſuis in nos beneficijs. Nos nanqꝫ cauſam illi præbemus, ut quæ pollicitus ſit, exequat̃. Si itaqꝫ Dei pollicitationes ſunt certiores, longe magis qui de eo fit ſermo firmior erit. Poteſt & per nos illud in hanc ſententiam capi, videlicet ad Dei gloriam, quæ illi noſtri reſpectu defertur. Quippe qui noſtri gr̃a ex eius in nos beneficijs adeptus ſit laudem.

Dei promiſſa firma.

QVI AVTEM confirmat vobiſcũ in Chriſto, & qui unxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus Spũs in cordibus nr̃is.) Dixit ſuperius, fore, ut Deus ipſe promiſſiones adimpleat. Nunc vero idip̃m cõfirmat, ſic ingens. Stabilitatẽ vobis & mihi, vr̃oqꝫ item p̃ceptori, conſiſtendi quæ in ip̃o eſt, Fide, Deus ipſe largit̃. Idemqꝫ nos & unxit & ſignauit. Hoc eſt prophetas, & ſacerdotes, et reges nos ille effecit, iſtiuſmodi nanqꝫ eſt, qcũqꝫ eſt in Baptiſmo perlutus. Prophetas qdem, quia q̃d nequit oculus intueri, ipſi perſpicimus, audimusqꝫ, quod auris nunquã auditu percepit. Sacerdotes vero, quia neceſſe eſt ut Deo noſipſos hoſtiã offeramus, viuentẽ, ſanctam,

Sacerdotes &

reges oleo ungebantur.

& illi acceptã. Reges demũ conſtituit, quia nos ille ſibi in filios adſciuit, cuiusin ditiõe ſunt oĩa, futuriꝗ & cœleſtis imperij fecit hæredes. Atqui ut in veteri teſtamento, ſacerdotes ipſi & reges oleo ungebant̃, ſic & nos hoc tẽpore Spiritu oblinimur, eiuſꝗ & pignus, quod Deus imiſit, cordibus noſtris excipimus. Et quemadmodũ id pignoris cõtulit, ſic & reliqua nobis eſt proculdubio largiturus. Pignus aũt dicit hoc loco Spiritus dona. Ex parte nanꝗ cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Tunc aũt erit perfecta conciliatio, cum Chriſtus in ſua gloria manifeſtabitur. Haud quaquam itaꝗ velim exiſtimetis nos eſſe, qui talia vobis polliceamur. Quippe qui forſan & falli poſſumus. Nec præterea largimur ipſi ſtabilitatem, ſed Deus ipſe hanc pollicet̃. Vos item ac me offirmat, cui & curæ eſt oĩa adimplere. Qui aũt confirmat nos atꝗ alia pleraꝗ facit, ſubintelligeis ſuas eſt promiſſiones adimpleturus.

EGO AVTEM teſtem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum.) Cum dixerit ſuperius propterea ad vos non veni, quia nullam haberem mei ipſius facultatem, ſed a Spiritu prohibear, quo pacto nunc inquit, non ultra Corinthum veni, quia parcerem vobis? Reſpondendum. Vel quia a Spiritu idipſum prohibeatur, qui ſibi id ſuggeſſiſſet, Corinthiorum auariciam cauſatus. Vel & ſi a principio Spiritus prohiberet acceſſum, ipſe poſtmodum ſatius id fore exiſtimans, manendũ potius quam abeundum ſtatuerit. Aduerte autem, quam prudenter id Paulus dicat. Nam cum in vulgus Corinthij iactitarent, ideo Paulum ab huiuſmodi profectione deſtitiſſe, quia ſui odio teneretur, ipſe contraria ſubdidit, inquiens. Eo nondum ſum ipſe ad vos profectus, quia vobis parcam. Hoc eſt, ne vos caſtigem abſtineo. Quod quidem ea de cauſa intulit, quia erant pleriꝗ Corinthij delinquẽtes, quos erratorum minime pœniteret. Caſtigaſſetꝗ haud dubie eos, ſi Corinthum ſe conferens emendatos nondum comperiſſet. Quo fit, ut ſuam profectionem remoret̃ Apoſtolus, ut prius correctis illis & emendatis, aduenienſ ipſe nullam his habeat pœnas ingerendi occaſionem.

NON QVIA dominamur Fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.) Quoniam quod dixerat dominantis præferret potentiam, & tanquam eius vim explicaret, qui in Corinthios haberet imperium, parcit ẽm qui poteſt pœnis afficere, mitigat ſermonis aſperitatem, inquitꝗ. Dixi equidem veniam me vobis daturum. Non eo quod Fidei veſtræ imperitarem, quippe quæ voluntaria eſt. Quis enim ad hanc inuitum quempiam cogit & nolentem? Sed quia veſtram animi iocunditatem pro mea duxerim, nequaquã me ad vos contuli, ne vos ad mœrorem compellerem, eſſemꝗ veſtræ mœſticiæ particeps. Cuncta ẽm ad veſtram læticiã factito, propterea ꝗ & meum aduentũ diſtuli, ut ex meis duntaxat comminationibus ad rectum vobis pateat reditus, venienſꝗ inoffenſos conſeruem.

Ad fidem nemo cogitur.

Paulus ſeſe hominum affectibus accommodans.

NAM FIDE ſtatis.) Remiſſius iam ad hos & lenius habet ſermonem. Quia in priori Epiſtola inceſſuerat, plurimum. Quod autem inquit iſtiuſmodi eſt in his quidem, quæ Fidem contingunt recto ſtatu conſiſtitis, quo fit ut nil habeam cuius inſimulare vos queam, in cęteris vero infirmiores eſtis & nutabundi, a quibus ſi pedem non retuleritis emendati, merito nec ſecus, vos pœna afficere & mœrore potero, ac ipſe veſtri ob gratiam triſticia ſum affectus.

CAPVT. II.

STATVI AVTEM HOC ipſum apud me, ne iterum in triſticia venirem ad vos.) Cum iterum, inquit, arguit plane vel alias ſæpe ex horum erratis, fuiſſe ſibi mœrorem iniunctũ. Nec tamen id dixit apertius, neꝗ ẽm iniuria id illis obijcere poterat, vos mihi triſticiam vel ante hac inieciſtis, & ea propter nondum ad vos commigraui, ne vobis afferrem mœſticiam, eo nanꝗ Corinthios obiurgando urgebat, quia ſe illi peccando inceſſerent, quod haud dubie magis angere videbatur.

SI ENIM ego cõtriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtat̃ ex me?) Si ẽm, inqt, vobis videor vitia exprobrando mœrorẽ afferre, criminãdoꝗ vos auerſari, nihilominus ea ex re ideo læticiam capio, quia plurimi facere me videmini, cum

mea eiuſ-

mẽa eiuſmodi vos mordeat criminatio, & prauorũ facinorum exprobratio urgeat. Nemo em̃ inquit adeo me lætitia afficit,quã is, qui me ſibi cũ ſuccenſere inſpexerit, mœrore contrahit̃. Præfert nanqꝫ hoc pacto haud quaquã me habere contemptui, & ſpem affert ſeſe corrigendi. Quod ſane & mihi animũ explet iocunditate.

ET HOC IPSVM ſcripſi vobis.) Quod illud? Quia vobis parcens non venerim. Vbi autem id ſcripſerit ſi quæras,nempe in hac ipſa Epiſtola.

VT NON cum venero triſticiam ſuper triſticiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere.) Propterea,inquit,nunc ad vos ſcripſi,ut ipſi vos corrigatis.Ne forte vos,ſi in emendatos deprehenderem,futurum eſſet,ut veſtri gratia mœrore conficerer,quorum ⁎ profectu lætandum mihi potius eſſet.

Suorum profectu letatur Paulus.

Aliás gaudio.

CONFIDENS in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium veſtrum eſt.) Scripſi,inquit,confiſus,vos aliquando redituros in vitam,idqꝫ mihi & læticiæ fore. Non enim exiſtimo animi mei affectus eſſe a veſtris alienos, eoqꝫ & illud adieci, ne triſticiam habeam,nil prorſus quæ mea interſunt, ſed quæ veſtra, conſiderans, habeo nanqꝫ pro re certiori, & vos item lætari cum hylarem me & lætiorem videritis, nec minus ſi vicem veſtram dolentem, & vos dolituros.

NAM EX multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis, per multas lachrymas.) Quoniam dixerat, qui contriſtatur me gaudio afficit,ne illi forſan hunc in modũ occurrerent, ergo eo nobis triſticiam ingeris, ut ipſe læticia explearis. Propterea infert, Maximum & ipſe in modum veſtri ob gratiam doleo, dolendoqꝫ delinquentes vos ipſe excedo. Quippe qui non ſolum non ſimplici quadam & exigua mentis affligor anguſtia,ſed multa & abundanti. Non in lachrymis modo, ſed cordis anguſtia hæc ad vos ſcripſi. Hoc eſt, cor meũ angebat̃ mœrore, qui me acerbius detineret, eoqꝫ & literas ſcripſi. Nam & medicus quiſpiam qui filij præciderit vel adufferit plagã,duabus de cauſis doleat neceſſe eſt. Cum quia Filius ſit valetudine nõ æqua affectus,tum q̃a præcidere illi corporis partem cogat̃. Alioqui ſperatæ & futuræ ſalutis gr̃a cum id agit lætat̃, libensqꝫ & Filiũ medendo dolore afficit. Sic itaqꝫ ipſe,cũ vos Peccatis obnoxios videam,mœrore partim afficior. Læticia partim, q̃a vos ob cõmiſſa mœrentes intueor,& emendationis ſpes mihi veſtræ offert̃.

NON VT contriſtamini, ſed ut ſciatis quã charitatem habeam abundantius in vobis.) Conſequens erat,hunc in modũ ut diceret.Non ut contriſtemini, ſed ut corrigamini.Id tamen præteriens verbis potius placabilitatem quandam adiecit,maiorem aſſerens ſuã eſſe in Corinthios, quã in cæteros diſcipulos charitatem. Id agens, ad ſe ut illos pelliciat,arguatqꝫ,ſi quã eis iniecisſet triſticiam, ex charitate illam eſſe, non ex ira profectam.Eſt em̃,inquit,maximũ id amoris indiciũ, ut vobis peccantibus & ipſe mœream,& vos increpando dolore afficiam.Nam ſi nulla veſtri tenerer beneuolentia,neglectos plane,& incuratos abire in præceps permitterem.

SI QVIS aũt contriſtauit me, nõ me cõtriſtauit, ſed ex parte,ut non onerem oẽs vos.) Nitit̃ his dictis Corinthiorũ erga fornicantẽ illum,de quo in ſuperiori Epiſtola fecerat mentionẽ,conciliare,& confirmare beneuolentiã, illius ſcelere alienatam. Erant em̃ ab eo tanquã ab hoĩe reprobo & nefario, Pauli iuſſu, auerſi omnes. Ne itaqꝫ, ſi rurſum eiuſdẽ imperio iubeant̃ illi veniã dare, moleſte id & grauiter ferant. Quid ni? Qui leuitatis Paulũ incuſarant,prudentiſſime illos demulcendo hæc ſcribit. Quemadmodũ nobis ille cõmunem iniecit triſticiã, ſic velim ut venia ꝓ vos illi conceſſa,cõmunem vobis ad læticiã cedat. Neqꝫ em̃,inquit,mihi ſolũ doloris hic cauſam prębuit,qui facinus tam atrox cõmiſerit,ſed & vobis ex parte.Hoc eſt,parũ vobis doloris,ne plurimũ dicam ingeſſit, quia non multũ fornicanti illi oneris impoſuiſſet, qui non minori vos ꝙ me dolore affecerit. Verũ quia pro ſceleris merito nequaqꝫ illum depreſſerim,ex parte dico,& vos ob id triſticia fuiſſe affectos.

Paulus Corinthios prudenter demulcens.

SVFFICIT illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quæ fit a pluribus.) Non dixit fornicanti illi,ſed ei qui eiuſmodi eſt. Quemadmodum & in ſuperiori Epiſtola

fecit, in qua neq; illius nomen voluit explicare. In hac vero, & ſi venia data, nullam tamen facit delicti & ſceleris mentionem. Inſtituens, uti erga mœrentes & oppreſſos clementius nos geramus.

ITA VT econtrario magis donetis & conſolemini.) Non modo, inquit, ſoluenda eſt omnis veſtra in eum cepta obiurgatio, & tollenda cõuitia. Quin & plus illi aliquid veniæ concedendum, & conſolemini. Hoc eſt, ſolando reficite. Nec ſecus agite, quã ſolet quiſpiam, qui poſt plagas ingeſtas curari illas permiſerit. Donetis præterea dixit, ne fornicarius ille & quia fatebat̃ Peccatum, & ſatis iam pœnituerat, ſolutum ſe iam & liberũ eſſe a ſcelere exiſtimaret. Oſtendit itaq;, non tantũ hunc pœnitendo, quantũ horum gratia & dono accipere ſe veniam poſſe.

NE FORTE abundantiori triſticia abſorbeat̃, qui eiuſmodi eſt.) Neceſſario, inquit, eſt ille, & ſuſcipiendus, & cõſolandus, ne veluti ab efferaciore aliqua belua, vel procella arreptus, abſorbeatur mœrore. Veniatq; tandem per deſperationem, quemadmodũ & Iudas, ad laqueos. Vel ſe præcipitẽ ſaltu ferat, utpote qui ex acriori & imoderata caſtigatione, dolorẽ non toleret, & eat in ſcelus maius aliquod preceps. Aduerte quemadmodũ & reprimat fornicantẽ, excitetq; ne ſegnior fiat venia conſecuta. Nec tamen hunc nomine explicat, cum inquit, qui eiuſmodi eſt.

Suſcipiendi et conſolãdi peccatores, ne deſperent.

PROPTER quod obſecro vos, ut confirmetis in illum charitatem.) Perinde ac ſi dicat. Velim equidem, ut ea qua in hoc eijciendo uſi eſtis ante hac charitate, in eo reſtituendo utamini, ne deſperando in peiora labatur & ruat. Idq; nunc obſecro ut peragatis, & ſi iubere id queam.

Paulus obſecrat qui poterat iubere.

IDEO ENIM ſcripſi, ut cognoſcam experimentũ veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.) Idcirco, inquit, hæc ad vos ſcripſi, ut qui veſtram ſim antea expertus obedientiam, cum fornicantem illũ e veſtra Eccleſia eieciſtis, eandem illam hoc tempore recognoſcam, iterato periclitando, in omnibus. Hoc eſt, vel in hoc ipſo quod deprecor, tum cæteris in rebus, quas vobis iniunxerim.

CVI AVTEM aliquid donaſtis, & ego.) Vt vos, inquit, veniam illi dediſtis, ita & ipſe, hunc miſeratus, conſolandum iam cenſeo.

NAM ET EGO donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, ut non circumueniamur a Sathana.) Ipſe vero, veſtri ob gratiã huic veniam dedi, ſiquam iam contuli, & in Chriſti perſona donaui. Hoc eſt, haud ſecus ac Chriſtus ipſe donaſſet, ne a Sathana circumueniamur, & inſtigemur, ut aſperiores erga hunc ſimus, & pœnas exigamus acerbiores.

NON ENIM ignoramus cogitationes.) Id eſt, Sathanæ inſtigatões ad acriora.

CVM VENIſſem aũt Troadem per Euangeliũ Chriſti & oſtiũ mihi apertũ eſſet in dño, non habui requiem Spiritui meo, eo ꝙ non inuenerim Titũ fratrem meum, ſed valefaciens eis, ꝑfectus ſum in Macedoniam.) Cum Troadem, inquit, me contuliſſem Euangelij grã prædicandi, & oſtiũ eſſet mihi apertũ, hoc eſt auditorũ, paratiores anios inueniſſem in dño, id eſt dñi ope, non habui requiem Spiritui meo, nequiui ſcilicet voluntati meę tunc ſatiſfacere, quia fratrem minus inuenerim. Id forte dicit, vel quia Titus erat apud Troadas teſtatior & lingua illa peritior. Vel qa haud quaquam poſſet Apoſtolus fideles ſolus inſtruere, incredulis obſtrepentibus. Cæterum ubi fideles inquit hortatus, ſaluere iuſſi, me in Macedoniam contuli.

Troades.

DEO AVTEM gratias, qui ſemper triumphat nos in CHRISTO IESV.) Deo, inquit, gratias agimus, qui triumphat nos, id eſt triumphare nos facit in CHRISTO IESV. Hoc eſt, cum IESVM Filium prædicamus. Perinde ac ſi dicat, triumphent alij pro terrenis rebus his decertando, ipſe vero IESVM ſolum gloriæ duxerim, ut & alibi dixerat. Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce domini noſtri IESV CHRISTI.

ET ODOREM noticiæ ſuæ manifeſtant nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, & his qui pereunt.) Quod autẽ dicit tale eſt. ſiue ſalutem aſſequantur, pręmiumq;, ſiue interitum & perditionem, præſtat tamen

ſua virtute & robore Euangelium. Nosq; eodem quo ſumus ſtatu conſiſtimus. Et quemadmodũ lux ipſa & fulgor, imbecilliora quæq; obtenebrans, in ſuo ſplendore alioqui perſeuerat. Mel item, & ſi his qui deprauato ſunt guſtu, amarius videatur, ſuam tamen ſeruat dulcedinem. Sic Euangeliũ odorum eſt, & ſuaue, tam & ſi increduli nonnulli intereant, & diſperdantur. Nos vero Deo iure optimo ſumus in ſuauitatis odorem. Cui, quis unquam cum ſententiam tulerit, aduerſabitur?

Euangelium odorum & ſuaue.

ALIIS QVIdem odor mortis in mortẽ, alijs aũt odor vitæ in vitã.) Cum dixerit ſupius, odoratu ſuaues inter perditos ſumus. Ne exiſtimes, & hos eſſe Deo acceptos, inducit hæc, inquiens. Ad eiuſmodi odoris fragrantiã, eo pacto nõnulli accedũt, ut ſalui reddant̃. Nõnulli vero, ut in interitũ ſeipſos ꝓripiant. Nec ſecus ac mulſum ſolet, & ſues & cancros ſuffocare. Et Chriſtus qdem ſcandali petra, & ad potionem expoſitus, & ignis qui aurum reddit fulgentius, vepres & ſenticeta cõburit.

Mulſum ſues ac cancros præfocat.

ET AD hæc quis tam idoneus?) Poſtquã magna quædã præfatus eſt Paulus, & ſuauiſſimũ nos ſpirare odorem, & triũphare, rurſum hæc moderatius diſſerens, ait. Nihil fore ad imbecillitatem hanc noſtram idoneum ſatis, niſi præſto ſit & Dei potentia. Ad eum nanq; & ſolum, non ad nos ſpectat rerum omniũ ſumma.

NON ENIM ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei.) Hoc loco falſos Apoſtolos carpit, qui Dei gratiam, propriæ virtuti adſcriberent. Non ẽm, inquit, commenticiorũ ſum ipſe Apoſtolorum perſimilis, qui deprauare & adulterare dei gratiam velim, ſed Deo equidem uniuerſa permiſi. Quis ẽm poſſet ad hæc per ſe ſatis ſufficere? Arguit præterea eoſdem Apoſtolos exterioris Sapientiæ argutiolis quibuſdam docendo alios ineſcare, & venalia habere, quæ dari gratis oportuiſſet. Se tamen haud quaquam iſtiuſmodi eſſe. in ſubſequentibus demonſtrabit.

Pſeudo apoſtoli.

SED EX SYNceritate, ſicut ex Deo, coram deo in Chriſto loquimur.) Hoc eſt, animo puriore & aperto nos loquimur, tanquam ex Deo accipientes quæ dicimus. neq; a nobiſipſis mirandum aliquod edimus facinus. Et Chriſti virtute, non noſtri Sapientia Euangelium prædicamus, coram Deo autem dixit, ut ſui cordis & rectitudinem præferat, & libertatem. Adeſt enim tantopere a quouis dolo cor noſtrum & labe, ut liceat nobis, vel in Dei conſpectu libere id aperire.

INCIPIMVS ITERVM NOSmetipſos commendare.) Cum magna de ſe Paulus prædicarit, quæreret aliquis. Quid illud? Teipſum extollis, cum de te talia iactitas? Hanc igitur quæſtionem ex ſequentibus ſoluit.

CAP. III.

AVT NVN quid egemus ſicut qdam commendaticijs Epiſtolis ad vos, aut ex vobis?) Hæc non ſine indignatione aliqua refert, ut Corinthios verbis urgeat acrioribus. Oſtendit autem ſubdolos & ficticios nonnullos Apoſtolos, quorum fama cum eſſet obſcurior, quia nullis eſſent proprijs operibus clari, in ſuam cõmendationem finxiſſe Epiſtolas, quas in ſuam ipſi cõmendationem quocunq; liberet deferrent. Ex hiſq; & laudem ſibi & nomen apud exteros comparaſſe. Quod vero Paulus non ſine animi acerbitate loquitur, tale eſt. Num forſan dixerit qſpiam, circumferendas eſſe & nobis commendaticias ad vos Epiſtolas, vel ex vobis ad alios, ut per eas notiores efficiamur? Deinde quæ ſequũtur, ſic inquiens ſubdit.

EPISTOLA noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus.) Quod inquit, Epiſtolæ in meam cõmendationem egiſſent & laudem, id ipſi per vos agitis. Nam cum ab alijs vel ſpectamur vel audimur, vel quocunq; profectum eſt, vos circumferimus. Quippe quos cordi habemus inſcriptos, & veſtras virtutes omnibus propalamus. Cum itaq; Epiſtolæ loco vos habeam, qui me apud alios cõmendatis, & laudibus ſummis effertis, nullas alias a vobis exegerim literas, ut me neſcientibus innoteſcam. Accedit præterea, ut neq; aliorum apud vos cõmendatione indigeam, quandoquidem inſiti mihi menti & cordi ſitis. Sunt nanq; ad eos neceſſariæ cõmendaticiæ literæ, qbus ipſi incogniti ſumus. Vos aũt mihi anio eſtis inſcripti, ita ut excidere nullo pacto poſſitis. Quibus dictis, non

modo illorum ſuo teſtimonio comprobat charitatem, uerum & uirtutes extollit. Si quidem ad præceptoris manifeſtandam cæteris hominibus dignitatem ſatis habere virium uidebantur. Magiſtro nanq;, diſcipuli uirtus decori eſt.

MANIFESTATI quoniam Epiſtola eſtis Chriſti.) Quo fieri id pacto poteſt? Nimirum quia Chriſti mandata & leges apud voſipſos, tanquam apud aliqua literarum monumenta, & manent, & conſeruantur.

Moyſes ueteris legis miniſter.

MINISTRATA a nobis & ſcripta, non atramētō, ſed Spiritu Dei uiui. Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.) Occaſionem arripiens legem cum Euangelio conferendi, ex ea ſic inquiens initiū ſumit. Quemadmodum legis Moyſes fuit olim miniſter, ſic & nos ad Fidem hanc noſtrā vulgandam, & prædicandam miniſterio fungimur. Vtq; & tabulas ille iſculpſit, ſic & nos corda. Atqui & lex erat atramento inſcripta, in nobis vero Euangelium Spiritu eſt exaratum. Quantū itaq; differt ab atramento Spiritus, et cor ipſum a lapide, tantundem nouum a lege veteri, Teſtamentū. Poteſt & in alium ſenſum id dictū capi. Nam cum conſtet, ſe crucianibus Iudæis, & alijs a Fide alienis, corda ineſſe lapidea, eo fideliū corda carnalia intulit. Vtpote, quæ & rationem admittant, & eadem hac gubernentur.

Paulus nouæ legis doctor.

FIDVCIAM autem talem habemus per Chriſtum ad Deum. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis.) Quoniam oſtendit nouam hanc, antiquam illam legem præſtare, conſequens erat, ſic Paulum orationem fuiſſe proſequuturū, vos videlicet Apoſtoli quorū miniſterio lex noua tractatur, præſtantiores Moyſe eſtis, qui veterem adminiſtrauit. Quod dictū ne ferre præ ſe ſuperbiam videret, ſic infert. Neq; enim accenſeri noſtræ illud virtuti debet, ſed Deo, in quo habemus per Chriſtum fiduciam. Hoc eſt, in quo per Chriſtū omnis noſtra ſita eſt gloria, noſtræ nanq; huius in Deo iactantiæ Chriſtus eſt cauſa. Nec quidpiam eſt, quod ſit opera noſtra effectum, nec minimum quidpiam. Hæc eñ dicere voluiſſe deſignat, cum inquit. Sufficientes non ſumus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis.

SED SVFFI cientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miſtros noui Teſtamenti.) Virtus inquit noſtra & vigor omnis ex Deo haud dubie proficiſcit. Ipſe nanq; nos idoneos reddidit, hoc eſt roborauit, & aptiores effecit, ad rei huius diuinæ & noui Teſtamenti adminiſtrationem.

Lex ſpiritalis cur.

NON LITERA, ſed Spiritu.) Et lex qdem ſpiritalis erat, hoc eſt, a Spiritu conceſſa & prodiens. Nec tamen ut noua, vetus illa Spiritū conferebat. Ait igitur haud quaquā nobis quemadmodū Moyſi literæ duntaxat creditæ ſunt, ſed Spiritus ipſe conceſſus, non eñ ſpiritalibus quibuſdam & diuinis tantum Apoſtolorum nitebatur doctrina, ſed ſimul ac manus impoſuiſſent, & Spiritum largiebant.

Litera occidit, Spiritus uiuificat quo modo.

LITERA autem occidit, Spiritus aūt viuificat.) Lex inquit illa vetuſtior, ſi quē deprehendat vel rebus in mimis delinquentē, non ſecus afficit morte, quā ligna ſabbato legentem affecerit. Spiritus aūt ſanctus, vel ſi mille hoīem facinoribus obſtrictum exceperit, Baptiſmi lauacro, & iuſtum reddit, & Peccato viuificat mortuū.

Legis ueteris & nouæ differentia.

QVOD SI miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit, in gloria.) Patefacta ſuperius noui & veteris Teſtamenti differentia, aſſerit alterū atramento, alterum Spiritu eſſe conſcriptum, & inſculptū lapidibus illud, hoc vero cordibus. Itemq; ex altero mortem, vitam ex altero comparari. Nunc quidem oſtendere nititur, longe maiorem eſſe Euangelij gloriam, quā legis fuerit. Lex quippe vetus ſenſibilem quandam nacta eſt gloriam, Moyſis ſcilicet faciem fulgentiorem. Noua vero eam videlicet quæ mente concipitur. Quandoquidem hanc ipſam memini iam ſenſibiliter licet oculis intueri. Oſtendit itaq; Euangelij excellentiam ipſam animi conceptu quodam comprehendi poſſe inquitq; priorem legem mortis fuiſſe miniſtram. Neq; eni effectricem dixit, ne ullam præbeat hæreticorū errori occaſionem, ſed miniſtram. Enimuero Peccatū mortem pepererat, mors vero ſupplicium afferebat. Litera præterea ipſa veteris Teſtamēti ſola conſtabat, neq; ullā afferebat opem certantibus

certantibus. Quod ſane in baptiſmo non accidit. Arguit & ſimplicia illi nec deſinere unq̃ nec tolli, inquit nanq;, mortis hanc adminiſtrationem in lapidibus fuiſſe formatam. Si lex itaq; cũ talis extiteret, in gloria eſt effecta, quanto magis & gratia, quæ a Deo præſtat, ut nihil queat eius excellentiæ comparari.

ITA VT NON poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur.) Tacite hoc loco Iudæos incuſat, qui adeo erant mente obtuſi, ut ne ipſam quidem ſenſibilem Moyſi gloriam poſſent ſuſpicere. Neq; enĩ dixit legem ipſam uel tabulas eiuſmodi gloriam habuiſſe, ſed Moyſi faciem. Moyſes nanq; non legis tabulæ hanc præ ſe gloriam & ſplendorem, ferebat, quam demũ gloriam & Moyſi demit, cum inquit euacuatur, hoc eſt, uacua & inanis effecta eſt. Aduerte autem quemadmodum nequaq̃ iniquam gloriam dixerit, ſed euacuatam, hoc eſt, deſitam iam & otioſam & finem nactam.

QVOMODO nõ magis monſtratio ſpiritus erit in gloria.) Quemadmodũ legem aſſeruit mortem ſubminiſtrare, ſic conſequens erat, ut Euangelium diceret uitæ miniſtrũ. Veruntamen quod præſtantius erat ſpiritus dixit, qui uitam præbeat. Longe itaq; nouum hoc teſtamentum præſtantiori eſt gloria quam lex illa uetuſta.

NAM SI MIniſtratio damnationis gloria eſt, multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.) Rurſum in eadem ſententia interpretanda perſiſtit, explicans quemadmodum litera ipſa occidat. Legem enim inquit, miniſtrationem quandam eſſe damnationis, quia tormentis afficiat, non gignat ſupplicia. Iuſtitiæ autem miniſterium Euangelium dicit, quod non ſolum nos eximat a penis, ſed iuſtos reddat uel delinquentes. Quo fit, ut maiori habendum ſit Euangelium gloria. „

NAM NEC glorificatũ eſt, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriã.) Quid, inquit, ueterem cũ noua legem contulerim, cum tanta ſit nouæ præſtantia, ut in hac parte, hoc eſt, in eiuſmodi cõparatione, nullam habere gloriam exiſtimabitur quod fuerit glorificatum. Id eſt, uetus Lex ipſa, ob nouæ excellẽtiſſimã claritatem. Ita fit, ut & ſi glorioſa per ſe ſit uetuſta illa, alioqui propter Euangelij ipſius præſtãtiam cõuincitur omnis gloriæ eſſe immunis. Aduerte autem, quemadmodum ueterem illam ex eiuſmodi Euangelij comparatione commendet. Neq; enim in diſſimilibus comparatio cadit, ſed in his quæ propinquiora ſint inter ſe & fere paria. *Cõparatio nõ cadit inter diſſimilia.*

SI ENIM q̃d euacuatur p gloriã eſt, multo magis q̃d manet in gloria eſt.) Si enĩ lex, inquit, quæ abroganda foret, & tollenda, per gloriã lata eſt, multo magis nouũ hoc teſtamentũ in gloria eſt permanſurum, quod ſtabile ac perpetuum ſit futurũ.

HABENTES igitur talem ſpem, multa fiducia utimur.) Quoniam plurimũ quidem nouo huic teſtamento ineſſe gloriæ teſtatus eſt, optarentq; forſitan auditores perinde infirmi & imbecilles, ſenſibilem aliquã gloriam contemplari, qualis ex fulgore illo in Moyſi facie fertur apparuiſſe, ſpem, inquit, talem habemus, maioribus longe donis, & gloria quadã præſtantiori nos ipſos fideles fuiſſe, q̃ Moyſen ipſum dignatos. Ideoq; & his confidimus plurimũ, quos ipſi inſtruximus, cũ eos nihil celemus, nec uereamur, neq; illorum reformidemus aſpectum, quemadmodũ Moyſes Iudæorum exhorruit. Neq; enim eſtis ut illi, fragiles & labantes. Moyſes ſane cum ſecũdo tabulas excepiſſet, Diuinis manibus exaratas, e monte deſcendẽs faciem fulgentem adeo retulit, ut eum Iudæi haud quaq̃ ante uel adire uel alloqui poſſent, quã caput ſibi operimento uelaſſent. Cuius hiſtoriæ ſic Paulus inquiens meminit.

ET NON SIcut Moyſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuã, ut non intenderent filij Iſrael in faciem eius quod euacuat.) Hoc eſt, nequaq̃ ipſi in Moyſi morem uelandi ſumus, quippe quibus eiuſmodi gloriã ſpectandi facultas inſit, quã nacti ſumus, Euãgelij ſcilicet gloriã, quæ longe ſit Moyſe clarior. Id eſt, licet uobis optimã „ habere Diuinorũ myſteriorũ notionem, hoc eſt, Euãgelij. Nec præterea neceſſe eſt eiuſmodi myſteria uobis clam habeamus, uideamurq; horum obſcuritatem & ignorantiam, nõ ſecus ac uelamen aliquod uobis oſtendere. Atqui cum eſſet Iſraeliticus *Iſraeliticus populus rudis.*

populus rudior, nec quemadmodũ lex ipſa finiret ſpectabat, neq; quod deſitura eſ
ſet aduertit & inanis reddenda. Velamen uero, quo Moyſi dixit fuiſſe faciem obuo
lutam, Iſraelitarũ ingenij craſſitudinem quandã & ruditatem prætendit, ſicuti ex ſe
quentibus innoteſcet. Nonnulli aũt ſic ſentiunt, nequiſſe uidelicet illos in Moyſi fa
ciem obtutũ intendere, argumento fuiſſe finem iam eſſe huiuſmodi gloriã conſecu-
tã. Quippe quæ ut uideri nõ poterat, ſic ne gloriæ loco erat habenda, aſſeruntq; illã
ſic fuiſſe prætentã, quia eſſet breuis æui futura, qñ neq; tũ quidem gloria apparet.

SED OBTVSI ſunt ſenſus eorum. Vſq; in hodiernũ enim diem idipſum uelamen
in lectione ueteris teſtamenti manet non reuelatum. Quoniam in Chriſto euacue-
tur.) Obtuſi, inquit, eorum ſunt ſenſus, hoc eſt, eorum mens hebetata, eoq; neq;
tunc temporis Iudæis uidendi erat facultas, neq; his quidem qui in humanis nunc
agunt. Sunt nãq; & mente obtuſi, & eodem quo Moyſi facies, operti uelamine, Hoc
eſt, ſuperficie tenus, lectitant legem. Abraham enim legem Moyſen nuncupat, ut il
lud. Habent Moyſen & Prophetas. Neq; illis uel reuelatur uel innoteſcit, quemad-
modum Chriſtus legem hanc uacuam eſſet & inanem facturus. Quo fit, ut eorum
mens peccet obtenebrata. Obtuſio nanq;, mentis eſt error. Nequaq̃ igitur inquit,
mirum uobis uideri debet, ſi nequeunt uel Chriſti gloriam ſpectare Iudæi, uel eius
fidem admittere. Quippe qui nec legis gloriam, quæ utiq; inferior eſt, potuerint in-
tueri. Nam ſi hanc inſpexiſſent, & Chriſti gloriam peruidiſſent. Legis enim gloria
Chriſtum præfert. Quæreret aliquis. Vbi nam hæc ipſa fatetur in Chriſto ſe deſitu-
ram? Propheta nimirum ſic inquit. Reſurget dominus Deus, illum audite in omni
bus. Cum itaq; audire hunc iuberentur, horumq; ut inſtituta & legem, utpote circũ
Teſtimonia q- cíſionem ipſam et reliquos ritus, diſſolueret Chriſtus. Lex ergo propriam uidebat̃
bus lex uetus deſtructionem iniungere. Accedit præterea ut ſacrificia uno in templo fieri manda
erat diſſoluẽda ret, idipſumq; rurſum & demoliri, nõne aperte & immolãdi tollebat cõſuetudinem
Et tu ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Et illud, Sacrificium
& oblationem noluiſti. Hæc ſane uniuerſa legem diſſoluunt.

SED VSQVE in hodiernum diem cum legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſu
per cor eorum.) Quoniam dixerat ſuperius uelamentum quoddam in ueteris te-
ſtamenti lectione eſſe illorum menti obtentum, ne forte exiſtimet quiſpiam ſe legis
obſcuritatem appellare uelamen, haud ita eſt inquit. Sed illorũ cordis obtuſionem
& ruditatem uelamen dixerim. Quod plane eſſet Moyſi faciei, non ipſius gratia,
ſed ob iſtorum craſſitudinem & cæcitatem obductum.

CVM AVTEM conuerſi fuerint ad Deum, auferent uelamen, dominus autem ſpi
ritus eſt.) Modum nunc explicat, quo in uiam poſſent Iſraelitæ reduci, cum ad do
minum, inquit, fuerint conuerſi. Hoc eſt, cum a lege defecerint, & ad Euangelium
ſe contulerint ſpiritale, tunc haud dubie operimentũ illud & uelamen tolletur. Erat
autem Moyſes (ut hiſtoriȩ proditum eſt) cum ad Deum iter repeteret, facie reuelata
& aperta. Quod ſane futurorum præferebat figuram, uidelicet cum ad ſpiritũ quiſ
piam fuerit conuerſus, quia ſpiritus dominus eſt, tunc nudam eſt & rectam latoris
legis, hoc eſt, Dei faciem inſpecturus. Quinpotius pro Moyſe ipſo habebit, & glo-
riæ, hoc eſt, ſplendoris fruetur magnitudine, ut dictum eſt. Legis enim hãc ſpiritus
ipſe gloriam, quippe qui dominus ſit & omnipotens, largietur.

In lege iugum VBI AVtem ſpiritus dñi, ibi & libertas.) In lege iugũ & ſeruitus inerant, in ſpũs
In lege noua uero lege & euãgelio, libertas. Quo fit, ut facile queas et libere dñi gloriã ĩſpectare.
libertas.

NOS VERO omnes reuelata facie gloriã domini ſpeculantes, in eandem imaginẽ
transformamur a claritate in claritatem, tanq̃ a domini ſpiritu.) Adeo, inquit, in-
genuitate quadã nos fruimur & libertate, ut omnes haud quaq̃ in unius Moyſi mo
rem, ſed facie ſimus aperta. Non enĩ aliquod eſt apud nos fideles uelamen, ut quaſi
per ſpeculũ Dei gloriã inſpectantes, in eandem imaginem transformemur. Hoc eſt,
eius ſplendoris & glorię participes ſimus. Nos nanq; ut ſpeculũ ſumus qui claritate

excepta, &

excepta, & ſplendorem a nobis remittimus. Et quemadmodũ argentũ ſoli obiectũ, ex Solis occurſu micantes radios in ſolem ipſum reflectit, ſic & nos Baptiſmo accepto, purgati per ſpiritũ, & huius ſplendore deniq; illuſtrati, fulgorem & ipſi ſpiritalem quendã ex aduerſo remittimus, eandemq; imaginẽ a ſpiritus gloria in gloriã noſtram & claritatem transferimus. Et talem in quã imaginem, qualem decens eſt ut is ſortiaẽ, qui a ſpiritu domini nulli rei obnoxio lucem acceperit. Dominus eni ille cũ ſit, & regiũ habet ſplendorem. Fideles aũt omnes baptiſmi gratia SPIRITV ſancto oppleñ, & illorũ eſt fulgentior aĩa. Quandoquidem & Moyſes Dei gloriæ fulgore inſpecto, in eius gloriæ imaginẽ eſt transformatus. Hoc eſt, & ipſe Diuinæ glorię & ſplendoris participauit. Huius & facies reſplendebat, cũ ipſe noſtri p̄feret figurã.

Simile.

IDEO HABENTES HANC ADMINIſtrationem, iuxta quod miſericordiã conſecuti ſumus, non defecimus.) Cum multa & magna de Apoſtolorum dignitate prædicaſſet, eſſetq; iam illos longe Moyſen præſtare profeſſus, corripit tandem & moderatur, quod de ſeipſo, & reliquis Apoſtolis iactitaſſet. Inquitq;, id omne diuinæ eſt poreſtatis, nos uero Euangelij duntaxat miniſterio fungimur. Quod plane non ipſi nobis noſtra uirtute peperimus, ſed ſumus pro Dei miſericordia aſſecuti. Eſt nanq; uel id Dei clementia effectum, quocirca nec ipſi deficimus. Hoc eſt, cum ſimus ipſi a domino tanta rerum magnitudine dignati, nequaquam erit ad tolerandas preſſuras animo ſuccumbendum. Quandoquidem Deo commiſerante ad id ſimus miniſterij munus obeundum nos inſtituti.

CAP. IIII.

SED ABDICAmus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia.) Falſos hoc loco Apoſtolos indicat, qui facie quadam adumbrata & ſubdola omnia factitarent Præſertim cum acceptis muneribus, nil tamen ſe accepiſſe a fidelibus ſimularent, ſanctimoniaq; imbuti cum uiderentur, eſſent tamen impuriores. Nos itaq;, inquit, praua hæc & fucata facinora propulſemus a nobis, & abdicemus. Nec talia committamus, quæ poſt modum manifeſta cum fiunt, & in lucem ædita fuerint, ignominiã afferunr perpetranti. Mox ita infert, ambulantes in aſtutia. Cedunt nanq; ad dedecus quæ uerſute & dolo geruñ. Quod ſi & de reliquis prauis actionibus id dictum fuiſſe exiſtimes, profecto nil aberrabis, nec poterit id abſurdum uideri. Sunt nanq; & qui praua committunt, pro falſis Apoſtolis iure habendi.

In pſeudo Apoſtolos.

Falſi Apoſtoli ſunt etiam qui mali.

NE QVE adulterantes uerbũ Dei.) Non ſolum, inquit, uitam ipſi ſimplicem ducimus & puram, & cuiuſuis doli expertem, quin & dogma hoc noſtrũ & ſermo noſter hic omnis, argutijs uacant. Neq; enim quidpiam ipſi uel externæ huius & humanæ ſapientiæ interiecimus noſtro ſermoni, uel ad gratiam uerba fecimus. Neq; pecunias ex prædicationis hoc munere cumulamus, neq; hoc illud ue habita temporis & perſonarum ratione, ut fallaces ſolent Apoſtoli, edocemus.

SED IN MAnifeſtatione ueritatis cõmendantes noſmetipſos ad omnem cõſcientiam hominũ, coram Deo.) Apoſtoli, inquit, qui fallere alios conſueſcunt, fucatis operibus, alios ſequam ſint, mentiuntur. Ipſe uero ueritatis manifeſtationem & nuditatẽ cõmendationi mihi eſſe uelim. Hoc eſt, rebus ipſis pro teſtibus utor, uoſq; mihi teſtimonio eſtis quẽadmodũ nihil a quouis fideliũ acceperim, neq; ea egerim quæ factitent hi, quos dixi Apoſtoli. Quo fit, ut meipſum apud omnem hominum conſcientiam, fidelium ſcilicet & infidelium, cõmendatiorem efficiam, uitamq; meã ſic palam enudando, Euangelium prædico, ut omnibus quemadmodũ uixerim, ſit pernoſcendi facultas. Proinde quia fallere hominem forte liceret, coram Deo adiecit, quem haud quaq̃ iſtiuſmodi Apoſtoli in teſtem ſuæ admitterent conſcientiæ.

QVOD SI etiam opertũ eſt Euangelium noſtrũ, in ijs qui pereunt, opertũ eſt.) Cum ſuperius dixerit Iſraelitis eſſe uelamen impoſitum, noſq; fideles facie reuelata proſpicere, nunc uero, & ſi apertum eſt Euangelium, inquit, fidelibus tamen opertum eſt. Quod enim tunc temporis Iudæis in Moyſe contigit, idipſum & infidelibus Euangeliũ fuit. Vtq; illi ſplendorem, qui Moyſi inerat, nequaq̃ tolerare oculis poterant.

Infideles Euangelii fulgore excæcantur.

poterant. Sic hos Euãgelij ueritas latet. Non Euangelij culpa, ſed ipſorũ qui fide ca
rent. Clare nanq; & his, ſi crederent, Chriſti gloria & uis omnis euãgelica pateret.

IN QVIBVS Deus huius ſæculi excæcauit mentes infideliũ, ut non fulgeat illu
minatio Euangelij gloriæ Chriſti.) Inter perditos, inquit, quos plurimos eſſe &
diuerſos conſtat, uel infideles ipſi haberi debent, quorũ mentem huius ſęculi Deus
In Marcioniſtas & Manicheos. cæcitate obduxit. Atqui Marcioniſtę de conditore ipſo orbis terrarũ Deo, aſſerunt
fuiſſe id dictum, quem iuſtũ dicunt, non probum. Manichei uero de diabolo, quem
mundi huius prædicant fabricatorem, cum horum neutrũ ſit, ſed de Deo noſtro id
dici ſat patet. Quod autem ſæculi huius Deus aſſeratur, nil mirũ. Nam & cœli dicitᷓ
Deus, cũ haud quaq̃ cœlorum ſit dũtaxat Deus. Quinetiã & Abraham dicitᷓ Deus,
& Iſaac & Iacob, neq; horum modo, ſed cunctorũ eſt Deus. Quid itaq; nouũ uideri
poteſt, ſi oportune hoc loco Paulus ſæculi huius Deũ appellat, ut infidelibus ipſis
ualidioribus argumentis patefaciat, illũ uel hæc quæ uiſuntᷓ fabricaſſe, quibus hi &
ſi pro delitijs fruantur, fabricatorem tamen repudiant. Poteſt & ita præſens oratio
Infidelibus ſenſus excæcati. nis cõtextus perlegi. Videlicet infidelibus ſæculi excæcauit ſenſus Deus. Futurum
nanq; ſeculũ illud, nullos continet qui fide careant. Excęcauit itaq;, id eſt, cæcos eſſe
permiſit. Huic perſimile illùd eſt, tradidit eos in paſſiones ignominiæ. Hos nanq; cũ
a ſe deſciuiſſent, miſſos facit, & dereliquit. Non enĩ inuitos ad ſalutem traducit De
us. Aduerte aũt, quemadmodũ nequaq̃ eos, ut minus crederent excæcauit, dixerit
Paulus. Sed ne Diuinæ gloriæ fulgorẽ, inquinati & prophani oculi proſpectarent
cuiuſmodi ſplendor in eo cõſtat, ut Chriſtũ quis credat & in crucem fuiſſe ſublatũ,
& in cœlos aſſumptũ, & bona futura largiturũ. Quemadmodũ enim qui oculorum
ualetudini cõſulens, eum qui ea laboret, obſcuro aliquo in loco recondit, ne ſolis ra
dios intuendo aciem offendat. Sic & his cũ per ſe a fide defecerint, haud ſecus Deus
Euangelij intercludit fulgorem, q̃ Iſraeliticis micantem Moyſi faciem, nobiſq; item
ne Margaritas inter porcos ſemp̃ geramus iniunxit. Recte aũt fulgeat dixit. Siqui
dem mediocri nunc luce fruimur, neq; illuminati penitus ſumus. Quod profecto
& ante expreſſit, cũ odoratu duntaxat eum cœleſtium rerum, uelut pignore quodã
potiri dixiſſet, arguens quæ potiora ſunt & maiora, in futuro ſæculo nos manere.

QVI EST imago Dei.) Oſtendit hoc loco, infideles nõ Chriſti modo, ſed etiã
patris eſſe gloriæ ignaros. Quandoquidem patris imago ſit Chriſtus. Quo fit, ut
qui hunc neſciat, nec patris habeat notionem.

NON ENIM noſmetipſos prædicamus, ſed IESVM CHRISTVM dominum no-
ſtrum. Nos enim ſeruos ueſtros, per IESVM.) Superius dixerat minus ſe aſtute in
cedere, moxq; de infidelibus mentionem interiecit, quemadmodum uidelicet oper
ti ſint & obcæcati. Nunc uero infert, propterea nihil a nobis per uerſutiam agitur,
quia haud quaq̃ noſipſos, ut falſi Apoſtoli ſolent, extollimus. Hi nanq; auditori-
bus ſuadebant, quatenus ex ſeipſis denominationem acciperent. Quemadmodũ in
priori epiſtola ſignificauit, cũ diceret. Ego quidem Apollo, alius Cephe. Neq; exi-
ſtimetis, qui nos impugnatis, nobis bellũ inferre, quandoquidem haud quaq̃ noſ-
ipſos, ſed Chriſtũ prædicamus. Ille itaq; a uobis oppugnatur, de quo nos prædican
do diſſerimus. Cæterum adeo ipſe procul ſum, ut aliquid de meipſo iactitem, ut nõ
fugerim pro Chriſto a uobis, uel iugum mihi & ſeruitutem imponi. Chriſtus uero
tanta erga uos detentus eſt charitate, ut cuncta ueſtri ob gratiam geſſerit.

QVONIAM Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, illuxit in cordibus
noſtris, & illuminationẽ ſcientiæ claritatis in facie IESV CHRISTI.) Cur, inquit
nihil de nobis prædicamus. Quia Deus illuxit in cordibus noſtris. Et quemadmo-
dum olim in Moyſi faciem ſuum ſplendorem intenderat, ſic nobis eundem in præ-
ſentia eſt impartitus. Neq; ut initio creandarũ rerum edixerat, lux eſt e tenebris facta
ſic nunc dixit, & ſplendor eſt eiuſmodi nobis inuectus. Sed ipſemet potius in lucem
nobis effectus eſt. Siquidem in Chriſti facie nobis ipſe illuxit. Hoc eſt, per Chriſtũ.

Cuius per

Cuius per gratiam ſuum in nobis fulgorem iniecit pater, largituſq; eſt & ſcientiæ lumen, non ſuæ ſubſtantiæ, ſed gloriæ claritate. Attende quemadmodũ uel hoc loco Paulus diuinitus aſſerat trinitatem. De ſpiritu nanq; diſſeruit, cum gloriam dixit domini ſpeculamur. Dominus autem SPIRITVS eſt. De FILIO uero, cum illuminationem gloriæ Euangelij Chriſti. De PATRE autem facit hoc loco mentionẽ, cum illuminationem ſcientiæ inquit, gloriæ ſuæ.

Trinitatem aſſerit Paulus.

HABEMVS autem theſaurum iſtum in uaſis fictilibus.) Cum multa atq; præclara de ineffabili gloria Dei explicaſſet, ne obijcere quiſpiã iſtiuſmodi poſſit. Cur ergo hoc mortali in corpore permanemus, qui tanta, ut aſſeris, acceperimus? Reſpondet uel idipſum eſſe Diuinæ potentiæ. Quãdoquidem uel fictile uaſculum tales theſauros continet.

Vas fictile corpus mortale.

VT SVBLIMItas ſit uirtutis Dei, & non ex nobis.) Vt conſtet, inquit, apparentis uirtutis magnitudinem nequaq̃ a nobis, ſed a Deo proficiſci. Ne ut ipſi, exiſtimemur aliquid poſſe quod dignũ laude ſit per noſipſos efficere, Deo adſcribamus Et illius eſſe donũ, quodcunq; bene & laudabiliter geritur, dictitemus. Falſos præterea hoc loco arguit Apoſtolos, qui gratiam Dei ſibijpſis accenſent.

IN OMNIBVS tribulationem patimur, ſed nõ anguſtiamur.) Adeo inquit omnia ſunt Diuinæ potentiæ tribuenda, ut & ſi fictilia uaſcula ipſi præferimus, tantiſq; undiq; urgemur anguſtijs, non tamen uel frangimur, uel qui in nobis reconditus eſt theſaurus, aboletur. In omnibus autem anguſtiamur. Hoc eſt, quouis loco, & quibuſuis in rebus tam apud amicos quã apud infenſos preſſuras nos patimur. Nõ tamen uel angimur, uel coartamur. Quandoquidem corda noſtra Chriſtus dilatet.

APORIAMVR, ſed non deſtituimur.) Hoc eſt, & ſi in rem ancipitem & dubiam incidimus, nihilominus erecti pedibus ſtamus. Nec ulla deſperatiõe ſuccumbimus, ſed uia potius euadimus regia &, in Deo cõperta, uictores ab eo nihil deſtituti. Vel aliter aporiamur, quod Græce ἀπορούμενοι dictum, id ſane prætulerit. Et ſi neceſſaria deſint, haud quaq̃ tamen in uero theſauro conſequendo deſerimur.

Via regia.

PERSECVTIOnem patimur, ſed non relinquimur.) Et ſi homines nos perſequunt̃, haud quaquã tamen deſerit Deus. Ad noſtram nanq; hæc permittitur perſecutio exercitationem, non ut uincamur.

DEIICIMVR, ſed nõ perimus.) Exterioribus aduerſariorum telis corpus hoc leditur, nullam tamen pernitiem propter animi promptitudinem & conſtantiam ſuſtinemus. Quinpotius quo ad ipſum attinet corpus, a Deo defendimur.

SEMPER mortificationem IESV in corpore noſtro circumferentes, ut & uita IESV manifeſtetur in corporibus noſtris.) Hoc eſt, mortes quotidie ipſi ſubimus, & domini mortem imitati, eiuſdem & uitã ſiue reſurrectionem in noſtro corpore circunferimus, ut illa in nobis patefiat. Quocirca ſi quis Chriſtum dominum reſurrecturum diffidit, cum nos ſpectauerit mortem obire quotidie, & uitam quotidie ducere, ei rei haud quaq̃ amplius ſit diffiſurus.

SEMPER enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter IESVM, ut & uita IESV manifeſtetur in mortali carne noſtra.) Per hæc quidem declarat, quid illud ſit quod dixerat IESV mortem. (Erat nanq; ſuboſcure id dictum) conſueuit enodare Apoſtolus, quæ minus paterent. Illud autem in uita IESV manifeſtetur, a ſuperioribus pendet, & in hunc ſcilicet ſenſum accipitur. Quemadmodũ enim nos Chriſti mortem nũc toleramus, & mortem pro eo obire, ſi locus detur, uel uiui malumus, ſic & ipſe in animum magis induxerit, uel mortuos nos plane uiuificare, quod & alibi diſſerit inquiens. Si enim commoriemur, & uitam ſimul ducemus.

Mos Pauli in docendo.

QVO FIT ut mors in nobis operetur, uita autem in uobis.) Mortem hoc loco tentationes dicit. Quod autem inquit, huiuſmodi eſt. Nos quidem in periculis ſumus, uos autem uita, quæ ex periculis conſtat, fruimini. Quippe quibus Euangeliũ prædicatum eſt, quo uitam uiuitis ſempiternam.

HABEMVS

HABEMVS autem eundem ſpiritum fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt. Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propterea & loquimur.) Tentationes meminerat & mortes ſuperius. Deinceps uel ex his, inquit, nos eximet Deus. Inſuper & illud adiecit, idcirco his malis uos eruet Deus, ut eum reſurrexiſſe credatis. Nunc uero inquit, nō mente ſolū & cogitatione, ſed fide erit id adſtruendū, infertq́; Quemadmodū Adā cū eſſet tentationibus diuexatus, ex hiſq́; a Deo & ſolo ereptus credidi dixit, propterea locutus ſum. Haud ſecus & nos eundē fidei ſpiritū aſſecuti, quē & Dauid ille ſit nactus, credentes id loquimur. Quod quemadmodū Chriſtus ipſe a mortuis reſurrexit, ita & nos nūc ſuperatis piculis, iterato ſumus reſurrecturi.

SCIENTES quoniam qui ſuſcitauit IESVM, & nos excitaturus eſt, & cōſtituet uobiſcum, omnia enim ueſtri gratia toleramus, ut affluens gratia, per multos abundet in gloriam Dei.) Quid credimus, inquit, uel ipſi quid uidemus? Id ſane, quod a quouis diſcrimine nos liberabit, ac deniq́; is ſuſcitabit, qui & Chriſtum iam excitauerit, adſtituetq́; uobiſcum una bonis perpetuis fruituros? Facit inſuper eos, cū ad credendū tum ad recte uiuendum fidentiores. Nec ſecus & falſos hoc loco carpit Apoſtolos, ſeſe affirmantes pro diſcipulis, ut bona huiuſmodi comparent, intercederet. Vnde id confutans Paulus hunc in modum ediſſerit. Veſtri ob gratiam uniuerſa ſunt condita, quinetiam, et reſurrectio idcirco effecta eſt. Non enim per hunc illum ue recti aliquid geritur. Nam & id omne Deus exequitur, & plurimis impartitur. Quo fit, ut abundanti gratia, abundet etiam neceſſe eſt, multorum ad Dei gloriam in habendis gratijs & officium. Apoſtoli itaq́; iſtiuſmodi deceptores, cū Dei gratiam ſibi iniquius uendicant, illius haud dubie obſcurant & gloriam.

Apoſtoli falſi Dei gratiam ſibi uendicantes.

PROPTEREA non deficimus. Quin & ſi exterior noſter homo corrumpitur, interior tamen innouatur de die in diem.) Quoniā, inquit, ſpectatam habemus Dei potentiam, eundemq́; nos periculis exemiſſe perſpeximus, futurūq́; tandem ut claros fulgentioreſq́; a mortuis excitet, haud quaq́; ut malis uicti iam ſuccumbamus, neq́; de ſpe excidamus, cum patimur. Quandoquidem exterior homo, hoc eſt, corpus cum ceditur ſiue exagitatus, corrumpi ſolet. Interior uero, hoc eſt, ſpiritus ipſe & anima innouatur: quo pacto ſi queras, nimirum bene ſperando, & fidendo plurimū. Siquidem ubi pro Chriſto tormenta iam ſubijt, ingenti gaudio expleatur.

Exterior homo, homo interior.

MOMENTANEUM enim illud & leue præſſuræ noſtræ ſupra modum in ſublime, æternum gloriæ pondus operatur nobis.) Explicat quo pacto interior is innouetur homo. Ideo, inquit, id fit, quia in animū ille inducat per breues eſſe preſſuras & momentaneas, & idcirco toleratu leuiores uideri, quando ad exiguum temporis inferuntur, gloriā uero perpetuam eſſe, & pondus, hoc eſt, magnitudinem ingentem habere. Id nanq́; ſupra modum & in ſublime prætendit.

NON CONtemplantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ nuſq̄ apparent. Viſibilia nanq́; temporaria ſunt, inuiſibilia uero ſempiterna.) Oſtendit quemadmodum quæuis preſſura facilior ſit, inquitq́;. Cuncta enim quæ nobis ſub aſpectū ueniunt & uiſuntur, temporaria quidem & breuia ſunt. Cruciatus itaq́; & preſſurę, quia cerni oculis poſſunt, momentanea erunt. Atqui inter uiſibilia hæc uocatio ipſa & otiū cōnumerantur. Quippe quæ & ſpectari queunt, eo enim uiſibilia intulit, ut eiuſmodi a preſſuris & moleſtijs uacatione complecteretur. Nil itaq́; erit uel aduerſis & urgentibus ſuccumbendū, uel proſperis hebeſcendum & quietioribus rebus. Breuia enim utraq́; ſunt. His igitur ſe ita habentibus, conſtat profecto quæ uideri non poſſunt, perpetua eſſe. Hoc eſt, regnū illud cœleſte, & æterna ſupplicia. Quo fit, ut horum declinare alterum debeamus, alterum cupere.

Inuiſibilia æterna.

CAP. V.

SCIMVS ENIM QVONIAM SI TERREſtris domus noſtra huius tabernaculi diſſoluatur, ædificationem ex Deo habemus, domū non manufactam, ſed æternā in cœlis.) Quoniam ſuperius dixerat, quantū exterior homo corrumperetur, tantundem innouaretur interior, uiſus eſt noui quid dicere, ita nunc infert. Quinpotius cū

penitus con

penitus contabuerit mortale hoc corpus & luteum, tunc ſane infinita nobis producturũ eſt bona. Simul etiã ad hos de reſurrectione iterato nunc diſſerit, tametſi non ita aperte, ut in ſuperiori Epiſtola, ne videaĩ eos exiſtimare nondũ emendatos. Per terreſtrem aũt tabernaculi domũ, corpus ipſum expreſſit, cui cum & tabernaculi nomen indiderit, illius breue admodũ vitæ ſpacium patefacit. Eſt nanq; tabernaculum nil diuturnũ. Quod ſi plerunq; iuſtorum præferunt tabernacula iſta quietem, cum additione tamen aliqua hanc ipſam prætendere ſatis iam conſtat, utpote cum perpetua tabernacula dicimus. Aduerte aũt, quemadmodũ cum terreſtrem dixiſſet, mox cœleſtem obiecerit. Aeternã vero ubi intulit domũ quod eo facit, ut noſtri corporis futurã augeat gloriam. Non manufactã vero non idcirco adiecit, ut corporis huius humani conditiõem a cœleſti faceret alienã, cum neq; illud ſit manuũ opera compactum. Multi vero terreſtrem domũ, pro vita quæ in terris his diciĩ, accepere. Tabernaculũ vero corpus id dicunt, ita ut eiuſmodi ſit quod per Apoſtolum diciĩ. Si diſſoluaĩ quæ in terris agiĩ noſtri corporis vita, quæ manu facta dicaĩ, perinde ac manibus ſit cõfirmata, quia vinũ ac panis quibus vita hæc conſtat, per manus ſuppeditantur. Sumus tamen in cœlis vitam quandã aliam habituri, quæ nec poteſt corrumpi, nec manibus confici. Hoc eſt, quæ nulla indigeat noſtrarũ manuum ope.

ETENIM IN hoc ingemiſcimus, habitatiõem noſtrã, quæ in cœlis eſt, ſupinduere cupientes.) Quam habitationem? Nimirũ corpus incorruptibile. De cœlo aũt illud eſſe affirmat, non quod ſuperne deueniat, ſed q̃d inde demiſſam habeat ſibi incorruptibilitatis gratiam. Adeo igiĩ minus dolendũ erit, de ſingulis corpori illatis tentationibus, ut contra potius ſit nobis ingemiſcendũ, quod corpus hoc corruptibile, non prorſus exuimus, ut hoc ipſum incorruptibile induamus. Vnde nec tabernaculũ dixit, ſed habitatiõem, ut quæ diutius ſit & firmius permanſura.

Corporis incorruptio è cœlo.

SI TAMEN veſtiti, non nudi inueniamur.) Neq; enim nobis eſt uniuerſis, inquit, incorruptibilitati corporis confidendum, qui & ſumus poſt acceptum corpus quod infici nequit, corruptione obducti, nonne gloriæ & ſecuritatis nudi coarguemur? Perinde ac ſi ex prauis his facinoribus ignominiam aſſecuti. Siquidem cunctis futura communis ſit reſurrectio, non tamen honor & gloria.

NAM ET qui ſumus in tabernaculo iſto ingemiſcimus. In quo volumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeaĩ quod mortale eſt a vita.) Cum durius eſſe & graue quod dixerat apparet, ingemiſcere nos & grauiter ferre percupidos hoc corpore liberari, cũ conſtet ineffabilem eſſe animi erga corpus affectũ, idcirco inquit. Haud quaquã propterea ingemiſcimus, quod e corpore ſimpliciter ſit abeundũ, ſed quia nos libido inceſſerit incorruptiõem ſuperinducere. perinde ac ſi haud ſat fuerit, hãc ipſam induere, vel corruptionis volumus vacui eſſe, ut illa non corpus a vita conſumaĩ & pereat. Nec corporis gr̃a ſolũ grauemur, ſed quia corruptibile ſit moleſte ferimus. Hinc obſtruunĩ hæreticorũ ora, q̃ppe cum de corporũ diuerſitate nulla fiat hic mentio, quando de corruptibilitate dũtaxar & incorruptibilitate diſſeriĩ.

Ineffabilis animi ergà corpus affectus.

QVI AVTEM effecit nos in hoc ipſum Deus.) Deus eſt, inquit, qui nos a principio ad hoc ipum creauit. Quippe qui nos eo effinxit, ut corruptibiles ſimus. Neq; id illi eſt in præſentia viſum, ſed ab initio, quo fit ut oĩno ſine corruptiõe futuri.

QVI ET dedit nobis pignus Spiritus.) Vis, inquit, ut alijs id argumẽtis oſtendam? Per Baptiſmũ nempe & Spiritũ nobis largitus eſt. Incorruptibilitatis inſuper pignus hic detulit. Animam nanq; & corpus ſimul ſanctificauit, eaq; diuinitati propinquiora effecit, quia & exemit a crimĩe, a quo mors ipſa ſubſequiĩ. Itaq; cum Spiritũ contulit, perſpicuũ eſt, quod a Peccato eruerit. Qui vero a Peccato iam eruit, & incorruptiõem effecit. A Peccato nanq; corruptio oritur. Spiritus igitur hoc pacto futuræ imortalitatis pignus efficiĩ. Vel aliter. Qui in præſenti aliquam nobis in partem Spiritũ eſt impartitus, oĩno vel aliquod nobis detulit pignus, ut totũ in poſterũ largiaĩ. Verum quo pacto id eſt largiturus, niſi Spiritu, & corpore incorruptibiles

A' Peccato oritur Corruptio

ipſi futuri ſumus? Cũ itaq; quod tenue eſt & exiguũ, Spiritu & corpore ſub pignoris ſpecie in hac vita acceperis, ſperandũ eſt, quod reliquũ ſis integre habiturus.

FIDENTES IGItur ſemper & ſcientes, quoniã manentes in hoc corpore peregrinamur a dño. Per Fidem nanq; ambulamus, non per ſpeciem confidimus, & probe potius volumus peregrinari a corpore, & manere apud dominũ.) Perſiſtit adhuc ut illud confirmet quod dixerat ſupra, quoniam nullæ ſunt nobis curæ. Diſcrimina quippe quæ & mortes, rem nobis optabilem, incorruptibilitatem ſcilicet, ſubminiſtrant. Cuius grã & ingemiſcimus, deducimurq; ad dominũ ocius cõfidentes itaq; ſemper, hoc eſt intrepidi, neq; inſidias, neq; perſecutiones vel mortes, horreſcite. Apoſtoli autẽ aduerte prudentiã, quomodo vitæ ac mortis tacitæ expreſſerit nomen. Cum alteram verſari apud dominũ dixerit, alterã ab eo longe peregrinari, ut nemo a præſenti hac pendeat vita, ut quæ a domino ipſo diuertat. Proxime aũt ne qs illud obijciat. Quid ergo? Num corpus a Deo reddit nos alienos? ſic illud inquiens caſtigat & corrigit. Per Fidem enĩ non per ſpeciem ambulamus. Hoc eſt, in hoc ſæculo illũ nouimus, ſed modice. Id nanq;, cum per Fidem inqt, prętẽdit. Haud dum tamen facie ad faciem illius ullam habemus cognitionẽ, quod etiã ubi per Fidem intulit, explicatur. Cum itaq; hæc ita ſe habeant, malumus, hoc eſt valde deſyderamus, corpus hoc exui, cum dominoq; verſari. Neq; immortalitatis dixit participare, quin quod ſatius eſt, cum dño eſſe, quod utiq; incorruptibilitate eſt longe præſtantius.

PROPTEREA cõnitimur ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi.) Quod queritur illud eſt, ut domino morem viuendo geramus. Ne forte cum peregrinationem intelligis, exiſtimes ſatis ad ſalutem tibi id fore. Vnde ſic inquit. Stude ut hinc Deo gratus abſcedas vitæ ratione, quam illi acceptam hic duxeris.

NOS ENIM omnes præſto eſſe oportet ante tribunal Chriſti.) Deterret hoc loco Corinthios, cum recordatione, tum aſſertione quadam tremendi illius, & diuini iudicij, aſſerens, uniuerſorum tunc geſta ut pateant neceſſe fore. Neq; exiſtimes ibi cordis recondita, aut quæuis opera, aut animi ullam libidinem, vel mentis ullis poſſe velis obtenſis occultari, ſed uniuerſa tunc patentia erunt & aperta.

VT REFERAT unuſquisq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ.) His dictis qui recte egerint, ut bona ſperent magis hortatur. Quin etiam ſegnes & deſides futuri ſupplicij obiecta formidine, ad vigilandũ compellit. Confirmat præterea, quem habuit de reſurrectione ſermonem. Quandoquidem aſſerat eos qui vel bonis, vel prauis inſeruierint facinoribus, vel corona donatũ iri, vel tormentis affectum. Obſtruunt̃ etiam per hæc hæreticis ora, diuerſa his ſentientibus.

SCIENTES ergo timorem domini hominibus ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.) Habentibus nobis, inquit, tremendi illius iudicij notionem, connitendũ omni ſtudio erit, ne hominum quempiam offendamus. Id nanq; Apoſtolus ſentit, cum hominibus inquit ſuademus. Hoc eſt, ne cuiuſpiam per nos animus offendat̃ temperandũ eſt. Nam & ſi mali nil cõmiſerimus, ſuſpectos tamen commiſſi nos criminis facinus, ſitq; in noſtra poteſtate, ne alios offendamus defugere, nec tamẽ id declinamus, condemnatio nobis proculdubio ſubeunda eſt. Quippe & Deo patemus, quẽ haud quaquã latet, quemadmodũ nobis vita degat̃, nec ſuaderi poteſt, nec falli, cum noſtris fuerit actionibus prauis offenſus. Proxime autem & vobis patebimus, utpote qui noſtra oĩa optime calleatis, eoq; haud quaquam neceſſe erit, ut vobis ſuadeamus.

Non abſtinendum tantum à malo, ſed ab omni ſuſpitiõe et ſpecie mali.

NON ITERVM commendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis.) Frequenter quæ incidere poſſet, ſuſpitionem hic detergit, ne quid de ſe videat̃ inſolentius iactitaſſe, aitq; nequaquã ipſi ad hunc ſermonẽ deuenimus, ut nos commendemus. Hoc eſt, non inſolentiæ vel laudis id noſtræ gratia diximus. Sed veſtri potius gloria, qui gloriandi mihi occaſionem præbetis, aduerſusq; falſos Apoſtolos pro vobis iactitandi, qui nos calumniantur, & culpant.

VT HABEATIS

VT HABEATIS ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.) Vt habeatis, inquit, quod noſtri gratia aduerſus eiuſmodi Apoſtolos gloriari poſſitis, qui in facie gloriantur, hoc eſt, ad oſtentationem, & fronte quadam impudenti omnia factitant. Erant nanq; illi moribus hiſce imbuti, ut vultu pietatem præferrent, corde vero nihil haberent, quod ſanum, rectumve eſſet. Non enim gloriandum ſemper iniungit, niſi cum ipſos ſe illi extollunt.

SIVE ENIM mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis.) Siue, inquit, magnum aliquid ipſi profamur, ſiue mẽte excedimus, quod alibi ſtulticiam vocat, illud ob gratiã Dei agimus. Ne ſi vos me parui duxeritis, pro mei contemptu ſubeatis & pœnas & veſtri perniciem. Si vero de mediocribus & humilibus rebus noſter eſt ſermo, id veſtri de cauſa facimus, ut humilitatẽ diſcatis. Vel aliter. Siquis aũt nos mente excedere, hoc eſt, furere ſuſpicet̃, expectamus ob hæc a Deo mercedem, quorũ fuerimus ipſi inſimulati. Si vere abſtinere nos quiſpiam arbitret̃, excipiat ipſe nr̃æ huius abſtinentiæ cõmoda. Poteſt & aliter id dictum intelligi, videlicet. Si furore arrepti, mente exceſſimus, Dei ob cãm inſanimus, ut vos ei cõmendatiores reddamus. Tenebat̃ itaq; Paulus ingentis amoris dementia, ſi dici dementia poteſt, quo ſane ut amator aliquis percitus, Deum haud dubie deperibat, cum illi duntaxat is viueret quem adamaſſet, & ita ut extra ſe raptus totũ ad Deum traduceret̃. Neq; ſuam vitam pro ſua duceret, ſed ad eius contemplationem tantiſper, quem tanto amore inſectaret̃. Si itaq; mente exceſſimus, Deo inquit exceſſimus, hoc eſt, Dei ob gratiam.

CHARITAS enim Chriſti urget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut & qui viuũt, iam nõ ſibi viuant. Sed ei qui pro ipſis mortuus eſt reſurrexit.) Vrget eñ nos charitas dei nobis perſpicua, & valde cõpellit, ut eius gr̃a pericula adeamus, iudicemusq; apud noſipſos perſpicuũ eſſe, quia pro oĩbus ſit mortẽ perpeſſus, eo et illũ mortem oppetiſſe, quia interijſſe uniuerſos conſtaret, voluiſſeq; eundẽ pro perditis mori, ut vitã nobis elargiret̃. Cum itaq; nobis ſit vitã hic elargitus, non viuere amplius nobis, ſed illum debemus, cuius munere auram hanc ipſam ſpiramus. Qui non ſolũ pro nobis mortem obiuit, quin & ab iferis reſurrexit primitiasq; noſtras, hoc eſt, ſuũ corpus ad cœlũ mox ſuſtulit; ut nos etiam eodem oĩno ſit traducturus. Quid eñ erat neceſſe ad cœlos illũ deferri, niſi fuiſſet & nobis eodem cõueniendũ. Quo fit, quia mortuus noſtri gratia ſit, ut & vitam donarit, immortalitatis nobis, & pignus item contulerit, ut illi, non noſtris cupiditatibus viuere debeamus. *Primitiæ noſtræ:*

ITAQVE nos ex hoc neminem nouimus ſecundũ carnem.) Poſtquam omnes qui morti obnoxij ſcelerum ratione iam fuiſſent, per Chriſtum Baptiſmi gr̃a reuixere, merito inquit neminem fideliũ cognoueramus, ſecundũ carnem, qui viueret. Hoc eſt, ſecundũ veterem illum & carnalem viuendi modum. Omnes nanq; fideles Spiritu ipſo renati, nouam quandam & ſpiritalem tranſigunt vitam.

ET SI COGNOuimus ſecundũ carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.) Oſtendit vel in degenda, non ſecundum carnem hanc vita, Chriſtum nos præuium habere & ducem, inquitq;. Et ſi fuit unquam carnali conditione Chriſtus, haud tamen in præſentia eſt. Dicet aliquis, quid ita? Num carnem ille depoſuit? Abſit. Quippe qui quo aſſumptus eſt ſtatu eo ſit, & iterato venturus. Atqui in carne ille & corpore ſublatus eſt, quid igitur? Tam diu ergo nos dicimur ſecundum carnem hanc viuere, quam diu Peccatis erimus obuoluti. Tunc vero procul a carne vitam hanc degere, cum nihil delinquimus. Chriſtus aũt tunc dicit̃ ſecundum carnem vixiſſe, quando pro naturæ paſſionibus, nulli tamen culpæ obnoxius vixit. Videlicet cum famem ac ſitim & labores perpeſſus eſt. Nunc vero nequaquã carnis neceſſitati ſubiectus eſt. Hoc eſt, paſſionibus conſtat hunc eſſe imunem, quæ natura ipſa corporibus inſunt hiſce mortalibus, nec arceri dum in humanis agit̃, poſſunt. Corpus nanq; nunc geſtat nulli neceſſitati obnoxium, ut noſipſos commonefaciat, non ul- *Secundum carnẽ uiuere, qui dicantur & Chriſtus quomodo ſecundũ carnẽ dicatur uixiſſe.*

tra ad carnis conditiones & vitia, ſed ſecundum Spiritum degere.

SI QVA ergo in Chriſto noua creatura.) Si quis, inquit, Chriſti Fidem admiſit, in aliam quandam traductus eſt ille creationem, & denuo conditus, nequaquam itaq; veteri more ducenda eſt vita.

Mira mutatio veteris legis.

VETERA tranſierũt, ecce facta ſunt oĩa noua.) Quæret aliq̃s. Quænam hæc vetera dicit? Nempe delinquentiũ facinora, & Iudæorũ ritus, & opera. Præterijt nãq; vetus Peccatũ, & anima noua nobis eſt reddita. Nouũ præterea & corpus effectũ, & pro rebus Iudaicis cunctis innouata ſunt oĩa. Nam pro lege, Euangeliũ. Pro Hieruſalem, cœlum. pro templo, velũ quod intimũ erat, in quo ipſa trinitas continet̃. pro circũciſione, Baptiſmus. pro mãna, Chriſti puriſſimũ corpus. ꝓ aqua, dñi ſanguis. pro baculo vel Moyſi, vel Aaron, Crux ipſa. pro agno, Dei Filius, & hmõi reliqua.

OMNIA aũt ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtũ.) Hæc ſane uniuerſa a Deo nobis collata ſunt, qui Filij ſui interuẽtu, ſecũ ut in gratiam rediremus, effecit. Neq; eñ priores ipſi ad eũ ultro cõfugimus, ſed per Filij mortẽ nos ille exciuit.

Mira Dei clementia.

ET DEDIT nobis myſterium reconciliationis.) O clementiæ profunditatem: Cum eñ Filium Pater ad nos legaſſet, eundemq; ab his qui reconciliatione hac indigerent, necatum vidiſſet, nil prorſus vel hoc pacto commotus, humanum genus neglexit. Quin potius ad miniſteriũ hominis reconciliandi, Apoſtolis nobis operam demandauit, ut circumuagi hoc munere fungeremur, ad eos iam reuocandum, qui ab ſe deſciuiſſent, ſecumq; hos ipſos in gratiam reducemus.

QVONIAM quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.) Dixit ſuperius Deum nos ſibi reconciliare, propterea ne forte occurrat quiſpiam, inquiens. Atqui Filium ad id ille demiſit? Nunc infert, Filium q̃dem tranſmiſit, is tamen duntaxat homines hortabatur, Pater vero is erat, qui mundũ ſibi in Chriſto reconciliaret, hoc eſt, per Chriſtũ. Adeoq; ſe beneuolum erga homines & placabilem præſtitit, ut non modo nullũ his intulerit cruciatũ, ſed reconciliationem offerret. Nec ſolũ miſſa fecit delicta, quin etiam nec illa cuiquam imputauit. Nam ſi rationem factorum is exegiſſet, omnes utiq; interiſſent.

ET POSVIT in nobis verbum reconciliationis.) Nihil quod graue ſit vel moleſtum, ut vobis afferrem iniunctum a Deo eſt mihi. Sed ſolum ut in gratiam vos ſecum reducerem. Cumq; nihil ipſe perſuadendo profecerim, inſiſtite vos tamdiu hortantes, donec poſſit his perſuaderi, ut Deo reconcilientur.

Aplus Chriſti loco legatione fungitur.

PRO CHRISTO ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.) Pro Chriſto, hoc eſt, Chriſti loco legatione nos fungimur. Quodcunq; enim erat ille facturus, nos in præſenti exequendum ſuſcepimus. Et quemadmodum per illum hortabatur nos Deus, ſic vos hoc tempore per nos ille hortatur, ut ſibi conciliemini. Neq; enim dixit Deum vobis conciliate, ſed vos illi reconciliamini. Q. ſi vel hoſtium more huic obſtiteritis, nihil tamen ipſe vobis obnititur. Deus nanq; hic Pater eſt, nec ſecus ac ſi quidpiam ipſe in homines deliquiſſet, ad vos legauit Apoſtolos, ut veniam deprecet̃. Miram ſane pietatis & indulgentiæ magnitudinem.

EVM QVI non nouerat Peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iuſticia Dei in ipſo.) Ne reliqua ipſe cõmemorem, quemadmodum ſcilicet de vobis, vel bene merentem affeceritis ignominia, utq; prior ipſe in gratiam redire voluerit. nonne vel ex recentibus eius beneficijs dignum cenſeri debet, ut cum ipſo ſitis animo placatiori deuincti. Quid ita? Quoniam ſuũ Filium, qui nullum norat Peccatum, hoc eſt, qui ipſemet iuſticia eſſet, pro nobis fecerit mortem obire, perinde ac ſi, Peccator eſſet is & maleficus, inquit enim. Execrabilis qui ſuſpenſus eſt ligno, & cum iniuſtis reputatus eſt. Non eñ Peccatorem fecit hic intulit, ſed Peccatũ, quod utiq; maius eſt longe, ut nos Dei iuſticia efficeremur. Non ex operibus vel lege, ſed Dei ex gratia. Id enim deſignat Dei iuſticia, cum gratis quiſpiam iuſtus efficitur,

cumq; nulla

cunq; nulla in eo deprehenditur labes. Et ideo nequaquam dixit, ut iuſti efficiamur, ſed Dei iuſticia, gratiæ arguens immenſitatem.

ADIVVANTES AVTEM. Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.) *CAPVT. VI.* Adiutores veſtri, inquit, ſumus, & vobis ad conſequendam ſalutem, & Deo ut eius expleat voluntatem. Hoc eſt, quæ vobis ut ſalutem impartiat procliuior eſt, fungimurq; exhortando Chriſti vice, quoadusq; ille ſecundo adueniat, & quamdiu in vita hac fuerimus, ne incaſſum gratiam Dei accipiatis. Quid enim conduceret diuina gratia prauis facinoribus eximi, ſi deinceps ad priſtinam negligentiam rediretur? Id nanq; nil aliud foret, quam in priſtinam inimicitiam illam relabi. Sic fieret ut fruſtra videretur diuina fuiſſe in nos gratia tanta collata. Haud quaquam itaq; exiſtimandum eſt, in Fide duntaxat Peccatorum conſtare vacationem. Quin & optimo viuendi opus eſt genere, ut ab his ſimus immunes. *In Fide ſola nõ cõſiſtit iuſticia.*

AIT ENIM tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.) Tempus acceptabile dicit, in quo per gratiam, & Peccatorum remiſſio fit, & iuſticia condonatur. *Tempus acceptabile.* Nam illud haud dubie eſt acceptabile tempus, quo nos excipit Deus, exauditq;, & ſaluos facit. Nam in iudicij die neq; aures nobis præſtabit, neque opem laturus eſt ullam, nec ſalutem peccantibus. Neceſſe eſt itaq; dum interea gratiæ tempus offertur, ut enixe certemus. Nam facile hoc pacto potiemur victoria.

NEMINI DANtes ullam offenſionem, ut non vituperet̃ miniſteriũ noſtrum.) Hortamur vos, inquit, & operam ſimul præſtamus, ut vitam nemine offenſo degatis, perinde ac ſi inquiat. Me velim duce utamini. *Nemini danda offenſio.* Nam ſic mihi viuendũ inſtitui, ut nulli ne criminandũ quidem me dixerim, ſed ne vel leuiter incuſandi lædendive occaſionem præbuerim. Quod eo feci, ne noſtra notet̃ adminiſtratio, & ignominiam ſubeat. Non eñ ne culpen̄t res per me geſtæ, vel mea inſtitutio dixit, ſed ne quã vel tenuem labem, aut vituperationem admittant, enitor. Nonnulli vero id dictũ hunc ſunt in modũ interpretati. Videlicet ne recidat quæuis ignominiæ nota, quã ipſe miniſteriũ dicit. Tunc eñ vituperationem ſubiret prædicatio mea, cum ipſe vitam improbe ducerem. Tacite etiã & Corinthios carpit, ut quorũ male acta iam vita a multis culpet̃, culpantiumq; execratio omnis in Chriſtum, & eius Fidem redundet.

SED IN OMNIbus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros.) Vel id ſane maius videt̃, cum ĩquit, non ſolũ neceſſe erit, ut quauis culpa & labe vaces, ſed ita ut viuas, ut ex tuo hoc recte viuendi modo, perſpicuũ facias, Dei miniſterio te fungi.

IN MVLTA patientia.) Narrat præterea quemadmodum talis ipſe tolerando euaſerit. Neq; ſimplici quadã patientia dicit, ſed multa. Quippe quæ non ſemel, atq; iterũ omnibus erit in rebus præſtanda, ſed uſq; ad finem erit exhibenda.

IN TRIBVLationibus, in neceſſitatibus.) Ideo quidem preſſuras accumulat, cum nullus fiat, quæ hominem angunt, exitus malis.

IN ANGVſtijs.) Videlicet quæ per inædiam, vel tentationes alias offerunt̃.

IN PLAGIS, in carceribus.) Vide quantũ hæc afferant mali, cum utrũq; per ſe grauiſſimũ ſit. Plagis præterea affectus eſt Paulus, & in carcerem ſæpe coniectus. *Plagis & carcere afflictus Paulus.*

IN SEDITIOnibus.) Hoc eſt, in perſecutionibus, cum nullum haberet hic locum, quo poſſet conſiſtere, quia multi eum inſectarentur.

IN LABORIbus, in vigilijs, in ieiunijs.) Explicatis iam alijs quæ per alios ſunt ſibi ingeſta, ſuperinducit quibus ſe ipſe ultro afficiat. Manuum ſcilicet laboribus, quibus ipſum ſe, & alios aleret, is inſuper & vigilijs ſe, & inædia macerabat.

IN CASTItate.) Vel continentiã per caſtitatem prætendit, vel eius oĩbus in rebus puritatem ſeruatã. Vel quia gratis, & nullus illectus muneribus, prædicaret.

IN SCIENtia.) Hoc eſt, in Dei Sapientia, quæ vere dici ſcientia debet. Non in exteriori hac, & mundana, qua fallaces Apoſtoli niterentur.

IN LONGANImitate, in ſuauitate.) Animi eſt profecto adamantini, agita-

Animus adamantinus.

tum undiq; & circumpunctum, non ſolum mentis ſeruare celſitudinem, ſed & bonum ſe & æquum præſtare.

IN SPIRITV ſancto.) Oſtendit unde hanc ſit virtutē adeptus, e Spiritu videlicet ſancto. Nam cum præclarum aliquod de ſe facinus edit, mox Spiritus ſancti ope factū id infert. Poteſt etiam ītelligi in ſpiritalibus donis. Ex his nanq; oſtendimus, miniſtros nos Dei eſſe effectos. Quandoquidem miranda quædam, quæ ſupra hominē ſunt facitemus. Vel quia in Spiritu ſancto, hoc eſt, in Spiritus donis neminē ipſi offendimus. Nam & ſi intumeſcunt pleriq; ꝙ linguis potiti ſint, quibus nequaquam neceſſarijs in rebus utanē, ab eiuſmodi tamen longe alieni nos ſumus.

IN CARITAate non ficta.) Charitas hæc haud dubie bonorum eſt illi omnium cauſa. Hæc inquam, ut apud ſe Spiritus ſanctus maneret, efficiebat.

IN VERBO veritatis.) Hoc eſt, Dei verbum nihil adulterantes.

IN VIRTVTE Dei.) Nil inquit horum mihi debet adſcribi, cum conſtet Dei potentia uniuerſa hæc fieri.

PER ARMA iuſticiæ a dextris, & a ſiniſtris.) Arma iuſticiæ ſiniſtra appellat quæcunq; triſticiam afferunt. Arma vero, quia tanquam muris nos ſepiat, & tutos reddat. Siniſtra præterea dicit ob variam multorū conſcientiam. Iniunxit nanq; & dominus, non ultro adeundas eſſe tentationes, ſed ſi offerantur, ferendas. Dextera autem quæ lætiora ſunt nuncupat. Horum itaq; alterutris nil Paulus arguebatē obnoxius. Quippe qui neq; triſtibus & aduerſis contraheretur, neq; lætitia & proſperis inſoleſceret, ſed potius iuſticiæ arma hæc ipſa reddebat.

Non adeundæ tentatiōes, ſed ſi offerantur tolerandæ.

PER GLORIAM, & ignobilitatem.) Explicauit iam nobis, quid dextera & ſiniſtra ſignificarent, ut quæ & gloriam ſimul præferant, & ignobilitatem. Verum ſi quæras quo pacto pro armis iuſticiæ hæc futura ſit gloria, reſpondebo equidem. Quia multos ad religionem inducat & Fidem, qui præceptori deferē honos. Quid igitur. Pauli ne id erit accenſendū virtuti? Maxime. Quia nihil vel laudatus is deflaccebat, nec prædicando fatigabatur, vel ignominia affectus deterrebatē, quin potius hæc ad patientiam, & probitatem, cum prædicationis ſucceſſu exercebat.

PER INFAMIAM & bonam famam.) Vel hoc magni momenti eſt, infamiam tolerare. Hæc nanq; acerrime animum mordet, eoq; & dominus beatos hos aſſerit, qui conuicia, & contumelias perferunt. Quæ infamia, vel cruciatibus ipſis videtur acerbior. Nam cum corpus tormentis urgetur, tum anima patiē dolorem. Cum vero nota afficimur aliqua, animo incumbit quicquid eſt oneris. Vnde & Iob uxoris conuitia moleſtius longe ferebat, quam plagas & ulcera.

Vxoris conuitia permoleſta

VT SEDVCTORES, & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti.) Idipſum eſt quod per infamiam dixit, & bonam famam. Hi nanq; quibus Paulus curæ eſſet & cognitus, eundem quaſi nuſquam antea noſſent, dedignabantur. Quod profecto idem prætendit quod per gloriam dixerat, & ignominiam.

QVASI MORIentes, & ecce viuimus.) Hoc eſt, quaſi morti adiudicati, & condemnati. Nam quod ad inſidientium nobis animum ſpectat, haud dubie morimur. Quantum vero ad Dei virtutem, ecce hac vita fruimur.

VT CASTIGATI, & non mortificati.) Fiunt hæc, inquit, ad nrī caſtigationē Dei permiſſu. Quo fit, vt ad futuram mercedem haudquaq̄ exiguū ſit caſtigationis huiuſce interea lucrum, quod ſane dictum, a Dauid ſcriptis deſumptum fuiſſe conſtat, cum inquit. Caſtigans caſtigauit me dominus, morti autem non tradidit me.

QVASI TRIſtes, ſemper autem gaudentes.) Exteriori quidem hac facie videmur mœrore confecti, intus vero incredibili fruimur ſuauitate, nō enim interruptū noſtrum eſt & inſtabile gaudium, ſed continens & perpetuum.

Gaudium internum, & ſpiritale.

SICVT EGENtes multos autem locupletantes.) Non ſolum diuitijs ſpiritalibus plures ditauit, ſed mundanis etiam hiſce & temporarijs complurimos iuuit. Nam cum omniū bonis fidelium domus paterna opulentior videbatur, multis bona hæc præ

na hæc præſentia impartiebatur & uictum. Nam & ſanctos qui Hiereſolimis erant alebat, quod ex inſequentibus patefacit.

TANQVAM nihil habentes, & omnia poſſidentes.) Qui enim nullis uitæ præſentis inhæſerit bonis, omnibus nimirũ abundat, perinde ac ſi inquiat. Vos oĩa petenti mihi ad nutũ ſuppeditaſtis, quibus aliorũ ſubuenirem neceſſitatibus. Quę aũt ſupius dixit eo cõmemorauit, ne in rebus aduerſis & mœſtis ꝑturbarent̃ Corinthij.

Omnibus abũdat, qui bonis uitæ huius non inhæret.

OS NOSTRVM patet ad uos o Corinthij. Cor noſtrum dilatatum eſt.) Enumeratis proprijs certaminibus, oſtenſoq; in modum narrationis, quemadmodum neceſſe ſit, ut illi ſeſe imitentur, futurum eſt tandem eoſdem ut carpat, ut qui ſuijipſius haud quaq; magna tenerentur beneuolentia. Quod tamen anteꝗ ipſe aggrediatur, aperit ſuam erga illos ſic charitatem. Vellem equidem perpetuam apud uos habere orationem, & multa diſſerere, palamq; & fidenter uos alloqui, quod plane oſtendit cũ inquit. Os meũ patet ad uos. Idq; propterea dicit, quia illos & obiurgaturus eſt, & facturus perſpicuũ, maximũ eſſe charitatis indicium, increpandi fiduciã. Vnde non ſolum, inquit, uerbis meã erga uos præfero charitatem, ſed corde, cũ illud apud uos diffuſum habeam & ampliatũ. Ardor nanq; amoris ille, non modo mihi os patefacit, ſed mentem dilatat, & ita ut uos capiat uniuerſos, quod ipm ſubinfert dicens.

Obiurgandi fiducia charitatis eſt indiciũ.

NON ANGVſtiamini in nobis, anguſtiamini, autem in uiſceribus ueſtris.) Vos quidẽ, inquit, et ſi quã plurimi ſitis, meo in corde, quod ſane patientiſſimũ eſt, haud qua in arcto uagamini. Veſtris uero in præcordijs & uiſceribus, in anguſto eſtis, & ita aſtricti, ut ne uel unum quidem me largiter poſſitis excipere, perinde ac ſi inquiat. Ipſe equidem ingenti uos proſequor beneuolentia, uos uero etſi erga me aliquo eſtis amore affecti, & complexum ueſtris in præcordijs detinetis, arctior tamen ueſtra hæc charitas eſt, & anguſtior, qua me complectimini.

EANDEM autem habentes remunerationem, tanꝗ filijs dico dilatamini & uos.) Hoc eſt, eandem ipſi amoris viciſſitudinem, & parem præſtate in me beneuolentiã, eſtoteq; & uos, quemadmodũ ipſe, in charitate effuſi. Idq; ꝑ debito quodã depoſcit cũ inquit. Tanq; filijs dico. Neq; eni uideor magis aliqd efflagitare, ſi pater cũ ſim, a liberis coli duxerim nõ indignũ. Debent nãq; & filij hoc in patrem ꝑſtare officiũ.

NOLITE IVgum ducere cũ infidelibus.) Ne uideatur ſuijpſius hæc gratia protuliſſe, oſtendit pro Corinthiorũ utilitate, nõ ſua, illorum ſe exegiſſe beneuolentiã. Quaſi id dicat, illud ſane ueſtram erga me patefaciet charitatem, ſi nullum uobis cũ infidelibus fuerit commercium. Neq; ad illorum partes declinaueritis.

QVAE EMIM participatio iuſtitiæ cũ iniquitate?) Hoc loco haud quaq; ſe cũ infidelibus confert. Sed Corinthiorum uirtutem, & ingenuitatem cum infidelium comparat improbitate. Nec ſecus agit cum his, ꝗ pater aliquis ſolet, qui filiũ uideat cũ perditiſſimis hominibus diuerſari, ad quem uerba huiuſmodi habeat. Quæ nam tuæ eſſe poteſt nobilitati cum illorum iniquiſſimis moribus conſociatio? Vos itaq; Paulus inquit, indubitatam præfertis iuſtitiam, illi uero deperditam quandã nequitiam. Quæ nam ergo poteſt & uobis cum infidelibus eſſe communicatio?

QVAE SOcietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?) Cum uellet omnino Apoſtolus, ut Corinthij ab infidelium deſciſcerent contubernio, haud ſane dixit, quæ eſſe poteſt conformitas eorum qui in luce ſint, cum his qui in tenebris degant, uel Chriſti ſectatoribus, cum his qui dæmonũ partes ſectantur, ſed res ipſas pro perſonis induxit, lucem ſcilicet & tenebras. Et quod amplius erat Chriſtum ad Belial. Belial uero apoſtatam dicit & deſertorem. Porro ex Chriſti & Belial appellatione, attrociorem reddit orationem.

Belial quis.

AVT QVAE pars fideli cum infideli?) Hoc loco & perſonarũ meminit, ne ſimpliciter uel incurate nequitiam uideatur, uel uirtutem extollere.

QVI AVTEM cõſenſus templo Dei cũ idolis? Vos enim eſtis templũ Dei uiui.) Sunt quidem infideles idolorum templum, uel idola potius, uos autem Dei ædes.

Infideles idolorum.

Nec qualem

Nec qualem illis fabulis ſuis confingunt, ſed uiuentis. Qui igitur erit uobis cũ iſtis conſenſus, hoc eſt, ſimilitudo & conuentio.

Deus i piis habitat, inambulat, obambulat

SICVT DICIT Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.) Ne ad gratiã hæc dicere uideatur, oſtendit ſacrarum literarũ teſtimonio, quemadmodũ Dei ſint templum. Anteactæ, inquiens, uitæ integritas, Deum in uobis fecit inhabitare, ſed ueſtra in poſterum uigilantia & inambulare compellet. Inerit nanq; homini Deus, qui pure deget & pie. Deinceps cum ad aliam bonorum operum exercitationem prouehitur, et Patriarcharum more ad altiora conſcenderit, obambulare in eo, & uerſari dicitur Deus, quemadmodum & in Iacob & Abraham, & Iſaac dicebatur.

Immũditia duplex corporis, & animi.

PROPTER quod exite de medio eorũ, & ſeparamini dicit dñs, & immundũ ne tetigeritis, & recipiã uos.) Neq; enim dixit haud quaq̃ quæ abſurda ſunt, facite, ſed ne attigeritis. Eſt aũt duplex immũditiæ genus, corporeum ſcilicet, & ſpiritale. Spiritale quidẽ ut impuri & ſordidi cogitatus, & oculis laſciuientibus intueri, uel odia exercere, & dolos nectere, & eiuſmodi. Corporeũ uero, ut incæſtus & adulteriũ, & quicquid reliquum eſt praui facinoris. Vult itaq; Corinthios cum animi, tum corporis puritatem ſeruare. Quocirca exite, inquit, de medio infidelium, & ſeparamini, hoc eſt, illos iam declinate, & puriores efficiamini. Sum nanq; uos tales effectos, libenti aĩo ſuſcepturus. Cum enĩ quis malis actionibus liberatur, Deo coniungit̃.

ET ERO VObis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dñs omnipotens.) Vides quemadmodũ longe ante prædixit Propheta, quæ in nobis baptiſmi ob gratiã ſunt finem iã conſecuta. Regenerationem uidelicet & ipſam adoptionem.

CAPVT. VII.

HAS ERGO HABENTES PROmiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus.) Quas illas narras promiſſiones, eas ſcilicet quibus nos ſumus certiores effecti. Templũ nos Dei futuros, eundẽq; habituros, & inhabitantem nobis & inambulãtem, hunc ipſumq; nobis in Deũ futurũ, & patrem. Quocirca purgemus noſipſos actionibus malis. Hæ nanq; inquinamenta ſunt carnis, & ſordidarũ & infectarum cogitationũ illuuies, Hæ inquã, ſpũs ſunt, id eſt, anĩ labes.

Sanctificatio, quid.

PERFICIENtes ſanctificationem in timore Dei.) Nec plane ſat eſt a ſordibus abſtinere & uitijs, quin & boni aliquid peragatur neceſſe eſt. Sanctificationem aũt munditiam dicit & continentiam. In timore uero Dei eo adiecit, uel quia ex induſtria ſit alia quædam ad hominũ gratiam & laudem conſequendam, non pro Dei timore ſeruata continentia. Vel ut nobis oſtendat, ut Deum ueriti, puriores noſipſos exhibeamus & continentes. Nam uel ſi uim inferat carnis concupiſcentia, diſſoluetur mox omnis libidinis furor, ſi Deum uerebimur. Nec ſolum cõtinentia hæc erit pro ſanctificatione habenda, ſed omnis deniq; uitæ integritas.

Dei ſola reuerentia libidinis furorem reſoluit.

CAPITE NOS, neminem leſimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus.) Rurſum de charitate diſſerit. Et quoniam cum ab ſe deficientes dixiſſet in fidelibus adhæſiſſe, illorum perculit animũ, nunc eos mitigaturus, ſic inquit. Capite nos, hoc eſt recipite, & ample adeo & effuſe, ut non anguſta quadã & tenui charitate a uobis nos complectamur. Porro ut fraudulentos patefaciat Apoſtolorum quorundam mores, ſic infert. Neminem leſimus, hoc eſt, neminem uel uerbis uel factis offendimus, neminem corrupimus, hoc eſt ſeduximus, uel impijs dogmatibus nulli mentem infecimus, neminem circunuenimus. Id eſt, nihil a quoq̃ auaritiæ cupiditate extorſimus, uel pecunias ſub prædicationis obtentu ſubtraximus.

Pecunias ſub obtentu prædicationis nullas Paulus ſubtraxit.

NON AD CONdemnationem ueſtram dico, prædiximus enim ꝗ in cordibus noſtris eſtis ad commoriendũ, & ad conuiuendum.) Nequaq̃ hæc condemnandi uos gratia dixerim. Ved id liquet dicet aliquis? Nimirũ ex charitate ipſa, quia in cordibus noſtris eſtis. Et quoniã poſſumus quempiam proſequi beneuolentia, nulla tamen ſubeundi diſcrimina uoluntate, ad commoriendũ dixit. Cumq; plerìq; ob inuidiam nil amicorũ proſperitati cõgaudent, ad conuiuendũ adiunxit, perinde ac ſi

ſummatim

ſummatim inquiat. Neq; in periculis deſerturus uos ſum, nec ſecūdis ueſtris & proſperis rebus inuidebo, ſed uobiſcum potius una ſum uitam ducturus.

MVLTA MIHI fiducia eſt apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis. Quoniam inceſſere hos uidebatur, cum diceret, in anguſto eſtis, & me capite, reſpondet nunc uelut rogatus eoſdem cōſolaturus, ſic inquiens. Haud quaq̄ hæc dixi, quia in uos ſententiam tulerim, & condemnarim, ſed quia multa mihi fiducia apud uos eſt, & uobis confido plurimū, cupidus ad officium & uirtutem traducere. Q, autem mihi alienus ſit a ueſtri cōdemnatione iam animus, licet ſane ex his cōſpicari, quæ pro uobis, hoc eſt, pro ueſtro profectu iactare apud alios ſoleo, & gloriæ ducere.

REPLETVS ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.) Quoniam, inquit, correcti iam eſtis, & ab his prorſus alienati, quos ipſe per ſuperiorem epiſtolam improbaueram, cō ſolatione me expleuiſtis. Nec ſolum mihi attuliſtis ſolamen, quo omnis mea pelleretur mœſtitia, quinetiā abundantiori quadam iocunditate me, uel plurimis oppreſſum malis oppleſtis. Præfert enim lætitiæ magnitudinem cum ſuperando inquit. Contraria hæc ſuperioribus eſſe apparent, quæ pauloante de Corinthijs diſſeruit Paulus, cum haud quaq̄ diuerſa ſint. Nam utrunq; profitentis eſt charitatem, & illa quidem caſtigantis erant, hæc confirmantis, non ex odio profectam eſſe caſtigationem eiuſmodi, ſed a beneuolentia natam. *Attende Pauli doctrinæ conſtantiam.*

NAM ET cum ueniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra.) Et preſſuras explicat, & uerbis extollit, ut oſtendat tantam fuiſſe gaudij magnitudinem, ut uel dolores, quibus caro eius affligeretur, decuſſerit. Recte aūt ſuā carnem nullā habuiſſe remiſſionē ſubiecit, quia animus illi & cōſtans erat, & inſuperabilis.

SED OMNEM tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ.) Videlicet quæ ab infidelibus inferuntur.

INTVS timores.) Timebat enī ne a falſis Apl'is īfirmiores nōnulli ſubtraherent.

SED QVI conſolat̄ humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi.) Quoniam magna quædam hic profitetur, producit & Titum in teſtem. Quis autem ille ſit qui conſolationem hanc afferat? Deus eſt inquit. Is nanq; & nos conſolatus eſt, quia ad nos Titum remiſerit, cuius aduentus ſatis admodum ad leuandos angores hos meos fecit. Cupit præterea uenerationem hunc apud Corinthios reddere, cum dicit, Titi aduentum conſolationi ſibi fuiſſe. *Titus.*

NON SOLVM aūt in aduentu eius, ſed etiā in conſolatione, qua conſolatus eſt in uobis.) Non ſolū, inquit, ob idipſum, quia nobis in anxietatis & moleſtiarū tempore, & præſto fuit, & cō ſolatus eſt. Verum etiā quia de ueſtris uirtutibus talia retulit, ut uel ex his ſolamen maximū ceperim. Hoc eſt, ueſtri gratia gaudio ſim affectus, & uos ob ueſtra officia, & rerū optimarū profectū collaudauit. Reddidit præterea & Titū his uerbis coniunctiorē Corinthijs. Vtpote, qui eos apud ſe cōmendauerit.

REFERENS nobis ueſtrum deſyderium, ueſtrum fletum, ueſtram æmulationem pro me.) Erat ſane non indecens in luctu illos uerſari, & dolore torqueri, partim quia eorum inſtitutor Apoſtolus tot malis affligeretur, partim quod tamdiu abeſſet. Eoq; non lachrymas ſimpliciter dixit, ſed fletum, hoc eſt, mixtā cum gemitu querimoniam. Quinetiam Epipotheſin intulit, hoc eſt, acerrimā quandam inueſtigandi cupiditatem. Neq; iram dixit, ſed aduerſus fornicationem, æmulationem, perinde ac ſi dicat. Eſtis enim ſummo ardore accenſi exequendi quæ iuſſeram, & mei gratia falſis Apoſtolis aduerſari. Hæc autem dicit non ſolum, ut prioribus ulceribus, quibus Corinthios ipſos affecerat, medeatur, ſed uere ut uideatur, emendatos hos ſuſcepiſſe. Erant nāq; ex his perditis moribus imbuti complures, & laudibus hiſce non digni, alioqui nil eos ſecernit Apoſtolus. Quinpotius & laudes communes his facit & crimina in medium impartitur, permittens ſingulis pro eorum conſcientia, ut ſua uel bona, uel praua facinora recognoſcant. *Epipotheſis, uox græca, quæ ſignificat deſyderium.*

ITA VT MAgis gauderem.) Et ſi ob Titi lætorem aduentum, maiori tamen ex his ſum iocun-

ſum iocunditate affectus, quæ ipſe mihi de uobis renuntiauit.

QVONIAM & ſi contriſtaui uos in epiſtola non me pœnitet, & ſi pœniteret.) Et ſi talia, inquit, ad uos ſcripſi, quæ caſtigandi modum excederent, mihi tamen pœnitudinem attulerunt, quia immoderatius uos pupugiſſem. Alioqui quod maximũ uobis obuenit, ex his emolumentũ, nihil me in præſenti, ut pœniteat, facit. Hæc aũt dixit, nõ quia pter modũ Corinthios icrepaſſet, ſed his ut ꝓmeritas laudes augeret.

VIDENS ꝙ epiſtola illa & ſi ad horam uos contriſtauit, nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.) Aduerte autem quemadmodum illatam eis triſtitiam epiſtolæ tribuat. Neq; enim hanc dixit plurimũ his profuiſſe, quod uerius erat, ſed uirtuti illorum rem omnem adſcribit dicens. Gaudeo equidem, non quia mœrore ſitis affecti, ſed quia uos mœror ille ad pœnitendũ induxit, quæ enim mihi poſſet ex ueſtro dolore afferri commoditas.

CONTRISTATI enim eſtis ſecundũ Deum, ut in nullo patiamini ex nobis.) Increpiti, inquit, a nobis, triſtitia quadã, quæ Deo eſt placita, uos ipſe affeci. Quo fit, ut nullam ſitis a me aliqua in re iacturã perpeſſi. Quandoquidem uos uniuerſi, uel idem ille qui atrocius fornicando deliquit, haud parum me caſtigante & triſtitiã afferente iam profeceritis. Solet nanq; præceptor tum magis obeſſe diſcipulis, cũ peccantibus nihil conuiciatur. Nam ſi conuicio inſectaretur delinquentem, futurũ eſſet omnino, ut caſtigatus ille, & acrioribus uerbis increpitus, proficeret plurimũ.

Preceptor obeſt ſi peccantibus diſcipulis nõ cõuiciatur.

QVAE ENIM ſecundũ Deum triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilem operaẽ.) Differit nunc de triſtitia, oſtenditq; haud quaq̃ hanc officere cuiq̃, niſi cũ ex mundana quadã cupiditate oboritur, pecuniarũ uidelicet uel iactura, uel queſtu. Vel gloriæ auiditate & carorũ amiſſione, qui uita exceſſerint. Huiuſmodi nãq; triſtitia mortem parit, & animæ quidem ſemper, corpori uero nõnunq̃. Nam & multi eam ob cauſam fato ſunt functi, animiq; & corporis iacturã perpeſſi. Verũ ſi quis cõmiſſorũ ſcelerum gratia mœrore magis torqueẽ, triſtitiã haud dubie ſubit, quæ Deũ oblectat. Hæc nãq; uel ſola ad huiuſmodi morbi facit medelã. Quippe quæ adeo ſalutifera ſit, ut cũ acceptę ſalutis pœnitere nõ liceat, tũ & iam ꝙ a ſpiritali morte hominẽ ſubtrahat. Nemo enim non ſeipſum condemnat, qui ob peccata mœrore conficiẽ.

Contritio peccati medela.

ECCE ENIM hoc ipſum ſecundũ Deum contriſtari uos quantã in uos operaẽ ſolicitudinem.) Nullis alijs, inquit, argumentis oſtenderim, quod ſecundũ Deũ eſt triſtitiæ commodũ, niſi ex his quæ per uos impreſentiarũ geruntur. Quos non ſolum nil prorſus pœnitet iniecti mœroris, quin etiã & ſolicitudo accreuit & ſtudiũ.

SED DEFENſionem.) Eſtis nanq; ueſtrã ob pœnitudinem apud me excuſati.

SED INDIgnationem.) Qua eſtis in fornicantem uſi.

SED TIMOrem.) Quia me ueriti eſtis, a timore quidem tanta, & tam accelerata proceſſit ueſtra hæc emendatio.

SED DESYderium.) Mei uidelicet. Nam cum timorem dixiſſet, ne uideretur tyrannum agere potiuſq̃ inſtructorem. Statim id dictum caſtigat, deſyderium, inquiens, quod amorem, non dominatum prætendit.

SED AEMVlationem.) Quæ Dei habetur ob gratiam.

SED VINdictam.) Diuinæ legis reſpectu. Quãdoquidem in eius detractores uindictam exercuiſtis.

IN OMNIbus exhibuiſtis uos incontaminatos eſſe negotio.) Non ſolũ, inquit uos eſtis nil tale facinus auſi, quale fornicator ille commiſit, quinetiã neq; illius uſi eſtis conſortio. Et quoniã in ſuperiori epiſtola dixerat, & uos inflati eſtis. Quod dictum criminis hos faciebat participes, ſic ait. Nunc uero uel eiuſmodi detriuiſti ſuſpitionem, & palã feciſtis eius negotij, hoc eſt, peccati & labis uos fuiſſe immunes.

IGITVR ET ſcripſi uobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui paſſus eſt, ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtram, quam habemus pro uobis coram Deo.) Ne forte obijciendi eiuſmodi habeãt Corinthij occaſionem.

Quid ergo

Quid ergo nos obiurgabas, ſi puriores eramus & continentes, & eius negotij plane expertes? Ad hæc ita reſpondet Apoſtolus. Tantas equidem habeo literis illis quas ſcripſerã gratias, adeoq; nihil me pœnitet uos increpaſſe, ut aſſeram illas, eo me conſcripſiſſe, ut om̃ibus innoteſcerent. Cum charitas mea uobis iam impartita, tum omnis ſolertia ac ſtudium, ueſtri ob gratiam per me ſuſceptum ſit Deo coram, hoc eſt, Deo ſpectante, & nõ ignaro, uera hęc eſſe. Verebar nanq; ne & uos inuaderet peſtis quæ fornicantem illum inuaſerat. Verum quæ nam Paulus dicit, & intuliſſe, & perpeſſum iniuriam. Eos haud dubie qui inuicem ſunt fornicati. Nam alter alteri mutuam iniuriã intulit. Cur præterea, inquit Apoſtolus non propter eum ſe ſcripſiſſe qui iniuriam fecit. Scripſeram equidem, ait, illius ſcelere impulſus nephario, haud tamen prior ille mihi, ut ſcriberem attulit cauſam, ſed ueſtri de cauſã epiſtolam exaraui, contendens p̃cipue ne ciuitas uniuerſa, illius morbo inquinaretur, quod utiq; nequaq̃ ab eo diuerſum eſt quod alibi Paulus dicit, num de bobus & nulla eſt Deo cura. Non enim Deum nil boues curare dixit. Nam quo aliter pacto conſtare poſſent? Sed quia haud quaq̃ principaliter boum gratia tulerit legem.

Inuicem fornicantes mutua ſe iniuria afficiunt.

IDEO CON ſolati ſumus.) Quoniam ſtudium omne meum pro uobis ſuſceptũ eſſe perſpicuum eſt, neq; fefeliſſe me cogitationes & uota, propterea & maximũ in modum ſum conſolatus.

IN CONSO latione autem noſtra abundantius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi.) Ad conſolationem quam ex uobis, ut dictum eſt, ceperam, acceſſit etiam & abundantior quædam ex Titi gaudio lætitia, cuiuſmodi cõſolatio & gaudium per uos mihi ex ueſtris operibus iniecta ſunt, & deinceps ſic ſequitur.

QVIA REFE ctus eſt ſpiritus eius ab omnibus uobis, & ſiquidem apud illũ de uobis gloriatus ſum, non ſum confuſus.) Propterea, inquit, ſum iocunditate affectus, quia tales uos Titus inuenit, quales fore ſibi prædixerã. Vnde & ipſe refectus eſt ſpiritu, cum eiuſmodi uos comperiſſet, & nil ſibi uel graue uel iniocundũ a uobis occurrerit. Iſtiuſmodi igitur Pauli gloriatio & Corinthios uirtute præditos arguit. & ſeſe in eos, uti in liberos beneuolum & propenſiorem oſtendit. Tales igitur oporteret hoc tpe, ut diſcipuli ſe præſtarent & p̃ceptores, & his moribus uiuerent.

Præceptores Pauli in diſcipulos charitatem inuentur.

SED SICVT omnia uobis in ueritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra ad Titũ ueritas facta eſt.) Quemadmodũ, inquit, quæcunq; uobis prædicaui, & uera ſunt & certiora, uel quia merito erant & Titi laudes apud eum explicãdæ, quæ haud quaquam commentitiæ eſſent & fictæ. Sic & quæcunq; de uobis gloriatus ſum, haud quaquam conficta eſſe comperta ſunt.

ET VISCERA eius abundãtius ſunt in uobis.) Propterea apud Corinthios Titum commendat, ut mutuum & illi in eum amorem rependant. Vtpote qui huic ſit animo coniunctiſſimus, & illorum ardeat charitate. Viſcera autem ipſius ideo intulit, ut intimũ eius affectum & flagrantem amorem in hos patefaciat.

REMINISCEN tis omnium ueſtrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepiſtis eum.) Cauſas exponit, quibus tanta in eos afficiat Titus beneuolentia, oſtendens amoris primordia ab ipſis cepiſſe, ſimul ad charitatis officia obeũda hortatur. Neq; enim, inquit, ſimplicem quendam in Titum amorem uel ſtudium prætuliſtis, ſed filiorum more pręcepto facile paruiſtis. Nec ſecus hũc ac principem aliquem excepiſtis uenerabundi & trepidi. Duplicem autem illos teſtatur in Titum beneuolentiam præſtitiſſe. Cum quia ut parentem diligerent, tum quia ut dominũ uererentur, ne charitas ipſa, ſi timore uacaret, ſolueretur, neue ſi timor charitatis ſit erpers, minus ſit gratus.

GAVDEO quod in omnibus confido in uobis.) Neq; enim adeo Titi ob gratiam lætor, q; honorifice ſit a uobis exceptus. Sed quia tales uos reperi, ut nil prorſus exiſtimem ignominiæ mihi poſſe afferre. Quin potius cauſam attuliſtis, ut queam & uobis confidere, & ueſtro ex profectu gloriari. Poteſt & aliter id dictũ intelligi.

Timor charitatis expers.

In uobis

In uobis cõfidimus, uidelicet, quia dicta mea erga uos omnia & facta animo æquiori & libenti ad ueſtram ædificationem accepiſtis. Vel ſi urgentia nimis ſint uiſa, uel in ueſtram laudem ædita, uel factu grauia ſint iniuncta.

CAP. VIII. NOTAM AVTEM FACIEMVS VOBIS fratres gratiam Dei quæ data eſt in eccleſijs Macedoniæ.) Haud temere Corinthijs plurimũ collaudatis, his uerbis ſubſequitur. Quod eo facit, ut eorum animis præ linitis ad habendam in pauperes charitatem hortetur. Et ideo ſuperius dixit, in uobis cõfido, uidelicet, ut quæcunq; dixerim, facturos uos ſperem. Neq; id cõfeſtim adiecit eleemoſynã conferre, ſed aliorũ facta in medium producens, ad hos imitandos & illos inuitat. Aduerte aũt quemadmodum Dei gratiam dicat, mentem aliquam clementiorem & piam, faciatq; item id dictum minus inuidioſum, nitaturq; ſimul, ut Corinthios prouocet ad Dei hãc gratiam rapiendam. Neq; hanc illamue urbem deprompſit, ſed uniuerſam extulit laudibus Macedoniam, ut & Corinthij ſint uniuerſi ſimilibus intenti officijs.

ET QVOD in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipſorum.) Hoc eſt plurimũ afflictati & adeo, ut probi ſint tolerando effecti, nil tamen animo conciderunt, ſed lætitia potius afficiuntur. Nec ſimplici quadam & exili, ſed abundanti & profuſa.

ET ALTISSIMA paupertas eorũ abundauit in diuitias ſimplicitatis eorũ.) Hoc eſt, quemadmodum preſſuræ magnitudo in gaudiũ ſe effudit, ſic ingens illorum & profunda inopia, non ſolum nulli fuit ad eleemoſynam erogandam impedimento, ſed potius affluere opibus fæcit. Nec rei collatę dixit, ſed ſimplicitatis diuitias. Hoc eſt, animi uacantis inuidia, & ad impartiendum facilis. Non enim beneficiorum copia, ſed animi promptitudine liberalitatem metimur. Hi nãq; quod ſane debet per mirum uideri, cum ære alieno adeo eſſent opreſſi, ut eorũ uel tenues facultates a creditoribus diriperent, nil tamen intermittebant ſeſe in pauperes liberales præſtare.

Macedonũ in pauperes liberalitas.

QVIA SECVNdum uirtutem teſtimonium illius reddo, & ſupra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obſecrantes nos.) Explicat quod dixerat ſupra, aitq; pro uiribus, immo ſupra quam uires ſuppeterent, illos feciſſe. Hoc enim præfert ſimplicitatis abundantia, ut maiora facere quis connitatur, quam eius patiatur facultas. Non enĩ, inquit, ad id officij a nobis ſunt prouocati, ſed ultra ipſi adierunt. Verum quid illud dixerim, quandoquidem priores ipſi me ut id agerem, ſunt deprecati, plurimũ conſolationis attulerint. Hæc autem dicit, nõ ſolum ut hortetur Corinthios affatim conferant, ut eleemoſynam, ſed lubenti id animo factiient & ideo in his diſſerendis pluſculum immoratur.

GRATIAM ET communicationem miniſterij quod fit in Sanctos.) Deeſt hoc loco quod merito erat dicendum. Hortabar uos equidem ad ſuſcipiendum id miniſtrandi munus. Gratiam autem dixit, quoniam cum ſectatores eſſent ſpiritaliũ gratiarum Corinthij, uel hanc ipſi miniſterij gratiam aggrederentur, ſicuti & ſuperius dixerat. Munus uero miniſterij dixit, ut intelligãt ſuas facultates ſanctis impartiendo nil contuliſſe ſe magis, quam accepiſſe.

ET NON SIcut ſperauimus.) Nulla inquit nobis ſpes erat, homines qui tanta rerum penuria & anguſtijs tenerentur, enixe adeo a nobis expoſcerent precibus, ut eorum miniſteriũ, hoc eſt, eorũ bona ſanctiſſimis uiris impartienda acciperemus.

SED SEMET ipſos dederunt primũ domino, deinde nobis per uoluntatem Dei.) Vel alias quaſdam hoc loc Macedonũ adſtruit ſuo teſtimonio, & probat uirtutes. Perinde ac ſi dicat. Neq; enim cum erogandis eleemoſynis intenderet plurimũ, ueluti excæcati, officia reliqua negligebant. Sed domino potius ſeſe obtulere, in omne opus Deo acceptum, animo nõ heſitabũdo propenſiores. Quinetiam & nobis tradidere ſeipſos, hoc eſt, cunctis in rebus nobis ſubiecti nutu, quo iam Diuino charitatem prætulere. Quo fit, ut Dei uoluntate non ullo hominum inſtinctu id agant.

ITA VT ROGAremus Titũ, ut quemadmodũ cepit, ita perficiat in uobis etiã gratiam iſtam.

tiam iſtam.) Adeo, inquit, Macedones enixe ad clementiam & ad id conferendæ eleemoſynæ munus ſe contulerunt, ut ego reipſa perſpecta adiecerim animũ, ut itidem & vos faciatis, ne illis ſitis inferiores. Et Titum hortatus ſum ad vos iter arripere, quemadmodum & ipſe cepit, hoc eſt, qui prius quã eſſet per me impulſus, venire ad vos deſtinauerit. Quibus verbis & Titum Corinthijs facit coniũctiorem, ut aduenienti illi, & eleemoſynã ubertim impartiendam eſſe conſulenti, facilius pareant. Perinde ac ſi ea ſentiat & ſit conſulturus, quæ in eorum ſint utilitatem & cõmodum conceſſura. Rurſum eiuſmodi rem ad pietatem ſpectãtem, gratiam dixit. Eſt nanq; Dei dono id adſcribendum, qui eum ſibi pietate ſimilem reddat, qui ſe ad id muneris & officij contulit. Vnde & ſapiens quidam inquit. Magni eſt quidem vir, & honore dignus, quem alienæ vel abiectioris fortunæ miſereat, vel inopiæ. *Macedones*

SED SICVT in omnibus abundatis Fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſollicitudine inſuper & charitate veſtra in nos, ut & in hac grã abundetis.) Eos laudando hortať, dicens. Quemadmodum & cæteris eſtis abunde politi. Sic & in hac grã abundetis neceſſe eſt. Id eſt, vel ut Macedonas beneficia impartiẽdo excedatis, vel ſimpliciter, vel laxiori liberalitate utamini. Fidem aũt dicit donorũ, ſermonem vero indubitata Sapientiæ verba, ſcientiam dogmatũ, ſollicitudinem quæ erga alias virtutes exhibetur. Charitatem demum, qua erga ſe eſſent affecti, prędixerat nanq; illud oſtendiſtis in Tito quam in me haberetis charitatem pro me æmulantes.

NON QVASI imperans dico.) Hoc eſt, nihil vos cogens dixerim perinde ac ſi aliquam habeam in vos poteſtatem.) Sed per aliorũ ſollicitudinem etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans.) Hoc eſt, propterea Macedonas extulerim laudibus, ut illorum ex ſtudio veſtram erga ſanctos omnes charitatem teſtatiorem eſſe oſtendam & clariorem.

SCITIS ENIM gratiam domini noſtri IESV CHRISTI, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, ut illius inopia diuites eſſetis.) Hoc eſt, cognoſcite, & mente ingens illud verſate myſterium, & nulli rei parcetis. Quod ſi forſan diffidis, paupertatem diuitias parituram complectere cogitatione, et dominũ tuum, nec ultra his dictis Fidem abrogabis. Nam ſi ille non eſſet paupertatem ſectatus, hoc eſt, ſi carnem hanc terream abiectam, & honoris immunem non accepiſſet, & reliqua ignominioſa noſtri ob gratiam, qui tantis his ſumus beneficijs indigni, non eſſet perpeſſus, nunquam eſſemus has opes adepti. Verum quas opes narrat? Pietatis videlicet, religionis, viciorum expurgatiõem, & ſanctimoniam, & bona reliqua, quæ ante hac nobis contulit Deus, & collaturus eſt. *Opes pietatis religionis.*

ET CONSIlium in hoc do. Hoc em̃ vobis utile eſt.) Attende aũt quemadmodũ minus ſe grauẽ ſtudeat exhibere. Do em̃, inquit, conſiliũ, non neceſſitatẽ impono. Quod eo attulerim, ut vobis potius conferat, quã cæteris qui illud ſunt accepturi.

QVI NON ſolum facere, ſed & velle cepiſtis ab anno priore, nũc autem & facto perficite.) Non enim ultro & aliena ſolertia & ſtudio, ſed ex propria animi promptitudine eos hortatur, inquitq; non ſolum ultro ad id officij conceſſiſtis, nec modo ſolum ad rem peragendam dediſtis initium, quinetiam & ad velle, hoc eſt, ſponte & factis, & nemine impellente rem exequimini. Nunc autem vobis id conſulo, ut opus iam ceptum terminetis.

VT QVEM admodum promptus eſt animus volũtatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis.) Videlicet, ut non promptitudine tenus & voluntate conſtet facinus aliquod bonũ, ſed ad finem ut traducatur. Nam quemadmodum voluntas ipſa animũ reddit ad rem gerendam propenſiorem, ſic & facta ex rerum copia perficiuntur. Quicũq; igitur fortunæ bonis potitur, & rem ipſam perficiat, & eleemoſynam impartiatur. Qui vero nil habet, voluntate exequitur beneficium.

SI ENIM VOluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet.). Aduerte quam prudenter Apoſtolus Macedonibus

Macedones iidem et Theſſalonicenſes.

collaudatis, hoc eſt, Theſſalonicenſibus ipſis, quia ſupra vires eleemoſynam contuliſſent, a Corinthijs vero nil magis depoſcat, quam eorum ſuppetant facultates. Si itaq; pauperibus aliquid impartiri libuerit, conferte pro viribus, & erunt hæc voluntate collata Deo accepta.

NON ENIM ut talis ſit remiſſio, vobis aūt tribulatio.) Neq; eñ, inquit, ut alij per quietem & ociū in delicijs ſint, neceſſariū eſt præter vires aliqd ipſi impertiatis. unde & indigentiã patiamini, & anguſtior res veſtra familiaris reddat̃. Tametſi dominus eo viduam laudauerit, quia oēm ſubſtantiã contuliſſet, quod tamē in præſentiarū Apoſtolus ab his haud quaquã contendit. Tum quia adhuc infirmiores erant Corinthij, tum quia & opibus affluebant, & ita ut ſi pro viribus ſinguli collaturi eſſent, copioſa admodū & inſignis futura eſſet collatio. Sperat præterea illos Theſſalonicenſiū exemplo magis ac magis incitatū iri, & ideo eorū poteſtati rem oēm permittit, & in ſequentibus deniq; canet, & ſi ſub obſcure ad idipſum hortat̃.

SED EX AEqualitate in præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat.) Hoc eſt, vos pecunijs abundatis, illi vero plurima in Deum confidentia. Date, inquit, quibus affluitis bona. Cum illi his careant, ut ſitis eorum fiduciæ non expertes, quæ illis uberior ineſt, & cuius vos eſtis imunes. Aduerte aūt, quemadmodum tacite moliatur, ut vel præter vires hi ſua impertiant. Si enim vis, inquit, frui hac tua copia, largire & ipſe copiæ huius portionē. Quod ſi ſolidam cupis mercedem accipere, præbe & ipſe id integre, quod ſane præbitum carētiam affert, & ſupra vires videtur. Et id quidem tacite ſentit Apoſtolus, alioqui perſpicuum eſt pro ſuis facultatibus ut conferant, commonefacit.

Aequalitas bonorum quomodo fiat iter Chriſtianos.

VT FIAT AEqualitas ſicut ſcriptum eſt. Qui multum habuit, non abundauit. & qui modicū, non minorauit.) Quo pacto hæc fiet æqualitas? Nimirum ſi alternis quæ vobis ſuperſunt contuleritis, & aliorū egeſtatem ſupplebitis. Verum quæ eſſe poteſt parilitas, ſi ſpiritalia pro carnalibus repenſentur? Neq; enim pro precij magnitudine vel paruitate, collati vel redditi, æqualitas dicit̃. Sed cum ipſi quod ſuper eſt largiemini, & illi quod nimiū eſt, condonabunt, & rurſum, quæ vobis defuerint accipietis & illi contra, quibus indiguerint accepturi ſunt. Sic fit, ut dici æqualitas poſſit. In futuro aūt ſæculo maior ſane earū erit rerū exceſſus, quas illi contulerint, qui minus habent. Contrahamini neceſſe eſt diuites. Siquidem rerum ſtabilitate & copia vos ſuperant inopes. Inducit præterea quod geſtū apud Iudæos fuerat, cum legerent manna, ut arguat quo pacto fiat æquatio hæc. Nam qui multis abundat vir opulentus, cum pauca habenti, quod ſupereſt dederit, nec ſua accreſcunt nec illi decreſcūt, qui paucis potiat̃, utpote qui a diuite ea acceperit quod item dici de fiducia poteſt, quæ in Deo ex optimis vitæ actionibus haberi ſolet. Aliud præterea quiddam peragit maius. Aperit nanq; diuitibus, quēadmodū Mannæ, ſiue qui plus collegiſſet, ſiue qui minus, eandem habuiſſe menſuram inuenti ſint. Deo immoderatam cupiditatem caſtigante. Nolite ergo & vos maiora & plura concupiſcere.

Manna colligētes Hebræi.

GRATIAS AVTem ago Deo qui dedit hanc ſollicitudinem pro vobis in corde Titi.) Cum de eleemoſyna quæ eſſent neceſſario dicenda, diſſeruiſſet, laudat demum qui eam erant ad recipiendam tranſmiſſi, ut omni ab his auariciæ ſuſpitione ſummota, ad maiorem illos induceret cōferendi promptitudinē. Titum vero, quia primatum hos inter qui eſſent ad eam rem deſtinati obtinuiſſet, collaudat Paulus. Aſſeritq; eūdem ad hmōi rem adminiſtrandam Dei, fuiſſe opera excitatū. Quippe qui eandem illi, quam ſibi, iniecerit ſollicitudinem. Quo circa illos hortat̃, ut liberaliores ſint in conferendo, perinde ac ſi dicat, Si conſtat Deū, ad id miniſterij munus Titum excitauiſſe. Sub huius perſona Deus ipſe depoſcit. Debetis ergo quæ Deo ſunt digna conferre munera, & eleemoſynam impartiri, inopia laborantibus.

Titi laus.

QVONIAM exhortationem qdem ſuſcepit, ſed cum ſollicitior eſſet ſua voluntate profectus eſt ad vos.) Quæret aliquis, Vnde ergo id patet Deū eam ad rem Titum impu-

tum impu-

tum impuliſſe? Ex eo profecto, quia a me cohortatus, libenter hanc meam exhortationem exceperit. Nihil obmurmurans, ſed ultro abiens ad vos iter ſuſcepit. Quo fit, ut nullo meo impulſu ſtudiũ id ille & ſollicitudinem præ ſe tulerit.

MISIMVS ETIam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per oẽs Eccleſias.) Nonnulli Lucam hunc eſſe dicunt, quem Paulus Euangelij grã quod ille conſcripſerat, fratrẽ appellat. Nonnulli vero Barnabam aſſerunt, qui & ſi Euangeliũ minus conſcripſit, prædicationem tamen quã exercebat, Euangelium nuncupat. Cuius tamen in laudes nihil effundit, quemadmodũ in Titi effuſus eſt laudem, & forſan idcirco. Quia Barnabæ nomen Corinthijs erat obſcurius, Titi vero notum & celebre. Alioqui & illi ſatis laudum tribuit. Non enim ſimpliciter, inquit, Euangelium prædicat, ſed in Euangelio laudem eſt adeptus. Neq; apud duas trinas ve, ſed apud omnes Eccleſias huiuſmodi eſt gloriam aſſecutus.

Prædicationẽ Barnabe euangeliũ uocat.

NON SOLVM autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſijs comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam, quæ miniſtratur a nobis.) Laudat hominem vel ex eorum qui hunc delegiſſent iudicio, non modo inquiens cum Euangelium prædicat, laudem hic promeretur ut probus, ſed ab Eccleſijs etiam eſt inſtitutus, ut noſtrum iter comitaretur. Quo circa & tentationum eſt mihi & diſcriminum particeps. Hæc autem Barnabæ congruunt magis. Is nanq; fuerat ad id muneris & gratiæ deſtinatus, ut cum Paulo una pecunias adminiſtraret.

Barnabas.

AD DOMINI gloriam & deſtinatam voluntatem veſtram.) Hoc eſt, ut ob id & gloriam aſſequatur Deus, & vos conferendi promptitudinem. Quandoquidem & probi ſunt qui collatam per vos pecuniam capiunt, & nihil his niſi quod parere queat ſuſpitionem.

DEVITANTES hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur a nobis in domini gloria.) Dignum id ſane Pauli ſanctimonia, & curæ quã pro his ſuſceperat magnitudine, & indulgentia. Propterea enim, inquit, hos deſtinabimus. Neq; unũ duntaxat, ſed plures. Quia deuitantes gratiæ ſuſpitionem, veriti ſumus, ne quem forte inceſſat ſuſpicio, perinde ac ſi harum ipſi pecuniarum partem nobis aliquam vendicemus. Nec tamen dixit ne vos, ſed ne quis, ne moleſtius ferrent Corinthij. Si quibus eſſet forſitan perſuaſum, ſeſe eiuſmodi aliquid de Paulo ſuſpicari Hoc eſt, pecuniarum hæc copia nobis credita, ſatis valeret ad inferendam improbis & maledicis ſuſpitionem, niſi futuram ipſi ſecuritatem prætuliſſemus.

PROVIDEMVS enim bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.) Attende Pauli probitatem. Præcauebat enim ne fratres offenderet, quippe qui non huiuſmodi iactitauit, mundus ſum ipſe & purior, doleat qui velit, & flagret inuidia, ſed illud intulit, in Dei conſpectu prouidemus. Hoc eſt, illud apprime curamus, ut culpa vacemus, nec minus & coram hominibus idipſum eo enixius factitamus, quo imbeciliores ſunt & infirmi, quibus haud ſecus nos condeſcẽdimus, quam pueris ſolemus, quos ſumus laturi.

Infirmorũ conſcientiam Paulus ueretur offendere.

MISIMVS AVTem cum illis & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſollicitum eſſe. Nunc autem multo ſollicitiorem confidentia multa in vos.) Alium inſuper inducit quem fratrem appellat, commendatq;, quia illum in multis fuerat expertus, & perinde ac ſi ſententiam ferat ſtudio hunc dicit, & induſtria pollere. In multis vero, & ſæpe cum ait, huius laudem auget. Sollicitiorem demũ hunc multa in vos confidentia dicit, quia plurimum ille confideret profuſiorem Corinthios eleemoſynam facturos, quæ eſſet ab ſe diſpenſanda.

SIVE PRO TITO, qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor.) Si quid videlicet de Tito dicendum eſt, hæc equidem quæ dicam habeo. Quia & ſocium ſe mihi & adiutorem in veſtram inſtitutionem & utilitatem exhibuit. Vel aliter. Quod enim Titi ob gratiam egeritis, id omne non in alienigenam quempiam, ſed in meum comitem & adiutorem contuliſtis.

SIVE FRATres noſtri.) Hoc eſt, ſi de alijs libet aliquid audire, iure ꝗdem & illis Fides eſt adhibenda, & fraternũ id nomen præſtandũ, quos pro fratribus ducimus.

APOSTOLI Eccleſiarum.) Hoc eſt, ab Eccleſia ad id deſtinati & inſtituti.

GLORIA Chriſti.) Quod omnium erat præſtantius poſtremo poſuit, perinde ac ſi inquiat. In Chriſto rerum omnium vertitur ſumma, quæ ab illis geruntur.

OSTENSIONEM quæ & charitas veſtræ, & noſtræ gloriæ ꝓ vobis in illos oſtendite in facie Eccleſiarũ.) Oſtendite, inquit, hoc tẽpore, quemadmodũ amore ꝓſequamini, utq; & ipſi haud fruſtra gloriemur in vobis. Quod ſane tũc prætuleritis, cũ charitatẽ ſignificabitis, qua ſitis in hos affecti, quos ad vos mittimus. Id eñ omne in Eccleſiæ eſtis perſonã facturi, quod in nos ipſi geſſeritis. Hoc eſt, in Eccleſiarũ honorem. Præferunt eñ hi Eccleſiarũ perſonam, qui ab eccleſijs tranſmittunẽ.

CAP. IX.

NAM DE MINISTERIO quod fit in ſanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis.) Cum tanta de his ſuperius dixerit, dicturusq; deinceps ſit, aſſerit tamen inane id fore & ſuperuacaneũ, ſi rurſum ijſdem de rebus ad eos perſcripſerit. Id autem agit prudentius, ut Corinthios magis alliciat. Pudebit enim cum tanti ſe fieri a Paulo viderint, ſi eius æſtimatione arguantur inferiores.

SCIO ENIM promptum animum veſtrum pro quo de vobis glorior, apud Macedones, quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito.) Compertã, inquit, ipſe habeo veſtram animi in conferendis pecunijs promptitudinem, quã & iactare conſueui, dicereq; non ſolum ad id paratos vos Corinthios eſſe, ſed uniuerſam Achaiam. Nihilq; ultra deeſſe, niſi eorum aduentum qui pecunias ſint accepturi. Quo circa verecundiæ ducam, ſi deprehendar inaniter & falſo hæc iactitaſſe.

ET VESTRA æmulatio prouocauit plurimos.) Dixerat ſuperius, ſponte illos ad eam largitionẽ fuiſſe inductos, & ita, ut nihil eius vel opera vel inſtigatione indiguerint. Cur ergo inqt: Quia vr̃a æmulatio ꝓuocauit plurimos: Nempe plurimos dixit, non oẽs. Quorũ nonnulli & voluntate erant ad officiũ propenſiores, & Pauli ope indigebant. Nõnulli vero veſtri æmulatione inducti, ad optimũ opus prouocabanẽ. Homines nanq; maiorẽ in partem, ut recte agant, aliorũ ducunẽ exemplo. Vel aliter. Hoc eſt, quia volentibus vobis eleemoſynam egentibus impartiri, nec conſiliũ dedimus, neq; adiecimus, ſtimulos, ſed laudibus duntaxat proſecuti vos ſumus, quod ſatis valere ad vos cohortandos videbaẽ. Vides quemadmodũ & Macedones ipſos Corinthijs collaudatis ad beneficentiam excitet, & Corinthios prouocet. Macedonũ probata ad eam rem promptitudine. Eſtis eñ, inquit, illorum præceptores effecti. Nolite ergo diſcipulis, cum ſitis magiſtri, videri defectiores.

Exemplis ad bonum ducuntur homines.

MISIMVS AVTem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis, euacueẽ in parte hac ut quemadmodum dixi parati ſitis.) Tanquam Corinthiorum ſe membrum adſtituit, doletq; eorum vicem, quoniam gloriatus ſum inquiens, vereor, ne vituperatione afficiamur & ignominia. Propterea & fratres miſi, ne quod de vobis gloriamur, euacuetur. Hoc eſt, ne inanis & vacua deprehendatur hæc mea de veſtro profectu iactantia. Ipſe nanq; cum ducerem vos mihi apud omnes decori gloriatus etiam apud Macedones ſum. Quo circa ſi fueritis ad officium id obeundum poſteriores inuenti, cõmunis futura mihi vobiſcum eſt ignominia. Et ſi haud quaquam cæteris in rebus, in hac tamen parte, hoc eſt, in eleemoſyna per vos conferenda, vereor ne vi tuperandus ſim ipſe. Eſtote ergo paratiores, quemadmodum & Macedonibus dixeram paratos vos eſſe, ſimul & reliquum Achaiæ populum. Ita, ut nihil ſit quod vos ad eleemoſynam impartiendam hanc remoretur.

NE CVM VEnerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos erubeſcamus nos, ut non dicamus vos in hac ſubſtantia.) Rurſum hiſdem in rebus verſatur, auget q; pro vario quodam humani ingenij diſcurſu, illorum angorem. Fortius nanq; erubeſcimus, cum in aliorum conſpectu ignominia nobis infertur. Agitis, inquit, mecum forte fidentius, utpote qui vobis indulgeam. Sunt tamen vobis Macedones

non incogniti,

non incogniti, quorum verecundia tenere vos debet. Siquidem mecum una ad vos ſunt & hi conceſſuri. Qui ſi uos imparatos inuenerint, hoc eſt, eleemoſynam detrectantes, & me mendacij arguent, qui vos paratos eſſe retulerim, & vos auariciæ incuſabunt. Erubeſcendum quippe erit, ſi in noſtro aduentu veſtra hæc, nec prompta ſit, nec cita collatio. Aut ſi nuſquam quod deceat in eleemoſynam contuleritis. Caſtigat autem ſuū ſermonem Apoſtolus, cum inquit. Erubeſcamus, ne vos dixerim in hac ſubſtantia gloriationis (ut græce habet) hoc eſt, in ſola veſtræ huius eleemoſynæ mea iactantia, præſertim cum cæteris in rebus haud quaquam crimini ſitis obnoxij. Quod ſane nō vt his gratificetur adiecit, ſed ut illos faceret ad eleemoſynam promptiores. Ne cum in reliquis profecerint plurimū, in hac deprehendantur non probi, & ſeipſis inferiores. Cum aūt inquit, ne vos dixerim, arguit magis eſſe erubeſcendum, ſi arguantˉ ad id officij tardiores. Subſtantiam autem, rem ipſam dicit, & eleemoſynæ collationem, vel gloriationis vim & iactantiam.

NECESSARIVM ergo exiſtimaui rogare fratres, ut præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe, ſic quaſi benedictionem, non quaſi auariciam.) Ne contraria dicere videaˉ, quippe qui dixerat ſupra, ſuperuacaneum eſt, ut ad vos ſcribam, eadem illa nūc repetit, & de liberalitate & munificentia diſſerit, & quemadmodū animo promptiori id obeundū ſit opus cōmonefacit, eoq; & fratres ſe mittere dicit, ad duo quædam exhortans. Cum ut liberaliter præbeant, & abunde, tum ut animo libentiori id agant, prudenter utraq; ſane pertractans. Nam primo de volūtaria largitione diſputat, deinceps & alterū caput aggrediˉ, ait igiˉ. In benedictionem his quod largiunˉ concedere. Siquidem nemo qui benedictionem ſit, hoc eſt, eleemoſynam impartitus, mœrore afficiˉ. Oſtendit præterea pullulantem ex ea mox fructum, & quemadmodū benedictione expleaˉ, qui effuſius præbeat. Neq; his dictis contentus, non quaſi auariciam, intulit. Perinde ac ſi dicat, neq; em̄ exiſtimetis cupiditatis & auariciæ gratia, quæ vos contuleritis, nos accepturos, ſed quia ſumus benedictione vos condonandi cupidiores. Quo fit, ut qui eleemoſynā ab inuito extorſerit, quaſi ad auariciam videaˉ hanc ipſam exigere.

Fructus eleemoſynæ.

Eleemoſynam ab inuito extorquens.

HOC AVTEM dico, qui parce ſeminat, parce & metet. & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictōibus & metet.) Ad alterū caput pertranſit, videlicet quemadmodū ad liberalitatem ſit largiendū, inquitq;. Vel id ipſe adiecerim ad ea quæ dixeram, quoniā nihil ſit parce dandū. Neq; auare dixit & ſordide, ſed quod plane honeſtius eſt, parcitatis nomē ingeſſit. Et ſemē nuncupauit rem ipſam, ut ſtatim ad cōpenſandā mercedem attendas, perdiſcasq; plura te accepiſſe, ꝙ dederis. Et quia abunde conferendū eſſe diſſeruit, iterato voluntariā & promptam largitionem cōmeminit. Nam qui in benedictiōibus ſeminat, illud prætendit quod dictū ſuperius eſt.

VNVSQVISque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſticia, aut ex neceſſitate. Hilarem em̄ datorem diligit Deus.) Immoratur diutius rationi eiuſmodi diſſerendæ voluntariæ largitionis, haud ſane ignarus, ſatis iam exemplorū dediſſe Macedones, quibus & Corinthij poſſint ad munificentiam excitari. Quippe quos pudeat his munificentia videri inferiores. Eorundem præterea & mentem ſanat, ut virtutis ſit, quod illi contulerint, nō neceſſitatis. Nam longe a virtute abeſſent, ſi inuiti quid agerent. Quærit itaq;, tanquā verus præceptor, ut virtutis rōne diſcipuli factitent quodcunq; his eſt peragendū. Quin etiam ut merita illis ſunt integra, qui ultro quæ recta ſunt, peragunt. Quemadmodū contra quod iniquo anīo fit, promeritum primū intercidit. Et ideo unuſquiſq;, inquit, ſecundū ꝙ deſtinauit in corde ſuo, non ex triſticia, aut neceſſitate, ꝗd ut teſtatius faciat, ex Salomonis dictis exemplū producit. Tametſi hæc a ſapientiſſimo illo ad liberalitatē ſint dicta, & beneficentiā.

POTENS EST autē Deus oēm gratiā abundare facere in vobis.) Confutat his verbis opinionē, qua capti, pleriq; ſumus illud pręcipue ſoliti uſurpare. Si alijs multa contulerimus, verendū ne ad egeſtatem ipſi mox redigamur. Inquit igitur, poteſt

Eleemoſyna confert ad bonorum abundantiam.

haud dubie Deus adeo nos omni immunes reddere indigentia, ut omnem gratiam, hoc eſt, ut omnem eleemoſynam poſſimus abunde facere. Conferte ergo affluenter, ut veſtra eleemoſyna magis ac magis, & perpetuo quodam fluxu redundet.

VT IN OMNIbus ſemper oēm ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.) Vides quemadmodū non opes illi comprecet̃ Apoſtolus, ſed quod ad vitam ſit ſatis. Id aūt inquiens, arguit nequaq̃ ſe illos cogere, ut alijs ea impartiant̃, quibus ipſi indigeant. Simul etiam inſtruit, q̃bus in rebus ſint Dei dona utenda, ut abundetis videlicet in omne opus bonū. Perinde ac ſi dicat, in his equidem quæ carnis ſunt, ſufficientiā vobis optauerim. In ſpiritalibus vero (id eñ prætendit in omne opus bonum) abundantiā ſcilicet & ubertatem. Vt non ſolū magnum in modū quis clementior ſit, ſed omne opus quod Deum oblectet, liberaliter obeat.

SICVT SCRIptum eſt, Diſperſit dedit pauperibus, iuſticia eius manet in ſæculū ſæculi.) Dixit ſuperius, ut abundetis, idipſum itaq; confirmaturus prophetæ inducit teſtimoniū, cum diſperſit inquit. Hæc quippe dictio, munus, affatim datum, et affluentiā monſtrat. Nam pecuniæ q̃dem, quia fluxæ & fragiles ſunt, haud quaquā diu conſiſtunt. Iuſticia vero, hoc eſt, pietas ipſa, atq; clementia. Per iuſticiæ eñ nomen pietatem deſignat, utpote, quæ iuſtiorem hominem reddat, & ſoluat Peccata, in omne æuum permanſura, in præſens videlicet ſæculū, & futurum. Qui eñ pietatem ſeruauerit, & præſtiterit ſe clementiorē, non ſolū ab omnibus colitur quam diu egerit in humanis, ſed eius inſuper futura & ſoboles charior poſteris erit.

Iuſticiæ nomine pietas ſignificatur.

QVI AVTEM adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrū, & augebit incrementa frugū iuſticiæ veſtræ.) Simul his quæ cum corpori, tum animæ conferunt, comprecat̃. Facitq; ex ſenſibili hac terræ cultura verbis ſuis Fidem. Nam ſi terram ſerentibus ſemen ſubminiſtrat Deus, & cibū nutrientibus corpus ſuppeditat, longe magis & his qui cœlū colunt, & animā alunt, daturus eſt ſemen. Cum aūt præſtabit & multiplicabit ſemen veſtrū inquit, de tēporarijs hiſce opibus diſſerit. Quod plane ſemen mauult ut egentibus diſtributū ſpiritale reddat̃ & transferatur in animā. Ex hoc enim quiduis boni operis nobis ſuccreſcit, & iuſticiæ inſuper manipuli augeſcunt, ob idq; & illud ſubiungit, & augebit incrementa iuſticiæ veſtræ. Non autē hoc loco, quemadmodum Deum inducat, cibum nobis, & eſcam, non delicias ſubminiſtrantem. Panem enim, inquit, in cibum præſtitit, quod dictum ab Hieremia accepit Apoſtolus.

VT IN OMNIbus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.) Rurſum demonſtrat quo pacto utendæ ſint opes, aitque minus has eſſe condendas, ſed habendas potius ad omnem ſimplicitatem. Hoc eſt, cum liberalitate has eſſe euacuandas. Et quia eandem pleriq; in ſcortis & mimis donandis præferunt ſimplicitatem, ſic infert. Talem autem dixerim ſimplicitatem, quæ per nos Deo gratias referat. Quin potius nec gratias ſolū, ſed alia pleraq;, quæ in proceſſu patefaciet orationis, ut oſtenſa bonorum copia, quæ ex eiuſmodi ſimplicitate gignuntur, ad eam promptiores nos reddat.

Quomō utendum opibus.

QVONIAM miniſteriū huius officij, non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiā abundat per multas gratiarū actiones in domino per probationē miniſterij huius glorificantes Deū in obedientia confeſſionis veſtræ in Euangelio Chriſti, & ſimplicitate cōmunicationis veſtræ in illos, & in oēs, & in ipſorū obſecratione pro vobis deſiderantiū vos propter eminentē gratiam Dei in vobis) Miniſteriū, inq̃t, hoc eſt, pecuniarū præbitio plurimū valet. Nam non modo ſupplet̃ per vos fratrū egeſtas, ſed etiam abundat. Hoc eſt, ultra quā ſatis ſit, neceſſaria illis ſubminiſtratis. Vnde & plurimas hi grãs referūt Deo. Nec minus eundē & laudibus proſequunt̃, quia tantopere eſtis Euāgelio ipſi morigeri, ut illius iuſſa abundātius exequamini. Euangeliū nanq; eleemoſynā impartiri inſtituit. Deū præterea vel aliam ob cām illi extollunt, & grãs agunt, q̃a ſimplicitas hæc & bonitas veſtra, non eorū ſatis dūtaxat neceſſitati-

neceſſitatibus facit, ſed in om̃es fideles paupertate oppreſſos diffunditur. Neq; eñi hi liuore ducunt̃, ut ſolent reliqui pauperes, quin & gratias agunt, quod uel in alios benefici ſitis. Quod profecto haud mediocre eſt illorum uirtutis indicium. Neceſſe eſt itaq;, & his qui adeo cæteros uirtute præcellunt, ut nil prorſus inuideãt alijs, effuſius aliquid condonari. Accedit etiã, quod ueſtri gratia Deũ precantur, ut uos ſit eis aliquãdo uiſendi facultas. Non pecuniarũ reſpectu, ſed Diuinæ gratiæ uobis conceſſæ præſtantia. Rurſum & gratiã eleemoſynã nuncupat, oĩm ſummã Deo permittens, ne forſan illi his largitionibus intumeſcant. Cum aũt eminentem gratiã dicit, concitat eos, ut ampliora munera factitent, ita ut nemini ſint largiendo inferiores.

Donandum iis potiſsimũ qui cæteris ſunt meliores.

GRATIAS ago ſuper inenarrabili dono eius.) Donum dicit, quæ per eleemoſynam proueniunt bona, tum largitoribus ipſis, tum his qui ea acceperint. Vel bona ipſa commemorat, quibus ob Chriſti incarnationem dignati nos ſumus, perinde ac ſi dicat. Nequaquam ipſi exiſtimate magnum aliquid, nequeunt enim quæ a Deo bona accepimus explicari. Quod ſi quid & ipſi per exiguum & corruptibile egentibus impartimur, quid magni egimus.

CAPVT. X.

IPSE AVTEM ego Paulus obſecro uos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.) Cum finem iam de eleemoſyna differendi feciſſet, aggreditur quæ duriora ſunt, & admodum grauia, inuehiturq; in falſos Apoſtolos, & ſui obtrectatores, qui ſe inſcitiæ incuſarent, inaniſq; iactantiæ. Dicturus præterea in ſui laudem pauca, inuitus tamen ne eius prædicatio cõtemptui haberetur, enumerat & ſua officia, & gratiã, quæ ſibi a Deo ſit tradita. Quo fit, ut nequaquã fallatur, ſi quis in Pauli laudem dixerit hanc eſſe cõſcriptam epiſtolam. Dicere autem incipienti, reſpondentiq; ad eos, qui ſe infirmũ dicerent & inſolentem, & prorſus ignarum, eiuſmodi uidet̃ ſenſus ineſſe. Obſecro uos Paulus ipſe ego, terrarũ orbis inſtructor. Dignitatem præfert, cum ipſe ego Paulus inquit, quemadmodũ alibi. Ecce ego Paulus dico uobis, & obſecro uos, ne me cogant detractores uti poteſtate mea in eos. Nec ſane parui ſunt faciendę Pauli preces, cum & Chriſti interponit manſuetudinem, perinde ac ſi inquiat. Vereamini Chriſti, per quam uos oro, manſuetudinem. Simul etiam patefacit, cur illis parcat, id ſcilicet quia Saluatoris Chriſti imitetur manſuetudinem. Non quia ad obiurgandum ſit impotentior. Nolite ergo nolenti mihi occaſionem præbere ut ab hac abſiſtam benignitate, quam tantopere cõcupiſco, ut uel hanc ad meũ erga uos animũ conciliandum interponendam iam cenſeam.

Pauli ſancta iactantia.

QVI IN facie quidem humilis ſum inter uos, abſens autem confido in uobis.) Vel id ironice dicit, perinde ac ſi obtrectantium uerbis utatur. Hoc enim illi in ore habebant, cum primũ aderit Paulus ille nullius eſſe momẽti deprehendetur. Eſt eñi ille abiectior, & facile cõtemnendus. Cum uero abeſt, intumeſcit, & gloriat̃, audentiorq; in nos eſt, & comminatur. Vel certe de ſeipſo hæc differit, uidelicet apud uos ipſe cum præſto ſum me humilem præbeo & benignũ. Nunc uero ſi abſens magni aliquid loquor, haud quaq̃ deſperatione id egerim, ſed quia plurimũ uobis cõfido.

ROGO AVTEM uos ne pręſens audeam per eam confidentiã qua exiſtimor audere in quoſdam, qui arbitrantur nos tanq̃ ſecundum carnem ambulemus.) Oro, inquit, ne me cogatis, ut mea fidentius utar poteſtate. Confidentiam enim ſuam appellat potentiam, qua exiſtimor audere, hoc eſt, in ſuſpitionem uenio, quia falſi me urgent Apoſtoli aduerſum me inuehentes, qui mihi obtrectando, & hypocriſim & ſimulationem obiectant & inſolentiã, id enim ſentit cum inquit. Tanq̃ ſecundũ carnem ambulemus. Aduerte autem quemadmodũ confidentiã uocet, a nõnullis illatam ulciſci iniuriam, tametſi nihil ſui ob gratiam, ſed pro ipſo Euangelij præconio uindicando id eſſet facturus. Magis eſt tamen præceptori cõſentaneum, tardiorem ſemper ſe ad pœnas inferendas præſtare, nec ad caſtigationem mox proſilire.

Preceptor ſit ad puniendum tardus.

IN CARNE enim ambulantes, non ſecundũ carnem militamus.) Hoc eſt, carne obducti, nihil carnalibus armis nos utimur. Prædicationem autem hoc loco cõme-

minit, arguens haud quaꝗ̃ humanã hanc eſſe, uel terrena ope aliqua inpingere. Militamus aũt cũ inquit, oſtendit plane ſe ꝑdicando bellum & certamen aliquod inijſſe.

NAM ARMA militiæ noſtræ non ſunt carnalia.) Hoc eſt, non opes præferunt non gloriam, non ſermonis lenocinia, non dicta quædã blandiora, & ſimulata, iſtiuſmodi nanqꝫ ſunt carnis arma.

SED POTENTIA Deo ad deſtructionem munitionũ.) Nec ſane ſpiritalia dixit, ꝗd dicere ad carnaliũ differentiam conſequens erat, ſed potentia intulit, arguens obtrectantium dicta, imbecilliora eſſe, & nullius momenti. Aduerte inſuper & Pauli humilitatem. Non enĩ ſeipſum id poſſe dixit, ſed arma Deo potentia, hoc eſt, ualidiora hęc Deus parauit. Nam cũ ueri Apoſtoli diuexarentur, nõnulli & uapularent impotentiæ eſſe indiciũ uidebatur, ait igit̃. Potentia quidem hęc Deo ſunt arma, his quippe uel maxīe Dei potentia innoteſcit, & ille eſt, qui hæc factitat & præliat̃. Tam etſi nos uideamur iſtiuſmodi eſſe armis operti. Verũ ubinã illa potẽtia ſunt, & ubi uires ſuas exercent. In euertendis nimirũ munitionibus, q̃ quales ſint, ita ſubiungit.

In ſyllogiſmos Areopagita à Paulo conuerſus.

CONSILIA DEſtruentes.) His nanqꝫ armis, inquit, gentilium ſyllogiſmos & captiunculas & tumorem proſtrauimus. Vel illorum cõmenta & cogitationes euertimus, & animos eorum deijcimus, qui erroribus detinentur, & ueritati ſubijcimus. Nam & Areopagitæ illius ea mentis elatio, Paulo prædicante, ab impietate ſubtracta eſt, & ad ueram religionem deflexit. Aduerte autem quemadmodũ nulla dixerit debellandi gratia tormenta admouimus, ſed mox deſtruximus intulit, ut & uictoriæ facilitatem, & ſpiculorum quibus hominũ animos percellebat, uim patefaciet.

ET OMNBM altitudinem extollentem ſe aduerſus ſapientiam Dei.) Immorat̃ eiuſmodi euerſionibus ut clarius faciat, quod eius animo inſidebat. Infert itaqꝫ, uel quãcunqꝫ dixeris altitudinem ſiue animi, ſiue locorũ, quæ perpetua ſint & bene munita, quæ Dei ſapientiæ aduerſet̃, uel Euãgelio obſiſtat, hanc ipſi oẽm demolimur.

ET IN CAPTIuitatem redigentes omnem intellectũ in obſequiũ Chriſti.) Per captiuitatis id nomẽ duo prætendit, & a libertate prolapſum, & abſolutam capturã Cum itaqꝫ quis capitur, ut nequeat reluctari, nec ſe capienti obſiſtere, poſtremam hanc ſignificantiam præfert Apoſtolus, cum in captiuitatem dicit redigentes, perinde ac ſi inquiat. Non modo humana quæqꝫ conſilia & cogitationes tollimus, & ſuperamus, quin & in ſeruitutem redigimus. Quod ſane perfectiorem deſignat uictoriã. Moxqꝫ & ad graue illud ſeruitutis nomen ſubiungit in Chriſto obſequiũ. Hoc eſt, in eã hos deducimus ſeruitutem quæ libertate quauis eſt honoratior. Nam a perditione in ſalutem, a morte in uitã ſeſe Chriſto ſubijciunt homines. Repete illos memoria, qui Chriſti iugo deuincti, magicæ artis uolumina concremarũt, cognoſces haud dubie q̃ pacto et alios pleroſqꝫ Apoſtolus huiuſmodi captiuitate obſtrinxerit.

ET IN PROMptu habentes ulciſci omnem inobedientiã, cũ impleta fuerit ueſtra obedientia.) Hoc loco Corinthios terrefacit, illud (inquiens) expectamus, ut uobis me cohortãte iam emendatis, & a conſortio falſorũ Apoſtolorũ ſemotis, illos incurabili morbo affectos, & per uos deſtitutos, mox prædicemus. In promptu nãqꝫ habemus ſupplicia, quæ his, uobis inter eos uerſantibus, prohibemur inferre, ne & uos corripiat illata plaga. Cum aũt infert, ueſtra fuerit impleta obedientia, oſtendit & ſi morigeros ſe Corinthij ad id temporis ꝑſtiterunt, non tamẽ perfecte obtemperaſſe. Hæc aũt ſic cõminatur, ut cum hi, tum illi, quos aſſerit pœna afficiendos, & in uiã redeant, & eorũ offendat neminem. Atqui nobis cogitationes ſæpe oboriuntur diuerſæ potioribus prauis reluctantibus, ſubſequunt̃ deinceps ſuperantiũ cogitationũ elationes, cũ aduerſus Diuinã ſapientiã ipſi extollimur, ita ut in furias cõuertant̃. Eſt præterea & intelligentia ſimplex quædã, & mentis impremeditatus occurſus, quæ longe melius rem ipſam demonſtrat, q̃ index aliquis poſſet. Inſunt demũ et his qui a dæmonibus circunueniunt̃, tales animi cõceptus, quales Paulus, & quiuis alius qui cũ Paulo ſentiat, & in ſeruitutem redigit, & Chriſto facit obſequentiores.

QVAE SECVN-

QVAE SECVNdum faciem ſunt uidete.) Non ſolum ſeductoribus formidinem incutit, quinetiam & ſeductos obiurgat, & ideo inquit, ex his quæ ſecundum faciem ſunt, hoc eſt quæ uidentur, uidete. Id eſt, iudicate ſiquis uidelicet inflatus ſuperbit, ſi quis opibus affluit, ſi quis demũ uirtutis figura uel umbra opertus eſt.

SI QVIS confidit ſibi Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.) Iactabant nanq; falſi Apoſtoli, Chriſti ſe ſectatores eſſe, eumq; forſan & proprijs oculis conſpexiſſe, a ſeipſo autem in eam ſententiam dicit nihil expectet iſtorum quiſpiam ſeſe a me obiurgatum iam iri, ſed intelligat uelim & ſi ſe Chriſti diſcipulum glorietur, nequaquam plus quidpiam ſe quam nos aſſecutos. Non enim is Chriſti miniſter erit, ipſe uero a Chriſto alienus. In progreſſu tamen orationis patefacit, quantum illos excedat.

In falſos & inſolentes Apoſtolos.

NAMETSI amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis dominus in ædificationem & non in deſtructionem ueſtram, non erubeſcam.) Haud quaquam dixit ipſe, & cruciandi, & occidendi poteſtatem ſum nactus, cum illi nil habeãt iſtiuſmodi, ſed ſubmiſſius protulit amplius quidpiam. Neq; ſi glorior dixit, ſed ſi gloriatus fuero. Id eſt, ſi gloriari uelim de poteſtate, quam mihi contulit dominus. Rurſum Deo uniuerſa permittit. Accepi enim hanc, inquit, a domino facultatem, ut in fidem aliquid exædificem, beneficia conferendo, nõ ut tormentis afficiam quempiam. Verum cur illud dicet aliquis? Conſilia deſtruentes intuliſti, nimirũ quia & putrida demoliri, & impedimenta proſternere plurimũ facit ad noua molimina. Cur præterea his comminaris, ſi minus ad internitionem hanc acceperis poteſtatem. Fateor equidem hanc me in primis ad ædificandum accepiſſe potentiã, uerum ſi quis inſanabili morbo laboret, ad perniciem demolitione mox utar. Igitur ſi gloriari uoluerim, quia plus quidpiam Deus ſit mihi quam cæteris elargitus, ita ut & benefacere poſſim, & ſi neceſſitate cogar, nil me pudeat ad demolitionem, & cruciatus ingerere. Hoc eſt, nihil ipſe uel mendax deprehendar, uel inſolens & elatus, ut ea mihi adſciſcam quæ mihi nequaq̃ fuerint per Deum conceſſa.

VT AVTEM non exiſtimer tanq̃ terrere uos per epiſtolas, quoniã quidem epiſtolæ inquiunt graues ſunt & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis, hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus uerbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes facto.) Quod inquit, tale eſt. Poteram equidem gloriari, uerum ne uidear uos per literas paruifacere, quemadmodum dictitant detractores qui aſſerunt me per epiſtolas factitare multa, & ad terrorem plura conſcribere, præſentem uero facile contemni, conuinciq; haud quaq̃ talem me eſſe, qualem me literę præferunt, intelligat uelim quicunq; ſit ille, qui iſta obiecerit, nõ ſolum nos grauia comminari abſentes, quinetiam præſentes poſſe ad facta cõminationes deducere.

NON ENIM audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant.) Hoc loco falſos Apoſtolos, & inſolentiæ & inanis gloriæ arguit, perinde ac magna quædam de ſe aſſuetos iactare. Inquit igitur, nequaquam ipſi audemus inferre, hoc eſt, connumerare, uel comparare, hoc eſt, opponere nos ipſos horum nõnullis, qui laudibus ſe ipſos extollunt.

SED IPSI in nobis noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis.) Illi, inquit, nequaquam dignum exiſtimant, ſeſe cum ullo poſſe conferri mortalium quinpotius ſibijpſis ſe comparant mutua quadam concertatione, neq; intelligunt, qua ſint irriſione digniſſimi, qui hunc in modũ ſuperbiant. Nam cum ſinguli potiores eſſe ſe gloriãtur, alijs detrahunt. Quo fit, ut omnes ab inuicem arguantur improbitatis. Quod quam ridiculum ſit, nil ſentiunt. Nos uero contra noſipſos metimur, cum nihil aliud nobis quam quod iniunctum eſt uendicamus, & comparamus nos nobis. Quia quod noſtrum officium exigit factitamus.

Paulus ſeipsũ ſuo modulo metitur.

NOS AVTEM non in immenſum gloriabimur.) Illi forſitan arrogantes, & iactabundi dictitabant eiuſmodi. In ultimas terras profecti ſumus, & orbem uniuerſum prædi-

futurus ſum, ſed ſponſæ ductor. Attende quemadmodū non illorum ſe præceptorem profiteatur, ut debeat ſui ab his exigere tolerantiam, quin illos in ſponſæ modum, ſe uero pronubæ loco conſtituit, nubentem compoſiturū. Mirum ſane quod eccleſiæ contigit, quandoquidem poſt nuptias non amplius nuptæ ſeruant uirginitatem, in eccleſia uero, uel quæ non antea uirgines extitere, nuptijs hiſce confectis, uirginitati redduntur, quam æque uniuerſa tutatur eccleſia. Hæc equidem ad omẽs diſſerit Paulus, tum qui uxores duxerint, tum quæ denubunt. Verum quæ nam dona afferens deſpondit Apoſtolus? Nimirum cœlorum regnū huius rei figuram, & Abraham præferebat, qui ſeruum dimiſit ad gentilem fœminā deſponſandā. Hoc uero ſæculo, & Deus ſeruos ſuos deſtinauit prophetas, ubi eccleſiam ipſam Chriſto FILIO ſuo deſpondit, ſicut & Dauid inquit. Audi filia & uide, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui. Quinetiam & Apoſtolus miſit, ut Paulus ipſe teſtat̃ dicens, pro Chriſto legatione fungimur. Eſt itaq; præſens hoc tempus deſponſationi accomodum, futurum uero & nuptijs, cum fiet uox illa, ecce ſponſus uenit.

TIMEO AVTEM ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpant̃ ſenſus ueſtri, & excidant a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto.) Vobis quidem impendet interitus, me uero urget formido. Neq; enī tanq̃ decernens, corrupti iā eſtis, inquit, tametſi eſſent illi coingnati, ſed id in ambiguo poſuit dicens, ne forte ut ſerpens Euā ſeduxit. Is nanq; ingentia pollicendo Euam deceperat, ita & Apoſtoli iſti mendaces & iactabundi, permagna quædam uobis ediſſerunt, ut ſua uerſutia ueſtrā circunueniant ſimplicitatem. Sed quemadmodū, neq; ſerpentis aſtutia, neq; Euæ ſimplicitas ſatis illi ad ueniā fuit, ſic quidem neq; illorū dicta noſtris anteponentur. Nec præterea Adam intulit fuiſſe a ſerpente ſeductū, ut arguat facile deceptionibus mulieres patere. Neq; nolite decipi dixit, ſed ne corrumpantur ſenſus ueſtri. Corrumpi nāq; & uirgines ipſæ dicuntur, uidelicet ne corrumpantur, ueſtra ignauia, qua erga Chriſtum utimini. Hoc eſt, nequaq̃ debetis præ ueſtra inertia decipi. Nōnulli uero ita intelligunt. Nolite ſcilicet & fidei ſimplicitate ad exteriorem uos hanc ſolertiam accōmodare & ſtudium. Hæc enim maxima eſt humani ſenſus corruptio.

Serpentis aſtutia, Euæ ſimplicitas.

NAM SI IS qui uenit alium Chriſtū prædicat, quem non prædicauimus, aut aliū ſpiritum accipitis, quem non accepiſtis, aut aliud Euangeliū, quod non recepiſtis, recte pateremini.) Quid inquis o Paule, qui ad Galathas ſcripſeris, ſiquis aliud uobis Euangeliū prædicauerit, ultra id q̃d accepiſtis, anathema ſit? Nunc uero ingis ſi alium quis IESVM prædicauerit, recte pateremini, quod ſane ſic excuſatur. Gloriabantur nanq; fallaces illi Apoſtoli, quo plus aliquid ipſi, quā ueri propagandæ fidei attuliſſent, & quia plurimū delirabant rerū inanium & externæ ſapientiæ nixi iactantia, ſic Paulus ſubdit. Si Chriſtū alium prædicarent, quem prædicari oporteret, & eiuſdem ipſe præconium præteriſſem, uel his in hoc prædicando uiderer inferior, recte pateremini. Hoc eſt, iure illorū ferretis ineptias. Quippe qui haud quaq̃ de eo mentionem feciſſem, qui erat merito prædicandus. Verum ſi fidei ipſius prædicādo iecimus fundamenta, & ea profecto quæ principalia ſunt patefecimus, quid ergo illi amplius quippiam attulerunt, quam ipſimet attulerimus? Attende autem quemadmodū non uenientem quempiā dixerit plus aliquid prædicaturū. Nam longe plura etſi ſuperuacua, loquebantur fallaces illi & maiori licentia, & uerborū ingenti ornatu, alium tamen IESVM hunc, præter quem Paulus prædicaſſet, nihil inferebant, quod utiq; minus indiget oratione exculta. Vel ſpiritum alium accipitis, hoc eſt, num uos ditiores ſpiritalibus donis effecti eſtis, ad quæ conſequenda nil opus eſt expoliti ſermonis lenocinio. Num Euangelium aliud, quando neq; id quidem ad explicandum ulla ſint uerba neceſſaria, quæ compta ſint & ornata. Vbiq; igitur patefacit, nihil eſſe penitus aduertendum, ſi quid ultra illi protulerint quam ſit neceſſe, ſed ſiquid afferunt, quod dici oporteat ab ſe intelligant accepiſſe. Attende autem cum dicit alium IESVM, quem non prædicauerimus, ſpiritum alium quem

In fallaces Apoſtolos.

Sermonis lenocinium.

non accepi-

non accepiſtis, & Euangeliū aliud quod nō recepiſtis, id uelle prætendere. Cum ea-
dem hæc proferāt illi quæ nos prædicauimus, cur eos cū tanta attentione uos audi-
ſtis? Dicet aliquis. Cur igit̃ Paule ſi eadem illos, quę tu, dicere profiteris, eos prohi
bes loqui? Quia ſimulatiōe uſi, alia quædā inducūt decreta, a noſtris & ueris aliena.
EXISTIMO Enim nihil me minus feciſſe a magnis Apoſtolis.) Confert ſe tan
dem cū his qui apud Petrum erant Apoſtolis, tanquam id inquiat. Si me plus quid-
piam effeciſſe illi iam norunt, uel his ſe Apoſtolis præferunt qui maiores habentur
abſurdum uidetur. Attende uiri huius humilitatem, exiſtimo, inquit, idem puto &
nihil præterea de ſe iactat, neq; ſimpliciter Apoſtolis dixit, ſed a magnis adiecit, Pe-
trum uidelicet, Ioannem & Iacobum indicaturus. Hæc autem in præſentiarum de ſe
licentius diſſerit, quia res ita depoſcit, cum alibi pro rei ipſius dignitate, eandem pręferens humilitatem ſic inquit. Qui non ſum dignus appellari Apoſtolus.

Paulus ſermone non ſcientia imperitus.

ETSI IMPERitus ſermone, ſed non ſcientia.) Cum hanc ſibi dicendi peritiam
præcipue gloriæ ducerent falſi Apoſtoli. Oſtendit hic Paulus nihil ſe ruditatem de
fugere, quin uel maximę de hac gloriari. Neq; id dicit, ideo ipſe expers ſum literarū
qui & reliqui ueri Apoſtoli literas neſciūt, ne & illis ſimul detrahere uideretur. Sed
exterioris ſapientię u m omnem ſubuertit, quemadmodum in priori epiſtola, hanc
demonſtrauit non modo inutilem eſſe, quinetiam & crucis gloriam deuaſtare. Sum
itaq; ſermone, non ſcientia imperitus, quibus dictis & illos arguit, quo magis elo-
quentiam iactent, eo etiam maxime Diuinæ eſſe notionis expertes. Et quantum ad
eam ſpectat, deprehendi prorſus ignaros.

Simulatio ac duplicitas in fa'ſis Apoſtolis

IN OMNIBVS autem manifeſtus ſum uobis.) Nequaq̃ falſorum more Apo-
ſtolorum, alǰs quam ſim ipſe moribus imbutus me præfero, ſed uobis in omnibus
dictis factiſue pareo. Neq; ulla nobis, ut illis, uel duplicitas ineſt, uel ſimulatio. Qui
facie duntaxat quadam, modeſtiæ & lenitatis obducti, quæuis teterrima factitent.
AVT NVN quid peccatum feci, meipſum humilians, ut uos exaltemini? Quoniā
gratis Euangelium Dei euangelizaui uobis?) Num id, inquit, deliqui, uel eo a uo
bis ſum accuſandus, uel mihi idcirco inſurgitis, quia meipſum depreſſerim? Fame-
licus ſcilicet & mendicans, ut ipſi extollamini, hoc eſt, ut in fide ædificati efficiamini
firmiores & ſtabiles. Qua in re eo acrius erant Corinthǰ inſimulandi, quod minus
ægre ferebant ſe non aliter iri ædificatum, niſi Paulus eſuriret, quia & illi abſentem
Apoſtolum ſuperbius incuſabant, & præſentem humilem ſe præſtare obǰcerent.
Ideo nunc eos reſpondendo præcellit ſic inquiens. Et ſi humilis quidem ſum ipſe ef
fectus, uos tamen ex hac mea humilitate eſtis ad altiora prouecti.
ALIAS ECcleſias expoliaui, accipiens ſtipendia ad miniſterium ueſtrū.) Pote
rat ſane id dicere. Hiſce quidem manibus uictum mihi ſubminiſtraui, ſed ut acriori
bus uerbis hos urgeat, abalǰs inquit, accepi ſtipendia, uobis ut inſeruirē. Quippe
qui alios uobis Euangeliū ſubminiſtrandi gratia expoliauerim, & imminutos red-
diderim facultatibus. Hos autem Macedonas fuiſſe arguit, qui cum eſſent ſumma
rei familiaris adſtricti inopia, & me inquit habebāt ſe atterentem, tametſi minus ad
delitias, ſed ad neceſſitatem ſumptibus indigerem. Accipiebam nanq; ab his ſtipen-
dia, quæ tamen ipſi mihi haud quaquam ſuppeditaſtis. Quo fit, ut maxime ſitis ob
id incuſandi, quia cum uobis Euangelium prædicans ſubminiſtrarem, & gererem
rem ueſtram, ab alǰs eleemoſynam deſumebam.

Paulus nemini onerosus fuit.

ET CVM ESſem apud uos & egerem, nulli onerosus fui.) Triplex eam re faci-
nus admiſiſtis. Nam & apud uos cū manerem, & uobis ſubmiſtrarem, & eſſem ege-
nus, nulla mei ſit habita ratio. Quippe qui nō ſolum nihil abſenti mihi aliquo trāſ-
miſiſtis, quod utiq; Macedones factitarunt, ſed ne præſentem quidē uos aluiſtis. Ar
guit præterea Corinthios ad eleemoſynā erogandam tardiores effectos. Nonnulli
uero i'lud onerosus fui, ſic interpretantur. Hoc eſt, me haud quaq̃ ad prædicandum
uel negligentem præſtiti, uel inertem & torpidum. Quin ōia ſunt per me quæ facto
ecclesiæ

Eccleſiæ opus erant,ad veſtrã ſalutem effecta.Ipſe vero cũ in egeſtate verſarer,nihil unquã deflagitando vos expilaui,cũ torpidior eſſem tolerando iam redditus.

Paulus nemini onerofus fuit.

NAM Q.VOd mihi deerat ſupplerũt fratres,q venerũt a Macedonia.) Ad æmulationẽ iſtos inducit, ut ad impartiendã eleemoſynã concitet magis, perinde ac ſi in ſe alendo cum fuiſſent a Macedonibus ſuperati, & in cõferendis fortunæ bonis vincanẽ. Cum aũt quod deerat inquit, oſtendit nihil ſe præter neceſſariã indigentiã accepiſſe. Erant nanq; & Philippenſes,qui ſibi vitæ neceſſitatem ſuppeditarent.

ET IN OMNIbus ſine onere me vobis ſeruaui,& ſeruabo.) Arguit Corithios oneri ſibi duxiſſe,alimoniã Paulo ſubminiſtrare.Recte aũt ſeruabo inquit,perinde ac ſi dicat.Neq; eñi velim exiſtimetis eiuſmodi me dixiſſe, tanq; aliquid in futurũ a vobis ſim accepturus,ſed ſeruaui.Hoc eſt,abſtinui ante hac,ne vobis oneri eſſem,& ſeruaturus in poſterũ ſum,& abſtinebo. Quod proculdubio hos acrius ferit quãdo quidem his minus confiſus Apoſtolus,deſperet etiã aliquid ſe accepturũ.

EST VERItas Chriſti in me,quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ.) Ne forte arbitrenẽ Corinthij Paulum,ſeruabo me,eo dixiſſe, ut ſe magis pelliceret. Eſt veritas Chriſti in me ait,hoc eſt,pro veritate,quæ in CHRISTO IESV ineſſe conſtat,aſſeueraríim inquit haud quaquam a vobis me aliquid accepturum. Et ne dolore vel ira impulſum exiſtimet aliquis hæc intuliſſe Apoſtolũ, gloriationem,rem ipſam appellat. Gratis quippe Euangeliũ prædicare, ingenti illi erat gloriæ. Qui Chriſti ob gratiam,vel Chriſti iuſſa tranſiliret,id imperantis, ut de Euangelio viueret,qui Euangelium prædicaret.Non infringeẽ autem, ex quadam fluuiorũ metaphora expreſſum eſt,tanquam undequaq; Pauli fama manante.Non igitur inquit infrigetur ulla veſtrarum rerum cupiditate optimus meus iſte & glorioſus defluxus,& vitæ inſtitutio. In regionibus vero Achaiæ eo ſubiecit, ut magis hos angeret.Nam ſi gloriæ debet illud haberi,gratis videlicet Euangelium prædicare,vel ubiq; id erat ſeruandum.Q; ſi apud Corinthios duntaxat hac utitur pertinacia,perſpicuum eſt non ea hos eſſe,qua cæteri,Fidei valitudine.

Q.VAREquia non diligo vos, Deus ſcit.) Cauſam cur ab iſtorũ abſtineat donis,iam allaturus,& ſi pſeudo apoſtolorum id gratia ageret, primũ confutat, quod forſitan pręmeditati obijcere poſſent Corinthij. Quia nos odio habes, eo & noſtra munera aſpernaris,ſic ait. Quin potius quia veſtri detineor beneuolẽtia,nolim ullã vos pati iacturã. Vtpote qui facile offendimini. Haud tamen aperte hæc loquiẽ, ne illorũ perſpicuam faciat imbecillitatem,ſed ad aliam cauſam diuertit ſermonem.

Paulus à donis abſtinens.

Q.VOD AVTem facio & faciam, ut amputem occaſionem eorũ qui volunt occaſionem,ut in quo glorianẽ,inueniantẽ ſicut & nos.) Apertiſſime hoc loco cauſam patefacit,cur ab his nihil acceperit. Nam cum calleret diabolus, his qui præſentibus bonis incũbunt eſſe pergratũ,eos ſe nactos præceptores fuiſſe,qui ab ſe nihil depoſcant,inſtruxit et falſos Apoſtolos vel id calida quadam & latenti exigendi arte diſſimulare. Qui ſane,& ſi erant prædiuites,cum nihil capere viderenẽ,clam oblata captabant,& ideo non in quo promerentur,ſed in quo gloriantẽ ſubiecit. Quod plane illos ſuperbiæ arguit. Cuius rei cum eſſet Apoſtolus non ignarus, ſtatuit anio ſecũ nihil a quouis ſe vel preſſum inopia accepturũ,ut illis demeret occaſionem nequam inuenirent ſe criminandi oportunitatem. Tametſi id nil ſibi vel in labem,vel in crimen concederet,quippe quod erat Dei iuſſu & lege iniunctũ,ut de Euangelio victitarent. Alioqui quia facile offendebanẽ Corinthij, cauendum ſibi maxime cenſuit. Quo circa cum & in cæteris eſſent falſi Apoſtoli Paulo ipo inferiores, neq; hac ipſa in re ſuperabant,ni forte dixerit quiſpiam,hos vel in hoc iminutos fuiſſe. Quia cum opibus abundarent, nihil acciperent. Paulum vero vel egeſtate oppreſſum munera reſpuiſſe. Et quia quod illi diſſimulabant,re ipſa Paulus exequebatur.

Cur dona acciperet Paulus.

NAM EIVSmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli,transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.) Quid ais Paule,eos ne qui Chriſtum prædicant, qui Euangelium aliud

lium aliud,ut dixeras ſupra, nullum induxerint, nunc pſeudo apoſtolos nominas. Ita quidem. Nam eiuſmodi omnia diſſimulantes,clam tamen vel impia quædam decreta ſubinferunt,operarij ſubdoli. Quid ni? Quandoqdem ſub boni & recti operis ſpecie, plantata reuellunt, & figuram duntaxat Apoſtolorum dum præferunt, & tergore ouillo obducti,Lupi ſunt prorſus ferociores & rabidi.

ET NON mirum,ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis.) Cum enim horum inſtructor Sathanas ille ad quoduis facinus ſit audentior,nil mirum ſi hunc eius diſcipuli imitantur. Angelum autem lucis eum aſſerit eſſe, qui fidens illi ſplendori aſſiſtit,denunciatq́ & profitetur Deum lucem eſſe,cum ipſe lux ſit,transfiguratur itaq; in huiuſmodi Angelum Diabolus ipſe,non tamen talis efficitur. Sic igitur & hi figuram duntaxat præ ſe ferunt Apoſtolorum,non vim eandem & actionem,qua ex re perdiſcere poſſumus quodcunq; ad oſtentationem & iactantiam geritur,id præcipue dæmoniacum eſſe.

Diaboli cum quid ad oſtẽtatione gerit̃ur.

NON ERGO eſt magnum ſi miniſtri eius transfigurent ſe, velut miniſtri iuſticiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.) Hoc eſt,tanquam miniſtri Euangelij iuſticiam continentis. Vel quia hi iuſtorum hominum gloriam uſurparunt, veruntamen haud quaquam tandem ſunt euaſuri. Erit nanq; pro eorum operibus & finis futurus, hoc eſt,malus. Quo fit, ut eos ſimus ex proprijs operibus cogniturí. Nam & finem parem factis habebunt.

ITERVM DIco ne quis me putet inſipientem, alioqui velut inſipientem accipite me,ut & ego modicum quid glorier.) Et ſi his ad caſtigationem eſt uſus, alioqui nequaquam,inquit,ſuperioribus dictis contentus,rurſum hæc repeto,ne quis exiſtimet inſipientem me eſſe.Eſt nanq; illud inſipientiæ argumentum,temere & nulla occaſione iactari.Ipſe vero nequaquam,ut demens id egerim,ſed inuitus, & neceſſitate urgente. Verum ſi veniam mihi nullam dederitis, velim equidem vel inſipientem me prorſus vos iudicetis. Tametſi non ultro ſim gloriatus.Me igitur ſuſcipite, id eſt tolerate dicentem,ut & ipſe,id eſt quemadmodum & illi,quid glorier. Tametſi moderatior futura ſit mea hæc gloriatio.

Paulus petit ſe tolerari ac ſuſtineri.

QVOD LOquor,non loquor ſecundum Deum,ſed quaſi in inſipientiam,in hac ſubſtãtia gloriæ.) Quod loquor,inquit,ſecundũ Deum non eſt.Hoc eſt,quæ nuper dixi,procul a deo ſunt. Verborũ vero admodũ ſecundum Deũ eſt ſenſus. Neq; inſipientia dixit,ſed quaſi id dicat,apparet forte q̃d glorior ipſe inſipiens, cũ minus ſim.Ne forte exiſtimes,iſipienter eũ ubiq;, non ꝑ dei nutu & volũtate cuncta ꝑfari, in hac ſubſtantia gloriæ dixit.Hoc eſt,in hac gloriandi parte,nõ cæteris tñ in rebus.

QVONIAM multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor.) Hoc eſt, a bonis externis erit mea hæc gloria, videlicet a generis nobilitate,a circũciſione, & quia Hebræos ſim progenitores ſortitus. Id nanq; erat, quod nequaquã ſecundum Deum loqui ſe dixerat,de iſtiuſmodi videlicet gloriari. Quid enim prodeſt,ab Hebræis eſſe aliquẽ oriundum? Non ergo virtutis loco id dixerim,ſed cum illi inquit, id gloriæ ducant,cogor & ipſe me eis vel hiſce ex rebus non imparem facere.

LIBENTER enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.) Vos,inquit, me cogitis huiuſmodi dicere. Nam ſi non illos excepiſſetis, idq; & vobis ob futurum non antea præuidiſſem, nequaquam & ipſe ad hæc deſcendiſſem. Inſipientes autem dicit, qui rebus carnalibus gloriantur. Nam ſi dementis eſt, ſpiritalia ſibi in gloriam accenſere,quanto magis quæ nullius ſunt prorſus momenti iactare,inſulſum videbitur.Illud autem,cum ſitis ſapientes,& ſi ad gratiam dictum videt̃, urget tamen hos acrius & criminatur,ut qui ſcientes delinquerent.Nam ſi fuiſſent dementiæ morbo correpti,veniam forſitan promeruiſſent.

Incipiẽtes qui carnalia iactant.

SVSTINETIS enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit.) Attende quam abiectioris & infimæ Corinthios arguat ſeruitutis. Quippe qui maximum in modum falſis Apoſtolis ſuccubuiſſent.

SI QVIS

SI QVIS deuorat, ſi quis accipit.) Vides quemadmodum hos ipſos Apoſtolos patefaciat, excipiendis muneribus eſſe intentos. Nam cũ deuorat inquit, idipſum prætendit. Non enim poterat illorum expleri cupiditas. Quo fit, ut quod ſuperius dixerat, in quo gloriant̃, rectius dixerit. Iactantiam nanq; & oſtentationem hi præferebant non veritatem, qui ſe nihil accipere ſimularent.

Corinthii falſis apoſtolis ſuccumbentes & ſeruientes.

SI QVIS EXtollitur.) Si quis in vos dominatum exercet & inſolentiam. Non enim humiles ſe in ſubditos exhibent principes, ſed moleſtos & graues, quorum ij inſiſtebant veſtigijs.

SI QVIS IN faciem vos cedit, ſecundum ignobilitatem dico.) Vides ut Corinthiorum & ignominiam auget, & iniuriam. Quandoquidem his haud ſecus ac ſeruis falſi illi uterent̃ Apoſtoli. Hæc autem dicit, non quia in faciem cederentur Corinthij, ſed quia non minoris eſſent iniuriæ quæ illi patiebantur, quam ſi in faciem vapulaſſent. Quod ſane his ad vituperationem obiecit. Quid enim hoc fieri vel inhoneſtius vel turpius poteſt? quando his ipſis libertate adempta, honore priuatis, & demum ſubtractis pecunijs, uterentur pro ſeruis.

QVASI NOS infirmi fuerimus.) Cuius rei hos gratia toleratis? Num quia imbecilles nos, & inualidi ſumus, eoque & vobis uti illorum more nequimus. Non ſe ita res habet, poſſumus & nos ſuperbe item, & intemperanter vos conculcare, ſed minus id libet. Omnem itaq; iſtorum dementiæ cauſam Corinthiorum ſeruituti adſcribit. Vos enim, inquit, quia nimium illis ſuccubuiſtis, & illatæ vobis iniuriæ, & præſentium nobis verborum præbuiſtis occaſionem.

IN QVO quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego.) Vide ut rurſum audaciã & inſipientiam rem ipſam qua de agit appellet. Quaſi id inquiat, eam equidẽ ad rem coactus deuenio, tametſi ſuperius ad caſtigationem plurimis uſus ſit verbis, & alias ſæpe hos caſtigarit. Hæc aũt eo ſubiecit, ut nos etiam cõmonefaceret, minus eſſe ad eiuſmodi verba diuertendũ, niſi cogat neceſſitas. Ait igitur, quacunq; in re gloriari quis audeat, & ipſe auſim. Deinceps enumerat q̃bus illi in rebus gloriantur.

Non oẽs Hebræi Iſraelitæ.

HEBRAEI ſunt & ego. Iſraelitæ ſunt & ego. Semen Abrahæ ſunt & ego.) Cum nequaquam Hebræi omnes eſſent Iſraelitæ, ſiquidem & Moabitæ, & Amanitæ, Hebræos ſe dicerent, propterea generis nobilitatem diffiniens intulir, ſemen Abrahæ ſunt, & ego, Iſaac ipſum deſignans.

MINISTRI Chriſti ſunt, & ego, ut minus ſapiens dico, plus ego.) Dicunt nonnulli nequaquã recte per comparationẽ deprompta eſſe hæc verba, ſed fuiſſe omnino negandũ, non Chriſti illos eſſe miniſtros. Reſpondemus aũt idipſum expreſſiſſe Apoſtolum, cum pſeudo apoſtolos dixit. Nunc vero a compaſſionibus exorſus ſermonem, ex rebus ipſis argumenta producit, & ſi miniſtri ſunt Chriſti, plus tamen ego. Hoc eſt, hos q̃dem miniſtrandi hoc munere longo interuallo exceſſerim. Cum vero, id minus ſapiens inquit, ſuæ humilitatis profunditatem demonſtrat.

Apoſtoli labores.

IN LABORIbus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum.) Enumerat quæ vere Apoſtolũ exprimunt, & ſigna præteriens a tentationibus ipſis ordit̃, inquitq;. Non ſolũ ſubeo eq̃dem labores innumeros, & vagus per varia loca noctu & interdiu multos ad Fidem erudio, quin etiã manibus operor, & plagis affligor, & his ſupra modũ. Et quod plane grauius eſt, & plagis carcer hiſce adijcit̃. Supra modum aũt & abundantius ad falſorũ Apoſtolorum comparationẽ ſunt poſita, perinde ac ſi dicat. Et ſi illi labores ſuſceperint, abundantius tamen ipſe hos cepi, & longe maiores. Nõnulli vero nulla comparatione dicta his eſſe affirmant, ſed ſimplicem quandam laborũ abundantiam & magnitudinem ſignificare.

IN MORTIbus frequenter.) Non ſolum voluntate demoritur Paulus, ſed periculis etiam mortem haud dubie afferentibus deſtinatur.

Pauli perſecutiones.

A' IVDAEIS quinquies quadragenas una minus accepi.) Cur una minus. Quia lege cautum erat, ut qui ultra quadragenas vapulando acciperet, honorum

eſſet in poſterum & dignitatum immunis. Iuſſere itaq; una minus plagis infligi, ut ſi forſitan percuſſor ille verberando euectus plagam ultra conſtitutum, vel unam aliquam inferat, quadragena ſit illa, nec cedat ad ignominiam vapulanti, utpote qui ultra numerum vapularit, qui lege ſit præfinitus.

TER VIRGIS cæſus ſum. Semel lapidatus ſum.) Haud ſane uniuerſa quæ perpeſſus eſt Paulus, Lucas conſcripſit. Vides nanq; ut pleraq; hoc loco enumerata diſcrimina ille omiſerit, q̃a non ad oſtentationẽ ſcribendi laborem ille inſumpſerat.

TER NAVfragium feci, nocte & die in profundũ maris fui, in itineribus ſæpe.) Dicet aliquis. Quid ergo ad Euangelium, ſi naufragium feceris? Quia Euangelij gratia diuulgandi, longius ſæpe maritimum iter, nauigando emenſus, naufragus fui. Diem vero & noctem in profundo ſubnatans egit.

PERICVLIS fluminum.) Nam & flumina traijcere cogebatur.

PERICVLIS latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolicitudine, periculis in mari.) Vbiq; & Diabolus oppugnabat Apoſtolum, et dominus certamina proponebat. Nam & a Pyratis ille diuexabatur, & in vitæ ſæpe diſcrimen? Gentilibus ipſis, tum a Iudæis propinquioribus deducebatur, qui ei longe quam cæteri acrius efferati, & liuore impulſi aduerſabanẽ. Erat ergo Apoſtolus in ciuitatibus tutior? Minime. Num in heremo? Neq; hoc quidem loco. Hunc enim vel ſi e terris abſceſſerat, in pericula maris excipiebant.

Dominus undiq; Paulo certamia p̃ponebat.

PERICVLIS in falſis fratribus.) Hoc rurſum aliud eſt tentationũ genus, quod ſane dolore afficit acerbiori. Quandoquidem a fratribus, & noie ſimulatis & fictis, paranẽ inſidiæ id q̃dem & Dauid deplorat, cũ inquit. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utiq;, tu autem homo unanimis, & alibi, homo pacis meæ.

IN LABOre, & erumna, in vigilijs multis.) Haud ſatis erant Apoſtolo, quæ ab externis iferebanẽ, quin ſponte & ipſe laboribus ſe, & erũnis & vigilijs macerabat.

IN FAME & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinſecus ſunt.) Tanta perpeſſus terrarũ orbis inſtructor, nondum erat vel neceſſarij victus copiam aſſecutus & veſtium, ſed nudus afflictabaẽ, & decertabat famelicus. Maiorem præterea tentationũ partem obmiſit, quod utiq; præter illa quæ extrinſecus ſunt inquit, prętendit. Quin potius neq; ea quæ meminiſſet ſigillatim expreſſit, ſed illa recenſuit, quorũ numerus facile poteſt comprehendi. Quinquies dicens, & abundantius, & frequenter. Aduerte autem quemadmodũ tot rebus aduerſis connumeratis, numerũ tamen eorũ nullum expreſſerit, quos ad Chriſtum conuerterat. Quod eo fecit, ut partim humilitatem ſeruaret, partim commonefaceret, vel ſi aliud nihil inſudandi pro Chriſto, præmij obueniret. Sat tamen id fore mercedis.

Paulus nudus & famelicus.

Paulus non expreßit numerum eorũ, quos ad Chriſtũ conuerterat.

INSTANTIA mea quotidiana.) Hoc eſt, furibundus, inſultus, & inſidiæ quas aduerſum me populi communi conſenſu diebus ſingulis parant.

SOLLICITVdo omnium Eccleſiarum.) Id plane eſt omnium maximum. Nam & ſi ei, qui vel domus unius curam ſuſceperit, eius præſertim quæ ſeruos habeat & diſpenſatores multos, vix detur reſpirandi facultas, quid nam pati exiſtimandum eſt animulam unam, tot cum periculis uniuerſo terrarum orbi proſpicientem, certantemq; pro animarum ſalute?

QVIS INFIRmatur, & ego non infirmor?) Nequis dixerit ſuſcepiſſe hunc quidem vel mundi curam, ſed ſimplicem quandam & admodum tenuem. Oſtendit cuiuſmodi illa ſit cura per ſe ſuſcepta. Neq; enim triſticiæ particeps ego ſum dixit, ſed haud ſecus me habeo, ac ſi ipſe ægreſcerem, cum aliquem ſentio eſſe infirmiorem, vel animi morbo, vel corporis laborare. Quis autem, id eſt, ſiue egregius aliq̃s ſit ille & præpotens, ſiue vilis & tenuis.

QVIS SCANdaliʒatur, & ego non uror?) Attende quemadmodũ doloris exprimat magnitudinẽ, uror eñ inquit & ardeo, tametſi cũ talia pateręẽ, lætitia geſtiebat, haud quippe ignarus hæc ſe Chriſti ob gratiam perpeti. Infert itaq;, cum quempiam ſpecto,

piam ſpecto, vel abiectioris fortunæ virũ offendi, incredibili dolore conficior. Dauid aũt nobis demonſtrat, quid illud ſcandalum pati ſignificaret, cum inquit. Dum ſuperbit impius, incendit̃ pauper. Hoc eſt, perturbat̃ animo pauper, conſpicatus & opibus abundare indignos & efferri. Et quemadmodum dixerat Paulus, quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic inquit, & ſi quis ſcandaliȝatur, & ipſe haud dubie ſcandaliȝor, ſtudeoq; alienæ egritudini medicari, haud ſecus ac meæ.

SI GLORIari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.) Infirmitatẽ perſecutiones appellat, ſiqdem in fame ac flagris, & naufragio tolerandis, hominis arguit̃ imbecillitas. Nullam autẽ hoc loco ſignorũ facit Apoſtolus mentionem, quia Dei munere ſingulari, non humana virtute hæc edebant̃. Aduerſa aũt hæc Dei nutu patiebat̃, in quibus ferendis ſummam eius tolerantiam demonſtrabat.

DEVS ET Pater domini noſtri IESV CHRISTI ſcit, qui eſt benedictus in ſæcula, quod non mentior.) Cum nuſquam quæ ſuperius dixerat, confirmaſſet hæc præſentia, & quæ ſubſequuntur, certiora reddit, & Fide obfirmat. Quod eo facit, quia antiquiora ſunt hæc & magis obſcura, cum cætera eſſent his non ignota, quemadmodum & curam pro ſe ſuſcepiſſet Apoſtolus & huiuſmodi reliqua.

DAMASCI præpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ ut me comprehenderet.) Attende quale ſit bellum. Quandoquidem Pauli gratia excubaret Damaſci præpoſitus, & ciuitatem diſpoſitis cuſtodijs communiret. Neque enim talem ſe gereret gentis huiuſce præſes, niſi Pauli ȝelus omnia incendiſſet. Areta autem ſocer erat Herodis.

Areta ſocer Herodis.

ET PER FEneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murũ, & ſic effugi manus eius.) Euaſit qdem, ut domini legem adimpleret, qui etiam de loco in locũ ſæpe migrabat. Non enim par eſt, ut nos ipſi ultro tentationibus offeramus, quæ ubi defugi non poſſunt, Dei opus eſt adiumento, ab eoq; & expetenda & expectanda eſt liberatio. Alioqui cum tentatio ipſa non vehemens nobis infertur, aliquid erit vel noſtra induſtria excogitandum, ut illa tollat̃. Tametſi Deo vel in tentatione huiuſmodi rerum omniũ ſumma ſit permittenda, quemadmodũ Paulus fecit, qui teſtis præſidio fugæ remediũ adinuenit, quamuis verſari cum Chriſto concupiſceret, & mortẽ ſubire, nihilominus hũanæ ſalutis nimio detentus ardore, ſeſe ad prędicandũ ſeruabat.

Paulus humanæ ſalutis ardore incenſus, mortem fugiebat.

CAP. XII.

SI GLORIARI OPORTET, non expedit qdem, veniam aũt ad viſiones, & reuelationes dñi.) Cum ad aliam gloriæ ſpẽm tranſit, reuelationis videlicet, quæ eum conſpicuũ & clarum effecerat, ſic inquit. Haud quaquã mihi id expedit, ne me in elationem forte deducat. Quid autem dicet aliquis, ſi nemini hæc patefeceris, num propterea non ea intelliges? Intelligã equidem inquit, ſed non æquo anĩo extollemur, ſi taciti abſtruſa illa & archana prænoſcimus, ac alijs palam fecerimus. Nec aũt dicit, non ut ipſe tale quid ſit perpeſſurus. Sed nos ut caſtiget, & cõmonefaciat, ut eiuſmodi Dei arcana, et nobis credita ſilentio premere debeamus. Poteſt & aliter expedit illud intelligi, videlicet. Non eñ eſt mihi in cõmodum id conceſſurũ, ut quis me maioris exiſtimet, quã ipſe me dixerim, quod in ſequentibus explicabit. Enimuero pſeudo apoſtoli illi, qui nihil eſſent hmõi conſecuti, multa ad populum concionantes iactabant. Paulus vero & ſi complura eſſet & viſionum & reuelationum dona iam nactus, unam duntaxat & hanc quidem inuitus, reuelationem cõmemorat. Noueris autem reuelationem pluris eſſe, quam viſio ſit. Hæc nanq; ſpectandam ſolum rem præbet. Illa vero profundiora enudat, quam res ipſa ſit viſa.

Reuelatio pluris eſt quàm uiſio.

SCIO HOMInem in Chriſto ante annos quatuordecim. Neq; omnium meminit reuelationum. Nam cum plurimæ eſſent, moleſtior in his enarrandis foret & grauis. Nec tamen uniuerſa ſilentio præterit, ſed cæteris obmiſſis, de ſola & unica diſſerit, ut oſtendat vel hanc haud ſponte ſe explicaturũ. In Chriſto vero adiecit, ne obijcere falſi queant Apoſtoli in Simonis morem, Paulum a dæmonibus fuiſſe arreptũ & ſublatum in aera. Nec temere quidem huiuſmodi rei haud quaquam tempus ali-

quod præfiniuit, ſed ut intelligas qui quartum & decimum annum reticuiſſet, non ſine cauſa, ſed neceſſitate in præſenti impulſum, reuelationem hanc propalaſſe, & qui iam quartum & decimum annum tanta re fuerit a Deo dignatus, qualem nunc exiſtimare debemus pro Chriſti nomine tamdiu periclitatum.

SIVE IN corpore, ſiue extra corpus, neſcio. Deus ſcit, raptũ hmõi uſq; ad tertiũ cœlum.) Vide quã moleſte id dicat, ut iactantiã fugiat. Neſcire nanq; ſe profitet̃, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, quod raptũ eſt, fuerit. Tertium aũt cœlum dicit, quod a principio ſimul cũ terra cõditũ fuit. Nam ſacræ literæ primũ cœlum aereum dicũt, ut volatilia cœli & ros cœli, & ſecundũ id cœlum firmamentũ vocauit.

Paradiſi celebre nomen Apoſtoli tẽpore

ET SCIO huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio. Deus ſcit, quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit Arcana verba, quæ non licet homini loqui.) A tertio inquit cœlo in Paradiſum ſum raptus. Sublatus eſt igitur in Paradiſum, ne in eo fruendo, inferior cæteris Apoſtolis eſſet, qui cum Chriſto iam verſarent̃. Paradiſum præterea dixit, quia loci huius celeberrima eſſet apud omnes iam fama, quem & latroni dominus in Cruce pollicitus eſt. Arcana autẽ, et quæ dici non poſſunt, audiuit. Id eſt, quæ humana ſapientibus, & nihil in ſe habentibus ſpiritale, eloqui haud quaquam fas eſt. Hinc liquido patet, Apocalypſim eam, quæ vulgo Pauli dicitur, falſo fuiſſe hoc titulo annotatam. Quia narrari non poterant, quæ ille præuiderat. At qui alium quendam Paradiſus ſortitus eſt locum, & aliũ cœlum. Anagogice tamen pares erunt Paradiſus & cœlũ, vel forte diſſimiles, ſumus tamen per pauca de his, quæ cognitu ſunt faciliora dicturi. Eſt itaq; primũ cœlum, mortalitatis terminus q̃dam & diffinitio, cum quiſpiam ſuos compoſuerit mores. Hoc deinceps naturalis ſubſequit̃ inſtitutio, hoc eſt, ſecundum cœlum, cum quis totius naturæ cognitionem, ut neceſſariam circumſcripſerit. Mox & Theologica quædam, tertium cœlum prætendit, cum aliquis deſideratam earũ rerum cognitionem, quæ diuinæ ſint, & homini incomprehenſibiles, contemplando adeptus ſit. Paulus itaq; in ea loca arreptus eſt, quæ circa trinitatem ſunt, & ſublatus. Hoc eſt, omnia creata trãſcendens, & neq; in corpore q̃dem exiſtens. Quippe qui nihil pro corporis ſenſibus tũc factitaret, neq; extra corpus. Nam & interea cum ſic raperet̃, vel intellectus ipſe in eo ceſſarat, ita ut nihil poſſet vera cognitione complecti. Vacat ẽm diuinis in rebus mens omnis humana, & penitus torpet, cum homo a Deo fuerit arreptus, & ita ut ab eo educi neceſſe ſit, & a corpore ipſo efferri, & eiuſdem dictu omnia operari. Vel alias in Paradiſum arripit̃, quia in diuinitatis Arcanis, & myſticis rebus verſatus eſt. Quas quia incognitæ ſunt & inexplicabiles, niſi quis mortalem hanc & abiectam conditionem exceſſerit, aſſequi cognitione non poterit.

Primũ cœlum quid, quid ſecundum, quid tertium.

Pauli raptus explicatio.

PRO HVIuſmodi gl'abor.) Aduerte quã ſit ſuperbiæ oĩs expers Apoſtolus. Sic ẽm de ſe hoc diſſerit loco, quaſi de alio narret. Inquit ẽm, pro hmõi gloriabor.

PRO ME autem nihil.) Nihil horum ſi non cogerer, fruſtra ac temere dicturus ſum, nec laudi id mihi adſcribam.

NISI IN firmitatibus meis.) Hoc eſt, preſſuris & perſecutionibus.

NAM ET ſi voluero gloriari, nõ ero inſipiens, veritatem ẽm dicam.) Quo pacto cũ dicturus inferius ſit. Inſipientia eſt gloriari, nũc ſi gloriari voluero, nõ erit inſipiens inquit. Non ẽm hoc loco, ne inſipiens ſit, iactantiæ gr̃a dicit. ſed ne mendacij arguat̃. Adiecit nanq; veritatẽ dicam. Igit̃ tanquã veridicus, nil ero inſipiens.

PARCO autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.) Eam præcipue ob cauſam Paulus obticebat, ne eum homines ſe in Deum referrent. Eoq; perpetuo de ſeipſo ſilentio utebatur. Et ſi quando dicere quidpiam cogebatur, obſcure tamen & adumbrate verba iactabat, ne maius aliquid de ſe homines opinarentur. Neque enim dixit, ne quis de me loquatur, ſed ne quis cogitet, quod præter meam ſit dignitatem. Nam ſi tauros illi immolare, & pro Deo colere, ſignorum ſtupore contenderant. Quid ei honorum deferre intermiſiſſent, ſi & re-

uelationes quas habuit, edidiſſet.

ET NE MAgnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, ut me collaphiƺet.) Angelum Sathanæ & ſtimulum, nõnulli capitis dolorem, quo Paulus angeretur exiſtimabant. Perinde ac a diabolo illatum, quod abſit. Non enim Pauli corpus diabolo traditum eſt diuexandum. Quandoquidem Paulus illi quæ uellet, iniungeret, & ſæpe terminos præfiniret. Tum maxime, cum fornicantem quempiam ei in carnis perniciem demandaſſet, neq; per ſe ille impoſitas metas exceſſit. Quid igitur Sathan deſignat? Ninirum Hebræa aduerſariũ lingua. Angeli ergo Sathanæ, hi haud dubie omnes fuerunt, qui Paulo aduerſabantur, faber uidelicet Alexandet ille, Himneuſq; & Philippus, ac cæteri qui huic & preſſuras iniecerant, & praua Sathanę opera exequebãtur. Inquit igitur. Nequaquam permiſit Deus, meum hoc prædicandi munus ſine periculis & labore proficere, ne ipſe extollar, qui multis ſim reuelationibus ab eo dignatus. Verum cur nõ angeli Sathanę ſunt dati, ſed angelus? Forte quia pro loco unus aliquis reperiebat, qui Paulum diuexaret concitaretq; forſan & populum, eundemq; duceni reliqui ſe querentur. Vel quod ſatius eſt, Veneris incitamenta, quibus maxime urgebatur, his uerbis expreſſit. Vel quæ prædicanti ſibi imminerent pericula, uel quod ſibi obſiſterent homines, dixit. Verum a quo datus ſit ſtimulus ille ſi queras? A Deo certe, cuius permiſſu Sathan hæc audebat. Id nanq; cũ datus eſt inquit, demonſtrat. Neq; ut ſemel, ſed ut continue me collaphiƺet, atq; diuerberet traditus eſt. Illud autem ne extollar, nõnulli ita interpretantur. Hoc eſt, ne magni ab hominibus fiam. Nec tamen id hoc loco ſentit Apoſtolus, tametſi hoc ipſum ſuperius dixit, ſed id præcipue ne ipſe efferar inquit, & inſoleſcam. Erat quippe & ipſe humanus.

Pauli corpus à demone nõ diuexabatur.

Angeli ſathanæ.

Paulus ueneris ſtimulo uexatus.

PROPTER quod ter dominum rogaui ut diſcederet a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea.) Ter, hoc eſt ſæpius, rogaui. Quod plane eius præfert humilitatem. Fatetur nanq; nequaq̃ ſe aduerſariorum diuexationes & inſidias potuiſſe perferre quæ ut ab ſe tollerentur, orabat. Dixit autem mihi. Sufficit tibi gratia mea. Hoc eſt, Sat habeas uelim, quia & mortuos tibi ſuſcitandi, & poteſtatibus cunctis imperandi, contulerim gratiam. Nolim igitur id ultra efflagites, ut tua expers diſcriminis ſit prædicatio. Id nanq; tibi ſuperuacaneum foret, qui quod ſatis eſt iamdudum acceperis. Vel aliter. Et ſi permiſerim te diuexari adſum tamen & tueor.

NAM VIRTVS in infirmitate perficit.) Velut dicat. Id forſitan doles o Paule, ne me illud impotentiæ arguat, quia uerbis tibi & maledictis inſidientur pleriq;. Cõfide tamen. Nam tunc maxime perfectior mea patebit potentia, cum illorum euiceris pertinaciam, qui te inſectantur. Aduerte autem quemadmodum Deus ipſe tentationibus ſinit nos tradi, ne quouis modo inſoleſcamus. Vel aliter. Deus uidelicet tunc eius uirtutem perfectiorem inquit eſſe iam nactam, quando in infirmitate, hoc eſt, in perſecutionibus & periculis, eius ſectatores afflictabuntur.

LIBENTER igit̃ gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti.) Poſtq̃, inquit, ipſe animaduerti, Dei uirtutem iri in infirmitate perfectũ, gloriabor ergo in infirmitatibus meis. Hæ nanq; quo affluent magis, eo mihi Dei uirtutem, allaturæ uberius ſunt. Nolite ergo exiſtimare, quaſi dolens, quærar ſtimulũ hunc mihi fuiſſe iniectum, ſed lętior potius & iactabundus id dixerim. Quippe qui maiorem in ſe Dei uirtutem præ intentioribus preſſuris conſciuerit.

PROPTER quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto.) Cupiebã equidem, inquit, a grauioribus hiſce & minus gratis liber euadere, ſed poſtq̃ ea accepi & intellexi quæ meis his auribus hauſi, glorior plane, & mihi placeo. Hoc eſt, incredibili iocunditate afficior, & in infirmitatibus ipſis oblector & malis. Moxq; ne corporis morbum infirmitatem intelligas, cõtumelias dixit, & huiuſmodi alia. Ex his præterea pſeudo Apoſtolos illos uituperat, qui ſeſe ut Deo æquales de prauis quibuſdã & peruerſis

Paulus gloriatur in infirmitatibus.

actionibus iactitarent, & diſcipulos ſuos hortatur, ne quoq; modo hos pudeat ſui, ſed honori potius & gloriæ ducant. Quandoquidem pro Dei nutu hæc in ſe fiant, & pro Chriſto ſint obeunda diſcrimina.

CVM ENIM imfirmor, tunc fortior ſum.) Quid, inquit, miraris, ſi Dei uirtus, uel aduerſantibus uniuerſis pateſcat? Nam & ipſe tunc fortior ſum, cũ magis diuexor, & Dei ob gratiã hanc adeptus ſum fortitudinem, quæ laborãti mihi præſto eſt ſemper, & maximũ in modũ opitulatur. Nam cũ in carcerem eſſet ille cõiectus, qui ſe aſſeuerat, ad fidem inſtruxit. Cũ naufragiũ fecit, barbaros inſulæ accolas, ad quã adnatauit, in ſui admirationem cõuertit. Iudicem præterea, cũ illi uinctus aſſiſteret & accuſatores ſimul peruicit. Cum demũ infirmarentur, hoc eſt, cũ periculis agitaretur, & affligaretur preſſuris, tunc robuſtior erat, & animo fortiori oĩa tolerabat.

FACTVS SVM inſipiens, uos me coegiſtis.) Iterato excuſat iactantiam. Superius quidem, inſipientem me dixerat tanquã in inſipientia excepiſtis. Nunc uero tanquam non animi compos, inſipientem aperte ſe nuncupat. Et quoniam quæ uoluerat comparauit, fidentius tandem damnat iactantiæ uitium. Inſtituens, nil unq̃ eſſe cuiquam gloriandum, ni cogat neceſſitas, qua cum & ipſe iam urgeretur, inſipientem dicit, perinde ac ſi inquiat. Vos me ad id compuliſtis. Nam cum ueſtræ ſalutis curam ſuſceperim, & fallaces Apoſtolos conſpicaret, ſua iactantes, uos ad ſe applicando corrupiſſe, ad meam gloriam his uerbis uterer, fuit neceſſe. Hac igitur de cauſa, ſatius duxi, uel aliquid ipſe ueſtræ ſalutis gratia de me gloriari.

Nunq̃ gloriandum ni cogat neceßitas.

EGO ENIM a uobis debui cõmendari.) Decuit, inquit, uos potius p̄dicaſſe res a me geſtas, & laudibus extuliſſe, q̃d tamen haud quaq̃ egiſtis. Sed quia illis potius adhærentes corrupti iã eſtis, & inquinati, eiuſmodi ſum ob ueſtrã ſalutem locutus.

NIHIL ENIM minus fæci ab ijs qui ſunt ſupra modũ Apoſtoli, tametſi nihil ſum.) Superius quaſi ſubdubitans dixit, exiſtimo me nihil eſſe inferiorem Apoſtolis cæteris idipſum nunc fidentius inquiens, repetit. Nihil enim minus fæci, hoc eſt, haud quaq̃ inferior ſum, uel pro fide minora geſſi magnis Apoſtolis, qui Petri tempore extitere. Nihil ſum tamen uel hoc loco innatæ humilitatis oblitus, etſi nihil ſum dixit. Aduerte aũt hominis ſapientiam. Nam nõ ſolum nil amplius ſe cum falſis Apoſtolis cõfert, ſed ne illos quidem ullius eſſe momenti dicit, & parem ſe ueris Apoſtolis adſtruit. Vtpote, qui longe alios antecedat. Proinde in ueros Apoſtolos cõtumelioſos eſſe Corinthios arguit. Siquidẽ ſe, qui ſit illis ęquãdus, falſis dicant inferiorẽ.

SIGNA TAmen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper uos.) Equidem, inquit, & ſi nihili ſim, haud tamen per uos id debet aduerti, ſed illud potius, quemadmodũ ſcilicet nihil ſit per me intermiſſum, quod Apoſtolum exprimat, formetq; . Et uos mihi teſtimonio eritis, ut cuncta ſim executus.

IN OMNI patientia,) Prior Apoſtoli forma, tolerantia eſt, & omnia ut ferat uiriliter. Aduerte uiri modeſtiam. Quot enim diſcrimina, quot bella domi ſibi & foris illata, tam breui deſignans oratione, præterijt? Quinetiam quod eius fuerat uirtute effectum, patientiam dico, unico uerbo expreſſit. At quæ ad ſigna & miracula pertinent, quia non ſuæ erant induſtriæ, ſed gratiæ Diuinæ & muneris pluribus explicauit. Sicuti in ſubſequentibus audies.

SIGNIS ET prodigijs & uirtutibus.) Quid a prodigio differat ſignum, dictũ eſt ſupra. Et ne quis forte exiſtimet, ut libentius ſua impartirentur Corinthij, hęc dicta fuiſſe, & uirtutibus addidit. Quibus liquido ſpeciem quandam prætulit caſtigandi, hiſdem uirtutibus in mortuos, cæcoſq; & dęmone correptos uſus eſt Paulus quos omnes maximis affectos beneficijs, charitate proſequebatur. Nec ſecus ac qui caſtigati contentiores ſunt redditi, qualis Elymas fuit.

Elymas

QVID EST enim quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſijs?) Ne quis dicat magni ſane Paulus eſt, alioqui haud quaquã tanta hic geſſit, quanta in alijs eccleſijs cæteri Apoſtoli factitarunt, ita quidem. Quid eni minus præ cæteris eccleſijs habuiſtis. Hoc eſt

ſtis. Hoc eſt

ſtis? Hoc eſt, num minorem eſtis præ cæteris gratiam aſſecuti?

NISI QVOD ego ipſe non grauaui uos, donate mihi hanc iniuriam.) Acerri me eos obiurgat, ſic inquiens. Si eius merei inſimulatis, quia nulli uobis oneri fuerim, ſed gratis Euangelium prædicarim, ueniam poſtulo. Id ſi quid eſt criminis, dono date, ſimul & illorum laudes explicantur his dictis. Siquidem ideo iniuriam ſibi inferri a Paulo autumant, quia nihil ab ſe dignetur accipere.

ECCE TERTIO hoc paratus ſum uenire ad uos, & non ero grauis uobis, nõ enim quæro quæ ueſtra ſunt, ſed uos.) Ne uideatur idipſum ſæpe proferre, tanquam de cætero ſit ab his quidpiam accepturus, ſic inquit. Neq; enim quia nihil accipiam, idcirco neq; ad uos proficiſcor. Quin bis ad uos commigrem, & tertio me paro iturum, neq; grauabo uos. Non quia uel ſitis tribuendo offenſi, uel opibus nil ualeatis ſed quoniam nõ ueſtra a uobis depoſco, hoc eſt pecunias, & fortunæ bona. Sed uos hoc eſt, animæ ueſtræ ſalutem.

NEC ENIM debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs.) Quoniã non iniuria obijci hoc loco id poſſet, neq; ergo nobis fas eſt noſtris potiri, & frui rebus, quandoquidem non æquo ſis erga nos animo. Propterea his occurrit Apoſtolus, dicens. Parentes debere liberis ſuis theſauros comparare, præceptorum & auditorum ſubſtituens loco, genitoris loco ſe ducat, & hos in filios habeãt, quibus proſpicere potius quam quicquam adimere ſit neceſſe.

EGO AVTEM libentiſſime impendam, & ſuper impendar ipſe, pro animabus ueſtris.) Ipſe, inquit, non ſum a uobis nihil accipiam, ſed dono ſum potius & gratis daturus. Id enim prætendit cum impendam dicit. Verum quid dixerim pecunias me impenſurum, quinimo ego ipſe impendar. Hoc eſt, ſi uel caro hæc mea ſit pro ueſtra impendenda ſalute, nil parcam.

LICET PLVS uos diligens minus diligar.) Hæc & criminantis ſunt, & amantis dicta. Dicit enim. Hæc quidem eorum gratia fecerim, quos ipſe proſequor beneuolentia, non qui æque amori reſpondeant meo. Vide quot modis hos urgeat. Primum quia nihil acciperet, quod iure capere poterat, et quia neceſſarijs rebus careret gratiſq; & his Euangelium prædicaret, largiretur potius, quam acciperet. Nec ſimpliciter quidem & parce, ſed abũde & liberaliter. Quodq; per maximũ eſt, ſeipſum & dedat colatq; qui ſe minus ament.

SED ESTO, ego uos non guauaui, ſed cum eſſem aſtutus, dolo uos cœpi. Nunquid per aliquem eorum, quos miſi ad uos, circunueni uos?) Quod inquit, tale eſt. A uobis equidem nihil ad auaritiam flagitando exegi, tametſi forſitan aliquis ſuſpicetur calliditate me quadã & aſtutia potius, nihil a uobis accipere deſtinaſſe, ſed meos ad uos tranſmiſiſſe, qui aliquid a uobis efflagitarent. Ea arte. Vt uel accipiens nihil uidear accepiſſe, quod ſane eſt a uero penitus alienum. Velim itaq; conſideretis, utrũ ita ſe habeat res, necne. Carpit præterea Corinthios ipſos, uituperatq;, tanquam animo iniquo aliquid collaturos, exiſtimanteſq; ab ſe extorqueri, quicquid in præceptoris alimoniam erogaſſent.

Nihil neq; Paulus accipiebat, neq; ſuos accipere uolebat.

ROGAVI Titum, & miſi cum illo fratrem, nunquid Titus uos circunuenit?) Vel id quidem ad horum contumeliam infert. Non enim miſi inquit, ſed rogaui. Arguens merito hunc accepiſſe, ſi quid acceperit. Rogatus nanq; ad uos conceſſit, tametſi apud uos ueſtrarum rerum immunis permanſerit, Erat autem Lucas, quem dicit Tito in comitem tranſmiſiſſe.

Lucas Tito comes additus ab Apoſtolo.

NONNE EOdem ſpiritu ambulauimus?) Hoc eſt, num eadem ſpiritali gratia ipſi inceſſimus? Gratiam enim appellat abſtinentiam ipſam, quia ab his quominus acciperet quidpiam, abſtinuerit. Quod etſi eius ſit uirtute effectum, Deo tamen adſcribit id gratiæ.

NONNE EISdem ueſtigijs?) Neq; uel paululum inquit, a meo hoc inſtituto deceſſi. Et non ſolum ipſe id egi, ſed mei inſuper ſectatores acerrime mea ſunt ſectati ueſtigia.

ueſtigia. Atqui nõ modo ſeipſum his legibus Paulus caſtigabat, quin & qui ſecum eſſent inſtituebat, ne quo uel iuſtiori lucro inquinarentur.

OLIM PVtatis ꝙ excuſemus nos apud uos, coram Deo in Chriſto loquimur.) Veritus ne aſſentatoris fungi officio uideretur, ſic inquit. Nequaquam ad gratiam uobis hæc loquimur, tanquam excuſatione utentes, ſed perinde ac Deo ſpectante, & in Chriſto loquimur. Hoc eſt, per Chriſtum ita enunciamus. Quo fit, ut ea narremus quæ & facta iam ſint, & Deo ipſi præcognita. Vt non me apud uos laudem, ꝗd ſane & in ipſo epiſtolæ exordio dixerat.

OMNIA AVtem chariſſimi propter ædificationem ueſtrã.) Neq; enim, inquit, eam hæc ob cauſam egerim, uel a uobis nil prorſus ea ratione accepi, quia infirmiores uos ſitis & imbecilles. Horum nanq; animos offendiſſet. ſed ædificandi uos gratia & nihil accepi, ne uos obturbarem, ſed iuuarem potius & prodeſſem.

TIMEO ENIM ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ipſe inueniar a uobis qualem non uultis.) Vides Pauli diligentiſſimã curam, & prouidentiam ſpiritalem. Delinquentibus alijs, ipſe formidine angebatur. Nec peccantes cõdemnat, ſed quaſi anceps & dubius inquit, ne ueniens uos forte deprehendam, quales non uelim. Hoc eſt, corruptos & deprauatos, deprehendarq; item & ipſe qualem non uultis, id eſt caſtigator & pœnarum ingeſtor.

NE FORTE contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter uos.) Debuerat priori loco inflationes ponere, ſed cauens ne ſua uideretur expoſtulare & quærere, quippe quia in ſe Corinthij ſuperbirent, prius quod cõmune eſt, diſſerit. Ab æmulatione nanq; & detractionibus, uitia iſtiuſmodi cætera oriuntur, ab hiſq; & contra æmulatio incendebat̃. Suſurrationem autem, criminationem dicit. Inflationes uero ſuperbos quoſdã & tumidos mores, uel cũ in naturam uertitur animi tumor. Cum itaq; in Paulum inſolentiores eſſent Corinthij. falſos Apoſtolos efferebãt, et honore proſequebant̃.

NE ITERVM cum uenero, humiliet me Deus apud uos.) Hoc eſt, ſatis ſint quę ante hac admiſiſtis. Vereor equidem, ne ad uos cum fuerim profectus, uobis cogar uti ſeuerius. Pœnas nanq;, quibus illorum nõnullos eſſet acrius affecturus, humilitatem appellat. Tametſi caſtigari a Paulo pleriq; gloriæ ducerent. Non enim dixit, ne humilis reddar, ſed ne me humiliet Deus, arguens uel Dei ob gratiam id ſe facturum, cuius Imperio pareat ſit neceſſe, ut ſe erga hos præbeat duriorem. Cum uero Deus meus, inquit, ardentiſſimũ ſuum in Deum patefacit amorem.

ET LVGEAM multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.) Aduerte Pauli clementiã & charitatem immenſam. Deplorat enim & luget peccantes. Neq; omnes dixit, ſed multos. Nec peccatores ſimpliciter, ſed pœnitentiã non agentes. Sunt nanq; iſtiuſmodi non iniuria deplorandi, qui ſunt in uulnere accepto pertinaces. Neq; hos præterea patefacit, ut eis facilem tribuat ad pœnitentiam reditum. Cuius eo cõmeminit, ut hanc ſtatim arripiant, neue ad eos proficiſci cogatur, & pœnis afficere, uel inuitus. Id nanq; cum lugeam inquit, prætendit, hoc eſt, mœrore ſummo afficiar uos caſtigando. Immunditiã uero pro quouis ſcelerum intelliges genere, quę uel ſingula per ſe, & priuatim immundos reddit, uel inexplicabilia quæq; facinora quæ in ipſo cõcubitu admittuntur. Neq; unus aliquis erat, qui fornicando deliquerat, ſed multi, & uarijs ac deteſtabilius impudicitiæ modis.

Pauli ſumma clementia.

Pertinaces in uulnere accepto plorandi.

CAP. XIII.

ECCE TERTIO HOC VENIO AD VOS, in ore duorũ uel trium teſtiũ, ſtabit omne uerbum.) Quemadmodũ Deus multa ad ſupplicium comminatur, ſic eius imitator Apoſtolus, multa ante teſtatur, ſubditq;. Vt enim ex ſcripto conſtat, in duorũ, triumue teſtium ore, hoc eſt teſtimonio, omne uerbum ſtatutum, id eſt, omne quod ambiguum eſt, confirmatum iri, ſic & in tertio meo aduentu, quodcunq; ſum comminatus, ſtabit, & aduerſum uos confirmabitur, niſi uos pœniteat commiſſorum.

Pro teſtibus

Pro teſtibus autem ſuam poſuit frequentem ad eos profectionem.

PRAEDIXI enim & prædico, ut præſens uobis, & nunc abſens his, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus. Quoniam ſi uenero iterũ, non parcam.) Et prædixi, inquit, & rurſum prædico. Nam quemadmodũ cum ſecundo me ad uos contuliſſem, ſum hæc præſens præfatus, ita & in præſenti per meas has literas proclamans denuntio his, qui præteritis ſunt peccatis obſtricti, tanꝗ correctione indigentibus. Cæteris uero ꝑinde ac teſtibus. Quod ſi poſtliminio ad uos cõceſſero, nõ pœnis afficiã dixit, ſed non equidem parcam mitiori uſus, & quod patrem deceat, uerbo. Si itaqꝫ inemendatos deprehendã, haud quaꝗ ultra, ꝗ uos manent tormẽta diſtulerim.

AN EXPERImentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus.) Indignabundus ſane & ira ſuccenſus, eos alloquitur, qui ſe ut imbecillum & contemptibilem aſpernarentur, perinde ac ſi dicat. Quoniam periclitari iam uultis, utrum in me Chriſtus inhabitet, & idcirco me ut infirmũ & deſtitutum a Chriſto uulgo iactatis, intelligetis plane, ſi incorrecti eſtis adhuc permanſuri necne. Oſtendit inſuper ſpiritalia eſſe quæ dicat, eoqꝫ & formidanda quæ comminetur, ut tanquam Chriſti ſint dicta quæ loquitur. Nec propterea hos caſtigabat, tanquam experimentum his allaturus ſed quia inſanabiliter illi deliquerant. Si itaqꝫ uobis, inquit, pœnas cogar & tormenta ingerere, re ipſa quod quæritis experimentum, intelligetis. *Paulus minatur Corinthiis*

QVI IN VObis non infirmatur, ſed potens eſt in uobis.) Cur in uobis adiecit, cum conſtet Chriſtum omnibus eſſe in rebus potentiſſimũ? Quia par erat hos Diuinam in ſe potentiã experiri, ait itaqꝫ uel ab his, quæ iam ipſis experimentis profecto cognoſcitis, quia nihil ſit in uobis infirmior Chriſtus, quem iam accepiſtis, ſed potens & ualidus. Vel quia in hac uita cum liceat uobis errata corrigere, ſuas in uos uires oſtendit, urgetqꝫ in præſenti, & uexat, ut in futurum uenia donet. In infideles uero uim ſuam omnem eſt effuſurus, cum iudicaturus adueniet. Significat pręterea quemadmodum & ipſe ſit delinquentes ſupplicijs affecturus, quæ alioqui non ab ſe, ſed a Chriſto domino inferentur.

NAM ET SI crucifixus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute Dei.) Et ſi his dictis perturbentur pleriqꝫ, exiſtimantes præ infirmitate, hoc eſt impotentia, Chriſtũ cruci fuiſſe affixũ, notificant tamen & corporis eſſe infirmitatem, & mentis. Et hac quidem multos ægreſcere, quorum fides & putris eſt, & infirmior, ut alibi Paulus, qui fide infirmantur ſuſcipite. Porro inſidiæ diſcrimina & ignominiæ infirmitatis hoc nomine deſignatur, ut illud. Delector in infirmitatibus meis, & eiuſmodi reliqua. Secundum igitur poſtremã hanc infirmitatis ſignificantiã, præ infirmitate dominus fuit in crucẽ ſublatus, perpeſſus inſidias, diſcrimen, & ignominiã. Hæc nanqꝫ uidentur præ imbecillitate inferri & impotentia. Vt enĩ ſtultitiã Paulus prædicationem appellat, non ꝙ ita ſe habeat, ſed quia id increduli opinentur & infideles ſic & infirmitatis ob cauſam dominũ ait patibulo fuiſſe ſuffixum, quia & infideles opinarent, non ꝙ ulla illi ineſſet infirmitas. Viuit aũt ex Dei uirtute, hoc eſt patris uel ſua Sunt enim filio quæ & patris cõmnuia, & patri quæ filij. Quo fit, ut una inſit utriſqꝫ qui unũ ſunt, & eadẽ uirtus. Quinpotius filius patris eſt uirtus, ergo & filius ſemet ſuſcitauit, ut dixerat. Soluite templũ hoc, & triduo ſuſcitabo illud. Hæc oĩa eo intuitu Paulus, ut Corinthios ꝑtinaciæ & inſolentiæ admoneret, ꝙ ſe paruifacerent, perinde ac ꝑſecutionibus & inſidijs, agitatũ exiſtimarentqꝫ ex impotentia quadã eum hæc ꝑpeti. Oſtendit itaqꝫ & dñm nihil noxiũ fuiſſe ex eiuſmodi ĩfirmitate ꝑpeſſum.

Infirmitatis nomine quid Paulus ſignificet.

Stultitiã Paulus appellat prædicationẽ.

Filius uirtus patris eſt.

NAM ET SI nos infirmi ſumus cum illo, ſed uiuimus cũ eo ex uirtute Dei in nobis.) Hoc eſt, perſecutionibus premimur & affligamur. Hæc quidem infirmitatis uidentur pleriſqꝫ indicia. In ipſo, hoc eſt in ipſius gratia, & ſui nominis prædicatione. Sed quemadmodũ illi nihil inſidiæ obfuere, ita & nos inoffenſi manebimus. Neqꝫ id ſolum, qui & cũ eo ſimul uicturi ſumus, hoc eſt, inſuperabiles deprehendemur in uobis. Hoc eſt, ad ueſtrã utilitatem, perinde ac ſi id eos perterrefaciens dicat.

Et ſi uobis

uobis uidemur ipſi infirmiores, in uobis tamen nos uiuimus. Id eſt, ſi nihil in melius profeceritis emendati, erimus ad uos caſtigandos ſuperſtites.

VOSMETIPSOS tentare ſi eſtis in fide, ipſi uos probate.) At quid de me dixerim, quia in me loquit̃ Chriſtus, utq; & ſi poteſtas ſit mihi & uis affligẽdi, cruci tamen affixum ſectatus, nihil ueſtra diſquiro, & ſi uos ipſi uelitis diligenti cura rimari, & ueſtra facta expendere, Chriſtum in uobis ſpectabitis, ſi fidem eſtis perfectiorem adepti. Vel ſi id minus, ſimplicem tamen aliquã eritis & tenuem conſecuti. Credentes nanq;, tunc temporis miracula factitabant. Vel fidem ſignorum dicit, quam magis ſinguli uendicabant. Fit itaq;, ut ſi in uobis diſcipulis adſtruatur Chriſtus ineſſe, longe magis & in me præceptore eſt permanſurus.

AN NON cognoſcitis uoſmetipſos, quia CHRISTVS IESVS in uobis eſt, niſi forte reprobi eſtis. Hoc eſt, ni forte ex ſignorũ gratia excidiſtis, quã olim exceperatis.) Arguit autem ipſos corruptos eſſe his uitæ bonis. Nam etſi pleriq; fidem haberent ædere tamen miranda non poterant. Vtpote qui uita eſſent & moribus deprauati. Inquit igitur, uti perſpicuũ eſt, nullam habetis ueſtri cognitionem, neq; ꝙ in uobis ſit Chriſtus ſentitis. Nec manet quidem ille in uobis, qui reprobi in uita eſtis. Nec tamen iſtorũ aperuit ſcelera, ne eos inceſſeret acrius, ſed poſuit quod dixit ambiguũ.

SPERO AVtem ꝙ cognoſcetis, quia nos nõ ſumus reprobi.) Ingentes uel hinc comminationes impendent. Quoniam, inquit, experimentũ uultis ex ueſtris penis accipere, ſpero equidem nec ingenium defuturum, quominus me non reprobũ eſſe apud uos patefaciam, nec ex ſignorum, & uirtutis gratia decidiſſe. Vel aliter. Non enim ipſi in uita ſumus corruptiores, ut a nobis defugiat Chriſtus, ſed uitæ ob probitatem hic apud nos habitat, & qui inter uos contumaces ſunt, tormentis afficiet.

ORAMVS AVtem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, ſed ut uos quo bonum eſt faciatis.) Attende Pauli in eos charitatem. Contemptui apud eos erat, & contumelijs inceſſebatur, tanquam nullius eſſet momenti uir, & nihil uirtute, ſed epiſtolis niteretur iactabundus & inſolens. Nunc uero non ſolũ differt illorum debitas ſceleribus pœnas, quin & precibus poſtulat, ut nil unquam delinquant, ne ipſe e meritis inferre pœnas cogatur. Non enim ſtudeo, inquit, ut uidear probus, ob idq; & alios caſtigandi aſſequar facultatem, ſed ut ipſi quæ recta ſunt continenter agatis. Vtiq; & ſi in aliquod fueritis crimen prolapſi, uos eius pœniteat & ego ut reprobus ſim. Hoc eſt, ut uidear multis infirmus & impotens, utpote qui nullam in uos animaduertendi occaſionem inuenerim. Neq; enĩ uero reprobus futurus erat Apoſtolus, ſed probus, & innocens eſſe comperiebatur. Nam ſic diſcipulos ad fidem erudiebat, ut a prauis omnino abſtinerent facinoribus, hortaretur. Sed ideo, ut reprobus ego ſum, dixit, quia iſtiuſmodi eſſe huncilli exiſtimarent.

NON POSSVmus enim aliquid aduerſus ueritatem.) Ne ad gratiã uideatur hæc loqui, ſic inquit. Mente placatiori id equidem exequar, non ſuperba, & inſolenti. Nam ſi imparatos uos eſſe deprehendero, & nil communitos, ſed obnoxios crimini & ſi haud quaquam nobis ſatis uirium ad uos caſtigandum ſuppeteret, uel id aggredientibus nobis, opem allaturus eſt Deus. Hanc enim ille nobis contulit facultatem ut ueram feramus ſententiam, & ueritati nil aduerſantem. Is enim pro ueritate ſententiam tulerit, qui ſontem & noxium tormentis affligit. Veritatem uero aduerſus ille decernit, qui nil delinquentem afficit pœnis.

Veritati aduerſantur, qui delinquentes pœnis nõ afficiunt

GAVDEMVS enim quoniam nos infirmi ſumus, uos aũt potentes eſtis.) Iterato oſtendit ſe Corinthijs eſſe animo coniunctiſſimũ, inquit enĩ. Nequaq̃ æſtimetis. quia uel ſi nullis ſitis peccatis obſtricti, eo me non poſſe quid ualeã uirtute oſtendere. Ergo id doles, dicet aliquis? Nequaq̃, quippe qui maxime læter cũ infirmior ſum hoc eſt inualidus & infirmus exiſtimor. Quia nihil uiriũ ualeam alios caſtigãdo ꝑferre. Vos uero ſitis potentiores, hoc eſt, uirtutibus ꝑditi, & quouis crimnie uacui.

HOC ET ORAmus ueſtrã conſumationem.) Non modo, inquit, id uelim, quin

& uotis ni-

& votis nitor & precibus, ut inocentes vos ipſi & perfectos exhibeatis, & ita ut nullā cuiquā detis vos incuſandi occaſionē. Conſummationem aūt perfectionē dicit.

IDEO HAEC abſens ſcribo, ut non præſens durius agā ſecundū poteſtatem, quā dn̄s dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.) Poſtquā hos plurimū cōminando iam pertulit, excuſans inquit, ideo ad vos iſtiuſmodi vel abſens ſcribo, quia mallem ſolis literis hanc meam terminatū iri duriciem, non re præferri. Nam ſi nondū edomitos vos ip̄e & emendatos cōperero, acrioribus neceſſe erit vos pœnis afficiā. Quandoqdem poteſtatē hanc mihi contulit dominus, qbus ex dictis oſtendit ſuo noxios interuentu dominū cruciare. Arguens aūt ſe nil concupiſcere in eorum tormentū iſtiuſmodi uti licentia, non in deſtructionē, ſed in ædificationem adiecit, velut dicat. Dominus qdem in primis haud quaquā vult vel deſtruere, vel tormentis quempiam diuexare, ſed ædificare. Hoc eſt, afficere beneficijs. Alioqui his qui corrigi nequeunt, ſi exitium inferaſ, ædificationis loco habendum eſt.

Pauli ſeueritas in caſtigando.

DE CAETERO fratres gaudete.) Ipſe, inquit, peregi quæ mea interfuit, reliquum eſt, ut & vos conferatis quæ veſtra ſunt. Videlicet, ut correcti, et emendati, ex recti conſcientia, vobis læticiam comparetis, nequaquam proculdubio deſituram, tametſi iniocunda & triſtia vobis diſſerui.

PERFECTI eſtote.) Hoc eſt, perfectionem aſſequamini, cum ea quæ recta ſunt ſentiendo, & dogmata veriora ſectando, tum vita & moribus voſmet excolendo, quæ vobis deſunt ſupplete.

EXHORTAmini.) Cum plurimæ eſſent tentationes & pericula, exhortamini inquit, hoc eſt, & propria & mutua quadam exhortatione ad meliora nitamini. Apprime enim recti conſcientia conſolari nos ſolet.

Recti conſcia nos ſolatur.

IDIPSVM ſapite, pacem habete.) Vel id qdem in priori Epiſtola ab his exegit Apoſtolus, cum factionibus illi intenderent. Eſt aūt, idipſum ſapere, idem de Fide, & dogmatibus ipſis ſentire. Habere autem pacem, mutua ſe charitate complecti. Vtrunq; itaq; a Corinthijs ipſis depoſcit.

ET DEVS pacis & dilectionis erit vobiſcum.) Non ſolum commonefacientis officio fungitur, ſed comprecantis, tametſi nihil hoc loco his videaſ precari, ſed prædicere quæ deinceps futura ſint, videlicet. Si vos pace utemini, vobis affuturus eſt Deus. Dilectionis autem hic diciſ, vel quia charitatis fons ſit & origo, vel quia immenſam erga nos quandam præ ſe ferat beneuolentiā. Vel quia ubicūq; fuerit amoris coniunctio, ibidem & Deus adſit neceſſe eſt, & charitatis huiuſce tenere appareat principatū. Pacis autem dicitur Deus, & quia ex eo ortum pax habeat, & quia cœleſtia & terrena pacauerit, tum quia eam dominationis iure poſſideat.

Deus pacis cur.

SALVTATE inuicem in oſculo ſancto.) Non ficto & ſubdolo, ut Iudas eſt Chriſtum deoſculatus. Idcirco eñ oſculum exhibemus, ut maiorem in modum accendamus beneuolentiam. Quandoquidem præ cæteris membris, os ipſum deuinciat animos. Quin etiam domū peregre redeuntes, ut animorū præferamus coniunctionem, ore exoſculamur. Vel aliter. Cum enim Dei nos templum præferimus, os quidem quod huius eſt templi veſtibulum, deoſculamur. Per idipſum præterea & Chriſtus ingreditur, cum ſacroſanctum ſumimus corpus.

SALVTANT vos ſancti omnes.) Præſentes quidem per oſculum, abſentes vero appellatiōe & ſcriptis impartita ſalute facit coniunctiores. Quin hos etiā ipſum os copulat. Ab ore nanq; & ſalutatio profluit.

GRATIA domini noſtri IESV CHRISTI, & charitas Dei, & cōmunicatio ſancti Spiritus, ſit cum omnibus vobis Amen.) Poſtquā uniuerſos charitate, oſculo, & ſalutandi officio copulauit, comprecatur & his pro ſua conſuetudine Filij gratiam, qua nullis noſtris operibus, ſed ſua ſola benignitate, morte adita, nos ſaluos effecerit, & Patris p̄terea charitate donarit, qua nos ille enixe adeo cōplexus eſt, ut noſtri grā traderet unigenitū. Nec ſecus quā ſi a quopiam hmōi rogareſ Apoſtolus, unde

ergo filij grã procedit? Sic ait. Nempe ex patris charitate. Ad qd ille peregit? Certe Spiritus ſancti cõmunicationẽ, hoc eſt, ipſius Spiritus quo ſumus ſanctitatẽ adepti, participationẽ, & hauſtum. Ob Paracleti in nobis aduentũ, illius effecti participes, quem Spiritũ & nos ipſi participando proferimus. Vbinam gentiũ ſunt, qui eo eſſe Spiritũ negant, quia hunc in Epiſtolarum ſuarum primordijs nuſquam expreſſerit Paulus, ſed ecce iam nũc apertiſſime Spiritũ nominauit, & trinitas tibi ex eo integro numero redditur, & explicatur. Per quã uelim equidem, ut decreta ipſa ſeruantes, per cepta firmius veritate, degentesq; ſine corruptione, & labe, vitã noſipſos tutatũ iri, ut in vero ſimus perfectiores, & utrinq; recte nobiſcũ agatur, & perſpicuũ ſit, perfe cte in trinitate Dei, perfectos nos ſeruos eſſe, cui gloria in ſæculorũ ſæcula.

Paracletus Paulus Spũm ſanctũ adſtruit non aũt negat.

A M E N.

Miſſa fuit e Philippis per Titum, & Lucam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD GALATAS.

Galatæ ſunt Græci. Hi verbum veritatis primũ ab Apoſtolo acceperũt, ſed poſt diſceſſum eius, tentati ſunt a falſis Apoſtolis, ut in legem & circumciſionem verterentur. Hos Apoſtolus reuocat ad Fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

ATHANASII. VEL MAGIS

VVLGARII IN PAVLI AD GALATAS EPISTOLAM, PROLOGVS.

PAuli Epiſtola hæc a principio fere ad calcem uſq;, animi commotione, & ira oppleta eſt. Qui enim ſe in diſcipulos, caſtigatione indigentes, ſupra quam ratio poſtulat indulgentiorem, & mitem præſtiterit, haud ſane præceptoris boni officium explet. Nam & dominus Petrum cum beatum pronunciaſſet, mox & obiurgat, & diſcipulos ſtulticiæ arguit. Ad alios item Paulus ſcribens ſæueritatem ſectatur, uti & in Corinthios egit, & nunc in Galatas præcipua utitur auſteritate. Cauſa autem cur ad hos ſcriberet, huiuſmodi fuit. Cum ex Iudæis qui credidiſſent, quia adhuc a patrijs inſtitutis penderent, & inſtruere alios cuperent, perſuadebant Galatis circumcidendos eſſe credentes, obſeruariq; & ſabbata, et Neomenias oportere. Aſſerentes, nec qui apud Petrũ eſſent Apoſtolos, hæc prohibere. Et ſane nil hi prohibebant, non q̃ ita faciendũ decernerent, ſed ut illorũ condeſcenderent infirmitati, qui nuper & Fidem excepiſſent, & quibus ipſi Euangeliũ prædicarant. Paulo autem, qui gentes prædicando ad Fidem formaret, nequaquam erat neceſſe, ut huiuſmodi indulgentia uteretur, ſed hanc ut oportunũ erat, de ſe præſtabat. Nam & Thimotheum circumcidit. & ipſe pro lege purgatus eſt. Seductores tamen illi, cũ cauſas nullas proferrent, cur Petrus, & qui cum eo eſſent id agerent, imperfectionibus circumuentis, id quidem Paulum carpendo, iactabant. Q. alias ſcilicet circũciſionem permitteret, & alias tolleret, varieq; item, & inconſtanter alia atq; alia prædicaret, nec ullam eſſe illi Fidem præſtandam, qui nec Chriſtum viderit, nec Chriſti fuerit, ſed Apoſtolorũ diſcipulus. Eſſe autem oĩno admittendos, qui apud Petrũ diuerſarent, & proprijs oculis Chriſtum ſpectaſſent. His itaq; commotus Apoſtolus, componit Epiſtolam. Et primũ quidem ad ea ingenij vires intendit, quibus illi ſuam cõſcientiam offendebant, aſſerentes alios quidem Chriſti eſſe, ſe vero Apoſtolorum diſcipulum, unde hunc in modum orditur.

Auſtera Pauli ad Galatas Epiſtola.

Neomeniarũ, & ſabbatorũ obſeruatio.

Paulus male audiit q̃, circũciſionem aliquando permitteret, aliquando non.

CAPVT. I.

PAVLVS APOSTOLVS, NON AB hominibus,neq; per hominem.) Confutat initio ſtatim ſeſe non hominum eſſe diſcipulum,quod illi obijcerent. Neq; enim ab hominibus,ſed ſuperne eſt & cælitus euocatus. Neq; per hominem, ſed per Chriſtum. Quem & ſi homo quidam Baptiſmi aqua abluerit,non tamen prior ad Fidem vocauit,ſed e cœlo Chriſtus exciuit. Quæret aliquis, cur non Paulus dixit vocatus Apoſtolus,ſed Apoſtolus duntaxat? Quoniam erat apud omnes iam ſermo vulgatior, fuiſſe hunc per homines in Apoſtolum cõfirmatum. Id itaq; nequaquam ſe ita habere contradicendo Paulus obluctatur & negat. »

SED PER IESVM CHRISTVM, & Patrem qui ſuſcitauit eum a mortuis.) Deſignant haud dubie Apoſtolorum acta, per Spiritum ſanctum Paulum ipſum ſegregatum ad Apoſtolatus munus fuiſſe. Vnde & liquido patet, eandem eſſe Filij, Spiritus,& Patris poteſtatem. Nota autem & per Patrem adieciſſe, & prius Filium poſuiſſe, hæreticorum ob cauſam, qui huiuſmodi ſuperuacanea, vel diligenti cura diſquirunt. Oportune præterea & mortis meminit,& reſurrectionis,ut his perſuadeat,non eſſe amplius veteri legi intẽdendum. Vtpote,quæ nil inducat quod eis ſit profuturum,ſed Chriſto vacandum,qui eorum ſalutis gratia & obierit mortem,& poſtmodum reſurrexerit. Moneatq; ab eo, qui tam maxime ſit de ſe benemeritus, aliquando deſciſcere,ſummæ eſſe ingratitudinis argumentum. Eo autem dixit Patrem Filiũ ſuſcitaſſe,ut infirmiores & labantes confirmet. Et quia Patri non omnia accenſent quæ Filius egerit,neque enim impotens erat ſeipſum a mortuis excitare, qui mortuos reducendi ad vitam,vel ex ſola præſentia & corporis umbra,in ſe credentibus,præbuerit facultatem.

ET QVI mecum ſunt omnes fratres.) Cum hunc aduerſarij carperent,quia velut ſolus & conſulto nemĩe huiuſmodi prædicaret,oſtendit alios ſe pleroſq; habere,qui ſuæ ſint mentis participes.

ECCLESIIS Galatiæ.) Attende quã acriter Paulus & anĩo erat cõmotus,& urgeret dolore. Non eñ ut in alijs conſueuit Epiſtolis,dilectis præfatus eſt,& ſanctificatis. Neq; Dei Eccleſijs,ſed Galatiæ ſimpliciter dixit. Et iure qdem. Nam cũ factionibus eẽnt & diſſidijs illi intentiores,idcirco & his plures adſcribit Eccleſias,id eſt plures diuerſoſq; & diſſidentes cõuentus. Simul etiã ut occaſione obiecta, qua hos oportebat inſtabilitatis pudere & incõſtantiæ, Eccleſiarũ hoc noĩe, in unũ cogat redire diſperſos. Non eñ hi poſſunt,quos conſtat inter ſe plurimũ diſſidere,Eccleſiæ appellatione merito nuncupari,quæ concordiam & cõuentionẽ deſignat. *Eccleſia concordiã & conuentionem ſignificat.*

GRATIA VObis & pax.) Cum ex Priſcæ legis attentione in diſcrimen ueniſſent ex gratia dilabendi,hanc illis precatur optatq;. Et quoniam infenſos ſe Deo & hoſtes reddiderant,quia legem quam ille iam abrogarat,adhuc ſectarentur & affirmarent, ad pacem eos reduxit.

A' DEO PATre.) Haud dubie in Genitorem nobis effectus eſt Deus. Verum qua ex re, num a lege? cui vos inhiatis? An a Chriſti Baptiſmo? Cur igitur aduerſi,beneficia afferentem,contemnitis?

ET DOMINI nrĩ IESV CHRISTI.) Nomẽ utrũq; beneficentiã præfert. IESVS nanq; Saluator dicit̃, quoniã a Peccatis exemerit populũ, & ſaluum effecerit. Chriſtus vero unctus interpretat̃, ut qui Spiritus ſit unctiõe oblitus, & noſtri ob grãm, cognomenq; nobis ſuo ex noĩe reliquit,& mortalem hanc ſanctificauit naturam. *Chriſtus quid.*

QVI DEDIT ſeipſum pro Peccatis noſtris.) Ecce ut ſeipſum tradidit Filius, non inſerui morem quicquam hic geſſit. Cum igit̃ audis a Patre fuiſſe hunc ipſum oblatum,& beneplacitum id Patri,& ſic voluiſſe illum intellige. Se aũt dedit, ut nos peccatorum ſolueret vinculis,a quibus Lex ipſa non poterat liberare. Cum igit̃ inquit,deſtituto liberatore,legi intenditis,quæ nihil poteſt utilitatis afferre.

VT ERIPEret nos de præſenti ſæculo nequam.) His dictis proſiliũt Manichei dicentes. Ecce nunc Paulus præſens hoc ſæculum,vel vitam hanc noſtram,nequitiæ arguit,quod tamen longe eſt ſecus. Non enim aliquid ineſt diebus hiſce ſuapte natu- *Manichei.*

 ra maligni-

ſa malignitatis. Nam quæ poteſt vel ſolari illi decurſui, vel dierũ his iteruallis ineſſe nequitiæ. Quin etiam neq; vita hæc noſtra & aura quã ſpiramus, aliquid in ſe continet prauitatis, in qua & Dei habemus cognitionẽ & de futuris philoſophamur. Sed nequã ſæculũ prauas ipſas actiones appellat, & corruptos animi appetitus. Quemadmodũ uſurpare iſtiuſmodi dictũ ſolemus. Malum nactus ſum diem, non tempus ipſum, ſed diſcrimen & quæ obtigere aduerſa, culpantes. Neq; enim ut nobis exitio eſſet, vel ex præſenti hac tolleret vita, mortẽ opetijt Chriſtus, ſed ut a prauis nos eruat in reliquũ facinoribus. Nam & illud quod dixerat ſupra, pro noſtris ſeipſum obtulit ille delictis, ita interpretant̃. Hoc eſt, moriens ab his quæ olim cõmiſimus liberauit. Ait igit̃ vel tutiores nos fecit, ut eximat ab improbis his vitæ operibus. Lex vero neq; præterita aboleuit delicta, neq; aliquid habet ad futura potentiæ.

Nequam ſeculum quid apud Paulum.

SECVNDVM uoluntatem Dei & Patris noſtri.) Cum illi exiſtimarent lege obmiſſa, nequaquam ſe Deo obtemperaturos, eorũ mox corrigit prȩſumptam ſuſpitionem, demonſtrans, Deo libitũ eſſe, ut per Filium liberemur. Vides quemadmodum non ex Patris iuſſu, ſed voluntate dixerit Dei. Hoc eſt, quod Deo ſit beneplacitum. Cum autem & Patrem noſtrum Deum appellat, rurſum beneficia in nos conferentis commeminit Chriſti, qui Patrem ſuum & noſtrum effecerit. Cur ergo ab eo deficitis, qui ſeſe erga nos tantopere liberalem exhibeat?

CVI EST glĩa in ſæcula ſæculorũ Amen.) Cum amen nullibi in exordijs antea poſuiſſet Apoſtolus, hoc loco adiecit, indicans orõnem cõſummatam eſſe iam ſibi, & ſatis ad Galatarum incuſationem eſſe iam dictum. Cõmemoratis quippe inexplicabilibus Dei muneribus, quibus hi ingratitudinis condemnant̃, quia Chriſtum deſtituiſſent de ſe benemeritũ, deincepsq; & diuinam munificẽtiam admiratus, quam verbis extollere non poterat, ampliori in Dei laudem orõne concludit.

MIROR QVOD ſic tam cito transferamini ab eo qui vos vocauit in grãm Chriſti.) Oſtendit magnam quandam de Galatis opinionem ſe præſumpſiſſe. Miror enim inquit, qui tantum inſumpſiſtis in Fide laborem, fuiſſe tam celerrime immutatos. Duobus ſane modis ſunt hi incuſandi, & quia diuerterint alio, & quia ocyſſima adeo fuerit illorum defectio, ut ad fallendum, nulla indigeant temporis dilatione, ſeductores. Quod certe horum arguit leuitatem, qui illorum deceptionibus paruiſſent. Neq; enim tranſpoſiti eſtis dixit, ſed transferamini. Hoc eſt, nondum crediderim, neq; exiſtimo iſtiuſmodi hominũ fallendi artes finem fuiſſe iam conſecutas, & circumuenire iam deſiuiſſe. Vide quam prudenter hæc tractet Apoſtolus. Nam cum crederẽt illi legi inhærendo ſe poſſe & Patri gratificari, aſſerit quemadmodum a Patre deſciſcant qui legi vacent. Ab eo nanq;, qui vos inquit, vocauit, tam cito vos transferimini, hoc eſt, a Patre in gratia CHRISTI, ut a CHRISTO videlicet iuſtificemur, & eius ex gratia non noſtris operibus. Filius quippe delictorũ veniam in gratia præbet, Pater vero ad eam nos euocat.

Galatæ ſeducti à pſeudoapoſtolis.

IN ALIVD Euangeliũ quod non eſt aliud, niſi ſint aliqui, qui vos conturbant & volunt cõuertere Euangeliũ CHRISTI.) Cum ſuas deceptiũculas ſeductores illi Euangeliũ eſſe adſtruerent, Euangelico nomini inſiſtit Apoſtolus, aitq; aliud nullũ Euangeliũ eſſe id præter quod vos accepiſtis. Vnum eſt em̃ quod rectã continet Fidem, quod nos prædicauimus. Ni forte animorũ veſtrorum obtutus perturbent̃, rogantq; quaſi q̃buſdam præſtigijs, alia vos pro alijs conſpicari, adnitentes a proprio ſenſu ad falſa diuertere. Tam & ſi non oĩa quæ Euangelio continent̃, illi præuerterent, ſed de Sabbato duntaxat & circũciſione vetus illud mandatũ deſitum iamdiu, reducerent. Oſtendit itaq; Paulus, vel ſi paululũ fuerit Euangelium ĩmutatũ, totum corrumpi. Quemadmodũ dici de regio nũmo poteſt, qui vel leuiter circunciſus, totus adulterat̃. Atqui pleriq; id factũ parui exiſtimant, dicuntq; non magni eſſe momenti, vel id ipſum aſſerere, quod illi induxerint. Ipſe vero acerrime duxerim, horũ eſſe opinioni obſtandum. Arripiẽt nanq; id dictum Marcioniſtæ, dicentq; nequa

quam eſſe

quam eſſe quatuor illa ab Euangeliſtis conſcripta Euangelij volumĩa admittenda. Perinde ac ſi qui confundendo nonnulla, demendoqꝫ ea compoſuere, ſed unum & ſolum ſuſcipiendum, quod Paulus hoc loco Euangelium dicit. At quid illud, & nos item quatuor illa pro eorũ conuenientia unum eſſe aſſeueramus. Neqꝫ ẽm hoc loco de uoluminũ numero, ſed de varietate ac differentia diſſerit Paulus. Quia diſſentiunt, inquit, inter ſe, & ſeductoribus Euangelia prædicantibus. Sic itaqꝫ deprehenditur quidem & plane conducit manifeſtiſſima Marcionis hæretici deliratio.

Marcioniſtæ. Quatuor Euãgeliſtarũ unũ eſt Euangeliũ Marcionis hæreticus.

SED LICET nos, aut Angelus de cœlo euangeliƷet vobis, præterquã quod euangeliƷauimus vobis, anathema ſit.) Nequis forte obijciat inanis gloriæ cupiditate Apoſtolũ ſua dogmata extuliſſe, & ſeipſum cũ cæteris, ſi id ageret, deteſtaĩ. Et quoniã hi ad eos confugiebant, qui dignitate præcellerent, & vitam cum Petro & Iacobo duxerant, eoſdemqꝫ cæteris longe præferrent. Propterea angelorũ nunc meminit & de cœlo adiecit. Cumqꝫ & Sacerdotes angeli vocarenĩ, ſupernas poteſtates expreſſit. Neqꝫ ẽm ſi contraria ſolum prædicauerint, intulit, ſed ſi euangeliƷauerint, id præter quod ipſi euangeliƷauimus. Hoc eſt, ſi pluſculum quidpiam ipſi adiecerint, execrationi ſubdanĩ. Cum itaque vel angelos deteſtaĩ, ſi modo aliter prædicarent, quãuis aliam vult, vel hoc ipſo obſtringi anathemate dignitatem. Se vero cum execraĩ, nec familiaritate coniunctis vel amicis parcit. Nec mihi obieceris, inquit, meos Apoſtolos, alia atqꝫ alia prædicare. Quandoqdem nec me ipſum exemerim, ſi aliqd id præter quã prædicatũ eſt, addidiſſem. Hæc aũt non ut Apoſtolos ipſos condẽnet adiunxit, ſed ut eorũ qui hiſce erroribus tenerenĩ, ora obſtrueret, oſtenderetqꝫ nullam eſſe dignitatis rõnem habendam, ubi de dogmatibus ipſis & Fide agaĩ.

Sacerdotes angeli dicuntur.

Nullam eſſe cuiuſquam dignitatis habendã rationẽ ubi de fide agitur.

SICVT prædiximus, & nunc iterum dico, ſiquis vobis euangeliƷauit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit.) Ne forſan exiſtiment illi, vel præ ira hæc Paulum, vel gloriæ gr̃a vendicandæ dixiſſe, iterato eadem illa exponit. Indicans, non temere & incerto iudicio, ſed vera animi ſnia, firmiter hæc apud ſe decreuiſſe.

MODO ENIM hominibus ſuadeo, an Deo, an quæro hominibus placere.) Futurum eſt, ut obiecta, quo tum fuerat inſimulatus, excuſet. Ne itaqꝫ illi quia perinde ac ſi in iudicium cum præceptore contendaĩ, efferanĩ, ſic inquit. Nequaquam exiſtimetis me vobis vel reſponſurum, vel id eniti & quærere, ut perſuaſos vos reddam. Quin potius meus omnis ad Deum intendiĩ ſermo, quocirca, nequaquam id ſcripſerim, quaſi per vos cupiam mihi laudem parare, vel ut diſcipulos cõpararem, ſed ideo id ſcripſi, quia Deo ſum rõnem de decretis ipſis & Euangelio redditurus, eoqꝫ nec velim hominibus gratificari. Vel aliter. Cum eum carperent multi, tanquã alia pro alijs prædicaret, accommodaretqꝫ ſe hominum voluntati, ſic ait. Nunquid hominibus perſuadere ſtudeo & illis placere, an Deo morem gerere. Si enim vellem placere mortalibus, facerem prorſus quæ ipſi obijcitis.

SI ADHVC hominibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem.) Confirmat quemadmodum ad hominum gratiam nil facere ſe ſtudeat. Dicet aliquis. Qui enim fieri poterit, quin hic blandiendo, non hominum aucupetur beneuolentiam, vel diuerſa alijs item atqꝫ alijs prædicet? Si huiuſmodi, inquit, rebus incumberem, nunquam ipſe a Iudaicis deſciuiſſem, vel Chriſto deniqꝫ adhæſiſſem. Neqꝫ neceſſitudine mihi & beneuolentia coniunctos, vel tantum gloriæ contempſiſſem, vel perſecutionibus maluiſſem & periculis obiectari, & ignominijs.

NOTVM ENIM vobis facio fratres Euangelium, quod euangeliƷatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem.) Oſtenſurus quemadmodum haud dubie legem deſeruiſſet, anteactæ meminit vitæ, & ĩmutationis tam repentinę. Indicans, nequaquam potuiſſe ſe tam ſubito ĩmutari, ni diuinitus certius aliquid comperiſſet. Idcirco inquit. Non ẽm eſt ſecundum hominem Euangeliũ meum, hoc eſt, non hominem habui inſtructorem, ſed Chriſti ipſius ſum factus diſcipulus.

NEQVE ENIM ego ab homine accepi illud, neqꝫ didici, ſed per reuelationem

IESV CHRISTI.) Id nanq; aduerſarij obiectabant, nequaquam Paulũm ut cæteros Apoſtolos Chriſtum proprijs auribus audiſſe docentem, ſed accepiſſe ab hominibus cuncta. Inquit igit̃, ille idem & mihi Euangelium reuelauit, qui Petri contubernales inſtruxit & ſocios.

Euangelium Paulo reuelatum.

AVDISTIS eñi conſeruationem meam aliquando in Iudaiſmo.) Vnde liquet, ſi quæras, Euangeliũ per reuelationem me accepiſſe? Nimirũ ex priſtina meæ vitæ conſuetudine. Nam quo pacto, q tam acerrimus fuerã Eccleſiæ perſecutor, repente adeo animum ĩmutaſſem, niſi mihi diuina maieſtas retexiſſet arcana? & furentẽ ad ſe traxiſſet? Q; aũt tam acriter Dei ſim Eccleſiam inſectatus, vel ex eo perſpicuum eſt, quia & ad vos de me fama peruenit, qui tanto interuallo a Iudæa diſtatis.

QVONIAM ſupra modũ perſecutus ſum Eccleſiam Dei, & expugnabã illam.) Aduerte ut ſingula magis amplificet. Neque eñ ſolum perſequebar dixit, ſed ſupra modum uniuerſam ſum Eccleſiam perſecutus. Neq; eo contentus, ſed expugnabã, hoc eſt, euertere cupiebam & tollere. Id eñ erat perſequentis negotium.

ET PROFICIEbam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.) Præ cæteris, inquit, qui mea erant ætate, ardoris plurimũ præ me ferebam proficiebamq; bello, quod aduerſus Eccleſiam Dei ſuſceperam, & a Iudæis mihi maximi honores deferebant̃. Nec mirum, ut quem ardentiſſimũ viderant paternarum traditionum & legis æmulatorem. Neq; eni exiſtimes Paulum iræ vel odij, vel inanis gloriæ gratia fuiſſe Eccleſiam perſecutum, ſed Dei zelo & legis. Ignarus tamen, quam Deo ipſi ingratum facinus eſſet aggreſſus. Ait igit̃, qui enim fieri poteſt, ut qui talem me in Iudaiſmo præſtiterim nunc cognita veritate, ob humanæ gloriæ cupiditatem alia atq; alia prædicem, non ea quæ veritas ipſa depoſcit, & Chriſtus ipſe me docuit.

Eccleſiã perſequebatur Paulus zelo legis & Dei, non odio.

CVM AVTEM placuit ei, qui me ſegregauit de utero Matris meæ.) Quæret aliquis. Si ex Matris utero in Euangelium ſegregatus eſt Paulus prædicandum, & a Deo electus, cur myſterij diſpenſatione tam diu eſt in Iudaiſmo relictus? Id ſcilicet, ut tam repens illius ĩmutatio & multis faceret Fidem, & traheret ad Chriſtum multos. Segregauit autẽ hunc non forte Deus, ſed præſcientia. Vt quem dignum Euangelij præconem longe ante vidiſſet.

ET VOCAVIT per gratiam ſuam.) Vocauit hunc Deus ſua virtute & gratia. Vas nanq; electionis mihi inquit, futurus eſt iſte. Is vero pro huiuſmodi gratiæ munere a Deo ſuſcepto, humilior redditus, vocatum ſe dicit. Non ꝙ id fuerit ipſe promeritus, ſed quia ita ſit diuinæ clementiæ placitum.

VT REVELARET Filium ſuum in me.) Non enim mihi dixit, ſed in me reuelaret. Arguens, non verbis ſolum ſe hunc didiciſſe, ſed corde interioris hominis ſcientia circumfuſo, & Chriſto in eo loquente, multo Spiritu fuiſſe imbutum.

VT EVANGElizarem illum in gentibus.) Reuelauit mihi & Filium, ut non modo eum his oculis cernerem, ſed ad alios etiam illius nomen perferrem. Nec ſolum quia in eum crediderim, Dei effectum eſt gr̃a, ſed ut ab eodem etiam confirmaret. Cur ergo me dicitis ab hominibus fuiſſe inſtructum. Nec ſimpliciter ut euangelizarem hic dixit, ſed in gentibus. Perinde ac ſi inquiat, ſi eñ ad gentes erat illius nomen per me deferendum, quo pacto & gentibus circumciſionem prædicauerim?

CONTINVO non acquieui carni & ſanguini.) Hoc eſt, nequaquam me ad
» Apoſtolos colloquendi gratia contuli. Hos nanq; carnem vocat & ſanguinem, a
» natura eos denominans. Vel ſimpliciter de uniuerſo hominum genere loquit̃, perinde ac ſi dicat. A nemine ipſe mortalium quicquam perdidici. Vel forte de neceſſarijs & ſanguine ſibi coniunctis nunc dicit, quia nulla illorum habita ratione, protinus ſe ad Chriſti nomen vulgandum contulerit.

NEQVE VENI Hieroſolymam ad interceſſores meos Apoſtolos.) Cur Paulus his utit̃ verbis, non a deo erat cæcitate offuſus, ut ſatis ſe tantæ rei facturũ virtu-

te propria

te propria exiſtimaret? Nec crederet ullo ſe indigere ad eam rē conſultore? Cur eñ dicentē illum non intellexit. Ne ſapiens ſis apud teipſum, & heu qui ſibiipſis ſapientes vident̃, quod tamen procul a Paulo abfuit, qui hæc dicere cogebat̃. Non quo ſe magnificaret, ſed ut detractores frenaret, qui paſſim iactarēt præter ſe reliquos non eſſe ſectandos Apoſtolos. Qui vel ipſum dignitate præcederent. Erat quippe nil æquū ut qui Deum habuerat inſtructorem, humanæ demū doctrinæ ſtuderet. Non igit̃ arroganter hoc loquit̃, ſed ut prædicationis patefaciat dignitatem. Conceſſit tamen & Hieroſolymam longe poſt, non diſcendi grã, ſed aliis perſuadendi. Deinde haud quaquã ſtatim reuertit, in ipſis videlicet Fidei ſuſceptæ primordiis, ſed longo poſt tempore repetiit Hieroſolymam, & tunc qdem perſuadendę Fidei grã.

SED ABII in Arabiam & iterum reuerſus ſum.) Incultiora ſane hæc loca & pene agreſtia peragrabat. Nam ſi fuiſſet apud Apoſtolos commoratus, poterat forſitan eius prædicatio interpellari, ne celeriter adeo Euangelium vulgaret̃. Et ideo ad rudiores gentes & loca minus exculta, ſe conferebat. Attende Pauli humilitatē, qui ciuitatibus & locis enumeratis, in qbus Euangeliū prædicaſſet, nequaquã expreſſerit, quot hominū milia ad Fidem traduxit. Qui vel Damaſci Iudæos adeo confundebat, ut vel a præſide ciuitatis perpeſſus inſidias ſit. Fit ergo ut haud quaquam iactantiæ & laudis grã dicat, quæ videt̃ de ſe ingentia prædicare, ſed ne illius prædicatio offendat̃, ſi Fides prædicanti ſibi detraheret̃. Quandoqdem vilem eum & parui momenti dicerent detractores & diſcipulorum diſcipulum.

Detractores Paulum diſcipulorum diſcipulū uocabāt.

DEINDE poſt annos tres veni Hieroſolymam, videre Petrum.) Vel hoc quidem præfert humilitatem. Siquidem qui tantas res geſſerat, ad Petrum ſe contulit. Non utilitatis cuiuſpiam gratia, ſed viſendi. Vt eum qui eſſet ætate prouectior, veneraret̃ & magnifaceret. Et quemadmodū ipſi viros ſanctitate ornatos viſum procedimus, tametſi ipſi id agimus, ut aliquid virtute proficiamus, ita & Paulus honoris duntaxat gratia ut Petrum ſpectaret, acceſſit.

ET MANSI apud eū diebus qndecim.) Quod Petrū hic viſeret, delatū prætēdit honorē. Quod ſecū manſerit, charitatis eſt ſummæ & amicitię argumentū. Non eñi ab eo edoctus ſum aliqd dicit, ſed apud eum dies qndecim manſi, hoc eſt, cum eo.

ALIVM AVTem Apoſtolorū vidi neminē, niſi Iacobum fratrem dñi.) Petrum ſpectandi cupiditate, Hieroſolymã iuit, adeo illum venerabat̃ & coluit. Vidit præterea & Iacobum, quē honoris cauſa dñi fratrem appellat, tametſi erat neceſſitudine dño iunctus, propinquitate ac vulgata quadam hoim opinione. Cleophes nanq; & Ioſeph Germani fuere. Cleophes nullis relictis liberis, vita exceſſit. Huic ſemen excitauit Ioſeph, ſuſcepitq; filios Iacobum & reliquos fratres, & Mariam quã Cleophæ eſſe, & Mariæ Chriſti genitricis ſororem, Euangeliū aſſerit. In hac itaq; beatiſſima virgine tutanda Patris curam exhibuit Ioſeph, non viri affectum ſeruauit.

Cleophes & Ioſeph Germani fuere.

Ioſeph beatiſſime uirgini loco patris fuit.

QVE AVTEM ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.) Tanquam eſſet pœnas in iudicio ſubiturus, ita verbis & oratione contendit, ut Fide non indignus appareat, & veridicus deprehendatur.

DEINDE VENI in partes Syriæ & Ciliciæ. Erã aūt ignotus facie Eccleſiis Iudęæ quæ erant in CHRISTO, tantum aūt auditum habebant, quoniã qui perſequebatur nos aliquando. Nunc euangelizat Fidem.) Cum per cauſam Petrū viſendi Iudæam adiiſſet, ex ea rurſum abſceſſit. Tum quia eſſet gentibus ad prædicandū iam deſtinatus, tum quia minus æquo anĩo ferret, fundamētis maximas moles imponere, quæ alii haud firma ieciſſent. Et ideo inquit, eram equidem Chriſtianis qui in Iudęa, tunc verſarent̃ incognitus facie. Qui ergo fieri poterat, ut circumciſionē his prædicarem, qbus non eſſem ex facie notior? Ob id nanq; Pauli facta hi detrectabant, qa in Iudæa de circumciſione iam prædicaſſet. Vnde hoc infert, duntaxat auditu perceperant, quia ad Chriſtum eſſem cõuerſus, & hunc ipſum mox prædicarem.

ET IN ME glorificabant Deum.) Vel humilitatem his prætulit dictis, qa nihil

de ſe ad iactantiam dixerit, ſed mirabanẽ, inquit, meam conuerſionem & obſtupebant. Quo fit, ut eam rem omnem Deo adſcribat. Inquit enim Deum glorificabant, & efferebant laudibus, qui rem tantam eſſet in me operatus.

CAP. II.

DEINDE POST ANNOS QVATuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem.) Prioris aſcenſus occaſionem Petrus exhibuit, quem viſere cupiebat. Secũdi reuelatio ipſa. Titum vero & Barnabam prædicationis ſuæ ſecum una teſtes traduxit. Eo ꝙ hæc res grata ſit Apoſtolis viſa.

Titus & Barnabas Pauli ſocii.

ET CONTVLI cum illis Euangelium quod prædico gentibus.) Hoc eſt, quod abſq; circũciſionis mentione per me prædicaẽ. Quæret aliquis. Quamobrem Euangelium hoc tam longo poſt temporis interuallo cum Apoſtolis contulit, quod erat initio ſtatim cum his conferendum, & intelligendum, utrum recte an minime iter acceleraret? Eſſet utiq; inſipientiæ accenſendum, ut ei qui feſtinus adeo curreret & regiones tam multas iam peragraſſet, ſi longe poſt perdiſcendum fuiſſet, utrum cucurriſſet in vanũ nec ne. At ſi ob id Hieroſolymam repetebat, ut certior de proprio curſu efficereẽ, viſum eſſet id plane abſurdius. Sed cũ multos videret iri offenſum, animaduertentes Petrum circũciſionem admittere, & ſe prohibere, eoq; & legem præuaricatũ exiſtimantes, ex Spiritus reuelatione iterato Hieroſolymam petijt, Spiritu eodem ut eo pergeret ſuggerente, ut hi qui fuerant hac diſſenſione offenſi, perſuaſum haberent, nihil a Petri prædicatione differre, quod ipſe iam prædicaſſet. Crederentq; qui circumciſionem etiam permiſiſſent, diſpenſatione quadam permittere. Quandoquidem & circumciſis Euangelium prædicarent. Cur ergo id factum abſurdum debet & iniquum videri, præſertim cum Spiritus ipſe, alios tunc dirigendi gr̃a Paulum inſtigaret, ut iter Hieroſolymam verſus remetireẽ.

Paulus cur Hieroſolymã reuerſus.

SEORSVM aũt his qui videbanẽ aliquid eſſe.) Quoniã erant, ut diximus, ea re permulti offenſi, ſeorſum ꝙ cum Petro eſſent, alloquiẽ Paulus, ne factio aliqua orireẽ, & acrior longe quã erat occepta, excitareẽ diſcordia. Erant nanq; fere innumeri qui ægre ferrẽt, circumciſionẽ Apoſtolum inanẽ iam & ſuperuacaneam reddidiſſe. Quo circa, ſi publice prædicantẽ hunc audiſſent, & eam tollentẽ, nimirum tumultuatum forſitan per auditores deniq; foret, & oĩa obturbata. Propterea igiẽ ſeorſum concionaẽ, Titum habens in teſtẽ & Barnabam, qui apud oẽs poſſent bona venia confirmare, cæteris Apoſtolis viſum, haud quaquam aliud prædicandum quã ipſe iam prædicaſſet. Qui videnẽ aliquid eſſe, cum inquit, nequaquã his Apoſtolus imminuit dignitatẽ, ſed eos potius ut ſua, ſic & aliorum ſñia comprobet, quẽadmodum & de ſeipſo iam dixerat. Quoniã videor & ipſe Spiritũ Dei habere. Neq; eñ id dixit, ut Spiritum ſeſe habere negaret, ſed ut communẽ induceret opinionem id affirmantium, qui videbanẽ autem aliquid eſſe, hoc eſt, qui magni ſunt & præclari.

NE FORTE in vacuum currerẽ aut cucurriſſem.) Hoc eſt, ut eos cõmonefaciã quos ipſe perculerim, nil prorſus inanẽ meum eſſe decurſum. Non ut ego ab his aliquid diſcam, quippe cui a Patre, & Filius ſit reuelatus, & filij Euangelium.

SED NEQVE Titus qui mecũ erat, cum eſſet gentilis, cõpulſus eſt circumcidi.) Cum Titus, inqt, eſſet incircũciſus, haud quaquã circumcidi cõpulſus eſt, quod ſane maxĩo eſt argumẽto, neq; Apoſtolos ipſos niſi diſpenſatione quadam & arte, ne circumciſos fideles offenderent, circumciſionẽ hanc permiſiſſe, neue Pauli prædicationẽ detrectandi haberent occaſionẽ, cuius diſcipulus eſſet in circumciſus.

Cur ab Apoſtolis quibuſdam permiſſa circunciſio.

SED PROpter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatẽ noſtram, quã habemus in CHRISTO IESV, ut nos in ſeruitutẽ redigerent.) Perinde ac ſi dicat. Non eñ pro inductitijs fratribus circumcidi cõpulſus eſt Titus. Hoc eſt, vel ſi præſentes eſſent, mihi qui aduerſanẽ, haud quaquã illorum reſpectu, veri Apoſtoli Titum, ut circumcidereẽ compellerent. Verum quo pacto falſos hos fratres, quia circumciſionem induxerint nuncupat, quandoquidem vel hanc ipſam

Apoſtoli excepiſſent. Quia cum Apoſtoli credentibus,longe anteq̃ ad fidem ueniſſent circunciſis,ut ad eorũ ſolamen aliquid indulgerent,circunciſionem huiuſmodi admittebant. Vtpote qui apud Iudæos & concionarentur,& Euangeliũ prædicarent,qui circũciſi iam erant,& lege in primis circunciſionem ſanxiſſent,tanq̃ legem ipſam tutantes. Quocirca falſorum his fratrum indidit nomen. Quinetiam cũ ſubintrogreſſi ſunt,inquit,latentes illorũ prætendit inſidias, eoq; & libertatem hos noſtram exploraſſe affirmat. Vnde & hoſtes hos eſſe deſignat. Exploratores nanq; dimiſſi,nihil ob aliud clandeſtino ingreſſu ſubeunt caſtra,niſi ut hoſtium perſpectis conditionibus,delere illos & ſubigere queant facilius. Quod ſane & hi factitabant. Nam quales eſſent circunciſi perſcrutabantur, qui in Chriſto haberent libertatem. Hoc eſt, qui nequaq̃ legi ſubiecti eſſent, ut eos deprehendant, cogantq; circuncidi, & nos iterato legis ſeruitute obſtringant, qua Chriſtus exemit. Inde igitur liquet, Apoſtolos eo promiſiſſe quæ legis eſſent, ut pedetentim a legis ſubtraherentur ſeruitute. Hi uero contra, ut ſeruitutem huiuſmodi ſtabilirent,machinabantur.

Circunciſio permiſſa ab Apoſtolis per indulgentiam.

QVIBVS NEq; ad horam ceſſimus ſubiectioni,ut ueritas Euangelij permaneat apud uos.) Nec uerbo dixit,ſed ſubiectioni. Quippe qui id nõ inſtruendi nos gratia facerent,ſed ut ſubactos redderent & ſeruituti obnoxios. Vnde & Apoſtolis quidem nos ceſſimus inquit, his uero qui circunciſionem inducunt, nequaq̃ ut firmiora permaneant & indubitata,quæ uobis ipſi iam prædicauimus. Cuiuſmodi illa fuerint ſi quæras, hæc equidem dixerim. Et quia uetera tranſire, & lex ipſa inanis ſit & uacua reddita,& demũ quia circunciſos nil ultra Chriſtus admittat,nec iuuet,illis itaq; obſiſtendo docuimus uera eſſe,quæ uobis de legis uacatione prædiximus. Nolite ergo a ueritate eiuſmodi per me prædicata procul abeſſe.

ABIIS AVTEM qui uidebantur eſſe aliquid,quales aliquando fuerint nihil mea intereſt,Deus enim perſonã hominis non accipit.) Quoniã nec immerito poſſet hoc loco quiſq̃ hunc in modũ occurrere. Cur ergo. Si res ita ſe habet,ut inqs,circunciſionem Apoſtoli iniunxere, ſoluit itaq; obiectionem hanc Paulus,tametſi nõ certam rei huiuſce cauſam exprimat,quemadmodũ uidelicet diſpenſationis cuiuſdam gratia,ut dictum eſt,circunciſionem permiſiſſent Apoſtoli. Ne forte, qui ex Iudæis crediderant, hac ipſa præcepta de cauſa,ab Apoſtolis ipſis deſciſcerent,ut qui eorũ ſoluerent legem. Cũ interea his inhærerent,quia legem uiderent tutari. Hanc itaq; rationem,ut dixi occultat Apoſtolus,urget aũt hoc loco ualde Apoſtolos inquiens, nihil mea intereſt. Hoc eſt,nulla de his mihi eſt cura qui aliquid eſſe uidentur,Apoſtolis ſcilicet qui præſtantiores ſint. Siue circunciſionem hanc prædicent. Siue minime. Ipſi nanq; hac de re Deo ſunt rationem aliquando reddituri, neq; enim illorũ perſonã,quia & dignitate præſtent,& aliorum ſint principes uerebitur Deus,quippe qui nullius perſonam accipiat. Aduerte autem,quemadmodum haud quaq̃ quales aliquando ſunt dixerit, ſed quales fuere, ut oſtendat intermiſiſſe illos priſtinam ſuã conſuetudinem,cum ubiq; clareſcat Chriſti præconium, hoc autem intulit Paulus,non ut ſanctos contemnat,ſed ut auditoribus ipſis aliquid conferat utilitatis.

Deus hominũ perſonarũ nõ eſt acceptor.

MIHI ENIM qui uidebantur eſſe aliquid nihil contulerunt.) Illi, inquit, qualeſcunq; fuere, Deo ſunt curæ. Id uero exploratum habeo & compertum, iſtiuſmodi ſcilicet Apoſtolos,nil mihi aduerſatos fuiſſe,neq; his quæ iam prædicauerim,uel addidiſſe aliquid,uel ſubtraxiſſe.

SED CONTRA cũ uidiſſent quod creditum eſt mihi Euangelium præputij,ſicut & Petro circunciſionis, qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circũciſionis operatus eſt & mihi inter gentes, & cum cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi, Iacobus & Cæphas & Ioannes,qui uidebant̃ columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes,ipſi aũt in circunciſionem.) Nõnulli hæc ita interpretati ſunt,perinde ac ſi dicat. Non modo quæ ipſe prædicãdo protulerim nil emendarunt,ſed quod cõtra eſt,correcti a me fuere & caſtigati. Quod tamen longe eſt ſecus.

eſt ſecus. Qui enim hi poterant caſtigari, quibus nihil ad perfectionem deeſſet? Verum id hoc loco ſentit Apoſtolus, uidelicet contra dextras mihi iunxere ſocietatis, poſtea alia quæ ſubſequuntur ſunt interiecta. Videntes ſcilicet, quoniam creditum mihi eſt circuncißionis Euangeliũ & reliqua. Et adeo, inquit, ut dicta mea reprehenderent longe hi abfuere, ut etiã probarent & conuenirent, ut ipſe quidem & Barnabas in præputium inter gentes Euangeliũ uulgaremus, ipſi uero in circuncißionem Hoc eſt, Iudæis euangelizarent. Circunciſionem autem & præputiũ, haud quaq; ut rem ipſam exprimeret ponit, ſed ut incircunciſos & circunciſos deſignet. Quinetiã parem hoc loco ſe Petro demonſtrat. Nam qui Petro operatus eſt, inquit, in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt mihi inter gentes. Aduerte autem, quemadmodum non ſolum Apoſtolos iuuerit Pauli prædicatio. quin & Deo placita ſit. Apoſtoli nanq; cum cognouiſſent gratiã Dei, non audiſſent dixit, hoc eſt, cum ex literis ipſis Diuinæ gratiæ notionem huiuſmodi habuiſſent. Quo enim pacto id mihi de ſe præconium demandaſſet, niſi fuiſſet hoc illi pergratum? Proinde nec ſine eorum laude hos ipſos cõmemorat, inquiens. Nam qui columnæ uidentur, hoc eſt, præſtãtes illi quos ubiq; terrarũ uniuerſi miris efferunt laudibus, mox teſtabuntur, Deo meum id eſſe acceptum præconium, eoq; & dexteras mihi dedere, hoc eſt, cõuenere illi ſecum & me ſibi cõſociarunt, & præ ſe tulerunt eis eſſe oblectamento quod nos prædicamus, quandoquidem nil noſtra ab eorum diſſentiat prædicatio.

Paulus Petro ſe parem demõſtrat.

VT PAVPERVM memores eſſemus, quod etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere.) Partiti, inquit, inter nos ſumus, quo ſnã prædicando inſtrueremus. Pauperes tamen quorũ & curam ſuſcepimus, nihil ſpreuimus, ſed una cũ illis curamus. Erant eni Hieroſolymis cõplures credentium, quorũ bona direpta a perfidis Iudæis fuiſſent, ita ut neceſſarijs ipſis ad uitã carerent, Non enĩ acerbe adeo ſuos qui fidem ſuſceperant inſectabanſ Gentiles, ut in Chriſtianos deſęuiebant Iudæi. Qui eorũ ex genere Chriſtũ eſſent ſectati. Idcirco Paulus ſuos omnes enixe intendit neruos, ut illis proſpiceret. Quod ſane & ipſe fatetur, cũ inquit. Diligentior fui idipſum facere. Nam collecta undiq; & ab his cõquiſita, quos ad fidem inſeruerat, ad pauperes hos deferebat.

CVM AVTEM ueniſſet Petrus Antiochiam in faciem eius reſtiti.) Putant hoc loco nõnulli Paulum hypocriſis Petrum inſimulaſſe, quod tamen eſt longe ſecus. Nam quæcunq; in Petrum uidetur uel dixiſſe uel egiſſe Apoſtolus, diſpenſatione quadã per eum & dicta ſunt & peracta. Petrus ſiquidem, cum Hieroſolymis eſſet, circuncidi qui credidiſſent Iudæos permiſerat, exiſtimans haud quaq; fas eſſe, repente illos a lege diuellere, ne acrius exacerbaret. Antiochiam uero cum ſe contuliſſet, cum ethnicis & cibum ſumebat. Commigrantibus itaq; ex Hieroſolymis uiris quibuſdam in Antiochiam, ſubtrahebat ſe Petrus ab ethnicis, ne Hieroſolymitanos offenderet, ſimul & ne iuſtam Paulo occaſionem præberet, ſe increpandi, eoq; caſtigantem hunc ſuſtinet. Erat enim futurũ, ut Magiſtro increpito & obticente, ad meliora ſe conferrent diſcipuli. Quod autem ille in faciem reſtitit, arguit utiq; contentionem inter hos aliquam fuiſſe obortam. Non enim de diſcipulis inter ſe contendebant, quod haud dubie illos plurimũ offendiſſet, ſed conſtat quidem altercationem huiuſmodi diſcipulis emendationi fuiſſe. Cum enim nihil cõtradiceret Petrus, perſpicuum erat, pergrata illa fuiſſe, quæ a Paulo obijcerentur.

Cur Petro Paulus reſtiterit.

Petrus timebat à Paulo reprehendi.

QVIA IRRE prehenſibilis erat.) Non ſolum erat a me ille redarguendus, ſed ab alijs etiã, qui huiuſmodi diſpenſationis cauſam ignorarent, exiſtimantibus forſitan per hypocriſin potius illud, & ſimulationem effectũ, ut Hieroſolymitanis abſentibus cum ethnicis ueſceretur, præſentibus uero ab eorum conuiuio deſtitiſſet. Nõnulli uero ſic ſentiunt. Quod Petrus uidelicet ea eſſet de cauſa iure coarguendus, quia cum Cornelio cibum ſumpſiſſet, a cuius ueſcendi commercio ſe ne rurſum argueretur, ſubtraxerit, ſubtractoq; indignabundus obſtiterit Paulus.

Paulus nõ accuſauit Petrũ de hypocriſi, ut quidam putant.

PRIVS ENIM quam uenirent quidam a Iacobo cum gentibus edebat, cum autem ueniſſent.

ueniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circũciſione erant.) Explicat & reprehenſionis cauſam. Iacobus is domini frater erat qui & Hieroſolymis prædicabat. Vtpote qui in his, epiſcopi officio fungeret̃. Ab hoc igitur nõnulli, qui ex Iudæis crediderant, & ſi a lege penderent, dimiſſi ſunt, ut Antiochiam peterent. Hos poſtquam eo peruenere, Petrus mox conſpicatus, ueritus non ſibi periculum, ſed ne illi offenſi a Fide deſciſcerent, ſe ab Ethnicorũ conuerſatione ſubduxit. Huius cauſæ cum eſſent pleriqꝫ ignari, Petrum criminabantur.

Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus.

ET SIMVLAtioni eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illã ſimulationem.) Rem ipſam quæ geſta ſit, hypocriſin dicit. Neqꝫ enĩ uoluit Petri mentem retegere, quinetiam ſuperuacaneam illorum legis obſeruationem, hypocriſin nuncupat, ut radicitus tollat hunc animi in legem affectum. Cæteros autẽ Iudæos, eos appellat, qui ex Iudæis in Antiochia credidiſſent, deſugerentqꝫ in circunciſorum, commercia.

SED CVM uidiſſem ꝙ nõ recte ambularent ad ueritatem Euangelij, dixi Cæphæ coram omnibus.) Nec te id dictum obturbet. Non enim ad Petrũ condemnandi hoc gratia dixit, ſed ob futurũ mox Iudæis profectum, cum Petrum quia legi inhæſerat, audiſſent increpitum, perinde ac ſi dicat. Si ille legis de cauſa obiurgatur, quid demũ eſtis uos perpeſſuri. Idcirco nanqꝫ omniũ hunc in conſpectu redarguit, ut id audientes, legem ſectari acrius reformidarent. Cum Petrus, qui tam ſolidũ eſſet eccleſiæ ſubſtentaculũ, Pauli increpatione affectus, nil habeat quod cõtra poſſit afferre uel excuſare. Quidam uero nequaq̃ Petrum eximiũ illum, & præſtantem Chriſti ſectatorem, a Paulo fuiſſe increpitum aſſeuerat, ſed alium quendã ex duobus illis & ſeptuaginta Cæpham nomine. Ad quod confirmandum id in argumentũ producit dicens. Neqꝫ enim dicebat, ut qui initio cauſam explicauerit facti, quia cum Cornelio ſit epulatus, excuſaſſetqꝫ quia offenſum aliquos iret, ſi minus circũciſioni aſſentiretur, ut caſtigatione iterum indigeret. Sed audi uir prudentiſſime, neqꝫ enim uel ipſi Petrũ aſſerimus quaſi neſcium qd ea in re fieri oportuiſſet, fuiſſe a Paulo caſtigatũ, ſed ultro dicimus ſubijſſe conuitia, ut exemplo cæteris ad tolerantiam eſſet. „

Quidã non Petrũ ſed Cæphã unũ ex duobus & ſeptuaginta à Paulo uolunt reprehenſum.

SI TV CVM Iudæus ſis gentiliter uiuis, & non Iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare?) Vniuerſis fere iſtiuſmodi inclamat Apoſtolus, ueſtrum inquiens imitamini præceptorem, ecce nanqꝫ & is cum eſſet natione Iudæus, cum gentilibus ueſcebatur. Aduerte autem quemadmodum nil Petrum incuſet, ob legis uetuſtæ obſeruationem, ſed diſcipulorum reſpectu, qui eſſent gentiles, ſit illi iurgatus. Vt qui hos fuerit ad circunciſionem hortatus, & Iudaicos ſectari ritus impulerit. Erat enĩ hoc pacto futurum, ut eius uideretur acceptior prædicatio.

Chriſtus cum gentilibus ueſcebatur.

NOS NATVRA Iudæi & non ex gẽtibus peccatores.) Natura, hoc eſt, proſeliti non ſumus, ſed progenitoribus orti Iudæis, & ſimul cũ lege educati, omiſſa priſtina in qua coaluimus uita, ad Chriſti fidem confugimus.

SCIENTES autem ꝙ non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem IESV CHRISTI, & nos in CHRISTO IESV credamus, ut iuſtificemur ex ſide Chriſti & non ex operibus legis, propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.) Vide q̃ libere & nihil hæſitans omnia proloquat̃. Non enim inquit, legem reliquimus, quia iniquior, ſed quia infirmior eſſet & impotens iuſtificationem largiri. Nam exequi illius opera poterat nemo, quia grauia erant, nec factu facilia. Nõ operum magnitudine, ſed uilitate potius. Vel aliter. Quia nihil animã ſanctificaret lex illa, ſed corporis ſordes dilueret, ergo ſuperuacanea eſſe conuicitur circunciſio, & in progreſſu orationis ſic inquiet, periculoſa eſt lex, & a Chriſto nos alienans.

Animã lex nõ ſanctificabat.

QVOD SI quærentes iuſtificari in Chriſto inuenti ſumus, & ipſi peccatores, nũquid Chriſtus peccati miniſter eſt?) Quæſiuimus, inquit, relicta lege in Chriſto iuſtificari, ſicuti & uos affirmatis legẽ relinquere delicti loco haberi. Ob id igit̃ in peccatũ nos Chriſtus coniecit, q̃nquidem eius de cauſa quæ legis ſunt, reliquimus oĩa.

Fit itaqꝫ ut

Fit itaq; ut non ſolũ nihil nos Deus, ut ipſi fatemini, iuſtificauerit, ſed ex eiuſmodi eius omittendæ legis perſuaſione, maiorem nobis condemnationẽ ſubminiſtrarit.

ABSIT.) In re ſane abſurda dicendo progreſſus, nulla opus habuit probatione ſed contentus procul hæc a ſe reieciſſe, quod facere ſemper in his quæ minus optanda ſunt conſueuit. Abſit, dixit.

SI ENIM quæ deſtruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me conſtituo.) Attende Pauli prudentiam. Ferebant nanq; illi qui legem ſolueret, legis eſſe præuaricatorem. Is uero longe cõtra rem ſe habere demonſtrat. Nam qui legem, inquit, ſeruarit, legis eſt præuaricationi obnoxius, quippe quia non fidem ſolũ, ſed legem ipſam tranſgreditur. Lex enim ait, me ad fidem duxit, ſuaſitq; ut ſeſe obmitterem, quemadmodum paulopoſt dicturus eſt. Interea uero legem ipſam ceſſaſſe affirmat & inanem eſſe iam redditam, & idcirco hiſce ex rebus illam adſtruimus, quibus deleuimus ab ea deficientes. Si itaq; ſtatuere eandem contẽdimus, præuaricatores efficiemur, utpote quia ea ſtatuamus, quæ ſunt a Deo abolita.

Lex inanis reddita & ſuperuacua.

EGO ENIN per legem legi mortuus ſum.) Confirmat quibus ſubſtulerit legẽ modis, Ait nanq; per gratiæ & Euangelij legem, legi Moyſi demortuus ſum. Vel quia mortuus legi per legem inquit. Hoc eſt, Lex ipſa quæ mihi fuit ad Chriſtũ præuia, ne amplius legi uacarem, cum Moyſi, tum prophetarũ uerbis ſuaſit. Si itaq; rurſum illi intenderim, eius haud dubie tranſgreſſor fuerim. Vel interpretari hoc ipſm in hanc ſententiã poteſt. Iubebat lex ipſa, eum qui legis ſcripta minus exequeretur, & ſupplicijs, & nece affici. Cum itaq; perfici ea nõ poſſent, quantũ in lege eſt, morte afficior. Nolim igitur quidpiam mihi lex ipſa iniungat, ut quantũ intereſt ſua, mortuus ſim, & animæ morti adſtringar. Quandoquidem crimini detur, cũ nequeam eius iuſſa peragere. Proinde, & corporis ſubierim mortẽ, quoad uel morti ſim a lege adiudicatus. Quo igitur pacto legi intenderim animũ, quæ mihi interitũ ſit allatura?

VT DEO VIuam, Chriſto crucifixus ſum cruci.) Ne quis dixerit, quo pacto uiuis cum mortuus ſis? Lex quidem, inquit, uel uiuentem me ſubſtulit, Chriſtus uero & ſi mortuũ me exceperit, uitæ reddidir ſpiritali, quia cum eo ſum baptiſmi gratia cruci affixus. Vnde duplici modo debet id mirum uideri, tum quia & mortuum uiuificarit, tum quia per mortem uitam reſtituit.

VIVO AVTEM iam non ego, uiuit aũt in me Chriſtus.) Cum, inquit, cruci ſum Chriſto confixus, baptiſmũ prætendit. Cum uero uiuo ego, quæ inpoſterũ poſt baptiſmũ uiuitur, uitã demonſtrat. Viuit aũt in me Chriſtus, hoc eſt, nihil in me gerit ꝗd non ſit pro illius arbitrio geſtũ. Quinimmo tanq̃ dominus ille præpotens in me omnia peragit. Quinetiã uel noſtra eſt uoluntas demortua, uiuit uero illius, & uitã hanc noſtrã moderatur. Si ergo uixerim ego in Chriſto, aliam quandã quã quæ legi inſit, dego uitã, & legi ſum ipſe demortuus, ita ut nihil quod legis ſit, queã ſeruare.

Legi mortuus.

QVOD AVTEM nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei.) Quæ retuli, inquit de ſpiritali dicta ſunt uita. Nec minus uel ſenſibilem mihi comperies a Chriſto ineſſe. Lex enim ipſa ſi nequaq̃ ſeruetur, omnes reddit peccato obnoxios, & tormentis ſupponit. Nec prohibet quo minus omnes ut præuaricatores perdantur, quemadmodũ in diluuio contigit. Chriſtus uero adueniens ſua morte iuſtificatos a damnatione exemit. Quo fit, ut ſenſibili hac, quã in carne ducimus, uita, ob noſtrã in Chriſto fidem, nos potiamur, Quæ & nos iuſtos effecir, & a legis damnatione eripuit.

QVI DILEXIT me, & tradidit ſeipſum pro me.) Atqui & ſi pro oibus ſeipm tradidit Chriſtus, æqueue omnes proſecutus eſt charitate. Paulus tamen aduertens quantis nos ille exemerit malis, & qualibus donis affecerit, charitate ipſa accenſus, ꝗd cunctis erat cõmune, proprium facit. Quemadmodũ & Prophetæ cũ dicerent, Deus Deus meus, ſimul etiã patefacit, haud ſecus debere ſingulos Deo gratias agere, ac ſi pro priuata duntaxat eorũ ſalute mortem obierit. Prætendit inſuper & illud Chriſtũ uidelicet pro omnibus mortem ſubijſſe, ſolos tamen qui in eũ crediderint,

illius fuiſſe

illius fuiſſe beneficijs uſos. Quo fit, ut qui legem attenderit, neceſſario arguat Chriſtum pro ſe minime obijſſe. Quo ergo pacto non id ipſe horreſcis, qui legem repentes, inanem fuiſſe & tantidem Chriſti mortem oſtendis? Nota autem id dictum, qui tradidit ſeipſum, aduerſus Arrianos facere plurimũ, qui contra ſentiunt.

Contra Arrianos.

NON ABIICIO gratiam Dei.) Concludit tandem, & inquit. Haud quaquam abiecerim, nec repudiarim, quam mihi Deus largitus eſt gratiam, qui me ſua morte nullis legis operibus iuſtificauit, eoq́; nec legi animũ ſum adiecturus.

SI ENIM PER legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.) Si enim lex, inquit, & ſalutem parare, & iuſtificationẽ poterit, gratis ergo & fruſtra mortẽ obijt, Chriſtus. Qui ideo mortuus eſt, ut ſua morte ſaluos nos redderet, quos ſaluare lex ipſa nequibat. Quod ſi facere legi id licuiſſet, profecto ſupuacanea Chriſti mors extitiſſet. Quod ſi ipſe aſſeueraueris, uides q̃ impietatis progreſſura eſſet blaſphemia.

O INSENSATI GALATAE, QVIS VOS faſcinauit non obedire ueritati?) Vos equidem dixerim inſenſatos, quandoquidem fide, non lege ſanctitas conſtat. Ex ſuperioribus autem cũ oſtendiſſet, non ab hoibus accepiſſe munus illud Apoſtolatus, hominũ interceſſu fidem ſibi uendicaſſet, haberetq́; hos perſuaſos, licentius diſſerit. Collaturuſq́; cum fide & legem, dementes illos primo appellat. Nec tanq̃ ſit ipſe legem præuaricatus, ſed perinde ac illam enixius obſeruaſſet, id dixit. Neq́; enim qui ſimpliciter fratrem ſtultitiæ arguit, reus futurus eſt, ſed qui fruſtra, & ſine cauſa. Galatæ uero iure optimo inſenſati ſunt dicti, quia tot bona, animo & cogitatione, haud quaq̃ complecterentur, inanemq́; & ſuperuacaneam reddiderint Chriſti mortem. Aduerte autem quemadmodũ poſt multa indicia & argumenta, illis cõuicietur. Moxq́; & offenſos forſitan mitiget. Neq́; enim dixit, quis uos ſeduxit, ſed quis faſcinauit. Hoc eſt, quis inuidet, arguens ob inuidiam potius & liuorem, non cura & prouidentia, nõnullos illis, legi eſſe obtemperandũ, perſuaſiſſe. Neq́; id egiſſe tanq̃ quod deeſſet mox ſuffecturi, ſed ea quæ ſunt uel certiora iminuant. Sic enĩ facere cõſueuit inuidia. Neq́; ut eiuſmodi uim per ſe habeat liuor, id dixit, ſed quia magiſtrorũ impulſu, q hac perciti iuidia ſunt, ad ea illi peruenerint & legẽ ſectenĩ.

CAP. III.

Ex fide nõ ex lege ſanctitas.

ANTE QVOrũ oculos IESVS CHRISTVS ꝓſcriptus eſt, & in uobis crucifixus.) Conſtat ſane Hieroſolymis fuiſſe IESVM cruci affixum, cur ergo ante horum oculos ait, & in uobis in patibulum hunc fuiſſe ſublatum? Quia fidei oculis longe acrius hi conſpexere, quã qui præſentes fuere & conſpicati ſunt. Illorum nanq́; pleriq́; ex eo corporali aſpectu, nihil retulere utilitatis. Hi uero qui nequaq̃ oculis crucem proſpexerũt, per Fidẽ longe melius ſunt cõtemplati. Proſcriptus itaq́; Chriſtus eſt prædicatione depictus eſt & deſignatus, ut uero prædicationi fidem præbentes, perinde ac pręſentem uidiſtis. Enimuero Galatis hæc & in laudem, & in uituperationẽ concedunt. In laudem quidem, quia tanta cũ certitudine quæ de Chriſto ſunt dicta, exceperint. In uituperationem, quia ab eo quem nudum per fidem uiderunt ligno ſuffixum & mortuũ deficientes ad legem profugerint. Vide ut Paulus cæteris omiſſis crucem in medium deferat, ut hanc attendant & ſectentur fideles, non legem.

Crucem potiſſimum offert.

HOC SOLVM a uobis uolo diſcere, ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei?) Cum longiorem orationem audire uos pigeat, nec Diuinæ diſpenſationis cõtemplari magnitudinem, breuibus utar, & ad breuia hæc uelim reſpondeatis. Vnde ſanctum hunc SPIRITVM accepiſtis, totue eſtis & uirtutes, & ſigna operati? Num ex legis operibus, an fide? Id ſane liquet, quia ex fide. Nam quãdiu legi uos adhæſiſtis, ſpiritu carebatis, & uirtutum eiuſmodi eratis expertes. Quo ergo pacto fidem prætereuntes, legi nunc adhæretis.

SIC STVLTI eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumamini.) Opportune rurſum in hos conuitia congerit. Nam cum indies ſit aliquid ſemper uirtuti addendum, non modo nil quidpiam adieciſtis, ſed defeciſſe potius quam perfeciſſe uidemini. Eſt enĩ ſpiritus, ſigna ædere, nec antea ędebatis. Carnis aũt circuncidi, quod

Spiritus eſt ſigna ædere.

demũ nunc

demum nunc maluiſtis. Neq; conſumatis inquit, ſed conſumamini. Arguens eos in gregis morem irrationabilium animantium ab inſtructoribus his qui circunciſionem edoceant, comprehenſos & circunciſos.

TANTA PER pesſi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa.) Multis tentationibus Chriſti ob gratiam uexabantur, quod datur intelligi, cũ tanta inquit toleraſtis, perinde ac ſi dicat. Si fueritis circunciſi, ſuperuacanea nobis futura ſunt ſuſcepta certamina, & tot emeritis præmijs, fraudarunt uos ſeductores. Moxq; ut illis ad pœnitentiam ſpem reditus præbeat, & ſi ſine cauſa infert, tanq̃ id dicat, & ſi libuerit reſpicere, haud quaquam inanes erunt ueſtri ante hac ſuſcepti labores. Pudeat ergo hæreticos, qui pœnitentiam tollunt, quandoquidem hi & ſi confeſſores eſſent, & martyres, non tamen lapſos reſpuet Paulus, ſed pelliciet leniter & admittet.

Heretici pœnitentiã tollẽtes.

QVI ERGO tribuit uobis ſpiritum, & operatur uirtutes in uobis, ex operibus legis an ex auditu fidei.) Deus, inquit, qui uobis ſpiritũ præbet, ut & futura prædicere & linguis loqui poſſitis, uel ſignorum in uobis & prodigiorum exercet uirtutes, num propter legis opera hæc mira inducit? Perinde ac per uos ſit, opera hæc factitantes, propitius redditus. An per fidem, quam ipſi in Chriſtum iam prætuliſtis? Liquet ſane, quia ob fidem. Cur ergo hac derelicta, quæ uos glorioſos effecerat, ad legem abolitam iam & obſoletam, nunc diuertiſtis?

SICVT SCRIptum eſt. Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã.) Oportuit, inquit, uel maxime ex his per uos æditis ſignis, fidei uirtutem pernoſcere, at ſaltem ad ueſtrum conuertere oculos progenitorem. Abraham dico. cuius magna apud uos ratio, comperietis ex fide illum iuſtificatũ. Si itaq; qui ante gratiæ tempora fuit ex fide iuſtificatus, longe magis qui gratia ſunt hac ipſa dignati, uacare fidei debent, non legi.

Abraham ex fide iuſtificatus.

COGNOSCITE ergo quia qui ex Fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.) Cum uererent̃ illi, ne lege omiſſa, a Patriarchæ exciderẽt propinquitate, quippe qua mirum in modum ducerentur, longe contra rem fore nunc patefacit. Fidem uidelicet Abrahæ potius filios reddere, qui ſe conſequuntur.

PROVIDENS autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes Deus, pronuntiauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes.) Oſtendit eos eſſe Abrahæ filios qui ſint fidem ſortiti. Producit item ad eam rem confirmandam ex ſacris literis teſtimonium illud, uidelicet q̃ per te gentes ſunt benedicendæ. Hoc eſt, quæ fidem tuam imitabuntur. Arguitq; fidem lege uetuſtiorem, utpote quam Abraham ipſe, anteq̃ eſſet lex condita, iuſtificaſſet. Et Prophetarum uaticinio geri quæ finem iam nacta ſunt, & conſummata. Prouidens enim inquit ſcriptura, id eſt Deus ipſe, qui legem tulit, non ex lege, ſed ex fide prædeſtinauit iri hominem iuſtificatũ. Neq; reuelauit dixit, ſed pronuntiauit, ut intelligas & Abrahæ iocunditati fuiſſe iuſtificandi hunc modum, & q̃ res hunc exitum habitura eſſet, optaſſe.

Abrahæ filii q. Fides lege prior.

Lex peccati cauſa.

IGITVR QVI ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.) Cum obturbarent̃ illi, & formidarent, ne maledictiõe obſtringerentur, ſi in lege nõ permanſiſſent. Erat quippe ſacris literis id demandatũ. Maledictus qui non in legis perſtiterit ſcriptis. Longe aliter ſe habere oſtendit. Benedictos ſcilicet fore, qui lege relicta, ad fidem ſe contuliſſent. Sicuti & fidelis Abraham ex fide hac benedictionem accepit.

QVICVNq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enĩ. Maledictus omnis qui non permãſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt, in libro legis, ut faciat ea.) Ne quis forte occurrat dicens. Merito Abrahã & iuſtior redditus eſt & benedicto affectus, quia nondũ eſſet illa lex tradita. Nunc uero uelim oſtendas, quemadmodũ poſt traditam legem, fides ipſa & iuſtos efficiat, & benedicat. Aperit itaq; in præſentiarũ Apoſtolus, quemadmodũ conſtat illã benedicendi, & iuſtificandi de ſe munus p̃ſtare, legem peccati cauſam eſſe, & maledicti. Nemo enĩ, inquit, facere põt, quæ ſint hac lege cõſcripta. Qui uero ea nõ fecerit, execrationi erit obnoxius

Fidei ergo

Fidei ergo erit officium benedictionem hanc impartiri. Cum igitur nulla ſit propoſita noxa, fruſtra uos formido ſubibit, ſi a lege deficitis, execrationẽ hanc promereri. Quinpotius maledictioni ſuccumbitis, ſi lege utimini, ut qui eã nequeatis ĩplere.

QVONIAM autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide uiuit, lex aũt non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, uiuet in illis.) Oſtendit igitur lege execrabiles reddi homines, & maledictioni ſubeſſe. Fide uero benedictiones accumulari. Nunc plane demonſtrat, fidem ipſam, uel ſolam iuſtificandi in ſe habere uirtutẽ, & Abacuc dicentem inducit. Quia ex fide, non a lege, uicturus eſt iuſtus. Lex nanq;, non ſolam exigit fidem, ſed opera. Recte autem apud Deum dixit. Nam apud homines iuſti forte credentur, qui legi inhæſerint. Quales Phariſæi fuere, qui ſe in hominum conſpectu iuſtiores prætenderent. Lex itaq; cum ob eius difficultatem haud quaquã iuſtificaret, & nos execratione obſtringeret, acceſſit gratia, facile ad iuſtitiam iter oſtendens, qua & iuſtificati benedictionem aſſequimur. Patet ergo non ſolum ante traditam legem, fidem ipſam benedicendi & iuſtificandi uim habuiſſe, ſed poſt conditam magis ac magis eandem ſeruaſſe.

Lex à fide quo modo differat.

CHRISTVS nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno.) Ne quis forte hunc in modũ occurrat. Aſſentior equidem id uerum eſſe, ut execrandus ſit, qui legem non exequatũ & fidem iuſtificandi habere facultatem. Verum unde id liquet, maledictionem eſſe ſublatã. Vereor nanq; ne cũ ſemel legis ſubierimus iugum, & ipſi ſimus maledictioni obnoxij. Oſtendit itaq; Paulus, maledictionem hanc per Chriſtũ, precio depenſo, fuiſſe ſolutã. Et ut in ſe eiuſmodi obſecrationem cõſciſceret, a legis maledictiõe nos redemiſſe q̃d ipſe q̃dem defugerat, utpote qui legem adimpleuit. Et nos idipſũ ſubiuimus, quia legem exequi nequiuerimus. Nec ſecus Chriſtus nobiſcũ egit quã alius quiſpiã, qui morti damnatũ inſons ipſe, & innoxius eximat, ne capite ille plectatur, malens ipſe pro eo mortem obire. In ſe itaq; Chriſtus maledictionẽ adſciuit quia in ligno pependit, & ſoluit eandẽ quæ haud dubie nobis impendebat pro lege nõ adimpleta, cũ ipſe nil eſſet ſubiectus, ut qui legẽ impleuerit, & peccati ſit expers.

VT IN GENtibus benedictio Abrahæ fieret in CHRISTO IESV.) Propterea, inquit, Chriſtus eſt maledictũ effectus, ut in gentibus, hoc eſt, his qui lege nõ uterenť, inoteſceret Abrahæ benedictio. Et ea uidelicet q̃ fieret, & fide, & in CHRISTO IESV. Hoc eſt, in ſemine Abrahæ. Quemadmodũ ſcriptũ eſt. Quoniã in ſemĩe tuo benedicenť, id eſt, in Chriſto q ex te ſecundũ carnẽ eſt ortus, in Chriſtũ ſcilicet credente.

Chriſtus maledictũ effectus ut gentibus inoteſceret.

VT POLLICItationem ſpiritus accipiamus per fidẽ.) Eo inquit collata eſt gentibus benedictio, ut ſpiritum per fidem accipiant. Et quoniam nequirent qui adhuc maledicto eſſent obnoxij, huiuſmodi excipere ſpiritum, per Chriſtum maledictis abolitis, benedictiõib. donanť. Deinceps per fidem iuſtificati, Spiritus promiſſa accipiunt. Nam ea quæ Abrahæ ſit pollicitus Deus, ſpiritalia eſſe intelligit Paulus, & eadem nobis eſſe nunc tradita, benedictionem ſcilicet, & reliqua bona.

FRATRES ſecundum hominem dico.) Quos ſuperius dixerat inſenſatos, nũc fratres appellat. Illud enim auſterioris & duri, hoc mitigantis & placidi. Humanum inquit ſum uobis exemplar aliquod allaturus.

TAMEN HOminis confirmatũ teſtamentũ nemo ſpreuit, aut ſuper ordinat, Abrahæ dictæ ſunt ꝓmiſſiones & ſemini tuo, nõ dicit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc aũt dico teſtamentũ confirmatum a Deo, quæ poſt quadringentos &.xxx. annos facta eſt lex, non irritũ facit ad euacuandũ promiſſionem.) Fidem nitiť patefacere, ueluti teſtamentũ aliquod, eſſe ex lege uetuſtiorem. Nec iure huic legem præponi, unde & exemplũ inducit. Si homo inquiens, fecerit teſtamentũ, nullus certe hoĩm uel euertere id audebit, uel ultra aliquid diſponit, hoc eſt, aliq̃d addit. Longe ergo a Deo id magis erit ſeruandũ. Is nãq; Abrahæ teſtamentũ inſtituit, ut eius ex ſemĩe ꝓdiret gẽtibus bñdictio, Abrahæ aũt

Fides teſtamentum aliquod.

ſemen eſt

Semē Abrahæ Chriſtus. ſemen eſt Chriſtus. Nec ſeminibus dixit, ut Abrahæ futuræ prolis intelligi detur poſteritas, quales Iudæi fuere Iſraelitæ, ſed ſemini ſingulari numero protulit, ꝙd eſt Chriſtus. Quo ergo pacto id teſtamentū conuentionū dico, & promiſſa, poterit lex irrita facere? Ne in Chriſto gentes benedicanť, ſed potius in legis mandatis. Id nāq; quid aliud eſſet, quā ſuperuacaneā Dei reddere promiſſionē, ꝙd plane abſurdū eſt.

NAM SI EX lege hæreditas, iam nō ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.) Si lex, inquit, benedictionem largitur, uitæq; & iuſtitiæ facit hæredes. Pollicitatio ergo ad Abraham illa infirmior erit, & nullius momenti quod tamen longe eſt ſecus. Nam quo pacto lex ipſa, quæ fuit poſterior, quod ante ſe fuerit, irritum fecerit & inane teſtamentū. Secundum autem hominem dico, hoc eſt, humanis nitor exemplis, quæ ſi nequeant cum Diuinis comparari, nil mirum.

Q. VID IGITVR lex propter trāſgreſſionem poſita eſt?) Cum fidem laudibus extuliſſet, oſtendiſſetq; hanc uetuſtate præcedere, oboritur tamen ea ex re obiectio quædā huiuſmodi. *Lex cur tradita.* Cur igitur lex tradita eſt, ſi fides erat antiquior, & benedictionē donabat. Reſpondet itaq;, non fruſtra id, ſed præuaricationū gratia fuiſſe effectum ut pro frenis eſſet lex illa Iudæis, quæ hos uel a mandatorū quorundam tranſgreſſu & ſi non omniū, prohiberet. Recte aūt dixit adiecta eſt, ut legem arguat haud quāq; ut principalem fuiſſe indictam, ſicuti promiſſiones fuere, ſed tanq̄ interiectam multarū prȩuaricationū de cauſa, ut Iudæos ſaltem, uel a paucis coerceret trāſgreſſibus.

DONEC VENiret ſemen cui promiſerat.) Nec tamen data eſt in perpetuum lex ſed a Chriſti uſq; aduentum, cui promiſſum eſt fore, ut in ſe gentibus benediceretur Si igitur quoad Chriſtus aduenerit, lex tradita eſt, quid ultra illam ſectaris?

Lex a Chriſto lata ab eodem abrogari potuit. ORDINATA per Angelos in manu mediatoris.) Data inquit, lex eſt, & Angelorum interuentu adminiſtrata, id eſt ſacerdotum, ſiue ipſorum Angelorum. Nam & tubas illas, & tonitrua, & reliqua ſigna Angeli miniſtrabant, in manu mediatoris hoc eſt Chriſti. Oſtendit præterea & legem fuiſſe a Chriſto latam, quo fit, ut habeat eiuſdem abrogandi, quam & condiderit, facultatem.

MEDIATOR autem unus non eſt, Deus autem unus eſt.) Chriſtus itaq; inter duo quædam eſt mediator, Deum uidelicet & homines. Interceſſit enim utrinq; pace compoſita & bello ſoluto, quod homines aduerſum Deum ſuſceperant. Nam eo ex tempore, quo humanam ſibi uniuit naturam, pacem confecit, inimicitia quæ ex carne peccati oborta eſt, mirum in modū temperata. Quocirca cum & mediator hic ſit, & diſſidentium conciliator, perſpicuū eſt non legem hunc attuliſſe, ſed ſalutem.

LEX ERGO cōtra promiſſa Dei? Abſit.) Si ꝓmiſſionibus benediceť, inquit, lex uero maledictionē inducit, & hāc ut ratā admittimus, liquet profecto ut eadem hæc Dei ꝓmiſſiones diſſoluat, q̄ benedictionē attulerint, ꝙd uelim equidē procul abeſſe.

SI ENIM data eſt lex, quæ poſſit uiuificare, uere ex lege eſſet iuſtitia.) Tunc enī lex eſſet fide ualidior, hominemq; & iuſtificaret, & benedictione impartireť, ſi uitæ ac ſalutis cōferendæ poteſtatem haberet. Nunc uero morte potius afficit, quā queat quempiā a peccatis eximere. Quo ergo pacto hæc fidem poterit ſupare, cū fides ipſa baptiſmi ob gratiam uiuificandi uim habeat, benedicendiq; & iuſtitiā impartiendi.

SED CON cluſit ſcriptura uniuerſa ſub peccato, ut promiſſio ex fide IESV CHRISTI daretur credentibus.) Nequiuit lex, inquit, a delictis hoīem liberare, quin potius ad declinandū cooperabatur, ut homines ſub peccato concluderenť. Hoc eſt, ut eos deliquiſſe argueret, compelleretq; ad peccati ueniā depoſcendam, & ad Chriſtū cōfugere, qui hanc poſſit præſtare. *Lex parietis loco erat.* Siquidem Iudæis, quia peccata minus pernoſcerent, neq; cōſequendæ remiſſionis deſyderio tenerenť, legem dedit, quæ illos & intercluderet urgeretq;, & angeret magis redarguendo, & peccatis oſtenderet eſſe obnoxios, impelleretq; modū aliquem inueſtigare, ꝗ fieri poſſet, ut ueniā aſſequerenť ꝗ fides ipſa in Chriſtū ſuppeditat, quaue & ipſi iuſtificamur, & bn̄dictis afficimur.

PRIVS AVTEM ꝙ ueniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem.

quæ reue-

quæ reuelanda erat.) Lex, inquit, ſecuritatis plurimũ his afferebat, qui ſibi ſubijcerentur, & ſub eius eſſent tutela. Nam & a prauis hos facinoribus coercebat, et erat his parietis loco, utpote quæ hoĩes quaſi vallo includeret, & ad ipſam impingeret Fidem. Quo pacto id fiet dicet aliquis? Nempe quia lex hæc cum his aperiret delicta, & ſi nequiret ab his quenꝗ eruere, neceſſario Fidẽ ſignificat hoĩes iuſtificare. quæ & ſi erat occultior, reuelata eſt tandẽ, cum in carne manifeſtatus eſt Deus.

ITAQVE LEX pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex Fide iuſtificemur.) Nam quẽadmodum adoleſcentẽ a quauis nequitia pædagogus tutatur, & liberat, inſtituitꝗ ut præceptoris doctrinã attentus excipiat, ſic Lex ipſa, qui ſub ſe eſſent, ad virtutẽ formabat, & ad Chriſtum qui præceptor eſt & magiſter, delicta coarguendo deducebat, reddebatꝗ promptiores, ut eum conquirerent, qui Peccatis veniã daret, & iuſtificaret ex Fide. Pudeat ergo qui legem obtrectant, quando nec pædagogus præceptori obſiſtat, nec Lex ſit vetus nouæ contraria.

AT VBI venit Fides, iam nõ ſumus ſub pædagogo, oẽs ẽm filij Dei eſtis per fidẽ, quæ eſt in CHRISTO IESV.) Poſtquã, inquit, Fides aduenit, quæ hoĩem reddit ꝑfectiorẽ, nil ultra pædagogo ſubijcimur, ꝗ ſumus per Fidẽ perfectionẽ adepti, & infantiã ipſam exceſſimus. Qꝫ aũt ſimus ex Fide perfectiores, patet ex eo, quia ob noſtram in Chriſto Fidẽ, Dei efficimur filij. Qui aũt fuerit, ut in Dei Filiũ ſuſciperet dignatus, nil prorſus vel imperfectus, vel infans putandus eſt. Eo fit, ut ridiculũ videat, ut qui iam in virũ euaſerit, pædagogi ſit legi obnoxius. Neꝗ ẽm ſecus id videret, quã ſi ubi dies illuxit, lucernã quis intueret non ſolẽ. Attende aũt quẽadmodũ ſuperius patefecit Abrahæ filios Fidem efficere, nunc Dei, adeo illa valet virtus.

Simile.

QVICVNQVE enim in Chriſto baptiʒati eſtis, Chriſtum induiſtis.) Confirmat quemadmodum Dei filij ſimus, & baptiſmi ob gratiam. Neꝗ enim dixit quotquot eſtis baptiſmo abluti, filij eſtis Dei effecti, ſicuti ſubſequẽs ordo poſcebat, ſed quod magis tremẽdum, Chriſtum induiſtis. Nam ſi Chriſtum induimus Dei Filiũ, eiꝗ ſumus aſſimiles redditi, in unam haud dubie ſumus & conſanguinitatem deuecti, & ſpeciem gratia id aſſecuti, ꝙ illum conſtat eſſe natura.

NON EST Iudęus neꝗ Græcus. non eſt ſeruus, neꝗ liber. non eſt maſculus, neꝗ fœmina. omnes ẽm vos unũ eſtis in CHRISTO IESV.) Eorum, inquit, vel ſinguli, qui baptiſmi ſunt aqua perfuſi, priuatã abiecere naturam, & ⁎ manu oẽs & figuram accepere, & formã. Nec Angeli cuiuſpiam, ſed domini, Chriſtum in ſe præferentes. Fit itaꝗ ut unum ſimus omnes in CHRISTO IESV, hoc eſt, inquantum unam ſortiti ſumus Chriſti nobis iniectam figuram. Vel quia cum omnes unum ſimus corpus effecti, Chriſtum unicum in caput habemus, ac ducem.

Alias nouam-

Baptiſmo abluti priuatam abiecere naturam, & induerunt figurã et formã nouam.

SI AVTEM vos Chriſti, ergo Abrahæ ſemẽ eſtis ſecundũ promiſſionẽ hæredes.) Quoniã dixit ſuperius Abrahæ ſemen, in quo uniuerſæ gentiũ nationes benedictionẽ aſſequerent. Chriſtũ eſſe, cui & promiſſiones ſint factæ, oſtenditꝗ & nos Chriſti formã ſortitos, concludens inquit. Eſtis ergo & vos Abrahæ ſemen, unde & futuri hæredes benedictionis ꝓmiſſæ. Cur ergo legẽ attenditis, qui eſtis benedictionẽ hmõi, qua Chriſtũ induiſtis, iam aſſecuti? Proptereaꝗ & Abrahæ ſemen effecti.

DICO AVTEM QVANTO tẽpore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dominus omniũ, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, uſꝗ ad præfinitum tempus a Patre.) Teſtamẽto nanꝗ mandauit huic Pater, uti bonorum adminiſtrationę ad ætatem uſꝗ legitimã abſtineret, huic voluntati parendum omnino eſt.

CAP. IIII.

ITA ET nos cum eſſemus paruuli, ſub elemẽtis mundi huius, eramus ſeruiẽtes.) Paruuli non ætate, ſed diuina ſcientia. Elementa autẽ mundi neomenias & ſabbata dicit. A Solis nanꝗ & Lunæ decurſu, dies nobis hic conſtat. Fit itaꝗ, ut qui nos hoc tẽpore, & his elemẽtis ſub legę ducũt, paruulos reddãt. Cum vero in viros euaſimns perfectos ꝗdem & Dei filios ſunt facturi, & dñi præſidentes, ac dños. Sciendum aũt ab initio Deum adoptionẽ hanc, id ẽm deſignat, cum hæreditas dicit, voluiſſe largiri, ſed noſtra

Elementa mundi quid Paulus vocet.

ri, ſed noſtra paruitas & ætas tenerior, quo minus id faceret, impediuit. Cum vero legem abolere penitus Paulus cuperet, haud quaquã diebus dixit ſumus ſubiecti, ſed ſub mundi elemẽtis conſtituti, ut maiori afficiat verecundia, qui legi adhuc inhærẽdum cenſerent. Nonnulli aũt elementa ſcriptam & inductitiam legem dixere.

AT VBI venit plenitudo tẽporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erãt redimeret, ut adoptionẽ filiorũ reciperemus.) Cum interea, inqt, paruuli eſſemus, ſub neomenijs eramus, & ſabbatis. At cum præfinitũ incarnationis Chriſti tẽpus aduenit, quãuis malorum oĩm ſpẽm delinquẽdo exceſſit humana natura, erat tamẽ conciliatore opus. Miſit itaq; Deus Filium ſuũ, hoc eſt, placitũ illi eſt, ut Filius aduẽtaret, factũ non per mulierẽ dixit, ne occaſionẽ inueniant qui per virginẽ aſſerunt, tanquã per carnale aliquod, dominũ proceſſiſſe in mundũ, id ſalſo omnino exiſtimantes, ſed ex muliere. Hoc eſt, ex ipſius mulieris ſubſtantia, corpus accipientẽ virginalis uteri fructum prodiſſe. Factus eſt autẽ ſub lege, qua & circumciſus eſt, & omnia adimpleuit. Eſt præterea maledictionis immunis, ut nos a maledictione erueret, & adoptionẽ offerret. Reciperemus autẽ dixit, ut oſtenderet cælitus hanc nobis eſſe adiudicatam, & debitam, tam & ſi minus ob infantiam noſtram & paruitatem nobis hæc traderetur. Promiſſa nanq; Abrahæ hæreditas, illa adoptio erat. Filius nimirum in hæreditatem ſuccedit.

Adoptati à Patre & coheredes Filio facti.

QVONIAM autem eſtis filij Dei, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ Abba pater. Itaq; iam nõ eſt ſeruus, ſed filius. Q; ſi filius, & hæres per Deũ.) Vnde dicet aliquis perſpicuũ eſt deum nos in filios adoptaſſe? Tunc ſane & primũ hoc ipm ſignificauit, cum Chriſtũ dicit nos induiſſe, qui Dei ſit Filius, itidem & nũc patefacit, quia Spiritũ accepimus qui in cordibus noſtris diuinitus attrectatis, nos Deum Patrẽ appellare edocuit. Quod fieri non poterat, niſi eſſemus adoptione dignati. Quo circa cũ filij ſimus nos & hæredes, non rei alicuius inanis & friuolæ, ſed Dei ipſius, & partienda nobiſcũ unigenito hęreditas ſit. cur ſerui efficimur & plane repudiamus, quæ nos in adoptionẽ deduxerat Fidem, & cur legi vacamus?

SED TVNC quidem ignorantes Deum, his qui natura non ſunt dij ſeruiebatis.) Hæc in eos intẽdit, qui ex gentibus credidiſſent, arguens dierum obſeruationẽ idololatriam eſſe, & hos qdem longe magis quã olim Peccato obſtringi. Nam quondã, inquit, Deũ ignorabitis, utpote qui mẽtis caligantibus oculis in errorem deducebamini, quo ducti Soli inſeruiſtis ac Lunæ, q procul abſunt a diuinitate natura. Nunc vero poſt cognitam veritatẽ, dies & tempora obſeruando, nihil per vos aliud agit, niſi ꝙ elementis cultus præſtat, quo ſane deterior erit quædam impietas.

Dierum obſeruatio idololatria eſt.

NVNC AVTEM cum cognoueritis Deum, imo cogniti ſitis a deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?) Nunc, inquit, & Deũ noſtis, quin potius haud quaquã hunc veſtro labore vel compertũ habetis vel cognouiſtis. Quippe qui nil prorſus a vobis ſit conqſitus, ſed vos ille profundioribus degentes in tenebris, & quæſiuit enixius & ſuſcepit. Cognitos aũt dicit a Deo, hoc eſt, ſuſceptos. Cur ergo ad egena & infirmiora hæc elemẽta vos ipſi rurſum cõuertitis? Hoc eſt, quæ nihil virium habent ad bona illa æterna vobis propoſita conferẽda, neq; ſpiritaliter queunt ullo pacto prodeſſe. Accedit præterea q a vita ſunt & ſenſu carẽtia, & idcirco hæc egena appellat & infirma. Tametſi Græci Philoſophi ægre id dictũ ferant, qui elemẽtis tribuũt vitam. Enimuero Apoſtoli illi fallaces legem perinde vindicaturi, dierũ obſeruationes induxerant. Paulus vero & prudenter quidem idolatriam eam rem dicit, quam vel Lex ipſa prohibeat. Fit itaq;, ut legi apertiſſime aduerſentur, qui eiuſmodi edocent.

Græci philoſophi.

DIES OBSERuatis & menſes & tempora & annos.) Hæc ſane ſunt argumento non modo Apoſtolos hoſce circumciſionem hanc prædicaſſe, ſed feſtos & celebres dies, & neomenias inſuper induxiſſe.

Neomeniæ.

TIMEO NE forte ſine cauſa laborauerim in vobis.) Aduerte Pauli charitatẽ,

ſalientibus illis & nutabundis ipſe timore afficitur. Ne forte autẽ cum ait, illos prætendit undis adhuc ſuperlabi & fluctibus, nec penitus e naufragio emerſiſſe. Quod ſi emergere tandem libuerit, ſpem affert, haud quaquã labores inanes fore, quos in eis inſtituendis ſuſceperit. Perinde ac ſi dicat, recordamini quantũ ipſe in vobis formandis inſudauerim, & ita vos gerite, ne fruſtra videar inſudaſſe.

ESTOTE SIcut ego, quia & ego ſicut vos.) Iudæis hæc loquitur, qui in Chriſtum crediderant, me inquiens imitamini, qui olim fui a vobis nil alienus. Vtpote, qui in lege tutanda eram feruentior. Nunc vero illa omiſſa, pro Fide, proq; Chriſto ipſo decerto, velim igitur & tales vos eſſe, qualis ſum ipſe.

FRATRES OBſecro vos, nihil me læſiſtis.) Cum acrius hos inceſſuiſſet, nititur eorum animos mitigare. Nil enim vel vehementior increpatio, vel nimia indulgentia conferunt utilitatis. Et ideo hos fratres appellat, ut Baptiſmi ſimul acceptam gratiam recordentur, qua omnes fraternum ſumus nomen adepti, ut qui ex Deo ſimus unico Patre progeniti. Excuſat præterea non odij gratia ſe intuliſſe quæ dixit. Nihil enim me inquit læſiſtis, quin potius honoribus eſtis & gratis operibus proſecuti. Qui igiť credi poteſt, ut inimicitiæ & maleuolentiæ cauſa hæc vobis obiecerim, de quibus ut benemeritus eſſe viderer, tantum curæ ſuſceperim? *Fratres omnes ex Baptiſmo.*

SCITIS AVTem, quia ob infirmitatem carnis euangeliƺaui vobis iam pridem & tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis.) Noſtis, inquit, quemadmodum per carnis infirmitatem, hoc eſt, per diſcrimina & ſeditiones vobis Euangeliũ prædicauerim, nec vos me periculis diuexatũ contẽpſeritis, nec tentatio meæ carnis, hoc eſt, perſecutionis & plagæ, & alia pleraq; iſtiuſmodi vos aut offendit, aut induxit, ut me contẽptui haberetis. Tacite etiã ad verecundiam eos impellit, cum aperit quanta ſit ipſe illorum gr̃a ab aduerſarijs mala perpeſſus.

SED SICVT Angelum Dei excepiſtis me, ſicut IESVM CHRISTVM.) Tantopere, inquit, me honoraſtis, ut potior quidam quã homo ſit, & præſtantior apparerem. Quo ergo pacto non abſurdum videri debet, ſi perſecutionibus me tunc temporis, & malis plurimis afflictum, haud ſecus exceperitis mihi offenſi, quam Angelum quempiam, vel IESVM ipſum excepiſſetis? Nunc vero neceſſaria conſulentem & longe decentia, hoſtis ducitis loco, nec ultra admittitis?

VBI EST ergo beatitudo veſtra?) Hæret hoc loco & obſtupeſcit, ubi vr̃a eſt ingens beatitudo? Hoc eſt, quo illa oĩa abſceſſere, q̃bus ob veſtrã in præceptorẽ beneuolentiã, prædicabant cũcti beatos. At qualis nũc illa eſt, & quo tandẽ redacta beatitudo? Quandoq̃dem aniaduerto vos longe cõtra hoc tẽpore erga me eſſe affectos. *Galatarum in Paulũ ſumma beneſolentia.*

TESTIMONIum eñ perhibeo vobis, q̃a ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.) Potiorẽ me, inq̃t, veſtris oculis ducebatis, apud vos p̃dicantẽ. Vnde igiť eo res recidit, ut haud ſecus quã hoſtẽ me ſuſpicemini? Eſſet itaq; id plane abſurdius, ut is cui tãtus fuiſſet per vos, honor delatus, hæc vobis ĩfenſo aĩo diceret.

ERGO INImicus vobis factus ſum verũ dicens vobis?) Aliam nullam, inquit, inimicitiæ video & maleuolentiæ cãm, niſi quia vobis vera p̃dixerim coarguerimq; tanq̃ corruptos, nec recte de dogmate ſentiẽtes. Et unde maiorẽ a vobis beneuolentiã fuiſſem, p̃meritus, q̃a ſum apud vos curatoris officio functus, odiũ ★ peperi. *Aliás acq̃ſiui.*

AEMVLANTVR vos non bene, ſed excludere vos volunt, ut illos æmulemini. Eſt ſane recta æmulatio quædã, cum q̃s alterius ſectať virtutem. Eſt & inigor alis, cũ ſtudet q̃ſpiam proficientẽ a virtute & bonis actionibus propulſare. Veſtri itaq; ſeductores omni ſtudio excludere vos cõnituntur. Hoc eſt, e perfectiori Chriſti ſtatu atq; ſcia deturbare atq; eijcere, & in imperfectã conijcere legis conditionem, ut ipſis honores tanq̃ præceptoribus deferatis, & ſe imitemini more diſcipulorũ. At ipſe lõge aliter ſentiebã, quippe qui vellem vos illis potius eſſe ad perfectiora ĩſtructores. Quod utiq; eſt, cũ apud vos eſſem, effectũ. Id ipſum in ſubſequentibus patefacit. *Recta æmulatio.*

BONVM AVTEM æmulamini, in bono ſemper & non tantũ cum p̃ſens ſum apud vos.) Vides

voſ.) Vides quemadmodũ etiam aperit fuiſſe hos qdem omniũ ad perfectionem aſſequendam imitatores, cum apud eos pręſens eſſet Apoſtolus. Poſt eius vero diſceſſum, hos eſſe in hæc mala prolapſos. Sunt itaq;, inquit, illi beatiores, qui vel præſente vel abſente doctore, quæ recta ſunt, ſentiunt.

FILIOLI MEI, quos iterũ parturio, donec formet̃ Chriſtus in vobis.) Matrem imitat̃ pro filijs trepidãtem. Corrupiſtis, inquiens, Chriſti formam, quam in vobis ipſis Baptiſmi ob gratiam exceperatis, unde & iterato generandi eſtis & reformandi, quouſq; in vobis, Chriſtus formet̃. Hoc eſt, Chriſti in vobis immoret̃ forma & ex eo formemini. Parturio autem iterum, id eſt, rurſum inſtruendo vos pario, quod e quadam parturientium deſumpſit metaphora, quæ cum labore ingenti, & ſummo diſcrimine pariunt liberos. Filios aũt eo appellat, ne vel hoc pacto de ſua deſperent ſalute. Q; aũt Galatas Apoſtolus parturiat rurſus, & lapſos integro formet, facere contra Auatianos videt̃, qui nullam admittunt ex pœnitentia correctionem.

Apoſtolus Galatas iterũ parturiens quomodo.

VELLEM AVTem eſſe apud vos modo & mutare vocem meam, quoniã confundor in vobis.) Hoc eſt, in luctum & eiulatus hanc veterem vocem. Hæreo nanq; & in ambiguo ſum, quid nam ſim de vobis dicturus. Nam cum per Deum eſſetis eo iam celſitudinis prouecti, ut vel pericula militum ſtrenuorum more, pro Fide adiretis impauidi, ob idque vel miracula ederetis & ſigna, nunc tandem ſitis in hanc legis vilitatem abducti. Vellem itaq; eam ob cauſam vel præſens vicem veſtram deflere. Solemus eñ ad lachrymas declinare, cum nil adnitendo molimur.

Legis vilitas.

DICITE MIHI qui ſub lege vultis eſſe.) Poſtquam hos ſatis mitioribus verbis demulſit leniuitq;, ad contentiores regreditur, palam facturus, nec legem ipſam exigere hanc ſui a nobis obſeruationem. Vnde dicite mihi, inquit. Recte autem vultis dixit. Neq; enim id res depoſcebat, ſed quia eſſent hi in lege adſtruenda & obſeruanda nimium pertinaces. Legem vero dixit Geneſis librum, Solet enim Apoſtolus, vetus omne teſtamentum, legem dicere.

SCRIPTVM EST eñi, quoniam Abraham duos habuit filios, unum de ancilla & unum de libera.) Dixerat ſupra Abrahæ filij eſtis, & quoniã haud quaquam pari erãt Abrahæ filij, dignitate, ſiqdem ex ſerua alter, alter eſſet ex libera genitus, oſtendit hoc loco non ſolum filios Dei Galatas eſſe, ſed tales etiam qualis Abrahæ ille fuit ex libera ortus & generoſus, adeō vos inquit, Fides excepta nobilitauit.

Fides nobilitat.

SED IS QVI de ancilla ſecũdum carnẽ natus eſt, qui aũt de libera per repromiſſionem.) Cum hos Abrahæ filios nuncupaſſet, & quæ minus credibilia ſunt, viſus ſit dicere. Quippe q nec ex Abraham ſunt ſedm̃ carnẽ progeniti, nec eius ſunt filij, nũc ſubdit, nec Iſaac ille Abrahæ propinqor Filius ſecd̃m carnẽ eſt ortus. Qui eñ fieri id poterat, cũ Abrahæ eſſet natura demortua, & Saræ vulua cõcluſa? Sed Dei verba atq; pmiſſa hũc procrearũt. Iſmael vero naturæ ſequela & Abraham nondũ tanta ætate, puecto, & nullis Dei pollicitatõibus eſt ex ancilla ſuſceptus. Id utiq; ſecundum carnẽ deſignat. Veruntamẽ qui eſt ſecundum carnẽ profectus, & ſeruitute obſtrictus eſt, & ab hæreditate mox alienus. Is vero qui haud quaquã duxit a carne originẽ, dominus eſt & hæres. Quid igit̃ impedit qn & vos ipſi & ſi minus eſtis ſecundum carnẽ ex Abraha procreati, dici Abrahæ filij iure poſſitis? Quippe qui ex Baptiſmi verbis, dum ſacroſancta illa ablutio fit, enunciatis, formati eſtis, & orti.

Iſmaël ex ancilla ſuſceptus.

QVAE SVNT per allegoriam dicta.) Hoc eſt, ex Abrahæ non modo hiſtoria hæc huiuſmodi præferuntur, ſed & alia quædam deſignantur, & ideo per allegoriam ſunt dicta, & alium quendam in ſenſum hunc præter interpretant̃. Erant nanq; priſca illa in præſentium figuram edicta.

HAEC ENIM ſunt duo teſtamenta, unum quidem in monte Syna in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Syna eñ mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, qui nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis.) Quas duas has dicis? Eas quidem quæ ad noui & veteris teſtamenti interpretationem inducuntur. Quo pacto? Per Agar

Agar lex vetus.

nimirum vetus illud interpretatur. Lex nanq; e monte Syna tradita eſt, qui mons & in Arabia eſt, & Agar Arabum lingua nuncupatur. Coniunctus autem eſt Hieruſalem, hoc eſt, vicinus eſt, & contiguus. Vel quia inferiori Hieruſalem comparatur, & ſimilis eſt, & proportione quadam illi par, & pro ea accipitur. Proinde una utriusq; ſit facies. Quemadmodum igiẗ Agar & ſerua erat, & ad ſeruitutem illos generabat, ſic & Lex ipſa, quæ ex monte Syna, alias Agar vocitato, & nunc Hieruſalem ipſi per ſimili, prodijt, in ſeruitutẽ gignit, qui ſibi obtemperat. Erat nanq; Lex hæc ſeruilis admodum & illiberalis. Quandoquidem virtutem corruptibili compenſabat mercede, hoc eſt, recta opera terrenis bonis donabat, & eius imperio a nequitia & improbitate cruciatus & pœnæ formidine declinabat. *Lex ſeruilis erat.*

ILLA AVTEM quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt.) Agar qdem in hmõi continet̃ figura. Vide autẽ quid Sara illa prætendat. Hæc em̃ ſuperiorem Hieruſalem præfigurat. Eſt nanq; Ciuitas illa fideliũ, unde & Lex nobis delata eſt. E cœlo quippe Euangeliũ prodijt. Eo aut libera eſt, quia legis vetuſtæ obſeruationi non ſit obnoxia, & oia libere & ingenue mandet. Non em̃ a nobis quidpiam gerit̃, vel ſpe, vel cupiditate viſibilis præmij. Neq; perinde ac ſi cruciatus nobis corporales impendeant, ſed & promiſſa diuina profecto ſunt, & tormẽta ingenuos viros decentia. Nam grauiter deliquentibus myſtica interdicit̃ menſa, & conuicio caſtigant̃. *Sara ſuperiorem Hieruſalẽ ſignificat.* *Menſa myſtica*

SCRIPTVM EST enim, lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis quã eius quæ habet virum.) Nequaquam figuris contentus, quin & Eſaiam teſtem inducit, ſterilem appellantem ex gentibus Eccleſiam. Hæc nanq; fuerat a diuina ſcientia deſtituta. Quippe quæ Deum neſciret, nec filios procrearet, quia neminem Dei Prophetam prætuliſſet, vel præceptorem. In virum autem habens Iudæorum ſynagogam, vel quia legem haberet ſua moderantem, vel Deum ipſum. Erumpe itaq;, hoc eſt, hylaritatis & læticiæ vocem effundito, quoniam multos iam adepta es filios. Quin etiam qui Prophetæ & doctores & Dei filij ex te prodierunt, & orbem terrarum uniuerſum, non nationem aliquam unam, ut Iudæorum ſynagoga, genueris.

NOS AVTEM fratres ſecũdum Iſaac ꝓmiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tũc is qui ſecũdum carnẽ natus fuerat, perſequebat̃ eum qui ſecũdum Spiritũ, ita & nũc.) Eccleſia, inquit, Saræ inſtar, cum ſterilis eſſet, non ſolũ in poſterum filijs abũdauit, ſed pari nobilitate & filios genuit. Vtq; illam non natura matrẽ effecit, ſed Dei promiſſio. Ipſe em̃ ubi dixit ad id temporis ſum ad te rediturus, in Saræ utero infantem plaſmauit, ſic & nos, ut dictum eſt ſupra, diuina verba Baptiſmi lauacro inclamata formarũt. Proinde ne quis forſitan dixerit, at qualis hæc videri poteſt libertas, cum credentes ipſos Iudæi plagis affligant, & agitent̃ perſecutionibus, qui liberi videantur? Reſpondet, tunc temporis ſic contigiſſe, ut cum Iſmael Iſaac ipſum perſequeretur, vel prorſus perſecutio hæc impediret, quo minus legitimus eſſet hic Filius, & inſectantis ſe dominus, ita & nos Iſaac illi arguit ſimiles, & Abrahæ facit coniunctiores. *Eccleſia Saræ inſtar.*

SED QVID dicit ſcriptura, eijce ancillam & filiũ eius. Non em̃ hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.) Ne quis fortaſſe quærat, quæ ergo futura eſt ex his conſolatio qui a Iudęis vexant̃ fidelibus, ꝗdq; Iſaac ſic afflictatus. Subdit itaq;, audi narrantem ſcripturam, & tunc conſolabere. Nam pro breui illa perſecutione qua Iſaac ille diu exabatur, prorſus eijcitur Iſmael. Neq; eiectum fuiſſe ſat illi ad ſupplicium fuit, q̃n quod magis urgebat, neq; eorum bonorũ effectus eſt particeps, quæ erant Iſaac puero parata. Et eo erat acrior cruciatus, q̃a a Dei ſententia & iudicio deſumpſiſſet, non a perſecutione principium. Vides ut ancillæ dixerit, non Abrahæ Filiũ, qui hæreditate indignus ſit iudicatus. Tanquã a teterrimo genere ortum appellans. Animaduerte præterea, quemadmodum oſtenderit Paulus legem deſtructionem ſibijpſi inducere. Siquidem quæ dicta ſunt, omnia eorum præ ſe ferant figuram, *Iſaac, Iſmael.* *Lex deſtructionem ſibiipſi inducens.*

quæ iam ſint in lege peracta vel in veteri ſunt Teſtamento perſcripta.

ITAQVE FRAtres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ.) Hæc omnia eo producit Apoſtolus, ut arguat quæ nobiſcum agunt hoc tempore, multis ante ſæculis fuiſſe figuris expreſſa. Cur ergo non fuerit abſurdum, ut qui libertatem nobis tot ante temporibus partam habemus, ultro ſeruitutem poſtliminio ſubeamus?

CAP. V.

QVA LIBERTATE CHRISTVS NOS liberauit STATE.) Neq; ẽm inq̄t, ipſi vos liberaſtis, ſed qui pro nobis dependit precium Chriſtus. Quo ergo pacto vos ipſi legis ſubijcitis poteſtati, domino inconſulto, qui vos libertate donauerit? Cum autem ſtate dixit, oſtendit illos inſtabiles eſſe & nutabundos.

ET NOLITE iterum iugo ſeruitutis cõtineri.) Cum iugum inquit, graue legis ſeruitutem deſignat. Cum vero iterum, dementiæ illos accuſat. Quandoquidem & intolerabile illud legis onus experti, volentes rurſum ad eam ſe conferunt.

ECCE EGO Paulus dico vobis, quoniam ſi circundamini, Chriſtus vobis nihil proderit.) Propriæ perſonæ dignitatem ac Fidem quibuſuis argumentis & demonſtrationibus anteponit, nihil inquiens circumciſo profuturus eſt Chriſtus, q̄ a is & gratiã reſpuat, & ad legem confugiat, perinde ac beneficam. Chriſto vero tanquam de ſe haud quaquam benemerenti nil credat. Qui itaq; minus credens a Chriſto deſciuerit, nil prorſus ex perfidia conſequitur lucri.

TESTIFICOR autem omni homini circumcidenti ſe, quoniã debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ.) Ne forte exiſtimes hæc me maleuolentiæ gratia intuliſſe, non vobis ſolum, ſed circumciſo cuiq; dixerim ingentem molem eſſe iniectam. Conſtat nanq; quę legis ſunt adinuicem connexa eſſe, & cathenata. Cunq; vel tenue quid ex lege exceperis, & eius iugo teipſum ſubmiſeris, profecto omnem eius in te dominatum traxiſti. Nam circumciſio, ſacrificia depoſcit, neomenias & ſabbata obſeruat. Sacrificium & locũ exigit & modum & purgationes. Nam qui ĩmundus eſt, nequaquam vitiatur, & purgationes item hmõi obſeruationes alias habent. Vides quemadmodũ qui a Chriſto defecerit, non ſolum conuincit̃ nil profeciſſe, quin etiã infinitis ſe ſubijcit oneribus. Nam ſi Lex, ut exiſtimas, prępotens eſt & dñator, erit hæc omnis per te haud dubie exequenda. Si minus, neq; in partem admittenda eſt.

Legis moleſtiæ & iugum.

EVACVATI eſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini, a grã excidiſtis.) Hoc eſt, nullum habetis cum Chriſto cõmercium, quicũq; in lege iuſticiã aſſequi ſuſpicamini. Et ex grã excidiſtis, quæ vere iuſtificat. Magni eſt itaq; naufragij loco habendũ, quandoquidem nec lege fruimini, & gratiam ſimul amittitis.

NOS ENIM Spiritu ex Fide ſpem iuſticiæ expectamus.) Nos, inquit, fideles, non lege, ſed Spiritu ſancto conſequi ſperamus iuſticiam, deinceps & Spiritus eiuſdem aduentu, cõmiſſorũ veniam accepturos, & in Baptiſmo iri iuſtificatum.

NAM IN CHRISTO IESV neq; circumciſio aliquid valet, neq; preputiũ, ſed Fides quæ per charitatem operat̃.) Dicet aliquis. Si obfuturam dixit Apoſtolus circumciſionẽ, Cur ergo hanc indifferentẽ nunc ponit? Ad hæc reſpondemus, de circũciſione ea nunc dicere, quæ Fidem præceſſerit, perinde ac ſi inquiat. Qui in nouo ſunt teſtamẽto perſcripti, neq; ſi vel circũciſi iam fuerint utilitatis aliq̄d aſſequunt̃, neq; ſi in preputio ſint & incircũciſi, detrimẽti q̄dpiam ceperint aut iacturæ. Quandoq̄dem in Fide cunctarũ rerum vertit̃ cardo, quæ charitatem operat̃. Hoc eſt, quæ oĩno vegetior eſſe debet, ob eamq; qua in Chriſtum afficimur, charitatem præferri. Oſtendit aũt hos & ſi crederent & Fidem exceperint, nil tamẽ eſſe in Chriſti amore fundatos. Et ideo ad legem ultro ſe contuliſſe, quãuis ad habendã in proximos dirigat charitatem. Demonſtrat præterea ſeductores illos, qui hos circumuenerint ſi ſe velint charitate complecti, nequaquã id amplius auſuros. Perdiſce itaq; quemadmodum operat̃ Fides per charitatem, hoc eſt, ut actuoſa & exercita ſit, charitate vero ſi caret, ocioſa & turbida ſit futura. Simile illud eſt, Fides ſine operibus mortua eſt.

Fides ſi charitate caret ocioſa eſt.

CVRREBATIS bene, quis vos impediuit veritati non obedire?) Nequaquam

id rogantis eſt, ſed deplorantis dicentiſq;. Ecce iam id perfectionis culmen euaſeratis, quis ★ hoc defecit? Quis adeo ualuit deprauati ingenij uiribus, ut uos prorſus terpellaret, ne Euangelicæ ueritati fidem adhiberetis, ſed legi obſequeremini, quæ adumbrata ſit & ſuperuacanea reddita.

Aliás uos deiecit.

NEMINI CONſenſeritis, perſuaſio hæc nõ eſt ex eo qui uocauit uos.) Hoc eſt quod fueritis ſeductoribus his obſecuti, nequaq̃ eſt a Chriſto. Neq; enim ideo uos ille uocauit, ut morem geratis conſulentibus eſſe ritus Iudaicos imitandos.

MODICVM fermentum totam maſſam corrumpit.) Ne illis hunc in modũ occurrendi offeratur occaſio, quid nos adeo laceſſis Paule, unũ tantiſper exceſſimus legis mandatum, & tantopere id auges crimen & magnifacis, ſic reſpondet Apoſtolus. Quod tenue admodum eſt, & puſillum uidetur, maximũ ſolet in modũ obeſſe. Nam quemadmodũ fermentum, & ſi perexiguum ſit, maſſam uitiat omnem, quippe quam ſibi admixtam & ad ſe trahens immutat, ſic & circuncisio ipſa, cum mandati unius obtineat locum, ad Iudaicos ritus uos ★ conſecrandos eſt conuerſura.

Aliás conſeruandos.

EGO CONFIDO in uobis in domino, quod nihil aliud ſapietis.) Confido, inquit, in uobis, nec mirum, qui meorum calleam diſcipulorum conditiones, & eorũ facilem fore in uiam reditum non ignorem. Cumq; de uobis nil ipſe deſperem, quia ad bonum conuerti poſſe intelligo, confido tamen & Deo in primis, cuius arbitrio nec minima pereunt. Hortatur præterea, ut & ipſi de ſe præſtent quæ conferant, & ſpem in domino habeant obfirmatam. Neq; enim aliter poſſunt Diuina bona parari, niſi & ipſi, inquit, pro ueſtra uirili, proferre ex uobis quæ deceant, adnitamini.

QVI AVTEM cõturbat uos, portabit iudiciũ, quicunq; ille eſt.) Spero equidẽ inquit, in uiam uos redituros, facturoſq; quæ deceãt maxime, nil tamen crediderim qui uos ſeduxere, pœnas emeritas euaſuros, ſed luent hi quidem ſupplicia, tametſi magnitudine uideant̃ & authoritate præſtare. Id enim prætendit cum inquit, quicũq; ſit ille. Quod eo dixit? Vt abſterreat cęteros, ne in iſtiuſmodi ſe ingerãt facinus.

EGO AVTEM fratres ſi circunciſionem adhuc prædico, quid adhuc perſecutionẽ patior.) Cum hypocriſis Paulum pleriq; inſimularent, afferentes circunciſionem prædicaſſe nonnunq̃, & item nõnunq̃ interdixiſſe, ſic inquit. Velim equidem mihi teſtimonio ſitis, quemadmodũ a Iudæis diuexor inſectantibus. Si uero circunciſionem prædicauerim, quam aliam ob cauſam perſecutionem hanc patior? Id ſane perſpicuum, quia illorum auitos quoſdam ritus ſubſtulerim, ac ſi obſeruandam edixerim circũciſionem, in ſuo illos errore ſtabilio. Cur ergo me proſequuntur? Vel quã ſunt perſecutionis huiuſce cauſam allaturi. Num dicturi ſunt forte Timotheum Paulus circuncidit, ita quidẽ. Sed diſpenſationis cuiuſdã id gratia fecit. At ★ illud eſt circuncidere, aliud circunciſionem prędicare. Non enim dixit, ſi circunciſionem fecerim, ſed ſi prædicauerim. Qui enim prædicat, ſancit dogma, fieriq; id perpetuo oportere iniungit, quia bonum eſt præputiũ. Qui uero per diſpenſationem egerit quidpiam, non ſolum ut bene agat, ſed pro rerum & temporis neceſſitate id facit.

Paulus de hypocriſi reprehenſus.

Aliás aliud. Aliud circũcidere ex diſpẽſatione, aliud circunciſionem prędicare.

ERGO EVACuatum eſt ſcandalum crucis.) Si circunciſionem prædico, inquit, ceſſabit haud dubie ſcandalũ, quo crucis ratione offendebant̃ Iudæi. Nam nullã ob cauſam aliã, crucis hi ſunt p̃dicatione perculſi, neq; alia rõne eã repudiant, niſi quia circunciſionẽ ſimul tollit & legem. Quo fit ut quæ a me prædicat̃ circunciſio, crucẽ impugnãdi Iudæis occaſionẽ attulerit, reſederitq; & ſcandalũ quo illi inceſſebant̃.

VTINAM ET abſcindantur qui uos conturbant.) Hos quidem, qui fuerant a falſis Apoſtolis circunuenti, inſenſatos iam dixit. Neq; alium eos in modum, niſi ut pueros ſolemus, corrupit. Seductoribus uero perinde ac inſanabili morbo affectis & mala imprecatur, & inquit. Vtinam non modo circuncidantur huiuſmodi homines qui uos conturbant, ſed eorum penitus precidantur pudenda. Vel abſcindant̃ dicit, hoc eſt, a ueſtro ſint ſeiuncti conſortio. Græce aũt, quod conturbant latine traductũ eſt, ἀνασατοῦντες habetur, hoc eſt e proprijs ſedibus moti, & alio traducti. Vt enĩ

cum ui &

cum ui & armis aliqua capitur ciuitas, ex ea abacti homines alio traducuntur, ſic &
Galatæ libertate amiſſa, & ad Hieruſalem inferiorem hanc, a ſuperna illa trãſuecti,
ad legem ſunt & Iudaicam uilitatem compulſi. Notandum præterea eſt, quemad-
modum qui ſe circuncidunt Pauli in ſe execrationem conſciſcunt.

VOS ENIM in libertatem uocati eſtis fratres, tantũ ne libertatem in occaſionem
detis carni.) Non enim ut legi inquit deſeruiamus, a Chriſto ſumus uocati. Sed ut
a legalis ſeruitutis iugo liberi ſimus. Deinde ne quis exiſtimet, quia libertate utimur
licere nobis omnia ad nutum facere, caſtigat id dictum, & inquit. Nequaquã ſumus
huiuſmodi libertatem adepti, perinde ac occaſionem nacti ad carnis concupiſcen-
tias, quippe qui nõ eam ob cauſam ſumus a legis iugo ſoluti, ut in preceps feramur,
ſed ut libere & ſeruitute ſubmota, recti & gradu compoſito, tanq̃ beneformati, &
inſtructi nos incedamus. Non enim ut legem præuaricemur, licenter iam & libere
agimus, ſed ut ultra quam lege cautum ſit, prouehamur.

SED PER CHAritatem ſpiritus ſeruire inuicem.) Legis iam iugo ſublato, aliud
quoddã quod charitatis eſt, iugum inducit, ut illo leuius, ita & longe ualidius. Ar-
Cupiditas mater omniũ hæreſum.
guit præterea ſeductores illos talia his principatus cupiditate perſuaſiſſe, quæ pro-
fecto omniũ mater eſt hæreſum. Cumq; tales inquit uos inter diſſidiũ fecerit domi-
nandi libido, præſtate alternis mutua charitate obſequia. Seruire aũt inuicem dixit
ut intentiorem prætenderet animi affectum, quo ſeruiendũ ſit. Ad moralitatem de-
mũ conuerſus & modum aperit, quo fieri poſſit ne carnis cupiditatibus ſeruiatur.

OMNIS ENIM in uno ſermone impletur, diliges proximũ tuum ſicut teipſum.)
Si prorſus, inquit, legem exequi cupido inceſſerit, nequaq̃ hanc circuncidendo, ſed
charitatem ſeruando explete. Hæc enim legis eſt adimpletio. Aduerte aũt quemad
modũ, & ſi de mortalitate ſit ſermonem aggreſſus, nil tamen fuerit de dogmate ipſo
ut diſſereret demũ oblitus. Adeo ille dolebat, erroribus Galatas ſic paruiſſe.

QVOD SI inuicem mordetis & comeditis: Videte ne ab inuicem cõſumamini.)
Quod geſtũ re ipſa fuiſſe compertũ habebat, perinde ac ſubdubitans ponit. Idipſumq;
& in ſequentibus facit. Cum enim me conſumamini inquit, formidantis iudicium
præfert, rem ita fore pro certo aſſerentis, nõ condemnatis. Non enim ſolum morde
tis dixit, quod iracundiæ eſt, ſed comeditis uel uoratis, ut Græce habetur, quod feri
tatis eſt ultimũ. Hæc autem & de corruptis dogmatibus diſſerit. Quinetiam poteſt
& de mutuis illorum inſidijs rapacitatibuſq;, & inexplebili habendi cupiditate in-
telligi. Et quoniam qui alijs iniurias faciunt, uel inſidias parant, exitium alijs uiden
tur & non ſibi afferre. Videte inquit, id eſt cauete, ne id rei in uos relabatur.

DICO AVTEM in Chriſto ſpiritu ambulate, & deſyderia carnis non perficietis.)
Cum morſus & uorationes dixiſſet, cõſumationem allaturos & finem, exprimit &
horum medelam quæ & charitatem conſeruat, & ipſa a charitate ſeruatur. Dico au
tem id fore cum ſpiritales nos pręſtiterimus. Nam ſi ſpiritũ ipſi ſectabimur, & alios
amore proſequemur nõ mediocri. Quo demum affecti, ut ſpiritales efficiamur, ne-
ceſſe eſt. Sic profecto futurum eſt, ut carnis concupiſcentias non exequamur. Caro
enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.

In Manicheos.
HAEC ENIM ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis.)
His Pauli dictis innituntur Manichei, & cæteri eius ſectæ hæretici, dicuntq; ex dua
bus, & diuerſis ſubſtantijs hominem omnino conſtare, unde idipſum Apoſtoli di-
ctum huic rei argumento eſſe, & teſtimonio aſſerunt. Quod tamen eſt longe ſecus.
Neq; enĩ de hominis ſubſtantia hæc Paulus diſputat, ſed carnem appellat humanas
cogitationes & mentis affectus, qui terrenis in rebus uerſentur, perinde ac deſides
& torpentes. Non corpus & ſpiritum & ſpiritalem aliquem cogitatum, non animã.
Terreſtris contemplatio ſpiritali cõtraria
Terreſtris igitur cõtemplatio ſpiritali penitus aduerſatur, & ſpiritalis terreſtri pra-
uarũ itaq; & optimarũ intulit cogitationũ diſcrepantiam, nõ corporis & animæ im
pugnationẽ. Velle nanq; uel minus uelle, meditantis eſt animi. Adiecit præterea ne

ea faciatis

ea faciatis quæ uultis. Nam animæ corpus opitulatur. Nec ſecus inhærens an ĩa corpus tutatur, & per omnia ſubeſt, ne illud deſerat. Quo ergo pacto contraria fuerint & inuicem aduerſabuntur, quæ tanta & mutua ſunt affectione connexa.

QVOD SI ſpiritu ducemini non eſtis ſub lege.) Qui ſpiritum, inquit, eſt nactus uel prauas reſtringuit cupiditates, a quibus qui liber euaſerit, nec legis indigebit conſilio, nec illi erit ſubiectus. Nam qui nec ira incenditur, quid habet monitore opus, ne quem occidat, quod & alibi dixit Apoſtolus. Nulla eſt iuſto lex poſita. Videtur etiam & legis laudes explicare. Si enim ſpiritus loco lex erat, pro eius uiribus & ſuo tempore in pædagogi morem alios inſtruebat. Cur ergo pædagogi iugũ de integro ſubiiſtis, ſpiritu qui perfectos uos redderet, derelicto. Nec ſane res hæc ſecus ſe habet, quam ſi Philoſophus quiſpiam pædagogo indigeat.

MANIFESTA autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, adulteriũ.) Corruptæ, inquit, & carnalis uoluntatis hæc opera ſunt, e quibus eminent & notiora uidentur, adulterium, & fornicatio.

IMMVNDITIA, impudicitia.) Modos hoc loco nõnullos, fœdi prætendit cõcubitus, quos nec explicare præ ſcelerum magnitudine tulit.

IDOLORVM ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quę prædico uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non hæreditabunt.) Dicant uobis qui carnem incuſant & criminantur. Concedamus fornicationes & adulteria corporis eſſe delicta, inimicitiæ uero & contentiones & id generis cætera, quo pacto ineſſe corpori poterunt. Atqui liquet ſane corruptæ & inquinatæ mentis hæc eſſe facinora. Quod ſi nobis eſſent natura hæc inſita, quo pacto nos a cœleſti Imperio eiecisſent? Non enim natura, ſed uoluntate & ſupplicia parantur & præmia. Alioqui ſi natura hæc obuenirent, nequaq̃ qui faciunt hæc, intuliſſet ſed qui patiuntur. Nam facere animi promptitudinem præfert. Inimicitias uero nõ æquas intellige. Sunt enim & iuſtæ nonnunq̃, utpote, quæ fidei gratia oboriuntur, & quæ omnibus inferũtur, qui a recto deceſſerint. Dicit autem æmulationem, quæ & praua ſit, & iniquior. Quandoquidem eſt alia quædam recta æmulatio, cũ bona quis factitantem nititur imitari. Optime aũt poſt contentiones & rixas ponit & ſectas, id eſt hæreſes, quæ a cõtentione ducunt originem, cũ quiſq; contendit cõfirmare q̃d ſentit. Homicidiũ præterea ab inuidia naſcitur, & comeſationũ ſcurilitas oĩs & temulentia. κῶμοι eni græce, q̃s comeſationes hic dicit, ebriantiũ ſunt cantiones, cũ iurgio & cõtumeliis decantatæ. Vnde prius gignentia poſuit, mox & progenita.

Aemulatio bona.

κῶμοι.

FRVCTVS autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax.) Quia a nobis ortum ducunt praua facinora, propterea & carnis opera appellauit, perinde ac ſi operoſa ſint & grauia factu. Bona uero non modo noſtro indigent ſtudio, ſed ope etiam Diuina, ob idq; ſpiritus dixit, perinde ac noſtra interſit ſemen ſubminiſtrare, & uoluntatem offerre, Diuini uero arbitrii ſit, ut fructus emergat. Omniũ autem bonorũ radicem priorem ſtatuit charitatem, deinceps gaudiũ. Qui enim afficitur charitate, ſemper eſt lætior, uel ſi mala perpetiatur, & beneficium erga ſpectat, qui mala geſſerit. Gaudet etiam, ſed in Deo, cuius gratia & peragat cuncta, & toleret, eoq; & optime adgaudet conſcientiæ. Ex charitate autem & ſuſcepta lætitia cõquieſcit, nec ullis animi cogitationibus obturbatur. Quinetiam uel ſi quos odio habere uidebitur, non eos odit, ſed illorum faſtidit nequitiam. Quandoquidem hos ipſos, ut fratres colat, & odium præferat ut corrigantur, & correctis conducat.

Charitas radix bonorum oim.

PATIENTIA, benignitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia.) A benignitate longanimitas ita uidetur ſacris in literis diſcrepare. Vt qui animi ſit magnitudine præditus, is certe ſapientia polleat. Neq; accelerate & præcipitãter, ſed ſenſim, & lento gradu, decentes ingerat pœnas. Qui uero benignior fuerit, uel ſontes & noxios dimittit impunes. Quemadmodum Moyſes quia Mariæ &

Aaron ipſi

Aaron ipſi pepercerat, clementior eſt appellatus a cunctis, qui eas terras incolerent Et bonitas quidem eſt q̃ beneficentia longe uulgatior. Bonus eſt enim dominus, inquit, uniuerſis. Beneficentia uero dignis dũtaxat benefacit, ut illud eſt. Benefac domine bonis. Fidem autem dicit non ſimplicem quandam & tenuem, ſed quæ montes præ ardore tranſiliat, credatq; nihil ambigue quæ impoſſibilia hominibus ſunt, apud Deum fore factu facillima. Poſtremo & continentiam poſuit, qua non ſolum ab eſcis, ſed ab omni ſit nequitia abſtinendum.

ADVERSVS huiuſmodi non eſt lex.) Hoc eſt, anima quæ iſta ſpiritu ſuggerente peregerit, nihil indiget legis inſtructione, cum præſtantior ipſa ſit, & lege ſublimior. Sicuti non calcaribus indigent æqui natura uelociores. Paulus itaq; nõ legem reiecit, quia iniquior ſit, ſed quia ſpiritu eſt liberalitate inferior.

Carnem cruci figere.

QVI AVTEM ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cũ uitijs & concupiſcentijs.) Haud ſecus, ac ſi quiſpiam roget. Quis hominũ eſt qui agat quæ diſſeris? Reſpondet, Qui Chriſti ſunt, hoc eſt, qui ex Chriſti ſunt ſorte, carnemq; crucifixerũt, id eſt, opera quæ carnem ſapiunt, mortificarunt. Non enim ſibijpſis mortem hi conſciuere, ut carnem intelligas ipſius carnis ſubſtannã, ſed cogitationes terrenas. Quo fit, ut neq; iracundiæ uitium in his, neq; cõcupiſcentiæ uigeat, ſed utraq; hæc & cruci affixa ſint, & morte affecta. Vel ſimpliciter uitia affecta & inquinata opera dicit, ſiue ab ira ſint illa producta, ſiue a cupiditate. Nec ſolũ iſtiuſmodi actiones reſtringunt, ſed earum tollunt principia, ſiue concupiſcentias dixeris.

CAP. VI.

SI SPIRITV VIVIMVS, SPIRITV ET ambulemus.) Cum itaq; ſpiritus tanta ſit uis, & illi uiuendum eſt, & eo contenti eſſe debemus. (Id enĩ ambulemus prætendit) hoc eſt, ſat ſit nobis ſpiritus uirtus, neq; per legem adijci quidpiã depoſcamus.

NON EFFICIAmur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.) Arguit hoc loco eos qui hos ſeduxere, gloriæ cupiditate id ſcelus fuiſſe aggreſſos, quæ haud dubie cunctorũ eſt malorum origo. Tunc autem ſe inuicem prouocant, cum ſe concitant altercando, iurgandoq;, ut fieri ſolet, cum qs hoſti inclamat huiuſmodi. Heus tu, huc cõcedito, ſi quid robore uales & uiribus, ineamus certamen. Proinde & inuidiam interdicit, quandoquidem ab inani hæc gloria defluat.

FRATRES, ET ſi præocupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.) Cum ſeductoribus his uiderentur nõnulli ex delinquentibus conuitiari & increpare delicta, propriaq; uitia patefacerent. Vtpote, qui gloriæ & principatus cupidine ad id deueniſſent, ſic inquit. Si pręocupatus qs fuerit, atq; deprehenſus aliquid cõmiſiſſe, non ſtatim ſunt admouenda ſupplicia, ſed ad correctionẽ adhibenda medela. Et in SPIRITV ſancto id agite dicit, arguens ſpiritui id placitũ eſſe, & eius gratia fieri, ut leniter caſtigemus peccãtes.

Peccanti non ſtatim admouẽda eſſe ſupplicia.

CONSYDERANS teipſum, ne & tu tenteris.) Ne forſan qui alios in uiam reduxerit efferatur poſtmodũ & inſoleſcat, confirmat hunc, & hortatur his uerbis. Cõſydera teipſum, hoc eſt, te hominem eſſe, ac labilem contemplare, & caue ne & ipſe tenteris, quod ſane humanũ eſt. At illud teterrimũ, cum ex tentatione in prauum facinus labimur. Tu uero adiecit, ut mortalis cõmonefaceret fragilitatis.

ALTER ALterius onera portate.) Quoniam nemo eſt hominum qui peccati ſit expers, ne acrius proximi peccata detractet, cõmonefacit. Quin eo maxime ferat ut & ſua ab alijs tolerentur.

ET SIC AD implebitis legem Chriſti.) Non enim implebitis dixit, ſed adimplebitis, hoc eſt, cõmuni conſenſu omnes Chriſti legem perficietis, uoſipſos inuicem tolerantes. Videlicet ut iracundus ad iram tardum ſuſtineat. Et tardior iracundi impetũ ferat. Sic fiet, ut neq; ille delinquat, ſi ab hoc toleretur, neq; is, ſi ab illo feratur, Nec illud dico, ut inuicem porrectis inter uos manibus Chriſti legem alternis mox exequamini, ſed quod proximo deerit, unuſquiſq; ſufficiat tolerando. Charitas autem Chriſti eſt adimpletio mandatorum.

NAM SI

NAM SI quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.) Arguit hoc loco nullius eſſe momenti, qui alicuius ſe duxerit. Pręfert enim maximũ ſuæ utilitatis argumentũ, qui eſſe ſe aliquid credat. Quo fit, ut præter ſeipſum fallat neminem.

OPVS AVtem ſuum probet unuſquiſq;, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero.) Examinet, inquam, & diligenter ſuas quiſq; res geſtas diſquirat. Id nanq;, cum probet inquit, deſignat, ne has forſitan ſiue inanis gloriæ, ſiue ſimulationis, ſiue alterius cuiuſuis humanæ occaſionis gratia geſſerit. Tunc fiet, ut non in altero, ſed in ſeipſo gloriam quis aſſequatur.

COMMVNICET autem qui cathetizaẽ uerbo, ei qui ſe cathetizat in omnibus bonis.) De præceptoribus diſſerit, qui ſub eis cathecumeni fuerint effecti, & inſtituti. Illos faciant non ★ unis in rebus, ſed in oĩbus eorum, fortunæ boniq; participes, uictum ſcilicet, ueſtem, honores, beneuolentiã & bona reliqua illis impartianẽ. Vtpote qui longe maiora accipiant, q̃ ipſi contulerint. Quandoquidem demetant pro carnalibus ſpiritalia. Eoq; & cõmunicationem appellat, ut quam retributio cõſequatur & præmium. Quæret aliquis. Cur a diſcipulis, Chriſtus alimoniam iuſſit præceptoribus ipſis deferri. Id nimirum ea de cauſa fecit, ne inſoleſcerent præceptores, ſed humiles ſe præſtarent, quando eorum ad uitã præſidio indigerent, quos ipſi ad fidem inſtruerent. Et ut nulla præſentiũ rerum cura diſtracti, prædicationi ſolũ uacarent, eſſentq; & diſcipuli nõ in præceptorem ingrati, & conſueſcerent bene inſtituti in omnes tales ſe exhibere, ſimul etiam ne inopes ſuam erubeſcerent ſortem. Quandoquidem pari eſſent cum præceptoribus conditione.

Cathecumeni.

Aliás una in re.

Cur à diſcipulis Chriſti iuſſit alimenta præceptoribus deferri.

NOLITE errare, Deus non irridetur, quæ enĩ ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternã.) Cum præceptores ipſos nõnulli prauæ uitæ inſimularent, & ob id aſpernantes nõ alerent ægeſtate oppreſſos. Ideo & in ſubſequentibus dicturus huiuſmodi eſt. Bonũ facientes non deficiamus, & nunc inquit, decere admodũ eos ut liberaliter erga hos inſtructores ſe gerant, tanq̃ id omne quod ipſi impenderint, in ea quæ ſpiritus ſint conferatur. Proinde doctrinam conferens cum impenſis, quæ cũ carnalibus, tum ſpiritalibus ſint in rebus effectæ ſic ait Si in his quæ carnis ſunt menſas conſumpſeris, inſtructoribus paratis ad gulam irritandã epulis, temulentiam, luxum & crapulam ſeminans, profecto corruptionem demetes. Hæc nanq; & facile corrumpuntur, & corpus inficiunt. At ſi ſpiritalia ſeueris, hoc eſt, ſpiritus opera, in omneſq; ut beneficus contuleris eleemoſynã, & continentem te geſſeris, uitam ſempiternã inuenies. Neq; enim irridetur, hoc eſt, nil fallitur Deus ſed propriam cuiq; mercedem perſoluet Satius nobis erit ſpiritalibus in rebus bona hæc terrena dependere, quibus in rebus & præceptorũ computatur impenſa, q̃ in carnis affectibus his ſuauiſſimis, qui & per ſe corrumpuntur, & corpus afficiunt. Nam & ex gratiſſimis uoluptatibus, & nimio luxu, morbi oboriuntur.

Seueris, id eſt, ſeminaueris.

Morbi ex nimio luxu.

BONVM AVtem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes.) Hoc loco clarius aperit quemadmodũ & ſi improbi ſint, qui noſtra indigeant ope, nil tamen ipſi deficiamus bene de his promereri. Abundantem præterea & cõtinuam largitionem prætendit, cum inquit. Nihil deficiamus. Et quia magnũ quiddam uidetur exigere, confeſtim & præmiũ ponit, cum inquit, metemus. Quippe qui quietiores ſumus futuri, cum alijs bona hæc impartiuerimus.

ERGO DVM tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.) Quemadmodum non ſemper eſt ſerendi tempus, ita nec metendi occaſio ſemper offertur. Quod ſane & uirginum illarũ, & Lazari exemplo proferẽ Quandiu autem nobis hac in uita ſuppetit ætas, non ſolũ in præceptores, ſed in gentiles ipſos & Iudæos, quæ bona ſunt operemur. Hoc eſt, beneficentia utamur & eleemoſyna. Nec tñ pari menſura ★ utenda in hos erit largitio, ut in fidei ꝓximos ſed maior erga fideles præſtanda eſt, & effuſior, Id enim cum maxime ad domeſticos fidei dicit,

Eleemoſyna et gentilibus & Iudæis preſtãda.

Aliás effundenda.

dei dicit, prętendit. Aduerte aũt quemadmodũ, uel in his a Iudaica illos uſitate repel
lat. Siquidem cum lex ipſa ad unius nationis homines, hoc eſt Iudæos, ſuam clemen
tiam aperiret, gratia uero terras ſimul ac maria ad eleemoſynæ conuocat menſam,
tametſi ut dictum eſt, non æqua menſura.

VIDETE qualibus literis ſcripſi uobis mea manu.) Paucis de mortalitate iam
explicatis, quæ dicere cœperat, & animũ eius morderent, repetit. Oſtenditq́; ſe pro
prijs manibus epiſtolam exaraſſe. Quod eo inquit, ut non modo ſuam erga Gala-
tas aperiret beneuolentiã, ſed etiam tolleret ſi quid illi de ſe male exiſtimarenr. Incu-
Paulus ſcribendi imperitus.
ſabatur nanq; ab his leuitatis, & inconſtantiæ Paulus, perinde ac ſi ſua dicta p̃dican
do iam uariaret, eoq; & ſcriptis cogitur quæ prædicaſſet, teſtificando probare. Eni-
uero quas mittebat Apoſtolus literas alij conſcribebant. Salutem duntaxat ipſe, in
epiſtolæ calce cuiq; impertitã notabat. Qualibus aũt cum inquit, non literarũ expri
mit prolixitatem, ſed deformitatẽ prętendit, p̃inde ac ſi dicat. Et ſi minime ſim appri
me ſcribendi peritus, cõpulſus ſum tñ uel mea manu hanc ad uos epiſtolã ſcribere.

QVICVNQ; enĩ uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi.) Quicũq;
inquit, placere in carne uolunt, hoc eſt, morem Iudæis hoĩbus cupiunt gerere. Nam
conuitijs ab his inceſſebantur fideles, tanq̃ a patrijs ritibus defeciſſent, hi uos ad cir-
cuncisionem compellunt, ut ſeſe ueſtræ carnis ſciſſura apud Iudæos excuſent. Cum
autem cogunt, infert, arguit eos uel inuitos id fuiſſe perpeſſos, ſimul ut his ab eiuſ-
modi ſeductoribus ſecedendi præbeat occaſionem, ut qui nihil ultro deliquerint.

TANTVM VT crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.) Quinetiã, inquit
id alia quadã de cauſa moliuntur, ne Chriſti crucis perſecutionem perpetiãtur. Hoc
eſt, ne crucis & fidei cauſa, quam haud dubie circuncidendo præuaricantur, hi diue
xentur. Vel ea tolerent, quæ tulerit Chriſtus, alios uolunt circunciſionis huiuſce ha
bere participes.

NEQVE enim qui circuncidũtur legem cuſtodiunt, ſed uolunt uos circuncidi,
ut in carne ueſtra glorientur.) Nec ſolum, inquit, gratificandi hominibus gratia,
ſed gloriæ etiã cupiditate id agunt. Neq; legis tutandæ, aut religionis id faciũt cauſa
quin magis ut laudem aſſequanĩ, & glorientur ueſtra in carne. Hoc eſt, in hac præci
denda iactãt p̃ceptores ſe & Magiſtros, habere uos in diſcipulos, & ſibi morigeros.

MIHI AVTEM abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri IESV CHRISTI.) Illi
inquit circunciſionem hanc gloriæ ducunt, rem ſane ſuperuacaneã, perinde ac ob-
ſoletam iam & deſitam. A me uero procul ſit cæterarũ rerum iactantia. Liceat tamẽ
Quomodo q̃s gloriari dicatur in cruce domini.
in una CHRISTI IESV cruce & morte admodum gloriari, qui inanem reddidit cir-
cuncidendi conſuetudinem. Cum autem abſit dicit, tacite circunciſionem, ut uetitã
deteſtatur, quã ut effugeret, Dei opem adſciuit. Quæret aliquis, quo pacto gloria-
ris in domini cruce? Nempe quia mei ob gratiam, qui nulli rei ſum uſui, ille ſit cru-
ci affixus, & me tanta ſit charitate complexus, ut morti ſeipſum obtulerit. Cur itaq;
in Pauli gloriam & fidelis cuiuſq; conceſſit? Quia domini ſit erga nos charitas pate
facta. Quis enim qui ſeruus cum ſit, non gloriæ duxerit, heri in ſe beneuolentiam?

Mundus quid.
PER QVEM mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.) Mundũ præſentis
uitæ bona appellat, gloriã ſcilicet, opes & delicias cæteras. Hæc, inquit, mihi demor
tua ſunt, & his ego ſum morte affectus. Quo fit, ut duplici hac mortificatione, neq;
bona illa me comprehendere poſſint, neq; ipſe ad ea confugere. Quippe qui mortu
us ſim, hoc eſt, his rebus omnino nil deditus.

IN CHRISTO enim IESV neq; circunciſio aliquid ualet, neq; præputium. Sed no
ua creatura. Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericor-
dia, & ſuper Iſrael Dei.) Nequaq̃, inquit, circunciſionem mihi cõmemores, quæ
ut nihil poteſt officere, ſic plane & inutilis & ſuperuacanea eſt, cuiuſmodi & præpu
tium fuerit. Quandoquidem cuncta innouauerit Chriſtus, & aliã a nobis hoc tem-
pore uitam, & alios mores depoſcat. Eſt enim noua quæ nuper ſecundũ Chriſtum

creata eſt vita. Siquidem noſtra hæc quæ delinquendo conſenuerat anĩa, Baptiſmo eſt renouata, & futuro in ſæculo incorruptione & gloria, vel ipſa hæc corpora deco rabunt, cum ipſi noui erimus omnes, incorruptibilesq; redditi. Quicunq; igit̃ huic ſecundum Chriſtum viuendi modo, & regulæ ſeipſos addixerint, auerſati tandem obſoletam hanc & inualidam circumciſionem, pace conciliata in gratiam cum Deo redibunt, & erunt a prauis liberi facinoribus, quæ nobis Deum procul dubio red- dunt infenſiorem, miſericordiamq; & veniam conſequent̃. Nec tamen ultra ut deo aduerſantes exiſtimabunt̃ vel odioſi, ſed ut miſeratione dignati. Vtpote qbus per Crucem & gratiam, pax ſit cum Deo conciliata. Hi autem Iſraelitæ ſunt certo, utpo te qui Deum intuerent̃, eoque & Iſrael dicitur Dei. Atqui vos iſti ſeducunt, & cir- cumueniunt, & ſi genere ſint Iſraelitæ, falſo tamen Iſraelitæ dicuntur. Hoc autem a Dauid dicente, pax ſuper Iſrael, deſumpſit Apoſtolus.

DE CAETERO nemo mihi moleſtus ſit.) Nec pertæſus, neq; indignãs, hæc Pau lus profert. Qui em̃ id faceret, qui ita hortat̃? Inſtate oportune & ĩportune, ſed vo- lens ipoſitas ab ſe leges imotas fore, & nil ſpei reliquũ illis eſſe, ut has quoquã pacto imutet, ſed ſperare modo quod ſemper ſtatuerit aſſidue ſe prædicaturum.

EGO ENIM ſtigmata domini noſtri IESV CHRISTI in corpore meo porto.) Excuſationis, inquit, habeo loco apud eos, qui me hypocriſis criminant̃, & dicunt alibi me circumciſionẽ hanc prædicaſſe & adſtruxiſſe, Stigmata ipſa & diſcrimina, quæ Chriſti ob gratiam obiui intrepidus. Hæc nanq; vel voce quauis clarius teſtifi- cant̃, quemadmodum nequaquam pro lege, ſed pro eo quod ſecundum Chriſtum eſt dogmate, periculis ante hac meipſum obiecerim. Neque habeo dixit, ſed geſto. Perinde, ſcilicet ac trophæum aliquod & inſigne regium altius & cunctis viſendum attollo, & in iſtiuſmodi glorior.

Stigma Chriſti in Paulo quo modo.

GRATIA DOMINI noſtri IESV CHRISTI cum Spiritu veſtro fratres Amen.) cum bona illis precet̃ opteťq;, oſtendit non ira vel odio dixiſſe quæ dixit, neq; cõ precationis id obtinet locum, ſed inſtructionis & doctrinæ, quæ dicta omnia con- cludat ac terminet. Commemorat præterea & gratiam qua non lege, ſed Chriſti mu nere ſint qui credidiſſent potituri. Neq; vobiſcum dixit, ſed cum Spiritu veſtro, abi gens eos a rebus hiſce, arguensq; non a lege hos Spiritum, ſed a gratia accepiſſe. Et ut non legem illis aut circumciſionem, ſed gratiam & Spiritum contulit, ita & poſſe collata ſeruare. Veruntamen cum fratres appellat, Baptiſmi admonuit, quo fratres ſumus omnes effecti, a patre uno non a lege progeniti. Sit itaq; & vobiſcum ſpirita- liter vitam degentibus gratia; nec diuinam illam ſanctificationem paracleti a vobis peccatorum volutabro abigatis, ſed auctam ſemper magis ac magis accumuletis in CHRISTO IESV domino noſtro, qui nouam & ſpiritalem vitam veteri & corpora- li ſublata, monſtrauit. Cui gloria in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Fratres omnes ſumus Baptiſmo effecti.

Miſſa fuit a Roma.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD EPHESIOS.

Epheſij ſunt Aſiani. Hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in Fide. Hos collau- dat Apoſtolus, ſcribens eis ab Roma de carcere per Tychicum Diaconum.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS ATHANASII, VEL MAXIME VVLGARII PROLOGVS.

Epheſus ubi.
Ioannes apud Epheſum mortuus.
Philoſophi clari apud Epheſum.
Epiſtola ad Epheſios referta myſteriis.

EPheſus Aſiæ Metropolis erat, huius incolę Dianam colebant, cui & templum dicauerãt ornatiſſimum & permagnificum, quod in ſumma erat, cum apud Græcos omnes, tum apud Epheſios ipſos veneratione & cultu, ita ut Diana πάνδημος diceretur, quemadmodum in actis Apoſtolorum literis eſt demandatum. Ea in urbe Ioannes Euangeliſta relegatus, diu verſatus eſt, & vitam demũ multo ſenio exactam finiuit. Ibidem & Paulus Timotheum reliquit prædicantem. Quin etiam qui ea tempeſtate Philoſophi maxime claruerunt, Epheſi vitam egere. Cum itaq; tanta eſſet urbs illa felicitate donata, & ſapientibus adeo viris polleret, accuratius ad hos ſcribit Apoſtolus, & ſenſa quædam profundiora & altiora arcana his credidit, ut qui nuper eſſent ad Fidem inſtructi. Scribit autem Epiſtolam hanc ſenſibus altiſſimis plenam, refertamq; diuinis myſterijs, quo circa nobis & animus enixe admodum intendendus, ea ut pernoſcamus quæ hac in Epiſtola condunt̃ myſteria.

CAP. I.

PAVLVS APOSTOLVS CHRISTI IESV per voluntatem Dei.) Ecce quemadmodum per præpoſitionem hanc & particulam, Arrianorũ de cauſa, qui aliter ſentiunt, Patri attribuit, perinde ac Deo & Patre volente, Chriſti ſit IESV Apoſtolus inſtitutus.

SANCTIS QVI ſunt Epheſi & fidelibus in CHRISTO IESV.) Aduerte quam hoĩes hi ea tẽpeſtate virtute pollerent, ut eos & fideles appellet & ſanctos, viros præſertim vitæ huius temporariæ deditos, qui uxores haberent & liberos. Iſtiuſmodi neq; in montibus forſan hoc tempore, neq; in ſpeluncis inueneris.

GRATIA VOBIS & pax a Deo Patre noſtro & domino IESV CHRISTO.) Cum grãm dixit, a Deo Patre nr̃o adiecit, ut oſtendat eiuſmodi gratiæ opera fuiſſe effectũ, ut Pater hic nobis & dñs fieret & Deus. Dominus qdem, hoc eſt, Filius, ob eam quã nobis contulit grãm factus eſt, & CHRISTVS IESVS carne pro nobis aſſumpta, & IESVS nomine dictus, humanitatẽ diuinitate obliniuit & unxit.

BENEDICTVS Deus & Pater dñi noſtri IESV CHRISTI.) Ecce & Deus & Pater eſt eiuſdem & unius Chriſti. Deus qdem ut incarnati, Pater ut Dei verbi.

QVI ENIM benedixit vobis in omni benedictione ſpiritali.) Ad benedictionis Iudaicæ differentiã, ſpiritali appoſuit. Illa nanq; magis erat corporea. Benedicat ẽm, inquit, Deus filios uteri tui, & benedicat introitũ & exitum tuum. Hic vero oĩs in nos ſpiritalis benedictio eſt, ita ut nihil ex ea deſit. Quandoquidem & ĩmortalitate ſimus donati, & Dei Filij & Chriſti cohæredes effecti, ut nobis qui primitiæ ſumus, onus a ſupernis poteſtatibus deferat̃. Merito ergo in omni benedictiõe dixit, Nam cuncta nobis dono ſunt tradita, tam diuina quam ſpiritalia.

IN COELESTIbus tanq; ſpiritalis benedictio noſtra, & cœleſtis interpretetur.) In cœleſtibus inquit, Nam Iudęorum in terris erat benedictio, & ideo corporalis eſt dicta; Dona ẽm terræ comedite ait, & terram fluentem lac & mel. & benedixit dominus terrã tuam. In noſtra autem nihil huiuſmodi, ſed ſunt cuncta cœleſtia. Vnde & ſpiritalis hæc noſtra dicit̃ benedictio. Nam eo promiſſo cœleſte imperium eſt pauperibus deſtinatum, & iuſtificatis multa in cœlis eſt merces.

IN CHRISTO IESV.) Hoc eſt, per Chriſtum nobis, non ut mel eis per Moyſen, benedictio iſta obuenit. Sic itaque, ut non modo qualitate bonorum cum Iudæis, ſed meditaore etiam differamus.

SICVT ELEGIT

SICVT ELEGIT nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.) Nobis, inquit, bene
dixit per Chriſtū quemadmodū et per eundē elegit, hoc eſt, per Fidem in Chriſto ha *Mundi conſtitutio.*
bitā. Elegit aūt ante mundi conſtitutionē. Siqdem erant, quæ nobiſcum agunť hoc
tēpore, ex alto prædeſtinata, non nuper tradita, ſed a principio præparata. Recte aūt
καταβολὴν intulit, quod græce fundationē interpretamur, & latine conſtitutionem
dixit interpres, ut oſtendat e quadam diuinæ potentiæ ſublimitate demiſſum & fun
datum fuiſſe hunc mundum. Cum vero elegit inquit, & Dei deſignat clementiam,
& illorum virtutem. Quippe quos Deus ſecreuerit ut probos futuros.

VT ESSEEMVS ſancti & īmaculati in conſpectu eius.) Ne forte illud ſubeat
mentē elegiſſe iam Deum ſaluos fore quos velit, & ſic torpeat animus exiſtimanti.
nil ultra eſſe virtuti ſtudendum, ut vitam quis aſſequať. Quandoquidem electi iam
ſint pro Dei arbitrio, & nil cæteris eſſe ſpei iam reliquum, ad id inquit. Elegit nos
Deus, ut ſancti ſimus & ſine labe, & in ea. ſ. ſanctitate viuamus, quam Baptiſmo ab
lutis largitus eſt dominus. Perſtemus itaq; & vitam ſeruemus virtute præditā. San-
ctus eſt eñ quiſq; qui eſt Fidei particeps, īmaculatus vero qui nullis viuendo ſordi-
bus irretiť. Nec hanc ſanctimoniā modo & vitā culpa vacātem a nobis exigit Deus, *Sanctus immaculatus.*
ſed ut in eius cōſpectu hanc ipſam ſeruemus. Sunt nanq; pleriq; qui hoīm præſentiā
veriti potius q̄ Dei maieſtatē, præ ſe ſanctimoniā ferunt. Quales Phariſei fuere, id-
ipſum & Dauid aſſerit, inquiens. Secundum puritatem manuū mearum in conſpe-
ctu oculorum eius. Item & Eſaias Auferte iniquitates ab oculis meis.

IN CHARITATE qui nos prædeſtinauit in adoptionem filiorum per IESVM
CHRISTVM in ipſum.) Cum elegit dixiſſet, dedit intelligi quemadmodū, ut pro-
bos nos Deus, & noſtrę virtutis elegerit gr̄a. Et q̄a non in nr̄a duntaxat virtute con
ſtaret hæc ſalus, qui in charitate nos p̄deſtinauit, adiecit. Alioqui & Fidē excipere &
Deo appropinquare, in nr̄a eſt ptāte ſitū. Tametſi vocātis dei ſit munus. Accedētes
vero adoptione dignari, diuinæ charitatis eſt atq; clemētiæ. Eoq; qui p̄deſtinauit, in *Adoptione dignos Dei charitas fecit.*
adoptionē adiūnxit. At quotam ſi quæras adoptionem? certe quæ humanū ad ſe at
trahat genus, & ſibi conciliet, & id q̄dem per IESVM CHRISTVM efficiť. Pater eñ
prædeſtinauit, ad hunc vero Filius duxit, per Filium q̄dem non ſerui cuiuſpiam in-
terceſſu nobis bona hæc obuenere, & præclarior eſt liberalitas viſa.

SECVNDVM propoſitū voluntatis ſuæ in laudē gloriæ.) Propterea, inquit, ita
futurū ut nos adoptaret, prædeſtinauit, quia id vellet maxīe, ut gr̄æ eius & munifi-
centiæ gloria patefieret. Dicet aliquis, eſt ergo gloriæ cupidus Deus? Nequaquā. *Deus an ſit gloriæ cupidus, & quomodo.*
Nam nullius indiga eſt rei diuinitas, ſed vult ſane a nobis gloriā conſequi, hoc eſt, a
noſtris rectis operibus, ut ſe maiori charitate ſectemur. Nam qui diuina in ſe collata
beneficia demirať, pro ſua virili omni eſt ſtudio adniſurus, ne Deum de ſe quā opti
me meritū, quoquam pacto offendat. Et quoties bona accepta memoria repetet, ma
gis ac magis largitorem hunc colet. Atqui id vult maxime Deus, ut pereat nemo, &
ne qui fuerint deteriores effecti, perdantur. Nec ſane neceſſitate coactus, ſceleratos
hic cruciat, ſed ultro & volens.

IN QVA gratificauit nos in dilecto Filio ſuo.) Hoc eſt, plenos gr̄a fecit, quod
tamen græce ſignificantius dicitur, ἐχαρίτωσεν. Nam quemadmodū ſenem aliquem
ſcabie multa affectum, corruptumq; inædia longiori, luridumq; & informem, ubi
curandum quis ceperit, confeſtim & decorum reddat, & iuuenili & priſtinæ ætati
reſtituat, gratumq; cunctis faciat & acceptum. Sic Deus omni nos deformitate op-
pletos, & iocundos eſt redditurus & hilares, ac forma p̄ſtantes. Nam rex, inq̄t, tuū
decorē deſiderabat, gratioſos aūt in dilecto Filio fecit, hoc eſt, per dilectū Filium.

IN QVO habemus redemptionē per Sanguinē eius, remiſſionē Peccatorum.)
In dilecto, inq̄t, & unigenito redemptionē habemus. At qualem illā ſi quærat quiſ-
piam dilectorum remiſſionē, vel quo pacto impetratā hanc dicis? Per Sanguinē in-
quit. Et quod horribilius eſt, eius per ſanguinem, quē unice diligebat, nos ille rede-

mit, quos prius odiſſet, in redemptionem precium perſoluens Filij ſanguinem. Aduerte autem quemadmodum id adoptionem ipſam magnitudine antecedat, quandoquidem noſtri ob gratiam nec Filio Pater pepercerit.

SECVNDVM diuitias gratiæ eius quæ ſuperabundauit in nobis.) Hæc inquit in gratiæ ſuæ copia fecit. Vide quanta ſit huiuſce excellentia, quando & opes nobis collatæ ſunt, opes inquã Dei, & gratiæ opes. Nec ſimplicioris cuiuſpiam gratię, ſed quæ abundauit in nobis, hoc eſt, quam affatim in nos ille effudit.

IN OMNI ſapientia & prudentia, ut notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ.) Hoc eſt, eo in nos gratiam fudit, ut poſtquam ſapientia præditos reddidiſſet, aperiret nobis ſuæ volũtatis arcanum. Perinde ac ſi dicat, quæ cordi recondita haberet, nobis pernoſcenda expoſuit. Vel poteſt hoc modo intelligi, ut notum faceret nobis myſteriũ quod omni ſapientia & prudentia conſtaret. Hoc eſt, q̃d omni eſſet prudentia & ſapientia refertũ. Nam quo pacto non ſummæ ſapientiæ ea res fuerit, cũ eos quos antea infenſos haberet, & pro perditis reliquiſſet, tantorũ myſteriorum dignos, & ſæculorũ præſertim in fine præcipueq; per Crucem effecerit?

SECVNDVM beneplacitũ quod propoſuit in eo.) Id inquit pro ſuo arbitrio & voluntate fecit, & quẽadmodũ propoſuit & p̃deſtinauit in eo, hoc eſt, in Chriſto.

IN DISPENſatione plenitudinis temporum.) Huiuſmodi beneplacitũ & voluntatem propoſuit ille, & p̃deſtinauit in diſpenſationem, hoc eſt, in gubernationem temporum & ſtabilitatem. Nam temporũ finis, hoc eſt, poſtrema tempora tormenta depoſcebant & cruciatus, quando in his hominum nequitia increuiſſet. Filij tamen, ſeu Chriſti aduentus, maximum certe in modum poſtremis his ſæculis ſalutem mortalibus attulit, quod ſane incomprehenſibilis eſt ſapientiæ.

Chriſti aduentus incomprehenſibilis eſt ſapientiæ.

INSTAVRARE omnia in Chriſto quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo.) Erant inquit cœleſtia a terrenis iſtis diſciſſa, ita ut non unũ caput haberent. Nam & ſi pro mundi huius creationis rõne, unus eſſet omnibus Deus, nondum tamen qui charitate nobis coniungeret̃, dignoſcebatur. Quo circa propoſuit Deus inſtaurare cœleſtia ſimul & terrena, hoc eſt, unum caput cunctis imponere Chriſtum. Et Angelis quidem quo ad incorpoream eorum naturam, hominibus vero pro carnis conditione. ἀνακεφαλαιώσασθαι vero, quod inſtaurare dixit interpres, græce vel hanc habet ſignificantiã, breuiter. ſ. ſummatimq; quæ longiori ſunt tempore geſta, vel quæ pluribus ſunt explicata, paucis demum complecti. In Chriſto igitur anacephaleoſato Pater. Hoc eſt, præcidit Pater & termĩauit, quæ longioribus fuerant ſæculis diſpenſata. Verbum autem erat in iuſtificatione perficiens & concidens.

IN QVO etiã nos forte vocati ſumus, p̃deſtinati ſecundũ propoſitũ eius, qui operat̃ omnia ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ.) Dixerat ſuperius quemadmodũ nos elegerit Deus, nunc vero ut in Chriſto forte vocati ſumus, hoc eſt, per Chriſtum. Et quoniã nec virtus ſors eſt, nec voluntatis, ſed fortunæ, id dictũ caſtigans, ſic inquit. Prædeſtinati ſecundũ propoſitum eius. Neq; eñ prædeſtinaſſet, niſi & dignos præſciſſet. Prius eñ præuidit quam condidit, exciuitq; nos forte Deus, ac ſibi ſecreuit, qui cuncta gerit. Quo fit, ut de nobis hæc per ſe facta electio, & per ſortem vocatio, nil eum fefellerint. Forte autẽ exciri, beatitudinis eſt. Quippe quæ nullis laboribus parat̃, ſed gr̃a, Etſi ad indignos uſq; peruenerit, Atq; ſecundũ voluntatis ſuæ conſiliũ dicit, ut oſtendat non Iudęorũ contumacia, & in Deum perfidia, vel leui de cauſa accitos eſſe gentiles, ſed fuiſſe cælitus & a principio ad Fidẽ prædeſtinatos. Id nanq; erat Dei conſiliũ iampridem occeptum, & ei ſic placitũ. Nam & ſi Chriſtus dixit, in viam gentiũ ne abieritis, & non ſum miſſus niſi ad oues perditas Iſrael, ad conſolandos tamẽ Iudæos dicta hæc ſunt, ut uel verbis ſaltem mitioribus puerorũ more pellicerent̃. Id tamen in vero eſt, gentiũ vocationem ſuperne fuiſſe prædeſtinatam.

Ob Iudæorum contumaciã acciti gentiles.

Gentium uocatio ſupne prædeſtinata.

VT SIMVS in laudem gloriæ eius nos, qui ante ſperauimus in Chriſto.) Hoc eſt, credentes, vel antequam futurum immineat ſæculum ſperamus in Chriſto, quæ tunc

quæ tunc nobis obuentura ſunt bona. Gloria autem & laus Dei ſunt bonitatis, qui nos & ſi ab ſe alienos, ſaluos effecerit.

IN QVO ET vos cum audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ.) In quo, hoc eſt, per Chriſtum. Sic & ad Hebræos iam ſcripſerat. Locutus eſt vobis in Filio. Verbum autē veritatis dicit, ad legis figuratæ quidem & adumbratæ, perniciem afferentis & interitum, differentiam, & futuri ſupplicij. Nam prioris aduētus præconium eſt haud dubie ſalutare, ſecunda, vero tuba pœnas denunciat.

IN QVO ET credentes ſignati eſtis Spiritu ꝓmiſſionis ſancto.) In quo Euangelio. ſ. ſiue in Chriſto vos credidiſtis, hoc eſt, per Chriſti grãm Fide ſuſcepta, obſignati iam eſtis, ita ut perſpicuū ſit de Chriſti ſorte vos eſſe. Iudæi tñ ex circūciſione ſunt, beluarū more, carnis ſignaculo excepto, notis inuſti. Sed vobis ut Dei filijs, ſupra ꝙ carnis patiat̃ conditio, Spūs impreſſum eſt ſignū, quem utiq; Spūm promiſſionem appellat, vel quia ex promiſſo nobis traditus ſit, quemadmodū & Ioel teſtat̃, ſic inquiens. Pollicitus eſt Deus, Effundam de Spiritu meo in oēm carnem. Et Chriſtus accipietis, inquit, virtutem ſupernæ mentis Spiritus ſancti. Vel quia futurorū bonorū promiſſionem Spiritus ipſe confirmat. Is nanq; nobis cum tradit̃, certiora facit futura, eoq; pro ſymbolo & pignore datur, ut in ſequentibus patet.

Ioel.

QVI EST primogenitus hæreditatis noſtræ.) Emit utiq; a nobis noſtrā ſalutē Deus, Spūm nobis in pignus dedit, certior ꝗdem ꝙ ineffabiliū hæreditatem ſit largiturus. Hi vero qui haud dubie Spūm ſunt hunc ipm ſortiti, intelligunt eundē & pignus eſſe perfectæ hæreditatis, quēadmodū & Paulus certe id ſentiens, perfectionē hanc ut acciperet, congrebat cum Chriſto verſari. Nos vero neq; pignus ſaltē ut decet adepti ſumus, neq; ſinē deſideramus, ut qui nec Spūm hunc deguſtarimus.

Spiritus nobis pro pignore datus.

IN REDEMPTIonem acquiſitionis.) Acquiſitionem curam dicit & ſtudium, quod circa nos Deus impendit. Infert itaq; ad perfectam id pignoris redemptiōem & noſtrimet vendicationem deducit, Cuius ob gratiam & Spiritus eſt pro pignore traditus. Tunc enim futura & abſoluta libertas, cum penitus ceſſabit Peccatum, & cum delinquentium erunt ſanctiores ſinguli conſortio liberi, & patebunt, qui Deo parti ſunt & quæſiti, ita ut ipſi ſint futuri in populum. Nonnulli vero acquiſitiōem perinde ac vos ipſi intelligendam exiſtimarunt, tanquā id ita interpretet̃, in redemptionem acquiſitionis, hoc eſt, noſtri, quos acquiſiuit Deus & condidit.

IN LAVDEM gloriæ ipſius.) Frequēter hoc iterat, certiores nos faciens omnino futura quæ ſunt a Deo promiſſa. Quæ ſi noſtri ob gratiam eſſet facturus, poſſit quis forſitan iure ſubdubitare, utrum promiſſa eiuſmodi ſint exequenda, an minime. Nunc vero cum hæc ut eius bonitas & gloria inoteſcant, ſit peracturus, ꝗs contradixerit, quin pergat iam terminare quod olim ſtatuerit. Sic ſcriptura. Fac nobis propter nomen tuum, & non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

PROPTEREA & ego audiens Fidem veſtram, quæ eſt in CHRISTO IESV, & dilectionem in omnes ſanctos.) Propterea, inquit. At quam ob rem dixerit quiſpiam? Id quidem, quia credentes obſignati Spiritu eſtis, & pignus futurorum accepiſtis bonorum, & poſtremæ redemptionis, futurumq; ut ipſi iam potiamini, quæ non iniuria credentibus ſunt, & recte degentibus conſeruata.

NON CESSO gratias agens pro vobis.) Attende Pauli charitatem. Pro omnibus nanq; haud ſecus ac pro acceptis in ſe beneficijs grãs agit, & pro cæteris item & donis, ꝗbus ſumus omnes dignati. Gratiæ præterea vel ob credentium ſunt Fidem agendæ, quod tam maximū ſint in modū illuminati, ut Saluatoris ſeſe cœtui applicuerint. Id procul dubio ingens eſt charitatis indiciū, audiens, inquit, Fidem veſtrā, quæ per CHRISTVM IESVM haud dubie conſtat. Nec Fidem modo, ſed charitatē, hoc eſt, clemētiorem & piam erga omnes animi affectionem, non ſolum in ſanctos, hoc eſt, fideles, & inopes qui his in locis vitā nunc degunt. Atqui ubiq; Paulus cum Fide charitatem coniungit, quæ vitam pariat virtute ornatam. Horum ꝗdem altero

Pauli charitas

      dempto

dempto, fiet profecto ſuperuacaneum, alterum & inane. Fidem dico vita carentem, ſuperuacuam fore. Vti contra ſine Fide & vitam.

Paulus Fidem ubiqꝫ cum charitate coniungit.

MEMORIAM veſtri faciens in orationibus meis.) Cogita quot hominum Paulus mente & animo agitaret, quot inquam orando commemoret, cum ipſi vix nobis precando ſufficiamus.

VT DEVS domini noſtri IESV CHRISTI Pater gloriæ.) Dicet aliquis, quid ipſe precaris? quid pro nobis preces fundis? ꝗd votis depoſcis & precibus? nempe ut Deus ſapientes vos reddat. Deus aũt domini IESV, hoc eſt, hominis nobis ſecundum carnem aſſimilis, gloriæ Pater, hoc eſt, qui magna nobis & præclara contulerit bona. Semper ꝗdem ut materia exigit, dominũ nuncupat, ut illud. Pater miſericordiarũ & deus totius conſolationis. Et Propheta. Dominus fortitudo maneat cornu ſalutis meæ. Vel hoc etiã loco nobis tam ſummis & inſignibus affectis per eum muneribus, gloriæ Patrem & cauſam dicit. Neqꝫ eñ habet quo eum nomĩe alio nuncupet, niſi eo, quod apud nos præclarũ habeť & nobile. Baſilius autẽ gloriam pro unigeniti diuinitate accepit, ita ut eiuſdem ſit & unius Chriſti, & Deus, & Pater Chriſti quidem, id eſt, humanitatis Deus, gloriæ autẽ, hoc eſt, diuinitatis Pater.

Baſilius.

DET VOBIS ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis veſtri.) Hoc eſt, gratiam vobis largiatur, ut ſitis per Spiritum ſapientes. Neqꝫ enim aliter imbui doctrina & ſapientia poſſumus, niſi recondita Spiritus reuelet myſteria. Is nanqꝫ & ſolus, non Angelus ſiue Archangelus cuncta ſcrutatur, vel Dei profunda. Animalis autem homo, inquit, nequaquam capit quæ Spiritus ſunt. Cum nobis itaqꝫ Arcana illa per Spiritum reteguntur, tunc vere in Dei cognitione verſamur, & oculi nobis illuminanť, nec ultra prorſus ambigimus hoc illudve fieri non poſſe, ſed omnia uti ſe habent perſpicimus.

VT SCIATIS quæ ſit ſpes vocationis eius.) Hoc eſt, quam ſumus ipſe ad ſpem vocati, id ſane liquet quod in adoptionem & ad bona cœleſtia perfruenda, & Chriſtum nobis pro capite excipiendum, eximur. Idqꝫ cum eſſet, ut percipi poſſet, futurum, Spiritus erat reuelatione opus.

ET QVAE diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.) Vel id ꝗdem erat, quia obſcurum & incompertum, a Spiritu reuelandum, qualium videlicet ſancti ſint bonorum hæredes futuri. Et quia pet magna hæc ſunt, & gloriæ diuitias dicit, perinde ac ſi filij debita ſint, & tradenda.

ET QVAE SIT ſupereminentis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus ſecundum operationẽ potentiæ virtutis, quã operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum a mortuis.) Quæ dicta ſuperius ſunt ad futura haud dubie pertinebant. Nunc vero narrat quod factũ iam ſit, ut per id ea cõfirmet & faciat certiora. Quid illud ſit quæris? Fides inquit, nimirũ vel noſtra hæc Spiritus indiget reuelatione, ut hanc ipſam clarius, perdiſcatis. Quid ergo? Num ꝗd crederent norant Epheſij? Norant ꝗdem, haud tamen ea quam nunc Paulus tractat conditione. Neqꝫ eñ id eſt facile cognitu, quia magnæ illud potentiæ eſt & virtutis, animũ a priſtina conſuetudine ĩmutare, & ab erroribus præſertim eruere, a ꝗbus hoĩem iam pridem his inhærentem ut ſubtrahas, vis tanta requireť, ut haud quaqꝫ par exigi in mortuis ſuſcitandis appareat. Mortuos nanqꝫ vel unico verbo Dominus vitæ reſtituebat, Iudæos vero nec copioſa ꝗdem oratione & mirabilibus factis ad ſe cõuertit perſuadendo. Inquit itaqꝫ, vel ad id nobis Spũs eſt reuelatio neceſſaria, ut perdiſcamus hanc ipſam quã nos excepimus Fidem ex maxĩa Dei virtute & opera fuiſſe acceptã. Nam quemadmodum & Chriſtũ a mortuis excitauit vita defunctũ, ſic & nos cũ mortui eſſemus, ab infidelitate ſubtractos, ad lucem traduxit. Et ideo ſupereminẽtis virtutis magnitudĩe dixit id factũ, & virtutis potentia. Cum vero, quã in Chriſto operatus eſt inquit, Chriſti expreſſit humanitatem. Surrexit nanqꝫ ut homo, tametſi erat diuinitati unitus.

Fides noſtra ex maxima dei uirtute.

ET CONSTITuens ſeipſum ad dexterã ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum &

cipatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem.) Supra autem dixit, ut ſum
mam oſtenderet ſublimitatem. Ab infimo nanq; ad celſiſſimũ gradum, humanam
quæ Chriſto inerat naturam, ſubuexit. De hac quippe nũc diſſerit, quæ & mortem
perpeſſa ſit, & poſt mortem ſit ſuſcitata. Siquidẽ Diuina illa nec mortua fuerit nec
ſuſcitata, neq; in ſublime euecta. Quippe quæ omnem ſemper excedat altitudinem
neq; alterius indigeat adiumento. Vniuerſæ itaq; angelicæ poteſtati humana præ-
ſedit natura, quæ fuiſſet tantopere pauloante deſpecta.

ET OMNE nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futu-
ro.) Quicquid eſt igitur, inquit, in cœlo, eo eſt longe inferius, quod eſt in altum
ſubuectum, hoc eſt Chriſto. His quippe cũctis eſt celſior. Quod nominatur autem
cum inquit, arguit plane uel alias eſſe poteſtates nõnullas, quæ & ſi impreſentiarũ
incelebres ſunt & obſcuræ, tunc tamen reuelabuntur & innoteſcent.

Chriſti celſitu do.

ET OMNIA ſubiecit ſub pedibus eius.) Ne forſan cum audis cunctis huncal-
tius conſcendiſſe, exiſtimes honoris duntaxat gratia uniuerſis illum fuiſſe prælatũ
explicat etiam eundem in dominũ præfeciſſe. Nec cuncta ſolum ditioni illius ſub-
ieciſſe, ſed ad infimæ ſeruitutis indicium, uel pedibus ſuppoſuiſſe affirmat.

ET IPSVM dedit caput ſupra omnem eccleſiam.) Perinde ac ſic dicat, in eodem
throno eccleſiam & ipſi conſtituiſtis, ubi & caput eſt cõſtitutũ. Eſt enim cõſequens
ut ubi uis caput ipſum adfuerit, & corpuſ quod uos ipſi præfertis, præſto ſit. Supra
omnem autem illud prætendit, uidelicet quod caput ipſum qui Chriſtus eſt, a Deo
celſiſſimũ fecerit, ut omnia ſuperet magnitudine, qui & Angelos ipſos atq; Archan
gelos longo interuallo excedit.

Chriſtus caput eccleſiæ.

QVAE EST corpus ipſius & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet.)
Ne forte cũ caput intelligis, principatum prætendi & poteſtatem exiſtimes, infert.
Quemadmodũ corpori congruit caput, ita & eccleſiæ Chriſtus dicitur primatũ ha-
bere, & illi ſanguine iunctus eſt & unitus, & eccleſiã idem abſoluit & cõplet. Cor-
pus præterea Chriſtus, ut proprijs membris abſolutum efficit & caput integrũ red-
dit, ſic contra & eccleſia ipſa Chriſti perfectio eſt, quia omnia terminat & finem cun
ctis rebus imponit. Chriſtus nãq; perficitur, & tanq̃ ex uniuerſis fidelibus ſua com
plet & membra. Nam manus uidelicet in uiro miſericordiæ & opem ægris ferente
abſoluit ac perficit. Item & in eo pedem qui prædicãdi munus ſuſcepit, & peragran
do fratres reuiſit, & curat. Sic demũ & in fidelibus cæteris uel membra reliqua ſibi-
ipſi ſuppeditat Chriſtus, cum hi uarijs modis mortalium ſuccurrunt neceſſitatibus.
Tunc etiã perficit̃ Chriſti corpus, cũ omnes unanimes ſumus & charitate cõiuncti.

Eccleſia Chriſti perfectio.

ET VOS CVM ESSETIS MORTVI delictis & peccatis ueſtris, in quibus aliquã
do ambulaſtis ſecundũ ſæculum mundi huius, ſecundũ principem poteſtatis aeris
huius ſpiritus.) Dixit ſuperius eãdem in nos uirtutem & operã præ ſe Deũ tuliſſe
q̃ & Chriſtus prætulerit. Nam & hunc dixit a mortuis ſuſcitaſſe & uoluiſſe ut omni
bus præſideret. De nobis uero ſic loquit̃. Nos ſane cũ eſſemus morte affecti nec cor
porea quidem, quæ ex Adã ſumpſit initiũ, ſed ſpiritali, quæ a nobis ipſis præcipue
conſtat, & a peccatis defluxit, extulit ille & ſuſcitauit. Quo fit, ut pari uirtute & do-
minũ a morte corporea excitarit, & nos ab animali, quę prauorum dicitur facinorũ
mors. Quinpotius maioris eſt faciendũ, deuias anias & peccatis addictas in uiam re
ducere, q̃ mortuos ſuſcitare, ut diximus. Cum hos itaq; mortuos appellaſſet, & ape
ruiſſet quemadmodũ ob admiſſa delicta mors eos inuaſerit, duplici modo nunc cõ-
ſolatur. Et quia olim, inquit, uos deliquiſtis, & nequaq̃ id uobis eſt, ſed diabolo ad-
ſcribendũ, cuius opera & inſtigatiõe peccatis, quandoquidem tantã haberet in uos
poteſtatem, obediuiſtis. Et quia peccatis eratis obſtricti, ſecundũ mundi huius ſæcu
lum ambulantes, hoc eſt, mundana hæc ſapientes & temporalia, & abuſi eſtis hoc ſæ
culo. Non enim quidpiã habet hoc ſæculũ prauitatis, ſed eius abuſus nequam, & im
probus eſt. Hoc nãq; & ſi corruptibile & labile ſit, pro duce tamen nobis eſt datum.

CAP. II.

Mors corporea ab Adam initium ſumpſit.

Spiritalis à nobiſipſis defluxit.

S iij qui adin-

qui ad incorruptibilia illa & firmiora propelleret. Nos uero ſæculi huius corruptioni & fluxui alligati, non ducem hoc fecimus, ſed interpellatorem & occurſantem.

Diabolus princeps Aëris.

Principem aũt poteſtatis & aeris diabolũ dicit, non mundi fabricatorem, ut adſtruunt Manichei. Et principem quidem, quia ultro homines ſe diabolo ſubdidere, plũres enĩ illi quã Deo obſequunť ac ſeruiunt, alioqui hoc in ſæculo huius eſt principatus. Nec in aerem ſe ille inſinuat, ut ullũ habeat in cœlo locũ, ſed inferiora hæc tenet & cœlo ſubiecta. Et ideo Paulus principem poteſtatis aeris dicit, nõ quod ullam habeat in aere ditionem, ut illum ſcilicet uel temperet uel modereť, id quidem ſit procul, ſed quia ſe in illo inſinuet.

Diabolus cur princeps aëris dicatur à Paulo.

Ex ſpiritu enim cum conſtet diabolus, in aere tanq̃ in uento & ſpiritu diuerſatur, & eo tenus eius poteſtas & uis omnis prouehiť. Eſt autem & eorũ hic princeps, qui ſeſe illi addicunt & ſubdunt. Nonnulli aũt principem aeris, ætherarumq; intelligunt poteſtatũ dominũ, & ideo inquiunt ſpiritus intulit Paulus, hoc eſt, principem ac dominũ ſpiritus omnis aerij. Nam cum ſemel ſit princeps effectus, nequaq̃ uidetur a principatu, uel poſtquã præuaricatus eſt, excidiſſe.

QVI NVNC operatur in filijs diffidentiæ.) Non enim qui cogit dixit, ſed qui operatur. Vnde perſpicuũ eſt uoluntarijs hunc dominari. Nam ſi nobis inuitis imperitaret, & cogeret quidem, ut ex ſequentibus patet. Operatur enĩ inquit in filijs diffidentiæ, hoc eſt, qui Deo minus obtemperant, & diabolo nõ coacti obſequunť.

IN QVIBVS & nos omnes aliquando cõuerſati ſumus in deſyderijs carnis noſtræ, facientes uoluntatem carnis & cogitationũ.) Neq; enĩ in eo ſolum Epheſios conſolatur, cum eorum inquit peccata fore diabolo imputanda, ſed cũ etiam ſeipſm aſſerit & cæteros hoĩes eadem qua illi arte obſtringi, tanq̃ id dicat. Neminẽ eſſe peccati expertem. Carnis aũt deſyderia, non eos dicit qui carnalia ſapiunt. Neq; enĩ carnem hic criminať, ut ita eſſe ex eo liquet, quod dum inquit facientes uoluntatem carnis, & cogitationũ adiecit. Hoc eſt, nihil ſpiritu ſapientes.

Caro culpãda nõ eſt, ſed mẽs & cogitatio.

Quo fit, ut nequaq̃ culpãda ſit caro, ſed mens ipſa & cogitatio, quæ ad uoluptatis uitia trahat. Poteſt & in hũc modum intelligi. Videlicet quod praua cogitatione mentem ſorde inficimus, & carnem ſimul cõmaculamus cũ mala perficimus. Poſſunt etiã carnis opera ſornicatio, adulterium, & cætera id genus intelligi, cogitationũ uero, inuidia, odium, & hmõi.

Iræ filii quomodo.

ET ERAMVS natura filij iræ ut cæteri.) Hoc eſt, Deum & ipſi exaſperauimus ad iramq; concitauimus. Et nihil aliud prorſus q̃ irã præferebamus, quemadmodũ & hoĩs filius natura eſt homo, & nos item irã natura p̃ſerimus, utq; & gehennę & p̃ditionis filij digni his aſſeruntť, ſic & ira progeniti qui ea faciũt, quæ irã merenť. Natura aũt, hoc eſt uere & proprie & cõgruenter. Cũ uero cæteri dicit, neminẽ excipit.

DEVS AVTEM qui diues eſt in miſericordia.) Nos qdem, & ſi nõnunq̃ conciliandа peregimus, iraq; non indigna, Deus tamen non modo clemens eſt & miſericors, quinetiam ad commiſerandum eſt opulentior.

PROPTER nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos.) Vel charitas ipſa a ſumma quadam clementia oritur. Nam ſi ſecus eſſet, quo pacto iræ cum filij ſimus, tanto eſſemus amore dignati?

ET CVM ESSEmus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto.) Rurſum in medium Chriſtum producit, ut res ſiat teſtatior. Nam ſi Chriſtus qui primitias prę fert, uita potitur, & nos item illi conuiuimus, & quo cum nos ſimul uiuificauit, hũc actione & opere, nos uirtute hoc tempore, & paulopoſt reipſa & factis. Ecce quod dixerat illius ſupereminentem uirtutis magnitudinem, quando demortuos iam & iræ filios, uita donauit. Hæc ſane uocationis eſt Spes.

CVIVS GRAtia eſtis ſaluati.) Id quidem ueluti ſtupore quodam perculſus interiecit, admirans Dei ineffabile donum.
„ Non enim inquit, ueſtro labore uel opere
„ ullo ſalutem eſtis adepti, ſed ſola gratia. Nam quantum ad ueſtra opera attinet, eratis certe ira & ſupplicio digni.

ET COR reſuſcitauit & cõſidere fecit in cœleſtibus, in CHRISTO IESV.) Vt enĩ

Chriſtus,

Chriſtus, qui noſtras præ ſe primitias tulit, & noſtrũ erat inſuper caput, a mortuis eſt ſuſcitatus, per ſeque & nos ab inferis extulit, ita & ipſo hoc cõſidente, conſidebit & reliquũ corpus, quod utiꝗ nosipſi ſumus fideles. Vel forte ſuſcitauit cum inquit nequaꝗ erit ad reſurrectionem id referendũ, ſed uiuificationem ipſam, quæ nobis ex redemptione obuenit. Conſedit aũt, ut eius exemplo patienter illata feramus, & cœleſte hoc pacto cũ eo regnũ nos aſſequamur. Quinetiã & Chriſtus ſic inquit. Sedebitis uos ſuper ſedes duodecim. Et rurſum. Sedere aũt a dextris & a ſiniſtris non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratũ eſt a patre meo. Fit itaꝗ, ut in promptu hæc ſit uobis ſedendi facultas, & hoc loco Paulus aſſerit eſſe & nos conſeſſuros.

VT OSTENderet in ſeculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in CHRISTO IESV.) Nequis forte his dictis diffidat, perſuaſibilibus utitur uerbis, & fidem his facit, ſic dicens. Et ſi nequaꝗ pro ſua in nos charitate id ageret, at ut ſuã aperiat bonitatem, facturus id erat omnino. Quod ſi in præſenti pleriꝗ fidem his derogant, cũcti ſunt tamen futuro in ſæculo cognituri, quemadmodũ & ſedem ſit ille & uitam largitus, cũ in gloria illa incorruptibili & Diuino conſeſſu, ſanctos ſpectabunt in CHRISTO IESV. Hoc eſt, non Chriſto tenus, & ſolo iſta conſiſtent, ſed per eum ſunt ad nos deuentura, ſicuti ab eodem qui noſtri, ut diximus, præfert primitias, in nos qui certo ſumus eius reliquũ corpus, ſunt prolapſura. Sic itaꝗ & cõſidebimus illi & conuiuemus. Idipſum ſentit hoc loco Baſilius, hoc modo in Matthęi Euangeliũ diſſerens. Nemo tunc aſſidebit. Haud dubie igitur ſpiritus reuelatione eſt opus, ut tantorũ poſſit myſteriorum profunditas percipi. Niſi enim ſapientiſſimus ille tam aperte profiteretur, nos Chriſto minime conſeſſuros, poſſet forſitan iure id dicere quiſpism, fore Chriſto nos aſſeſſores. Sed quemadmodũ & in Chriſto a procumbentibus Angelis honoramur, nõ quia honorem præſentibus nobis hunc deferant, ſed quia naturã hanc noſtram humanã hi uenerentur quæ Deo, qui uerbum eſt unitur & iungitur, unde ad nos & gloria tranſmeat.

Baſilius in Matheum.

Angeli humanam naturam uenerantur.

GRATIA ENIM eſtis ſaluati per fidem.) Cum explicaſſet quæ Dei ſunt, ut gratia ſimus ſalutem adepti, adiecit, & quæ noſtra interſit, fide uidelicet ſaluos nos fuiſſe effectos, ne liberum tollatur arbitrium.

ET HOC NON ex uobis, Dei enim donũ eſt.) Neꝗ enĩ, inquit, fides eſt per nos comparata. Nam niſi ad nos Chriſtus cõmigraſſet, niſi ad nos habuiſſet ſermonem uocaſſetꝗ, nunꝗ ipſi paruiſſemus. Qui enĩ ſunt credituri, niſi ut audiant? Quo fit, ut fides eiuſmodi Diuino ſit munere nobis collata. Vel aliter. Non enĩ fidem dixit Dei hãc eſſe donũ, ſed per fidem ſaluari. Eſto, ſit fides ipſa noſtro labore quæſita, ꝗ pacto poterit ſola ſalutẽ afferre, niſi & Deo fuiſſet hoc placitũ? Vt nos ꝑ fidem exciperet, ne prorſus uideremur ignaui, & aliqd ad noſtrã ſalutem ipſimet cõferremus.

NON EX OPEribus, nequis glorietur.) Non enim quia opera haberemus reiecit nos Deus, ſed ab operibus proditos, per gratiam ſaluos effecit.

IPSIVS ENIM ſumus factura, creati in CHRISTO IESV in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus.) Ne forte ſi ex operibus nos haud quaꝗ fuiſſe iuſtitiã aſſecutos intelligas, ſegnior ad recte aliquid peragendũ reddaris, poſt fidem, inquit, ſuſceptam, factis eſt opus. Es nanꝗ in CHRISTO IESV creatus, & in nouũ es opus, ſublato a te per baptiſmũ ueteri hoĩe iam morte affectus, in nouamꝗ es immutatus facturã. Et quemadmodũ ex nihilo adeſſe aliquid creauit te Deus, ſic nunc ad bene eſſe prouexit. Conditus præterea es & creatus, nõ ut otio uaces & torpeas, ſed ut aliquid agas & in bonis operibus ambules. Hoc eſt, ut omnẽ uitæ huius ſemitã in bonis huiuſmodi tranſigas. Nec ad ſecundũ tertiumue annum id agas uelim, ſed quandiu hæc tibi ſuppetet uita. Id enim prætendit cum dicit, ambularemus. Deus aũt hæc præparauit, quæ differri non poſſunt, nec intermitti quin peragãtur, tanquã diuintus ſint præfinita quouſꝗ ſit procedendũ. Sed ubertim hæc ſunt præparata, ut cunctis in rebus recte agatur, & ita, ut ſi uel una in re delinquaẽ, neceſſe ſit

Non creati ſumus ad otium.

mutilata

Baſilius.

mutilata appareat uirtus & manca. Baſilius uero, nõ eam interpretatur creationem hoc loco, quæ per baptiſmi lauacrũ fit, ſed qua fuimus a mundi primordijs conditi.

PROPTER quod memores eſtote quod aliquando uos eratis gentes in carne, qui dicebamini.) Cum Deum dixiſſet, hos ſaluos feciſſe, cum mortui eſſent, nũc quidem dicturus eſt, quibus eoſdem & pares feciſſet & cohæredes, & quemadmodum Iſraelitis æquauerit, quorum maxima eſſet tunc dignitas, propter quod inquit, memores eſtote. Cuius rei memores? Quia ad recta ſumus ſcilicet opera pagenda creati, quod ſane uobis ſatis poteſt perſuadere, ut uirtutibus ſtudeatis. Eſtote autem memores, eo dixit. Quia conſueuere qui e gradu tenuiori & infimo prouehuntur ad altiora prioris ſtatus facile obliuiſci. Quid igitur uelim reminiſcamini? Id nempe, quod cum a Chriſto eſſetis longo interuallo ſuperiori tp̃e alieni, nunc ipſis ſitis propinquiores effecti, nec ſecus quã Iſrael erat. Aperte quidem & egregie circunciſionem reuincit, arguens illam ſolo uerbo a præputio diſcrepare, nõ opere. Nam uos, inquit, gentes in carne eratis, non in ſpiritu, & ſi dicebamini, cũ non eſſetis præputiũ tanq̃ id inquiat. Eratis profecto minores partes in carne, non in ſpiritu nacti. Rurſumq́ cũ dicit; ſub ea quæ dicitur carnis circunciſione, oſtendit illam in ſolis uerbis perſtare. At qui præputium neq́ graue quid erat, neq́ abominandũ, tametſi iſtiuſmodi ab his qui in circũciſione ſuperbiunt, dicerentur. At Chriſto carere & procul ab eo eſſe, moleſtũ eſt & intolerabile. Quæret aliquis. Cur ergo cum oſtenſurus ſit Paulus Iſraelitarum gloriæ Epheſios fore participes, Iſraelitarũ dignitatem imminuit euertitq́. Aduerte itaq́ quibus in rebus horum uel iminuat uel ſubſtulerit dignitatem. In his inquã hanc ſubſtulit, quæ minus neceſſaria uidebantur. Non enim neceſſaria erat, ſed indifferens circũciſio. In his uero quæ res ipſa uideretur exigere, mirum in modũ. Iſraelitas extollit. Nam & ſanctiores appellat, & Deo familiares.

Iſraëlitæ ſancti & Deo familiares.

ABALIENATI, a conuerſatione Iſrael.) Non enim ſeiuncti dixit, ſed alieni effecti. Quandoquidem qui erant extra omnem ſecundum legem & Deum uiuendi modum abſtracti, non ut a Deo & lege alieni, ſed ut inertes & pigri.

ET HOSPITES teſtamentorum promiſſionis.) Vel hæc quidem permagna ſeiunctio eſt. Non enim dixit teſtamentis nihil intenti, ſed hoſpites prorſus & alienos Si enim Iſraelitæ ex Dei promiſſis exciderint, nequaq́ tamen ut alieni ſunt ab illis delapſi. Verum quæ ſunt promiſſionum teſtamenta? Hæc quidem, tibi dabo & ſemini tuo hanc terram, uel alia quæcunq́ Deus promiſerat ſpiritaliter interpretata.

SPEM NON habentes.) Futurorum uidelicet, reſurrectionis & præmij.

ET SINE Deo in hoc mundo.) Hi nanq́ Deos colebant, qui tamen Dij non erant. In mundo autem addidit, ut oſtenderet non ſolum illos in cœleſtibus, ſed in his etiam quæ clara in terris habentur, & gloria abundant, imminutos fuiſſe. Iſraelitæ nanq́ Dei ob cultum, & gloria uidebantur nobilitateq́ præſtare.

NVNC AVTEM in CHRISTO IESV uos qui aliquãdo eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.) Longius ipſi aberamus a Chriſto, nõ loco, ſed uoluntate & uita. Nunc uero illi redditi ſumus propinquiores, non recta aliqua uitæ actione quippe qui nihil ex opibus ipſis intulimus, ſed in CHRISTO IESV & ſanguine eius Ille enĩ ſanguine ſuo effuſo, & ſeip̃m noſtri gratia tradens, nos ex ſeruitute exemit, quæ ab ſe longe diſtraheret, & propius ſe tranſduxit. Vel aliter id poteſt intelligi. Videlicet & longius ab Iſraelitis cõceſſeramus, nunc certe illis appropinquauimus.

IPSE ENIM eſt pax noſtra, qui fecit utraq́ unũ.) Ante aſſumptam Chriſti humanitatem, maxima interceſſerat inter circũciſionem & præputiũ inimicitia. Nunc uero pacatis iam animis cõcordes ſumus & mutuo in gratiã reditum eſt. Quandoquidem unũ ſumus fide effecti. Neq́ enĩ uel circunciſione uel p̃putio obſignamur, ſed inſigne ſingulare quoddã habemus & unionem, fidem. Eſto ſint duo quidã, quorum alter ſit ſeruituti obſtrictus, alter in adoptionem adſcitus, ſint utriq́ diſſimiles moribus, faciat alter quæ ſint laudis digna præconio, fugitiuus ſit alter & infidus,

Gentes & Iſraëlitæ in unũ per fidem conuenere.

alterutri deinceps cohæredes inſtituantur, hæreditatis unius participes, adſtipulenturq; pro legitimis filijs. Vides ut ad pares honores prouecti, ambo ſint unum effecti. Haud ſecus gentes & Iſraelitæ ſe habent. Gentes ut ſerui, Iſraelitæ ut filij deliquerunt. Quid ergo dicet aliquis, tam magni hanc facis cũ Iſraelitis conſuetudinem & cũ his particeps fieri? Modo ad cœlũ nos ſuſtuliſti, modo hos laudas. Ita inquit, uos nanq; ex fide laudem uendicatis, hi operibus ipſis nituntur. Neq; illud aſſerit prorſus quod ad Iſraelitarum ingenuitatem nos ille, ſed ad maiora quæpiam prouexerit. Alioqui præſtantiori uos eſſe beneficio affectos. Quandoquidem his promiſerat Deus daturum ſe regiones, & bona alia pleraq;. Nobis uero nil erat pollicitus ab eo longius aberamus, ut exemplo ſuperiori iam patuit.

Gentes ut ſerui Iſraelitæ, ut filij deliquerũt Iſraelitarũ ingenuitas.

ET MEDIVM parietem maceriǫ ſoluens inimicitias in carne ſua.) Exponit quid ſit intermedius maceriǫ paries, dicitq; inimicitiam eſſe, cum Gentilium, tum Iudæorum, quæ cum Deo humanis flagitijs erat oborta. Sicuti & Propheta teſtatur. Nõne peccata ueſtra inimicitias ponunt inter me, & uos? Hunc itaq; parietem medium quem inimicitiam dico, diſſoluit in propria carne Chriſtus. Quo pacto dicis? Quia in ſua carne ne eiuſmodi inimicitia ultra progrederetur, effecit. Quod enĩ hanc carnem diuinitati uniuerit, perſpicuum eſt & clare patet, quia & hominem Deo nexu quodã inſeparabili diuinitatis ⁎ ad carnẽ. Poteſt & hoc modo intelligi. Inſons apparuit Chriſtus & legem omnem impleuit, eo & inimicitias ſoluit. Lex nanq;, tanq̃ circuniecto pariete uidebatur uallata. Vtpote quæ ad ſecuritatem erat tributa, ut ſuos circunuallaret & tutaretur, qui ſe obſeruarent. Tranſgreſſoribus uero intermedium murum, hoc eſt, peccatũ monſtraret, quo ille ex eo tranſgreſſu obſtringerentur. Non enim delinquendo in tuto ſumus, quinpotius Deo longe diſiungitur.

Maceria, id eſt murus uel ſeptum lapideũ.

⁎ Aliâs adiũxit.

LEGEM MAN datorum decretis euacuans.) Nequis forte hunc in modum occurrat, quid ergo, ſi ſumus a priore illa legis præuaricatione iam liberi, num cogimur eam iterato ſeruare? Dicit itaq; Paulus, hanc quidem legem Chriſtus diſſoluit & euacuauit, quam curandi nos gratia tulerat. Quia pro huius præuaricatione pœnis erat nos affecturus. Vt autem impunes dimitteret, legem euacuauit & ſubſtulit, ne ultra illi eſſemus obnoxij. Nec ſecus nobiſcum egit, quam ſolet quiſpiam qui filium pædagogo demandat. Quem ut contumacem deprehendit & minus obtemperantem, pædagogi hũc eximit cura. Legem aũt dicit, quæ dat uiuendi præcepta. Decreta uero, quæ ad fidem inſtituunt, quę decretis & dogmatibus conſtat. Perinde ac ſi dicat, pro uitæ inſtitutione fidem induxit. Non enim ex præceptis ſumus & inſtitutis iuſtificati, hoc illud ue fieri præfinientibus, ſed unũ illud ſi corde credideris, & uerbis credulitatem hanc fatearis, ſaluus fies. Vel dogmata dicit, decretas dñi & ſancitas ꝓmiſſiones, ut illud. Ego dico uobis, nec iuſiurandũ feceritis, nec iraſcimini.

Lex Dei decreta.

VT DVOS condat in ſemetipſum in unum nouũ hominem.) Neq; enĩ ex gentili Iudæũ fecit, ſed utroſq; ad potiorem ſtatũ traduxit. Neq; imutat inquit, ſed condit, ut q̃d differit clarius patefaciat. Oſtenditq; tanq̃ ab his, quæ naturæ ſunt ordine inſtituta, minus eſſe aberrandũ, in ſemetipſo, hoc eſt, per ſeipm̃. Nam alteri nemini id per agendũ iniunxit, ſed ipſe per ſe nullo cuiuſpiã adminiculo, cũ Iudæum gentilemq; ſegregaſſet, in unũ condidit nouũ & mirum hoĩem. Vel dicitur nouus homo, quia prior ipſe formã attulit & exemplũ. Et talis ſit ipſe primũ uiſus, quales illos effecit, & duobus intermedius factus, Iudæũ hinc prehenſans, hinc gentilem, utroſq; cõiunxit & q̃ obſiſtere inuicem uidebanť ſublatis per ignem & aquã denuo cõdidit & plaſmauit. In humana igiť ipſa natura, gentili ſane & Iudæo cõmuni, q̃ utriuſq; gratia ipe aſſumpſerat, quamuis corruptione & uetuſtate aliena effecta, creauit hos duos in nouũ hominem unum, a uetuſtate peccati & turpitudine liberũ. Non enim ultra Gentilis Iudæuſue uetuſto & patrio more imprimiť, ſed unius hominis qui ſit ſecundũ Chriſtum formatus ritu & cõſuetudine, utriq; hi formabunť. Et in lapide angulari de quo paulopoſt facturus eſt mentionẽ, Gentiles ſunt & Iudęi ædificati.

Gentiles & Iudei in lapide angulari conſtituti.

FACIENS

FACIENS pacem.) Hos inter uidelicet. Tunc nanq; gentili Iudæus conciliatur, cum fidelis efficit̃, quin maxĩe Deo adhæret, ꝙ eſt ſane ꝓpingus, ut patebit ĩferius.

VT RECONciliet ambos in uno corpore per crucem.) Non enim conciliabit, inquit, ſed reconciliet, arguens fuiſſe quondam Deo humanam naturam per legem conciliatam, præuaricatam poſtmodum inimicam & odioſam effectam. Vnde iterato hæc erat cõcilianda. In uno autem corpore, hoc eſt in ſuo. Quo modo? Quia pœnas nobis ob praua facinora debitas, ille per crucem luit, uti dictum eſt ſupra, cũ dixit in carne. Et rurſum cum in ſeipſo intulit, duos conciliat. Nonnulli autem in uno corpore ita intellexere, perinde ac ſi dicat Iudæum gentilemq; fuiſſe in unũ corpus redactos, cuius caput Chriſtus eſſet, qui patri illos conciliarit.

INTERFICIENS inimicitias in ſemetipſo.) Haud quaq̃ ſoluit, dixit, ſed quod clarius eſt & expreſſius, interemit, hoc eſt ſubſtulit. Quo fit, ut non amplius illa aſſurgat uel innouetur. Verum qui fieri poteſt, ut ſe rurſum attollat inimicitia? Enim uero prior illa nunq̃ aſſurgit, ſed aliam quandã nos iterum delinquẽdo peperimus. In ipſo autem uel in cruce dicit, in qua fuerat ſublatus, uel in proprio corpore. In cruce nanq; inimicitias ſubſtulit, & in proprio corpore in quo crucem excepit.

ET VENIENS euangelizauit pacem uobis qui longe fuiſtis.) Alium quidem tranſmiſit neminẽ, ſed ipſemet uenit, miniſtri & diſpenſatoris deſumpta cõditione & euãgelizauit pacem, cũ deo ſcilicet ineundã. Et uobis qui lõge fuiſtis, hoc eſt gentilibus, & his qui prope, hoc eſt Iudæis. Hi enĩ magis ſunt uiſi Deo fuiſſe familiares. Dicebat enĩ pacem relinquo uobis. Et cõfidite, ego nãq; deuici mundũ & pater uos amat, & quæcunq; petieritis accepturi eſtis. Quæ oĩa pacis præferunt argumẽtum.

QVONIAM per ipſum habemus acceſſum ambo, in uno ſpiritu ad patrem.) Iram quidem propria morte diſſoluit, demũ nos amabiles Patri per ſpiritum reddidit. Vel unica gratia illi nos fecit acceptos. Neq; enim illos maiori ſpiritu, quia propinquiores donauit, nos uero minori, quia longius aberamus. Sed uno, & unicam utriſq; largitus eſt gratiam, & hunc in modum patri admouit.

Aduenæ qui et hoſpites.

ERGO IAM non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum.) Quia in æternũ filius perſtat, ergo qui haud quaq̃ ſunt supernã illam ciuitatem aſſecuturi, aduenæ haud dubie & hoſpites ſunt. Nos uero nequaq̃ eiuſmodi hoc tempore ſumus, ſed ſanctorũ conciues. Nec Iudæorũ modo, ſed Prophetarũ illorum & Patriarcharum, & cæterorũ, qui ſanctimonia claruere. Et ciuitate eadem illa cœleſti donati & adſcripti iã ſumus quæ ꝑmanſura perpetuo eſt, & his animo erat plurimũ concupita.

ET DOMEſtici Dei.) Quod priſci illi uix multis laboribus conſequebantur, per gratiam nos ſumus adepti. Vides ne quãti ſit uocationis ſpes ipſa? Ea nanq; ſpe ipſi uocamur, ut bonis potiamur perpetuis.

Myſtica ſtructura tẽpli dei.

SVPER AEDIficati, ſuper fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarum.) Summam gentium cum Prophetis & Apoſtolis ſignificaturus coniunctiõem, ſuper ædificati dixit, tanq̃ id inquiat, Prophetas & Apoſtolos ipſos pro fundamentis ſubeſſe hos uero ueluti impoſitam molem, ſtructuram reliquam abſoluiſſe. Quo fit, ut omnes unum ſitis Dei templum effecti, cuiuſmodi illud futurum eſt, quod ſuper Apoſtolos ſtruit̃ & Prophetas, quod alibi inferiorem partem appellat. Prius itaq; Apoſtolos poſuit, & ſi fuere tempore poſteriores.

Chriſtus angularis lapis cur.

IPSO SVMMO angulari lapide CHRISTO IESV.) Qui cuncta complectitur, Chriſtus eſt. Angularis nanq; hic lapis utrinq; parietes præhendit & fundamenta. Aduerte autem quemadmodum nõnunq̃ ſuperiori in parte conſtringere Chriſtum uniuerſam ædificij molem fatetur, cum eundem caput appellat. Nonnunq̃ inferiori, cum angularem dicit, alibi præterea & fundamentum hunc nuncupat.

IN QVO omnis ædificatio conſtructa creſcit in templũ ſanctum in dño.) In angulari hoc lapide Chriſto inq̃, oĩs ædificatio, hoc eſt, fideles uniuerſi cõſtructi & in unũ coacti, tanq̃ ſimul progeniti & inſeparabili nexu detenti augent̃ & coalunt̃,

& ita ut

& ita ut dei templũ efficiant̃. Inhabitabo eñ in eis, inquit, & inambulabo. Eſt nancꝫ Eccleſia & cõmunis fidelium in unũ conuẽtio, Dei templũ, quod profecto præfert præ ſe vel quiſcꝫ priuatim. In domino autẽ, hoc eſt, ob domini gr̃am, non noſtro labore, Dei templũ præferimus. Cũ vero conſtructa inqt, oſtendit non aliter poſſe in templũ nos dei cõponi, niſi & vitã geramus, quæ lapidi ſit angulari accõmoda.

Eccleſia.

IN QVO ET vos ædificamini in habitaculũ Dei in Spiritu ſancto.) Cum cæteris eſtis fidelibus & vos Epheſij hoc deſuper lapide conſtructi, & ita ut habitaculum Dei ſitis in Spiritu, hoc eſt, per Spiritus cooperationẽ. Vel fortea terreni huius ædificij differentia, in Spiritu protulit, perinde ac ſi dicat. Vt habitaculũ Dei ſpiritale ſitis. Nequaquam igit̃ ob fidelium increſcentẽ quotidie & auctam Fidem, aduſcꝫ id temporis, quo ſecundo venturus eſt Chriſtus, huiuſmodi ſcriptura ceſſabit.

HVIVS REI GRATIA EGO Paulus vinctus CHRISTI IESV ꝑ vobis gentibus.) Explicata Dei circa nos ꝓuidentia, ad ſuam tranſgredit̃. Cum eñ inquit dominus meus talem ſi vobis exhibuit, neceſſariũ eſt, ut ipſe quæ pro mea virili ſunt, conferã. Sum itacꝫ veſtri gr̃a vinculis præpeditus. Gentibus vero cum dixiſſet, prætẽdit huiuſmodi. Non eñ ſolum vos nequacꝫ reſpuimus, ſed veſtri ob gr̃am, & cõpedes toleramus & carcerẽ. Et illud gloriæ ducimus, cum Chriſti nos dicimus vinctos.

CAP. III.

SI TAMEN audiſtis diſpenſationẽ gr̃æ Dei, quæ data eſt mihi in vobis.). Aperit hoc loco qualiter ſit Deus Ananiam affatus, videlicet vas mihi electionis eſt iſte, ut portet nomẽ meum corã gentibus, & myſterij reuelationẽ, Et quẽadmodũ ipſe non ab hoie illud perdidiciſſet. Gratiæ aũt Dei, diſpenſationẽ intulit, perinde ac ſi dicat. Sic eñ diuina eſt gr̃a diſpenſatũ, ut & ſuperne vocatus ſim, & ſplendore oppletus, qui contumax fuerã, ut ſaltem hoc pacto crederẽ, & illi obſequerer. In vobis aũt inquit, ab eo data eſt mihi gr̃a. Ipſe nancꝫ mihi ſic dixit: In gentes longinquas ego te mittã. Quo fit ut gr̃æ id ſit adſcribendũ, non mihi, qui de meo nihil contulerim.

Paulus uas electionis.

QVONIAM ſecundũ reuelationẽ notũ mihi factũ eſt Sacramentũ.) Ecce quemadmodũ gratiæ opus, Sacramẽti ſit reuelatio. Eſt eñ id Sacramẽti vel maximi argumentũ, quod gentes cum eſſent abiectiores, quippe quæ Deos colerẽt manufactos, ad maiores ſint honores prouecti, quã Iudæi, qui Deum antea coluiſſent.

SICVT SVPRA ſcripſi in breui.) Commonefacit item hoc loco de quibus fecerat mentionem, Gentiles videlicet fuiſſe ad Fidem vocatos, qui longe a Deo eſſent antea diuagati, & Patriarchis deſuper ædificatos, & huiuſmodi reliqua.

PROVT POTEſtis legentes intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti.) Scripſeram, inquit, vobis, non quantũ res exigebat, ſed quantũ ſatis eſſe veſtris viribus videbat̃, & quanta capere vobis liceret. Ex quo intelligere poteſtis prudentiam meam in myſterio Chriſti. Hoc eſt, quo pacto cognouerim Chriſti myſteriũ, quod ad dexteram Patris aſſideat, & vos item in conſeſſum receperit, & quia in ſe utroſcꝫ condiderit in unum hominem nouum, & quot ſunt myſterij reliqua. Pernoſcite ergo ex hiſce myſterijs, meæ prudentiæ dignitatẽ, & quæ mihi apperuit Deus. Quod autẽ id honoris loco vel maximi ſit habendum, auſculta quod inquit. Non fecit taliter omni nationi, quia iuſtificationes & iudicia ſua nota fecit Iſrael.

QVOD ALIIS generationibus nõ eſt agnitũ filijs hoim, ſicuti nunc reuelatũ eſt ſctis Apoſtolis eius & Prophetis in Spiritu.) Dicet aliquis, qd ergo? Nonne & id præſciuerũt Prophetæ? Alioqui quo pacto Chriſtus hęc diceret? Moyſes & prophetæ de me ſcripſerũt, & ſcrutamini ſcripturas. Illę eñ ſunt, quæ de me teſtificant̃. Primum qdem id Paulus ſentit, nõ cunctis fuiſſe hoibus reuelatũ myſteriũ, deinde necꝫ alienigenis illud innotuiſſe filijs hoim, demũ haud æque Prophetis fuiſſe hoc cognitum Sacramentũ, ut in præſenti Apoſtolis apertũ eſt. Et qui in nouo ſunt teſtamẽto, Prophetis per Spiritum ſanctũ notiora ſunt facta. Nam ſi Petrum Spiritus minime inſtruxiſſet, nec Cornelium ipſe, nec qui cum Cornelio erant una excepiſſet. Attende etiã quemadmodũ nihil de circumciſis, ſed de gentibus ſpiritus cuncta reuelet. Erat

Prophetæ noui teſtamẽti.

ſane permagnũ, ut Gentiles genus hoĩm abominandũ, & idolis deditũ, ad Fidem ſuſciperent. Accedit etiã q cum Petrus, qui tanti erat, a Spiritu eſſet inſtituendus Nec veteribus illis credi poſſit, nequaquã tam acriter Dei myſteria innotuiſſe.

ESSE GENTes cohæredes & concorporales, & cõparticipes ꝓmiſſionis in CHRISTO IESV per Euangeliũ.) Hoc illud myſterij eſt, ꝗd gentes Iſraeli ſint cohæredes, & promiſſionis cõparticipes. Participabant nanq; ꝓmiſſionis diuinæ Iſraelitæ, tanquã gens ſancta. Erant tñ participes, qui interea eſſent ĩmundi gentiles. At quomodo? In CHRISTO IESV, hoc eſt, per eam quã erãt in Chriſto Fidẽ adepti, quæ fidea ꝑ euangeliũ illis obuenit. Neq; ſat habẽs participes illos dixiſſe. Quinetiã ut ſummã quandã propinquitatẽ exprimeret, & concorporales dixit. Erant nanq; cũ Iſraelitis gentiles unũ corpus ſortiti, & ſub capite uno ꝗd Chriſtus eſt, cõnexi & iuncti.

CVIVS FACTus ſum ego miniſter ſecundum donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi ſecundum operationem virtutis eius.) Euangelij ſum, inquit, miniſter effectus, ob idq; & coniectus in vincula. Nec tamen id mea virtute agiẽ, ſed Dei munere ſingulari, & eius gratiæ quæ mihi data eſt dono. Nec parce, ſed abunde. Vtpote, cuius Deus ſit præpotens operator. Vel quia id mihi miniſterium gratis ille contulerit. Non eñ ſatis eſſe hæc dignitas videbaẽ, niſi acceſſiſſet & virtus. In huiuſmodi autem miniſterio tria ſunt per nos conferenda. Animus primo quæcunq; diſcrimina intrepide aditurus, ſapientia & intellectus, & vitæ integritas. Quin etiã ut Deus ipſe vires ſuppeditet, neceſſe eſt, in ꝗbus vel maxime hæc omnia fiunt.

In Euangelii miniſterio tria preſtanda.

MIHI ENIM omnium ſanctorũ minimo data eſt grã hæc.) Cum ſit diuinæ gratię magnitudinem explicaturus, vide quam modeſte de ſe loquaẽ. Poſt tantas nanq; res optime geſtas, minimum ſe appellat, non modo Apoſtolorum, ſed omniũ etiam ſanctorum, hoc eſt, fidelium. Quod proculdubio ratione humilitatis maius eſt longe, quam illud quod inquit. Non ſum dignus vocari Apoſtolus.

IN GENTIbus euangeliçare inueſtigabiles diuitias Dei.) Quota mihi, inquit, conceſſa eſt grã? Vt Euangeliũ nempe gentibus prædicem. Cunq; alij eſſent in circumciſionem ex diſcipulis deputati, is erat ad gentes dimiſſus, eoque & grã indigebat, cum minori crederenẽ minora. Qui eñ erat ut deteriores conuerteret conſtitutus, ſiue magnitudine præſtaret, ſiue eſſet inferior, ex grã utrunq; ſuſceperat. Quo fit, ut ſi inueſtigabiles ſunt Dei opes, longe magis nec eius veſtigari ſubſtantia poſſit. Quo ergo pacto Eunomius hæreticus ille cõprchendere ſe huiuſmodi Dei ſubſtantiã iactabat?

Eunomius hæreticus.

ET ILLVMinare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi a ſæculis in Deo.) Quod autem futurum eſſet, ut gentes ipſe vocarenẽ, per Spiritum forſitan & Prophetæ & Angeli cognouerunt. Q; autem conſeſſuri eſſent in Dei throno gentiles, & alia huiuſmodi habituri, quis unquã ſperando opperiretur? Propterea autem Sacramentũ hoc nuncupat, hoc arcanũ, quia iam pridem ſit, & a principio in Deo reconditũ. Non eñ nuper eſt hæc diſpenſatio adinuẽta, Deo ſoli eſt cognita, ſed a ſæculo conſtituta & gentibus iam diuulgata.

QVI OMNIA creauit per IESVM CHRISTVM.) Recte creationis hic meminit. Qui enim cuncta per Chriſtum creauit, ſine ipſo nanq; factum eſt nihil, vel per Chriſtum id Sacramentum reuelat.

VT INNOTeſcat nunc principibus & poteſtatibus in cœleſtibus, per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.) Neq; ſuperiores, inquit, poteſtates & principatus, myſterij huius, quod gentibus eſt reuelatum, ullam habent cognitiõem. Enimuero Angelis & Archangelis illud, & ſolis conſtabat, quod Iſrael eſſet pars domini populus eius, & allaturus eſſet dominus populo ſuo ſalutem, & eundem a prauis facinoribus exempturus. Quod autem Gentiles tantum eſſent honoris conſecuturi, latebat utiq; tam ſuperiores, quam inferiores illas poteſtates. Per Eccleſiam vero, hoc eſt, ab eo quæ nobis, qui Eccleſiam ipſam præferimus, obuenerunt. Nam collata in nos beneficia, poteſtates, & principatus diuinæ ſapientiæ monuerũt, ut intelligerẽt quam

Vocatio gentium latuit & Angelos, & Archangelos.

ſit de Eccle-

ſit de Eccleſia benemeritus Deus. Nec ſimpliciter qdem, variã dicit ſapientiam, ſed difformem, illam arguens incomprehenſibilem eſſe. Gregorius aũt Nyſſes, ante incarnationẽ affirmat, ſimplicem quandã poteſtates cœleſtes habuiſſe Dei cognitionem. Videlicet quod ſola voluntate cuncta crearit, & eidem licere oĩa præuidebant, moderariq; uniuerſa & ſapienter curare oĩa intelligebant. Incarnato aũt dei verbo, ex contrario cõtraria ſunt effecta. Nam per mortem vita ſucceſſit, per infirmitatem potentia, per ignominiam gloria. per viliora deniq; ſunt conſecuta, quæ Deum decerent. Sic igiẽ nunc multiformis cognita cœleſtibus Dei eſt ſapiẽtia atq; potentia, quæ ubi nobis innotuere, poteſtates illæ per nos perſpecta Eccleſia, quantis eſſet dignata bonis, ad certiorem ſunt diuinæ ſapientiæ cognitionem deductæ.

IN QVO habemus fiduciã & acceſſum in confidẽtia per Fidẽ eius.) Quod aũt per Chriſtũ effecta ſint oĩa, Patet inquit ex eo, quia ille ſit qui nos ad Patrẽ deduxit. Veruntamẽ nequaquã ſumus captiuorũ more, nec ut ſontes & noxij ad Patrem deducti, ſed fiduciã habemus, non ſimplicem quandã, ſed ut confidere plurimũ poſſimus & audere. Verum unde huiuſmodi nobis bona proueniũt? Per Fidem inquit. Hæc nanq; prauis deletis facinoribus fiduciã nobis adiecit, & confidentiam.

Fides fiduciam adiecit & confidentiam.

PROPTER quod peto ne deficiatis in tribulatõibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.) Propter quod, qd illud? Nimirũ quia magnũ eſt veſtræ vocationis myſteriũ, & ingentia quædã mihi ſunt demãdata & credita, quod vobis id prædicandi munus ſuſcepi. Nam & neceſſe eſt, & vincula ab his & mala alia perferã, qui huiuſce ſunt ignari myſterij, & acerrime huic contradicũt. Quapropter vos obſecro ne deficiatis, hoc eſt, ne obturbemini. Siqd iniuriæ vobis obtigerit, vel graue aliqd & moleſtum offerat̃. Id nanq; vobis potius gloriæ cedit, qd tanta ſit Deus erga vos charitate affectus, ut non ſolũ Filium veſtri ob grãm morti obtulerit, ſed nos etiã qui eius ſumus ſeruitute deuincti, ut vobis cõducat Pater, periculis ſiuerit & vinclis adſtringi. hi itaq; meæ preſſurę vobis ſunt glorię, quãto maiorẽ ex vr̃is laudẽ vendicabitis.

HVIVS REI grã flecto genua mea ad Patrem domini noſtri IESV CHRISTI, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.) Cum itaq; tanta erga vos Dei ſit charitas & incõprehenſibilia ſint quæ adepti eſtis iam bona, oro ĩquit, ut & grã vobis inhabitantis Chriſti in vos conferat̃, eundẽq; poſſitis & mente cõplecti, pernoſcereq; eius vos eſſe charitate affectos. Cum aũt flecto genua dicit, oſtendit ſe ingenti animi ardore precari. Ex Patre vero ſuperno oĩs deriuat̃ paternitas. In terris qdem generationes per paternitatẽ deſignans, quas Græce πατριάς, a patrum nomine dicunt. In cœlis autem, quia nulla ibi ſuſcipit̃ ſoboles, Paternitatem Angelorũ cetus appellat, perinde ac ſi dicat. Et quæ in cœlo ſunt, & in terris tribus, creauit. Et quia hac rõne eſt omnium Pater, ab eo & Patres cæteri nominantur.

VT DET vobis ſecundũ diuitias gloriæ ſuæ virtutẽ corroborari per Spũm eius, in interiori hoĩe Chriſtũ habitare per Fidem in cordibus veſtris radicati & fundati.) Quid, inquit, vobis & opto & precor? Certe ut ille tanquã opulentus & gloriã e nobis depoſcens, conſtantiã vobis & fortitudinem largiat̃, tentationibus obſiſtendi. Ne his tanquã procellis & fluctibus inuoluti, precipites deferamini. Nec ſat habens hos iri corroboratũ, & virtutem adiecit. Cuius ex abundantia, bona his comprecat̃. At quo pacto corroborari hos cupis? Per eius Spũm, inquit. Is nanq; vires ſuppeditat, quemadmodum & Eſaias Spũm fortitudinis dicit. Nec ſolum obfirmari hos petit, ſed maiorem in modum & affluenti robore ſtabiliri, habitare Chriſtũ in interiorem hoĩem in cordibus veſtris, hoc eſt, non leuiter & ſuperficietenus, ſed alte in vobis & profunde inſideat. Quomodo? Per Fidem. Fidis nanq; inhabitat Chriſtus pectoribus, cum Patre aduentitans, & in his commorat̃, ut antea dixit. Id ſane munus pulcherrimum conſequemini, ſi eius in charitate fueritis radicati. Hoc eſt, ſi inconcuſſi & ſtabiles permanebitis, nil fluitantes & iactabundi, Duo itaque quædam his comprecat̃, ut Spiritu roborent̃, & eorum in cordibus ut inhabitet Chriſtus. Velut

Cõſtantiã præcipue Epheſus precatur.

T ij roboremini

Homo interior.

roboremini inquit, ut interiorem hominem veſtrum incolat Chriſtus.

VT POSSITIS comprehendere cum oībus ſanctis, quę ſit longitudo, latitudo, & ſublimitas & profundum.) Quod prius fuerat exorſus & comprecatus, ut Spūs his cum ſapientiæ, tum reuelationis concederet̃, ut intelligerent, qualis eorũ vocationis ſpes eſſet, & hmōi reliqua, idipſum in præſentiarũ proſequit̃, ut poſſitis, inquiens, mente & cogitatione complecti, cum fidelibus cæteris, quale illud myſteriũ ſit, quod veſtri eſt grã diſpenſatũ. Et eo eſt magnitudinis prouectũ, ut ſit ubiq; terrarũ ampliſſime propagatũ. Vnde & hoc undiq; circumplexus ſub corporali figura deſcripſit. Explicaui eñ ipſe ut potui hoc Sacramentũ, nil tamẽ poteſt meis ex verbis, niſi per Spũm patefiat, comprehendi. Neq; aliter vobis licebit eiuſmodi mente concipere, niſi a Spiritu corroboratis. Eſt quippe magna virtute opus, ut apud nos habitet Deus. Gregorius autem Nyſſes per latitudinem hmōi profunditatem & longitudinem, Crucem dicit ſignificari, Comprecatumq; Epheſijs fuiſſe Apoſtolum aſſerit, ut quirent Crucis myſterium contemplari. Siquidem hac cruce omnis contineret̃ diſpenſatio, quod ſane eſt cōuenientius. Per Crucem eñ maxīe Dei erga nos charitatem perſpicuã fieri, ſicuti & dominus dicit, & Paulus modo ſubiungit.

Gregorius Nyſſeus.

SCIRE ETIAM ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.) Quin etiam inquit inueſtigando Chriſti huiuſcemodi charitatem noſcatis, quæ procul dubio cæterarũ rerum excedit cognitionem. Quod ſi ita ſe habet, quo pacto nos ſumus charitatem huiuſmodi cogituri? Excedit qdem omnium ſciam & humanã videlicet. Vos vero non humana ſcia charitatem eſtis hanc percepturi, ſed ſpiritali. Præterea neq; illud dixit, quia hanc quanta ſit cognoſcetis, ſed ſupereminẽtem, & aliã quamuis excedentem ſciam, hoc inquam, precor ut a Spiritu perdiſcatis. At quis eſt huius rei ignarus? Omnes profecto, & hi præcipue, qui grauiter ferunt aduerſa, & qui Deo ipſi mammonam anteponunt. Q; ſi eam ſciam teneremus, nec de diuina prouidentia quæreremur, nec animum præſentibus his terræ bonis intenderemus. Adeo deficientes, qui tanta nos charitate proſequit̃. Aduerte autẽ ſi charitas ipſa omnem ſciam antecedit, longe magis & Dei ſubſtantia cuncta eſt exceſſura.

Charitas oēm ſcientiam antecedit.

VT IMPLEAmini in omni plenitudine Dei.) Bifariam hoc nonnulli intellexerunt, vel ut ſciatis quemadmodum in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto adorãdus vobis ſit Deus. Hæc eñ plenitudo eſt Dei, trinitas ipſa. Velut omni ſitis virtute repleti, qua plenus eſt Deus. Puto tñ id magis ſentire Apoſtolũ, videlicet ut oẽs perfecti ſitis in omni ſecundũ Deum perfectione, diuina oĩa, prout ſunt, pernoſcentes.

EI AVTEM qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus, aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in CHRISTO IESV omnes generationes ſæculi ſæculorum Amen.) Et ſi ipſe qdem hæc precor. Deus tamẽ longe maiora quã meę ſint preces, efficiet. Poteſt nanq; non modo perficere, quæ per nos ſupplicant̃, quin & cunctos operando excedere, & ſuperabundãter, hoc eſt, liberaliter & ubertim. Dupliciter itaq; hac in re dicit deũ præſtare, & quia oĩa potens eſt facere, & quia ſuperabundanter. Poteſt nanq; vel hoim quiſpiam plura facere, quã petant̃, non tamen ſuperabundanter, quod ſane largiter eſt, & ſumma cum liberalitate, cum utrunq; Deo exequi liceat, qui magna quædam nobis & excellentia fecerit. Quid ni? Qui Gentiles in adoptionem ſuſceperit, vel ſibi infenſos. Quin etiã vel ex his, quæ in nobis eſt operatus, ſatis eſſe, quod diximus, perſpicuũ poteſt. Et iure qdem in Dei laudem ſermonem concludit, ut & beneficia conferẽtem extollat, & magnitudinem hoc pacto geſtorum in nos patefaciat. Neq; eñ ea fuiſſet hic demiratus, niſi Deus nobis talia contuliſſet, quæ in ſui admirationem & gloriã conuerterẽt homines. Nec ſimpliciter illi gloriã dicit, ſed per IESVM CHRISTVM. Non eñ vere quis poteſt laudibus Deum efferre, niſi in Chriſti virtute. Is nanq; ad huiuſmodi gloriam deferendam, virtutem nobis & gratiam præbet, inſtruitq;, quemadmodum illa ſit deferenda. Recte autẽ in Eccleſia Dei ineſſe hanc

Adoptati Gentiles.

gloriam conſtat. Quippe quæ perpetuo eſt permanſura, & portæ inferi aduerſus hanc nil præualebunt. Quo fit, ut Dei cum laus tum gloria ſit in æternũ futura.

CAP. IIII.

OBSECRO AVTEM VOS EGO VINctus in domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis.) Non imperare modo diſcipulis quæ rectiora ſunt decet magiſtrum, ſed ijs etiam pro eorum ſalute inſeruire. Propterea & Paulus in ſerui morem precatᷣ, proponitq; precando & vincula. Vinctus ego enim inquit in domino. perinde ac ſi dicat. Non prauo aliquo meo facinore, ſed ob domini grãm ſum coniectus in vincula. Veneremini ergo & vos qui pro Chriſto domino compedes tolerant. Verum quid precor? Pro me equidem nihil, ſed pro vobis, ut quemadmodum veſtra depoſcit vocatio, ſic incedatis. Eſtis nanq; ad magna quædam vocati, ut cum Chriſto videlicet cõſideatis, regni cœleſtis eidem futuri participes. Quo circa non erit veſtra hæc dignitas indignis Chriſto operibus vituperanda.

CVM OMNI humilitate.) Oſtendit hoc loco quemadmodũ cuiq; liceat pro vocationis dignitate & vitã ducere. Si eñ, inquit, humilem te ipſe pſtiteris, & tui ipſius habueris notionẽ, & qbus fueris a Deo bonis dignatus intelliges, dolebis profecto & contraheris, & ei gerere morẽ ſtudebis, qui in te fuit beneficus. Eſt præterea cunctarũ virtutum Mater humilitas & fundamentũ. Eoq; & ex hac dominus virtutũ genera memorans, beatos affirmat qui Spiritu eſſent humiliores, præ ſeq; ferrent humilitatẽ. Cum omni inquit humilitate, ut quæ non verbis modo, ſed factis habituq; ipſo & geſtu, ſit pręferenda. Nec in unũ alterumve hæc erit Humilitas, ſed in omnes ſeruanda, ſiue tenuem dixeris & abiectum, ſiue opulentum & clarum.

Humilitas mater omniũ uirtutum.

CVM OMNI humilitate & manſuetudine.) Dabitᷣ nanq; qui etſi humilis ſit, acer tamẽ ſit & iracundus. Sed is qdem nullius erit momẽti, & prorſus inutilis.

SVPPORTANTES inuicem in charitate.) Commonefacit hoc loco quid nam obuenturum ſit ex manſuetudine lucrum, & quid ex patientia ſubſequatᷣ. Deinde ne quis diceret, quo pacto quiuerit proximum ferre, qui ad iram ſit promptior, & plane conuicietur? Inducit itaq; tolerantiæ modum, in charitate inquiens. Hanc eñ ſi conſequemur, nos inuicem tolerabimus.

SOLLICITI ſeruare unitatem Spiritus in vinculo pacis.) Quemadmodum in corpore Spiritus omnia cõtinet unitq;, & diuerſa ſunt membra, ſic Spiritus ſanctus in nobis fidelibus gerit, qui cunctos facit unanimes nectitq;, quãuis natione & moribus vel artibus differant, & per eundem hunc Spũm omnes ſumus unum effecti. Studeamus itaq; hanc per mutuam pacem ſeruare coniunctionem. Nam ſi charitatis hunc nexum nequaquã adipiſcemur, nec pacatiores adinuicem fuerimus, perdituri haud dubie ſumus quam Spũs nobis contulerit unitatem. Nec ſecus nobiſcum agetᷣ, quam ſi cum reliquo corpore manus vel pedes diſſidiũ fecerint, & ab aliarum corporis partium nexu & copula procidantᷣ. Non eñ ultra ſub uno Spiritu membra continentᷣ. Eſt itaq; nobis ſumma diligentia opus, ut quo unus conceſſerit, eodem & alius ſubſequatᷣ. Sunt eñ huiuſmõi, qui uno ſunt vinculo alligati, ut vel nullam habeant ſuimet poteſtatem, ſic procul dubio ſub uno Spiritu erimus.

Spiritus unanimitatis auctor

VNVM CORpus, unus Spũs.) Nec ſimplicem quãdam Paulus exigit charitatem, ſed eam certe, quæ ob mutuam coniunctionẽ uniuerſos in unũ redigat corpus, ita ut membrorum inſtar ſibi inuicem compatiantᷣ, adgaudeantq;. Vnus Spũs, recte id dixit. Nam cum fideles iuncti ſint corpore, unũ etiam Spũm habeant neceſſe eſt. Vel quia poteſt concedi, ut qui unũ ſit cum cæteris corpus ſortitus, non tamen Spiritũ unum. Videlicet ſi quis ſit, qui hæreticis forſitan bene velit, non tamen illorum dogmatibus aſſentiatᷣ. Vel etiã cum unus ſit Spũs a vobis per fidem acceptus, & unũ ſentire omnes debetis & cõuenire. Vel Spũm æquam animi promptitudinẽ dicit, & bonã conſpirationem, tanquã id dicat, corpus unum & animus idem.

Spiritus pro animi promptitudine.

SICVT VOCATI eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.) Deus, inquit, pariter vos oẽs vocauit, & vitam oĩbus largitus eſt, & æque eſt oĩm caput, cunctos ſimul & ſu-

 ſcitauit, &

ſcitauit, & inde conſeſſum recepit, ac demũ omnes pari honore ſuſcepit, eademq; & una uniuerſi ſperamus. Neceſſe eſt ergo ꝓ charitatis hac copula, ut unũ ex pluribus ſitis. Nam in cœlo ſumus pares oẽs futuri, tametſi in terris eramus olim diſſimiles.

VNVS DOMInus, una Fides, unum Baptiſma.) Neq; enim maiorem tu nactus es dominũ, ille minorem. Neq; ipſe ex Fide, ex opibus ille eſt redditus. Nec demum tu per Baptiſmum ſalutem es conſecutus, ille minime.

VNVS DEVS & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.) Hoc eſt, qui cunctis præſidet, & omnia prouidentia & moderatione peruadit, & in nobis uniuerſis inhabitat.

VNICVIQVE noſtrum data eſt gr̃a ſecundum menſurã donationis Chriſti.) Dicet aliquis. Si omnia ſunt ut inquis cõmunia, cur ergo hic gratiæ minus, ille plurimum habet? Siquidem eiuſmodi non æqua partitio, inuidiæ ſeminariũ eſſet, quem admodum & Corinthijs euenit, & alijs plurimis? Id itaq; ſoluens Apoſtolus, unicuiq; dicit donũ fuiſſe pro Dei largientis arbitrio menſura quadã collatum. Cum itaq; gratis ſit illud & dono datum, ſat tibi fuerit ꝙ acceperis quidpiam, nec prorſus ĩmunis ſis gratiæ, Non eñ pro debito tibi eſt aliquid perſolutũ. Et quia Deus menſuram cuiq; præfiniuit, nihil ſcrutabere, nec curæ ſit, ſi non omnia ſolus acceperis. Nam ſi ſemel gr̃am menſus eſt Deus, in noſtram profecto utilitatem id fecit. Atqui ea communia haud dubie ſunt, ſine ꝗbus conſtare Chriſtianiſſimus non poteſt, hæc præter ſiquis eſt gr̃æ pluſculum nactus, nil doleas. Nam & laboris forſitan plus ille impendit, ut in orationis progreſſu dicturus eſt. Neq; eñ ſecundũ Fidei dixit menſuram quæ cuiq; eſt, ne in deſperationem induceret qui minus haberent, ſed donantis arbitrio modum permiſit, ne inde his diſſidendi offerret̃ occaſio.

Contentus eſto data tibi gratia, nec quid ul tra ſcrutare.

PROPTER quod dicit, aſcendens in altũ dominus captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hoĩbus.) Quod autẽ hunc afferat homibus contuliſſe, patet & Prophetæ huiuſmodi dictis. Dedit dona hominibus. Dominus vero in altum aſcẽdit, vel in Crucis celſitudinẽ, vel cœli, ubi fuit e terra ſublatus, ut ex ſequẽtibus magis fiet perſpicuũ. At quã hic narrat captiuitatem? Nimirũ diaboli. Diabolum nanq;, & mortem maledictionẽ inſuper & Peccatum, in ſeruitutem ſubacta, Chriſtus abduxerat. Quorum ex ditione & nos liberauit, qui his malis eramus obnoxij.

QVOD AVTem aſcendit, quid aliud eſt niſi qui & deſcendit primũ in inferiores partes terræ, qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos ut adimpleret omnia.) Cum de humilitate diſſeruiſſet, nunc Chriſtum producit, perinde ac ſi inquiat, Sicut & ad Philippenſes diſſerens fecerat. Quemadmodũ nihil obluctatus eſt ad nos Patris iuſſu deſcendere, ſic vobis haud quaquã defugiendũ, quin per humilitatem eidem condeſcendatis. Q; autẽ deſcenderit, liquet ex eo, ꝙ hunc ipſum propheta aſſerit aſcendiſſe. In Deo nanq; cum adſcenſum fatemur, & deſcenſum ſignificari prætendimus. Nec ſecus dicere & in homine poſſumus. At quem in locum deſcendit? In infernũ. Nimirum quẽ profundiſſimas terræ partes pro cõmuni hominum opinione appellat, quemadmodum & Iob. Deducetis, inquit canos meos cum dolore in infernũ. Et Dauid. Aſſimilabor deſcendẽtibus in lacũ. Ad inferiora itaq; Chriſtus deſcendit, ultra quæ nihil eſt amplius, & ſuper oẽs cœlos aſcendit, ꝗbus nihil eſt altius. Nec tendi ultra hos poteſt, neq; illi deſcenſus aſcenſum interpellauit. Vos itaq; ſi prætuleritis humilitatẽ, exaltabimini. Quodcũq; eñ Chriſtus effecit, ut nobis exemplo eſſet, effecit. Et ſeſe in carne præbuit imitandũ. Nam quod ad diuinitatem pertinuit, iam pridem abſoluit. Id autẽ dictum contra Paulum Samoſateum & Neſtorium facit. Nam qui deſcendit, cum dixit, perſpicuum eſt de loco ſuperiori, hoc eſt, de cœlo & carne aſſumpta, ad nos deſcendiſſe in terram, & mortem poſtea obeuntem eundem illum eſſe, & unum non alium quempiam atq; alium.

Paulus Samoſateus, & Neſtorius.

ET IPSE dedit.) Demonſtratiue dixit, ipſe. Is nanq;, inq̃t, cuius tãta in nos prouidentia fuit, ut noſtri gr̃a neq; in ultimas & infimas terræ partes peruenire abnuerit, haud

rit, haud

rit haud quaquam temere partitus eſt gratias, ſed liquet ſane & ſapienter id & utiliter peregiſſe. Cur ergo doles, perinde ac ſi non iuſte ſit diſpenſatio facta? Alibi aũt dicit ſpiritũ hanc impartiri, ut illud. In quo nos ſtatuerit SPIRITVS ſanctus. Et omnia operabatur unus & idem ſpiritus. Et alibi patrem, ut illud. Poſuit Deus in eccleſia Apoſtolos primũ, & reliqua. Et ego plantaui. Apollo rigauit, Deus incrementũ dedit. Hoc aũt loco filiũ facit diſpenſatorem, una eſt ergo trinitatis illius operatio.

QVOSDAM quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas.) Primũ Apoſtolos poſuit tanq̃ Prophetis præſtantiores, ut qui & Prophetiam haberent & Apoſtolatus munere fungerentur. *Apoſtolos Prophetis prepoſuit Deus.*

ALIOS VERO euangeliſtas.) Qui ſcilicet Euangeliũ conſcripſerũt, quiue nõ paſſim circunuagi, ſed Euangeliũ prædicare, ut Priſcilla & Achillas conſueuere.

ALIOS AVtem paſtores & doctores.) Eos dicit, quorum curæ fuiſſet eccleſia demandata. Epiſcopos inquam, qualis Timotheus erat, & Titus, & iſtiuſmodi cæteri. Poteris etiã paſtores pro ſacerdotibus ipſis & epiſcopis intelligere, doctores uero miniſtros, ſiue Diaconos ipſos. Hi quidem ſermone, cũ alios purgandi fungantur officio multorum labes & ſordes prorſus abſtergunt.

AD CONSVmationem ſanctorum in opus myſterij, in ædificationem corporis Chriſti.) Vides ne dignitatem? Vnuſquiſq; aliquid cõſumat ac peragit, & ſinguli ad Chriſti corporis ſiue eccleſiæ ædificationẽ miniſtrant. Quocirca cur dolore cõficeris, q minus acceperis gratiæ, qñquidem & ipſe ad ſanctorum conſumationem hoc eſt, ad fideliũ utilitatem ac pfectionem, haud parũ contuleris. Studendũ eſt itaq; uel ſi nullius ſis gratiæ particeps, alios ut quouis modo ædifices, cauendũq;, ne alijs inuidendo, tibijpſi officias. Perinde ac ſi alius quiſpiã ad perfectionem alijs condonandã, inſtituendiſq; fidelibus cõpertus ſit maiorẽ gratiã accepiſſe, intelligas uelim & maiores illi labores ineſſe ad miniſteriũ. Inſuper & acriores pœnas impendere, & ratiõem maiorem in modũ reddandam. Alioqui quonam pacto non Satanicũ illud debet uideri, ut in eum quis liuore commoueat, qui Chriſti ædificet & perficiat corpus? Ipſe uero non homini inuidere hunc puto, ſed plane domino aduerſari.

DONEC OCcurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei.) Tam diu, inquit, optandum eſt omnibus, qui gratiæ ſunt non immunes, & inſumendi ad ædificandũ fidem unam labores, quouſq; ad fidei unitatem hanc pertingantur. Hoc eſt, quoad tandem arguamur omnes, & eandem tenere, & nihil de Chriſti dogmate diſcrepare, nec ad inuicem diſſidere, dum uiuimus. Sic ſane optima futura eſt fidei ipſius coniunctio, ſic inquam ſumus & Dei filium cognituri, cum de dignitatibus recte ſentimus nexumq; charitatis ſeruamus. Eſt nanq; charitas Chriſtus ipſe.

IN VIRVM PERfectũ, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti.) Virum perfectũ & ætatis menſurã, perfectiorem dogmatũ dicit cognitionem. Quemadmodũ & Chriſti plenitudinẽ dicimus abſolutã & integram, eiuſdem notionẽ & fidem. Hoc eſt, Chriſtũ credere ex trinitate unũ conſtare, & patri parem hoiem fuiſſe effectum in duabus naturis, ſuſtantiã unam. Item id uelle, id operari, quod pater, ciq; corporaliter ad dexterã aſſidere, cum eoq; & uenturũ, Siue quæcunq; alia de eo rectius & intelligunẽ & adſtruuntur, tenere. Verũ quo pacto Apoſtolus noſtrã imperfectã ſcribit ſcientiã eſſe? Quo nimirũ ad futuræ ſcientiæ differentiã, hoc aũt loco ob facilem in crimen lapſum, perfectã dicit ſcientiã. Cum eni in pterita noſtra delicta nequaq̃ recidimus, tũc ſane ſumus pfectiores, & pfectiorem adepti ſcientiã, ut infra patebit. *Chriſti plenitudo.*

VT IAM NON ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ.) Vt hanc, inquit, etſi per exiguam quã ipſi accepimus menſuram, firmã ſtabilemq; ſeruemus, nõ ut pueri ſolent minutiores omni uento circũferamur. Hoc eſt, a quouis hoie nos inſtruente temere ſubleuemur. Sunt nãq; ad ædificandũ & conſumandũ dona data. Cauendũ ita ne labet, & fluitet, q̃d fuerit ædificatũ. Vt iam uero cũ inquit, oſtendit uel id illos alios fuiſſe ppeſſos, Videẽ etiã & his ſemet interijcere,

 cum circun-

Varias doctrinas uẽtos Paulus uocat.

cum circunferamur inquit, quod eo facit, ut eos nõ acriter commiſſi redarguat, ſed leniter caſtiget & placide. Et fluctuantes cũ ait, arguit quanto ſint in diſcrimine inſtabiles & nutabundæ ad orthodoxã fidem animulæ. Et eidem inſiſtens metaphoræ, uentos uocauit, uarias præceptorum doctrinas.

IN NEQVITIA hominũ, in aſtutia ad circunuentionẽ erroris.) Ne itaq;, inquit, & nos in hac circũferamur nequitia, quomodo? In aſtutia ad circũuentionẽ erroris, ne quo uolunt illi dolo & arte quadã traducere, eodem & uos deuolui ſeramini. Nam nullius rei alterius gratia, artibus hoc moliunt̃ & dolis, niſi fallendi. Bene aũt propoſuit hoĩm. Nam ad ea quæ Dei ſunt, neq; nequitia, neq; hoĩes adnitunt̃.

VERITATEM autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.) Verſuti, inquit, & uerbis fallentes, adulterina cuncta & falſa ꝓtendunt, nihilq; illis ineſt uel ſanum uel ſtabile. Nos uero, qui ueram cum in Deum tum in proximũ charitatem ſectamur, nec dogmata ulla habemus, quę falſa ſint aut ſubdola, nec uitam ducimus ſimulatam. Augebimus certe in Chriſto quæ noſtra ſunt, tum uitam ipſam, atq; decreta. Huic enim, qui noſtrum eſt caput, accommodare & mores debemus & uitam, geſtandumq; nihil quod alienum ſit, nec capiti congruens, ſed cuncta ſunt nobis ad illius conformitatem aptanda & augenda.

EX QVO TOtum corpus compactũ, & connexum per omnem iuncturã ſubminiſtrationis ſecundũ operationem in menſurã cuiuſcunq; membri augmentũ corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.) Senſus omnis dicti huius, & ſi ſubobſcurior, huiuſmodi eſt. Quemadmodũ enim ſpiritus ꝑ neruos a cerebro ipſo deſcendens, ſenſum omnibus membris ad proportionem cuiq; impertit̃, ſic Chriſtus noſtris animis, qui illius ſunt membra, ſua dona ſuppeditat. Nec fortuito & temere ſed pro menſura membri cuiuſq;. Hoc eſt, ut quodq; capere poteſt, & hunc in modũ coædificari ſibi uniuerſum corpus & coaleſcere facit. Alias enĩ nequiret anima a ſuperne ſpiritu deſcendente. A quo & uitam accepimus & incrementũ, ſubminiſtrata excipere, niſi charitate corporis inſtar unius cõpacti eſſemus, & iuncti. Nam ut manus a reliquo corpore auulſa, haud quaq̃ ultra eſt uegetantem ſpiritũ receptura, ut quæ a membrorũ ſit nexu diſciſſa, ſic ſane & nos niſi unitatem ſeruemus, & animorum coniunctionem, haud quaq̃ aliquando ſumus ſpiritus gratiã admiſſuri, qui a Chriſto (qui caput eſt noſtrum) profluxit. Idcirco & corpus compactũ & cõnexum dixit, hoc eſt, nihil temere diſpoſitis membris, ſed copulatis uel ſingulis ſuo loco hærentibus, nõ diſiectis, uel ſine forma iacentibus. Noſtri itaq; erit officij, per charitatem nos inuicem nectere, & cõformes efficere. Chriſtũ uero decebat, ut caput ſuum in corpus, hoc eſt in nos immitteret ſpiritũ. Fit autem omnis hic ſermo, & eo intenditur, ut humilitas cũ charitate coniuncta ſeruetur. Per omnem autem iuncturã ſubminiſtrationis cũ inquit, id utiq; præfert, quod ſpiritus ſcilicet, qui a Chriſto capite defluit, & ſubminiſtratur, omnes complectitur. Corpus igitur ædificatur & creſcit, quatidiu membris adhæſerit, & ſpiritũ ipſum inducit, ut in ſe operetur. Id enĩ deſignat cũ dicit, ſecundũ operationem, uel quia membris operationem ſpiritus ꝓbeat.

Præceptoris officium etiam abſterrere.

HOC IGITVR dico & teſtificor in domino, ut iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant, in uanitate ſenſus ſui.) Eſt ſane præceptoris officium, nõ ſolum cõmonefacere, ſed etiam abſterrere, cum fuerit neceſſe, diſcipulos. Quemadmodum Paulus facit hoc loco. Teſtificor enim uos inquit in domino. Hoc eſt, dñm teſtor, quia nihil clam uos habuerim, quod dictu ſenſerim oportunum. Nec uos amplius ambulate ut ambulatis dixit, ne illos offenderet, ſed ſicut reliquæ gentes, aliorum exemplo hos ad continentiam prouocans. Hi nanq; in ſenſus uanitate ambulabant, qui & idola colerent, & uitijs inſeruirent, & rebus mundi inanibus inhærebãt. Quæ idcirco uanitates coarguunt̃, quia fruſtra illis utantur mortales. Erant itaq; in his gentes corruptæ, ſermone ſcilicet & uita.

OBSCVRATVM habentes intellectum, alienati a uita Dei.) Diuinæ, inquit, ſcientiæ, &

ſcientiæ,& uitæ purioris lux ipſa affulſit,hi uero ſeipſos fregerunt, animi oculis debilitatis præ uitæ huius & uitiorum caligine,qua ſemetipſi obduxerant. Sunt nanq; pſentia uitia & mundi curæ,ueluti uehemens quidam & innabilis fluxus,quæ mentem prorſus obturbant,eoq; qui his implicantur,a Dei abalienati ſunt uita.Hoc eſt ab ea quæ ſecundum Deum eſt,penitus abdicantur.Eſt nanq; uitæ rationalis,& dignoſcere uera & tenere. Qui uero ſe præſentiū bonorum curæ dicauerit, haud dubie obcæcatur nec uitā degit,quia ueritas ipſa uerbi ſubſtantiā præfert & claritatē.

PROPTER ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum.) Si ignorant,quid illos incuſas? Eſt nanq; mox edocendus, non iuſtitiæ inſimulandus qui rei ſit alicuius ignarus. Dices fortaſſe, aut eiuſmodi his ignorantia ob eorū hebetudinem & cæcitatem obuenit, quæ inſenſibilitatem quandam prætendit. Inſenſilitas uero & clementia, ex uitæ impurioris diſpoſitione oboritur. Fit itaq;, ut omnino ſint,qui hac ignorantia detinentur,culpandi.

Inſenſibilitas et dementia ex uitæ īpuritate.

QVI DESPErantes ſemetipſos tradiderūt impudicitiæ,in operationem immūditiæ in auaritiam.) Vides quemadmodum uolūtate illis obtigerit inſenſibilitas hæc,& ignorantia.Nam deſperantes,inquit,hoc eſt,qui nulla ratiōe utentes,deſperant nequaquā ſe poſſe futura parare,cum a præſentibus nolint,quibus ſunt irretiti deſciſcere.Aliter tamen in græco habetur ἀπηλγηκότες,hoc eſt,ſine doloris ſenſu,tanquam inſenſibiles facti,& excordes,& torpidi.Neq; in ueri boni indagationem uolentes laborem inſumere,impudicitiæ demū ſeſe addixere.Quidnā facturi? Vt immunditiam operentur & fœditatem. His enim perficiendis, cogitationem & operā impendebant. Neq; impuritatis huiuſce, & turpitudinis ſpeciem unam aliquam exercebant,ſed omnem.Qui ergo poterat fieri,quo minus deſperent,qui huiuſmodi erant addicti cupiditatibus? Vita nanq; quæ turpiter ducitur,prauarū opinionum eſt cauſa, & omnem recti ingerit ignorantiā. Cum itaq; alibi audieris Deum alios tradidiſſe in reprobum ſenſum,reminiſcere & dicti huius.Et cū utrunq; contuleris pernoſcito,qui ſe proripiunt a Deo dici præcipitari & tradi. Hoc eſt,permitti & deſeri,quia ſemetipſi,ut ſic traderentur dignos effecerint. Cum uero in auaritia dicit, uoluntariā illis inſipientiam teſtificatur.Poterant enim his, inquit, uel pecunijs uel uoluptatibus moderatius frui. Sed cū eſſent omnibus in rebus ſectati immoderantiam,in mentis hebetudinem deuenerunt,& bonorum omniū inſenſibilitatem.

Permitti & deſeri à Deo quomodo quis dicatur, & nota.

VOS AVTEM non ita didiciſtis Chriſtū,ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis,ſicut eſt ueritas in IESV,deponere uos ſecundū priſtinā conuerſationem ueterem hoiem.) Gentes quidem ita ſe habenr,uos uero haudquaq̄ hoc modo Chriſtū perdidiciſtis,ſi tamen illū audiſtis.Hoc eſt,cū illum ex noſtra doctrina iam teneatis. Non enim,ſi illum,dubitantis eſt dictū ſed confirmātis. Quinetiā illud eſt Chriſtū perdiſcere,quod rectius uiuitur,ut contra qui uitā peruerſius duxerit, Chriſtū ignoret neceſſe eſt. Deum enim inquit ſe ſcire fatentur, factis aūt negant. Illud aūt ſicut eſt ueritas,ſic deber intelligi. Videlicet,nequaquā ipſi, quemadmodū gentes, uanis & ſuperuacaneis in rebus incedite,uel uoſipſos ad eadem illa cōponite.Conſtat nanq; non eſſe inania,quæ Chriſti ſunt,ſed certiora & uera cū dogmata dico,tū uitam.Delictū ſiquidem falſitatem prætendit.Quippe quod incōſtantius ſit & leuius.Virtus uero ueritatē præfert,quia ſtabilis ſit,& finem habeat.At qd eſtis edocti, uel quænā eſt quæ ſecundū Deū ſit ueritas? Nimirū deponere uos ueterem hoiem, hoc eſt,priſtinæ cōuerſationis modū,& uitā illā antiquiorem,& peccatis obnoxiā.

Delictum falſitatem.

Virtus ſtabilis ueritatem præfert.

QVI CORrumpitur ſecundū deſyderia erroris.) Bifariā hoc debet intelligi. Vel quia ut ſolent cōcupiſcentia & uoluptates corrūpi,ita & homo his deditus, hoc eſt eius inanes cogitationes perdunt, morboq; decor oīs & pulchritudo, uel ſenio ipſo deflaccet,uireſq; itē corporis ac oīa demū morte ſoluunt.In illa eni ingt die pdentur omnes cogitationes eorū. Vel ſecundū deſyderia,id eſt,a deſyderijs. Ab his nāq; uetus homo delet,ut uellus & ferrū,a qbus gignunt,ab his et intereūt.Deperit

præterea &

præterea & honoris & gloriæ cupiditas, anĩo ſemper, corporaliter uero nunq̃. Sic & uoluptates conficiunt̃. Recte aũt errorem dixit, quæ ex his oritur uoluptatibus ſuauitatem. Simulat nanq;, mentit̃ ac fallit. Quippe q̃ uoluptatis p̃ſerat ſpeciem, cũ amaritudo ſit & acerbitas. Id itaq; error p̃tendit, ut cũ aliud ſit, aliud eſſe appareat.

RENOVAMINI autem ſpiritu mentis ueſtræ.) Ne quis exiſtimet alium quempiam ſe inducere hoĩem, præter eum quem dixerat nouũ. Renouamini inquit. Hoc eſt, idipſum quod in uobis conſenuit, nouũ reddite & immutate. Quo fit, ut ſubiectũ ſit idem, morũ uidelicet ſolum & mentis priſtinæ ĩmutatio. Verũ quo pacto, iſtiuſmodi poteſt innouatio fieri? Per SPIRITVM ſanctũ, qui ueſtrã inhabitat mentem Spiritus nãq; nullas ſuſtinet ueteres actiones & prauas. Demũ quod inquit, tale eſt Innouamini anĩo & ſpiritali innouatione, nõ corporali, uel in corpore ipſo effecta.

ET INDVITE nouum hominem.) Vides quemadmodũ ſit unum ſubiectum, quod exui & indui poſſit. Hoc eſt, unũ ſit corpus, quod induitur & ſpoliatur. Indumenta uero diuerſa, hoc eſt, nequitia ipſa & uirtus faciles ſunt, uel ad abdicandũ, uel ad admittendũ, ſi uolumus. Verum cur hoĩem nequitiã dicit, & hominem uirtutem denominat? Quia ex operibus ipſis figurat̃ homo. Nec minus hæc q̃ ipſa natura hominis præferunt, ſiue bonitatem, ſiue nequitiam. Nouus aũt ille eſt homo, qui & recens ſit baptiſmo ablutus. Hic nanq; fortiorem ſe debet, & cõſtantem præſtare, & cuiuſuis labis immunẽ, & integrũ. Hæc proculdubio cuncta ad nouũ hoĩem ſpectant.

Homo nequitiæ.
Homo uirtut.

QVI SECVNdum Deum creatus eſt, & in iuſtitia & ſanctitate ueritatis.) Is inquit, nouus homo, non ſecundũ concupiſcentias. ſed ſecundũ Deum eſt conditus. Hoc eſt, tali ſtructura creatus, ut placeat Deo. Et lauacro, non q̧ e terra conſtet, & aqua, ſed ex iuſtitia & ſanctitate. His enim hoĩs huius cõtinetur ſubſtantia. Iuſtitia quidem uniuerſalis quædã eſt uirtus, quemadmodũ illud eſt uſurpatũ, iuſtus eſt ille & irreprehenſibilis. Et dominus ipſe, ſi non ſuperabundauerit iuſtitia ueſtra ſuper Phariſeorũ. In ea nanq; uirtutem omnẽ aſſerit contineri. Sanctitas aũt puritas eſt & debiti omnis perſolutio. Er quoniã in ueteri teſtamẽto iuſticia dicebat̃ hæc ſanctitas, illa inquit uetuſta, futura p̃ſigurabat. Sed ſanctitatem hanc ipſe ueritatis & Euãgelij dixerim ueritatem. Eſt itaq; homo iſte in baptiſmo per iuſtitiã, & ſanctitatem creatus, induatur etiã uita, & operibus neceſſe eſt. Cum uero indutũ aliquem fuiſſe intelligis, non ignores quemadmodũ nunq̃ ſit amplius, quod ſemel induerit, depoſiturus, Vt illud. Induit maledictionem ut indumentũ, & qui luce obductus eſt.

Nouus homo.

PROPTER quod deponentes mendaciũ loquimini ueritatem, unuſquiſq; cũ proximo ſuo, quoniã ſumus inuicem membra.) Cum ueterem dixerit hominem, uniuerſaliter hunc & particulariter hoc loco deſcribit. Et primo alterius mendacia interdicit, & cauſas profert, tum quia proximi inter nos ſumus, tum quod maius eſt, & maiori nobis dedecori cedere, quia & membra inuicem dicimur, perinde ac ſi dicat. Num oculus ſi beſtiã fuerit aliquã in nos irruentem efferatius conſpicatus, pedibus mentietur ſe nihil ſpectare, nec illis fugiendi facultatem præbebit. Vel ſi ſcrobã aliquã alte refoſſam, arundine & humo contectã, pes ipſe prætentet, num oculũ hoc ipſum cælabit, ut aliã inueniat ſemitam? Idipſum dici & de membris cæteris poteſt. Sic itaq; & nos nihil ad inuicẽ mentiamur, ſumus nanq; unius corporis membra.

For. alterutrum men.

IRASCIMINI & nolite peccare.) Dixit nolite ✶ alterius mẽtiri. Sed cũ plerũq; ira mendaciũ pariat. ſic inquit. Bonũ quidem nil prorſus iraſci, at ſi illud contigerit cauendũ ne ex immoderato iracũdiæ uſu, effrenet̃ hæc ira, & in peccatũ euadat. Dicunt nõnulli unum eſſe iracũdiæ genus, delicto quod careat. Eam uidelicet, qua uel in dęmones, uel in uitia utimur coercenda, & hoc ip̃m explicare hoc loco Apoſtolũ.

Iracundia quæ ſine delicto.

SOL NON occidat, ſuper iracundiam ueſtram.) Non diu, inquit, apud uos reſideat iracũdiæ uitium, neq; uobis nondum conciliatis, ſol ipſe e terris abſcedat; ne forte indignis appareat illuxiſſe, neue & nox ignem mente acrius agitando incendat, & inſidias paret uel mortem.

NOLITE

NOLITE LOcum dare diabolo.) Munita oppugnatione diabolo obſiſtetur, quandiu unis animis erimus condenſati, nihil ille de ſuo eſt illaturus, ut qui nullum inueniat inſinuandi ſe locum. At cum aliquod inter nos diſſidium proſeminauerit, tunc perinde ac occaſione inuenta, ubi caput immittit ſerpentis more, & mox reliquam corporis molem ingeſſit.

QVI FVRATVR iam non furetur.) Vides qualia ſint uetuſti hominis membra, mendaciũ ſcilicet, odium, furta. Neq; enim ſupplicio afficiantur furaces inquit ſed deſinant malefacere, & a furto abſtineant. Illud enim exterioris eſt & humani iudicij, hoc Chriſti doctrinæ & pietatis.

MAGIS AVTEM laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.) Neq; enim ſat eſt a peccatis deſiſtere, ſed his contrarium iter inire neceſſe eſt. Malis olim facinoribus incubuiſti, nunc & bona exerce elaborando, cum ut labor atterat corpus, quod ex otio quodam praua didicerat, tum ut abundanter habeatur unde & uitam hanc degat, & conferte in alios poſſit quæ ante hac multis ſubtraxerat, & beneficus fiat.

OMNIS SERmo malus ex ore ueſtro non procedat.) Malum ſermonem non otioſum dicit, ſuperuacaneũ, & intempeſtiuũ, qualis ſcurrilitas eſt & fœde dictum, Græce tamen σαπρὸς habetur, hoc eſt putre & fœtidum. Turpiloquium nanq; iurgia & detractiones, putrida ſunt & infecta. Neq; enim factorum duntaxat gratia, quin & dictorum pœnas luemus. *σαπρὸς, id eſt, marcidum.*

SED SI QVIS bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiã audientibus.) Hoc eſt, illud loquamur quod & proximi & aliorum fidem ædificet. Græce tamen quod fidei dixit interpres, χρείας hoc eſt, neceſſitatis eſt ſcriptum. Perinde ac ſi dicat, nullũ depromatur per uos intempeſtiue & incommode dictum, neq; ultra uelim loquamini quam ferat neceſſitas, ut occaſionem audientibus præbeat, ut gratias habeant tam oportune loquenti. Qui enim in tempore loquitur, ſanctius profecto ac pie loquetur. Vel gratiam det audientibus dixit, hoc eſt, ut gratos hos faciat ſermo, tempeſtiue prolatus. Nam quemadmodum odoramenta gratiam exhibent ſe pertrectãtibus, ſic ſermo qui de Deo habetur, & animabus conducit. Vides quemadmodum quod antea ſemper commonefecerat Paulus, in præſenti nos oret, ut proximum quẽq; ædificemus. Quod utiq; aliud nihil ꝑtendit, niſi ut nos ipſi ædificemus. Nam qui alijs conſulunt, quæ animam iuuent, longe magis & ſibi ſunt profuturi. *Sermo de Deo*

ET NOLITE contriſtare Spiritum ſanctum Dei.) Si uerbum, inquit, turpe uel fœdum protuleris, & Chriſtiani hominis ore indignum, certe non hominem perturbaſti, ſed Spiritum Dei, qui tempore ſit de te benemeritus. Subdit deinceps, qualibus ſimus beneficijs ipſi affecti.

IN QVO ſignati eſtis in die redemptionis.) Is nanq; Spiritus nos obſignauit, eſſeq; de regio grege inſuper fecit. Atq; is nequaq; aſtare nos ſiuit cum ſontibus & damnatis, ſed ſignũ impreſſit, ſecreuitq; ut redempti & liberi ab huiuſmodi ira eſſemus. Nonne igiť pudere nos debet, ſi hunc inceſſerimus? Obſignatũ eſt inquã, os tuũ a Spiritu, ut nihil indignũ ſe proferat. Noli ergo ſignaculũ illud diſſoluere.

OMNIS AMAritudo, et ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollať a uobis cum omni malicia.) Suſtulit in partem dictis ſuperioribus iracundiam, nunc uero eandem radicitus tollit. Amaritudo nanq; iracundiæ & furoris eſt radix. At ubi acrior iræ tempeſtas inhorruit, uehementius oris operculum ſuperat fluctibus, & ꝑ omne corpus diffundiť, & hominem ipſum efferat, tollatur inquit & clamor, ita ut nec ueſtigium aliquod eius ſit reliquũ. Clamor quidem equi præfert figuram, ſeſſorem ira prætendit, conſtringe cõpedibus equũ & inſidentem proſternes, deme præterea maledicta & iurgia, quæ ab ira naſcunť. Iram qdem magis incendit uociferatio. Et quia pleriq; ſunt qui tacite iraſcunť & iram comprimunt conticendo, & ſtimulis mordenť clandeſtinis, obſcuramq; & reconditam indignationem aſſeruant, *Aequus & Seſſor*

eo adiecit,

eo adiecit, cum omni nequitia, hoc eſt ſiue exigua, ſiue magna ſit illa.
ESTOTE AVtem inuicem benigni, miſericordes donantes inuicem.) Cũ haud
quaq̃ ſit ſatis pro regno cœleſti cõſequendo abſtinere a malis, ſed neceſſariũ inſup
Gehenna. ſit quæ rectiora ſint facere. Quippe ſi a bonis operibus defecerimus, tametſi malı ni
Aliás coniicia mur. hil egerimus, in gehennã ⁎ conijceremur, ut eſt e pluribus Euãgelij dictis perſpi-
cuũ. Propterea Paulus prauis interea omiſſis opibus, ad recti nos operationẽ hortatˀ
aitq;. Eſtote benigni, ad nequitiæ & blaſphemiæ differẽntiã, & miſericordes ut im-
pietatẽ ſecernat a miſericordia, & inuicem donãtes. Hoc eſt, ueniã delinquentibus
tribuentes, ut eos reddat ab his alienos, qui in peccata labentibus nec ueniã dederũt.
SICVT ET Deus in Chriſto donauit uobis.) Cum hos exemplis ſat flectere ad
Aliás diffideret. bonum ⁎ confideret, & Deũ in rei huiuſce argumentũ producit. Poterat tamẽ uel
illud afferre quod dixerat, dimittite & dimimittetur uobis, ſed quia futuris diffidũt
pleriq;, quæ olim ſunt geſta deducit, in medium. Inquit Deus uobis in Chriſto do-
nauit. Quo pacto? In Chriſto, hoc eſt, cũ filij ſui diſcrimine & morte, ipſe uero haud
quaq̃ tuo cum periculo quicq̃ contuleris, at ille aliter longe. Nam ipſe in fratrem &
proximũ, ille uero tibi ut hoſti & ob peccata infenſo, errata dimiſit & largitus eſt.
Aduerte autem, quia cum ad inuicem donantes dixiſſet, & uobis ipſis adiunxit, ar-
guens, cum alternis donamur, & mutuo in ſeipſos gratiam conferre uel ſingulos.

CAP. V. ESTOTE ERGO IMITATORES DEI, ſicut filij chariſſimi.) Vel pari & ipſe
proſequere fratrem beneuolentia, qua & te proſecutus eſt dominus, ſic Deum pro
uiribus imitabere. Nec erit quoq̃ pacto hoc loco culpanda inopia, ut illud inquias,
ſi fratri dimiſero, quod deliquit, iacturam ipſe perpetiar. Sed peccati, & ueniam da-
to, nullo tuo uel impendio uel detrimento, ſed lucrum referes. Eſt enim maximi De
um ipſum ſectari. Aliam deinceps cauſam refert magis haud dubie allicibilem, cum
inquit. Vt filij chariſſimi, hoc eſt, uel alia quædam uos ad hoc cogit neceſſitas, ut pa
trem ſcilicet imitemini ueſtrum. Et cum nequaq̃ liberi omnes genitorem ſectentur
chariſſimi addidit. Nam iſtiuſmodi filij patrem imitabuntur.
ET AMBVLATE in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſũ
pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.) Id ſane omniũ eſt
fundamentum, quo ſtante, non iracundia modo tollitur & blaſphemia, ſed cuncta
plane dementur huiuſmodi. Idcirco & poſtremũ hoc poſuit. Docet præterea unde
Filii ex ipſa dilectione. ſimus & filij redditi, uidelicet ex ipſa dilectione, debemus ergo eam amplecti, utpo
te, quæ cauſam nobis, qua ſimus a Deo in adoptionem adſciti, præbuerit. Vt enim
cum morbo aliquo laborauimus, medicamentorum quorundam, quibus ſanati fue
rimus uel nomen ipſum uenerationi habemus & magnifacimus, ſic & dilectionem
hanc amplexari debemus, qua ſeipſum pro nobis tradiderit dominus. Atqui pro ini
micis ille ipſum ſe obtulit, tu uero amicis daturus es ueniam. Tunc itaq; uere Chri-
ſtum ſectaberis, cum his benefeceris, qui te odio habent. Sic enim & dictum illud,
ut Chriſtus dilexit, & pro nobis ſeipſum tradidit, obſeruabis. Id illud eſt ſacrificiũ
& odor ſuauitatis, idipſum inquam & Chriſtus effectus eſt, cum pro nobis odioſe
habentibus obijt mortem. Id illud demũ eſt, Deum hunc imitari.
FORNICATIO autem, & omis immundiria aut auaritia nec nominetur in uobis,
ſicut decet ſanctos.) Diſſerens de acerbiori iracũdiæ uitio, ad eam uenit, quæ mi
nus pleriſq; mala uidetˀ, habendi cupiditatem. Quemadmodũ enim legis lator, non
occides ædicit, quod crimen per iram cõmittitur. Et deinceps nõ adulterabis, iniun
Vitia uitanda. git, quod deſyderij eſt & cupiditatis. Et ſicut amaritudo, & clamor, & blaſphemia,
ſunt, iracundiæ malũ, ſic fornicatio & imunditia, auaritiaq; a cõcupiſcentia emana-
rũt. Eadem eni illa & pecuniã cõcupimus, & corpora adamamus. Ne itaq; eiuſmõi
Ex ſermone ingreſſus ad res ipſas. ſcelerũ ulla apud uos mentio fiat, ſed integre puritatẽ ſeruetis. Præbent nãq; ſermo
nes ad res ipſas ingreſſum, eſtote ſanctimonia p̃diti, & lingua itẽ polleat ſanctitate.
AVT TVRPIDO, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ pertinent, ſed
magis gra-

magis gratiarũ actio.) Vt em̃ clamorem, qui eſſet ad iram vehiculum, ſuſtulit, ſic
nunc turpiloquiũ tollit & ſcurrilitatem, quæ ad fornicationẽ inducerent. Nolite, in
quit, ſalibus uti & verbis ſcurrilibus. Sic nanqꝫ fornicãdi excitabitis flãmam. Proin-
de ne moroſus videret & grauis, ut qui iocos ✶ itercidat & riſus remediũ affert, ſic *Aliás interdicat.*
inquiens, quæ ad rem non pertinẽt. Hoc eſt, quæ vobis non conferũt, nec ad bonos
mores, vel vitam, quã quærimus, faciũt. Vt em̃ corporũ quiſquam inciſor nequaqꝫ
✶ tolerat ex rebus quæ nihil ad eius attinent artẽ aliquod opus cõficere, ſic & Chri *Aliás tollit.*
ſtianus ſanctitatem adeptus, haud quaqꝫ debet, quæ ſanctimoniæ minus conducũt,
profari. Non em̃ ad nos attinent illa, quæ nec neceſſaria ſunt, nec plane expediũt. At
ſi qua dicend inceſſit cupido, ſingula verba in agendis gratijs ꝑferunt. Quibus red
dendis ſi inſueueris, recordaberis procul dubio, qualis ante hac fueris, & quãtus ſis
in præſentiarũ effectus. Et tua inſuper mala deplorabis, & ſtupore maxio capiere,
quod tantis ſis bonis dignatus, nec tẽpus tibi ſupererit, ut alijs vaces, Non em̃ riſum
& ſcurrilitatem hoc tempus depoſcit, ſed certamen & luctum. At qui hoſtis ille in te
dentibus frendens obuolitat. Tu vero ludis, & ineptias narras & nugas. Quin etiã *Hoſtis frendens.*
haud quaquã facile eſt vel certantẽ aliquem, aduerſariũ hunc ſuperare, quanto mi-
nus ludibundus quiſpiam, & iocis intentus de illo referre victoriã poterit?

HOC ENIM ſcitote intelligẽtes, ꝙ oĩs fornicator, aut ĩmundus, aut auarus, quod
eſt idolorũ ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Nemo vos ſe-
ducat inanibus verbis.) Erant, ut apparet, nõnulli apud Epheſios, qui dicerẽt De
um ingerendæ formidinis grã, tenuia hæc & exigua interdixiſſe. Cur em̃ ſtultum
quẽpiam dicere, abſurdũ a deo debet videri, ut gehennæ fiat obnoxius, qui ſtulticiã
hanc ipſam obiecerit. Vel quo pacto auarus poteſt idolis inſeruire? De his itaqꝫ hoc
loco narrat Apoſtolus. Et nemo, inquit, vos ſeducat inanibus verbis. Ea nanqꝫ ſunt
inania dicta, quæ ad breue grãm habent, res vero nihil de ſe afferre utilitatis coargu
unt. Seducunt præterea & qui ex his licentiã ſumunt. Quod aũt auarus idolorũ ſit
cultor, ex eo perdiſce, quo dominus dicit. Non poteſtis & Deo ſeruire & mãmonæ.
Abeſt itaqꝫ a Deo longius, qui auariciæ inflammat cupiditate. Nam qui auro ſe ad
dixit ut dño, quo pacto non erit auri ſeruus, & idolorũ cultui non ſe ſubiecit. Quip
pe qui aurũ & pecunias colat pro Deo. At nulli etexi, inquiet, idolum. Quid illud?
Neqꝫ inter Gentiles pleriqꝫ idola ſe adorare profitebant, niſi Venerem fortaſſe & *Gentiles hanc*
Martem, ſed vitijs qdem incũbere, idolis eſt iſeruire. At nullas ĩmolat oues, nec vina *cœli & terræ*
in ſacrificijs fundit cum aurũ colit. at aĩas longe præditas rõne ditabit. Veneraban *ſtructurã uene-*
tur Gentiles hanc cœli & terræ ſtructurã, vel cætera quæ condidit Deus, auarus ve- *rabantur.*
ro quod ſuo labore conflauit & manibus, adorat & colit. Neqꝫ em̃ auariciã inſtituit
Deus, ſed inexplebilis noſtra habendi cupiditas hanc procreauit. Puto aũt Paulum
id a Dauid acceptũ, alio quodãm modo diſſeruiſſe. Nam illo dicente. Idola gentium
argentũ & aurum, vel idipſum prudenter ut diceret conuertiſſe, argentũ & aurum
idola eſſe. Eſt ergo qui auro & argento inſeruierit, idolorũ cultu detentus.

PROPTER HAEC enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.) Ira, inquit, vel ob
fornicationem immundiciamque & idolorum cultum obuenit, vel ex ſeducentium
verbis. Filios autem diffidentiæ eos dicit, qui plurimum ſunt contumaces, & Deo *Filii diffiden-*
diffidunt, decreta huiuſmodi decernenti. *tiæ qui.*

NOLITE ERGO effici participes eorũ, eratis em̃ aliquando tenebræ, nunc autem
lux in domino.) Nolite, inquit, talium facinorũ fieri participes, perinde ac eos pri
oris nequitiæ cõmonefaciat, recognoſcite dicens, quid aliquando eratis, utqꝫ a tene
bris ſitis in lucem iam reuocati. Prius nanqꝫ, cum pro veſtris cũ inſtitutis, tum vitæ
prauitate, in ipſis tenebris degebatis, nũc vero lux eſtis effecti. Vt qui & Dei ſitis no
tionẽ adepti, & lucis opera facti etis. Id tñ vobis non veſtra virtute prouenit, ſed in
dño. Hoc eſt, diuinam ob grãm. Nequaquam igit̃ debetis cum filijs contumacibus
verſari, in quos ira peruenerit, Fueratis nanque hmõi ira olim vos digni, nunc vero

V longe ſecus

longe ſecus ſe ea res habet. Nolite ergo ad priſtinas tenebras illas redire.

VT FILII lucis ambulate.) Hoc eſt, modeſte & ut hos decet, q in luce faciũt iter. Quin potius vel alijs p̄ferre nos lucẽ iniũgit. Nã qui lucis eſt Filius, & ipſe lux erit.

Filius lucis quis.

FRVCTVS ENIM lucis eſt, in omni bonitate, & iuſticia, & veritate.) Interpretaẽ hoc loco, diffinitq́ quid lucis Filius ſit, aitq́ eum hunc eſſe, qui Spũs ſit lucis ★ fructum adeptus. Spũs nanq́ fructus defert, nec eam qdẽm quã antea diximus, ſed illã longe diuerſam contrariãq́ bonitatem, videlicet quæ amaritudini & iracundiæ aduerſeẽ. Et iuſticiam Spũs ille producit, quæ auariciã ipſam impugnat, & veritatem, quæ fallacibus obſtat imundiciæ voluptatibus. Omnem aũt bonitatem dicit, quę in oẽs conferẽ. Neq́ in beneuolos modo, ſed vel in hoſtes potius & nobis infenſos.

Aliâs lucisq́.

PROBANTES quid ſit beneplacitũ Deo.) Experimẽta deſumere perfectorũ, & ſane qui ferre iudiciũ queunt. Eſt tamen imperfectioris & inexperti animi ea negligere, quæ Deo minus ſunt placita. Cuiuſmodi ea ſunt vitia, quæ ſupius explicanẽ.

ET NOLITE communicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autẽ redarguite. Quæ eñ in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.) Infructuoſa ſunt & ſterilia tenebrarũ & ſcelerum opera. Neq́ eñ fructum aliũ afferunt, niſi mortem & dedecus. Non itaq́ ſunt hiſce operibus noſtra cõmunicãda, ſed arguite potius, hoc eſt, enixe inſtruite, qui talia fecerint. Cum vero inqt, turpe eſt dicere, facinora quædam nefanda prætendit, quæ illi cõmitterent, & Epheſi hæc exercerent.

OMNIA aũt quæ arguunẽ, a lumine manifeſtanẽ.) Cum diceret lux ipſi eſtis, arguit quę geruntẽ in tenebris. Adiecit hoc etiã, & ſi virtute p̄diti fueritis, cęlari non poterũt improbi. Nam ut ardente & lucẽ præbente lucerna, fur nunq́ ſubiturus eſt domũ, ſic nr̃æ virtutis ſi fulgor illuxerit, hi haud dubie deprehendenẽ, qui geſſerũt praua hæc atq́ nefanda, tametſi per nos ſint verbis ad doctrinã faciẽtibus caſtigati.

OMNE ENIM quod manifeſtatẽ lumen eſt.) Vt eñ quamdiu opertũ eſt vulnus medicationẽ nullam admittit, ſic & delictũ cum fuerit retectum, in lucem conuertitẽ. Non eñ Peccatum dixerim, ſed Peccata patrantem. Nam caſtigatus cum fuerit delinquens, & acrioribus verbis increpitus, & pœnitudine veniã conſequeẽ. Nonne huius omnes purgatæ ſunt & abolitæ, quas antea peccatorũ mole obduxerat, tenebræ? Vel quia noſtra vita lumen eſt inquit, cum cunctis viſenda & contẽplanda exponiẽ. Nemo eñ occultar quod recte & ſine labe geſſerit. Quæ autẽ ſupprimunẽ, quia ſunt tenebris digna, & occulienẽ neceſſe eſt. Nam & coargui debent & in lucem deduci, ut Euangelicum illud teſtaẽ, nihil occultum quod non reueleẽ.

Similitudo apta.

PROPTER QVOD dicit, ſurge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te CHRISTVS.) Dormitantem & mortuũ, Peccatis imerſum dicit. Eſt nanq́ qui prauis addictus eſt facinoribus, haud ſecus ac mortuus, fetulẽtus, & dormientis in morem torpidus, ſomniãsq́ & imaginans, quæ minus ſubſiſtũt. Vt vero a Peccatis excitus reſurrexit, tunc illi Chriſtus illuminãdo alluxerit, hoc eſt, ut Sol his affulgebit, qui excitanẽ a ſomno. Quam diu eñ quis in malis perſtiterit actionibus, lucem odit, nec illam adibit. Debes tamen compertũ habere, quid ſomno preſſus a mortuo differat. Pleriq́ eñ, & ſi factitant mala, facientibus tamẽ minus aſſentiunẽ. Hi quidem dici capti ſopore poſſunt, quia & celerius excitanẽ. Hi iure optimo mortui appellabunẽ, qui difficulter reuocanẽ ad bonum. Et illud his inclamaẽ, ut ſe tandem attollant. Neq́ eñ deſperanda eſt, quæ verti in melius poſſit natura.

Peccatis immerſus.

VIDETE ITAQVE fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes.) Amaritudinem adhuc & iracundiam purgat, tanquam ad hos iſtiuſmodi diceret. Vos oues eſtis, & inter lupos uerſamini, efferanẽ in vos alij, vel qui familiariſſimi ſunt. Cauendũ itaq́, ne cui vel inimicitiæ vel odij præbeatis occaſionem, niſi Fidei grã, ut nemo vos illa in re calumnieẽ. Quin potius & honorem cunctis deferte, & obſequentiam. Vel in his præcipue nil obnitamini, in qbus Fides nihil offendiẽ, & columbæ in morem vos gerite. Nam in illud veſtræ ſapientiæ maximum eſt argumentum,

mentum,ſi uos irreprehenſibiles aſſeruatis,& prorſus innocuos.

REDIMENTES tempus.) Ne uarij ſimus & inconſtantes,commonefacit.Sed quoniam, inquit, haud quaquam ueſtrum eſt tempus , ſed accolæ eſtis & conuenæ, & ab ſæculo alieni , nequaquam uobis uel honores,uel gloria, uel ultio eſt conquirenda,ſed omnia toleranter ſufferte,. ut uel id tẽporis ſaltem interea redimatur, cum omnia uolentibus mala uobis ingerere,eius rei poteſtatem feceritis. Nam quemadmodum opulentus uir quiſpiam, cum quempiam uiderit, ut ſua diripiat & ſe inuadentem ut enecet,omnia illi eximẽdi ſe gratia ab eo diſcrimine,permiſſurus eſt. Sic uos uniuerſa offerte,ut in tuto ſit caput,hoc eſt,Fides ipſa.

Simile.

QVONIAM dies mali ſunt.) Non enim dierum ſubſtantiam improbat Paulus.Lux enim horæ ac tempora dierum ſubſtantiam præferunt. Quæ igitur poteſt diei ineſſe malignitas? Neq; enim idcirco quod mali ſint, dies detractat , ſed quia in his multa contingũt quæ mala ſunt.Quemadmodum itidem ipſi uſurpare ſolemus, dicereq; malum tranſegi diem,quia in eo ad diuerſa obtigerint pleraq; , & quæ placeant minus,& per prauos uiros ingeſta.

PROPTEREA nolite fieri imprudentes,ſed intelligentes quæ ſit uoluntas Dei.) Quoniam dies,inquit,prauos ſunt homines nacti,afferentes quæ nos longe obturbent, uobis tamen qui ſapientia eſtis exculti, curandum eſt ut nullam hiſce hominibus offeratis uos inceſſendi occaſionem. Id nanq; Deo eſt placitum, ut nullis in rebus coargui delicti poſſitis,& Fidem ſeruetis.

NOLITE INEbriari uino.) Adhuc in extirpanda ira uerſatur. Vini nanq; immoderata potatio,& iracundos reddit & temerarios. Quod autem hanc uini tollat immoderantiam,ex eo perſpicuum eſt. Non enim nolite uinum bibere inquit , ſed inebriari.Nam ex mero ebrietas oritur nimie hauſto . Quippe quo modice ſumpto ſanitatem aſſequimur. Idipſum ad Timotheum perſcribit,& læticiam affert,ut Dauid teſtatur.Et item ſcriptura,date inquiens,uinum ijs,qui in triſticia ſunt. Et ebrietatẽ ſiue potum meri effuſiorem,qui in dolore. Mœſticiæ nanq; aſperitatem & obnubilum omne diſſoluit ebrietas. Propterea & Deus corpora nobis moderatiora effecit,ut contenta ſint paucis,& ad aliam uitam contendant.

Vini imoderata potatio iracundos facit.

IN QVO EST luxuria.) Hoc eſt,huius ★ intemperans & luxus,qui non ſolum nil prorſus ſanitatem tuetur , ſed hanc potius perdit. Nec corpus modo ſed & animam ipſam diſſoluit. Vel luxuriam incontinentiam dicit, quam gignit ebrietas. Friget nanq; contra ſine Cerere & Baccho Venus.

Aliás intemperãtia.

SED IMPLEmini Spiritu ſancto,loquentes uobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritalibus, cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris domino.) Vis, inquit, affici iocunditate,fuge nimiam uini ſatietatẽ. Vis præterea Spiritu ſancto ex pleri? At ſequeris id utiq;,ſi pſallere domino conſueſces. Pſallentes nanque Spiritu ſancto opplẽtur,ut contra impuro,qui Sathanæ cantiones emodulanĩ. Pſallere aũt in corde eſt,ſenſu & mẽte decantare,nõ corde obtorto & inquieto . Ille inquã corde canit,qui canẽdo Deum intentior meditatur & mente uerſat. Aduerte aũt,quemadmodum animã iræ acerbitate & reliquis uitijs repurgatã,redditisq; nobis clemẽtioribus & charitate inſuper communitis, tunc & ſancto Spiritu oppleri demonſtrat. Neq; enim eſt uenturus temere,ſed ueniens corda uobis opplebit. Cum itaq; tanta uos Spũs claritudo & ſplendor inuaſerit,facilis erit ad cæteras uirtutes acceſſus.

Dictum Terentii.

GRATIAS AGENtes ſemper pro omnibus in nomine domini IESV CHRISTI Deo & Patri.) Gratiæ ſemper agendæ ſunt Deo, non ob partam modo quietem & ocium,ſed cum aliquid patimur quod mœrore afficiat. Neq; eñ ob bona duntaxat nobis ab eo collata, quin etiam uel in medijs malis, & rerum earum ob gratiam, quas uel ignoramus uel nouimus. Cunctis nanq; ex rebus uel proſperis uel aduerſis afficit ſemp̃ nos beneficijs Deus, tametſi id ipſum nos lateat. Sunt itaq; iſtiuſmodi gratiæ Patri agendæ,in domini noſtri nomine, hoc eſt,cum illas agimus & Chri-

abiecta. Audi quid ille de Eccleſia narret, cum inquit. Quæ quondam tenebræ fuit, Quid dici tenebris poteſt obſcurius? Seruientes nequitiæ & inuidiæ, Quid erit igitur uitijs hiſce impurius? Proinde cõtumaces, inſipientes, & maledici, quid tandem his erit deſpectius & ſpecie magis inuiſum, alioqui tanquã pro decora aliqua & admiranda, mortem Chriſtus obiuit. Purificauit autem lauacro aquæ, hoc eſt, in Baptiſmi uerbo & uitæ. Patris ſcilicet & Filij & Spiritus ſancti nomine.

VT EXHIBERET ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam.) Nec ſimpliciter purã dicit, ſed glorioſam, Quemadmodum igitur Chriſtus inquit, bonorum Eccleſiæ auctor eſt, ſic ipſe uelim erga uxorem te geſſeris. Vtqꝫ ille animæ pulchritudinem uendicabat, ſic ipſe circa iſtiuſmodi animæ decorem, non corporis formoſitatem uacabis. Quam animæ uenuſtatẽ ſi ab uxore exegeris, celerrime illi hanc comparabis, ſi eam ita inſtitues atqꝫ formabis, Deo adſtitues Spiritu glorioſam.

Amor in uxorem qualis eſſe debeat.

NON HABENtem maculã, aut rugam, aut aliquid hmõi, ſed ut ſit ſancta & ĩmaculata.) Ex his anĩæ uitia patefacit. Maculæ nanqꝫ uitia præferũt, quæ recens ſunt animæ indita & dilui facile poſſunt. Auge uero, quæ tẽporis diuturnitate ĩueterata inhæſerint, hæc ſane ĩmundos reddunt, & uix abluunẽ. Diuinum tamẽ & iſtiuſmodi lauacrũ demit uniuerſa hæc & abſtergit, ſanctosqꝫ & ĩmaculatos adſtituit.

ITA ET VIRI debent diligere uxores ut corpora ſua.) Hoc loco ut corpora ſua, non ut maius aliquod argumẽtum uel neceſſariũ magis appoſuit, quippe quia perſpicuũ ſit Chriſti in Eccleſiam charitatẽ longe eſſe præſtantiorẽ, quam ut deduci debeat in exemplum. Sed illud adiecit, tanquã propinquius & magis coniunctũ. Quippe cum Eua, per quam fœmineum prætenditur genus, Adæ fuerit detracta ex latere. Dixit eñ. Hoc nunc os ex oſſibus meis. Sed ne quis illud obiecerit, Chriſtus quidem eo ſeipſum tradidit morti, quia Deus eſt, aliunde nobis neceſſitatem imponit Apoſtolus, debent inquit amare, hoc eſt, non gratia res ipſa, ſed debitũ eſt & neceſſitas quædam. Nam uxor tuum eſt corpus, Chriſti uero exemplum non modo ut uxorem beneuolentia proſequamur, commonefacit, ſed illam ut optimis moribus imbuamus & Fide. Infert nanqꝫ, ut ſancta ſit & ſine macula. Carnis uero exemplum ad uxorem amandam carne duntaxat, non Spiritu facit.

Eua. Adam.

Vxor optimis moribus formanda.

QVI SVAM uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet oſſibus eius, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.) Diligentius quiſqꝫ ſuam carnem ut curat, ſic etiam curanda eſt uxor. Rurſum in rei huiuſce argumentum, Chriſtum producit, oſtendens quemadmodum haud ſecus nos ille ac propriam carnem dilexerit.

QVIA MEMbrum ſumus corporis eius.) Eſt eñ & ille ex noſtra hác carnis materia genitus, ut Eua ex Adæ cõpacta eſt corpore. Et quẽadmodũ tanta eſt inter hos haud falſo propinquitas, ſic nobis cũ Chriſto ſumma eſt unitas. Vel aliter. Ex illius aũt carne cõſtamus & oſſibus. Quia ut ille ex Spiritu & nullo congreſſu progenitus eſt, ſic ipſi in regenerationis lauacro, utcunqꝫ ſumus myſteriorũ participes. Per Baptiſmũ nanqꝫ confeſtim & iterato creamur. Et ut paucis dicã. Id inquit Apoſtolus, ſummã ipſi cũ Chriſto habemus propinquitatẽ. Quippe qui in ea forma, qua & uiſus & cognitus eſt, carnis ★ nobis & ſanguinis particeps fuerit, & cauſam ꝓbuit, ut Spiritu rurſum procrearemur, quemadmodũ Euæ ex Adam ut plaſmaretur.

Aliàs noſtra

PROPTER hoc relinquet homo Patrẽ & Matrem ſuã, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.) Ecce alia quædã æquitatis inſtitutio, ut genitoribus quiſpiã deſtitutis, uxori iungaẽ. Neqꝫ cohabitabit dixit, ſed cohærebit, inſeparabilẽ coniunctionẽ & nexum prætẽdens. In carne aũt una, ſimpliciter pro carne ipſa accipiẽ Baſilius tamẽ ſic ſentit. Erunt uidelicet caro una. Deſignat præterea & aliud quiddam. Erunt ſcilicet duo ut carnẽ unam conficiant, hoc eſt, ut filios pariant.

Vxori cohabitandum & cohærendum.

SACRAMENTVM hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.) Vere nanqꝫ debet hoc Sacramentum dici, ut eos qui ſe genuerint deſerat quiſpiam,

qui labores ſunt & erumnas in generando & educando perpeſſi, & beneficia contulere innumera. Et illi inhæreat, quam nec antea uiderit unquam. Nec boni aliquid prior ipſa attulerit. Alioqui quicquid eſt Sacramẽti huiuſce, uel de Chriſto prophetice dictum ipſe acceperim. Ille nanq; Patrem reliquerat, non loci ſeceſſu, ſed condeſcenſu ad carnem, & uenit ad ſponſam, quæ prius ſe ignoraſſet. Et illi uno in Spiritu unitus eſt. Qui enim adhæſerit domino, Spiritum unum cum eo ſortitur. Cur igitur nuptiæ improbantur? Cum has Paulus diuini Sacramenti in argumentum producat, eaſdemq; Sacramenti nomine nuncupet?

VERVNTAMEN & uos ſinguli unuſquiſq; uxorẽ ſuam, ſicut ſeipſum diligat.) Veruntamen, inquit, & ſi allegorice hæc ipſe acceperim, de uxore tamen ſunt dicta. Neq; allegoria hmõi, uiri ut ſcriptum eſt, tollit in uxorẽ affectum. Debet ẽm quiſq; uxorẽ non ſecus ac ſeipſum amare fouereq;. Nec illud ipſe obieceris, hoc illo ue eſſe uitio uxorẽ infectam. Es enim & ipſe tua in carne uitia cõſecutus, ut manũ incuruã, claudũ pedem, uel oculos ipſos intortos, nihilominus haud quaquã abs te hæc membra præcidis, quin potius illa maiori diligentia quadam ducis curanda.

VXOR AVTem timeat uirum ſuum.) Quoniam inconſtãtiam parit honorum æqualitas, propterea timore urgeri uxorem iniungit, ut uir duntaxat teneat principatum & moderetur uxorem, Timorem uero hoc loco reuerẽtiam quandam intenſiorem ĩtellige. Amabit itaq; uxor uirum ut mẽbrum, ut caput uerebitur, quid ergo ſi nihil uxor te uereatur? At ipſe hanc amore proſequere, quod tua intereſt facito, haud ſecus & uxor uel ſi minus ametur agat, uereaturq; uirum. Aduerte aũt, quemadmodum pluribus oſtenderit Paulus, ꝙ uirum oporteat cõiugis teneri beneuolentia. Quæ autem ad formidinẽ attinerent, multis non ampliauerit. Perinde ac ſi uelit amorẽ ipſum & charitatem, cætera matrimonij munera ſuperare. Vxor enim ut dictũ eſt, dilectionis timore, non formidine affici debet. Neq; eo hæc dixerim, quia neceſſe ſit ut uxor uirũ formidet, unde potius odiũ, quã beneuolentia parit̃. Sed ut cogat̃, nec contra dicere, nec inſurgere uiro nec primatũ appetere. Nam ſi eandẽ ſortita eſt cũ uiro hæc carnẽ, non erit cum in principatu, tum in honoribus uiro inferior. Poſt uirum tamẽ cui plus longe concedit̃, & uxor habitura imperium eſt.

Vxor non appetat principatum in domo.

CAP. VI.

FILII OBEDITE PARENTIbus ueſtris in dño.) Quemadmodum enim, qui corpus aliquod effingit ac format, primũ quidem caput cõponit, mox & ceruices, & reliqua fabricando ſubſequit̃ membra, poſtremo & pedes apponit. Sic Paulus dixit uirum priorẽ eſſe. Secundo coniugem principari, nunc diſſerit quemadmodũ liberis ſit tertio loco eiuſmodi dominandi honos adiudicatus, uxori ſolus uir dñatur, filijs uero & coniunx, Obedite igit̃ inquit, parentibus, in dño tamẽ. Hoc eſt, cum ſecundũ Deum illorũ ſunt iuſſa. Nam ſi ad infidelitatẽ impegerit Pater, uel proſtituere filiam uelit, uel inhoneſtis artibus imbuere liberos, nequaquam in domino hmõi erit imperiũ. Quo fit, ut in iſtiuſmodi rebus minus ſit patri obtemperandum.

Patri mala iubenti non eſt parendum.

HOC ENIM iuſtũ eſt, Honora patrẽ tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primũ in promiſſione.) Et natura, inquit, hoc æquũ eſt, & a lege iniunctũ. Cur illud primũ dicit eſſe mãdatum? cũ inferius ſit & magis exiguum? Nam illud cũ non occides iniungit, primũ obtinet locũ. At uide quid ille ſubiecerit, in promiſſione inquit. Priora nanq; illa legis mãdata, nil habent uel ꝓmiſſi uel meriti. Nam ad euitanda mala ſunt edita, non bona operanda, nulla eſt ẽm qui a malis abſtinẽt facinoribus remuneratio. Hoc uero quod honorẽ deferri parẽtibus iubet, quia boni in ſe operationẽ habet, promiſſionẽ prius excepit. Eſt præterea ad imperandũ ordo quidam & ſeries admiranda. Nam tum primũ cum conditor legis a malis nos actionibus abdicaſſet, & homines eſſet ad recta opera inducturus, in honore prius parẽtes habẽdos inſtituit. Quandoquidẽ poſt deum de nobis hi ſint optime meriti, ut qui uitæ nobis cauſa fuerint, aluerintq;, unde & noſtris fructibus haud iniuria priores ſunt potituri, uidelicet ut honos per nos illis delatus, noſtrã in hos præferat gratitudinẽ.

Legis mandata ſine merito.

VT BENE

VT BENE ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terrã.) Vide quemadmodũ haud multa hoc loco ediſſerat, ne longiori utatur oratione, quia ad filios loquitur, qui cum in teneris annis ſint, & ingenio nondum firmato, ferre ſermonis prolixitatem nequirent, & ut parentibus ipſis ſecundũ eis impoſitas leges optime inſtitutis, non magni laboris ſit filios ſubiugare, & ad bonũ prouehere. Accedit etiã quod nõ de Imperio diſſerit, uel de rei alterius cuiuſpiã celſitudine, ſed ea potius breuiter narratque, ætate minores audire magnopere concupiſcunt. Eius nanq; ad pueros eſt ſermo. Quid enim his fuerit uitæ diuturnitate ſuauius, quã Paulus pollicetur cũ inquit, ut longæuus ſis ſuper terrã. Hæc enim Iudæis ſancita ſunt tanquam infantibus, qui nec cogitatione percipere quidpiam poſſent, nec auditu quæ perfectiora ſunt ſubſtinere.

Teneris annis ſermonis prolixitas non conuenit.

ET PATRES nolite ad iracundiam prouocare filios ueſtros.) Non dixit amate, id nanq; uel ab ipſis inuitis depoſcit natura, ſed nolite ad iracundiam concitare. Hoc eſt, nolite hos aut exhæredare uel quopiam relegare, uel alias grauius in ſeruorum morem, non liberorum, & coercere, & moleſte inceſſere.

SED EDVCATE illos in diſciplina & correctione domini.) Ad patris Imperiũ & cauſam adiecit obtemperandi, oſtenditq; parentibus ipſis quemadmodũ morigeros ſibi faciant liberos, & dicto audientes. Si uis, inquit, tibi ut liberi obſequantur, Diuinis hos adde & aſſueſce ſermonibus. Nec dixeris monachorũ eſſe ſacris literis intendere animũ, quinpotius Chriſtiani cuiuſuis hominis id ſane officiũ eſt, & eius præcipue qui huius ſæculi rebus inuerſatur, & eo magis, quia & maiore indiget ope ut qui mundi fluctibus agitetur. Facit igitur in rem tuã uel maxime, ut ſacra ſcripta tui & audiant & lectitent liberi. Ex his nanq; illud perdiſcent, honora patrem & matrem tuam. At ipſe contra in gentilium diſciplinis liberos tuos enutris, ex quibus peſſima quæq; perdiſcant, quod utiq; non euenit, cum imbuuntur Diuinis.

Non monachorum tantũ ſed cuiuſcũq; Chriſtiani eſt literis intendere.

SERVI OBEdite dominis carnalibus.) Cum ſeruorum uirtus ad domus cõfirmationem cõducat, neq; hos negligit, ſed poſtremo ad ipſos puenit. Quandoqdem inferiori ſint gradu. Neq; hos ut pueros & uiliores alloquit̃, ſed ut ætate prouectiores & nobiles, ſicut in proceſſu orõnis patebit. Carnalibus aũt dñis hoc eſt tparijs et ad breue dominatu hoc potituris. Porro & hos conſolat̃ ad aliquod tp̃s prætendens non perpetuã eorum futurã hanc ſeruitutem, foreq; ut cũ carne dñi computreſcãt.

CVM TIMORE & tremore in ſimplicitate cordis ueſtri ut Chriſto.) Vxorem ſimpliciter, ut uirũ uereatur cõmonefecit, nunc uero in ſeruis timorem hũc auxit, cũ dixit tremorem. Tremor nãq; timorem excedit formidinis magnitudine. Seruorũ hic, uxorũ ille. Vtpote quæ uiris ſunt honore nihil inferiores, ſed pares, & libertate utunt̃. At ſerui nequaq̃ ex ſimili ſunt conditione ſubiecti, tametſi fratres in Chriſto ſint. Verum cũ liberos alternis ſe ſubdere iubeat, & uiro uxorẽ obtemperare, longe magis & heris ſeruitia cogit ut obſequant̃, Neq; id quidem debet degeneri aĩo tribui q̃d pareant dominis, ſed ingenui potius iudicari q̃ ſciant ſe mediocriter gerere, & proximo cuiq; ſubeſſe. Nam & pleriq; dominos ſuos uerent̃, non q̃ his bene uelint, ſed quia fugitiuis eis, & latentibus domini ipſi inſidiant̃, & ingerunt mala. Idcirco in ſimplicitate cordis adiecit, ut eorũ tollat nequitiã, ne quid cũ fraude factitent.

Serui qualiter tractandi, & amandi.

NON AD OCVlum ſeruientes, quaſi hominibus placentes.) Hoc eſt, non modo dominis ipſis præſentibus atq; ſpectantibus, quinetiam cum ab ſunt huiuſmodi (ut dixi) ſeruitutem præſtate.

SED VT SERVI Chriſti facientes uoluntatem Dei.) Nequaquam igitur Chriſto ſeruiet, qui hominũ gratiam pellicit, placereq; mortalibus ſtudet, ut alibi inquit. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

FACIENTES uoluntatem Dei ex aĩo cũ bona uolũtate.) Cũ liceat cordis ſimplicitate & ſine dolo, non tñ totis uiribus inſeruire. Sed ſolũ id operis exequi quod ſit p̃ſtitutum. Propterea nunc ex aĩo addidit, hoc eſt, omni niſu & promptitudine. Quin & bona cũ uolũtate, hoc eſt ultro, & nõ inuite. Sic ſeruitutis tollet̃ ignobilitas

 omnis, ſi uos

oĩs, ſi uolentes bona, qui ſeruiũt, factitent. Nec uim ullam ſibi inferri expectent, uel flagra admoueri, & uerbera. Eſt eñi & Dei uoluntas, ut alijs nos ſubdamus, id enim uult Deus, ut illis ſe ſubijciant hoĩes, quibus ipſi placitũ eſt. Forte etiam quod dictũ

Seruorũ fides.

eſt ſupra de filijs, de ſeruis nunc dicit, ut ad turpia quædã & impia ſeruos cõpellant domini, ut ad infidelitatem, & iſtiuſmodi alia pleraq;, quæ Deo minus ſunt placita.

SERVIENTES ſicut domino, & non hominibus.) Deus nanq; acceptam habet ſeruorum in dominos gratitudinem, ut qui recte omnia diſpoſuerit, caueritq;. Quo fit, ut qui minus quam decet his inſeruierit, Diuinæ legi obſiſtat.

SCIENTES quoniam unuſquiſq; quodcunq; fuerit bonũ recipiet in domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.) Quoniam fieri poterat, ut dominorum pleriq; infideles cũ

Paulus ſermonem attemperat & uariat.

eſſent & impij, ne quaq̃ de miniſtrantibus ſibi familiaribus & domeſticis poſſent bene mereri, ſic inquit. Et ſi a carnalibus dominis pro tuis in eos beneficijs præmij nihil acceperis, opperire ut ille hoc reddat, qui præſidet cunctis. Hoc loco arguit ſe ad perfectiores epheſios diſſeruiſſe huiuiſmodi, nõ ad pueros, quibus longeuam pollicitus erat ætatem. Quippe quos ad futura potiuſq̃ præſentia hęc imitanda ꝓpulerat.

ET VOS DOmini eadem facite illis.) Quæ eadem inquit? Nimirum perinde ac ſi dicat animo promptiori, & beneuolo alijs operam præſtate, non ad hominũ gratiam aſſequendam, ſed Deum ueriti id agite. Quod ſane & ſi non expreſſit Apoſtolus, tamen id ſentit. Seruit autem & operam præſtat mancipijs dominus, cũ curæ habet, ut his neceſſaria ſubminiſtret, cum eos tolerat, & ijſdem multis in rebus condeſcendit & aſſentitur, & ut Salomon ait, horum gratia circunfertur.

REMITTENTES minas.) Non flagra inqt, & uerbera remittentes, ſed minas inſup & longe magis ſupplicia. Hoc eſt, inter minandũ nolite moleſti & graues uideri.

SCIENTES quia & illorum, & ueſter dominus eſt in cœlis.) Aduerte quemadmodũ Epheſios his dictis abſterreat, quemadmodũ & alibi ſcribitur. Qua eñi menſura uos metiemini, remetietur & uobis. Cauendũ præterea, ne illud per uos audiat ſerue nequã omne debitum dimiſi tibi, nonne oportuit & te miſereri conſerui tui.

ET PERSONArum acceptio non eſt apud Deum.) Nequaquam, inquit, exiſtimes, ſi acerbiorem te in ſeruum præſtiteris, ſerui ob uilitatem, haud quaquam id ſecus Deum inquiſiturum. Id forſan humanæ leges obſeruant, quæ a ſeruitute & ignobilitate, nobilitatem diſcernunt. Has enim homines condidere. In cœlo autem longe ſecus ſe habet. Quin ipſe eidem domino es ſeruitute obſtrictus, & in conſer-

Seruitus nõ eſt à Deo instituta

uum deſæuis. Nullam enim a principio ſeruitutem inſtituit Deus, ſed habendi cupiditas hanc adinuenit, ut captiuos abducerent hi qui bello uiciſſent, & frequentes iniuriæ maioribus noſtris inferentur, hebræiſq;, & chanaam multa acciderent. Tametſi hæc ſint a Deo permiſſa, hic tamen obedientiam hanc ipſam inſtituit, ut rerum ſeries ſeruaretur, nec redundaret uita hæc ſanguine.

DE CAETERO fratres confortamini in dño, & in potentia uirtutis eius.) Cum multa Paulus iniunxiſſet quæ factu difficiliora ſunt uiſa, ut hos cõſoletur, confortamini inquit in dño, nil ueriti quo minus quę eius ſunt, exequi cũcta poſſitis, quin & in Dei potentia confidite plurimũ. Non eñi ſolum uires hæc peragendi ſuppetunt Deo, ſed & uirtutis potentia, hoc eſt, uim habet & ineffabilem, quæ omnia ſuperat.

INDVITE uos armaturã Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quale ſit armorũ id genus paulopoſt edocebit. Aduerte aũt quemadmodum nõ impugna-

Machinationes diaboli.

tiones diaboli & bellũ dixerit, ſed inſidias. Vtpote qui dolo & uarijs machinationibus animas captet, non uirtute. Non enim in apertũ profert hoſtis ille delicta. Exempli gratia. Idola colere haud quaq̃ clare hic ſuadet, ſed arte quadã, molitur inſidias, ut ea colas, & eam ad rem rationem præfert, fucatã quidem & ſubobſcuram. Vt autem aduerſariũ arguat prægrauem eſſe & uarium, hortatur eos, & ad uigilantiam parat.

QVONIAM nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.) Neq; enim id ut eos abſterreat intulit, ſed ut cautiores efficiat. Nam qui hoſtium explicat

uires & pa-

uires & patefacit.ſuos reddit cautiores.Non enim nobis,cum parui momenti uiris & caſu oblatis bellandum eſt,neq; aduerſus homines paſſibiles,& noſtri ſimiles gerenda res eſt,ſed cum principatibus ipſis & dæmonũ poteſtatibus colluctandum.

SED ADVER ſus mundi huius rectores.) Non enim hos mundi dicit rectores, quia habeant machinæ huius Imperiũ,ſed prauis aſſerit facinoribus præſidere. Cõſuẽuere nanq; literæ ſacræ iniqua opera & qui hæc factitarent,mundum dicere,ut illud. Non eſtis de hoc mundo,hoc eſt,ex ordine eorũ qui mundana pertractant. His igitur dæmones imperant,qui ultro ſe dæmonibus ſubdidere. *Mundus quid in ſacris literis Dæmones quibus imperant.*

TENEBRARVM harum.) Tenebras nequitiã dicit,quæ in hoc ſæculo pro ualida habetur & clara,in altero uero pro tenebris.

CONTRA SPiritalia nequitiæ.) Sunt quidẽ dæmones nequitiæ ſpiritus. Quid autem nequitiæ illud adiecit? Quia & lucis ſunt ſpiritus,& bonitatis Angeli. Cum uero dixit, non eſſe nobis aduerſus carnem & ſanguinem ſuſceptum bellum, cum ſpiritibus adſtruit nobis eſſe certamen, qui & leuiores & agiles ſunt, & comprehendi non poſſunt.

IN COELESTIbus.) Ex hoc etiã excitat auditorem,magnis enim de rebus in q̃t periclitamur, nõ pro terrenis his & corruptibilibus, ſed pro cœleſtibus initũ eſt pliũ. In cœleſtibus uero,hoc eſt,ꝑpter cœleſtia depugnamus,eoq; & uigilandũ eſt.

PROPTEREA accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo.) Hoc eſt,in hoc ſæculo. Quod ideo diem malum appellat,quia in eo multa mala gerantur Vel in die malo,hoc eſt iudicij die,in quo cum his male agetur,qui nequiter uixerint Cõſolatur præterea eos cum dicit,id belli & certaminis tempus breue futurũ, Nam diem cum dixit,breuitatem expreſſit. *Dies malus dies iudicii.*

ET IN OMNI bus perfecti ſtate.) Vitia ſcilicet uniuerſa,abſurdaſq; cupiditates debellando euertite. Et quoniã pleriq; poſt uictoriam cecidere, ſtandum eſt inquit, uel maxime cũ uictores euaſimus,ne uictus ille nos rurſum oppugnet. Hoſtis nãq; uel morte confectus hic reuiuiſcet, & uires recuperabit, ſi erimus ipſi tardiores, & in turpitudinem relabemur. Aduerte autem quemadmodum & hoſtem liceat nobis conficere,& ſtatum ſeruare. Haud quaquam igitur debemus ſub hoſtilis potentiæ prætextu, ſegniores ipſi nos reddere. Quandoquidem & uiribus aucti ſimus & cõmuniti, & talibus artibus tam bene inſtructi, ut colluctari intrepide cũ dæmonibus ipſis poſſimus. Quinpotius neq; erit cũ his colluctandũ. Quippe qui his adeo uidemur ob eius qui in nos habitat, uirtutem horribiles, ut neq; colluctatione ſit opus. Quin & ſerpentes nos cõculcabimus, & ſcorpiones. Id uero eo Paulus intulit,quia erant permulti, qui Epheſijs aduerſarentur. Quocirca cõmonefacit dæmones eſſe, qui ſibi obſiſterent,& hominũ aduerſantium interuentu ſe oppugnarent. Nil ergo uobis erit hiſce hominibus ſuccenſendum,quinpotius in dæmones deſæuite. *Standum poſt uictoriã,ne uictus reſurgat in uictorem.*

STATE ERGO ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate.) Cum ſiſtendum aliquid eſt,primo debet aduerti,ut recta in altum tendat,quod ſiſtitur. Idcirco Paulus de ſtatu primũ commonefacit, hunc ipſum exigens, qui & rectior ſit, & Militem deceat. Is enim uero rectus conſtiterit,qui nulli rei adglomeratur,nec innititur cuiquã,perinde ac ſi per ſe conſiſtere nequeat. Cuiuſmodi ſunt, qui gulæ ſunt dediti,& pecuniarũ tenentur cupidine, & luxui,& laſciuiæ uacant. Hi quidem nequaquam recti cõſiſtunt, ſed uergunt inclinantq; ut labantur. Poſt hunc autem ſtatum, & militem circuncingit ſenſu & ſpiritu, continetq; & labentem confirmat, collapſumq; malis cupiditatibus cingulo detinet,ne preceps eat, frenatq;. Lumbos autem hoc loco animæ uires dicit, & quæ ſuſtentet cuncta, uirtutem. Sunt enim in animantibus lumbi fundamenti in modum, quemadmodũ & in nauibus ipſis carinæ. Vnde perſæpe defatigati & laſſitudine quadam affecti, reiectis poſt tergum manibus, lumbos mox circumplexi, corporis molem hanc ſuſtentamus, & a fatigatione aliquantulum reſpiramus. Itaq; haud ſecus ſe habent lumbi hi ſpiritales, quos circuncingendos in *Lumbi in animantibus,id quod carinæ in nauibus.*

ueritate

Hæretici humi reptant.

ueritate iniungit. Et ea quidem, quæ & decretis conſtet & uita. Quis enim hæreticorum in ueritate ſuccingitur? Quin humi reptant, & nihil queunt quod altum ſit & ſublime pernoſcere, ſed humanis ſenſibus terra ſerpentibus, Diuina conquirunt. Quinetiã neq; hi quidem, qui cũ in humanis agunt, fallnntur, cum mundi uacant deceptiunculis, obducuntur hac ueritate, ſed in terram proſtrati falſis inhabitant rebus, haud quaq̃ itaq; ut ipſi nos ita geramus neceſſe eſt, ſed cuncta nobis ad uerum ſunt tranſigenda. Vel ſi dogma ſit aliquod quo de agatur, ſiue quemadmodũ ſit uita ducenda, ueritatem debemus inquirere. Opo͛rtet p̄terea ut nihil uel anĩo ſimulato, uel circũueniendi gratia factitemus, nec mentiendo nos inuicem fraudemus. Q; ſi ita fuerimus circũcincti, uel optimũ uitæ curſum poterimus aſſequi. Cum aũt ſtate inquit, lumbos ſuccincti, oſtẽdit neceſſariũ fore, ut ſemper armis cõmuniamur, ſicuti & Dauid refert. Et zona qua ſemper pręcingiĩ, ipſi nanq; aſſidue a dæmone oppugnamur. Gregorius tamen Nyſſes ille, pro noſtris hiſce lũbis, libidinem interpretaĩ.

Renes quid ſignificent in ſacris literis.

In his nãq; renes inſunt, qui ſacris in literis deſignãt concupiſcentiã. Pro ueritate uero cõtemplationẽ intelligit, ait itaq; Paulus, & cõmonefacit, ut nr̃as oẽs Deũ contemplando intelligendoq; frenemus cupiditates. Nam qui contemplans uiderit Deũ, nequaq̃ ſinet anĩ ſui affectus ad inferiora delabi, & terrenis in rebus uolutari.

ET INDVTI lorica iuſtitiæ.) Iuſtitiam hoc loco uitam dicit, quæ quauis ſit uirtute ornata, perinde ac ſi dicat. Obducite uos æquitate, quæ haud ſecus eos qui hac pro uelamine inſternentur tutabitur, quam thorax quemuis innoxium reddet.

ET CALCIATI pedes in præparatione Euangelij pacis.) Optimas nobis ocreas circunducit. Inquit enim, oportet uos ſane ad Euangelij munus hoc obeundũ paratiores eſſe & promptos. Pulchri nanq; ſunt pedes annunciantiũ pacem, annunciãtium bona. Vel quia neceſſe eſt, ad iter expeditos nos eſſe, qui ſecundũ Euangelium degimus uitam. Sunt enĩ pedes uitæ indiciũ, & ideo ſuperius dixit, uidete quemadmodũ caute ambuletis. Euangelij aũt præparatio recta opera præfert, quibus & dominus hæc ipſa intendit. Inquit enĩ in præparatione cordis eorũ admoue aures tuas. Recte autem & pacis dixit, quia cũ prælia cõmemoraſſet & pugnas, oſtendit in dæmones ipſos, non in homines eſſe belligerandũ. Tum quia & pacis eſt Euangelium tum etiam quia ſi dæmones ſumus impugnaturi, pace cum Deo nos potiemur, cui nequaq; iterato bellum eſt inferendũ, ut pacem cũ eo conciliatam ſoluamus, qua de re nihil eſt nobis uerendum. Nam præſto eſt Euangeliũ, & iam parta uictoria eſt.

IN OMNIBVS ſumentes ſcutum fidei.) Quidnam, in omnibus cũ inquit, prætendit Apoſtolus? In ueritate ſcilicet & iuſticia, & Euangelij p̃paratione. Nam fide hæc omnia indigent. Neq; enim ueræ huius religionis cognitionem, fidem hoc loco dicit, ſed eam quæ nihil hæſitans facit, ut futura tam certa habeamus, q̃ habemus præſentia. Quinetiã ut talis ſit fides, ut uel ſigna ædat, & tantopere ſit illa incenſa,

Aliás utraq;.

Fides p ſcuto.

In ſophiſtas.

⋆ utraq; adeo, ut uel transferat montes. Vt itaq; toti corpori ſcutum obtenditur, q̃d utiq; illud tanq̃ porta tutaĩ & circuncludit, ſic fides ardentior & indubitata, animã undequaq; cuſtodit ac ꝓtegit. Fides itaq; pro ſcuto habenda eſt, nõ ſophiſmata ipſa & circũuentiones. Hæc nãq; munit, tuteturq;, illa uero ĩpediunt, & lõge fallunt.

IN QVO POSſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere.) Hoc eſt, abſurdas cupiditates & diffidentiæ cogitatus, utrũ uidelicet futura ſit reſurrectio necne. Num p̄terea Dei iudiciũ? Ignea aũt dixit, nõ modo quia ad fœdiora incendũt facinora flagrantes illæ cupiditates, ſed quia uel in cõſcientia ĩpa, harũ ſentimus ardorem. Accedit p̄terea, ꝙ uel ex ipſius diffidentiæ cogitationibus exurit nos dæmon, cũ nobis ꝑfidiam ſuggerit, quæ oĩa tandem fides extinguit. Hæc itaq;, etſi dæmones ipſos proſternit, lõge magis & uitia ſubiugabit. Siue enĩ flagret cõcupiſcentia qui futuris bonis, & gaudijs ſempiternis fide certiori nihil diffidat, tolles hanc prorſus & plane extingues. Siue tentationes urgeant, & mala ĩpendeant, ex futuræ tamen beatitudinis

Abrahe fides.

meditatione plurimũ ipſe ſolabere, Cogita quanto Abrahã ille incendereĩ ardore,

cum filium

cũ filium offerebat iamiam immolandũ, quod tamen incendiũ fides ſola extinxit.

ET GALEAM ſalutis aſſumite.) Hoc eſt, quæ ſalutaris eſt, & tutat. Nam ſi fuerimus fidem adepti, & cogitationes mox aſſequemur, quæ afferant nobis ſalutem. Et caput hoc noſtrum, e quo cogitationes prodeunt, tutabuntur & mentem.

ET GLADIVM ſpiritus, quod eſt uerbum Dei.) Ex ſuperioribus dictis armauit nos Paulus, & ita ut hoſtes obeſſe nobis nil queant. Nunc uero & armis donat, quibus offendere hos magis poterimus. Gladium autem ſpiritus cũ inquit, uel ſpiritum ipſum circunlocutione quadam & uerborum ambage expreſſit, uel uitæ id genus quæ ſecundũ ſpiritum degitur, qua & ſerpentis caput præcidimus. Spiritalis autem gladius iſte, uerbum eſt Dei, hoc eſt Dei præceptum. Nam ſi eius exequemur mandata, ſerpentem illum, ut Eſaias teſtatur, trucidabimus ſinuoſum, & uariũ. Vel Dei uerbũ dixerimus, cuiuſmodi illud eſt, in nomine IESV ſurge, & ambula, & huiuſmodi. Vel ſimpliciter ſpiritus gladium dicit, quæ in ſpiritu ineſt, ſapientiã. Viuit enim Dei hoc uerbum, & penetrat, prætenditq́, & acuminata acie omnem cultrum penetrando excedit. Qui uero ſpiritalis huius aſſecutus eſt gladij gratiã, & quæ Dei ſunt loquitur, liber eſt & nulli rei obnoxius, qualis hic Paulus fuit.

Gladius ſpiritalis Dei uerbũ

OMNEM ORAtionem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu.) Hos itaq́ ita per ſe Paulus armis munitos, inſtructoſq́, ad Imperatorem deducit, cuius & ope indigeant, & manũ ut porrigat & auxilio ſit. Cum enim dixiſſet reſtinguere uobis licebit iniectum incendium, ne id gloriæ ducerent, uel ſuperbirent, Deo inquit, uobis eſt opus, quo adiuuante cũcta perficietis. Deinceps orantes inquit, nec id quidem ſimpliciter, ſed per omnem orandi & precandi intentionem. Hoc eſt, cum gemitu & pectoris tunſione genibus procũbendo & iſtiuſmodi reliqua factitando. Nec ſtatutis horis & p̃finitis, ſed quouis tempore, in ſpiritu, hoc eſt, ſpiritalia diſpenſantes precãdo, nihil quod mundi ſit. Cum uero orantes ait, per omnem orationem, demonſtrat continenter eſſe orandum. Nam cum interpellatum quis animũ habet, & cogitatum ſuperuacaneis rebus intentum, profecto non orat, ſed incaſſum & fundit preces, & animo diuagatur.

Continue orandum.

ET IN IPSO uigilantes.) Siue de his qui noctes inſomnes ducunt orando, ſiue de animi uigilantia dicat, utrumq́ id poteſt intelligi. Eſt enim neceſſe, ut ſit uigilantior qui armis obtegitur & Imperatori aſſiſtit.

IN OMNI inſtantia, & obſecratione.) Quemadmodum chananea, & uidua illa orantes ſumma in pacientia perſtiterunt. Illa nanq́ eſt uera deprecatio, quæ perſeuerans ſit, & aſſidua.

PRO OMNIBVS ſanctis & pro me.) Nequaq̃ ergo pro nobiſmetipſis duntaxat orandũ eſt, quinetiã pro cæteris fide nobis coniunctis precandũ. Aduerte aũt quantam præ ſe ferat humilitatem Apoſtolus. Poſtremũ enim ſe omniũ poſuit exigitq́ ab eius diſcipulis, ut pro ſe deprecentur, tum præcipue cũ compedibus, Chriſti ob gratiam cõſtringeretur. Pro Petro etiam cathenis detento, enixius precabatur eccleſia.

Apoſtoli ſumma humilitas.

VT DETVR mihi ſermo in apertione oris mei.) Nil ergo quod eſſet dicturus præmeditabatur Apoſtolus. Sequebatur enim domini dictum, nolite præmeditari quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quod uobis loquendum ſit. Haud ſecus & ipſe os ſuum aperiens proferebat, quæ a domino ſuggerebantur. Sic cuncta Diuina gratia exequebatur.

CVM FIDVCIA notum facere myſteriũ Euangelij, pro quo legatione fungor in cathena, ita ut in ipſo audeam prout oportet me loqui.) Hoc eſt, ut quemadmodũ oportet reſpondeã, fidentius ſcilicet, uiriliter & ſapienter admodũ. Verum ad quos es ipſe nunc delegatus? Ad hoĩes quidem, ut eos Deo conciliem. Hi uero me in cathenas & uincula coniecere. Tametſi iure gentiũ caueatur, impunes eſſe oratores & nuncios, quippe qui dñorum mandata iam deferant. Cathenæ uero eo iniectæ ſunt mihi, ut meã obſtruant loquendi licentiã, Anius tamen os mihi aperiet, ut fidentior

ſim ea enar

Culter Dei fiduciā præfert.

ſim ea enarrans, quæ mihi ſunt per eum iniuncta qui me legauit. Vides ut culter Diuini uerbi fiduciam preferat, quem ſane Paulus erat oris apertione iam accepturus.

Tychicus.

VT AVTEM & uos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino.) Quæ dogmatū erant quæue ad conſolandum hos faciebant, per epiſtolam ipſemet patefecit. Cum uero & uincula meminiſſet, nihil de his diſſerendo immoratur, ſed Tychico permiſit ſponte narranda, ne ſuperuacaneus eius uiri uideretur acceſſus. Qui ſi a Paulo colebatur, omnium profecto erat nihil ignarus. Si fidus, mendax eſſe non poterat. Eſt autem hic miniſter in domino. Hoc eſt, Dei ob gratiam hoc fungitur miniſterio, & Diuinis in rebus non terrenis uerſatur. Vel fratrem appellat in domino, tanquam in SPIRITV ſancto germanum.

Baſilius.

QVEM MISI ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda ueſtra.) Hunc in modum orationis huius contextū interpretatur Baſilius. Vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt. Hoc eſt, ut renunciet uobis quæ nobiſcum aguntur, nec ſinat uos labi, quia ipſe grauibus malis afflicter, et iniectas cathenas geſtem, ſed conſoletur magis & roboret, quod ſane dictum, & ſuā erga Epheſios charitatem prætendit, & illorum in ſe beneuolentiam patefacit.

PAX FRATRIbus, & charitas cū fide a Deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO.) Et pacem illis precatur, & adiunctā, fidei charitatem. Quod eo facit, ne uel illos coleret qui a ſuo eſſent dogmate alieni, uel aliter ipſi ſentirent, quam ipſe iam prædicaſſet, ſed ſolum fideles ut colant & foueant. Vel etiam quia neceſſe ſit ut fide ſint communiti ad futura ſperandū. Nam ſine fide nihil uel charitas ipſa profuerit. Quinpotius neq; conſtare poteſt ſine charitate, uel fides. Aduerte autem quemadmodum inquit & pax, ut & modum, hoc eſt, per charitatem edoceat, quo poſſit hæc comparari. Item & charitatem dicit per fidem fieri.

Corrumpi quo modo.

GRATIA CVM omnibus, qui diligunt dominum IESVM CHRISTVM in incorruptione Amen.) Hoc loco a gratia pacem ſeiunxit, ſeorſum utriſq; conſtitutis, tametſi alias ubiq; coniunxerit. In incorruptione autem qui diligunt dominū, hoc eſt, qui erga dominum charitate afficiuntur, nō opum uel gloriæ gratia, ſed futurorum bonorum, quæ corrumpi non poſſunt. Vel quia qui Deum amat uirtutis gratia, & pro eius ſummis in nos beneficijs amare ſe fateatur. Præfert eni & corruptionem peccatum, & incorruptionem uirtus. Nam quemadmodū corrumpi uirginem dicimus, ita & animam inquinari. Propterea & Paulus ne corrumpantur, inquit, cogitationes ueſtræ. Et alibi corrupti mente. Velim itaq; & nos in Chriſtum charitatem huiuſmodi præferamus, cū ob uitæ decorem & integritatem ſeruatam, tum ob incorruptibilia bona & perpetua cōquirenda. Et ita demū uiuamus, ut animā hanc nullis malis artibus uel facinoribus inquinatam, incorruptam & inuiolatam ſeruemus in CHRISTO IESV, qui incorruptibilis eſt & æternus, & animarū ſponſus incorruptarum, cui gloria in ſæculorum ſæcula. AMEN.

Miſſa fuit e Roma per Tychicum.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Philippenſes.

Philippenſes ſunt Macedones. Hi accepto uerbo ueritatis perſtiterūt in fide, nec receperunt falſos Apoſtolos. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ex urbe Roma de carcere, per Epaphroditum.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES ATHANASII, VEL MAXIME VVLGARII, PROLOGVS.

Philippenſes qui.

PHilippenſes hi e quadam ſunt Macedonię urbe oriundi Philippis dicta a conditore Philippo, ſub Theſſalonica metropoli conſtituta. His pleraqꝫ de Chriſto Paulus teſtificatẽ, & hanc inſuper ſcripſit Epiſtolam cum in uinculis eſſet. Nam poſt primã defenſionẽ, cuius & meminit ad Timotheũ Epiſtola, iterato eſt coniectus in uincula. Philippenſes uero per Epaphroditũ tranſmiſerant Paulo, q̃ illi ad uitã neceſſaria eſſent, ſimul etiã reſcire optabant quẽadmodum cum eo tunc ageretur. Et quoniã par erat illos cum præceptorẽ uinctum intellexiſſent, anſo haud mediocriter angi, ad eos ſcribens cõmonefacit, nihil propterea hos uel mœrore affici uel offundi perturbatione debere. Quin potius lætari magnopere & gaudere. Quandoquidem pro Chriſto hæc patiatur. Conſulit præterea his ut concordiam & humilitatẽ ſectentur. Carpit inſuper & Iudæos, qui ſub prætextu nominis Chriſtiani, Chriſti dogmata deuaſtarent, & canes hos nuncupat, et prauos operatores. Ediſſerit & Philippenſibus de uitæ honeſtate & moribus. Prudenter etiam facit de tranſmiſſis ad ſe neceſſarijs mentionem. Videtur autem & honorifice hos appellare, ut qui & uirtutis plurimum præ ſe tuliſſent, & ſatis eſſent ad Fidem accommodi. Apud hos nanqꝫ & Porphilopolis erat, apud hos inquam & ſynagogæ princeps credidit Chriſto, apud hos Paulus flagris ictus, cum Sylla fuit cõiectus in carcerem. Apud hos præterea & carceris cuſtos cum eius domo & uniuerſa familia ad Chriſti Fidem conceſſit, apud hos demum & milites Paulum ueriti, ut abiret quo uellet, precati ſunt. Et hunc in modum præclara admodũ principia habuit Chriſti præconiũ. Quæ omnia uel ex Apoſtolorum actis licebit ediſcere. Teſtatur itaqꝫ Philippenſibus Paulus non modo Fidei rectitudinem & ſubita diſcrimina, ſed facilem etiam ad ſua impartienda animi promptitudinem. Horum omnium gratia, & ingenti beneuolentia proſequi, & magni uidetur hos facere.

Iudæos canes nuncupat Paulus.

CAP. I.

PAVLVS ET TIMOTHEVS ſerui IESV CHRISTI.) Hoc loco nullam facit de ſui Apoſtolatus dignitate mentionẽ Apoſtolus, ſed ſeruum ſe CHRISTI IESV ſubſcribit, quod ſane & ſi magnum eſt, cõmune tamen eſt multis. Ad Timotheum autem & Corinthios ſcribens, ſeſe Apoſtolum nominat. Cur illud? Quia cum illis eſſet ad caſtigatiõem iniuncturus multa, Apoſtolatus ad ſe dignitatem recepit. His uero, cum nihil huiuſmodi ſit indicturus, quin potius pari omnes ut honore dignetur futurum, nequaquam Apoſtoli appellatione indiguit.

Cur ſe Apoſto. in quibuſdam uocat Paulus in quibuſdam non.

OMNIBVS ſanctis in CHRISTO IESV.) Cum Iudæi ſanctitatis ſibi id nomen adſciſcerent, ut populus inquit ſanctus, Propterea in CHRISTO IESV adiecit. Hi nanqꝫ uere in Chriſto dicendo ſunt ſancti, illi uero prophani.

EPISCOPIS & Diaconis.) Epiſcopos ſacerdotes dicit. Neqꝫ enim plures præter unum erant Epiſcopi, qui ſingulis ciuitatibus præſiderent. Quippe cum nõdum eſſent huiuſmodi nomina diſpartita, ſed Epiſcopi tantum. Diaconi & Preſbyteri dicebantur, quemadmodum ad Timotheum, qui Epiſcopi munere fungeretur, ſcribens, ſic inquit. Miniſterium tuum & Diaconatum, perficio. Et rurſum. Quod traditum tibi eſt cum impoſitiõe manus preſbyterij, hoc eſt, Epiſcoporum. Neqꝫ enim ſacerdotes Epiſcopum conſecrabant, & contra preſbyteri Epiſcopi nomen ſortiebantur, ut qui curæ populi inuigilarent, purgarentqꝫ & illuminarent quos foret neceſſe. Cuius rei gratia, ad clerum nunc ſcribit, quod alias nunquam egit. Miſerant enim illi Epaphroditum, qui neceſſaria ſibi detulerat.

Epiſcopi ſacerdotes.

Epiſcopi uocabantur Diaconi tantum.

Preſbyteri epiſcopi dicebantur.

GRATIA VObis & pax, a Deo Patre noſtro, & domino IESV CHRISTO.) Conſuetam appellationem, & ſalutandi modum præponit, comprecans illis, ut Dei gratiam aſſequantur, gratiq; inter ſe ſint, & nihil inuicem efferantur, ne forſan ab accepta iam gratia, & inita concordia, excidant. Nam dona Dei huiuſmodi ſuperbiam afferunt minus cauentibus.

Dona Dei ſuperbiæ cauſa ſunt incautis.

GRATIAS AGO Deo meo in omni memoria ueſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis.) Quotieſcunque, inquit, uos memoria repeto, id enim facio ſemper, Deum laudibus effero, & illi gratias ago, quod tantopere ſitis uirtutibus dediti. Nihilominus & ſi adeo diuinis in rebus uos profeceritis, ab orationibus nil conquieſco, & Deum pro uobis enixe precor, ut magis ac magis ad ea quæ recta ſunt, prouehamini.

CVM GAVDIO deprecationē faciens.) Poteſt nanq; & cum mœrore de aliquo memoria fieri, ut alibi dicit. Ex multa eñ preſſura & anxietate cordis ſcripſi uobis, quo fit ut libens & læta cuiuſpiam recordatio, uirtutis ſit argumentum.

COMMVNICATIOnem ueſtram in Euangelio Chriſti a primo die uſque nunc.) Ingens ſane Apoſtolatus his teſtimonium defert, cum eos laborum participes aſſerit fuiſſe effectos, qui in Euangelio inſumuntur. Neq; ad unum duosve annos, ſed uſque nunc, hoc eſt, eo ex tempore, quo primum Chriſti Fidem hanc excepiſtis, ad id tempeſtatis. Verum ſi quæras, quo pacto ſint iſtiuſmodi laborum effecti participes? Quia mihi inquit, quæ fore ad uitam neceſſaria uidebantur, ipſi ſuppeditarūt; ſuſceperuntq; de me curā. Nam qui boni aliquid operis pertractanti quibuſuis modis tulerit opem, eius certe non erit expers. Sic & qui martyribus, uel in heremo diuerſantibus prouident, & omnem his adimunt ſæculi curam, uel eos qui ad Chriſti inſtruunt Fidem & Euangelium prædicant, ab omni animi diſtractione liberos reddunt, cum his certe & coronarum & præmij fient participes.

Suppeditans opē bene agenti quid aſſequatur.

CONFIDENS hoc ipm, quia qui cepit in uobis opus bonū, perficiet.) Gratias, inquit, ago & gaudeo plurimum, confiſus opera rectiora, quæ in uobis exorſus eſt Deus, per eum perfectū iri. Coniector nanq; ex præteritis ipis futura. Aduerte quē admodū ad humilitatem illos inſtituat, quandoquidem Deo ſoli rerum omniū tribuat ſummam. Et non eis modo adſcribat quæ geſſerint, ita neq; hoc pacto illos laudis fecit expertes. Dicit eñ qui cepit in uobis hoc eſt, uobis uolentibus. Nam niſi & homini inſit recte agendi uoluntas, nec Deus ipſe in eo boni aliquid operabitur. Si eñ ſimpliciter ille torpentibus nobis noſtris in animis operaretur, nil procul dubio impediret, quo minus Gentiles ipſi & cæteri oēs mortales, diuinā in ſe operatiōem exciperent. Fit itaq;, ut non mediocriter uel ex hoc illos extollat, utpote qui in ſuam opem Dei ad ſe pellexerint gratiā. Et quia tanti ſunt ipſorum officia & res bene geſtæ, ut non humanis uiribus fieri potuerint, Dei ſunt uirtute peracta. Porro & eoſdem hortatur, ne in ſegnitiem relabātur. Nam ſi eorum bona perfecturus eſt Deus; haudquaquam hi multum laboris inſument, quæ rectiora ſunt agent.

Deus non operatur niſi in uolente.

VSQVE IN diem CHRISTI IESV.) Hoc eſt, quo dominus ſit aduēturus. Sic enim inquit. Confido non ſolum in uobis Chriſtum, ſed ueſtris in poſteris uſq; ad mūdi conſummationē operaturū. Vel uniuſcuiuſq; finē. CHRISTI IESV diē intellige.

SICVT EST mihi iuſtū hoc ſentire pro omnibus uobis, eo ꝙ habeam uos in corde & in uinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Euangelij.) Confido, inquit, tales uos ad finē uſq; futuros, hocq; pro uobis & ſentio, quia uos ſemꝑ habeo cordi, noui q; & ueſtra benefacta, et quemadmodū ſemper omni ſtudio enitimini, ut efficiamini Euangelij gratiæ & compedū mearum participes. Itaq; æquum eſt & me de uobis ita ſentire, contēplariq; uel ex ipſis principijs finem. Verum quantæ illud eſt laudis Pauli corde cōtineri, qui non temere, ſed recto iudicio quos dignos exiſtimaſſet, amore proſequebatur. Nec tum quidē, cum Neroni ⋆ reſponderet interroganti inquit, Memoria mihi uos excidiſtis. Confirmationē autem Euangelij & defenſionem,

Paulus Neroni.
Aliás reſponderem

fenſionem, uincula dicit & preſſuras, quibus ipſe affli&abatur. Eſt nanq; perſpicuum, q́ ſi perſuaſum Apoſtolus ac pro re comperta non habuiſſet, remuneratiões ineffabiles illas & bona cœleſtia tanti eſſe, ut explicari uerbis non poſſint, quod non prorſus uincula fuiſſet perpeſſus, nec efferato Neroni ꝑtinacius obſtitiſſet, niſi imperatorem alium præuidiſſet, qui firmior eſſet, & illo incomparabiliter longe potentior. Preſſuræ ergo & mala quæ patimur, Euangelium confirmabunt.

SOCIOS GAVdij mei oẽs uos eſſe.) Oſtendit hoc loco, quẽadmodũ haud temere in eos ſit affectus beneuolẽtia. Propterea inqt, uos cordi habeo, quia ſocij mihi & participes eſtis huiuſcemodi grãæ, hoc eſt, preſſurarũ & compedũ effecti. Curãdum itaq; diligẽtius, ne a nobis uos deſciſcatis in malis hiſce & uinculis conſtitutis, quin potius adhibenda eſt diligentia, ne ĩmunes tentationũ reddamini, quas ob Euangeliũ ipſi ſubiuimus. Quod autẽ pro grãtia uincula habeant, liquet ex eo quod dominus ait. Sufficit tibi grã mea, uirtus nanq;, hoc eſt, mea uirtus, in infirmitate perficit. Vel illud magis quod eſt paulo poſt dicturus demõſtrat, nobis donatũ eſt pro Chriſto pati. Aduerte autẽ, ut non ſocios dixerit, ſed conſocios, quod græce ita habetur. Arguens ſe alijs eſſe in Euangelio ſociũ, his uero maiori quadam eſſe coniunctiõe in bonis cœleſtibus participandis deuinctũ, ut & alibi dicit, & conſocius Euangelij fiam. Hoc eſt, ut bona illa nobis ſeruata cõmunicem, Euangeliũ prædicantibus.

TESTIS ENIM mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes uos in uiſceribus IESV CHRISTI.) Haudquaquam perinde ac diffidens Deum in teſtem hic uocat, ſed cum immẽſum animi ſui affectum nequeat explicare, Deo relinquit, qui corda ſcrutatur. Id nanq; eſt argumẽto, uera Paulum profiteri. Non enim Deum adſciuiſſet in teſtem, ſi illis adularetur, uel ſimulato animo diceret quæ ſerio dicit. In uiſceribus autem CHRISTI IESV. Hoc eſt, non gratia rei alicuius humanæ, nec quia neceſſaria mihi ſubminiſtratis, ſed Dei in charitate hæc dixi. Vel quia Pater uobis cũ ſim Chriſti ob Fidem effectus, ex ipſis uiſceribus, & ipſo ex animo magnũ in modum uos colo obſeruoq;. Omnes autẽ cupio, inquit, quia omnes pares eſtis uirtute.

Cur Deum teſtem aduocet Paulus.

ET HOC oro ut charitas ueſtra magis ac magis abundet.) Et ſi mirũ in modum a Philippenſibus coleretur Apoſtolus, cupit tamen magis ac magis ab his obſeruari. Eſt nanq; ingentis amoris indicium, ut aliorum quis promereatur amore expleri nunquam. Aduerte aũt quam modeſte id dixerit, & magis ac magis abundet. Infert autẽ non ſolum cupere ut ſe ament, ſed ut & cæteris omnibus bene uelint.

IN OMNI ſcientia & omni ſenſu.) Hoc eſt, non ut temere omnibus beneuolentiam impartiamini, ſed cum probatione & cognitiõe, & certiore iudicio. Sunt enim pleriq; qui omnes indifferẽter colunt & amãt, unde nec ſtabiles ſunt, quæ hoc pacto conflatæ ſint amicitiæ, ne forte & hæreticis ipſis afficiamini inquit, ut proximis.

Amãdnm cum iudicio.

VT PROBEtis potiora.) Hoc eſt, conducentia. Nam quando ueſter in alios fuerit cũ experimẽto & certo iudicio collatus amor, licebit uobis & quæ uſui ſunt periclitari & noſcere. Qui ſunt ergo amandi? Fideles. Qui odio inſectandi? Infideles. Verũ cur alibi dicit cum oĩbus hominibus pacẽ habete? Primũ quia nequaq; id ſimpliciter dixit, ſed illud adiecit, ſi fieri poteſt, cum omnibus pacẽ habete. Deinde aliud eſt pacifice uiuere, aliud colere. Illud nanq; diſſentiões interdicit & bella, hoc animi exigit affectum, & tanquã complexionis & morũ ſimilitudinẽ. Quod tamen minus eſt hæreticis aperiendum. Nam ſi oculus tuus te ſcandaliſat, inquit, eruito.

Amãdi fideles Odio digni infideles.

Adulterinum dogma.

VT SITIS ſynceri & ſine offenſa in diem Chriſti.) Non eñ in meã hæc ꝓtulerã utilitatem, ſed ne quod a uobis adulterinũ ſub charitatis obtentu dogma ſuſcipiat. Quin etiã integritatẽ quo ad Deũ ſeruietis, & quo ad hoĩes ſitis ſine offenſa. Nam ſi nihil tibi officiat amicitia cũ hæretico cepta, alius tamẽ ex ea offendit. Quo ergo pacto in die Chriſti, hoc eſt, iudicij, integer deꝑhenderis & ſanctus, q fratrẽ offendis?

REPLETI fructu iuſticiæ per IESVM CHRISTVM in laudem & gloriam Dei. Hoc eſt, ut & dogmatum rectitudine & uita, ſitis irreprehenſibiles. Iuſticiam autem

X ij. dicit genus

Iuſticia genus omne uirtutis. dicit genus omne uirtutis, uel eleemoſynam duntaxat, quam illi ubertim impartiebantur, Non ut minus perfecte uel uirtutem uel eleemoſynam operemini, ſed ut ſitis repleti. Et quoniam uel Gentiles ipſi uidebantur ſibi quodamodo uendicare uirtutem hanc & iuſticiam, eleemoſynam adiecit, quæ Epheſiorum erat peculiaris, & propria. Per IESVM CHRISTVM, A gentilibus nanque, nequaquã ſecundum Chriſtum uirtutes, ſed ad inanem gloriam & hominum gratiam exercebantur. Et in Dei gloriam, non in meam, ita uos inſtruo. Non igitur decet, ut Chriſti gloriam interpelletis. Cæterum eoſdem facit fidẽtiores, cum Deum oſtendit diuinis operibus in gloriam ſui cedentibus, opem & auxilium allaturum.

SCIRE AVTem uolo uos fratres, quia quæ circa me ſunt magis ad profectum uenerunt.) Decens erat, ut animo perturbarentur Epheſij, cum Paulum didiciſſent uinculis fuiſſe conſtrictum. perinde ac interciſum fuiſſet Chriſti preconium. Demipturus itaque his conceptam animo ſuſpitionẽ, ſic inquit. Neque enim ſolum nil prorſus mea hæc uincula Euangelium interceperunt, ſed illis potius profuere.

ITA VT uincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio & in cæteris oĩbus.) Hoc eſt, uel cũ eſſem uinculis præpeditus, licentius pdicaui, & nihil conticui adeo ut uerbi præconiũ uel ad prætoriũ uſque peruaſerit. Hoc eſt, ad regiam uſque Neronis, & per oẽm ſit urbem vulgatũ. Id autẽ in Chriſto effectum. Id eſt, non mea uirtute, ſed Chriſti potẽtia. Vel uincula mea in Chriſto, hoc eſt, quæ Chriſti ob gratiã tolero. Vt plures e fratribus in dño confidentes in uinculis meis abundantius auderent ſine timore uerbũ Dei loqui. Enimuero & ſi antea prædicare ſunt fidentius auſi, nunc uero eo enixius ſunt id auſuri, quia & me uel uinctum & coniectũ in carcerẽ, maiori fiducia uerbum Dei enunciare cõſpiciunt. Et fortiores pfecto ſunt redditi, cum me uidiſſent in uinculis detineri, & ad me imitandũ ſunt incitati. Cunque & magnũ quiddam dixiſſe ſit uiſus, quia animos illis feciſſe ſe dixit, in domino addidit. Si itaque qui ſunt uinculis meis propinquiores, nihil animo concidũt, ſed audent magis, ergo & uos tanto fidentiores eſſe debetis, quanto a uinculis hiſce abeſtis.

QVIDAM quidem propter inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam uoluntatem Chriſtum prædicant.) Poſtquam comprehenſus eſt Paulus, *Nero.* plerique fidelium prædicabant et Chriſtũ ea mente, ut Neronem magis ad iram incenderent, ut cõfeſtim de medio Paulum tolleret. Vt qui ubique Chriſti præconium diſſeminaſſet. Quod utique prætendit Apoſtolus, cum propter inuidiam dicit, & diſſenſiones. Vel quia & ipſi aucupari honores cum uellent, ſubtrahere mea de gloria aliquid nitebantur. Quidam autem inquit, propter bonam uoluntatem. Hoc eſt, ſine ulla ſimulatione, & recta animi ſententia.

QVIDAM autem ex charitate, ſcientes quoniam in defenſione Euangelij poſitus ſum.) Hoc eſt, charitate ducti. Quia cum erga Chriſtum, tum erga me quidam afficiuntur, prædicant, non ignari dicturum me aliquid pro Chriſti præconio, coque & mihi ad id muneris exequendum opitulantur. Nam ſi plurimi ſint, qui in meam prædicationem conceſſerint, facilis mihi erit defenſio. Hac autem in re illi mihi cooperantur, cum multos inſtruunt prædicando.

QVIDAM autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſyncere.) Hoc eſt, non pure & integre, neque recti ipſius gratia.

EXISTIMANtes preſſuram ſe ſuſcitare uinculis meis.) Arbitrantes, inquit, in maius aliquod me diſcrimẽ impingere, & erumnas erumnis adaggerare. Non tamẽ longius proceſſura eſt eorũ tam fallax & ſubdola machinatio. Quippe clarior multo ex eo Euangelij fit prædicatio, ob idque mihi & gaudium augeſcit. Vides quemadmodum geri rectum aliquod opus poſſit mente non recta, ut quod ex eo non modo nil quidpiam obuenit præmij, quin & cruciatus ſubeantur plerunque.

QVID ENIM dum omni modo ſiue per occaſionẽ, ſiue per ueritatem Chriſtus annuncietur?) Quid multa? Aut quid mihi hæc curæ ſunt? utrum ſic fiant uel

aliter, ſiue

aliter, ſiue occaſione, hoc eſt, contẽtione & aſtu & ſimulatiõe. Siue ueritate, hoc eſt, animi rectitudine Chriſtus annuncietur. Sunt qui exiſtiment (inſulſi tamẽ & ueritatis ignari) occaſionẽ Apoſtolum ad hæreſes præbuiſſe, cum inquit, annunciet modo quiſpiam Chriſtum, nihil intererit quemadmodum ille annũciet. Aduertant tamen id primum. Neq; enim annũcia dixit, perinde ac ſi ſic ille decernere uideatur & iubere, ſed annuncietur, quod dictum præfert utiq; quod geſtum fuiſſet. Deinde & ſi tanquam id ſtatuens protuliſſet, neq; hoc pacto ad hæreſes ineundas aditum præbuiſſet. Quomodo? Quia hi de quibus fecerat mentionem, nulla adulterina & falſa dogmata inducebant, Chriſtum annunciando. Sed quæ ad ueritatem facerent, prædicabant. Non recte autẽ, nec mẽte recta, hæretici prædicant, ſed peruerſa quædam, & a uero penitus aliena, cum illorum peruerſus ſit animus, afferunt.

Adulterina & falſa dogmata

ET IN HOC gaudeo, ſed gaudebo.) Hæc quidem illi ut me mœrore afficiant. At ipſe lætor, quia eo amplius Chriſti nomẽ vulgabitur. Et quo id maxime egerint, eo & maxime explebor iocunditate. Vides quemadmodum criminatoris illius artes & doli, in ſui perniciem reuoluantur.

SCIO ENIM quoniam id mihi ꝓueniet ad ſalutem.) Quod illud? Quod prædicatio ſcilicet propagetur ex odio & liuore, quo erga me afficiantur nõnulli.

PER VESTram orationẽ & ſubminiſtrationẽ Spiritus IESV CHRISTI.) Attende quãtam præ ſe ferat uir hic beatiſſimus humilitatẽ. Nam cum ei eſſet ex rebus innumeris optime geſtis debita ſalus, nihilominus inquit, ſi ueſtris fuerim ꝑcibus ipſe dignatus, ob easq; mihi Spiritus ſanctus ſuppeditet. Inde haud dubie ſpes eſt, ſalutẽ me fore. Subminiſtrationẽ autem dicit, plurimã gratiæ ſpiritalis additionẽ.

SECVNDVM expectationem & ſpem meam.) ἀποκαραδοκίαν dicunt Græci, quam expectationem dixit interpres. Ex κάρα, quod caput deſignat, & δοκεῖν, quod annuere eſt. Perinde ac ſi caput totum nutet & uergat ad id, quod firmiter & certo ſperatur. Tanquam id inquiat, Spero equidẽ ut primũ illud diſcrimen euaſi, ſic præſens hoc me euaſurũ. Nero nanq; crudelitate inſignis, & uir efferacior, Paulum hũc ipſum in uincula coniecerat. Cõmonefacit preterea hoc loco non omnia eſſe alienis precibus permittenda, quin etiam ſperandum per nos eris, quo cupimus, & uotis id depoſcẽdum, ut Paulus infert, & Propheta affirmat, cum inquit. Fiat miſericordia tua domine quemadmodum ſperauimus in te. Et alibi. Quis ſperauit in domino, & confuſus eſt? Et Paulus idem, Spes non confundit.

Apocaradocia

Nero Paulum in uincula coniecit.

Non oĩa alienis precibus permittenda.

QVIA IN nullo confundar.) Hoc eſt, neq; quamdiu in humanis ſum, quia Euangelium prædico. Neq; cum in hac uita exceſſero, quia nulli tunc erunt reliqui hoſtes. Si enim inquit, me trucidabunt, tunc maxime mihi incõfuſa & ſolida gloria relinquetur. Quod eis non poteſt cõtingere, qui mihi nunc aduerſantur.

SED IN omni fiducia ſicut ſemper & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per uitam, ſiue per mortem.) Illi, inquit, eorum dolis inſidijsq; poſſe me in diſcrimen impingere exiſtimarunt, nequaquam tamẽ illorum id ſtudium progredietur, quando in omni fiducia, hoc eſt, aperte & nemine obſiſtente, magnificabitur Chriſtus in corpore meo. Hoc eſt, me ſpirante hanc auram, & uitam degente, circumferenteq; corpus hoc ipſum. Non enim nunc mortem ſum obiturus. Et ne quis occurrat, inquiens. Nonne uel te moriente Chriſtus magnificabitur, gloriaq; & laudibus efferretur? Adiecit, & per mortẽ ille meam magnificabitur, quia & mortẽ ut ſuperarem effecit. Interea tamẽ per uitam, qua me, poſtquam periclitantem exemit periculis, condonauit, gloriam aſſequetur. Dicit autem de morte, non quam ſtatim ſit ſubiturus, ſed hanc ſi forte obiret, nequaquam animo obturbetur. Nam ingenti Apoſtolum charitate complectebantur Philippenſes.

MIHI AVTem uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ.) Hoc eſt, nouã quandã dego uitã, & mihi pro uniuerſis Chriſtus eſt rebus. Pro Spiritu inquã, uita & luce. Vitæ nanq; hoc nomẽ, & naturalẽ hanc uitã deſignat, qua uiuimus & mouemur. Præfert

Vita quot modis.

& Peccati uitam, quēadmodum cōtra dicimus, qui Peccato mortui ſumus, quo pacto ultra uiuemus in eo? Significat præterea & perpetuam, quæ ſecūdum Deum eſt uitam, ut illud. Noſtra cōuerſatio in cœlis eſt. Hoc uero loco, non naturalē negat ſe uitam uicturū Apoſtolus, ſed eam quæ ſit Peccatis obſtricta, & ſæculi huius ſit intenta deceptionibus. Cæterū Chriſtum eſſe ſibi ad uitā fatetur, ſicut & alibi dicit, in Fide uiuo filij Dei. Mori uero in lucrū, quia uita defunctus cum Chriſto aperte futurus ſum inquit. Fit itaq; ut lucrū mihi ſint allaturi, qui hac me uita exemerint.

Mori Paulo lucrum erat.

QVOD SI uiuere in carne hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro.) Ne forte exiſtimes Paulum uitam hanc criminari, perinde ac ſuperuacaneam & plane inutilem, ſi in carne, inquit, uiuere mihi fructus eſt operis. Hoc eſt, dixi equidem pro lucro me habiturum hanc mortem. Veruntamē cum uita hæc mea nequaquam mihi in carne inutilis ſit, quippe qui alios inſtruo, & ad Fidem illumino, ignoro quid eligam, mortē ne an uitam. His dictis obſtruuntur hæreticorum ora, qui præſentem hanc uitam calumniantur. Neq; enim hæc improba eſt & iniqua, ſiquidem & nobis uſui ſit, & fructus afferat illa uberrimos. Non itaq; uita hæc eſt mali cuiuſpiam cauſa, ſed eorum uolūtas, qui hac abutuntur. Porro & myſterium nobis quoddam iam retegens, oſtendit dominum ipſum uitæ ac necis poteſtatem habere. Si enim, inquit, a domino emori poſtulaſſem, largiretur haud dubie mihi hanc gratiam. Quo circa eam ob cauſam nihil uobis eſt deſperandum. Nam ſi mortem obierim, non maleuolorum id nequitia fiet, ſed Dei diſpenſatione atq; arbitrio.

Vita non mala sed uitæ abuſus.

COARCTOR autem e duobus deſyderium habens, diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Multo enim melius, permanere autem in carne magis neceſſarium propter uos.) Philippenſes his dictis Apoſtolus reddit paratiores, ut ſuum obitum futurum proxime uiriliter tolerent. Cur enim mea de morte dolēdum cenſebitis, quam ipſe iam pridem ſummopere concupiui? Idque & mihi ſit in melius conceſſurum, quippe q; mihi licentiam præbeat cum Chriſto uerſandi. Non itaq; dolore affici ullo debetis, cum mortē obiero, alioqui in carne hac me permanere ob ueſtram utilitatē magis eſt neceſſariū. Non enim quæ mea ſunt quæro, ſed ueſtra. Q; ſi optio detur, utrum ex humanis abſcedere, an uitam hanc ducere malim, coarctor equidē, hoc eſt, in ancipiti ſum ſubdubius. Et ita, ut non facile ſciam quid horum ſim electurus. Duxerim tamen præcipue id neceſſariū magis ut uiuens & ſpirans, uobis conducam. Eſt ne igitur quidpiam ingens adeo aut excelſum, quod cum hac Pauli mente poſſit æquari? Quandoquidem aliorum utilitatem Chriſti conuerſationi ſic præferat, ut Chriſto coniunctior ſit, cum Chriſti conuerſationem reijciat, ut alijs proſit.

Excelſa mens Pauli.

ET HOC confidēs ſcio, quia manebo, & permanebo oībus uobis ad profectū ueſtrum, & gaudium Fidei.) Cum itaq;, inquit, neceſſe ſit, ut in carne permaneam. Sum nanq; haud dubie permāſurus, hoc eſt, ero quidē ſuperſtes & uiuam. Nec ſimpliciter, ſed uobiſcū. Perinde ac ſi dicat, adhuc uiſurus uos ſum. At cuius rei ob gratiam uicturus es? Nimirum ut uos in Fide proficiatis, hoc eſt, confirmemini, & ſtabiles ſitis in dogmate per me prolato ac uita. Qui profectus ut ueſtrum, ſic meū gaudium præfert. His præterea incunit hoc loco formidinem, tanquā id explicans, uidete ut ueſtri de cauſa Chriſti ſim conuerſatione priuatus. Nolite ergo id uitæ reliquū fruſtra tranſigere. Dicet aliquis, num Philippenſium gratia duntaxat permanebat in uita Apoſtolus, & luce hac fruebatur? Nequaquam horum ſolum de cauſa, ſed ut eos conſolaretur, hæc intulit, & ad maiorem uigilantiam hortaretur.

VT GRATVlatio ueſtra abundet in CHRISTO IESV per me, per meum aduētum iterum ad uos.) Cum dixiſſet ſuperius ſeſe ob eorum profectum permanere in uita, arguit quemadmodum & ſibi in lucrum id ipſum conceſſerit, quod gloriari ſcilicet quiret in his abundantius, quia proficerēt magis, cum eſſet ipſe ad hos profecturus. Quid ergo? Num ad illos conceſſit Apoſtolus? Id nempe incertum.

TANTVM DIgne Euangelio Chriſti.) Id unum, inquit, a uobis depoſco, ut

uirtuti eni-

uirtuti enixius ſtudeatis. Atqui pro Euangelij dignitate ille agit, qui ſibijpſi renunciat, & Cruce ſublata Chriſtum ſectatur.

VT SIVE cum uenero & uidero uos, ſiue abſens audiã de uobis.) Neqꝫ enim ꝙ Philippenſes adeundi mentẽ mutarit, neqꝫ ꝙ nõdum iturus, hæc dicit, ſed ſi forſan, inquit, ad uos nequaquã ſum profecturus. Licebit tamẽ uel abſenti mihi pro ueſtra hac uita, quã ex Euangelio ducitis inſtitutã, capere iocunditatẽ. Cauendũ itaqꝫ, uel ſi non ad uos proficiſcar, ne ab optimo hoc uiuendi genere excidatis. Nec ſecus præterea ad uigilandũ, quam ſi eorũ quæ per uos gerunt hoc tẽpore ſim nõ ignarus.

QVIA STATis in uno Spiritu unanimes.) Hoc eſt, in eodẽ cõcordiæ dotio, ſic enim unis animis concordes perſtabitis, cum fueritis Spiritũ unum adepti.

COLLABORANTES in Fide Euangelij.) Hoc eſt, inuicem pro Fide labores, & certamina excipientes.

ET IN NVLLO terreamini ab aduerſarijs.) Non enim ne collabamini dixerim, ſed ne terreamini. Hoc eſt, nulla in re perturbemini. Nam ſi uel pericula cominẽtur, uel inferant mortes, nihil profecto hi egerint, ſed territant modo, adeo illi & imbecilles coarguuntur & impotentes. *Contemnenda pericula & mortes.*

QVAE EST illis cauſa ꝑditionis, uobis aũt ſalutis.) Cum eñ perſpexerint hi, & ſi multa ſint machinati, nequaqꝫ uos eſſe abſterritos, nõne id eis aptius indicabit, ſua oĩa in iteritũ abijſſe, abolitaqꝫ & diſperdita eſſe. Veſtra uero ualidiora cõſiſtere, nec poſſe aliquo pacto cõprehendi aut cõſumi. Quippe quæ habeant in ſe ipſis ſalutẽ.

ET HOC adeo, quia uobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini.) Cum enim Paulus donatum eſt uobis inquit, & pati pro Chriſto, duo quædam hic peragit. Alterum ne illi uel uerecundia offundantur, uel animo concidant, ſi quid fuerint fortaſſe pro Chriſto perpeſſi. Alterum ne inſoleſcant uel efferãtur. Inquit enim, Chriſto cuncta ſunt ad ſcribenda. Nam & uirtutes dono accepimus, nõ ut liberum arbitriũ tollat, ſed ut humiles reddat. Non enim facere ſine Deo recte aliquid poſſumus, ſiquidem Dei hoc donum forſitan ſuſcitandorum mortuorũ gratiam ſuperabit. Nam ſi mortuos ſuſcitauerim, Deo procul dubio fuerim tanto hoc beneficio maximũ in modum obſtrictus. Sin uero pro eo pœnas ſubierim, hunc ipſum habuerim obligatum & debitorẽ. O rem admirandam, largitur ille & debito mihi obſtringitur. *Sine Deo nihil rectum fieri poſſe.*

IDEM CERTAmen habentes, quale & uidiſtis in me & nunc audiſtis de me.) Oſtendit in paribus hos uerſari certaminibus, quibus & ipſe agitaretur. Quod ſane magnam in his teſtatur uirtutem. Habetis enim inquit, me in exemplum, & decertantem audiſtis, cum fuerim ante hac & flagris affectus, & quemadmodum in carcerem coniectus ſim, nunc audiſtis.

SI QVA ERGO CONSOLATIO IN CHRISTO, ſi quod ſolatiũ charitatis, ſi qua ſocietas Spiritus, ſi qua uiſcera miſerationis, implete gaudiũ meum, & idẽ ſapiatis.) *CAP. II.* Quod inquit tale eſt. Si uobis anĩo ſedet, me quoquã pacto tentatiõibus agitatũ ſolari, uel ſolamẽ afferre, quale ſolet charitas parere. Vel ſi futurũ eſt aliquãdo, ut præ uobis feratis ſpiritalibus in rebus, & his quidẽ, quæ ſcd'm dei ſunt uoluntatẽ aliquã mecũ habere cõmunionẽ. Vel ſi me eſtis cõmiſerati quod patiar, id omne obſecro, obteſtorqꝫ in id uel unicũ conferatis, ut mutua ſitis charitate deuincti. Aduerte aũt quemadmodum illorum coniunctionẽ, quod unanimes ſint, pro collato ducat in ſe beneficio, & tanquã ipſe miſericordia fuerit dignatus, ob iſtorum unitatẽ lætatur. Nec læticiã mihi dixit afferte, ſed implete. Perinde ac ſi dicat. Vos quidẽ iocunditatis huiuſce, qua in præſenti afficior, initiũ attuliſtis, pacẽqꝫ & mihi eſtis iam impartiti, quã cupio & ad finẽ iri deductũ. At qualis hæc læticia eſt? Non equidẽ ut a periculis eximar, uel ut quidpiam a uobis ſim accepturus, ſed idem uos ſapiatis. *Ad unanimitatem hortatur Philippenſes.*

EANDEM CHAritatem habentes.) Id ſane præſtantius quam unanimes ſe præſtare, ut æque hi omnes adepti ſint charitatem. Nec quidem ut ſi quis te amore

ingenti proſequitur, hunc ipſe lentius & frigide ames, ſed ut æqua ſit amoris proportio dum alternis rependitur.

VNANIMES id ipſum ſentientes.) Tanquã uno eodẽqꝫ uincti animo ſitis, non ſubſtantia ſed uoluntate coniuncti, quod ſane deſignat cum ita mox ſubdit.

Inanis gloria parit inuidiã.

NIHIL PER contentionẽ, neqꝫ per inanẽ gloriam.) Nil, inquit, per contentionem, hoc eſt, per niſum quẽdam a liuore productum egeratis, quemadmodum uulgo dicimus, enitar equidẽ totis uiribus & contẽdam, ut nemo me ſuperet. Neqꝫ per inanẽ gloriam. Hæc nanqꝫ inuidiam parit. Cum enim homines ſimus inanis gloriæ cupidi, quidnam pro hac aſſequenda facere non audebimus.

Opinionẽ præſumptam ſaluti conducere.

SED IN HVMIlitate ſuperiores ſibi inuicem.) Viam nunc nobis demonſtrat, qua inanem hanc gloriam poſſimus defugere. Et præſumptam affert opinionẽ maximum in modum noſtræ ſaluti conducere. Si enim inquit, exiſtimaueris hominem quempiam non ſolum tibi præſtare, ſed longo etiam interuallo eſſe te potiorem, ob idipſumque præ ſumma humilitate habeas perſuaſum rem ſe ita habere, cum quem tibi prætuleris, honore etiam proſequeris. Quod ſi ita te geſſeris, cum tibi etiam uicem per alios reddi perſpexeris, grauiter feres. Quinetiam uel ſi quis tibi conuicietur uel affligat uerberibus, es certe animo æquiori laturus. Quippe qui omnes ducas ſuperiores, nec cuiquam inuidebis. Nam inuidia inter æquales oboritur, non inter impares & longe ab inuicem alienos. Sic item alius cæteros ſibi ⁎ percellere exiſtimabit, eritqꝫ hoc pacto ſumma inter omnes tranquillitas.

Aliis ⁎ precellere

NON QVAE ſua ſint ſinguli cõſiderantes, ſed q̃ aliorũ.) Cum ẽm tuæ conſulẽ utilitati, tu cõtra q̃d mihi p̃ſtet congres, nec ullus hic erit inanis gl̃iæ uel contẽtioni, nec demũ prauo cuiqꝫ facinori locus, quin uita ducet̃ angelica quædã & diuina.

HOC ENIM ſentite in uobis quod & in CHRISTO IESV.) Vt enim & Chriſtus inquit. Eſtote miſericordes, ſicut & Pater ueſter, qui in cœlis eſt. Et rurſum. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, ſic Paulus ad humilitatem nos inſtruens. CHRISTVM IESVM producit in mediũ, qui noſtri gratia cum diues eſſet, ſit inops effectus. Nam cum Dei Filium, qui omne excedit faſtigium, ad infima dicat ſe contuliſſe, quem nam eorum qui alta ſapiant, non cogat pudere.

Marcion hæreticus.
Marcellus.
Photinus.
Sabellius.
Arrius.
Apollinaris.

QVI CVM in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.) Enumera quot ob id dictũ hæretici homines collabant̃ & ruant. Marcion Ponticus aſſerebat nequã eſſe hunc mundũ, & carnẽ hanc inbibiſſe nequitiã, eoqꝫ neqꝫ carnẽ eiuſmodi deprauatam, & ſordidam Chriſtum, qui Deus ſit, aſſumpſiſſe. Marcellus uero Galata, Phorinus, Sophroniusqꝫ dicebant. Verbum Dei energiã eſſe, non ſubſtantiã, et in ſubſiſtentẽ hanc inhabitare, qui ex Dauid ſemine eſſet. Et Paulus Samoteus ꝓfitebat̃ id uerbũ, a Maria habuiſſe, ut conſtaret, principiũ. Sabellius Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ nomina quædam eſſe ſimplicia uni perſonæ addicta. Arrius uero aſſerebat Filium eſſe creatum Apollinaris Laodiceus, quod animã Filius ſenſibilẽ non ſuſcepiſſet. Vide quemadmodũ hi omnes uno fere cõciderint gladio, hoc uidelicet Pauli dicto, in forma Dei cum eſſet. At quo pacto tu primũ Marcelle, tuiqꝫ ſectatores aſſeritis energiã eſſe, hoc eſt operationẽ, non ſuſtantiã IESVM, cum forma ſubſtãtia ipſa dicat̃. Quemadmodũ & ſerui forma natura eſt ſerui, quid ipſe nunc Samothæe a Maria principiũ habuiſſe Chriſtum deliras? Cum cõſtet ab æterno hunc in forma Dei fuiſſe, hoc eſt, in diuina ſubſtantia. Aduerte quemadmodũ & Sabellius preceps feratur, ait nanqꝫ. Non rapinã Paulum dicere, Chriſtum eſſe Deo æqualem, uerũ in una perſona non cadit æqualitas. Nam qui par eſt & æqualis, alterum habeat neceſſe eſt, qui cum poſſit conferri. Ex ea itaqꝫ æqualitate duæ perſonæ emergunt. Arrius quidẽ pluribus confutat̃, & cæteri item. In forma Dei, hoc eſt, in Dei ſubſtãtia. Neqꝫ factus dixit, ſed exiſtens, dictũ ſane illi perſimile. Ego ſum qui ſum. Neqꝫ rapinã eſt arbitratus eſſe ſe Deo æqualẽ. Vides æqualitatẽ. Cur ergo Patrem dicis maiorẽ, inferiorẽ Filium? Sed aduerte inſenſatã prorſus iſtorum impunitatem,

In hæreticos pulchra & acuta diſputatio.

nitatem, quorũ unus quidam ſic inquit. Exiguus Deus cum filius eſſet, nequaq̃ arripuit, ut eſſet maiori Deo æqualis. Verum quænam literę edocent maiorem aliquem eſſe, uel prauũ Deum. Hæc enim gentiũ ſunt deliramenta. Nam quod filius magnus ſit Deus, audi Paulũ ita dicentem. Aduentũ magni Dei, & ſaluatoris domini noſtri IESV CHRISTI. Proinde qui tenuis ſit & exilis, quo pacto hanc ſibi magnitudinẽ arrogaſſet. Cæterum Paulus cũ eſſet ad humilitatem nos inſtructurus, abſurdior uideretur, & ſibi ipſi nil conſentaneus, ſi eiusmodi quæ ſentiunt illi cõmonefaceret. Videlicet quod minor Deus maiori non inſurrexerit. Quid enim poſſent humilitatis ex iſtiuſmodi dictis illi perdiſcere? Quia inferior Deus in eum nõ inſurrexit, qui ſit dignitate præſtantior. Eſt eni hoc impotentiæ, nõ æqualitatis, ꝙ filium dicimus cũ patre habere. Illud uero plurimũ uidetur præferre humilitatis, ut is qui parem eſt cũ patre adeptus potentiã, ſit homo effectus. Sed de his ſatis. Aduerte itaq; q̃d Paulus dicat, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe Deo æqualem. Cum enim quis aliquid ſurripit, ne illud amittat ueretur, quia q̃d alienũ eſt detinet. Cum uero quidpiã habeat natura inſitum, facile illud contemnit, certior ſane id ſe ita ſortitum, ut deponere nequeat, ſicq; protinus recepturus, ſi depoſuiſſe ſit uiſus. Inquit igitur, nihil eſt Dei filius ueritus a propria dignitate deſcendere, quia hanc nõ per rapinã ſit aſſecutus. Dico igitur parem hunc eſſe Deo patri, & propriæ dignitatis habuiſſe cognitionem, eoq; ut humilis fieret hæc maluit, tanq̃ in ipſa humilitate, celſitudinem ſuã ſeruaret.

SED SEMETipſum exinaniuit formã ſerui accipiens.) Vbinam ſunt qui inuitum hunc, ut patris iuſſa exequeretur, aſſerunt deſcendiſſe? Audiant quemadmodũ ſeipſum ut dominus, & ſui iuris non alieni, exinaniuerit. Cum uero formam inquit ſerui accepit, Apollinaris erubeſcat. Nam qui ſerui formã ſiue naturam accepit, animam habet omnino intellectiuam.

Apollinaris hæreticus.

IN SIMILITVdine hominũ factus.) Hiſce ex uerbis delirant Marcioniſtę, per phantaſiam & præſtigia quædã affirmantes Chriſtum incarnatum fuiſſe. Inquiunt enim. Vides ut Paulus ſimilitudinem aſſerat hominũ hunc accepiſſe, & in figuram humanam tranſformatum, non uera ſubſtantia hominem effectum? Quid homines ineptiſſimi deblateratis? Nonne dominus noſtram hanc omnem in ſe naturam excepit? Etſi nonnullis careret, quæ nobis inſunt mortalibus, ut per coitũ procreatio, & peccati cõmiſſio. Neq; id ſolum quod exteriori ex facie apparebat, inerat illi, ſed & diuinitas ipſa. Erat nanq; hic Deus, non homo ſimplex, & humanitati unita erat diuinitas, & ideo in ſimilitudinem hominũ dixit. Nos enim ex anima, corporeq; cõſtamus, ille ex anima, corpore, & diuinitate conſtabat. Propterea & ſimilitudine dicit. Nam & alibi in ſimilitudine carnis peccati cum inquit, nequaquã id infert quod carne careret, ſed quia caro illa expers oĩno peccati eſſet. At ſimilis erat carni huic noſtræ, quæ utiq; eſt peccato obnoxia. Secundũ naturam erat, non ſecundũ nequitiã. Vt itaq; ibi hoc ſimilitudinis nomine inæqualitas quædam præfertur, ſic & hoc loco cũ in ſimilitudine dicit, neq; ex humano congreſſu fuiſſe hunc genitũ arguit, neq; peccato ſubeſſe, quia haud quaquã ſimplex homo eſſet.

Marcioniſtæ delirantes.

Chriſtus ex anima & corpore, & diuinitate conſtabat.

ET HABITV inuentus ut homo.) Cum dominũ dixiſſet ſeipſum euacuaſſe ne forte ĩmutationem aliquã aut relapſum putes interueniſſe, ſic inquit. Manens quod erat, & quod non erat accepit. Neq; enim natura eſt immutata, ſed in figura effectus hoc eſt in carne. Carnis enĩ eſt tranſfiguratio. Cum itaq; formã ſerui accipiens dixiſſet Apoſtolus, fidens illud ſubiecit, in figura hominis inuentus ut homo, ut ea quæ ſuperius dixerat, confirmaret. Recte autem ut homo dixit, non enĩ erat unus e multis, ſed e pluribus unus. Nec quidem in hominem recidit Deus uerbũ, ſed tanq̃ homo apparuit. Et cũ ſine forma exiſteret, formã ſubiuit. Nonnulli autem id dictũ interpretati ſic ſunt, & forma inuentus ut uere homo. Quemadmodũ & Ioannes dicit gloria ut unigeniti. Hoc eſt, qualem habere unigenitum decet.

Chriſtus non unus è multis ſed ex multis unus.

HVMILIAVIT ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem

X v crucis.

crucis.) Rurſum ſeipſum ad humilitatem affirmat unigenitũ contuliſſe, ne forte, deſcendiſſe ad infima exiſtimetᷣ inuitus. Occurrent hoc loco moleſtiores hæretici il li & inſanabiles, dicentq́;. Ecce ſubiectus & obediens dicitᷣ unigenitus. At quid illud o inſenſati, qñdoquidem & nos amicis obtemperamus, cũ nihil nos reddant interea iſtiuſmodi obſequia inferiores & dñs patri obſecutus eſt uolens. Sic eni unitatem ꝑ ſpicuam fecit, q̃ cũ patre haberet. Eſt enim filij propriũ uenerari parentem. Factus eſt ſeruus, ſed mortem ſubiuit, & q̃d hac re lõge eſt maius, ignominioſam. Mortem aũt crucis, hoc eſt, deteſtandi patibuli, q̃d ſontibus duntaxat & maleficis debebatᷣ.

Mors crucis q̃bus deberetur.

PROPTER quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſup omne nomen.) Cum de carne aliquid diſſerit Paulus, quam poteſt effuſius humilia eius eloquitur, perinde ac infima quæq́; carnis admittat conditio. Carnem uero ita accipies, ut nihil Chriſtum ab eo ſecernas. Verum quod nomen illi ob humanam naturam contulit Deus? Nimirum ut filius in carne dicatur & Deus. Nam & homo Dei eſt filius, ſicuti & Angelus dixit. Quod factum eſt ſanctum, filius Dei uocabitur. Iſtiuſmodi autem appellatio uniuerſorum nomen excedit.

VT IN NOMINE IESV omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ.) Hoc eſt, orbis terrarũ uniuerſus, Angeli inſuper, & mortales ipſi, & dæmones hunc ĩpm ſubmiſſis genibus uenerabundi adorent. Vel iuſti ipſi & peccatores idem facti tent. Nam & dæmones eundem ſunt cognituri, & inuiti coercebuntᷣ. Nec ueritatem amplius impugnabunt, tametſi ante tempus iſtiuſmodi faterentᷣ, nouimus te qui ſis.

ET OMNIS lingua cõfiteatur, quoniã dominus noſter IESVS CHRISTVS in gloria eſt Dei patris.) Hoc eſt, ut omnes aſſerant CHRISTVM IESVM dominũ eundem & Deum. Id nanq́; patri in gloriam cedit, ut filium habeat, cui omnia ſubijciantur & pareant. Vides itaq́; quemadmodũ unigeniti exaltatio patris ſit gloria. Sic cõtra huius & imminutio, patri ad ignominiam ſit conceſſura.

Filij exaltatio patris gloria.

ITAQVE chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis.) Cum laude ſunt caſtigationes inferendæ, ne nimis inceſſant, ſic facile admittentur. Idcirco hos laudat Paulus, chariſſimos nuncupans & beneuolos. Sicut ſemper, inquiens, dicto audientes fuiſtis, tanquã id dicat. Dei filius patri obſequentior fuit, hunc imitamini & uos in ſuper, quibus obtemperare maioribus perfacile fuit.

NON IN PRAEſentia mei tantũ, ſed multo magis nunc in abſentia mea.) Si enĩ me adſtante id egiſſetis, mei forſitan uerecundia detenti, paruiſſe mox uideremini. Nunc uero cũ me uel abſente uirtuti intenditis, & q̃ uobis præſens iniunxerã, tam libenti anĩo exequamini, ꝑfecto oſtenditis nõ mei hæc grã, ſed Dei uos oĩa factitare.

CVM METV & tremore ueſtrã ſalutẽ operamini.) Non enim ut mihi conducã uos hortor præcorq́;, ut ita uiuatis, ſed ut ea quæ ad ueſtrã ſalutem faciunt, operemini. Cum timore tamen & tremore. Tremore uero adiecit, ut metus exprimat magnitudinem quo ſit operandũ. Nam dempta formidine, nil recte peragi poteſt. Verum quo pacto hic cõparabitur timor? Si Chriſtum intellexerimus ubiq́; adeſſe, exaudireq́; oĩa, & cuncta proſpicere. Nec ſolum quæ geſta ſunt uel geruntur, ſed etiã quæ mente & cogitatione concepimus. Seruite, inquit, domino in timore, & exultate illi in tremore. Sit in ueſtra inquit, quod recte agitis, reconditum conſcientia.

DEVS EST enim, qui operatur in uobis & uelle, & perficere.) Cum dixiſſet timore & tremore, nunc inquit nihil propterea uobis uerendum eſt. Neque enim ut deſperetis hæc intuli, ſed ut ſitis cautiores. Si enim caueritis, & ſolertiores uos præſtiteritis, Deus omnia peraget. Ipſe eſt enim, qui ad eiuſmodi uoluntatem & promptiores facit, ut bona uelimus, & animi eiuſmodi promptitudinem ad finem deducit. Operatur autem Deus in uobis & uolũtatem, hoc eſt, ſuggerit uobis, ut quæ bona ſint cupiatis, & ueſtram hanc optimã augebit cupidinem, incendetque ut fiat feruentior. Vel aliter. Cum ueſtra ſit Deus cœpta terminaturus, uos uero ad ea animũ intendatis, quæ finem iam nacta eſſe perſpicimus, Propterea uoluntatem dicit

Apoſtolus

Apoſtolus a Deo hanc ſuggeri. Exempli gratia. Induxeras, ipſe in animũ, quod cœperas exequi. Si finis opus hoc tuum ſubſequatur occeptum, eris promptior, ut illud perficias. Sin minus, uel ea ſaltem quæ te inceſſerat quidpiã operandi libido torpebit, deniq; & abſcedat. Cum itaq; cõſtet in Deo eſſe hunc finem, qui uelle hoc noſtrum incendat, merito dicit in Dei eſſe operationem eiuſmodi poteſtate ſitam. Vel quia ſic cupiat Paulus, uoluntatem hanc illis a Deo Dicit ſuppeditari. Quemamodũ & officia, & recte facta, dona appellat. Non liberum nobis arbitriũ demens, ſed uolens ut gratiæ Deo per nos ſemper agantur, & illi uniuerſa cõmitti. Attende uel hunc dicendi modũ in uobis dixit, cũ timore & tremore ſalutem opantibus. Nam in iſtiuſmodi Deus hominibus omnia operatur, qui uoluntate ad bonum ducuntur.

Paulus non tollit liberum arbitrium.

PRO BONA uoluntate.) Hoc eſt, ut adimpleatur in uobis quod Deo ſit placitum. Id enim illi optime placet, ut talem uitam degamus, quæ ſibi ſit placita. Quocirca uel ex hoc poteſtis confidere. Eſt enim Deus ad recte uiuendum uobis opem laturus, etſi nullius rei alterius gratia, ob id ſaltem, quia ſic uelit.

OMNIA AVtem facite ſine murmuratiõibus, & hæſitationibus.) Cum nequeat ſtatim criminator ille quæ recta ſunt facientem interpellare, uel deſperationẽ ſuggerit, uel inſolentiã. Sin minus, uel querulitatem, uel diffidentiam, uel de fide ut ambigat quis ſuggeſturus eſt. Et quoniam acerrime Philippen. tentationibus uexabãtur, & periculis erant cõtinuo agitati, ita ut pleriq; præcipites in murmurationis barathrũ, & blaſphemiæ agerentur. Sine murmurationibus inquit omnia facite. Qui enim obmurmurat, ingratus eſſe & maledicus arguetur. Hæſitationes autem diuerſarum rerum ſecretionem dicit, & ambiguitatem. Quemadmodũ cum iuſſa proponuntur & præmia. Exempli gratia. Si illud egero, mercedem ſum habiturus, expediet ergo ut ea agamus. Non itaq; erit in his hæſitandum quominus agantur, ſed fidenter exequi omnia oportebit, ſiue labor ſit impendendus, ſiue ſudores fundendi. Nihil erit in his peragendis quoq̃ pacto per nos hæſitandum.

VT SITIS ſine querela, & ſimplices.) Hoc eſt, irreprehenſibiles & ĩmaculati. Nõ enĩ exigua labes hæſitatio. Nec cruciatũ dicit, ut ad Corinthios ſcribit murmurationibus reſeruari, q̃a ut liberos hos, nõ ut ſeruos alloquit̃. Audi ergo et q̃ ſubſequunt̃.

FILII DEI ſine reprehenſione.) Serui eſt ingrati obmurmurandi id uitiũ. Fieri enĩ qui poteſt, ut quærulus ſit, qui paternis & ſuis rebus inſudet & ſtudeat filius?

Ingrati eſt murmurare.

IN MEDIO generationis prauæ & peruerſæ.) Noui, inquit, eſſe pleroſq;, qui uos impugnent, & ad querimonias cogant. At illud ingentis eſt laudis, cum uel per citus quiſpiam nil conqueritur.

INTER QVOS lucetis ſicut luminaria in mundo uerbũ uitæ continentes.) Vt enim faces in tenebris ſplendent, ſic ipſi eſtis inter obliquos & tortuoſos. Quippe qui & erecti conſiſtitis, & luci ſtudetis. Sermonem aũt uitæ habentes, hoc eſt, uitæ ſemen adepti iam eſtis. Vel quia quemadmodũ faces collucent, & quaſi ſui fulgoris fomento uitam corporibus reddunt, ſic uobis omni ſtudio eſt enitendum, ut uirtutis loco hominibus ſitis, quæ uitam de ſe poſſit præſtare.

AD VITAM meam in die Chriſti.) Tanti ſit, inquit, ueſtra hæc uirtus, ut nõ ſolum uos traducere poſſit ad uitam, ſed & me clariorem efficere in Chriſti aduentu.

QVIA NON in uacuum cucurri, neq; in uacuum laboraui.) Id enim mihi ad gloriam cedet, q; tales uos & tam breui erudiendo reddiderim, ut haud fruſtra mihi in uobis inſumptus ſit labor.

NAM ET SI immolor, ſupra ſacrificium & obſequiũ fidei ueſtræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis.) Et ſi moriar, inquit, mortem enim immolationem appellat, immolor nanq; ſupra ſacrificium & obſequiũ fidei ueſtræ. Hoc eſt, cum antea uos in ſacrificium Deo & obſequium obtuliſſem, & fideles effecerim, nequaq̃ ut mortuus mœrore conficior, ſed lætor equidem & uobiſcum una afficior gaudio Gaudeo quidem quia offeror immolandus, gratulor uero quia fidem ueſtram non

Mortem Paulus appellat immolationem.

ſecus ac ſa-

ſecus ac ſacrificium aliquod Deo ipſe obtulerim.

IDIPSVM aũt & uos gaudete.) Id ſcilicet quia eſtis ꝑ me hunc in modũ oblati.

ET CONGRATulamini mihi.) Quia cum ſim immolandus, incredibili iocunditate afficior.

SPERO AVTEM in domino IESV Timotheũ me cito mittere ad uos, ut & ego bono anĩo ſim, cognitis quæ circa uos ſunt.) Quemadmodũ & reliqua ſolet, ſic Timothei Apoſtolatum Chriſto demandat. Confido enim inquit in dño, ut quemadmodũ ex meis his literis perdidiciſtis, quæ mecũ gerantur, utq; prouectũ ſit Euangelium Chriſti, & aduerſariorũ facta omnia contra eorũ opinionem proceſſerint, ſic ipſe bono animo ſim futurus, cõſolariq; uos in poſterũ queam, cum certior fuerim per Timotheum ad me redeuntem effectus, quemadmodum & uobiſcum agatur.

Timothei Apoſtolatus.

NEMINEM enim habeo tam unanimem, qui ſyncera affectione pro uobis ſollicitus ſit.) Poterã, inquit, uel alium quempiã ad uos ipſe trãſmittere, ſed nullus erat ut iſte mihi unanimis. Hoc eſt, anĩo meo conformis, qui parem curã ueſtris in rebus nõ ſecus ac ipſe ego præſtaret. Qui ſyncere, hoc eſt paterno more, ueſtra curaret. Aduerte q̃ diligenter hic proſpiceret Philippenſibus, quãdoquidem ſi ei nõ ad illos cõcedere licuiſſet, alios trãſmittebat, ne ullo tempore uacarent qui ad fidem erudirent.

OMNES ENIM quæ ſua ſunt quærunt, nõ quæ IESV CHRISTI.) Hoc eſt, propriam quietem conquirunt & otium ſinguli, & in tuto ut ſint. Nemo enim alius tantũ itineris ſuſcepiſſet. Hæc autem inquit, ut Timotheum ipſum collaudet, caſtigetq; audientes ne otia quærant. Nam qui eiuſmodi appetunt, nequaq̃ quæ Chriſti ſunt quærunt. Prohdolor quam longo a Chriſto interuallo diſtamus, qui eius gratia nil niſi quod gratum ſit & oblectet, ducimus tolerandum.

EXPERIMENtum autem eius cognoſcite, quia ſicut patri filius mecũ ſeruiuit in Euangelium.) Vtar, inquit, & uobis hac in re teſtibus, ut ille mihi tanquam parenti operam ſuam præſtiterit. Nec ſolum in his quæ corporis ſunt, miniſterium præbuit, ſed etiam in Euangelio prædicando. Is itaq;, ſiue quia ut filius mihi ſeruiuit, ſiue quia ſit Dei miniſter, merito eſt honore dignandus. Hunc in modum apud Philippenſes commendatiorem hunc facit. Neq; adeo ob Timothei profectum gaudet Paulus, quam illis congratulatur, quia ex huius ſermone plurimũ ſint profecturi, ſi modo paruerint, & maiora ſint præmia habituri.

HVNC IGItur ſpero me mittere ad uos, mox ut uidero q̃ circa me ſunt.) Vt uidero inquit, quẽ finem ſint quæ mecũ agunt deniq; habitura, ſtatim hũc ad uos mittã.

CONFIDO aũt in domino, quoniã & ipſe ueniã ad uos.) Non eni, inquit, quod me ad uos uenturũ deſperam, Timotheũ nunc mitto, ſed (ut antea dixi) ut reſciſcam quemadmodũ uobiſcum agatur, & ita iocunditate afficiar. Aduerte aũt ut ſuum acceſſum Deo ſemper ꝑmittat. Inquit eni. Confido in dño, hoc eſt, ſi dominus uolet.

Epaphroditus

NECESSARIVM aũt exiſtimaui Epaphroditũ fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meũ.) Laudibus Epaphroditum dimittens proſequitur, ſicuti & Timotheum proſecutus eſt. Ratione, ut dictum eſt, non abſimili, cooperatori præſtat cõmilito. Cooperator eni & operã aliquis præſtat, in rebus tamen nullius diſcriminis. Commilito uero in admodum periculoſis, & in quibus de uita agitur & ſalute.

VESTRVM AVtem Apoſtolum & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad uos.) Hoc eſt, eum quem ad me tranſmiſiſtis, uobis dono & remitto. Per hunc enim Epaphroditum tranſmiſerant Philippenſes Paulo neceſſaria. Veſtrum Apoſtolum, inſtructorem dicit & magiſtrum.

QVONIAM quidem omnes uos deſyderabat uidere, & mœſtus erat propterea quod & audieratis illum infirmatum morti proximũ.) Cum ueſtram ille in ſe charitatem pernoſceret, quia mœrore eſtis ob ægritudinem eius affecti, cupiebat uos uiſere, ut triſtitia liberaret, quã ab eius ualetudine cõceperatis. Excuſat præterea, & cauſam affert, cur longo poſt tpis interuallo, ad eos dimittat Apoſtolus, perindeaç ſi dicat. Non

ſi dicat. Non factum negligenter. Nam Timotheum qui compar mihi animo eſt, ad id temporis apud me ipſe detinui. Epaphroditus uero morbo correptus eſt, & ideo ſe nõ antea ad uos contulit. Fuit enim eius longior ægritudo, & morti propinquior.

SED DEVS miſertus eſt eius.) Heus tu o Manichæe, quidnam ad hæc reſpõdebis. Si enĩ mundus nequior eſt, & prauũ eſſe quicquid in eo uiuitur, & ſentis & aſſeris, quo nunc pacto Apoſtolus Dei miſeratione͂ appellat, fuiſſe Epaphrodito permiſſum, quatenus adhuc uita hac potiretur? Nihil habent profecto ad hoc quod reſpondere poſſint hæretici. Quærant pterea & Chriſtiani, ſi bonũ eſt diſſolui & eſſe cũ Chriſto, cum miſericordiã dei eſſe hanc uitã dicat Apoſtolus, num quia Epaphroditus alios edoceret, & multas eſſe Deo animas allaturus, ſi pluſculũ ſuperfuiſſet? Quod ſane magis eſt neceſſariũ, quam ſolui hoc corporis nexu, & cũ Chriſto uerſari, ut dictum eſt ſupra. Vel pleraq; Paulus ad cõmunem audientiũ gratiam loquitur & nõ ubiq;, quod uerius eſt, Philoſophatur. Erat nempe illi ad hoies uitæ huic dedi tos ſermo, qui & mortem adhuc formidarent, alioqui & bona eſt præſens hæc uita. Nam quo alias pacto cruciatus loco, mortes reponit immaturas? Inquit enĩ propterea infirmi inter uos ſunt, & dormiunt multi. Neq; enim uita futura huic dicitur bonitate præſtare, quod nihil in ſe hęc habeat bonitatis, ſed bonę præfertur, ut potior.

Manichæus.

Paulus attemperat ſe audientibus.

NON SOLVM autem eius, ſed etiam mei.) Attende quemadmodum uel ob id etiam ueneratione dignum reddat Epaphroditum, ſiquidem hunc ex ægritudine cõualuiſſe pro collato in ſe beneficio dicat, ita ut tanq̃ miſericordia ſit ipſe dignatus.

NE TRISTItiam ſuper triſtitiã haberem.) Hoc eſt, ne triſtitiam, quam ex Epaphroditi nõ æqua conceperam ualitudine ſi mortem obiret, & aliam compararem.

FESTINANtius ergo miſi illum, ut uiſo eo, iterum gaudeatis.) Hoc eſt, nil diſtuli, quin hunc deſtinarem, ut eius conſpectu a uobis mœror omnis abſcederet, & maiori lætitia cum ex inſperato rediret afficeremini.

ET EGO SINE triſtitia ſim.) Sic enĩ & ipſe ero mœſtitia ſubleuatus, lætabor q; maxime, cum uos eritis lætiores. Neq; enim uobis mœrentibus, expers ipſe mœroris fuiſſem. Nam quis infirmatur, & ego non infirmor?

EXCIPITE itaq; illum cum omni gaudio in domino.) Hoc eſt, ſecundum Deum admittite, & ut illi eſt placitum, & quemadmodũ ſanctos decet. Hæc autem Paulus inquit, ut Philippenſibus magis cõducat, quandoquide͂ maius ſit beneficia conferenti q̃ accipienti propoſitum lucrum.

ET EIVSMODI cum honore habetote.) Ne uideatur huic & uni honorem nũc impartiri, cõmonefacit ut cum eo & reliquos, qui pari fuerint uirtute ornati, & uenerentur & proſequantur honoribus.

QVONIAM propter opus Chriſti uſq; ad mortem acceſſit, tradens animã ſuã.) Epaphroditum hunc miſerant ad Paulũ Philippenſes, ut illi neceſſaria deportaret. is itaq; Romæ Paulũ comperit in diſcrimine ſummo reſeruari, unde & periculum ſibi impendebat nón mediocre Paulum adeunti. Vtpote cui eſſet Imperator infenſus. Is itaq; his periculis omnibus paruifactis, Paulũ conueniebat & illi ad uitæ neceſſitate͂ omnia ſuppeditabat, quod ſane nunc dicit. Aduerte autem quemadmodũ non mei gratia, ſed ob Dei opus hunc dicat morti ſe obieciſſe. Neq; enĩ per eum ſtetit, quin morti ſuccumberet, ſed Dei diſpenſatione effectum eſt, ne hac uita defungeretur.

Epaphroditus

VT IMPLEret id quod ex uobis deerat erga meum obſequiũ.) Vos inquit nequaq̃ Romæ nunc eſtis, ut uel corpore miniſtrãdi mihi officiũ præſtetis, tametſi neceſſaria trãſmiſiſtis. In hoc itaq;, et ſi uos defuiſtis, ut ueſtris manibus mihi trãſmiſſa porrigeretis, Epaphroditus ueſtrã uicem miniſtrãdo ſuppleuit. Aequũ eſt igitur, ut plurimũ a me beneuolentiæ uendicet, ut qui mihi p uos deſtinata & detulerit, & miniſtrarit. Aduerte aũt quemadmodũ rem ipſam obſequiũ nuncupet, ut oſtendat qui per quietem & otiũ uitã hanc tranſigunt, opem debere periclitantibus ferre. Et qui minus id egerit, priuari hoc officij genere, nec ſecus q̃ ſi publicis deeſſet muneribus.

DE CAETERO

CAP. III. DE CAETERO FRATRES MEI GAVDETE in domino.) Quoniã in mœrore hi erant, quia nondum de Paulo quicq̃ reſciſſent, & ignorarent, quemadmodũ prædicatio ipſa proueheretur, neq; ut ſe Epaphroditus ex ualetudine haberet, auditu quidpiam percepiſſent, ſoluit hæc Paulus, & eos moleſtia liberat, cum Euangeliũ prouehi dicit, & ſe uenturum affirmat, & Epaphroditũ inſuper ad ſe remiſiſſe. Inquit itaq; Gaudete. Nulla nanq; offertur occaſio, ut ueſtrũ hoc gaudium poſſit intercipi. Atqui Galatas filios appellauit, quia emendatiõe indigebant. Hos fratres, quia honorifice ad eos hæc & leniter diſſerit. Recte aũt dixit in domino. Nam in huius ſæculi rebus nullum eſt gaudiũ, ſed preſſuræ ac mala quę pro domino toleramus, plurimũ lætitiæ afferunt, uel eo uobis eſt gaudendũ, quia dñs factu facilia cunctis iniunxit.

Iudæos canes uocat. EADEM VObis ſcribere, mihi quidem non pigrum, uobis autem neceſſarium.) Poſtquam laudes plurimas in eos congeſſit, mox & commonefacit ne a principio grauis & moleſtus appareat.

VIDETE CAnes.) Erant ex Iudæis nõnulli, qui ſe Chriſtianos mentientes, ſub ea ſimulatione Euangelium prædicabant, & Iudaica interſerebant nõnulla. Et quoniam facile internoſci non poterant. Propterea uidete inquit, hoc eſt cauete, ne lateant iſtiuſmodi. Canes enim gentiles dicebantur, nunc Iudæi, ut petulantes & mordaces, & ueritatis lucem impudentius oblatrantes.

VIDETE MAlos operarios.) Hoc loco abſtinet filios nuncupare. Canũ enim pleriq; dominorum inhiant menſæ, alij domos cuſtodiunt, hi uero & ſi operantur, in prauis tamen & turpibus operam ſuam impendunt, auelluntq; & diſſipant, quæ diutius ſunt bene plantata.

VIDETE CONciſionem.) Hoc eſt, qui circunciſi ſunt. Olim nãq; magni apud Iudæos circunciſio iſta fiebat, & in honore erat non mediocri. Quandoquidem ob *Sabbatum per circunciſionẽ ſoluebatur.* hanc uel ſabbatum ſoluebatur. Nunc uero cum fruſtra ſit & inanis iam reddita, nil aliud præfert q̃ conciſionem hanc ipſam. Non enim legitima eſt circunciſio, ſed caro præciditur tantum. Vel quia Eccleſiam canes illi tentabant ut circunciderẽt.

NOS ENIM ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo.) Si conquirenda, inquit, eſt circunciſio, in nobis hanc certe cõperietis, qui ſpiritu, hoc eſt qui mente tota & anĩo Deo ſeruimus. Nam qui animã circunciderit, hoc eſt uitia ex anĩo demet, hic profecto nobile admodũ circuncidendi nactus eſt genus. Et eo magis, quo animus eſt corpore potior. Neq; enim dixit in nobis eſt circunciſio, ſed nos circunciſi ſumus. Circunciſio enim ornata uirtutibus, uere hominem præfert. *Vera circunciſio.*

ET GLORIAmur in CHRISTO IESV non in carne fiduciam habemus.) Quid inquit, utrum horum eſt ſatius, in Chriſto nos gloriari, qui corda noſtra hæc circuncidit, & ad filiorum Dei ingenuitatem per lauacrum ipſum deducit, an in carne iactari, hoc eſt quia circunciſi ſint ſuperbire?

Paulus etiã ex circunciſis. QVANQVAM & ego habeam confidentiã in carne.) Si eſſem, inquit, ex gentibus oriundus, iure forſitan quiſpiã diceret circunciſionem hanc me improbare, ut qui Iudaica caream. Nunc uero hanc ipſe ſum nactus, q̃ uel gloriam dicitis, uel in carne fiduciam. Quo fit, ut nequaq̃ ipſe ſim ueſtra hac apparenti nobilitate priuatus. Alioqui ipſius gratia ueritatis, circũciſionem huiuſmodi & cõdemno & improbo.

SI QVIS alius uidetur confidere in carne, ego magis.) Aduerte autem Pauli prudentiam. Vt minus ſint quæ dicit moleſta neminem nomine patefacit, ſed cũ inquit. Si quis uidetur alius, oſtendit alios ſe ut hæc diceret, compuliſſe. Vel quia nequaquam cæteri tantam eſſent, quantam ipſe in carne fiduciam aſſecuti. Vel quia circunciſionis confidentia nihil in ſe ueri haberet, ſed appareret duntaxat.

CIRCVNCIſus octaua die.) Quod maxime animo inerat, circunciſionem propoſuit. Die uero octaua cum inquit, arguit nequaquam ſe proſelytum fuiſſe.

Proſelytum id eſt, aduenam. EX GENERE Iſrael.) Hoc eſt, neq; ex proſelytis progenitoribus, ſed Iſraelitis e quibus originem duco.

TRIBV BE-

TRIBV Beniamin.) Hoc eſt ea ex tribu, quæ cæteris eſſet teſtatior. Quippe cuius ex ſorte ſacerdotes conſtituuntur.

Tribus Beniamin cæteris teſtatior.

HEBRAEVS ex hebræis.) Superius dixerat ex probatioribus Iudæis ſum ego. Poteſt nãq; cõcedi ex Iſraelitico genere quempiã eſſe, nec tñ ex hebræis hebræũ. Hebræi nãq; eſſe deſierũt pleriq;, qui cũ præ frequentiori cũ gentilibus habita aſſuetudine redditi ſunt hebraicæ fere linguæ ignari, ita ut nec ſatis ſcripturas ipas callerent. Ipſe inquit, hebræus ſum, hoc eſt & formam ſeruo & ingenuitatem, unde ſic infert.

SECVNDVM legem Phariſæus.) Cum inuitus hæc cuncta narraret, ut circuncíſus uidelicet ſit, & genere Iſraelita. & iſtiuſmodi reliqua, nunc ultro quæ optime geſſerit explicat, dicens. Secundũ legem Phariſæus, hoc eſt, in legis diſciplina. Erat enĩ apud Iudæos Phariſæorum ſecta omnium probatiſſima.

Phariſæorum ſecta probatiſſima.

SECVNDVM æmulationem proſequens eccleſiam Dei.) Cum eſſent & Phariſæi non admodũ legis æmulatores, quippe qui ad oſtentationem pleraq; factitabant tantope inquit legis zelo urgebar, & adeo uehementi, ut Chriſti eccleſiã inſectarer.

Phariſæi.

SECVNDVM iuſtitiam quæ in lege eſt, conuerſatus ſine quærela.) Erant enim pleriq; qui eiuſmodi zelo, non pro lege tutanda & maiorum traditionibus obſeruãdis, ſed principatus uel gloriæ gratia ducerentur. Idcirco Paulus inquit, quia cũ culpa uacem, nec ſim ſecundum legis iuſtitiam incuſandus, qui fieri poteſt, ut humanæ potius rei cuiuſpiam gratia, non Dei zelo eccleſiam ſim perſecutus?

SED QVAE mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ detrimenta Veruntñ exiſtimo omnia detrimentũ eſſe, propter eminentem ſcientiã IESV CHRISTI domini mei.) Hoc loco proſiliunt, qui legem criminanĩ hæretici, dicuntq;, Ecce & Paulus legem damnoſam ducit. Quippe quam detrimentũ appellat & purgamenta. Quo ergo pacto credetur a Deo fuiſſe hæc promulgata? Primũ equidem dixerim agendas Deo gratias fore, quod ſpiritus ſit diſpenſatiõe effectũ, ut hi legis uerba nõ ſecus acciperent, ac ad eorũ facerent utilitatem & propriã ſententiam cederent. Quod ſi ita non eſſet, obliteraſſent iam illa ut talia pleraq; deleuerunt. Proinde aduerte nequaq̃ ſimpliciter intuliſſe detrimentoſam eſſe hanc legem, ſed arbitratus ſum detrimentũ hanc eſſe, perinde ac ſi dicat. Nihil hæc habet in ſe detrimenti, quippe quæ ad Chriſtũ ſit præuia, ſi recte ſit cognita. Verum & ſi ante hac ipſe legis huiuſce nõ æquiorem fuiſſem & ueram cognitionem adeptus, mox ut ueritatem percepĩ ad Chriſtũ conceſſi. Viſa deinde mihi lex eſt quandiu hanc praua interpretatione ſectabar, iacturæ fuiſſe & damno. Quia Chriſtum interea nõ adierim. Eſt nanq; ſuapte natura lex ipſa lucrum, ſi recte hanc fueris interpretatus. Aduerte autem, quemadmodũ nequaq̃ dixerit quam ipſe lucrum exiſtimo, ſed quæ erat in lucrum. Enim uero plurimũ nobis lex ipſa cõducit, utpote quæ feritate homines liberet, & ad pietatem inſtituat, et perinde ac ſcalæ nobis eſt loco, quæ ad uitam traducat. Vt itaq; qui per ſcalam inſcendit, nõ hanc aſpernatur, quinpotius gratias agit quod eam ad ſcandendũ ſit nactus. Nam ſi hęc defuiſſet nequaquã illi quo primũ intenderat, patuiſſet aſcenſus. Ita & lex cum eſſet lucroſa, nunc ipſi damnoſam exiſtimamus. Non quod damnũ aliquod inferat, ſed quia hanc propria gratia ſuperet magnitudine. Vt enim qui argentum inuenerit, ſi aurum deinceps occurrat, nec retinere utrunq; liceat, pro detrimento mox duxerit argentum ſeruare, quin ſtatim aurũ capiet. Sic etiam pro detrimento lex ipſa habetur, ſi uos a Chriſto ſubtraxerit. Quod ſi ad Chriſtum deducet, nihil offutura eſt, quin magis iuuabit. Nec olim, inquit, diſpendiũ legem exiſtimaui, ſed etiam in præſenti idem ſentio. Cur illud? Quia gratia ipſa longe plurimũ legem excedit. Vides quemadmodũ legem cum gratia comparauerit. Fit autem cõparatio in ſimilibus genere, & quod præſtiterit, nõ ſui ab ſimili præſtet. Quo fit, ut lex ſcientia ſit, ſed inferior longe Chriſti cognitiõe. Quinetiam & lucerna lucem præbebit, haud tamen eiuſmodi ſolis eſt ſplendor, & pro luce tamen habetur.

Gratia legem ſuperat.

PROPTER quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam

lucrifaciam.) Propter Chriſtũ, inquit, detrimentũ ſum ipſe perpeſſus. Hoc eſt, fa-
cturæ fore mihi reliqua oĩa exiſtimaui. Vel quia uniuerſa ob Chriſtũ amiſerim. Vi-
des quemadmodũ nihil natura lex ĩpa afferat, niſi Chriſti ob gratiã, detrimenti. Nõ
dum tamen perſpicuũ fecit, cuius rei gratia omniũ iacturam hic fecerit, ni forte bo-
norũ fortunæ & ſæculi huius dixerimus. Quod ſi de lege hæc illum dixiſſe intelligi
mus, neq; hoc pacto iniuria legi infert. Atqui paleæ frumenti ſunt purgamenta, quę
& frumentũ tutãtur & illi afferunt firmitatem. His demptis, nec triticum ipm̃ conſta
bit. Quo enĩ modo ſine ſtipula uel calamo illud cõſiſtet, alioqui emergente frumen

Lex inutilis emergẽte gratia.

to & lecto, reſident inutiles paleæ. Sic gratiã lex ipſa & obfirmat & facit teſtatiorem
Verum tñ cũ gratia apparebit, nequaq̃ amplius erit legis huiuſce ſcriptis manendũ.

ET INVENIAR in illo nõ habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ
ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia.) Ne habeam, inquit, meam iuſtitiam,
quæ ex legis operibus cõparetur, perinde ac ex his fuerim iuſtitiam hanc ipſam ade
ptus. Neq; enim ex operibus iuſtitia ulla proficiſcitur, quia neq; ex his conflari hęc
poteſt, ſed per Chriſti fidem iuſtitiam adipiſcar, quæ ex Deo eſt. Hoc eſt Diuinum
munus, per gratiam iuſtos credentes efficiens. Si enim, inquit, corde credideris, &
ore quod creditum per te eſt profiteberis, ſaluus fies. Dona autem illa Diuina lon-
go interuallo cæterorum utilitatem officiorum excedunt, quæ hominum ſtudio cõ-
parantur, ut triticum detrimenta illa & paleas ſuperat.

IN FIDE AD cognoſcendũ illum & uirtutem reſurrectionis eius.) Ergo per fi
dem erit & Dei cognitio. Qui enĩ poteſt mens ulla hũana uel cogitatio reſurrectio-
nem illã complecti? Profecto nulla. Quinpotius fides uel ſola hãc contemplabitur.

Natiuitas Chriſti excellentior eius reſurrectione.

Si reſurrectio igiť fide percipitur, quo nã pacto, quod maius eſt, natiuitas ipſa pote
rit cogitatione cõprehendi? Verum ſi quæras quõ hæc præſtantior ſit, ſic reſponde
bo. Quia multa extiterãt reſurrectionis argumenta & ſigna. Nã uel ante Chriſti re-
ſurrectionẽ fuere pleriq; a mortuis excitati, ex uirgine uero præter Chriſtũ alius ne
mo ꝓgenitus eſt. Eſt ergo ex fide Dei iuſtitia. Hoc eſt, illi innitiť & pro fundamento
hãc habet. Virtutem aũt dixit reſurrectionis, q̃a ingens reſurrectionis uis eſt. Quin
etiã hæc reſurrectio magnas uobis uires ſuppeditat, ut id iter & nos proſequamur.

ET SOCIETATEM paſſionis illius.) Perſecutiones, inquit, tolerando & preſſu
ras malorũ quæ perpeſſus eſt Chriſtus, participes & ipſi efficimur. Si igitur prorſus
diffideremus, haud quaq̃ nos eſſe cũ Chriſto cœleſti Imperio potituros, nunq̃ pro-
fecto tot ac tanta ſubiremus tormenta. Intelligas autem uelim illum præcipue pro
indubitato habere Chriſtũ reſurrexiſſe, qui eius gratia pœnas tolerat & cruciatus.

CONFIGVRATUS morti eius.) Hoc eſt, cõparatus. Nam quemadmodũ Chri
ſtus pro uobis mortalibus perpeſſus eſt mortem, ſic ipſe pro Chriſto uincula & car
cerem tulerim. Nam perſecutiones & mala quæ patior, mortis huiuſce præ ſe ferũt

Chriſtiani efficimur per paſſiones.

figuram. Vnde uel eiuſmodi paſſionibus Chriſtiani nos reddimur. Vides quanta
ſit in preſſurarum tolerantia dignitas.

SI QVOMODO occurrã ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis.) Quid igitur
o Paule, ſi nihil pœnarum tuliſſes, nõne tibi reſurgendum fuiſſet? Velim equidem
reſurrectionem hoc loco eã intelligas, quæ & cum gloria ſit futura, & in aerem ſub
leuet. Sunt nanq; omnes reſurrecturi, haud tamen in nube omnes ſubleuabuntur,
ſed in terris iudicis aduentũ opperientur. Sancti uero tollentur in aera, obuiam do-
mino proceſſuri. Intelliges autem ex rerum conſequentia, quod geſtum eſt. Mortu

Reſurrectionis modus.

us, inquit, eſt Chriſtus, & ipſe morior. Reſurrexit ille ſumma cum gloria, ſtudeo &
ipſe & maxime nitor ut reſurrectionem hanc cõſequar glorioſam. Attende uiri hu
ius modeſtiam, qui cum tam optime multa geſſiſſet, fuiſſetq; ſupra cœlos ſublatus,
quaſi reſurrectione hac indignum ſe iudicat, ſi quomodo inquit occurram. Non-
dum enim ait confido, tanta huic humilitas inerat, quod & alibi dixit. Qui credit ſe
ſtare, uideat ne cadat, & ne forte aliĳs prædicans, ipſe reprobus efficiar.

NON QVOD

NON QVOD iam acceperim, aut iam perfectus ſim.) Dixerā ſi quomodo occurram, id ipſum itaq; affirmās, ſic inquit. Eo nanq; ſubdubius ſum, utrū ſim occurſurus, quia nondū acceperim brauium, nec finem adhuc ſim optatū adeptus.

Brauium.

SEQVOR AVTem ſi & comprehendam, in quo & comprehenſus ſum a CHRISTO IESV.) Adhuc, inquit, in agone ſum & decreto, adhuc inquam inſector, ſi liceat forſitan mihi & brauium & finem comprehendere. Moxq; arguens ex debito ſe id agere, infert huiuſmodi. Quoniam & a Chriſto comprehenſus ſum. Hoc eſt, ipſum me, qui olim ex numero perditorū exiſterem, & eorum quibus fuiſſet ſalutis ſpes omnis ſublata, inſectatus eſt Chriſtus, comprehenditq; ſe fugientem, & retraxit. Obſtringor itaq; & ipſe tam diu hunc perſequi quo ad comprehenſum detineam. Significantius autem ſequor dixit. Nam qui aliuin inſectat̃, vel chariora quæq; præteriens, nil aliud ſtudet quā eum præſentare, cuius gr̃a iter accelerat. Debemus igit̃ omni niſu, & ſine interpellatione ulla, ad Chriſtum contendere.

FRATRES EGO me non arbitror comprehendiſſe.) Poſtquam plurimū Philippenſes collaudauit, nunc compreſſurus quam de ſe præſumpſerant forte opinionem, ſic inquit. Ipſe equidem, quē tanti facitis & veſter inſtructor ſum, nequaquam exiſtimo omnem mihi comparaſſe virtutem. Quærat aliquis cur alibi inquiat curſum conſummaui? Id ſane de eius fine ac morte prædixit.

VNVM AVTem, quæ qdem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum.) Vnū, inquit, nūc molior, & circa unicū illud enitor, ut ſemper proficiā. Præteritarū vero virtutū nil reminiſcor, nec memoria repeto benefacta, retrorſumq; & poſt tergū illa relinquo, ita ut nullā de cætero habeam recte factorū recordatiōem. Sic eñ perſequor quæ ante me ſunt, ut ſemper exiſtimem hæc mihi ad perfectionem deeſſe. Et quouſq; tandem cepta peregero, a curſu nunquā deſiſtam. Extendens aūt, hoc eſt, priuſquā ipſe comprehendam, manibus tenere quod cupio, ſtudeo. Solent nanq; & qui curſu contēdunt, eos qui multa pernicitate mox prouehunt̃, a medio curriculo ſic intercipere, ut ꝓni & manibus ꝓtentis retrahant q̃s curſu nequeũt præterire. Quod utiq; ex ſumma quadā fit progrediendi cupiditate.

Paulus ſemper procedens in uirtute nec retro aſpiciens.

AD DESTINAtum perſequor ad brauiū ſuperne vocationis Dei in CHRISTO IESV.) Haud quaquā, inquit, temere curro, ſed ad metā curſum intendo. Verum quā metam vel brauiū dicit? Vocationis certe ſupernæ palmā, incorruptibilis ſcilicet & cœleſtis. Eſt nanq; in terris certamen propoſitū, cuius in præmiū cœleſtis corona ſeruat̃. Solent nanq; & ſæculi huius imperatores certatores hmōi maioribus quibuſdam honoribus ꝓſequi. Quippe q̃s de loco ſuperiori voce preconis adſcitos coronant. Vt aūt Chriſti ope fieri uniuerſa demonſtret, ſine qua nec perfici curſus queat, in CHRISTO IESV inquit. Id eſt, eius opitulatione & adiumento.

Cert men Pauli.

QVICVNQVE ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus.) Quid illud? Vt præterita ſcilicet obliuioni mandemus. Decet nanq; qui ſit perfectionem adeptus, imperfectū ſe ducere. Hæc eñ eſt vera illa perfectio, quæ ſibi minus confidit.

ET SI QVID aliud ſapitis & hoc vobis Deus reuelabit.) Hoc loco certiores hos reddit, Deū cunctis opitulari. Perinde ac ſi dicat, & ſi putabitis recte omnia per egiſſe, vobis tamen vel neſcijs patefaciet Deus quod fieri oporteat. Hæc autem de vitæ perfectione ſunt dicta, ac ne arbitremur perfectos nos eſſe.

VERVNTAMEN ad quod peruenimus, ut idem ſapiamus & in eadem permaneamus regula.) Interea, inquit, quod ipſi perfecimus, teneamus. Concordiam ſcilicet vel pacem, vel iſtiuſmodi aliquid. Et in eadem regula permaneamus, hoc eſt, Fide eadem, & hiſdem terminis ambulemus. Et quemadmodum nec adijcit quidpiam nec adimit regula, ita & vos Spiritus iuſſa nil immutetis.

IMITATORES mei eſtote fratres & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formā noſtram.) Dixerat ſupra videte canes, abegitq; Philippenſes ab eis, nūc vero recta incedentibus copulat. Id eñ deſignat, cum inquit. Obſeruate, hoc eſt, vobis

proſpicite & veluti exẽplar aliquod vetus & formã hos ipſos qui recte incedunt, attendite, & eorũ ductu formamini. Vtcq; & me pro forma habetis, ita & illos uos obſeruate. Necq; eñ uerbis dũtaxat hos inſtruebat, ſed vitæ melioris, puectu ſeipſum formã Paulus exhibebat. Eſt quippe perfecta doctrina, factis exequi q̃d docemus.

MVLTI ENIM ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico.) Horum nullũ nomĩe patefacit, ne eos inceſſat, ſed ita iam indicat, ut poſſint facile internoſci cum ait, quos ſæpe dicebam. Nunc uero, quia propagatũ eſt malũ & paſſim diffuſum, necq; hos ſine lachrymis poſſum cõmemorare. Vides quanta ſit erga proximũ huius affectio. Non enim is ſua facinora deplorabat, quippe qui nihil cõmiſerat, ſed illos deflebat, qui per luxum & laſciuiam degerent vitam.

Crucis inimici qui.

INIMICOS Crucis Chriſti.) Erant nonnulli, qui Chriſtianos ſe ſimularẽt, per ociumcq; & quietẽ & luxum ducerent uitam, nihil Euangelio inſudantes. Hos utícq; Paulus Crucis inimicos appellat. Quippe quæ animam quærat quæ ſit ad mortem intẽtior, & ad obeunda pericula ſitibunda. Hi vero ſolutiores cum eſſent, uitam agebant a ſua longe alienam. Si enim Crucis deſiderio tenerentur, ſtuderent quidem & ipſi vitam ducere, Cruci hærentẽ, tormenticq; & amaritudinis plenam. Nil itacq; affici admiratione debemus, ſi hi qui dediti delicijs ſint, & vitæ præſentis ocio quietiori addicti, Crucis ſunt hoſtes & Chriſto infenſi.

Cultus uentris

QVORVM Deus uenter eſt.) Hunc enim ut Deum colunt, huic perpetuo obſequũtur, & faciunt ſatis, affatim ingerunt quod ille expoſcit. Hoc ingurgitato, prorumpunt in Venerem. De uentris hoc cultu, facit & alibi Apoſtolus mentionẽ, cum inquit. Edamus & bibamus, & cras moriemur.

ET GLORIA in confuſione eorum.) Nonnulli de circumciſione dixiſſe hæc Paulum aſſerunt, quam Iudæi gloriæ ducerẽt, cum ignominioſa res eſſet. Sed longe ſecus ſe habet. Nam iſtorum in delinquẽdo arguit pertinaciam, quos ſupra commemorauit. Eſſet enim inquit neceſſe, ut confuſione & verecundia afficerẽtur, qui prauis adſtricti ſunt facinoribus, hi vero contra gloriæ ducunt Peccata.

Venter quibus Deus ſit.

QVI TERRENA ſapiunt.) Hi quidem pro Deo uentrem ſunt nacti, qui ſpiritale nihil aut cœleſte meditantur.

NOSTRA AVTem cõuerſatio in cœlis eſt, unde etiam Saluatorẽ expectamus dominum noſtrum IESVM CHRISTVM.) Debemus itacq; quæ cœleſtia ſunt ſentire & ſapere, & ad noſtram ſuperiorẽ patriam illam contendere, ubi nobis eſt uerſari & viuere conſtitutum. Ibi nancq; & dominus noſter & imperator iam reſidet, unde eundẽ ad nos deſcenſurum paterna gloria & ſanctis Angelis comitantibus expectamus. Debet itacq; uobis & cœlum eſſe formidini, & Chriſti perſona.

Corpus idipſũ permanẽs trãſfigurabitur.

QVI REFORmabit corpus humilitatis noſtræ.) Multa nunc patitur corpus, conſtringitur nancq; & uapulat, & infinitis eſt malis obnoxium, & ideo humilitatis corpus hoc dicit. Nam & corruptioni ſubiectum eſt, & doloribus. Hoc tamẽ transfigurabitur, hoc eſt, idipſum permanens incorruptionẽ obducet.

Futura glorificatio corporis noſtri.

Aliâs Sed nunquid

CONFIGVRATVR corpori claritatis ſuæ.) Cum igitur corpus humanum perſimile ſit Chriſti corpori redditum (nam & æque patitur mala, & tolerat cruciatus) futurum eſt certe, ut illi & gloria fiat, & claritate conforme. ✶ Heu quit illius corporis fore corpus hoc noſtrum aſſimile, quem Angeli uenerentur adorentcq;, ad Patris dexteram aſſidentẽ, cuius & corpus gloria & claritate effulgeat, & adeo fore terreum hoc corpuſculum glorificandum, ut diuinum illud ſplendore & maieſtate exæquet? Ergo ſi orbis terrarum uniuerſus una defleret eos, qui tanta ex gloria dilabuntur & excidunt, haud dubie merito deploraret.

SECVNDVM operationẽ qua poſſit etiam ſubijcere ſibi omnia.) Quoniã rem ſane magnam hic protulit & multis pene incredibilem, ſic inquit. Nihil diffidas, habet nancq; Deus uirtutẽ, qua omnia operatur, & Angelos ſibi ſubiecit & dæmones. Cum itacq; maiora hæc fecerit, longe magis & id quod minoris eſt, faciet. Multi Deũ

hic dicunt

hic dicunt & Patrem ſibi, id eſt, Chriſto omnia ſubdidiſſe, quod tamen conſequens minus uidetur, cum nullam ſuperius de Patre fecerit mentionē. Rectius itaq; erit ut de Chriſto dictū intelligamus, ut qui pro diuinitatis potentia ſibi ſubiecit. Hoc eſt, corpori ſuo uniuerſa. Neq; enim uerendum eſt, ut Chriſtum ex uno multiplicem faciamus, quē & ſi in naturæ diuerſitate, unum tamē nouimus & tenemus.

ITAQVE FRATRES MEI CHAriſſimi & deſideratiſſimi, gaudium & corona mea, ſic ſtate in domino chariſſimi.) Itaq; & ſi hos debacchari perſpicitis, luxuiq; & gloriæ eſſe addictos, uobis tamē præſtandum eſt, ut ſtetis ſpe certiores, habituros nos tandē hanc corporum gloriam, neq; idcirco ullam in partē declinandum. Vide quā uarijs laudibus hos proſequat̄, nam & fratres appellat, & chariſſimos dicit, deſideratiſſimosq;. Hoc eſt, aliquando per me conquiſitos, inuētos demū & uiſos. Nec gaudio ſolum eſſe hos ſibi, ſed coronæ affirmat, qua nihil eſt glorioſius decertanti. Non enim, inquit, poſſum non iocunditate expleri, cum Fidem contēplor, & palmā proſpicio, quā ueſtri gratia ſum conſecutus. Nos itaq; priuſquam cōmonefaceret, laudauit, & cōmonefactis laudes ingeſſit, & alias. Tanti hos Paulus faciebat. CAP. IIII.

ERODIAM rogo, & ſyntichem deprecor idipſum ſapere in dn̄o, etiam rogo & te Germane cōpar adiuua illas.) Apparēt hæ mihi fœminæ tanq; primates in Philippenſiū eccleſia extitiſſe. Cōmendat aūt has miræ uirtutis uiro, qui harū alteri uel uir erat, uel frater. Forſitan etiā carceris erat hic cuſtos, quaſi id inquiat. Nūc uere Germanus eſt frater, nunc uirū te propriū & coniunctiſſimū geres, ſi in opere dn̄i & iugum pariter traxeris mulieribus hiſce opem ferens. Nōnulli uero errore ducti, uxorem dicunt Paulū adhortari, quod tamē longe eſt ſecus. Quippe quē neq; uxorē legimus habuiſſe. Et Germana coniunx dicere debuiſſet, ſi uxor illa fuiſſet. *Errare eos qui Paulo uxorem tribuunt.*

QVAE MECVM laborauerūt in Euangelio, cum Clemēte & cæteris auditoribus meis.) Non em̄, inquit, minores Euangelij partes tutandas hæ deſumpſere, tamet ſi eſſent multi qui ſe iuuarent, eoq; infert, & mecū laborant. Neq; em̄ parum hi opis Eccleſiæ tunc tēporis tulerant, honores inter ſe deferendo, & ſubleuando labores. Nunc uero heu, quā nos longe aliter gerimus, qui ad inuicē quod honoris eſt, quod famæ, ſubtrahimus, eoq; & a priſtina illa & optima ſumus Eccleſia alieni. *Longe à prima Eccleſia degeneraumus.*

QVORVM nomina ſunt in libro uitæ.) Vides quantū mulieribus hiſce ineſſe uirtutis teſtificetur, ut uel cœlo inſcribi dignatæ ſint, idipſum & Chriſtus in Euangelio dixit. Nomina ueſtra in cœlis ſunt ſcripta. Hoc eſt, ſcientia Dei & iudicio ſunt cœlo addicta. Contra uero qui minus crediderint, in libro mortis inſcripti ſunt. *Scripti in libro uitæ qui.*

GAVDETE IN domino ſemper.) Cur ergo dominus inquit, beati qui lugent? Quia idipſum iſtiuſmodi gaudium præfert, quod luctus. Nec gaudete ſimpliciter dixit, ſed in domino. Qui enim in domino manet, uel ſi torqueatur & laceretur, iocunditate ſemper afficitur. Reuertebantur enim inquit gaudentes a conſilio, quia digni ſunt habiti pro Chriſto contumeliam pati. *Gaudere in domino.*

ITERVM DICO gaudete.) Quia rerum ipſarum natura, id eſt, preſſurarum & tentationum grauior eſt, iteratione hac ut omnino gaudeant exhortatur.

MODESTIA ueſtra nota ſit oībus hoībus.) Tanquā id inquiat. Non ſolū erga hos, quos Crucis dixerā inimicos, acerbiores uos nequaq; præſtabitis, ſed benigne his uelim ut cæteris & modeſte utamini. Vel ſi infenſos uos habeant & auerſent̄.

DOMINVS prope eſt, nihil ſoliciti ſitis.) Quin potius commiſerari uos illos oportet, quod per delicias uiuant & luxum. Nec cure habere illatas preſſuras, ſed æquo & patienti animo ferre. Eſt nanq; in proximo dominus, hoc eſt, iam iudiciū imminet, quo quiſq; ſit mercedem promeritam accepturus, & illi ſunt rationē mox reddituri, & pœnas luent. Vos uero in ocio eritis & quiete perpetua.

SED IN OMNI oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones ueſtræ innoteſcant apud Deum.) Accedit præterea quod ad conſolationē plurimum ualeant, fuſæ ad Deum precationes, & gratiæ actæ. Nam quo iure in futurum quiſpiam bene-

piam beneficia poſtulabit, qui pro olim acceptis nihil præ ſe gratitudinis tulerit? Sunt itaq; pro uniuerſis quæ nobis obrigerint, ſiue ꝓſpera ſiue aduerſa ſint illa, grates Deo agendæ. Nam orationes huiuſmodi, quæ ex grato animo prodeunt, notiora faciunt Deo quæ petimus. Sunt nanq; incognita, quæ aliter poſtulamus.

Orationes ad Deū quid conferant.

ET PAX DEI quæ exuperat oēm ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra & intelligentias ueſtras in CHRISTO IESV.) Pax, id eſt, reconciliatio ipſa, quā cum humano genere fecit, omnē profecto excedit mentem, non ſolum humanam ſed angelicam inſuper, perinde ac ſi dicat. Ita nos a malis exemit Deus, ut neq; comprehendi ſenſu id aliquo poſſit, neq; cogitatu cōplecti. Quis enim unquā futurum ſperaſſet, ut nobis obuenirent tot bona? Vt eſſemus cum Deo, noſtris flagitijs exaſperato, in gratiam redituri. foreq; ut nos ille ita ſeruaret, ut quæ praua ſunt ne cognitione quidē attingeremus. Vel pacem dicit, quā dominus dixerat ſe nobis relinquere. Ea enim iſtiuſmodi pax, mentem oēm excedit & cogitatū, quanto magis Dei ſubſtantia comprehendi non poterit. In CHRISTO autem IESV cuſtodiat inquit, hoc eſt, in Chriſto ſeruabit, & ita tutabit̄, ut nequeant ab eo excidere, qui a pace hac ſeruabunt̄.

Pax mentem oēm excedēs.

DE CAETERO, fratres quæcunq; ſunt uera.) Hoc eſt, quæ ſunt uirtute imbuta. Mendax enim deprehenditur cum ſua uoluptate nequitia.

QVAECVN que pudica.) Hæc quidē contra hos faciūt, qui terrena hæc ſapiūt.

QVAECVN que iuſta.) Contra eos quorum Deus eſt uenter.

QVAECVN que amabilia.) Hoc eſt, quæ Deo ſunt & hominibus grata. Id autem eos commonefacit, ut neminem plane offendant.

QVAECVN que bonæ famæ, ſi qua uirtus & ſi qua laus.) Vides quemadmodū hos uelit ut uel corā hoībus bona ꝓſpiciant. Neq; illud ſimpliciter, ſed cū uirtute.

Prouidenda bona coram hominibus.

HAEC COGItate.) Cum per cogitationem praua facinora committantur, hæc inquit quæ dicta ſunt, mente uos agitate.

QVAE ET didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis.) Quia longum fuiſſet repetere omnia, breuiter nunc & ſummatim, ſic inquiens uniuerſa concludit. Quæcunq; uel didiciſtis, uel audiſtis, uel ex me prædicante accepiſtis, in me haud dubie re ipſa conſpexiſtis & factis. Id enim dictum a multis eſt uſurpatum, optima quidem eſt inſtitutio & doctrina, ut ſe ipſum quiſpiam in exemplum proponat ſpectandum.

HAEC FACIte.) Non ſolum inquit ut dictum eſt cogitatione & dictis nitamini, ſed opere & actionibus.

ET DEVS PAcis erit uobiſcum.) Hoc eſt, in tranquillo futuri eſtis. Nam ſi per uirtutem uidelicet pacifice cum Deo & hominibus nos ipſi geſſerimus. Eram enim inquit cum his, qui me oderunt, pacificus. Aderit hic uobis profecto. Nam ſi ſe fugientes inſequitur, quo pacto non erit petentibus ſe affuturus?

GAVISVS SVM autē in domino uehementer, quoniā aliquando refloruiſtis pro me ſentire.) Nequaquam ſum, inquit, gaudio ipſe tali affectus, quali uel mundus, uel præſens hæc uita ſolet afferre, ſed ea quæ in domino conſtat iocunditate. Neque quia ipſe conquieuiſſe, ſed quia uos profeciſſe intelligebam, magnopere ſum lætatus. Vehementer uero eo ſubiecit, quia in eorum id omne fiebat utilitatem. Tacite autem & hos arguit præteriti temporis negligentiæ, perinde ac ſi ad continuam largitionem cōmonefaciat. Id tamē adumbrans reticet, nec apertius explicat. Tandem uero aliquando cum dicit, temporis diuturnitatem prætendit, quaſi longo poſt tempore reſipuiſſent. Refloruiſtis autē ex arborum metaphora traxit, quæ & ſi plerūq; exaruiſſe ſint uiſæ, pullulant tamē & refloreſcūt, tanquam id inquiat. Vos quidem florētes cum eſſetis, ueſtra egentibus largiendo, & quę recta ſunt operando, aridiores eſtis tandem effecti, quia eleemoſynas impartiri deſideratis. Refloruiſtis tn̄ nunc demū, quia priſtinam & optimā illam donandi repetiſtis conſuetudinem. Fit itaq;, ut in eorum uituperationē id cedat, ita & laudem. Neq; enim parui debet exiſtimari refloruiſſe tandem, qui ſemel aruerit. Sed ne quis forſitan hos arbitretur uel cæteris

item in

item in rebus imprudentius ſe geſſiſſe, adiecit. Pro me ſentire. Hoc eſt, in mei cura ſu
ſcipiendã, & neceſſitatibus meis ſatiſfaciendo. Quærendum uero, cur qui ita inquit,
beatius eſt dare quã accipere. Et ad Corinthios. Bonum eſt mihi potius mori, quam *Beatius dare quam*
ut gloriam meam quis euacuet, nunc oblata accepiſſe deprehenditur? Non temere *accipere.*
id factitabat Apoſtolus. Nam a Corinthijs quicquam accipere abſtinebat, ne infen-
ſos haberet falſos Apoſtolos. Qui & ſi clam ab his multa exigerent, gratis ſe Chriſti
Euangelium apud hos prædicare diſſimulabant, ut in quo, inquit, gloriam habent
deprehendantur ut ego. Neq; enim fruſtra dixit euacuabitur gloria mea, ſed in regi
one Achaiæ. Quando quidem, inquit, & alias Eccleſias expoliaui. Ex quadam itaq;
diſpenſatiõe tunc temporis ne quid acciperet, cauebat Apoſtolus, ut cæteris, ſcilicet
eſſet exemplo, & præcipue falſis Apoſtolis. Hic uero erat amabiles nactus & deſide
ratiſſimos largitores, quos ꝓcul dubio offendiſſet, ſi earũ dona repudiaſſet. alioqui
iſtiuſmodi donorũ ſuſceptio, largientibus cõferebat. Quippe qui ex largitionibus
hiſce plus ipſi utilitatis aſſequebantur, quã qui illas exciperent. Dicere autẽ beatius
eſſe alijs contuliſſe quã accepiſſe, nõ munerationẽ interdicit pro præſtita opera, ſed
cõparatione quadã quid e duobus ſit potius, patefacit. Nec ꝓterea quia cæteris me-
tallis aurũ prẽſtantius ſit, eo prohibemur argento, potiri. Cæterũ de exercitatiõe ibi
dem & præſtanda opera diſſerit, & ita ut ſic fieri neceſſe ſit. Nam ſi uel uinculis præ *Merces debita*
pedito, uel ægritudine affecto, operãdi intercipiatᷣ occaſio, quid illi agẽdum? Num *repudianda*
ab his quæ offeruntur tunc abſtinendum ut famæ ſit pereundum? Minime. *non eſt.*

SICVT ET ſentiebatis.) Hoc eſt, ut cordi quidem me habebatis, ita ſuſcepiſtis
& curam, & menti erat neceſſitatibus meis proſpicere. Id nanq; uobis eſt non inſue-
tum, ut mei curam geratis.

OCCVPATI autẽ eratis.) Neq; eñ ueſtræ id negligentiæ, ſed neceſſitati eſt ad-
ſcribendũ, quod intermiſſio aliqua ueſtri in me & in cæteris beneficij facta ſit.

NON QVASI propter penuriã dico.) Non enim eo uos culpo, quia in rerum
ſim penuria conſtitutus, & uti quæ mea ſunt cogitem.

EGO ENIM didici in qbus ſum ſufficiens eſſe.) Ex longa, inquit, exercitatione
& conſuetudine didici, paucis uti & minimis rebus eſſe contentus. Vides quemad-
modum factu difficile ſit, ut ea quæ ſatis eſſe uidentur, afferant cuiquã iocunditatẽ,
niſi qui ſciat & inopiam pati, & in huiuſmodi patientia ſit diu exercitus.

SCIO ET humiliari & abũdare.) Hoc eſt, & paucis uti noui, & inædiã tolerare,
& rurſum affluere. Dicet aliquis, ⁎ quotanã iſta eſt uirtus, ut abundare qs ſciat, & *Alias*
famẽ perpeti? Ingens nimirũ. Nam longe plures rerũ luxuries agit ꝑcipites, quã ipſa *quenam*
egeſtas & ad multiplices animũ intẽdit cupiditates, & multo abſurdiores. Verũ quo *Luxuries mul*
pacto hanc copiã callebat Apoſtolus? Quia ꝙd illi ſuſceperat, impartiendo alijs con *tos præcipitat.*
ſumebat. Neq; in nimia rerũ abundantia geſtiebat læticia, ſed æque ſe ut in ſatietate, *Pauli pruden-*
& ita in egeſtate habebat. Neq; ex hac ſoluebatᷣ in luxũ, aut ex illa opprimebatᷣ. *tia.*

VBIQVE & in omnibus inſtitutus ſum.) Vbiq;, hoc eſt, quouis loco & tẽpore,
& in oĩbus. Hoc eſt, in quibuſuis rebus, quæ accidere ſolent, experientiam cœpi.

ET SATVrari, & eſurire, & penuriã pati.) Iſraelitæ neq; famẽ tolerare didicerãt,
quippe qui eiuſmodi in Deũ iactauerint, non poteſt deus mẽſam nobis parare, neq;
cibo explere. Comederũt nanq;, & ingurgitati ſunt, & calcitrabant. Paulus uero &
cæteri, qui Chriſtũ uiuendo imitabantᷣ, haud ita ſe gerũt. Oſtendit itaq; ex his, neq;
moerore ſe fuiſſe affectũ, cum nihil ſibi Philippenſes cõferrent, neq; illis nunc cõfe-
rentibus, ut fert mortaliũ animus, gaudere, ſed ex eorũ profectu lætari magnopere.

OMNIA POSſum in eo, qui me confortat Chriſto.) Poſtquam animaduertit
magna quædam de ſe prædicaſſe, haud quaquam, inquit, mea hæc uirtute effeci, ſed
Chriſti, qui tantum mihi robur ſuppeditat.

VERVNTAmen bene feciſtis communi tribulationi meæ.) Dixerat ſe ſatis ha-
bere. Verum ne Philippenſes ab ſe offendantur, perinde ac ſi animo non libenti ab

 his oblata

his oblata exciperet, uel ut minus neceſſaria duceret quæ illi cōtulerant. Solēt enim offendi qui beneficia conferunt, cum aliquid aſſerentibus ſe non egere cōtulerint, dicta hæc, ſic inquiens moderatur caſtigatque. Veruntamen bene feciſtis. Hoc eſt, uel ſi nil ipſe indigeam, fuere tamen per uos quæ mihi dono tranſmiſſa ſunt grata. Aduerte prudenter rem ipſam, ut extollat, cum inquit. Tribulationi meæ communicantes. Nam & pares ſibi hos facit, tanquam inquiat. Ipſe equidem patior. Verum cum mei ſit per uos cura ſuſcepta, nequaquam uos impares mihi in meo certamine deputaturus eſt Deus. Ex ſuperioribus autem dictis, illorum in ſe pellexit beneuolentiam. Ex eis uero præſentibus eorundem incendit in largiendo & uoluntatem, & roborat promptitudinem.

Pauli prudentia.

SCITIS AVTem & uos Philippenſes, quod in principio Euangelij quando profectus ſum a Macedonia, nulla mihi Ecleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi uos ſoli.) Quia uiſus eſt hos ſuperius aliquantulū inceſſiſſe, cum diceret. Iam aliquando tandē refloruiſtis, nunc ſe prudēter excuſat. Quod autē uiſus ſum inquiens, uos offendiſſe, non ut a uobis quidpiam accipere uellem id egi, ſed quia admodum ſum uobis cōfiſus, & occaſionē uos ipſi obtuleratis, ut qui omnium primi cepiſtis neceſſaria mihi ſuppeditare. Vnde & ipſe accepta fiducia obiurgaſſe uos uideor, quia a ueſtra & priſtina cōſuetudine deſciueratis. Ingens ſane hæc laus. Et quia in Euangelij ipſius primordijs, & cum nō modo apud uos permanēti neceſſaria mihi ſubminiſtratis, ſed etiam ex Macedonia abeunti. Hoc eſt, ubi ueſtræ regionis exceſſi cōfinia, nō enim ulla Eccleſia mihi dedit, iquit, ſed nulla cōmunicauit. Ea rōne, ut pro carnalibus ſpiritalia capiens cōmutaret.

QVIA ET Theſſalonicam ſemel & bis in uſum mihi miſiſtis.) In magnam hoc illis uel laudem cedit, quod in metropoli reſidens Paulus, & urbe maiori, a minori, & tanto ſtudio aleretur. In uſum autem neceſſarias dicit impenſas, non enim delicias depoſcebat & luxum.

NON QVIA quæro datum, ſed requiro fructum abundantē in rōne ueſtra.) Cum humile quiddam & tenue dicere uideatur, ubi quæ in uſum ſunt dixit, ne hi ex iſtiuſmodi dictis forſitan ſuperbirēt, ſic inquit. Haud quaquam hæc dixerim, quia ueſtra dona depoſcam, ſed ueſtri cōmodi gratia, ut fructum uos referatis, qui in ueſtra ſit ratione, hoc eſt, qui uobis conducat. Vides quemadmodum & hi tribuendo emolumenta non mediocria uendicabant.

HABEO AVTem omnia & abundo.) Quoniam dixerat nihil quæro, ne hos rurſum ad id officij faciat ſegniores. Nam qui beneficia cōferunt quanto magis ſapientiæ ſtudent, tanto etiam acrius ab his & gratias exigunt, qui illa exceperint. Habeo inquit, & abundo. Hoc eſt, ex his ueſtris in me recentibus beneficijs, non modo quæ per uos antea deſita ſunt ſuppleuiſtis, ſed abunde nimis largiti iam eſtis. Porro cum habeo dicit, quaſi debitum eſſe id aliquo d arguit, quod habere ſe aſſerit, ne illi gloriæ ducerent, quia ſe beneficio affeciſſent. Contra uero & hos conſolatur & lætitiam affert, cum adſtruit longe hos plura quā tenerētur, dediſſe. Quippe qui ad abūdantiam munera, nō ad neceſſitatem ſibi tranſmiſerint.

Extollit data ſibi munera Paulus.

REPLETVS ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis hoſtiam acceptam placentem Deo.) Vah quo celſitudinis iſtorum munus euexit. Non enim ipſe, inquit, per uos tranſmiſſa ſuſcepi, ſed pro me Deus. Quo circa & ſi his ipſe minus indigeam, haud quaquam uobis ſit curæ. His nanque & Deus nil prorſus indiguit, accepit tamen & ſeruat. Suauitatis odore cum inquit, illud eſt in ſacris literis imitatus, odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. Vel eo dixit, ut eleemoſynam arguat Deo ſuauiſſimam eſſe.

DEVS AVTem meus impleat omne deſiderium ueſtrum ſecundum diuitias ſuas in gloria in CHRISTO IESV.) Cum dixiſſet ſuperius & ſi occupati eratis, hoc eſt, & ſi uobis res familiaris eſſet anguſtior, opto tamē & precor, ut quæ ſatis ſint, habeatis, Si enim

tis. Si enim hi Philoſophorum uitam uixiſſent, haud quaquam his corporea precaretur. Sed cum homines eſſent, præſenti huic uitæ addicti, tenerenturq; & præſentium rerum cupiditate. Deſyderat his non abundantiam & nimiũ luxum, ſed neceſſariarum copiam rerum. Impleat inquiens omnem neceſſitatem ueſtram, hoc eſt, ut nulla re egeatis, q̃ uita hæc exigit. Deinde ne uideatur hos nimium ad rerum anguſtias cogere, ſecundum diuitias ſuas ſubiecit, hoc eſt, qui æque uobis & abunde poteſt neceſſaria impartiri, ut eius ad gloriã uti his bonis alliciat. In Chriſto autem IESV ſic poteſt intelligi, uidelicet hęc pater in CHRISTO IESV facturus eſt, id eſt illius interceſſu. Vel etiam eam ad gloriam, quæ Chriſto defertur adduci.

DEO AVTEM & patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum Amen.) Quia Chriſti gloriam dixit, arguit hoc loco eandem & patri communem eſſe.

SALVTATE omnem ſanctum in CHRISTO IESV.) Haud quaquam exiguum eſt beneuolentiæ argumentum, per literas impartiſſe ſalutem.

SALVTANT uos qui mecũ ſunt fratres.) Aderant enim & Paulo ex urbe oriundi pleriq;, nil tamen idonei, ut Apoſtolatus munus ſuſciperent. Solus tamen Timotheus aderat ad rem tantã accõmodus, quem unanimem ſuperius dixerat. Neq; hos quidem qui ſecum eſſent, fratres dicere dedignatur.

Timotheus Paulo unanis.

SALVTANT uos omnes ſancti, maxĩe autem qui de domo Cæſaris ſunt.) Hos etiam in fide obfirmat, oſtendens uel Imperatoris familiam, prædicationem hanc attigiſſe, utq; ſi hi qui in regia diuerſantur, cæteris rebus contemptis, Chriſtum dominum ſectarentur. Quanto magis & hos, qui his eſſent longe inferiores, id facere obſtringi & cogi ſignificaret. Indicat præterea ſe apud hos Philippenſium commemoraſſe uirtutes. Nam alias nec ſalutem his impartirent qui in regia eſſent, niſi Paulum audiſſent iſtorum benefacta laudibus extuliſſe.

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI cum ſpiritu ueſtro Amen.) Pro ſua conſuetudine Paulus in comprecatione concludit Epiſtolam, commonefacitq; Philippenſes quicq̃d in ſe ineſſet uirtutis, Chriſti gratia aſſecutos ſe fuiſſe exiſtiment, neue ob id inani gloria efferantur, futurumq; ut perpetuo Chriſti cũ eis maneat gratia, ſi minus ſuperbiant. Velim itaq; omne uirtutum genus in uobis ſuccreſcere. Et ea præcipue uirtus, quã ueſtra impartiendo exercetis, magis ac magis ut Chriſti munere augeſcat, ſitq; largitio ueſtra hæc uobis profectui, & nobis egentibus uel potius Chriſti gratia mala tolerantibus, ſuæ bonitatis liceat diuitijs frui, cui gloria ſit, & poteſtas nunc & perpetuo, & in ſæculorum ſæcula. AMEN.

Miſſa eſt ex urbe Roma per Epaphroditum.

ARGVMENTVM IN EPIſtolam ad Coloſſenſes.

Coloſſenſes non ſunt Rhodij, ut quidam exiſtimant, ſed Aſiani, ſicut & Laodicenſes, præuenti fuerant a Pſeudo Apoſtolis. Nec ad hos acceſſit ipſe Apoſtolus, ſed & hos per Epiſtolam corrigit. Audierant enim uerbum Dei ab Archippo, qui & miniſterium in eos accepit. Ergo Apoſtolus iam ligatus, ſcribit eis ab Epheſo per Tychicum Diaconum, & Oneſymũ acolytum.

IN EPISTOLAM AD COLLOSSENSES ATHANASII, VEL MAXIME VVLGARII, PROLOGVS.

Epiſtolæ Pauli in uinculis ſcriptæ maxie pollent ſanctimonia.

ET ſi omnes Pauli Epiſtolæ ſanctimonia pollent, illæ tamen præcipue quas ex carcere & uinculis tranſmittebat. Nec ſecus q̃ uictor aliquis inter ſtragem ac cedes ſtatuens tropæa, literas conſcribit. Non eni neſcius erat ꝑmagni id eſſe, & ad gloriã ſibi ualere q̃plurimũ, qui in iſtiuſmodi preſſuris & malis mirũ in modũ gloriabatur. Nam & ad Philemonem ſcribens, genuiſſe ſe hũc in uinculis refert. Quod eo dixit, ne & ipſi dura & grauia reformidemus, ſed ut in his tolerandis laudem cõquiramus. Pleræq; autem iſtiuſmodi ab eo in carcere ſunt conſcriptæ Epiſtolæ, cuiuſmodi ad Epheſios ſunt, & ad Philomenem, Timotheumq;, ac Colloſenſes. Præterea hanc uinctus conſcripſit. Vt enim ad Romanos hebræoſq;, non ante conſpectos ſcribebat, ſic ad hos ſcribit, quos nondum uidiſſet. Eniuero apud hos erat Archippus, cuius curæ (ut mihi uidetur) fuerat eccleſia quædam demandata. Illud autem, ad Colloſſenſes ut ſcriberet, eum induxit, Ab his nãq;

Dogmata quibus implicabãtur Colloſenſes

prauum aliquod dogma erat nuper ſuſceptum. Putabant nanq; nequaquam per filium, ſed per Angelos ad Deum & patrem uiam patere, abſurdum exiſtimantes Dei filium credere ultimis ſæculis aduenturum, quandoquidem in ueteri teſtamẽto angelorum cuncta miniſterio gererentur. Seruabant præterea & Iudaica pleraq; inſtituta, & gentium mores, dies cauendo, & horas, & eſcas, quæ omnia cum corrigenda eſſent, Apoſtolum ut hanc Epiſtolam ſcriberet, impulere.

CAP. I.

PAVLVS APOSTOLVS IESV CHRISTI per uoluntatem Dei.) Initio ſtatim & tacite Colloſſenſium ſubſtulit dogma, cum Chriſti ſe dicit, non angelorum Apoſtolum. Idq; Dei arbitrio fieri, quod eius ſit, nõ angelorum Apoſtolus. Si itaq; pro Dei uoluntate Apoſtolatus hoc munere fungor, perſpicuum ſane uera me prædicare. At qualia hæc ſunt quæ prædicas Paule? Nimirũ iſtiuſmodi dixerim quia per filium ſimus ad patrem deducti, gentiliumq; & Iudaicis traditionibus liberati.

ET TIMOTHEVS fratres.) Ergo & Timotheus ipſe cum eſſet Apoſtolus, merito erat iſtorum cognitioni inſinuandus.

HIS QVI ſunt Colloſſis ſanctis & fidelibus fratribus in CHRISTO IESV.)

Coloſſæ Phrygiæ ciuitas iuxta laodiceam.

Phrigiæ ciuitas Coloſſe, quę nunc Conæ dicuntur, q̃d utiq; poteſt, quia Conas has dicimus interno ſci, & Laodiceã habent ꝓpinquiorem. Verũ unde hãc eſtis uos ſanctitatẽ adepti? Nõne ex baptiſmo in Chriſti morte, iã inſtituto? Vnde fideles effecti? Nõne quia in Chriſtũ creditis, & per Chriſtũ tanta ſunt uobis myſteria credita? Fideles itaq; non ſolũ ſumus ex fide Chriſti, ſed q̃a a Deo nobis ſunt myſteria demanda, q̃ nec angeli ipſi cognorãt. Vnde & fratres nos redditi. Num ex opibus et noſtris officijs? Minie. Sed in Chr̃o. Cur ergo angelis, q̃d ad patrẽ deducãt, ipſi adſcribitis.

GRATIA VObis, & pax a Deo patre noſtro.) Chriſti hoc loco nomẽ, etſi illi ſit non inſuetum, nullum adiecit, ne ſi confeſtim aperte illos impugnet, reſpuere cogat eius ſermonem. Dicturi ſunt nanq; qui ſpiritum paruifaciunt, unde pater eſt ueſter Deus? Nonne per ſpiritũ patrem uobis eſſe hunc conſtat. Porro magna illa, & quæ oẽm excedunt ſenſum, q̃s eſt elargitus? Nõne ſpiritus? Cur ergo hũc ipſe iminuis.

GRATIAS agimus Deo, & patri domini noſtri IESV CHRISTI ſemper pro uobis orantes.) Chriſtus noſter & dominus, non qui ſeruiunt angeli. Eius autem in nos beneuolentiam non ſolum gratias Deo agendo, & pro his aſſidue deprecando Apoſtolus patefacit, ſed etiã quia nos antea nunq̃ uidiſſet, menti haberet & cordi.

AVDIENTES fidem ueſtram in CHRISTO IESV.) Gratias, inquit, nos agimus

quia per

quia per Epaphram nobis renunciata fides eſt ueſtra, nõ quæ in Angelis conſtet, ſed quæ in Chriſto. Chriſti aũt noĩbus illos anticipat, q̃ profecto in nos benefica ſunt. Chriſtus q̃a pro nobis eſt unctus & IESVS eſt dictus, q̃a & populũ a pc̃tis ſaluauit.

Aliâs enim.

ET DILECTIOnem quam habetis in ſanctos.) Non eam dixerim, qua in hunc illum ue eſtis affecti beneuolentia, ſed qua in omnes, & noſipſos. Quo fit, ut æquo me & libenti animo ſitis audituri. Sunt tamen hæc captantis beneuolentiam uerba. Videtur autem mihi, quemadmodum alibi, dilectionem hoc loco pro eleemoſyna, & bonorum communicatione præſentium, poſuiſſe.

PROPTER ſpem quæ repoſita eſt uobis in cœlis.) Colite, inquit, fratres nõ humanarũ ſpe rerum, ſed futurorũ bonorũ expectatione. Vel eo gratias agimus, quia hæreditatem eſtis immortalitatis uos habituri. Neq; bona huiuſmodi ſeruanſ̃ in terris ut corrumpanſ̃, ſed in cœlis conduntur. Ibi nanq; certa ſunt, & ſtabilia hæc bona futura. Nihil ergo de ſpe hac ambigendũ, quæ in tuto ſeruatur. Hæc autem ad eos intendit, qui tentationibus affligantur, ne ullum in hac uita otium quærant, neue cũ tentantur ſuccumbãt. Sunt enim uiriliter obſiſtendo ingentem habituri mercedem.

QVAM AVDIſtis in uerbo ueritatis Euangelij.) Non enim prædicationis dixit, ſed Euangelij, ut his Dei cõmemoret beneficia. Euangeliũ nanq; de rebus optimis diſſerit. Quod cũ ſermo ſit ueritatis, nil in eo ineſt mendacij. Cur igitur uos quaſi mendacij illud arguitis, quia minus creditis ut eſtis ab eo inſtructi, per Chriſtum uidelicet dari ad ſalutem ingreſſum. Epaphras autem erat, ut ex ſequentibus liquet qui Colloſſenſibus Euangelium prædicabat.

Euangelicus ſermo, ueritatis Epaphras.

QVOD PERuenit ad uos, ſicut & uniuerſo mundo.) Non ſecus ac animatam rem aliquam ad uos dixit Euangelium perueniſſe. Et quoniam pleriq; tũc maxime cõfirmantur, cum alios habent qui ſecum ſentiant, & uniuerſo mundo adiecit. Eſt nanq; Euangelium id, quaq; diffuſum, & perſtat ubiq; & firmũ eſt.

ET FRVCTIFIcat, & creſcit.) Fructificat quidem operibus, creſcit ex credentium cõtinua multitudine ad fidem admiſſa. Non enim fructum deferret, niſi robore accepto & uiribus quotidie inualeſceret. Et arbores cum altioribus radicibus obfirmantur, fructus producunt uberrimos.

SICVT IN VObis.) Anticipat ut ſuperius fecit hos laudibus, perinde ac ſuis erroribus obduratos, tanq̃ id inquiat. Si ut omnibus, ita & uobis prædicatũ eſt Euangelium, cur aliter q̃ acceperint inter uos ſentiunt multi?

EX EA DIE qua audiſtis & cognouiſtis gratiã Dei in ueritate.) Fructificat, inquit, in uobis Euangeliũ & auget uel ex ea die, qua gratia uobis innotuit. Quõ? Nõ ꝑ fallacias & cõmentitia uerba, ſed in ueritate. Hoc eſt, ſignis et operibus admirãdis.

SICVT DIDIciſtis ab Epaphra.) Sic inquit gratiã re ipſa nouiſtis, uti uos Epaphras edocuit. Neq; enim aliter hic quam geſtæ res ſunt, prædicauit.

CHARISSIMO conſeruo noſtro.) Viri huius integerrimã fidem ex his patefacit, perinde ac ſi dicat. Neq; enim hunc ipſe amore proſequerer, nec conſeruũ equidem appellarem, niſi uera prædicando inſtrueret.

QVI EST FIdelis.) Hoc eſt ueridicus,

MINISTER pro uobis CHRISTI IESV.) Noſtri uicem ſupplendo, quæ Chriſti ſunt ille miniſtrat. Nam quod ad Paulum ſe hic cõtuliſſet, & eundem eſſet in uinculis cõſolatus, & ſignificaſſet quæ apud Colloſſenſes tunc gererenſ̃, Chriſti haud dubie miniſterium præferebat. Si itaq; Chriſti miniſter eſt Epaphras, & recte om̃ia prædicauit, quo pacto ipſi aſſeritis per Angelos ad patrem traduci mortales.

QVI ET MAnifeſtaui nobis dilectionem ueſtram in ſpiritu.) Hoc eſt, ſpiritalem qua eſtis erga me affecti beneuolentiã. Hic nãq; firmior eſt & ſtabilis amor, qui ſpiritu conſtat: Reliquum uero beneuolentiæ genus, ſiue natura ſit illud, ut patris in liberos, ſiue ex amicitia & animorum coniunctione, quale eſſe inter amicos ſolet inſtabile eſt, & infirmum.

Amor ſtabilis qui ex ſpiritu conſtat.

IDEO ET ex nos qua die audiuimus fidem ueſtrã & charitatem, nõ ceſſamus pro uobis orantes.) Quid illud? Id ſane, quia ab ea uſq; die qua ueſtram cũ fidem tum charitatem agnouimus, & de futuris ut optima uobis ſpes eſſet, pro uobis oramus, nec ad unum duoſue dies uſq; hæc audiuimus. Aperit præterea ſuam erga illos beneuolentiã, ac tacite arguit, uel ſe pro his deprecante, nondum tamen hos ipſos prorſus a prauis erroribus uendicaſſe. Attende autem ut multũ ſit & aſſiduis precibus innitendũ, quando & Paulus orans, etſi nihil proficeret, haud tamen orando deſiſtat.

Orandum aſſidue.

ET POSTVLANtes ut impleamini agnitione uoluntatis eius.) Neq; inperfectos ex his, neq; perfectos omnino hos arguit. Non enim ut accipiatis inquit, ſed ut impleamini, tanquam id inquiat. Dixerim equidem uos aliquid iam aſſecutos, ſed nõ omne quod neceſſarium eſt. Illud nanq; quod ſitis ad Deum deducti, nil ignoratis, quod uero filij id ſit interceſſu effectum, uobis cum deſit lateatq;, precor ſuppleri. Id nanq; uult Deus, idq; illi beneplacitum fuit, ut filium pro uobis, non Angelos traderet. Agnitionem autem, ſcientiæ additionem intellige.

Philoſophi fallaces.

IN OMNI ſapientia & intellectu ſpiritali.) Cum a Philoſophis circũuenti grauiter hi fallerentur, uelim uos inquit, in ſpiritus ſapientia, non hominũ doctrina uerum dogma perdiſcere, quorũ nunc erroribus irretiti, ſcire uos aliquid exiſtimatis. Quod ſi uel Dei uoluntas ſpiritalem hanc exigit ſapientiam, quid de his inquiet aliquis, qui Diuinam ſubſtantiã exteriori hac & humana ſapientia tenere ſe iactant.

VT AMBVLEtis digne Deo.) Precor, inquit, ut perdiſcatis per unigenitum uobis fuiſſe ſalutem paratam, ut uos ambuletis, hoc eſt, ut officioſe & cum uirtute, uitæ huius curricula tranſigatis. Nam qui Dei didicerit benignitatem, & ꝙ filiũ pro ★ uobis tradiderit, quo pacto non debet omni ſtudio niti, ut uirtuti inſudet, ſuãq; & ipſe crucem attollat. Ambulatio enim, ut dictum eſt ſupra, uitam & conuerſationem prætendit. Vbiq; Paulus cum fide & uitam coniungit. Vel igitur, neq; id duntaxat precibus ipſe depoſcam, ut ſpiritus imbuamini diſciplina, ſed ut opere hanc, & optimis actionibus præferatis. Nam qui recte habuerit notionem, ſi recta minus exequitur, pœnas luet. Aduerte autem quemadmodum, ut per ambulationem uitã ſemper hic exprimat, arguens ut nobis neceſſarius eſt ipſe inceſſus, ꝙ pedibus ſcilicet eatur, ſic & optimũ uiuendi modum maxime profuturum.

Aliás nobis.

PER OMNIA placentes, in omni opere bono.) Velim, inquit, ita uiuatis, ut Deo plceant ſemper quæ geritis, quod fieri haud quaquã aliter poterit, niſi ea quæ bona ſunt, operemini. Vbi enim inerint benefacta, ibidem quod Deo & gratum ſit inuenitur. Aduerte autem quemadmodum in omni ſapientia, rectiſq; operibus, &. Deo placentibus, & in omni animi magnitudine, omniũ ſummã reponat, arguens aliquid eos iam adeptos eſſe uirtutis, nondũ tamen ad perfectionem ueniſſe, foreq; neceſſarium, ut quod perfectum ſit, aſſequantur.

FRVCTIFICANtes & creſcentes in ſcientia Dei.) Quemadmodũ inquit, maiorem eſtis quã ueſtri progenitores. Dei notionem adepti, ſic etiam uiuendo debetis pro ueſtri ſenſus & cognitionis menſura ſuccreſcere, et in Dei ſcientia fructũ afferre. Nam ut Dei quis cognitionẽ dignetur, & hunc in modũ filius Dei efficiaẽ, quanta uirtute eſt opus? Vel quia neceſſe eſt, ut in bonis operibus fructificetis, & Deus erit per uos cognoſcendus. Non ea cognitione qua modo hunc cognouiſtis. Quid enim bene acta proderit uita, ſi Deum hunc ignoratis? Attende præterea ut ſuperius Diuinã ſcientiam dixerit fore admodũ neceſſariam, ut ſecundũ Deum incedendi dignitas ſeruareẽ, nunc rurſus eandem bonis operibus auctam exigat, ut ſimul & Dei quis habeat rectiore cũ uita cognitionem. Alterutrũ enim ſe inuicem roborãt.

Quo pacto qs Dei filius efficiatur.

IN OMNI VIRtute corfortati.) Precamur, inquit, ut impleamini, & omni ſitis ſtabiliti uirtute. Verum quamobrem? Vt aduerſus tentationes perſecutioneſq; ipſas ſitis ualidiores, ne in his uel nel animus hebetior ſit, uel deſperet.

SECVNDVM potentiam claritatis eius.) Vt tales uobis, inquit, uires ſufficiant,

quales ut

quales ut conferat par eſt, inexplicabiles ſcilicet & infinitas. Alioqui ut a mortali ex
cipi queãt. His aũt dictis hos admodũ conſolatur. Neq; enĩ uires dixit, ſed quæ lõge
præſtent potentiã, haud ſecus ac ſi diceret. Vbiq; illius gloria dominaẽ. Nequaq̃ igiẽ
uos duris & aſperis in rebus remolleſcite, fortitudinem enim accepiſtis & robur, ut
æquũ eſt his uires ſuppeditare, qui Deo inſeruiunt, cuius tanta ſit poteſtas & gloria.

IN OMNI PAtientia & longanimitate.) Fortiores quidem in omni patientia,
ut alienis & exteris obſiſtatis, effecti longanimes, ut uos inuicem toleretis. Vtitur
enĩ tunc animi quis magnitudine, cũ eos tulerit, in quos licuiſſet ulciſci. Suſtinet aũt *Animi magni-*
quos nequeat uindicare, eoq; & in Deũ nulla cadit penitus tolerãtia, ſed longanimi *tudo.*
tas quædã, ut qui cũ perdere queat, patitur tamen & ſuſtinet, quia longanimis in om *Longanimitas*
ni, hoc eſt, perſeueranti, & perpetua. Vt itaq; breui id dictũ concludã, id ſentit Apo-
ſtolus. Orando id ipſi expoſcimus, ut perfectiorem poſſitis dogmatũ percipere co-
gnitionẽ. Neq; in humana aliqua ſapientia, ſed ſpiritali, & uitã uirtute præditã aſſe-
quamini, ut tentationibus cõſtantius occurratis, robore accepto, quale ut æquũ eſt,
a Deo concediẽ, alienos, ut patientius toleretis, & in fratres longanimitate utamini.

CVM GAVDIO gratias agentes Deo patri.) Cũ eſſet eos obiurgaturus, ut qui
dogma aliquod induxiſſent a recto admodum alienum, mitiori nunc utitur oratio
ne, ne præ odio hos uideatur arguere. Orditur itaq; inquiens. Et ſi uaria uobis ſum
cõprecatus, ut ſemper antea cõſueui, nil certe id uel maleuolentiã præfert, uel odiũ.
Subdit itaq;. Et libenter gratias ago, pro collatis a Deo præteritis in uos beneficijs.
Quo fit, ut nõ ex odio uos ipſe incuſem, ſed ex beneuolentia & charitate. Vellem tñ
perpetuis mihi liceret efferre uos laudibus, ſed neceſſario ad increpatiões deſcendo.
Hunc ipſum & ad Corinthios ſeruat dicendi modũ. Tacite aũt de unigenito ſermo
nem aggreditur. Libens itaq; mearum hæc gratiarũ actio, bonorũ magnitudinem
præfert, quã olim uobis pepereratis. Hæc aũt uobis non angeli, qui ſubditi ſunt, ſed
id filius dominus contulit. Verum cur dixit gratias ago uel gaudens? Quia poſſunt
& gratiæ in triſtitia agi, quales & Iob illius fuere, qui dolens gratias egit dicens. Do *In triſtitia agi*
minus dedit, dominus abſtulit. Si enim ab eo dolorem quis auferat, & laudem tollat *debent gratiæ.*
neceſſe eſt, ſi ex tanta iactura, ut ſtupens & inſenſibilis nullo mœrore affectus tuliſ-
ſet præ ſe patientiã, quin potius mordebaẽ hic quidem doloribus, nil tñ feriebatur.

QVI DIGNOS uos fecit.) Tanti, inquit, illius ſunt munera, ut non modo opu
lentos reddiderit, ſed & uires ſuffecerit, ut nihil immerito uideamur ab eo opes has
accepiſſe. Exempli gratia. Imperator aliquis tenui cuidam, & fortunæ ſordidioris, *Similitudo.*
prouinciam credidit procurandã. Contulit quidem huic dignitatem, nil tamen tan-
to magiſtratui dignum effecit, pro merito ut dignitatem hanc gubernaret, Quo fit,
ut tantus illi delatus honos ridiculũ ſæpe præſtiterit. Deus uero & nos honore pro-
uexit, eoſdemq; ad promerendum idoneos fecit. Geminatur itaque honor cum ad
munus accedat collata ſufficientia.

IN PARTEM ſortis ſanctorum.) Hoc eſt, ut inter ſanctos diuerſaremur conſti
tuit. Nec ſimpliciter a Deo, ſed hiſdem ut frueremur nos bonis conceſſit. Quod cũ
ſortem dicit, oſtendit. Poteſt enĩ & quiſpiã eadem in urbe ciuis inſtitui, haud tamen
cũ cæteris partem ſortiri. Et contra, eadem in ſorte conſtare, nõ tamen æquam habe
re cũ cæteris portionem, tanq̃ id dicat. In eadem ſumus om̃es eccleſiæ ſorte, ſed par
tibus diuerſis potimur. Hic uero nos & ſortis eiuſdem, & portionis dignos effecit.
Sortẽ autẽ ubiq; appellat, ut oñdat queãdmodũ ſors nulla obueniat hũana ſolertia, *Sors quomodo*
ſed caſu quodã, et fortuna potius termineẽ. Ita et nos nullo nr̃o uel officio uel uirtu
te cœleſti dignamur Imperio, ſed Dei munere quodcunq; eſt boni, ad nos deferẽ.
Propterea dñs inqt. Dicite qm̃ iutiles ſerui ſumus, fecimus q̃d facere debebamus.

IN LVmine.) Præſenti ſcilicet & futuro, hoc eſt ſcientia. Nã reuelatis nobis my
ſterijs, & lumen uiuentibus p̃buit, ut futuro in ſæculo fulgentiorẽ lucem elargireẽ.

QVI ERIPVIT nos de poteſtate tenebrarũ.) Neq; enim ſolum magni, id eſt
faciendum,

faciendum,quod cœleſti nos donauit Imperio, ſed etiam quia in tenebris antea di-
uerſantibus,claritatem ingeſſit.Non enim æquũ id beneficium ſuerit, quod indif-
ferenter in indignos, pariter & dignos confertur, ut idem ad Romanos in epiſtola
diſſerit,inquiens. Vix enim pro iuſto quis mortem ſubiret. Itaq; qui ſub tenebrarũ
ſunt poteſtate,hoc eſt,qui diaboli circumuentionibus & tyrannide ſubijciunt̃.Nec
tenebras ſimpliciter dixit, ſed tenebrarũ ſub poteſtate. Quippe cum dæmon uobis
dominaretur, & ſui iuris feciſſet. Eſt enim graue exiſtimandum illi ſubeſſe nedum
eius poteſtati addici,quod ſane grauius eſt. Nec præterea eduxit intulit,ſed eripuit
oſtendens ſeruorum in morem,in erumnis nos antea & calamitate fuiſſe.

ET TRANSTVLIT in regnũ filij dilectionis ſuæ.) Præſtans ſane id fuit,quod
nos exemit e tenebris.Illud tamen præſtantius,quod in regnũ induxit. Nec fruſtra
inuexit,ſed ut cũ filio ſuę dilectionis,hoc eſt,cum filio ſuo dilecto,cœleſti Imperio
potiremur,qui ſibi antea eſſemus infenſi,& in tenebris uerſabamur, ꝙd item & ali-
bi dicit.Si ſuſtinemus,& ſimul regnabimus.Nec trãſpoſuit inquit,ſed tranſtulit,ut
non id omne tranſferri adſcribat,ſed arguat nos etiã aliquid ad eam rem contuliſſe.
Oſtendit p̃terea cũ tranſtulit inquit,Diuinæ potentiæ ad omne opus facilitatẽ,quæ
ita nos tranſferat,quemadmodũ ſolent milites ſuos ꝑfecti,de loco ad locũ ductare.

IN QVO HA bemus redemptionem,& remiſſionem peccatorũ.) Si enim nec
redempti eſſemus,nec remiſſa nobis praua fuiſſent facinora,haud quaq̃ tranſlati ad
cœleſte Imperium fuiſſemus. Chriſtus ergo præuius fuit,ut tanto hoc munere a pa-
Redẽptio plus quã ſolutio. tre nos donaremur. Nec quidem ſolutionem dixit,ſed redemptionem,hoc eſt,per-
fecte nos ipſe redemit, ita ut nec relapſuri amplius ſimus, nec mortem tanq̃ delicto
obnoxij ſubituri. Cum itaq; uos filius ipſe redemerit, & ad patrem deduxerit, cur
angelos ipſos aſtruitis id muneris ſungi,non autem cũ,in quo,dicit,de filio dicere.

QVI EST imago Dei inuiſibis.) Et naturæ ipſius reuerentiam & dignitatis
quæ filio inſit, magnitudinẽ exponit hoc loco imago inquiens Dei eſt.Si Dei ima-
go,ergo a patre nil immutatus eſt filius, uel imagine ipſa alienus effectus. Neq; enĩ
paternæ habes proceritatis menſurã,ut afferre queas quanto ſit interuallo filius pa-
tre minor effectus.Nam ſi eſſet Dei imago humanæ menſuræ,quã pro corporũ an-
guſtia uel amplitudine ipſa metimur,liceret forſitan tibi dicere,formatã effectamq;
imaginem ad priorem aliquã formã nihil attingere.Sed cũ imago hæc,ut Deus ſit et
Dei ut filius,perſimilis erit ei quæ in Deo eſt & patre effigies. Et inuiſibilis,ideo ſci
licet,quia uideri nõ poteſt.Apud nos aũt,quia hominũ arte quæ fallitur, ſæpe effin
gant̃ imagines,habere nequeunt conſormitatẽ,ut ꝑſimiles ſint.In Deum uero nihil
iſtiuſmodi cadit, eoq; certior eſt filio & uera cũ patre ſimilitudo. Quod ſi nequaq;
eſſet patri ꝑſimilis filius,quid impedit,quo minus nec angeli ipſi uerã Dei imaginẽ
præferant.(Sunt nãq; & hi inuiſibiles)haud tñ Dei eſſe imaginem adſtruunt̃, quin-
Hominem imaginem Dei appellat. etiã ſacrarum literarũ ſubtilis & perſpicax cõtemplatio,hominem quidem imaginẽ
Dei appellat,& filiũ dicit, Angelos uero nequaq̃. Quia angelicæ naturæ celſitudo,
celerrime ad impietatem auditores impelleret,exiſtimantes cũ Deo parem Angelũ
dignitate.In hoie uero uilitas ipſa, & humilitatis p̃ſumpta opinio, certiores nos fa-
cit,ut nihil huiuſmodi ſuſpicemur.Intellige igit̃ ex his filium Dei eſſe imaginem &
inuiſibilem.Cum itaq; cõſtet imaginem eſſe,ab angelis ipſis ſecernitur. Qui etſi in
uiſibiles,nõ tamen imagines eſſe dicunt̃. Quod aũt inuiſibilis,a mortalibus ipſis ſe
iungitur,qui etſi imagines ſint,non tamen uideri nõ poſſunt. Reſtat ergo,ut ſolus
filius imago ſit Dei & illi perſimilis. Quod ſi adhuc inſtiterint Arriani, aſſerantq;
minus eſſe imaginem priori formæ ſubſtantia parem,audiant ſcripturam dicentem
Seth Adæ præfert imaginem Seth Adæ præfert imaginem,ſi Adæ imago Seth,ergo & illi conſubſtantialis habe-
bitur.Perſpicuum itaq; eſt,quæ hominum ſunt artificio confictæ imagines,abſimi
les eſſe ſubſtantia. Quæ uero natura,omnino eſſe cõformes ſubſtantia,& æquales.

PRIMOGENI tus omnis creaturæ.) Cum filiũ dixiſſet inuiſibilis præferre ima
ginem,mox

ginem, mox om̄is & creaturæ ſubiecit. Huc prodeunt Arrianorū molitiones. Cum
em̄ inquit, antequā cætera crearētur, Filius dicit̄ generatus. Primus ergo creatorum
omniū Filius. Non em̄ qui prior eſt cōditus, ſed Primogenitus dixit, niſi forte huic
uel Germanos attuleris, ut ranas, & lapides, & hmōi alia, fecerisq; hunc eadem cum
cæteris uel abiectioribus conſtare ſubſtantia. Nam qui primo eſt genitus, æquā erat
cum his ſortitus ſubſtantiā, quos genitura præceſſerit, quæ blaſphemia in ueſtra ue
lim recidat capita. Eſt plane impiū iſtiuſmodi aliqd de incōparabili illa creatoris ma-
ieſtate cogitare, ne dicā aſſerere. Vel aliter. Non em̄ in ſacris literis Primogenitus di *Primogenitus*
citur, qui alios habeat poſt ſe generatos, ſed ſimpliciter qui prior eſt ortus. Sic enim *quis dicatur.*
& Dei parens Maria uirgo ſecundū carnem hūc peperit primū, qui nullos haberet
poſt ſe Germanos, ex utero uirginali productos, & hunc in modum Primogenitus
eſt appellatus. Sic etiam & ex Patre primogenitus non aliorū reſpectu quæ condita
ſunt, ut hæretici ſentiunt, ſed abſolute ſecundum ſupernā illam creationē, Patris eſt
Primogenitus. Quid igitur ſibi vult Paulus? Nimirū ut Coloſſenſium confutet & *Quomō Pau-*
refellat opinionē, ut non exiſtimēt Vnigenitū Angelis eſſe recentius procreatum. *lus opinionē*
Tametſi maiores illi & ueteres patres, per hos ad Deū deducerētur, cum in præſenti *Coloſſenſium*
Filio ſit id officij demandatū. Vult autē illud Paulus demonſtrare, antequā aliquid *refutet.*
crearetur, Filium eſſe. Eſſe aūt, quia genitus. Ergo & angelis prior, & ita ut eos crea
uerit. Fit itaq; ut quod antea angelorū fuerat in ueteri teſtamēto miniſteriū, nūc filij
ſit. Aduerte Apoſtoli prudentiā, ne Filiū audiens quiſpiā ante oia creata conſtare,
exiſtimet eundē carere principio, edocet & Patrem habere, & ab eo eſſe progenitū.
Quandoquidē cum ipſe, tum reliqua conſtet a Deo prodiiſſe. Alioqui hunc patefa-
cit a cæteris longe differre, ſiquidē a Patre hic ortū ducat, ut Filius. illa uero tanquā
creata per eundē ſint Filium condita, quod clarius in ſequentibus aperit.

QVONIAM in ipſo condita ſunt uniuerſa, in cœlis & in terra.) In ipſo, hoc
eſt, per ipſum, ut idem deinceps monſtrabit. Atqui quod ambiguum erat, quod cœ-
leſtia ſcilicet condidiſſet, plus expreſſit. Si itaq; Angeli per ipſum ſunt conditi, quo
ergo pacto priores hi erunt.

VISIBILIA & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue
poteſtates.) Omiſſa accuratiori de uiſibilibus diſputatione, utpote de quibus nil
ſit ambigendum, De uiſibilibus ipſis, de quibus dubitatio poteſt animum plerunq;
ſubire, particulatim nunc diſſerit. Neq; enim & alia cœlorum ornamenta ſigillatim
expoſuit, quando a præſtantioribus minora protendat. Inuiſibilia ſiquidem dici &
Angeli ipſi, & Archangeli poſſunt, & immortales hominum animi. Quo fit, ut per
Angelos & reliquos cœli ornatus deſignet.

OMNIA PER ipſum & in ipſo creata ſunt.) Ecce quod ſuperius in ipſo dixe-
rat, nunc dicit per ipſum. Quemadmodū & Ioannes Euangeliſta. Omnia per ipſum
facta ſunt dixit. Omnia uero cum inquit, nequaquam eſt & Spiritum ſanctū com-
plexus. Neq; em̄ eſt ex omnibus unus, ſed abſolute unus eſt Spiritus. Sicuti & unus *Verba Ioānis*
eſt Deus, & dominus unus. Quæcūq; igitur facta ſunt, per ipſum ſunt condita. Pro *Euangeliſtæ.*
inde ne hunc miniſtrum forte aliquem putes, & in ipſum inquit. Hoc eſt, in ✶ eum *Aliás*
pendet uniuerſa. Nec ſolum hæc ipſe creauit, ſed eadem hæc continet, & ita ut ſi ab *eo pendeat.*
eius hæc prouidentia abducantur, pereant protinus neceſſe ſit.

ET IPSE eſt ante oēs & omnia in ipſo conſtant.) Eadem ſæpe uerſat & repetit,
ut uerborū frequentia, tanquā crebris adactis vulneribus, radicitus exitiale dogma
illud extirpet. Aduerte ut non ante oia factus eſt dixerit, ſed eſt ante oia. Quod Deo
pręcipue cōuenit. Vbinā gentiū eſt, Paulus ille Samoſatcus, qui aſſerit a Maria Chri *Paulus Samo-*
ſtum duxiſſe principiū, & in ſe tamē ipſo, & tanquā in aliquo fundamēto conſtare. *ſatens.*
Eſſeq; hoc pacto creatis cęteris primogenitū, cum Apoſtolus nequaquā primogeni
tum hunc cōſubſtantialē creatis eſſe affirmet, ſed uniuerſa in eo deferri, uerſariq;.

ET IPSE eſt caput corporis Eccleſiæ.) Cum de Dei Filij dignitate dixiſſet, de

Z eius benigni-

eius benignitate & charitate nũc meminit. Quandoqdem cũ adeo cunctis præſtaret, qui creauit & condidit uniuerſa, terrenis tamẽ ſe & humilibus hiſce cõiunxit. Neq; Eccleſiæ cõplementũ dixit, ſed corpus, ut ſummã eius quã nobiſcum habeat coniun
ctionẽ, demonſtret. Vtq; & carnem eiuſdem, qua & noſtra conſtat, ſubſtantiæ cepe
Eccleſia quid. rit, non e cœlo. Eccleſiam aũt pro uniuerſo fidelium conuẽtu hic capit, perinde ac ſi dicat, uel in ipſo ſecũdum carnẽ ortu, ante oẽs, tanquam caput eſt genitus.

QVI EST principium primogenitus ex mortuis.) Principium, inquit, reſurrectionis eſt ille, quia primus omnium reſurrexit. Et quia dolores mortis diſſoluit, merito primogenitus dicitur. Habet nanq;, quia primitias præfert, qui ſe ſubſequãtur. Eſt enim neceſſe eum qui primitias præferat, nonnullorum habere primatum. Vtq; pro uno manipulo aliquo pro primitijs debito, meſſi uel reliquæ benedicit, ſic ipſi per eum ad unum omnes ſanctitatẽ ſumus adepti, & corpore uno domini reſurgente, natura omnis humana ut a mortuis excitaretur dignata eſt.

VT SIT in omnibus ipſe primatũ tenens.) In oĩbus quæ circa eum nos contẽplamur. Nã ante oĩa a Patre eſt genitus, & primus eſt oĩm, ut Eccleſiæ caput. ſurrexitq;
Chriſtus ante oĩa genitus. quã cæteri prior, quia tanquã his qui ꝑ timitiæ ſint, imortalitatẽ donauit. Nam & ſi nõnullos dixeris ante hũc a mortuis excitatos, quos ipſemet excitabat, iterato tamẽ mortui ſunt. hic uero ita ab inferis reſurrexit, ut nil ultra ſit mortẽ perpeſſus. Attende aũt quemadmodũ hoc loco dictus eſt Primogenitus, tanquã mortuorũ primitiæ fuerit. Nam regeneratio eadẽ eſt, ibi nanq; non præfert creationis primitias, & ſi primogenitus ſit. Non eñ eſt eſſentiæ modus, is quippe genitus eſt, illa uero creata.

QVIA IN ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare.) Plenitudinem diuinitatis uidelicet, quam Filius ſcilicet præferebat. Et uerbum placuit ſibi inhabitare, non operatione & actu, ſed ſubſtantia. Nec ullam habet aliam quam afferat rei huiuſce rationem & cauſam, præter Dei beneplacitum & uoluntatem.

ET PER eum reconciliari omnia in ipſo.) Per eum, hoc eſt, ipſe ſuapte opera hanc nobis peperit ſalutẽ. Verum ne forte exiſtimes miniſtri hunc cepiſſe conditionem, in ipſo inquit. Hoc eſt, ipſemet homines ſibi conciliauit. Et alibi id ipſum com
Aliâs cum diceret meminit ✶ Deo conciliauit. Erunt ergo hoc pacto quę Patris ſunt cõmunia Filio. Neq; conciliari dixit, ſed reconciliari. Hoc eſt, debitum reddere quod antea debebatur. Vel quia adeo eſſet eiuſmodi abſoluta reconciliatio, ut nullę eſſent in poſterum humano generi cum eo inimicitiæ. Nec quidẽ ſolum reconciliatio eſt perſoluta, gn & reconciliationis modus eſt redditus, hoc eſt, ad id filij occiſio maxime ualuit.

PACIFICANS per ſanguinem Crucis eius.) Per reconciliationem quidem inimicitias præfert, per pacem autem bellum. Nos enim Deo & hoſtes eramus, & præliũ aduerſum ſe per nos gerebatur. Magna quidẽ reconciliationis eſt uis, maius tamen per ipſum & eius ſanguinẽ. Per Crucem inſuper Fide mortis cum Patre in gratiam homines rediſſe. Neq; enim oratorum more in nobis conciliandis uerbis eſt uſus, quin ipſum ſe tradidit. Neq; Crucem duntaxat dixit, ſed eius adiecit, ne patibulum quoduis exiſtimes aliquid per ſe uirium nactum. Non enim id ſalutem patauit, ſed eius patibulum, id eſt, mors, in quo ipſe pependerit.

SIVE QVAE in terris, ſiue q̃ in cœlis ſunt.) Quæ in terris ſunt merito poſſint dici conciliata. Quandoquidẽ ſinguli ſecũ ipſi homĩes diſſentirẽt, & alios impugnarent, & uitæ ipſi angelicæ aduerſarẽtur. Cœleſtia uero quo pacto? Erat nimirũ in
Quæ conciliata dicantur. gens inter terrã & cœlũ diſſidiũ, & angeli aduerſus hoĩes depugnabãt. Quippe qui eorũ dominũ ſpectaſſent iniurijs, & cõtumelijs affectũ, & morte demum? Eo quod ad inferẽdos hoĩbus cruciatus dimittebãtur, ut Sodomitis conſtat hos contuliſſe, & Dauid in gemitus ualle Iudæis. Filius itaq;, hoĩe in cœlo ſublato, qui ſe ut hoſtis antea oppugnaſſet, Angelo iuſſit in terris apparere, fidelibus ſingulis incinẽtes, ut ſe ſe
Paulus in cœlũ arreptus. querent. Videtur aũt & Paulũ in cœlũ eo fuiſſe arreptũ, ut perſpicuũ eſſet & hoĩes in cœlo uerſari, quo & Filius fuerat aſſumptus. Bifaria itaq; ſunt res iſtæ terreſtres

pacatæ, &

pacatæ,& quia cum cœleſtibus pace utantur, & quia ſecũmetipſe in gratiam redire. In cœlis uero ſimplex quædam eſt pacatio facta, Angelis recta ſuadẽtibus pro tantorũ hominum cõparata ſalute, mira iocunditate affectis. Quo ergo pacto aſſeritis per angelos ad Patrẽ traduci mortales, qui tantũ ab hoc officio abfuere, ut nobis ſint aduerſati. Et ni oppugnarit, & ni IESVS nos ſibi cõciliaſſet, nil pace hac frueremur.

ET VOS cum eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu in operibus malis.) Dixerat ſupra ſub tenebrarũ nos poteſtate fuiſſe, nunc uero ſenſu aſſerit inimicos. Non tñ id ut itidẽ exprimat, ſed ne putes neceſſe ſic fore, ut qui in tenebris uerſabamur, uel Deo eſſe infenſos, & ſenſu adiunxit, ut arguat plane, & ſi imeritos, reconciliatione tamen nos hac fuiſſe dignatos. Qui eñ non ultro malis afficit, miſericordiã promeretur. Qui uero ſponte in medijs ſe malis ingeſſerit, odio erit & maleuolentia dignus. Nos itaq; inquit, nequaq; ille inuitos aut cõpulſos, ſed uoluntarios & ultro ab ſe abeuntes habet. arguens inimicitiã huiuſmodi oẽm, non a cœleſtibus, ſed a nobis ipſis ſumpſiſſe initiũ. Erat nanq; uel uobis nolẽtibus ad id quidẽ procliuior Dei & Angelorũ uoluntas. Propterea non infenſos ſimpliciter dixit, ſed alienatos. Hoc eſt, neq; ad pœnitentiã reditum operientes. Quippe qui hoſtes ſenſu, hoc eſt, uoluntate eratis. Neq; huc uſq; prouectũ eſt malũ, quin & in opibus malis, id eſt, re ipſa & factis inimicitias exercebatis. Ex his itaq; oĩbus arguit, nec Angelos quidẽ quiuiſſe quæ recta ſunt nobis perſuadere, neq; a Diaboli eximere poteſtate. Tum quia & hoſtes eramus, & qui nos cõprehẽſos tenebat, nondũ eſſet reuinctus, ſed Chriſtus præualidum aduerſariũ illum cõſtrinxit & ab eo ut deficeremus enixius perſuaſit.

NVNC AVTem reconciliauit in corpore carnis eius per mortẽ.) Rurſum reconciliatõis modũ inducit, quę eius in corpore ſit effecta. Quomodo? Num q̃a flagellatus duntaxat ſit aut manu & alapa faciẽ ictus? Minime. Sed quia morte affectus turpiſſima ſit. Exhibere uos ſanctos & humiliatos & irreprehenſibiles coram ſe. Aliud rurſum beneficij genus exponit, cuius & ſuperius meminit, cũ dixit. Qui ſufficientes uos fecit, idipſum nunc repetit inquiens. Non eñ uos ſolũ a Peccatis exemit, q̃n & ſanctitate donauit. Nec mediocri, ſed quæ aſtare corã ſe poſſit, effecitq; ut ſine labe ſitis, & culpa uacetis. Et ita, ut quod geri iam per uos queat, nihil ſit reliquũ.

SI TAMEN permanetis in Fide.) Cum omne quod Filij eſt officium explicaſſet, utpote qui per mortem hæc omnia confeciſſet, ne forte ſic inquiant. Ergo nihil nobis erit elaborandum. Quinimo, inquit, neceſſe eſt, ut in Fide ſitis conſtantiores, ne uel reddamini ſegniores & in priora facinora relabamini.

FVNDATI & ſtabiles & imobiles a ſpe Euangelij.) Quoniã poteſt & in Fide perſiſti, labando tñ plerũq;, nec moderati quicq; nec penſi haberi, fundati adiecit, & ſtabiles. Hoc eſt, haud quaq; nutantes. Nec id modo, quin & imobiles. Nihil ait, q̃d graue ſit a uobis depoſco, niſi ut nemo uos a Chriſto ſeiũgat. In eo nanq; ſpes oĩs Euangelij ſita eſt, & cunctis erit in ipſo ſperandũ, qui Euangeliũ excepere, ut qui uniuerſa pacauerit. Quo fit, ut qui Angelis ipſis conciliationẽ hanc forte adſcripſerit, a Chriſto dimotus ſit neceſſe eſt. Eñuero fieri non poteſt, q̃n a uirtute uel paululũ deciſcat, in Fide aũt poteſt aliq̃s non imutari. Itaq; neq; quod graue toleratu ſit exigit. *Chriſtus ſolus reconciliator hominum.*

QVOD AVdiſtis, q̃d prædicatũ eſt in uniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt.) Hos ipſos in teſtes ꝑducit, deinceps orbẽ terrarũ uniuerſum. Neq; quod prædicat dixit, ſed quod prædicatũ eſt. Hoc eſt, quod creditũ eſt & acceptũ. Ignominia itaq; cum & uos ipſos, tum & alios hoĩes mox affeceritis, ſi aliter quã prædicatũ ſit, creditis.

CVIVS FActus ſum ego Paulus miniſter.) Vel id plurimum confert, ut digna Euangelio Fides adhibeat, cuius præconiũ ſuſceperat Paulus. Erat nanq; eius adeo nomen quoq; diffuſum & celebre, ut fama orbem peruaderet. Miniſtrum autẽ cum ſe Euangeli uocat, magis eos ut pareant, cogit. Neq; eñ quæ mea ſunt ꝑdico inquit, ſed alteri ſubminiſtro, Deo ſcilicet. Quo circa & uos dictis meis Fidẽ præbete. *Paulus Euangelii miniſter.*

NVNC GAVdeo in paſſionibus meis pro uobis.) Videt id dictũ minus ſuꝑiori

bus reſpõdere, cũ maxime cõgruat. Cum eñ dixiſſet Euangelij ſe miniſtrũ effectũ, a quo ne illi exciderẽt precaret, Oſtendit uerax adeo illud eſſe & certius, ut ꝓ eo pati ſe fateat̃, ſic inquiẽs, Non ſolũ patior, ſed etiã lætor perpetiendo. Quem aũt patior, ueſtri etiã cauſa tolero, ut per tolerantiã uobis huiuſmodi, queam prodeſſe.

ET ADIMpleo ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti in carne mea.) Inſolentibus uidentur & deſperantib. hæc dicta, alioqui ingenti ſunt in Chriſtum charitate referta. Vult enim Coloſſenſibus perſuadere, adhuc pro ipſis Filium pati, tanquã id inquiat. Non enim per noſipſos Apoſtolos, ſed per Filiũ ad Deum uos deducemini, tam etſi noſtro uideatur fieri hoc interuẽtu. Quo circa quod nam facinus per uos atrox admittitur, ut ab eo deficiatis, qui uel eius poſt obitũ, diem ueſtri ob gratiam patiamur. Quod autẽ dicit tale eſt. Si enim eſſet pro uobis Chriſtus pœnas luere obligatus; abiretq; non debitum redditurus, ipſe ego id omne perſoluerẽ. Nec ſecus ſe hic habet Apoſtolus, ⁎ quæ faceret miles quiſpiam præfecti loco relictus, longius & peregre proficiſcentis. Qui in ſtantibus inimicis, uicem abſentis gerens, creditam ſibi phalangem pugnãdo acrius & tuendo, & principis locum ſeruet, & uulnera principi debita, ipſe ultro excipiat. Ideo autem quæ deſunt dixit, ut arguat tantam Chriſti fuiſſe in nos charitatẽ, ut nec debitum omne perſoluiſſe ſe credat. Et tanquã nec ſatis ſint quę antea tulerit, ſed poſt mortẽ etiam noſtri gratia patiatur. Et in meo corpore, hoc eſt, in mei corporis paſſione. Neq; enim morte dũtaxat ſua contẽtus, quin & infinitis nititur modis, ut facere ſatis nobis pro eius deſiderio queat. Nequaquã igitur hæc, ſe ut efferat Paulus, dicit, ſed Chriſtum ut arguat adhuc Coloſſenſibus ipſis proſpicere, & cæteris ſimul, qui eius Fidem exceperint.

Aliâs quã haberet

Chriſti in nos charitas.

PRO CORpore eius quod eſt Eccleſia.) Cum diceret, & ſi ipſe patior, Chriſti tamẽ huiuſmodi, nõ meæ ſunt paſſiones, ſuis dictis auget Fidem, atq; pro corpore eius hæc fiunt. Non itaq; iactantis eſſe ſermonẽ hunc ducite, ſed eius qui nihil adſciſcere ſibi & copulare eccleſiã dedignetur. Credite igitur adhuc illũ in mea hac carne pro Eccleſia pati. Quod ſi Chriſti corpus Eccleſia præ ſe fert, & illi eſt procul dubio iuncta, cur Angelos in mediũ ipſi producitis, & unitatẽ huiuſmodi interciditis.

CVIVS ſum factus ego miniſter.) Oſtendit hic ſe, & ſi hmõi miniſterio fungit̃, nil tamẽ ex ſe confeciſſe. Quod ſi ipſe inquit miniſter ſum, cur angelos inducitis?

SECVNDVM diſpenſationẽ Dei quæ data eſt mihi in uobis, ut impleam uerbum Dei.) Diſpenſationem Dei uel ideo dicit. Quia poſt eius aſſumptionem nos ad Euangelium prædicandum reliquit ne uos abs ſe derelicti, in deſperationẽ aliquam ueniretis. Vel illud infert uidelicet. Propterea ille omniũ maxime ut Eccleſiam ante hac inſectarer permiſit, ut poſtmodum Fides prædicanti mihi maior adhiberetur. Vel quia non opera ipſe aut uirtutes quæſiuit, ſed Fidem duntaxat & Baptiſmum, quod ſane ſumma quædam eſt diſpenſatio. Nam quis unquam fuiſſet ſalutem adeptus, ſi opera ipſa depoſcerẽtur. Vel Dei diſpenſationẽ dicit ſimpliciter, quæ in eos fuerit ſibi conceſſa qui ex gentibus eſſent, gratiam Dei & ſufficientiam, quibus donaſſet ſe Deus, ut gentes illuminaret. Nam ob tenebratis uel inſenſatis, uel pertinacibus ipſis, ſuadere ut uerũ dogma admitterent, haud ſane Pauli uiriũ erat, ſed diſpenſationis diuinæ. quemadmodum enim in ſe paſſiones Chriſti eſſe oſtendit, ſic Dei affirmat officiũ eſſe, ut in his impleat quod per ſe prædicatur. Cum uero implere dicit, arguit aliquid illis deeſſe. Intelliges autẽ hoc loco per Dei diſpenſationem, miniſterium ipſum ſignificari, cuius ſcilicet inquit capaces eſtis effecti. Deus nanq; cum uniuerſa, diſpenſatione quadam efficiat, uel id præcipue per diſpenſatiõem effecit, ut in præſenti potius miniſterium panderetur, cum futurum eſſet ut illud exciperẽt homines. Nugaces itaq; hi deprehendũtur & uani, qui ideo uidentur offendi, quia in poſtremis temporibus Chriſtus Filius aſſeratur nos oblaturus.

Perde in diſpẽſationem miniſterium Dei ſignificare.

MYSTERIVM quod abſconditum fuit a ſæculis & generationibus.) Differens quibus ſimus ipſi bonis dignati, aliud quiddam maius oſtendit, quod neq; ex priori

ſæculo quiſ-

ſæculo quiſpiam, qui nos ætate multa præcedat, hæc ipſa didicerit. Et myſterium dicit, quod nulli eſſet niſi Deo præcognitū. Nec ſimpliciter occultatum, ſed abſconditum dixit, ut quod in Dei arcanis reconderetᷣ. A ſæculis aūt, hoc eſt, abusqꝫ initio.

NVNC AVTem manifeſtū eſt ſanctis eius.) Hæc ſane diuina eſt diſpenſatio, qa recens ſit illud manifeſtū. Neqꝫ factū eſt dixit, ſed manifeſtū. Alioqui neqꝫ in pn̄tia cunctis eſt palam id factū, ſed eius ſanctis. Quo fit, ut illud adhuc alijs prædicetᷣ. Cauendū itaqꝫ, ne uos illi ſeducant, qui myſterij huius ſunt & diſpenſationis ignari.

QVIBVS uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramēti huius in gētibus.) Ne forſan id roges, cur ſolis hoc ſanctis, nec cæteris patefactum myſterium ſit, quibus uoluit ſtatim ſubiecit. Illius autem uelle nec temere fit, nec ratione caret. Poterat tamen dignis, non ſanctis dicere. Quod eo fecit, ut cum gratiæ ſe obnoxios ſcirent, humiles potius præſtent, quam ſi merito id ſe aſſecutos uiderent, gloriæ ducerent. Et ut magis rei ipſius exprimat magnitudinem, nequaquam ſimpliciter dixit myſterij gloriam ſignificaſſe, ſed gloriæ opulētiam, quod myſterium præcipue gentibus cognitum eſt. Sicuti & alibi dicit, gentes autē in miſericordia. Videtur aūt & in alijs Deus extolli, ſed in his maxime, qui lapides inſenſibilitate excedunt, cum lapides ipſos adorant & reptantia colunt, quos utiqꝫ pro ſua clementia ad Fidem uocauit. Nec ſecus cum gentibus agit, quam faceret quiſpiam, qui cane arrepto, rabie efferato, ſcabieqꝫ & plagis pene immobili, eundē mox hominē reddat, & in humanam traducat effigiem, ſtatuatqꝫ in regio throno, plus ſane eſſet ea ex re gloriæ uēdicaturus, quam ſi in homine modicis facultatibus, & non penitus erumnoſo? Mirum id facinus ederet. Recte autē huius myſterij dixit. Sunt nanqꝫ & myſteria alia pleraqꝫ, hoc tamen & præcipuum & uerius eſt, quod nulli eſt cognitum, & præter hominum opinionem uidetur, ut gentes ſcilicet ad ſe Chriſtus aſciuerit.

Magnū et præcipuum myſterium.

QVOD EST CHRISTVS uobis ſpes gloriæ.) Interpretando quod illud myſterium ſit, Chriſtum dicit hoc eſſe, uel Chriſti cognitionē, quæ uobis ineſt. Quod ſane cum horum uel laude explicat, ut magis eos alliciat, perinde ac ſi dicat. Si Chriſtus ineſſe uobis iam conſtat, cur ipſi Angelos beneficos dicitis? Eſt autē & gloriæ ſpes, quia per ipſum ſperamus gloriam cōſequi ſempiternam. Vel quia ſpes noſtra ſit Chriſtus, qui gloria præſtans ſit, & cuius nil pudere nos poſſit.

QVEM NOS annunciamus.) Nos inquit, non Angeli, hunc prædicamus. Quo ergo pacto uos Angelos habetis miniſtros?

CORRIPIENtes omnem hominem & docentes in omni ſapientia.) Non enim ipſi aut iubendo aut cogendo quenquam inſtruimus, id nanqꝫ diuinæ eſt bonitatis & rectitudinis, ne quem inuitum & uiolenter ad Fidem ducamus, ſed monitis & doctrina. Aduerte quemadmodum caſtigare & commonefacere, factis ſit & operibus alios admonere. Docere uero, diuinis duntaxat decretis eniti.

Cōmonefacere & docere, quomodo.

IN OMNI Sapientia.) Quis enim ualeat alios tanta hæc edocere, quanta opus eſt Sapientia. Eſt autē ſapientia quædam, quæ in ſacris literis conſtet, quædam quæ meditando etiam cōparatur, quædam quæ uel a gentibus ipſis petatur, quemadmodum apud Athenienſes Apoſtolus de Ara incognito Deo dicata, diſſeruit.

Ara Dei ignoti.

VT EXHIbeamus omnē hominē perfectum in CHRISTO IESV.) Quid illud hominem oēm? Ita quidē id nitor uniuerſos mortales reddere pfectiores. Quod ſi minus ſuccedat, nil mihi offecerit. Perfectum aūt non in lege dicit, ſeu in angelis, ſed in CHRISTO IESV. Hoc eſt, in Chriſti cognitione. Non eñ Lex ipſa perfecta eſt.

IN QVO & laboro certando.) Laboro dixiſſe haud contentus, & certando adiunxit, ut & uigilantiam præferat, & abſtinentiam quandam acerrimam, & reliqua ſe ſeruaſſe oſtendat, quibus ſolent certaturi ſtudere. Si itaqꝫ ipſe ut bona uobis contingant, operam & laborem impendo, quanto magis & ipſe tantundem debetis & laboris inſumere, ut certando uictoriam referatis?

SECVNDVM operationem eius quam operatur in me in uirtute.) Cum labo-

lorum occeptum id iter incedere,hoc enim non eo traducit.
RADICATI.) Hoc eſt,conſtanti gradu perſtetis. Neqꝫ enim nunc Chriſto fue-
rit,nunc angelis inhærendum. Nam quod ſemel ualidis & altioribus fundatum fue
rit radicibus,transferri non poterit.
ET SVPER ædificati in ipſo.) Oſtendit eos quidem fuiſſe colapſos, eoqꝫ fore
ſuper Chriſti fundamento inſtaurandos.
ET CONFIR mati in fide.) Hoc eſt,firmiter Deū per fidem cōplexi,non captio
nibus uel ſuaſibili ulla oratione. Aedificium nanqꝫ & ſtructura,ſi ſint fundamentis
impoſita,quæ oneri ſuſtinendo minus ſint firma,fallunt quidem & collabuntur.
SICVT ET DIdiciſtis,abundantes in illo in gratiarū ctione.) Iterato hoc ſicut
apponit,ut & ſi aliud nihil effecerit,pudere tamē hos cogat,ut uel ſuimet eos ſaltem
uerecundia teneat,qui & didiciſſent quod ſequi deberent. Cum autem ſicut & didi-
ciſtis inquit,tanq̃ pro fundamento diſciplinā ſubiecit. Abundātes uero,pro iniecta
fundamentis & mole. Nō itaqꝫ eorum trāſcendendus eſt dogmatū limes, quorū ipſi
acceperitis formā,ſed proficiendum in his potius erit & gloriandū. Affatim præte-
rea & gratias eſſe fidelibus nobis Deo agendas oſtendit, quod tantæ nos gratiæ di-
gnos effecerit. Nec noſtro id eſſe profectui adſcribendū, quod ea ſimus dignati.
VIDETE NE quis uos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam.) Hoc *Philoſophia*
eſt cauete per Philoſophiæ nomen uos quiſpiam fallat, quod quia celebre eſt & uul *fallax.*
garius, & apud homines huius ſumma ſit authoritas, facile decipit, tanq̃ id dicat. Hi
enim qui uos circunueniūt, Philoſophia nituntur. Quæ cū honeſtatis plurimū præ
ſe ferre uidetur, & inanem fallaciam adiecit. Eſt præterea aliud quoddam decipiendi
genus, rectius tamen, nec fraudulentū, de quo Iſaias meminit. Decepiſti me domine
& deceptus ſum, cuiuſmodi etiam uel illud fuit, cum uiſus & Iacob Iſaac decepiſſe,
quæ deceptio nequaq̃ dicenda erit fallacia, ſed diſpenſatio quædam.
SECVNDVM traditionem hominum.) Vides quemadmodū per uaria huma-
na quædam hominū ſenſa & cogitatus, captiones eiuſmodi emanarint. Eoqꝫ & hæ- *Hereſes quæ.*
reſes dicuntur, quia hominum ſint uariæ ſentientium opiniones. Sed Chriſtianorū
hæc fides, nequaquam humano aliquo ſenſu uel iudicio conſtat, & ideo nec nomen
aliquod ſortita eſt iſtiuſmodi, ut hæreſis diceretur.
SECVNDVM elementa mundi & non ſecundum Chriſtum.) Orditur tandem
dierum & temporum obſeruationes refellere, mundi elementa Solem & Lunam ap
pellans, quibus dies uidentur & tempora uaria conditione conſtare. Nec dierum di
xit obſeruationem, ſed mundi elementa. Sic enim & orbem uniuerſum cōplectitur
& recordatur, ut dierum hanc obſeruantiam magis ac magis inanem eſſe coarguat.
Quod ſi mundus ipſe omnis nihil fuerit, longe minoris erūt & elementa hæc facien
da, & dies. Non ſecundum Chriſtum, id eſt, nequaq̃ pro Chriſti ſunt uoluntate, qui
potius uel ſi Chriſto partim eſſet inſeruiendum, partim his elementis, neqꝫ hoc qui-
dem pacto his eſſet obtemperandū, quæ uos in præſenti omnino a Chriſto ſeiunxe
rint. Iſtiuſmodi autem obſeruationes non gentilium modo, ſed Iudæorum etiam ri
tibus cauebantur. Fit itaqꝫ, ut ex Philoſophia illa, hæc a lege defluxerint.
QVIA IN ipſo inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.) Hoc eſt, q̃d-
cūqꝫ Deus eſt uerbū, in ipſo habitat. Sed ne forte inhabitaſſe hunc audiens exiſtimes
habitando et operatū eſſe, quemadmodū & Prophetæ ſolebāt, in q̄bus Deus inhabi
tabat, ſecundū quod ſcriptū eſt. Et inhabitabo in eis & inambulabo, corporaliter ſci
licet adiunxit. Hoc eſt, nō operatione aliqua, ſed ſubſtātia & tanq̃ corporatus & ſub
ſtantia una exiſtens, cū carne aſſumpta. Vel poteſt hoc modo intelligi. Videlicet tan
q̃ in corpore cū inhabitat anima, corpore quidem hæc uiuit ſubſtantialiter & inſepa
rabiliter, ac ſine ulla admixtione. Anima tn̄ ipſa corpore excedit, corpus dum morit̄
Deus aūt uerbum nunq̃ a carne aſſumpta ſeiunctus eſt. Quin et in ſepulchro aderat *Deus à carne*
illi, eandemqꝫ ipſe & incorruptā ſeruabat, ad inferoſqꝫ deſcendens, cū carne hac erat *aſſumpta nunq̃*

 Siue igitur *ſeparatus.*

Siue igit̃ prædicans, ſiue cũ incluſos inferni clauſtris & detentos iam ſolueret, iunctus erat diuinus cũ corpore animus, uel tum etiam cum uoluntaria morte deceſſit.

ET SITIS IN illo cõpleti.) Nil, inquit, minus uos eſtis adepti, quã ille haberet. Quin & diuinitate uos eſtis oppleti. In illo, hoc eſt, per eius carnem aſſumptã. Nam cũ eſſet noſtra natura Deo coniuncta, & nos ſumus Diuinæ illius effecti participes Vbiq; Paulus nititur Chriſto nos facere propinquiores, ſicuti & alibi. Congregauit nos inquit, & in conſeſſum recepit, in cœlis in Chriſto. Et alias item. Si ſuſtinebimus, inquit, & ſimul ſumus regnaturi. Cohæredes p̃terea & alijs in locis appellat.

QVI EST CAput omnis principatus & poteſtatis.) Haud quaquã perinde cõſubſtantialem hunc ponit, ſed tanquã ſuperiorem & cauſantem. Cur ergo, inquit, hoc ipſo omiſſo, ad angelos confugiſtis, tanquã ad patrem adeundum duces? Quorum iſte ſit caput. His nanq; Apoſtolus dictis interſecat, diſſoluitq; quam ceperant Coloſſenſes de angelis opinionem.

Circuncíſio p ſpiritum Sanctum facta.

IN QVO circuncíſi eſtis circuncíſione nõ manu facta.) Beneficiũ ſane admirandũ inducit, cũ eſtis, inquit, in Chriſto uos circuncíſi. Neq; eni mortali manu, ſed SPIRTV ſancto talis fit circũcíſio. Nec partẽ aliq̃, ſed uniuerſum hoiem circũcidit.

IN EXPOLIAtione corporis peccatorum carnis, in circuncíſione Chriſti.) Ibi quidem pudendum illud uirile circuncíſiõe retegitur, carneo illo uelamine dempto hic uero corpus hoc noſtrum omne expoliatur nudaturq;. Quia peccata demuntur quæ per carnem committimus. Circuncíſionem itaq; iſtiuſmodi nõ lex ipſa prætendit, ſed Chriſtus, cum nos in baptiſmo ueteris uitæ & peccato obnoxio, & carni penitus deditæ, denudet & ſpoliet.

CONSEPVLTI ei in baptiſmo.) Quod circuncíſionem hic dixerat, id nunc ſepulchrũ appellat, tanq̃ maius longe quam circuncíſio ſit aſſecuturus. Neq; enim illud abijciebatur iam circuncíſum, ſed corruptiũ deperdebatur. Qui igitur baptiſmo abluitur, Chriſto contumulatur, quia tertio mergitur. Quod utiq; & dominũ præfigurat triduo ſepultum fuiſſe, emoliturq;, quo ad ueterem hominem & peccatorem.

Qui baptiſatur. Chriſto contumulatur.

IN QVO ET reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum a mortuis.) Non ſolum, inquit, Chriſti ſepulchrũ, qui & reſurrectio ipſa per baptiſmũ prætenditur. Quo modo? Per fidem nimirũ. Nam cum fide certiori tenebimus ſuſcitandi Deum habere hãc facultatem, nobiſq; eam ad rem argumento fuerit, quod Chriſtum a mortuis excitarit, profecto bifariã iam reſurreximus. Tum quia reſurrectionem ſperamus, quam ſpe uidemus, & ſi futura ſit illa, quam hac ipſa adepti ſumus, tum quia procul a nobis per ſpiritum mortem eijcimus, quæ ex peccati operibus imminebat, quod clarius in ſequentibus explicabit.

ET VOS CVM mortui eſſetis in delictis & præputio carnis ueſtræ, uiuificauit cũ illo.) Chriſtus ſiquidem inquit, cum corporalem mortem ſubijſſet, a patre uitã recepit. Non quia mortem hanc ipſe ſibi ſuppeditandi facultate careret, ſed quia ad patrem omnia referuntur. Quod autem ſeipſum ſuſcitaſſe perſpicuũ ſit, in triduũ prædixit templũ hoc ſuſcitabo, Et alibi. Iterum, inquit, præbuit ſe uiuũ poſt paſſionem ſuam. Vos uero qui ſcelerum mortem ſubijſtis, & in præputio eſtis, hoc eſt, magnũ in modũ quæ carnis ſunt ſapitis, quod ſane uobis attulit mortem, ad uitam eſtis cum Chriſto redacti. Nam ut ille ſurrexit, ſic ipſi qui ſpiritu eſtis a morte iam excitati, & corpore reſurgetis. Baſilius autem mortem hanc ita interpretatur. Ob prava enim, inquit, facinora morti eſtis & condemnationi adiudicati.

Baſilius.

DONANS VObis omnia delicta.) Quæ ſcilicet mortem efferebant. Tanq̃ id inquiat, aduertite quibus uos malis Chriſtus exemerit, quæ uobis merito debebant.

DELENS quod aduerſus nos erat chirographrum decreti quod erat contrarium nobis.) Cum illum dixiſſet nobis peccata donaſſe, ne forſan exiſtimes illa & permanere & patere adhuc permiſiſſe, non ita inquit ſe habet, ſed hoc delictorum chirographum ille obliterauit. Chirographum uero uel confeſſionem ipſam intelligamus, uel

graphum peccati ſua morte deleuit.

mus uel eiuſmodi aliquid, qua ille illud fuit, quod apud Moyſen cõſcripſerat populus, aſſerens ſe quæcunq; Deus mandaſſet, facturũ, futurũq; dicto audientem. Vel pactũ dicit, quod Deus cũ Adam hunc in modũ pepigerat. Quacunq; die ex eo comederis, morte morieris. Hanc quidem diabolus pactionem chirographi loco obſeruabat, quæ adeo nobis eſt aduerſata, ut reſpirare nil ſiuerit. Id itaq; Chriſtus decreto abraſit, id eſt fide. Neq; enĩ id omne operibus ullis, ſed fidei dogmate ſublatũ eſt.

ET IPSVM tulit de medio, affigens illud cruci.) Nec ſolum, inquit, deleuit, ſed e medio ſubſtulit. Hoc eſt, ne uſpiam appareret chirographũ illud effecit. Nec nobis contulit, ſed illud cruci affigens, dilacerauit. Quod proculdubio eſt libenti animo dimittentis inditium. Omnes nanq; eramus peccato & pœnis obnoxij, cum ipſe qui nil commiſiſſet, tormentis & cruciatibus pro nobis affectus, in cruce noſtra peccata diſſoluit & pœnas, in eaq; & chirographum ſcidit.

Natura peccatis obnoxia.

EXPOLIANS principatus & poteſtates.) Poteſtates dæmonicas inq̃t. Vel quia his eſſet humana natura circũuallata, uel quia Chriſtus ipſe homo effectus, humanitatem hanc tanq̃ occaſionem habebat, qua poſſet cõprehendi. Hac occaſione ubi ſe ſpoliauit, incõprehenſibilibus hiſce inuentus eſt poteſtatibus. Nam etſi naturã acceperat peccatis obnoxiã, hanc tamen ſine peccato ſeruauit. Cæterũ id omne ſic potes perdiſcere. Enimuero diabolus ex duobus hiſce, uoluptate ſcilicet & triſtitia, humanã naturã ſuæ ditioni ſubegerat. Vnde & dominus eandem hanc naturã ſuſcepit, ut pro nobis ipſe aduerſus principatus huiuſmodi, & poteſtates obluctaretur. Omitto quemadmodũ initio ſtatim poſt eius ſanctiſſimã carnem aſſumptã, illas cõtriuerit. Quandoquidem & ſine uoluptate cõceptus ſit, & ſine mœſtitia genitus. At ubi & natus eſt, & ad uirilem euaſit ætatem, uoluptatis illecebris pertentatus, et in monte a gulæ uitio, mox & diuitiarũ appetentia, & gloriæ cupiditate, cũ dæmon hunc præſens ſuadendo hęc eſſet aggreſſus, ſic Chriſtus pro nobis uictoriã retulit. Deinceps triſtitiæ morbo tentatus, cũ artibus ſtuderet tentator ille eundem inducere, ut proximo quoq; aduerſaretur, cũ illi per Scribas & Phariſæos inſidiaretũ, uel per hos ipſos, q̃s beneficijs affeciſſet, quod quidem exequi cũ nequiſſet, cruci tandem maiores artes molitus afficit. Chriſtus uero nil adeo ad ea deflexit animũ quæ aduerſarius cuperet, ut etiã pro ſe patibulo ſuffigentibus, ſit patrem p̃catus. Sic igit̃ in cruce demũ & principatus abs ſe procul abegit, & poteſtates, unde nos in libertatem, qui ab his eramus aduerſarijs circũuenti tanquã naturæ eiuſdẽ participãtes deniq; uendicauit.

Aliâs opinaretur.

TRADVXIT confidenter.) Hoc eſt, dæmonem ipſum confudit. Neq; enĩ adeo unquã ille confuſus eſt. Quippe cũ Chriſtum habere in ſua poteſtate ⋆ operiretur, uel alios quos habebat, amiſit cõfidẽter & publice. Hoc eſt, ſpectantibus uniuerſis. Enimuero totis uiribus ſi liceret, conaretur diabolus Chriſtum hominibus ſuadere mortem non obijſſe. Id enim maxime hunc ipſum peruicit ac perdidit, quod homo qui innocens eſſet, & nil deliquiſſet, ultro ſubijſſet mortem. Eoq; & hæreſes innumeras, ſectaſq; hominũ de rectioribus decretis prauæ ſententiũ, in poſterum excitauit, qui Chriſtũ per imaginationem & præſtigia quædã aſſeuerarent uita hac exceſſiſſe. Cui tam prauæ opinioni ut occurreret dominus, perpeti mortem propalã uoluit. Reſurgere uero nullis uiſentibus, quia reſurrectioni teſtimoniũ eſſet tempus poſterum allaturũ. Mortem uero teſtari, niſi præſentes, deinceps poterat nemo.

Chriſtus nõ abre palam mori uoluit, occulte uero reſurgere.

TRIVMPHANS illos in ſeipſo.) Hoc eſt, in cruce dæmones deuictos oſtendit. Triumphus nanq; ei decernitur, qui deuictis hoſtibus cũ uictoria remeans pompã publice ducit, oſtentans cathenis conſtrictos quos uicerit. In cruce itaq; trophæum ſtatuens dominus, tanquam in plublico aliquo theatro, quo maximus ſit cum Romanorum, tum gentilium & Iudæorum concurſus, de dæmonibus triumphauit. Si igitur non angeli pro nobis, ſed Chriſtus ipſe mortuus eſt, quo pacto illud adſtruitis, per angelos uos ipſos ad patrem deduci?

NEMO ERgo uos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ.

ſabbatorum.) Ad hunc uſq; locum ſubobſcure, & in ænigmatis modum, id dixit Nemo uos furtim ſeducat. Nunc uero apertius, quandoquidem & beneficia explicauit. Quod ſi huiuſmodi iam eſtis beneficia nacti, cur uos minoribus & tã paruis obſtringitis? Nolite ergo hoc ferre, ut quiſq; in uos ſententiam ferat, tanq; Iudaicæ obſeruationis præuaricatores in cibis & potibus. Vel ex eo quidem hos laudat, quia Iudaicas illas & ſuperuacaneas cautiones diſſoluerint. In parte autem diei feſti dixit quia nõ omnia obſeruare hi auderent. Nam etſi ſabbata cuſtodiebant, negligentius tamen, utpote qui Chriſtianos ritus præcipue ſectarentur. Oſtendit aũt & inanem fore obſeruationem, quæ non integre cuſtodit, ex eoq; & obſeruationis ipſius ſummã diſſolui. Nam ſi factu id optimũ uideretur, perfecte omnia ſeruarentur.

QVAE SVNT umbra futurorũ.) Noui teſtamenti dicit futura. Erant enim quo ad uetus illud & tunc temporis inſtans, futura, cuius ueteris & tempus adeſſet.

CORPVS AVtem Chriſti, nemo uos ſeducat.) Nõnulli corpus hoc autem Chriſti dicunt, in eoq; & contextum terminant orationis, perinde ſic Paulus ſentiat. Vetera quidem omnia pro umbra ſunt, corpus autem Chriſti, Chriſti ueritas eſt. Quid ergo erit neceſſe. Vmbrã corpore ipſo præſente tenere? Alij uero in unum contextũ hæc nectunt, ut ita intelligamus. Corpus autem Chriſti, hoc eſt, nos qui Chriſti corpus ſumus, nemo ſeducat. Hoc eſt, palma emerita fraudet, quod Græci καταβραβεύειν dicunt, cum penes alium uictoria fuerit, alius tamen ſurripiat prauium. Vos itaq; inquit, diabolũ deuiciſtis, & illi eſtis ſuperiores effecti, cur ergo rurſus uos ipſi peccato ſubijcitis? Legem obſeruando, quæ iuſtificare uos nequeat. & alioquin quæ cõprehenſos uos teneat. Cum Chriſtus ipſe (nõ lex) uictoriã tulerit, apud eumq; & palma ſit neceſſe eſt, qui uictor euaſit, & apud uos qui Chriſti corpus præfertis. Cur igitur hanc palmã Chriſto & uobis iam debitã, legi defertis? Liquet enĩ, ſi Iudaicos ritus ſeruamus, & legem in dominã nos habituros, p eamq; & ſaluos fore ducamus neceſſe erit. Sed cum ea quæ legis ſunt, pro umbra habentur, quæ uero Chriſti, pro corpore capiuntur (erat quidem prius umbræ inſueſcendum) iure ergo poſtremis temporibus carnem ille aſſumpſit, ut nos ad patrem traduceret.

Iudaici ritus nõ obſeruandi

VOLENS IN humilitate & religione angelorũ, quæ nõ uidit inambulans.) Cũ Coloſſenſiũ animos perculiſſet, ut qui & fraudari hos & tentari dixiſſet, mox illud infert hæreticũ dogma, inquitq;. Volunt quidem umbratili quadam & apparenti humilitate uos & fraudando & tentando aggredi, ſeductores enĩ huiuſmodi indignũ eſſe dicebant unigeniti maieſtate, ut eius uos ductu ad patrem concederetis, & maius quiddam id eſſe, quã humana paruitas ferat. Vnde & inquiũt. Rationi magis eſt conſentaneũ, angelos dicere hoc deducendi miniſterio fungi, ſic & angelorũ haud dubie & cultum inducebant, & religionem profitebantur, ſuadebantq; minus peritis, ut illis intenderent, & ad patrem adeundum ducibus uterentur, qui nobis attuliſſent ſalutem. Cumq; & angelos ignorarent, & quouſq; illorum proderetur officiũ, haud ſecus certiora de his adſtruebant, ac illorum habuiſſent cognitionem.

Dogma hæreticum, quo implicabãtur Coloſſen.

FRVSTRA INflatus ſenſu carnis ſuæ.) Fruſtra quiſq; in dogmate & carnali magis quam ſpiritali mente effertur. Quo enim pacto non carnoſi cuiuſdã & craſſi fuerit ingenij Chriſti dicta enixe adeo improbare? Vt illud. Sic enim Deus mundũ dilexit, ut filium ſuũ tradiderit pro hominibus. Et rurſum. Et pro eis ego meipſum deuoueo. Et animã meam pono pro ouibus meis, & alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & alia huiuſmodi multa. In apparenti autem ſuperius dixit humilitate quia ut dogmatum authores ſuperbiunt hi occurſantes & pertinaces, nec uera diſcere patiuntur. Confirmant præterea ipſorũ decreta, nõ humilitate, qua carent, ſed quia eſſe ſupra hominem iactant, fuiſſe unigenitũ noſtri gratia mortem perpeſſum.

ET NON TEnens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratũ creſcit in argumentum Dei.) Nequaq;, inquit, qui decernit huiuſmodi, continet caput, hoc eſt filium. Ipſe nanq; angelorum eſt caput, ut qui cuncta condiderit. Eſt

diderit. Eſt

diderit. Eſt præterea uel totius eccleſiæ caput, & ſi ratione eadem, tũ præcipue, quia illius corpus nos ſumus, & ille noſtrorũ membrorũ factus eſt particeps. Tum etiã, quia ex eo corpus uniuerſum eccleſiæ conſtat, & ſimpliciter eſſe hoc habet, & bene eſſe. Et ſi ab eo exciderit quiſpiam, perijt illico. Vt em̃ uitalis ſpiritus a cerebro in reliquum corpus per neruos diffunditur, & a capite ipſo ſenſibilitas omnis & motus deriuatur, ſic & eccleſiæ corpus a Chriſto ſubminiſtratur. Hoc eſt, ab eo & uitam accipit, & ſpiritus incrementũ. Quod utiq; omne, tunc haud dubie eccleſia hæc adipiſcitur, cum ſpiritus illi nexus eſt & impactus. Is nanq; per nexum quendam, & iuncturas, incrementa ſuppeditat. Itaq; ſi nõ uinciretur corpus cum capite, nec illi quidem congruere, hoc eſt, correſpondere ualebit, nec ſpiritus ipſe ſuppeditabitur, nec Dei incrementũ, hoc eſt optime uitæ profectus ullus accedat. *Chriſtus eccleſiæ caput.*

SI MORTVI eſtis cũ Chriſto, ab elementis huius mundi, quid adhuc tanq̃ uiuentes in mundo diſcernitis?) Per baptiſmũ, inquit, Chriſto cõmorientes uitæ omni ſupiori demortui eſtis, ita ut nil amplius uobis ſit elementis (quorũ olim ditione ſub eratis) inſeruiendũ. Cur ergo hoc tempore haud ſecus q̃ priorem uitã degentes, his eſtis ſubiecti? Quippe qui ſatis ſitis edocti, q̃ proſpera, quæue ſiniſtra ſit dies, & huiuſmodi reliqua, quæ utiq; a gentibus & cauent & obſeruantur. Aduerte aũt, quam eos ſtultitiæ arguat uituperetq;, cũ decernitis inquit, pinde ac ſi dicat. Nec ſecus ac pueri p luſum ſolent, dicaciores uos agitis, q pridie nati, & nup inſtructi ſint. In conſeſſum eni ueniſtis, ut ſnias de dogmate pferatis, ſanciatiſq; qd factu ſit neceſſariũ. *Per baptiſmũ Chriſto cõmorimur.*

NE TETIGERitis, neq; guſtaueritis, nec contrectaueritis quæ ſunt omnia in interitu ip ſo uſu.) Vel aliam quandam iſtorũ producit ſuperuacaneã obſeruationem quod ab eſcis nõnullis Iudæorum more abſtineant, & caueant gentium ritu, dies ac tempora. Verum ut quorundã deprimat inſolentiam, qui noua quædã decernunt decreta, ſic inquit. Neq; enim magni hæc fieri debent, quæ ad corruptionem utentibus rediguntur. Comeſa nanq; & in aluo corrupta, per ſeceſſum defluunt & dilabũtur. Quo fit, ut neq; proſint hæc ſuapte natura, neq; officiant.

SECVNDVM præcepta & doctrinas hominũ.) Nequaquã hæc Diuina ſunt inſtituta, ſed hominũ iuſſa. Quid ergo, nõne & Dei doctrina eſt lex? Fuit quidem, ſed olim quo ad tempus eſt nacta, nunc uero minime. Vtpote quæ nullum ultra habeat tempus. Vel quia lege ſeniores illi apud Iudæos abutebantur, cũ præter legem multa iniungerent, quemadmodũ in Euangelio meminit dominus. Vel hominũ doctrinam, gentium diſciplinam interpretatur.

QVAE SVNT rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione, & humilitate, & non ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.) Rationem ſunt hi ſapientiæ conſecuti, nil tamen uel uirium habent, uel ueritatis. Videtur autem decreti huius inductor, pietatem quandã præ ſe, & moderantiam ferre, et corpus cũ ab eſcis abſtineat, paruifacere, tametſi Deus honorem & corpori detulit, & cibos conceſſi & alimenta, ut his caro exaciata perſtaret, & uolens uitijs imperaret. Hi uero haud quaquã honorifice corpore ipſo utuntur. Quippe quod poteſtate priuant, & arbitrium demunt, nec ſinunt ut ſponte ſuijpſius Imperiũ teneat.

SI CONSVRREXISTIS CVM CHRISTO, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dexterea Dei ſedens, non quæ ſuper terrã.) Cum per baptiſmũ dixiſſet Chriſto eſtis cõmortui, tacite dedit intelligi, quia & ſimul eſſent cũ Chriſto reſurrecturi. Baptiſmus nanq; quemadmodũ mergendo mortem denũciat, ſic emerſione ipſa reſurrectionem figurat. Nunc uero illud cõplectitur. Si conſurrexiſtis cũ Chriſto, neceſſe eſt, ut in cœlo et uos ubi ille aſſidet patri ad dexterã, diuerſemini. Quo in cœlo, nulla eſt uel dierũ uel temporũ obſeruatio. Sunt præterea uobis & cœleſtia ſapienda, nõ terreſtria. Hæ eſcarũ nanq; & temporũ cautiones, terrenis cõſtant præceptis. Nec ſatis habuit Paulus quæ i cœlo ſunt dicere & ubi Chriſtus cõſiſteret, ſed in dextera Dei ſedet adiecit, ut magis ac magis animũ nobis a terrenis hiſce diſiungat. CAP. III. *Baptiſmus mergendo mortẽ denũciat, emerſione uero reſurrectionem figurat.*

MORTVI enim eſtis, uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in Deo.) Vtrinq; hos urget, per uitā ſcilicet & mortem, & præparat ne cōquirant p̄ſentia. Eſtis eni mortui inquit inferioribus hiſce rebus, eoq; nec terrena uobis hæc ſunt depoſcenda. Cōtra uero, & uobis (ſubdit) in ſupernis eſt uita, itaq; & cœleſtia ſapite. Contendit enim id patefacere, ut qui cœleſtibus in bonis cō ſideant, aliam quandā degere uitā oporteat quæ & in Deo ſit ſita, & nuſq̄ appareat. Vtq; nec Chriſtus ipſe nunc uiſit̄, ſic necue ſtra inquit, uita patebit. Cur ergo quæ ſub aſpectū ueniunt, queritis? His aūt Paulus ſic cōfirmatis p̄ludit, ut de moralitate mox diſſerturus. Conſueuit nanq; cū adortus alia ſit, alia tranſilire, quemadmodū & ad Corinthios, cū de p̄uenientibus in cœnis, & comeſſationibus haberet ſermonem, ſimul & in myſteriorū traditionem incidit.

CVM AVTEM Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cū ipſo in gloria.) In ſecundo aduentu appariturus eſt Chriſtus, & uniuerſis offeret ſe Deus, cū gloria & angelorum comitatu aduentans, tunc demū & ipſi patebitis. Nec quidem ſimpliciter, ſed eadem in gloria, illū igitur quærite, non præſentem hunc diem. In eo inquā aſſequi uitam omni ſtudio adnitamini, tunc enim ueſtra quæ uera eſt uita, palam fiet. Præſens nanq; mors eſt, quia effluxus, refluxuſq; cōſtat corruptione. Nolite hoc in ſæculo uel gloriam, uel honores efflagitare, cū in cœlo noſtra omnis futura ſit gloria. Latet enim & margarita quandiu coclea occultatur, illa refracta, propriū uirtutis emittit fulgorem. Et nos item, quandiu corruptili hoc corpore eſt immorandū, debemus ut latitantes nil gloriæ quærere. At ubi corruptibile hoc diſſoluetur, tunc & gloria ipſa, ſi pro rebus geſtis digni hac fuerimus, conſequetur.

Præſens uita eſt mors.

MORTIFICATE ergo membra ueſtra quæ ſunt ſuper terrā.) Non enim reficite dixit, ut nuſq̄ reſurrectura, ſed mortificate membra quæ ſuper terrā ſunt. Forte uel eo & corporis membra hæc dicit, quæ dū minus quæ cœlo digna ſunt factitent, nequaq̄ ultra in terris conſtare aſſeuerent̄. Videlicet cū animo non iniquo quæ mundi ſunt intuemur, nec & turpia audimus, non amplius eſſe in terra tunc dicimur, & quæ corpore his membris geruntur in terris, flagitia ſunt, quæ terræ inſidunt, & hic conſumuntur. Nam & corporis membra, etſi a terra ſint oriunda, haud tñ in ea ſunt permanſura, ut corrumpant̄, ſed incorrupta futura ſunt, cū reſurgent. Verū quo pacto, cū ſuperius diceret, conſepulti cū Chriſto eſtis, exuiſtis peccatorū carnis & corpus, nūc rurſum membra inquit mortificate? Quia prior illa mortificatio, baptiſmi beneficiū erat, quæ peccato attuliſſet perniciem, quod nobis antea eſſet admiſſum. Hæc aūt, quæ in præſenti nobis ſuggeritur mortificatio, noſtra fit uolūtate quæ & poſt Baptiſmū delet Peccata. Quin potius nec germinare hæc ſinit, uel reuiuiſcere, quia carnis enecet ſapientiā. Nec ſecus agit, q̄ faceret quiſpiā, qui ſtatuā apud quempiā nactus rubiginoſam & ſitu obſitā, retractans tergit expolitq;, coruſcamq; & cōſpicuā reddit. Deinceps eam habenti demandet curandā, iniungatq; ut rubiginem nec prorſus abſterſam non ſolum demat, ſed uel inhæſuram abradat in poſterū.

FORNICATIOnem.) Ecce interpretatur quæ illa ſunt membra, & fornicationis eo prius commeminit, quia paſſim id uitium & maxime dominetur.

IMMVNDITIAM libidinem.) Omittit proprie explicare quæ dici honeſte nō poterant, ſed per immunditiā quidem & libidinem, omnem fœdi concubitus ſpeciē præfert. Eſt enim turpis libido, rabies corporis quædam. Nec ſecus ſe habet, quam uulnus in corpore aut febris, uel alius quiuis iſtiuſmodi morbus.

CONCVPISCENtiam malam.) Rurſum generaliter rem omnem expreſſit. Cupiditas nanq; ſemper eſt mala, præter eam qua cōcupiſcitur Deus. Et quæ Dei ſunt exoptantur, cuiuſmodi cupiditatis & Daniel deſyderiorum uir erat.

Daniel uir deſyderiorum.

ET AVARItiam, quæ eſt ſimulachrorū ſeruitus.) Primogenitus prauæ concupiſcentiæ filius, habendi cupiditas eſt, quam auaritiam nuncupauit, quæ aurū argentumue colat, cum ſola hæc concupiſcit.

PROPTER quæ uenit ira Dei ſuper filios incredulitatis.) Et futuri iudicij ira, & præ-

ira,& præſentis ſæculi indignatio, iſtiuſmodi homines præhenſat, qui ſe argento & auro addixerunt. Incredulitatis autem filios dicit, quos & uenia priuet, arguatq; nõ ignorantia uitijs eſſe immerſos, ſed peruicatia quadam atq; perfidia. Quam ita exercuere, ut ab incredulitate ipſa adoptari in filios promeriti ſint, ex eaque & formã acceperint, & ſignum, ita ut digno ſci facile poſſint.

IN QVIBVS & uos ambulaſtis aliqñ cũ uiueretis in illis.) Eorũ in laudẽ uerba hæc facit, ut q haud quaq; in his uitã nũc ducãt, ſed olim duxiſſent. Quippe qui gentiles fuiſſent.

NVNC AVT em deponite uos omnia.) Quo pacto cum ſuperius dixerit, cum uiueretis, oſtenderitq; nõ amplius eos in præſenti his uiuere, rurſum deponite infert, omnia. Quo eñ modo ſunt, quibus iam carẽt, diſpoſituri? Dicendũ itaq; quod dixit cum uiueretis, ad præſentia dicta hæc plurimũ facere, perinde ac ſi dicat. Vobis olim dominabat Peccatum, uitamq; ueſtrã nondum Baptiſmo ablutam, conſtrinxerat & uiolẽtius detinebat, unde difficilis erat a uitijs abdicatio. Nunc uero, quod inſiderat uobis Peccatum, per Baptiſmum morte confectum eſt. Quo fit, ut facile poſſint ueſtis in modũ, uitia ipſa deponi. Nec ultra id excuſabitis, ſub uitiorũ tyrannide uitam uos ducere, eſtis nanq; & his ipſi demortui.

IRAM INDIgnationem maliciam.) Indignationem odium dicit, quam pleriq; animi dixere amaritudinem, cum quis apud ſe, & ſi iram aſſeruat frenatq;, ſecum tamen furit indignabundus, ut hanc in poſterum euomat.

BLASPHEMIAM.) Contentiones & conuitia, blaſphemiam dicit.

TVRPEM ſermonem de ore ueſtro.) Aperte ueſtro ex ore dixit, id eſt, quod ex dominici corporis communicatione ſanctificatum eſt. Abſurdum itaq;, ut os illud ſermonis fœditate coinquinetur, quod Chriſtum ſuſcipit.

NOLITE mentiri inuicem.) Quippe qui dicentẽ indueritis Chriſtum, ego ſum ueritas. Cur ergo aliqua quadam mentiendo forma eſtis obducti? Liquet ergo uos priſtinũ illum characterẽ exuiſſe, qui uobis ueritatẽ impreſſerat.

EXPOLIANtes uos ueterẽ hominẽ cum operibus ſuis.) Cur Paulus corruptũ uiuendi modũ, mẽbra & corpus & hominẽ nuncupat, nec ſecus & quod cũ uirtute uiuitur, hiſdẽ nominibus exprimit? Nimirũ ut uoluntatẽ oſtendat, ſubſtantia potiorẽ, & ab ea nos potius denominationẽ eſſe, quã a ſubſtantia ipſa & corpore aſſecutos. Quin etiã & ſacræ literæ equos & canes & vulpes eos appellant, qui anio ſint animantiũ horum perſimiles. Et nos itẽ, ſiue in gehennã, ſiue in regnũ cœleſte uoluntas hæc noſtra & animus, non corruptior ſubſtantia iſta inducit. Per ueterẽ itaq; hominẽ, corruptam uoluntatẽ expreſſit, eoque & cum operibus, hoc eſt, factis & uelle adiecit. Et ueterẽ dixit, ut uoluntatis huiuſce turpitudinẽ deformitatẽq; & impotentiam patefaceret. Aduerte autẽ, quemadmodum ueteris hominis mẽbra cõmemorauerit. Per mendaciũ nanq; mentẽ expreſſit, cor autẽ per furorẽ, & per mendaciũ rurſus os deſignauit, per blaſphemiam oculos, per fornicationẽ membra recondita & pudenda, manus per auariciã, iecur per turpẽ concupiſcentiam. *Vetus homo.*

ET INDVentes nouum hominẽ, qui renouatur in agnitionẽ.) Nouus homo ſecundũ Deum uoluntas eſt, quæ nihil inueteraſcit, ſed ſemper recentior ad Dei cognitionẽ floret, & augeſcit, cõtinueq; magis ac magis iunior eſſe arguitur, & quo cognitionis huiuſce plus ceperit, maioribusq; dignatur, eo potentior eſt.

SECVNDVM imaginẽ eius, qui creauit eum.) Hoc eſt, Chriſti. Neq; eñ is ad ſenectutẽ uſq; prouectus eſt, quin decore adeo & pulchritudine excellebat, ut uerbis nequeat explicari. Decorus quippe, ut inquit, ſupra filios hoim. Nullũ enim cõmiſerat ſcelus, quod ſane putredinẽ præfert & uetuſtatẽ. Nos uero qui ab eo cõditi ſumus, abſtergere a nobis debemus, oẽm quæ a Peccatis inhæſerit, uel corruptionem, uel ſenectutẽ. Creauit autẽ ille nos per Baptiſmũ & melioris uitæ actiones.

VBI NON EST Gentilis & Iudæus.) Hoc eſt, proſelita, & Iudæus a maioribus, ſcilicet oriundus.

facta cætera ꝑfutura, qua charitate qui careat, nunq; eſt ad perfectionẽ aliquam euaſurus, uel ſi ad eam nil ſibi uideatur deeſſe, imperfectior tamẽ hic deprehendeť.

ET PAX Chriſti exultet in cordibus ueſtris.) Nos quidẽ plerunq; cõtumelijs per aliquẽ unum affectos, uario certamine mox ſubeũt cogitatus, quorũ alij ad uindictã nos cõcitant, ad tolerantiã alij. Si Dei pax nobis tunc aderit, perinde ac æquiſſimus Iudex aliqs & certaminis præſes, uictoriæ palmã his deferendã cenſebimus, qui ſtatim ſuaſerint æquo ut anĩo iniurias toleremus, his ipſis & conceſſuræ ſunt poſtmodũ quæ ante aduerſabanť cogitatiões & animi motus, & illatas iniurias una tolerabũt. Pax itaq; iſtiuſmodi iudicis in nobis fungať officio, non ira uel altercatio, uel humana pax aliqua, quę obſtando & uindicando ꝑficiť, cum Dei & Chriſti firmior ſit, & inſolubilis, quã nullũ mortale bonũ efficiat, Sicuti & Dei nobiſcũ conciliatio re alia nulla fuerit inita, niſi quia ille ſola eius clemẽtia & charitate inimicitias ſoluit, quas olim in nos exercuerat. Quæret aliqs, cur Paulus cũ charitatis faceret mentionẽ, rurſus de pace diſſerit? Supuacaneũ enim uideť de pace cõmonefacere, quã charitas ipſa, cuius & meminit, cõplectatur. Idcirco ſic infert. Cum ſæpe & inter amicos oriať contẽtio, & ex ſumma quadã plerunq; beneuolentia altercationes, iniuriæ, & diſſidia excitanť, id ſolũ uelim, ut amore inuicẽ, uel ſtudio quodam & concertatiõe uoſmet proſequamini. Nec minus & illud exegerim, ut ad ueſtrã hanc mutuã animi coniunctionẽ Chriſti pax ipſa accedat, quæ ueſtra omnia & diſponat & iudicet.

Pax humana uel obſtando, uel uindicãdo iniurias plerũq; perficitur Chriſti uero pax non niſi tolerando.

IN QVA & uocati eſtis in uno corpore.) Hoc eſt, ad pacẽ euocãs Chriſtus, uos unũ corpus effecit, cuius & ipſe ſit caput effectus, Cur autẽ cum uno & corpore ipſi cõſtemus multi, unũ corpus efficimur? Quia cum mẽbra ſimus, ad inuicẽ hanc pacẽ ſeruamus, nihil diſſentiẽtes. Vel qa eſtis ad pacẽ uocati, hoc eſt, ĩnumerabilibus eſtis iã bonis per pacẽ dignati. Nam haud quaq; aliter nobis cũ deo in gratiã reditus patuiſſet, nec nos ille uel in eius ſeruitutẽ uocaſſet, uel ſuorũ bonorũ feciſſet participes.

ET GRATI eſtote.) Id nanq; gratitudinẽ præfert, cum haud ſecus ipſi nos gerimus erga cõſeruos, ac Deus ſe erga nos habet. Nam qui deo gratias profitetur, quia ab eo ſit ueniam cõſecutus, nequaquam in eum ulciſcitur, qui ſe affecit iniuria, tanquam ſi de eo qui iniuriam intulit, pœnas ſuſceperit, nequaquã poſtmodum uideatur Dei in ſe beneficia meminiſſe, eius in morẽ, cui cum eſſent mille talẽta dimiſſa, ipſe tamẽ nec mille nummos conſeruo dimiſerit. Agendæ itaq; per nos gratiæ erũt, cum pro malis quæ ipſi perpetimur, tum etiã cum iniuriam a quouis illatam, nos toleramus. Sic enim uel martyrij aſſequemur coronam.

VERBVM CHRISTI habitet in uobis abundanter.) Viam nobis oſtendit, qua & gratitudinẽ præferre poſſimus. Si enim inquit, Dei in uobis uerbum inhabitarit, hoc eſt, doctrina, uel diuina decreta & monita, quibus nos ille inſtruxit, præſentem hanc uitam habere cõtemptui, & terrena bona hæc paruifacere, nullis profecto uel grauioribus rebus ſuccubuerimus, ſed omnia fortiter tolerãdo, gratias Deo ſumus occurſantibus malis acturi. Neq; enim ſimpliciter in uobis ſit Dei uerbum, ſed inhabitet dixit, & affluenter. Nam ſi ſacrarũ literarum abundabimus cognitiõe, facile & ærumnas & calamitates, & quoduis mali genus tulerimus. Nec ſecus, quã uir quiſpiam opulentus iacturam aliquã tenuem pateretur, & nihili duceret.

Sacrarũ literarum ſtudiũ ad quid utile.

IN OMNI ſapientia. Hoc eſt, in omni uirtute, quam ſapientiã nuncupat. Quemadmodum Dauid Peccatum inſipiẽtiam dicit, ut illud. Dixit inſipiens in corde ſuo. Et putruerunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ.

DOCENTES & commonentes uoſmetipſos in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus.) Cum habeat ſcripturarum lectio laboris non parum, nequaquam hos ad perlegendas ſacras hiſtorias cohortatur, ſed ad pſalmos decantandos impellit, ut ſimul inquit, & animum canens oblectes, & laborem canendo fallas. Poſt pſalmos autem & hymnos poſuit, tanquam rem aliquam perfectiorem. Pſallere nanq; hominum eſt, hymnis uero Deum efferre, angelorum.

Homines Deũ pſalmis efferunt, angeli hymnis.

bens deſeruias, & dominis ipſis obſequere, & a Deo mercedē habeas obſequendo.

NON AD oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes.) Facite, inquit, ut quæ lege obuenerit ſeruitus, Chriſti timore exhibeatur. Cum enim herus haud quaquā aduerterit ſi quemadmodū oportet operam tuā aliquid agendo minus præſtiteris perſpicuum erit, ob Dei te oculum inſpectantē id agere. At ſi aſtante domino & iubente, ea feceris quæ ut fiant neceſſe eſt, & abſente non item peregeris, tunc hominibus ipſis, non Deo geſſeris morē. Quod ſi talem te ipſe obtuleris, tibi officias neceſſe eſt. Deus nanque oſſa hominum diſſipat, qui hominibus placent.

Seruitutē quæ lege obuenerit Chriſti timore libenter exhibere liberi hominis ē potius quàm ſerui.

SED IN ſimplicitate cordis timentes Deum.) Hoc ſane præfert, quod timeas Deum cum nemine inſpectante nil praui commiſeris. Illud uero cordis ſimplicitatem, cum hominum reſpectu nil egeris. Eſt ergo qui ad gratiam ſeruitutem impendit, ut plane impurior, ita & Deo nil gratus.

QVODCVNque facitis ex animo operemini, ſicut domino & non hominibus.) Non ſolum hos quauis ſimulatione uacare vult Paulus, ſed cuiusque etiam negligentiæ expertes eſſe. Quin etiam liberos ex ſeruis hos reddit, cum nihil indigeant dominorum imperio ad rem peragēdam. Sed mira cum charitate, non ſeruili neceſſitate, & libero ac uolenti animo, quæ facturi ſunt, faciant.

SCIENTES quod a dño recipietis mercedē hæreditatis.) Raro domini ſeruos relinquūt, uel ſi ab his optime ſit inſeruitū, ſed cœleſtis dominus ille uobis de terrenis his dominis benemerētibus, mercedis loco cœlorū hæreditatē daturus eſt.

DOMINO CHRISTO ſeruitote.) Qui ſcilicet rerum ſeriem, & ſeruitutem diſpoſuit. Quod autem Chriſto ſitis operam præſtaturi, liquet ex eo, quia ipſe ſit uobis depenſurus mercedem.

QVI ENIM iniuriam facit, recepit id quod inique geſſit, & non eſt perſonarum acceptio apud Deum.) Seruus enim qui dominū, uel negligentius ſeruiendo, uel herilia uenditando fraudauerit, bonā mercedem a Deo reciperet? Non enim is cuiuſquā perſonam diſcernit, ut ſeruum cōmiſeratus, tanquam imbecilliorē corporis partē, miſſum faciat & inultū relinquat, qui lege canit, nullam eſſe in iudicio habendam pauperis rationem. Vel aliter. Chriſtianus aliquis qui ſit ſeruituti obnoxius, ſi gentili dño, cuius ſub ditione ſit, iniuriam fecerit, nequaquā exiſtimet iudicium & damnationē ſe euaſurum. Neque enim ullius habet perſonæ reſpectū Chriſtus, ut ei qui ſui ſectator ſit parcat, quod in Gentilē herum deliquerit. Hæc autē quæ de perſonarū acceptatione ſunt dicta, erunt ſane & ſi ad ſeruos ſunt habita, uel per dominos admittenda, tanquam & ipſis congruere poſſe uideantur.

Acceptio perſonarum nulla apud Deum, quomodo.

DOMINI QVOD IVSTVM EST & æquū ſeruis præſtate.) Quæ nam illa eſt æquitas laborum ſcilicet, ut ſeruis remuneratio tribuatur, & his abunde oīa ad neceſſitatem ſuppeditentur. Nec permittatur, ut aliena ope indigeant. Neque enim & ſi adeo ſunt habituri mercedem, debitis erant propterea fraudandi officijs.

CAP. IIII.

SCIENTES quoniam & uos dominū habetis in cœlo.) Quemadmodum uos illi in terris in dominos habēt, ita & uos Deum habetis, cuius eſt imperio obſequendum. Quo fit, ut eadem mēſura qua fueritis ſeruis emenſi, a domino ſit uobis remetiendum. Vel quia & uos poſt mortales hos heros, cœleſtem dominum ſortiti iam eſtis, itaque ut conſeruis operam & ipſi præſtate. Quandoquidem eſtis his ſimiles. Quippe qui ſub unius ſitis imperio cœleſtis ſcilicet domini conſtituti. Fecit nanque is communem eſſe hanc omnibus ſeruitutem.

ORATIONI inſtate uigilantes in ea in gratiarum actione.) Callet utique dæmon quantū in ſe habeant boni orōnes, eoque & ab his deſiſtere ſuggerit, cuius rei Paulus non ignarus, orationi, inquit, inſtate. Cumque & qui perſeuerantiam orando præſtiterit in negligentiam ſæpe reſoluitur & langueſcit, uigilantes dixit. Hoc eſt, experrecti & excin, recētiores uos ſemper ad orationis id opus præbete. Sed in gratiarum actione, hoc eſt, gratias agendo Deum precemini. hæ nanque ueræ ſunt preces, quas

Diabolus nos ab oratione conatur abducere.

gratiæ ſubſequuntur, Deo pro omnibus dictæ. Quorum nobis uel conſcij ſumus, uel neſcij. Proq; acceptis, per nos beneficijs, uel malis etiam toleratis, ac pro his demum quæ in uniuerſum hominum genus collata ſunt bonis.

ORANTES SIMVL & pro nobis. Attende humilitatem. Num Paulus horum egebat precibus?

VT DOMINVS aperiat nobis hoſtium ſermonis ad loquendũ myſterium Chriſti, propterea quod & uinctus ſum, ut manifeſtem illud ita ut oportet me loqui.) Hoc eſt, ut fidentiorẽ me faciat. Non ut uinculis eximar, ſed ut Chriſti ſic myſteriũ eloquar, ut me loqui oportet. Non remiſſe & timide, ſed ſumma cum audentia & Fide. Verum cur in uincula coniectus Apoſtolus, alios orat depoſcitq;, ut ab his liberetur, quibus erat conſtrictus compedibus? Id ſane non modo humilitatis gratia deprecatur, ſed ut & uim patefaceret orationis, quæ cum charitate & attentione a fratribus funderetur. Opus enim habebat cœleſti ope, quam ſibi ubertim erat fratrum oratio cõparatura, ſimul etiã ut eos ad orandum induceret. Nam ſi eſſent pro Paulo precaturi, quanto magis pro ſe ipſis deberent precibus & uotis inſiſtere.

Ex his perpenditur quantum ualeat deprecatio iuſti aßidua et ea præcipue quæ fit cũ gratiarum actiõe.

IN SAPIENtia ambulate ad eos qui foris ſunt.) Id ipſum & dominus dixit. Ecce mitto uos ut oues in medio luporũ, eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices, ſicut colũbę. Quod & Paulus hoc loco repetit, cautiores dicẽs eſtote, et ſapiẽter uos gerite, ut nullã occaſionẽ his detis ut uel officere poſſint uel offendant q̃ foris ſunt. Id eſt, uel nobis minus familiares, uel qui extra nr̃æ Fidei aulã diuagant̃ & infideles ſunt. Hi nanq; & ſi in eodem hoc mũdo uerſant̃, quia ab Eccleſia & cœleſti imperio longius abſunt, foris eſſe dicunt̃. Propterea & ſapienter erit cum his diuerſandũ. Sapientiam autẽ prudentiã dicit hoc loco. Nec tamẽ ſic erit ab his qui nobiſcũ uixere cauendũ. Conſolatur autẽ hos cum Gentiles forenſes & exteriores appellat.

TEMPVS REdimentes.) Non enim quia uarios uos & uerſutos eſſe aut hypocritas uelim, hæc dixerim, ſed ut arguam ueſtrum eſſe quodcũq; eſt temporis, quod utiq; eſtis optime redempturi, ſi prudenter inceditis, ſi nullas ſuperuaca[illegible]s ſuſceperitis contentiones, ſi debitum decentemq; his honorem impartieritis, citra tamen animæ ueſtræ iacturam, ac demum reliqua officia obieritis, quæ ſanctos [illegible]ent. Audi & hunc ipſum ad Agrippam dicentem. Beatum me ipſum exiſtimo pro te reſponſurum. Sic & qui foris ſunt, de his & qui intus ſunt effecerimus, cum per benignitatem hos & manſuetudinem ad prædicationem inducimus.

SERMO VEſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.) Habeat, inquit, uelim ſermo ueſter leporẽ, ſit ſale conditus. Hoc eſt, uel quæ Dei ſunt eloquatur, & ſapienter uel lætior ſit & iocundior, ut oblectet, & audientibus conferat plurimũ. Sic tamẽ ut non in ſcurrilitatem uel laſciuiam recidat, ſed dignitatẽ etiam ſeruet. Vel id quidem prętendit cum inquit, ſit ſale conditus. Id eſt, ut non ſupra modum in læticiam ſit & iocum effuſior, nec prorſus ſæuerus & aſper? Quemadmodum eſca, ſi ſale careat inſuauior erit, nimis ſalita a guſtu repudiatur, ita ſi tut his utriſq; ueſci nequeant homines. Nõne aduertis quẽadmodum Daniel hominẽ impiũ mulceat & ſoletur? Nonne & pueros illos tres conſpicaris, nil graue aut moleſtum fuiſſe loquutos? Sed ueritatẽ præ ſe & confidẽtiam tulerint cum in foueam detrudũtur? Efferri itaq; & ultra quam deceat audere, nequaquam fiduciæ eſt, ſed inſolentiæ argumẽtum.

Sermo ſale cõditus non ſcurrilis.

VT SCIATIS quomodo uos oporteat unicuiq; reſpondere.) Aliter nanq; opulento eſt reſpondendum, aliter inopi. Nam diuiti eſt præ animi imbecillitate indulgendum, inops uero quia firmiori ſit mente, ſuſtinetq; ſi acrius te illi ingeſſeris, magis urgẽdus eſt. Quod ſi nulla cogat neceſſitas nequaquam Gentilem fœtidum dixeris & inquinatum, nec illi conuiciaberis. Quin potius ſi principem ipſe aderis, decẽtes illi honores deferto. Si fueris de alienis inſtitutis rogatus, inquinatiora hæc impia dixeris. Quippe quæ a uero longius abſunt. Neq; enim eſt tolerandum ut impium quis dogma inducat. Apud Athenienſes & Paulus uel eorum cum laude, multa diſſeruit

Aliter huic aliter illi reſpondendum.

ta diſſeruit Elyman uero conuiciatus eſt, erat nanꝙ conuitio dignus.

QVAE CIRCA me ſunt omnia uobis nota faciet Tychicus.) Vel id eſt prudentiæ adſcribendum, cum non omnia Epiſtolæ demandantur niſi neceſſaria quædam & quæ urgere magis uidentur. Quod eo fit, ne ſi longiores Epiſtolæ fuerint, plurima complectendo faſtidium pariant, & ut aliquid abeunti reliquum ſit, quod poſſit præſens referre, & ei authoritatem parent. Vel his dictis ſuam Paulus in Tychicum beneuolentiam patefacit, cum pleraꝙ illi crediderit, quę epiſtolæ minime credenda duxiſſet. Et erant nõnulla quæ literis explicari non poterant.

CHARISSImus frater & fidelis miniſter & conſeruus in domino.) Si Paulo carus, oĩa nouit. Si fidelis, nihil mentit̃. Si cõſeruus, & tentationũ factus eſt particeps.

QVEM MISI ad uos ad hoc ipm ut cognoſcat, quæ circa uos ſunt, & cõſolet̃ corda ueſtra.) Hoc loco & ſuã erga illos aperit charitatem, ſiquidem hunc ea de cauſa mittat, ut quemadmodũ cũ illis agatur, intelligat. Neꝙ ut ſua eis renuntiet, ſed ut ſoletur. Vnde hos arguit tunc tpis tentationibus afflictari, quia cõſolatione indigeant.

CVM ONESImo chariſſimo & fideli fratri qui ex uobis eſt.) Erat Oneſimus iſte Philemonis ſeruus, uah quam eſt ille ex ſeruitute ad dignitatem prouectus, ut Pauli efficeretur & frater, nec Paulum ſerui pudeat eſſe germanũ. Id uero omne in Coloſſenſium ciuitatis laudem cedit, cum qui ex uobis eſt inquit. Vel ut huius prouectum ſibi ornamento ducant, commonefacit. *Oneſimus ſeruus Philemonis.*

QVI OMNIA quæ hic agunt̃, nota faciet uobis.) Hoc eſt, & uincula mea, & mala reliqua quæ me detinent. Si eni iſta abeſſent, ad uos me proculdubio contuliſſem.

SALVTAT uos Ariſtarchus concaptiuus meus.) Is ſane ex Hieroſolymis ſecũ Romam conceſſerat. Maius quiddam uidetur hoc loco (quam Prophetæ ipſi) Apoſtolus protuliſſe. Illi nanꝙ aduenas ſe & peregrinos dicebant, is uero captiuũ ſe nominat. Et iure quidem. Nam & captiui in morem alio atꝙ alio diſtrahebatur. Quin potius uel longe ſeruili conditione huius ſors erat inferior. Nã ſeruos domini haud ſecus quam certam aliquam & propinquã poſſeſſionem procurant, hunc uero uniuerſi ut hoſtem agerent & tranſuectarent. Videtur itaꝙ ex hiſce dictis Coloſſenſes ad ferendas tentationes hortari, cum præceptor ipſe tot malis afflictaretur.

ET MARCVS conſobrinns Barnabæ.) Et hunc quidem qui ſanguine Marcum contingeret, laudat. Præſtabat enim & Barnabas fidei magnitudine.

DE QVO ACcepiſtis mandata, ſi uenerit ad uos ſuſcipite illũ.) A Barnaba forſitan hi bene uiuendi pręcepta acceperant. Vnde & eos hortatur, ut & hunc ad ſe aliquando uenturum cum honore ſuſcipiant.

ET IESVS qui dicitur iuſtus.) Corinthius forte hic erat genere.

QVI SVNT ex circunciſione, hi ſunt adiutores mei in regno Dei.) Cum proprias cuiuſꝙ laudes explicaſſet, cõmunes nunc narrat. Videbatur enim per magnũ ut qui ex Iudæis fuiſſent, operam in fide uulganda nauarent. Sed quoniã fecerat & captiuitatis iam mentionem, ne terrorem incutat auditoribus, ſed ſubleuet potius et & conſoletur, hi inquit qui ex circunciſione ſunt fideles effecti. Hoc eſt, ex Iudæis redditi Chriſtiani, in his me iuuant quæ ad cœleſte ducunt Imperium. Ita fiet, ut qui huius mecum ſunt ſeruitutis participes, & regni cœlorum partem ſint habituri.

QVI MIHI fuerunt ſolatio.) Arguit hoc loco & ſe plurimũ afflictari, & hos ipſos eo excellere, quia ſibi attuliſſent ſolamen. Aduerte autem quemadmodum & cæteros qui malis uexentur ſolatus, participes ſecum regni cœleſtis futuros prædicet, Idipſumꝙ ſibi hoc uendicare, qui mala pro Chriſto perpetiantur.

SALVTAT uos Epaphras, qui ex uobis eſt ſeruus Chriſti.) Et in principio epiſtolæ uirum hunc & hoc loco cõmendat, hortaturꝙ Coloſſenſes, ut huic amoris rependant uiciſſitudinem, audiantꝙ perio cunde docentem. Confert enim diſcipulis plurimũ authoritas præceptoris, ut cui & facile pareant, & fidem præſtent. Summa autem huius eſt laus, cũ Chriſti dicitur ſeruus, & Coloſſenſibus cedit ad gloriam,

cum tanti ſit qui ex eis ſit oriurdus.

SEMPER ſolicitus pro uobis in orationibus.) Non ſolum, inquit, pro uobis is orat, ſed ueſtri gratia & anxius eſt, & trepidat. Neq; ſolum hoc tempore, ſed continue curis his angitur.

VT STETIS perfecti.) Tacite illos mordet, & imperfectionis perinde arguit, qui adhuc in eo de angelis, quod diximus dogmate, claudicarent. Et quia cõcedi poteſt, ut & ſi perfectionem ſit quiſpiam aſſecutus, perſtare tamen in ea diutius nequeat. Sicuti cum quis omniũ teneat rerũ cognitionem, nec tamen firmus & ſtabilis maneat, idcirco ut ſtetis inquit perfecti, in dogmate ſcilicet & uita.

ET PLENI in omni uoluntate Dei.) Hoc eſt, ut Dei duntaxat, non hominum exequamini uoluntatem. Id nanq; prætendit, cum perfecti inquit eſtote & pleni, arguitq; Coloſſenſes partem hiſce in rebus abundare, partim egere.

TESTIMONIVM enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis & pro his qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.) Rem utrinq; amplificat, & cũ Epaphræ exprimit deſyderij magnitudinem, & Laodicenſibus & Hieropolitanis commendatiorem hũc facit. Erant enim, perlecta epiſtola omnia cogituri, quæ de Epaphra illo ſcripſiſſet Apoſtolus.

Lucas.

SALVTAT uos Lucas medicus chariſſimus.) Lucas hic ille, ut arbitror eſt, qui græce Euangelium ſcripſit. Et magnam quidem ex eo uendicat laudem, quod a Paulo in numero ſit amicorum, & chariſſimus nuncupetur. Non enim etſi poſtremo de hoc faciat mentionem, eius imminuit laudem. Sed eo id egit, ut Epaphram apud cõciues ſuos extollat. Vel forte erat & alius quiſpiam idipſum nomen ſortitus.

ET DEMAS.) Demas hic nondum ut apparet reliquerat præceptorem.

SALVTATE fratres qui ſunt Laodiceæ.) Aduerte quemadmodum hos fraterno hoc nomine charitate connectat.

ET NYMPHAM, & quæ in domo eius eſt eccleſiam.) Egregius ſane uir iſte erat qui & domeſticos omnes fideles haberet, & ita, ut eccleſia eius domus appellaretur. Et ideo Paulus huic præcipue ſalutem impartit, gratificaturq;, cum eius familiam eccleſiam nuncupat. Quod eo facit, ut & alios ad hunc imitandum inducat, perinde & ſi ipſi honoris ſint cupidi. Nympham hunc imitentur.

CVM LECTA fuerit apud uos Epiſtola hæc, facite ut & in Laodicenſium eccleſia legatur, & ea quæ Laodicenſium eſt, uobis legatur.) Videre uideor fuiſſe nõnulla Coloſſenſibus a Paulo ſcripta, quæ ut Laodicenſibus innoteſcerent, neceſſarium erat. Et contra. Coloſſenſibus ipſis paterent, quæ Laodiceæ ciuibus fuiſſent per literas ſignificata. Vtriq; nanq; Apoſtoli ſcriptis caſtigabantur, in quibus eo plurimũ inerat utilitatis, quia horũ ſinguli propria erant uitia recogituri. Quæret aliquis. Quænam illa fuit ad Laodicenſes epiſtola. Ea nimirum, quæ ad Timotheum prior conſcripta eſt. Hanc nanq; ex Laodicea tranſmiſit Apoſtolus. Tametſi dicant nonnulli, ad Paulum priores ſcripſiſſe epiſtolam. Verum uero res ita ſe habeat, aut ſecus mihi nil conſtat. Qui enĩ poterat fieri, ut proprijs literis Laodicenſes proficerent.

ET DICITE Archippo.) Cur enim huic nullas dederat literas, ſed per nuntios mandata ſignificabat? Forte quia minus erat huic literis opus, qui uel paucis & exilibus monitis indigebat.

Vide & uidete apud Paulum quomodo.

VIDE MYSTERium quod accepiſti in domino, ut illud impleas.) Vbiq; cum uide inquit Apoſtolus, terrorem incutit quendã, ut alibi. Videte ne quis uos ſeducat, & ſæpe alias in eandem hoc uerbo ſententiam utitur. Sic & hoc loco, uide inquit, ut opus impleas quod in domino accepiſti. Hoc eſt, per dominũ. Ille nanq; id tibi negotij demandauit, non ego. Verum quodnam illud erat myſteriũ? Vt Coloſſenſibus ipſis proſpiceret. Duo autem quædã hoc loco molitur, cũ dicit in domino. Nam & Archippum facit ſolertiorem ad opus domini exequendum, & Coloſſenſes reddit Archippo morigeros. Vt qui illi a domino ſint in curam iam traditi. Cæterũ idcirco

illis iniungit

illis iniungit, ut præceptori Archippo denuncient, ut cũ ab Archippo fuerint acer be increpati, ne illum queant acrimoniæ huius inſimulare, cũ minus ignorent Pauli iuſſu ſe caſtigari, & ipſimet Pauli mandata detulerint. Archippus.

SALVTATIO mea, manu Pauli.) Vt impartitam ſalutem faciat firmiorem, & ut eius mandata corroboret, propria manu ſcripſiſſe hæc ſe confitetur.

MEMORES eſtote uinculorum meorum.) Hoc eſt, mei ſit apud uos recordatio qui & uinculis hiſce aſtringor & condemnatus ſum. Ingens ſane illis cum affligantur eſt conſolatio Pauli reminiſci, uincti & condemnati.

GRATIA DOmini IESV uobiſcũ Amen.) Si uobis, inquit, præſto hæc gratia fuerit, ſiue preſſuræ affligent, ſiue præpediant cõpedes, & carcer coarceat, nil poterunt hæc uobis obeſſe. Nam & uobis per gratiã conceſſa ſunt uincula. Reuertebant̃ enim, inquit, a concilio gaudentes diſcipuli, quoniã digni habiti ſunt pro Chriſti nomine iniuriam pati. Vides quemadmodũ in gratiam concedat iniuria, ita quidem, in dignitatem hæc potius transfertur & gratiã. Vellem equidem & nobis, quãuis indignis, eiuſmodi gratiam poſſe cõtingere. Et tunc maxime, cũ aduerſis affligimur, ut per eam noſtra fragilitate firmata, quæ minus proſpera offeruntur cum ingentẽ delictorum noſtrorũ molem calcauerint, ad commodum cedant. Qua ex re tam pater ipſe quam filius quã SPIRITVS ſanctus perpetuã gloriam aſſequantur. AMEN. Iniuria cedit in gratiam.

ARGVMENTVM IN EPIſtolam ad Theſſalonicenſes.

Theſſalonicenſes ſunt Macedones, qui accepto uerbo ueritatis, perſtiterunt in fide, etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Præterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec ea quæ a falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab Athenis per Tychicum Diaconum, & Oneſimũ Acolytum.

IN EPISTOLAM AD

THESSALONICENSES ATHANASII, SIVE CERTO ARGVMENTO, VVLGARII, PROLOGVS.

THeſſalonica Macedoniæ ciuitas eſt, & eius regionis Metropolis, e qua & Theſſalonicenſes ſunt dicti. Hi igitur ubi Chriſti fidem exceperant, in ea ſtabiles permanebãt. Et ita, ut nec ullis preſſuris, nec pſeudoapoſtolorum ſuaſu, a Chriſtiana religione & uerioribus poſſent, decretis auerti. Tametſi eſſent inter hos & curioſiores quidam & otioſi, qui de reſurrectione haud ſatis eſſent inſtructi, & de carorum amiſſione nimio dolore afficerentur. Nõnulli præterea & fornicationibus dediti. Hos itaq; caſtigat Apoſtolus. Perfectiores uero cõmonefacit, ne cedant aduerſis, & falſis Apoſtolis nil fidei p̃ſtent, & alios corrigãt.

PAVLVS ET SYLVANVS ET TIMOTHEVS.) Ad Theſſalonicenſes ſcribens CAP. I. Apoſtolus. Timotheum ſibi & parem facit, & comitem parat. Secus tamen cum ad Epheſios ſcribit, tametſi his erat Timotheus notior. Mihi uero uidetur, quia prope diem erat Timotheum ad hos dimiſſurus, eo & ſuperuacaneũ uiſum, ut & illum diceret ſecum una epiſtolæ authorem, qui ad hos eſſet Paulo poſt conceſſurus. Hic uero aliter agit. Nam & nuper ad ſe ex Theſſalonica ille redierat, unde & merito hunc ſibi in ſcribenda epiſtola & ſociũ profitetur, quia Theſſalonicenſibus plurimũ profuiſſet, apud

fuiſſet, apud quos authoritate ualeat nõ mediocri. Proponit autem Timotheo huic Syluanum, uel id forſitan Timotheo hoc flagitante, ut qui præceptoris ueſtigia ſequeretur, qui & ſibi pares diſcipulos faciat. Nec præterea hoc loco uel ſe pro eius cõſuetudine Apoſtolum profitetur, uel Chriſti ſeruum, quia recens erant Theſſalonicenſes ad fidem inſtructi, necdum fuerant Apoſtolum ſatis periclitati. Vnde ſuper uacuum erat, ut ſuæ dignitatis faceret mentionem.

Cur ſe Apoſtolum non profiteatur Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens

ECCLESIAE Theſſalonicenſium.) Et ſi perpauci erant ex his qui fidem exceperant, in ea nondum admodum obfirmati, tamen & hos eccleſiam dicit, ut ſaltem hoc nomine conſoletur.

IN DEO PAtre noſtro & domino IESV CHRISTO.) Cum eni eſſent & Iudæorum & gentiliũ eccleſiæ, ut hanc a Iudaicis ſegregaret, in Deo patre dixit. Eſſe nãq; in Deo ſumma eſt dignitas. Quicunq; enim peccati eſt ſeruus, in Deo nõ permanet.

GRATIA VObis & pax.) Gratiam his comprecatur & pacem, ut Diuinis in donis, magis ac magis proficiant, pacemq; aſſequantur nil inuicem ſuperbientes.

GRATIAS AGImus Deo ſemper pro omnibus uobis.) Ab eorum mox laude principium ſumit. Cum enim Deo pro his gratias agit, oſtendit a ſe ea iam eſſe peracta, quibus & Deo poſſint gratiæ agi, & laudibus idem ille efferri, cuius munere hi rectiora peregerint. Simul & ad humilitatem hos inſtruit, cum arguat cuncta Deo eſſe, non nobis mortalibus aſcribenda.

MEMORIAM ueſtri facientes in orationibus noſtris.) Gratiæ Deo ex bonis opibus referunt, inter precandũ nãq; cuiuſpiã reminiſci, charitatis eſt argumentũ.

SINE INTERmiſſione memores ueſtri ſumus.) Non modo, inquit, cum preces ad Deum fundimus repetimus uos ueſtri memoriam, ſed & alias ſemper. Quod utiq; demonſtrat ſummã in hos Apoſtoli beneuolentiam.

OPERIS fidei uř æ.) Hoc eſt, cõſtantiæ uř æ in fide ſuſcepta. Illud nãq; uerius eſt fidei opus, cũ ſtabiles in fide pſtamus, nõ uerbis dũtaxat fidẽ iactare uel glřię ducere.

ET LABORIS & charitatis.) Quid enim habet in ſe amor laboris? Qui lentior eſt & frigidior? Nihil. At qui uerus & ardens, haud dubie plurimũ. Nam cum eius quã colimus gratia, omnia toleramus, quo pacto non ſummus erit hic labor. Theſſalonicenſes uero, quã multa ſunt præ eorum in Paulum charitate perpeſſi, ſicuti ex Apoſtolorum geſtis poteris certior fieri.

ET SVSTINENtiæ ſpei domini noſtri IESV CHRISTI.) Diutius, inqt, ac multum tentationibus afflictati, toleranter omnia pertuliſtis. Quod eſt eo effectũ, quia certior uobis de futuris & præmijs aſſeruatis, ſpes erat. Vos uero Deus initio temptari permiſit, ne quiſquam aſſereret adulationibus & uerborum lenocinijs, Euangelij prædicationem conſtare. Et perſpicuum fiat, non humanis perſuaſionibus ullis, ſed Diuina uirtute animas eſſe ad fidem & ſalutem traductas.

Non perſuaſionibus ſed Diuina uirtute ad fidẽ traducimur

ANTE DEVM & patrem noſtrum.) Duplici poteſt id ſenſu comprehendi. Vel quia perinde ac ſi inquiat, in Dei conſpectu & patris noſtri uos ipſi cõmemoramus uel quia operum fidei reminiſcimur, quæ Deo coram ſunt conſtituta. Tanquã id dicat, nolite exiſtimare fruſtra & ſine ulla mercede uos hæc factitare, quin potius omnia ſunt Diuinæ maieſtatis illius expoſita oculis, quæ & uobis pro hac tolerantia et ueſtris optimis actionibus, mercedem dependet.

SCIENTES fratres dilecti, a Deo electionem ueſtram.) Eo inquit ueſtri memoriam facimus, quia certo ſcimus, a Deo uos eſſe electos. Eſtis nãq; ſupra multos ad fidem ſepoſiti. Verum unde id liquet ſi dixeris, audi quæ ſubſequuntur.

QVIA EVANgelium noſtrum nõ fuit ad uos in ſermone tantum.) Ex eo uos inquit, perſpicuum eſt fuiſſe electos, quia Deus meã ad uos prædicationem eſt uel gloria proſecutus. Non enim ſimpliciter Euangelium prædicauimus, ſed & ſigna ſunt & miracula ædita, cum Deo eſſet id optime placitum, ut fidem ipſi exciperetis tanquam electi ab eo & ad fidem prædeſtinati.

SED ET IN

SED ET IN uirtute.) Hoc eſt, in ſignis quæ ad grati animi ſunt beneficium facta, & ad ingrati tormenta.

ET IN SPIRITV ſancto.) Vel quia in ſpiritali, non exteriori & humana ſapientia. Vel quia SPIRITVS ſanctus fuerat credentibus datus.

ET IN PLENItudine multa.) Hoc eſt, quæ per malorum & preſſurarum tolerantiã affertur. Nam quemadmodũ ſigna, & SPIRITVS ſancti ſubminiſtratio, ad fidelium animos confirmandos fiebant, ſic & prædicantibus qui inferuntur angores, prædicationis aſſerendæ certiora ſunt argumenta. *Vt ſigna & inſpiratio confirmãt fideles, ſic qui prædicantibus inferuntur angores, fidem aſtruunt.*

SICVT SCITIS quales fuerimus in uobis propter uos.) Vos, inquit, ea in re teſtes depoſco, quemadmodũ me erga uos geſſerim, utq; multa animi promptitudine prædicandi ſimus defuncti hoc munere, uel id ſane & ueſtri eſt gratia factũ. Nam cũ electos uos eſſe ſciremus, eo in uobis ad fidem formandis ſtudiũ omne contulimus. Quis enĩ pro his q̧ Dei ſunt charitate dignati, nõ labores ſubierit & tormenta. Hic p̃terea uel ſuas laudes, & ſi adumbrate, attingit, cũ hos tñ uelit prius laudãdo efferre.

ET VOS IMItatores noſtri facti eſtis & domini.) Hos quidem & laudando & monendo corroborat, inquiens eos nequaquã ſibi eſſe pericula ſubeundo inferiores. Vah qualis illa & quanta eſt laus, confeſtim imitatores eſſe præceptoris effectos Nec huius modo, quin & domini IESV. At quonam pacto hi ſunt Dei iam redditi ſectatores. Quia & ille mala plurima tolerans gaudebat, & his ultro ſe offerebat, & enixe adeo, ut huiuſmodi patrem alloqueretur, glorifica me pater.

EXCIPIENTES uerbum in tribulatione multa, cũ gaudio SPIRITVS ſancti.) Non enim ſolum cũ preſſura & malorũ tolerantia hi uerbum exceperant, ſed cũ moleſtiarũ diuexationumq; etiam magnitudine. Hoc eſt, cũ ſummo diſcrimine. Quod utiq; poteris uel ex ipſis Apoſtolorũ actis ediſcere. Has uero preſſuras ſiue pericula læti excipiebant. Interpretaĩ preterea quid ſit in tribulationibus et anguſtijs ipſis lætari & gaudere, aitq;. Cum SPIRITVS ſancti iocunditate. Neq; enĩ ſpiritus dolere uos ſinit. Nam et ſi corpora dolor excruciaret, per ſpiritũ tamen animo gaudium et ſuauitas indebatur. Nam quemadmodũ conſtat per ſpiritũ in medijs flammis tres pueros illos rore fuiſſe afflatos & intactos ab igne manſiſſe, ſic ſpiritus idem, in uitę diſcrimine, cũ caro excruciatur, lætiores nos reddit, & gaudio explet, cum bona illa nobis in mercedem futura, uiſenda proponit. Aduerte aũt tunc fieri quempiã domini ſectatorem, cũ diſcrimina & mala tolerat, cum ſpiritus & animi hilaritate. *Qui cum hilaritate ani mala tolerat, dominum ſectatur.*

ITA VT FACTI ſitis forma omnibus credentibus, in Macedonia & in Achaia.) Atqui poſtremos ad hos Paulus uenit. Inquit itaq;, adeo uos claruiſtis ex uirtute, ut eos qui me præuenerunt, uos inſtruxeritis. Paulũ uero in hoc illi ſunt imitati, quia cũ cæteris poſterior fuiſſet Apoſtolis, hos tamen longo interuallo exceſſit. Vide ut non formã dixerit credituris hos fieri, ſed credentibus iam formã exhibuiſſe, quemadmodum ſcilicet credendũ ſit. Et quia cum animi quodam ardore, & periculo, adeundo ſumma cum promptitudine. Achaiam autem græciam dicit.

A VOBIS ENIM diffamatus eſt ſermo domini.) Hoc eſt, de ueſtra uirtute fama perlata effecit, ut Euangelij prædicatio eſſet omnibus audita celebris. Vt uos ipſi tanquã cunctorum eruditores argueremini. Diſſonuit autem, ad tubæ metaphorã dixit, quæ ſonorum clangore, auditum excitauit.

NON SOLVM in Macedonia & Achaia, ſed & in omni loco fides ueſtra, quæ ad Deum profecta eſt.) Macedonia quidem, inquit, & gratiæ ſermone per uos, & doctrinæ ueſtræ exemplo repleta eſt. Et quod miraculi eſt loco habendum, tam breui per omnia loca tantum fidei diſſeminaſtis. Nec ſecus de horum profectu & fide diſſeruit, quã de animata re aliqua diſſeruiſſet cũ eam adſtruit & perfectam fuiſſe, peragraſſeq;, & eſſe iam diuagatam.

ITA VT NON ſit nobis neceſſe quicq̃ loqui.) Adeo, inquit, & uehemens eſt, & tam celeberrima fidei ueſtræ iam fama, ut nec me laudes ueſtras prædicaturũ fideles

expectent,

expectent. Quin quotienſcunqꝫ dicere de uobis aliqd cœperim, ut & illos uos laudã do ad fidei ardorem traducã, me ipſi p̃ueniant, & ueſtras uirtutes priores enarrent.

IPSI ENIM de uobis annunciant, qualem introitũ habuerimus ad uos.) Cum mea ad uos profectio mortes uobis uel infinitas comminaretur, nil tamen ob id uos eſtis offenſi. Quin potius cum noſtri gratia in uitæ diſcrimen concideretis, nec nos ſic quidem auerſi, ſed ita eſtis tutati, ut ob ueſtrum id in me ſtudium, innumeris ſitis bonis cœleſtibus fruituri. Secundo nanqꝫ ad hos diuertit Apoſtolus, cum in hiberiam profectus, repulſuſqꝫ Theſſalonicam iterato ueniſſet. Et a Theſſalonicenſibus ita ſuſceptus, ut ſui gratia, eorum uitam morti obtulerint.

ET QVOMODO conuerſi eſtis ad Deum, a ſimulachris ſeruire Deo uiuo & uero.) Hoc eſt, facilis admodũ & uehemens hæc ueſtra fuit ad Chriſtũ defectio. Monitis deinceps & minus moleſtis eos cõmonefacit, a quibus, & ad quem ipſi deſciuerint & demigrarint, & uitam ut ducant hortatur, quæ Deo ſit digna.

ET EXPECTATE filiũ eius de cœlis, quem ſuſcitauit ex mortuis IESVM qui eripuit nos ab ira uentura.) Vel id ꝗdem eadem breuitate exequiť. Edocet nanqꝫ ſub ſpecie quadã narrationis, ut Dei filiũ operianť. Id nanqꝫ uel eos maxie conſolať, qui opprimunť. Eripuit aũt nos ab ira uentura, hoc eſt, a cruciatu & penis, ut qui illi ꝑ fidẽ morem geſſerimus, & optimis uitæ labe carentis actiõibus, nec illis quidẽ hic daturus eſt ueniã, qui nos oppreſſere. Et qm̃ mala in manibus ſunt, bona uero ſepoſita maximã illis fidem teſtificať. Siquidẽ tolerãdo, ꝓ certis ſperãt & indubitatis futura.

CAP. II.

Magnum fidei ſtabilimentum quæ ab infidelibus inferuntur mala non timere.

NAM ET IPSI SCITIS FRATRES INtroitum noſtrum ad uos, quia non inanis fuit.) Et noſtra, inquit, permagna ſunt, tametſi nos nec uerbis ſimus humanis uſi nec noſter introitus ſupuacaneus fuerit. Hoc eſt, nõ expers diſcriminis, nec moleſtiarũ imunis, aut non multũ habens firmitatis. Nam, ut ſæpe dictũ eſt ſupra, ædita pericula ſunt, q̃ fidem obfirmãt. His eni ſublatis, inanis illa & ſupuacanea conuincereť.

SED ANTE paſſi multa, & contumelijs affecti, ſicut ſcitis in Philippis fiduciã habuimus in Deo noſtro loqui ad uos Euangelium Dei in multa ſollicitudine.) Et ſi pericula, inquit, in Philippis euaſimus, alijs rurſum nos ipſos obiecimus. Vides ut ſemper geſtorum omnium Deo ſummã aſcribat. Fiduciam enim inquit habentes in Deo, hoc eſt, ab eo & uires & robur accepimus.

EXHORTATIO enim noſtra non de errore.) Hoc eſt, noſtra doctrina nõ a fallendi arte aliqua proficiſcitur. Qui enim fallacijs alios circumueniunt, plane conſtat nunq̃ ſe periculis obtuliſſe, ſed in delitijs uerſari & luxu. Ipſe uero in diſcrimen me contuli. Quo fit, ut clare pateat, neminem me docendo circumueniſſe. Nec pro rebus hiſce humanis, ſed pro cœleſtibus illis & certioribus periclitari uoluiſſe.

NEQVE de immunditia.) Hoc eſt, nihil edoceo quod ſit impurũ, ut magi faciunt, & uenefici.

NEQVE in dolo.) Neqꝫ rerũ nitor inouatiõe & ſectis, ut hi q circa Dathan ſunt,

SED SICVT probati ſumus a Deo, ut crederet nobis Euangeliũ, ita loquimur.) Neqꝫ enim nos elegiſſet Deus, niſi & dignos nouiſſet. Tales igitur & in ea probatione perſtamus, qua & ſumus ab eo ad tam ingens præconium ſegregati.

NON QVASI hoibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.) Hoc eſt, nõ uobis placendi hæc gratia facimus, ſed ut Deo morem geramus, qui ſcrutať recõdita diſquiritqꝫ. Id nanqꝫ p̃tendit, cũ probat inquit. Vel quia cordiũ ſenſa ille admittit, coronatqꝫ. Quo fit, ut nemo qui dolis nitať et impurior ſit, huic poſſit gratificari.

NEQVE ENIM aliquando fuimus in ſermone adulationis ſcitis.) Cum horũ & laudes anticipaſſet, ne illas reddat ſuſpectiores, perinde aſſentandi gratia has ingeſſiſſet, neqꝫ ante hac alias, inquit, adulationis ſum uſus ſermone, quod deceptorũ eſt, & fallentium, neqꝫ nunc utar.

NEQVE IN occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt.) Neqꝫ pecuniarum cupiditate apud uos prædicandi hoc munere ſumus defuncti. Quod autem nihil nos prætulerimus aſſen-

ſcrimus aſſentando, ueſtrum ſat eſt teſtimonium. Quod uero nulla mihi inſit haben di libido, teſtis eſt Deus, ſed uobis incertum. *Solus Deus interna diiudicat.*

NEC QVAE rentes ab hominibus gloriam, neq; a uobis, neq; ab alijs.) Neque enim, quia ſumus ignominijs dixit affecti, uel honoribus minus nos freti, ne exprobrare hoc his uideatur, ſed nullos, inquit, ab hominibus honores exegimus, uel gloriam, tametſi gloriam uideatur & honorem prædicãdi hoc munus depoſcere. Nam & ſi maximis imperatoris legatos, cuius gerunt perſonam, dignantur honoribus, longe magis ſunt & hi proſequendi, qui ad nos a Deo legantur. Quo igitur pacto gloriæ uendicandæ facere quicquã uidebimur, qui nec a uobis uelimus, nec ab alijs, ſub doctrinæ & inſtructionis prætextu, honore aliquo honeſtari.

CVM POS ſemus uobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli.) Vel quia & nobis licet apud uos gloriam adipſci, uel quia a uobis accipere poſſumus alimenta, & graues eſſe, cum noſtra id dignitas poſcat, ut a uobis ad uitam neceſſaria exigamus.

SED FACTI ſumus paruuli in medio ueſtrum.) Id eſt, benigni, nil graues. Vel paruuli, id eſt, immunes nequitiæ, nec gloriæ cupidi. Qui enim tantula ſunt ætate, nihil huiuſmodi meditãtur. In medio ueſtrum, hoc eſt, tanquam ex uobis unus effectus, nondum ſuperne accepta hæreditate.

TANQVAM ſi nutrix foueat filios ſuos.) Eius nunc exprimit in hos beneuolentiæ magnitudinem, inquiens. Num nutrix aliqua pueris minutioribus eo blanditur, ut ab his pecunias exigat? Decet ergo & præceptorem benignum his & beneuolum ſe pręſtare, quos uel contumaces ſit nactus, ut nutrix ſolet in alumnum ſe gerere, uel ab eo ſi uapulet laceretur q;.

ITA DESI derantes uos cupide, nos uolebamus tradere uobis non ſolũ Euangeliũ Dei, ſed etiã noſtras anĩas.) Deſiderantes dixit, q̃d græce rectius ὁμυρόμενοι habetur. Quãuis nõnulli ſic ſentiant, nec recte. ὁμυρόμενοι nanq; ex omu cõpoſitum eſt & iro, q̃d e necto. ὁμυρόμενοι itaq;, hoc eſt, uobis cõnexi & inhærentes. Non ſolũ igitur, ingt, nihil ipſi a uobis accepimus, ſed ſi fieri poſſit ἐυδοκοῦμεν, hoc eſt ualde uolumus uel animas noſtras in uobis euacuare effundere q;. Tradere aũt Euangeliũ, hoc honoratius. Animã uero largiri, difficilius. Et feruẽtis eſt amoris indiciũ, q̃d et Paulus ita ſubiungit. *Græciſat interpres. Legendum. ἱμειρόμενοι Legendum. ἱμειρόμενοι εὐδοκοῦμεν*

QVONIAM chariſſimi nobis facti eſtis.) Ne uideatur hæc omnia eo exigere, quia pro his ſuſcepiſſet labores, appareret q; tanquã debitos ſibi honores repoſcere, ſic inquit. Nullius rei cauſa, niſi ut uobis tantũ prodeſſem, id egi. Neq; ut mercedẽ efflagitem, ſed ut quod bonum eſt, proſequar.

MEMORES enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis, nocte, & die operantes, ne quẽ ueſtrum grauaremus, prædicauimus in uobis Euangelium Dei.) Non enĩ reminiſcamini dixit beneficiorũ, quæ uobis cõtulerim, ſed laborũ memores eſtis effecti. Neq; horũ duntaxat, quin & defatigationes & laſſitudines recordemini, quibus nõ interdiu ſolũ, ſed & noctu inſudando affectus ſum. O quãta inerat Paulo ne quẽ offenderet ſollicitudo. Arguit præterea Theſſalonicenſes non multũ bonis externis his abundaſſe, cum inquit, ne quẽ ueſtrum grauaremus.

VOS TE ſtes eſtis, & Deus.) Et ſi Fides Deo eſt adhibẽda, tñ cum nequaq̃ hoĩbus pateat, utrũ hæc Dei teſtimonio cõprobenĩ, & ipſos ad quos ſermo habetur, teſtes uocat.

QVAM ſancte.) Hoc eſt, omnia factu neceſſaria, ſeruatis modo erga Deum pietate & cultu, adimplentes.

ET IVſte.) Hoc eſt, nemini pecunias flagitando, inferentes iniuriam.

ET SINE querela.) Abſq; cuiuſquam offenſione.

VOBIS qui credidiſtis fuimus.) Ab infidelibus Paulus, & irreligioſus appellabatur & impius, & iners quidã delirametorum proſeminator, & tanquã qui nihil ſani profiteretur.

SICVT ſcitis.) Rurſum hos in teſtes producit, quod ſane eſt humilitatis indicium, & nil eum per inſolentiam loqui.

QVALITER unũquẽq; ueſtrũ, ſicut pater filios ſuos depcantes uos.) O quãti

Magna doctoris commentatio, qui prout cuiq; opus eſt ad ſermonē accommodat.

res erat neminē conſolatiōis expertē præterire, ſed ſingulos accōmodatius appellare, hortariq; & ꝑcari. Deprecātes uero ut uiriliter oīa tolerarēt. Nō ergo gloriā quærebat Apoſtolus, quippe qui ſupius nutrici ſe cōparaſſet, nūc Patris charitatē præferat & curā, cum humilitate ſuſceptā. Quis eñ parens aliquādo in filios inſoleuit.

ET TESTIficati ſumus.) Eſt qdē teſtificari ulterioris doctrinæ argumētū. Nil ergo Paulus adulabaẽ, cū abūde iſtrueret. Cū uero ut Pater ꝑdixit, mox & teſtificati adiecit, pinde ac ſi dicat. Nequaq̄ acrius uos cōmonefeci, ſed leniẽ, ut et ſolēt parentes.

VT AMBVlaretis digne Deo, qui uocauit uos in ſuū regnū & gloriā.) Attende quēadmodū ſub ſpecie quadā narratiōis edocet ſimul & conſolaẽ, ſic ingens. Si eñ uos ad ſuū imperiū euocat Deus, ſunt haud dubie uobis eius gratia oīa toleranda.

IDEO ET nos grās agimus Deo ſine intermiſſione, quoniā cum accepiſſetis a nobis uerbū auditus Dei, accepiſtis illud non ut uerbum hoīm, ſed ſicut eſt uere, uerbū Dei.) Hoc loco & ipſos collaudat, inquiens. Neq; eñ uel ipſi cuncta ſine querela exeqmur, uel uos meæ cōuerſationis & diſciplinæ indignū argumentū aliquod edidiſtis & ſignū. Non enim tanquā hominē audiretis loquentē, ſed attentos uos præbuiſtis, tanquā Deo monēte. Verbum autē auditus dei, prædicationē dicit. Vtpote quæ audiendo crediẽ. Nam quo pacto ſunt credituri, niſi & auditu percipiant.

QVI OPERAtur in uobis, qui crediſtis.) Quæret aliquis, unde id liquet, hos hoīs uerbū excepiſſe? Vt qui operaẽ inquit in uobis, hoc eſt, ex ipis operibus patet. Nam ſi non eadē attentione audiſſetis me ꝑdicantē, qua & deū, ſi in pñti id muneris fungereẽ nequaquā conſtanter a Deo & uiriliter tuliſſetis tentatiōes & mala illata. Vt enim ſe neq; aſſentatorē eſſe, neq; fallacem ex diſcriminū tolerantia patefecit, ſic horum & Fidem, quia preſſuras fortiter & anguſtias tulerint, demonſtrauit.

VOS ENIM imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in

Eccleſia Synagoga.

CHRISTO IESV.) Vt ne quis Eccleſias haſce Iudæorum exiſtimet ſynagogas, & in CHRISTO IESV. adiunxit, ut fidelium Eccleſias deſignaret.

QVIA EAdem paſſi eſtis, & uos a contribulibus ueſtris, ſicut & ipſi a Iudæis.) Plurimū ſane ad hos cōſolandū hoc facit. Si eñ Iudæi qui tantopere paternarū traditionū zelo detinerenẽ, quia ſemel crediderint, ſunt tanta perpeſſi, quāto et uos magis oīa ferre pro Chriſto, ſuſcepta iam Fide, debetis? Proinde nec quidē exile, id eſt, uel

Aliás nobis.

tenue argumētum, uera a uobis ꝑdicari non falſa, cū & Iudæi prædicationis huiuſce gratia, quā antea impugnaſſent, tot malis affecti, æquo tamē animo oīa tolerarint.

QVI ET dominū occiderunt IESVM.) Quid ergo mirum debet uideri, ſi eos qui ſecum una eſſent ex tribu hi afflixere, cum & IESVM dominū morte affecerint? Vide quam ingens ſit conſolatio Chriſti paſſionum fieri participes. Et ideo Paulus uel in omnibus ſuis tentationibus Chriſti profert exemplum.

ET PROPRIOS prophetas.) Dixerint forte nōnulli, ideo illos Chriſtum dominū occidiſſe, quia hunc ignoraſſent. Nōne & ſuos norant prophetas, quorū ipſi uel ſcripta producunt, cur ergo & hos necauere? Eſt itaq; plane perſpicuū, nihil hos facere ueritatis ardore, ſed tanquā rabidos in feritatē hanc deferri præcipites.

Iudæi nō quaſi ignorantes, ſed inſania moti ſæuierunt in dominum.

ET NOS pſecuti ſunt.) Nos. ſ. qui Apl'atus hoc munere fungimur, & uos ad Fidem inſtruimus. Quor; exēplo & uos diſcipulos decet intētos, ferre oīa patienter.

ET DEO non placent.) Nam quo pacto Deo ſunt morē geſturi, cuius & Filiū morte mulctarint, & prophetas occiderint longe priuſquā in terris hic adueniſſet.

ET OMNIbus hominibus aduerſantur, prohibētes nos gentibus loqui, ut ſaluæ fiant.) Si terrarum orbi ſunt ſalutaria quæq; nuntiāda, & hi quo minus hæc fiant impediunt, cunctis ergo hominibus obſiſtere, & cōmunes omniū hoſtes coarguuntur. Eſt nanq; ſumma quædam peruerſitas, cōmunem interpellare ſalutem.

VT IMPLeant Peccata ſua ſp.) Ea nūc dicit peccata, q̄ olim in ꝓphetas & in Chriſtū deinceps, & in nos demū hi cōmiſere, tanq̄ id inquiat. Vt oñdant ſeſe maximū in modū deliquiſſe, attigiſſeq; iam refertā nequitiæ menſurā, & ſcelerū apicem.

PERVENIT ira Dei in illos uſq; in finem.) Non datur, inquit, ut quondam ex captiuitate reditus, & ad terram promiſſionis peruentus, ſed in finem uſque Dei in hos ira peruenit. Id eſt, ſemper in hos permāſura eſt Dei ira. Oſtendit præterea, cum uſq; in finem inquit, diuinam hanc iram a principio fuiſſe his debitam, & prophetarum uaticinio comminationibus intentatam. Cæterum ſolatus antea Theſſalonicenſes cum diceret, tentationum ſe multos habere participes. Sic & hos nunc conſolatur, cum eos arguit, qui in præſenti hos urgerent, pœnas daturos.

Sicut ira Dei fuit à principio Iudæis prophetarū uaticiniis intentata, ita nec finē ſit habitura neceſſe eſt.

NOS AVTEM fratres deſolati a uobis ad tempus horæ.) De charitate hoc diſſerit loco. Superius ēm patris more & nutricis cuiuſpiam, filios appellauit. Nūc uero deſolatos affirmat & orbos, quod ſane liberoꝝ eſt conquerentiū genitorem. Vnde perdiſcere licet, quāto illos deſiderio proſequeretꝰ Apoſtolus, & mœrorem in quo eſſet prætendit, quem ex illorum ſeiunctione cepiſſet. Neq; ſat illud habebat ut diceret, ſeſe ab his deſolatos, ſed ad horæ tēpus ſubiecerit. Hoc eſt, breui admodum tempore, & quod unius poſſit horæ, uel momenti potius ſpacio computari.

ASPECTV non corde.) Præſertim cū haud quaquā ſumus corde ſeiuncti, ſed aſpectu duntaxat & perſona, ita & ſi cordi uos ſemp habentes, angimur tamē, quia nequaq; liceat nobis ueſtra pn̄tia frui. Notandum autē ad charitatis ardorem accendat neceſſe eſt & rei concupitæ aſpectus, ex quo & amor magis incenditur.

ABVNDANTIVS feſtinamus faciem ueſtram uidere cum multo deſiderio.) Abundantius ſcilicet ſumus celeritate uſi, quā eos decet, qui ad horam ſint rei optatæ conſpectu freti. Attende quam uehemēs ſit Pauli charitas. Nullam enim ob rem aliam inquit, adire uos cupio, niſi uiſendi gratia.

QVONIAM uoluimus uenire ad uos, ego quidē Paulus & ſemel & iterū, ſed impediuit nos Sathanas.) Quis ais, num Sathan te intercepit? Ita ſane. Neq; enim id Dei opera effectū eſt. Nam & alibi ad Romanos ſic ſcribit, Deus phibuit. Et Lucas inquit. Spiritus uetuit eos. Et ad Corinthios, Spiritus dixit eſſe id opus. Hoc aūt loco, Sathanæ eſſe hanc operā dicit, & tentatiōes quaſdā ex inſperato & Dei permiſſu allatas. Vide quā huiuſmodi charitate oblectetur Apoſtolus. Oſtendit nanq; ſuam in hos beneuolentiā ſe cæteris prætuliſſe, cum inquit. Ego Paulus, id eſt, & ſi pleriq; alij qui mecum ſunt ad uos iter accelerarent, ipſe tamē illud aggreſſus ſum.

QVAE EST enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ.) Nōne igitur eiuſmodi uerba matrū ſunt, uiſcerū immenſo quodam ardore & amoris flagrantia, pueros minutiores lepide appellantium? Nōne ſatis fuiſſet, ut eius ardentiſſimā cupiditatē exprimeret, coronā dixiſſe, niſi & gloriam adieciſſet. In uobis inquit, Spes mea ſita eſt omnis. Plurimū enim apud Deum confidentiæ, ueſtri gratia habiturus, eoq; & lætitia efferor, quia coronæ mihi futuri eſtis & gloriæ. Hoc eſt, excellenti & clare. Tametſi in pn̄ti hanc mihi gloriā peperiſtis, & in futurū ſitis mox parituri.

NONNE VOS ante dominum noſtrum IESVM CHRISTVM in aduentu eius.) Dicet aliquis. Num Spes tua omnis o Paule ex profectu Theſſalonicenſiū nititur? Nequaquā inquit. Neq; enim his ſolum uidendum, quod plane oſtendit cum dicit. Et uos, ſed alios eſſe quā multos, de quibus ſit ipſi quā optime ſperandum.

VOS ENIM eſtis gloria noſtra & gaudium.) Quātæ enim illud eſt gloriæ, tam amplam Deo obtuliſſe Eccleſiam, & tam probatam & placitam.

PROPTER QVOD NON ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis CAP. III.
ſolis.) Hoc eſt, ſatius duximus & iudicauimus.

ET MISImus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti.) Tanta enim huic ſanctiſſimo uiro inerat cura diſcipulorū, ut cum eſſet ipſe anguſtijs nōnullis etiam grauibus interceptus, alios dimitteret diſcipulis profecturos. Quod ſane tunc egit, cum ad hos Timotheum tranſmiſit, cuius in laudē pleraq; diſſerit. Non adeo ut eum collaudet, ſed ut illos potius honoribus proſequatꝰ. cum hominem ſibi tam maxime neceſſarium, & operam in prædicando Euangelio

nauantem, iſtorum gratia a ſuſcepti operis miniſterio interpellauerit.

AD CONFIRmãdos uos & exhortandos pro Fide urã.) Cum em̃ ob p̄ceptoris diuexatiões, labarẽt nõnunq;, tamẽ & confirmãdi erant & exhortãdi ne a Fide excederẽt. Non em̃ parũ obturbanẽ diſcipuli, & quaſi diffidũt, p̄ceptore erũnis & malis tantopere afflictata. Vt milites ſolent, cum ducẽ ſpectant affectũ vulneribus.

VT NEMO Moueatur in tribulationibus iſtis.) Explicat nunc quid illis ſit pro futura Timothei exhortatio, id ſcilicet, ut nemo moueatur. Hoc eſt, perturbatione nulla horum quiſpiam offendatur, cum ipſe afflictor, ne quo pacto deflacceat uel a Fide deſciſcat. Diabolus nanq; cum in ipſis anguſtijs tẽpus eſt aliquod nactus, blanditur infirmióribus, quietẽ otiumq; ſuggerendo, ut a rebus triſticiam inferentibus, prorſus abſcedant. Nõnulli uero ſenectæ pro moueri poſitum dixere, a canum metaphora, qui caudam mouent cum alludunt & blandiuntur.

Qui in Chriſto uiuere nolunt, perſecutionem patiuntur.

IPSI ENIM ſcitis ꝙ in hoc poſiti ſumus.) Audiamus ergo quẽadmodum qui Chriſti Fidem exceperint, tentationibus eſſe oporteat & preſſuris expoſitos. Neq; em̃ de Apoſtolis hęc ſolum ſunt dicta. Si itaq; ad id ſumus nos inſtituti, quid mirum, ſi premimur? Quo fit, ut non modo præteritis malis, ſed ne futuris quidem & imminentibus obturbari nos deceat, id enim nobis maxime congruit.

NAM ET CVM apud uos eſſemus, prædicabamus uobis nos paſſuros, ſicut & factum eſt & ſcitis.) Magnopere diſcipulos conſolatur, cum a præceptore longe mala futura denuntiãtur. Nequaquam igitur hos obturbari par eſt, tanquam ex rebus ex inſperato occurſantibus, eoq; Chriſtus diſcipulos ita alloquitur. Dixi uobis antequam fiant, ut cum facta fuerint, credatis. Nec ſolum hoc Paulus illis prædixit, ſed alia pleraq; uti prænuntiauerat, & finem ſunt nacta.

PROPTEREA & ego amplius non ſuſtinens miſi.) Si futura illis o Paule mala præſciueras, monuerasq; nil neceſſarium fore, in preſſuris eiuſmodi tolerandis hos cõmoneri, quia ultro ad eos alios deſtinares monituros ut conſolẽtur? Licet nanq; ex hoc aperte admodum cõſpicari, te minus illis confidere. Ex charitatis id, inquit, confidentia facio. Solent nanq; qui plurimum amant, uel certa & firma, habere ſuſpectiora & dubia. Occurrebant præterea tentationes multæ & uariæ, ita ut malorum me magnitudo & moles perterrefacerẽt. Propterea neq; illud intulit, quia cum de uobis iam deſperaſſem, ad uos Titum tranſmiſi, ſed quia moram ferre amplius nequeo, quod erat ingentis beneuolentiæ argumentum.

Vis amoris etiam quæ certa ſunt & firma, ſuſpecta reddit & dubia.

AD COGNOſcendam Fidem ueſtram.) Hoc loco quærunt nõnulli, quo pacto Paulum, qui ad tertiũ uſq; conſcẽderat cœlum, audiſſetq; uerba quæ dici haud quaquã fas eſſet, Theſſalonicẽſium facta latebant, ſed Timotheum dimittit, ut illorum Fidem reſciſcat. Dicendũ igitur, nequaquã omnes qui ſanctitate pollerẽt, ſiue Chriſti pręceſſerint tẽpora, ſiue poſt Chriſtũ ſint ſubſecuti, iſtiuſmodi eſſe rerũ incognitarũ notionẽ adeptos. Elyſeus nanq; quemadmodũ cum Sunamite ageretur, minus intelligebat, & Elias ſolum ſe relictũ arbitrabatur, tametſi ſeptẽ milia ſuperfuiſſent. Et Samuel admonetur, ne Dauid fratris qui eſſet natu prior, vultũ intueretur. Haud ſecus & Apoſtoli ipſi multarum rerum tenebantur inſcitia, quod ſane eo effectum eſt, ne uel hi ſuperbirent, uel de his cæteri magnam præſumerent opinionẽ. Neve & illud excuſare poſſimus, ſupra quã humana conditio patiatur, fuiſſe hos gratia donatos, ut tantũ poſſent de ſe uirtutis promittere, & ſic nobis indiligentia quadam deſperantibus, & torpedo oboriatur. Sed compertum nobis id potius ſit, neq; illos ſtatim fuiſſe ope diuina fretos, ſed ſuo labore uitæ rectitudinem peperiſſe.

NE FORTE tentauerit uos is qui tentat.) Nec mihi quidem ſuſpitio ſubeſt, motos uos eſſe, ſed tentatos duntaxat extitiſſe. Aduerte aũt cum malis urgemur animo obturbari, dæmonicum eſſe, & præſertim cum nõnulli adeo offendũtur, ut & alios lædant, quemadmodum cõtra Iob illum ſe geſſit Diabolus, qui huius uxorẽ ita tentauit, ut Iob etiã offenderet. Tentat præterea Diabolus, neſcius tamẽ utrum uictor

ſit euaſurus,

ſit euaſurus, necne. Alioqui cum impudentiſſimus ſit, cōfeſtim aggreditur, ſi imbecillum ſit nactus, inſtat urgetq;. Si ualidum & conſtantē, deſinit inſultare.

ET INANIS fiat labor ueſter.) Vel ſi a Fide deſciuerint Theſſalonicenſes o Paule dixerit quiſpiā, quid tua id intereſt? Habet nāq;, quod impēdiſti laboris, iam ſatis apud Deum mercedis. Vel ſi ita, inquit, futurum crediderim, ex mea tamē maxima in hos charitate, inanes duxerim meos labores, & nullius momenti.

NVNC AVTEM ueniente Timotheo ad nos a uobis, & annūtiante nobis Fidem & charitatem ueſtram.) Verebar equidem, inquit, ſuperuacaneos fore labores meos, ſed contrarium habuit res ipſa euentum. Vides quantum præ ſe ferat læticiæ Paulus. Non enim annuntiante dixit, ſed euangeliȝante, ut & illorum Fidei & charitatis exprimat magnitudinem, in qua obfirmati iam eſſent & ſtabiliti. Græce quidem euangeliȝante habetur non annuntiante.

ET QVIA memoriā noſtri habetis bonā ſemper deſiderantes nos uidere, ſicut & nos quoq; uos.) Hoc eſt, ꝙ mei reminiſcimini, laudibus me ꝓſequentes & benedictis. Audite diſcipuli, & præceptorū memoriam diſcite anio ſemꝑ iocundiori repetere. Eſtis eñ hoc pacto uobis, non illis maxime profuturi. Quin etiam Theſſalonicenſibus ipſis ingenti illud eſt gaudio, & hos præcipue conſolatur, ꝙ certiores nunc fiunt, Paulū eſſe non neſciū, ab ſe & coli nō mediocriter, & obſeruari. Quo fit, ut ex opinione hmōi, iſtorū magis ac magis in Paulum charitas augeſcat.

IDEO CONſolati ſumus fratres in uobis in omni neceſſitate & tribulatione nr̄a.) Tanquā gratias iſtis agebat, quod a Fide nihil receſſerant. Neq; eñ inquit uidemur triſtia quoquā pacto ſentire, & mala in quibus uerſamur, ſed cōſolati nos ſumus & reſpuimus nō unis ex malis, ſed ex omni preſſura. Nam tantū eſt id gaudiū quod ueſtra ex Fide accepi & charitate, ut cunctis præpōderet neceſſitatibus meis & malis.

PER FIDEM ueſtram.) Vos, inquit, me confirmaſtis, cum longe aliter ſe res haberet. Nam ipſe cum tentationibus nihil ſuccumberet, illos potius corroborabat, alioqui ſuam in hos laudem confert, perinde ac ſi inquiat. Per Fidem hanc ueſtram haud quaquam ſiuiſtis ut tentationes ſentirem.

QVONIAM nunc uiuimus, ſi uos ſtatis in domino.) Neq; enim nobis conſolationi fuere hæc, dixit, ſed uitæ. arguens illorum offenſionē pro morte ſe ducere, et profectum pro uita, & conſiſtere eos exiſtimare, qui in Chriſto ſint roborati.

QVAM ENIM gratiarū actionē poſſumus Deo retribuere pro uobis omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante Deum noſtrū.) Tanta me, inquit, ueſtri de cauſa inceſſit læticia, ut neq; gratias Deo ꝓ merito agere liceat. Exiſtimamus nanq; has ueſtras uirtutes a munere quodam Dei, & ſingulari profectas. Non enim uel humanæ ſolertiæ, uel animi mortalis hominis eſſe id tantum Sapientiæ duxerim. Cum itaq; ob id uobis collatum Sapientiæ donū gratias Deo plurimas debeamus, nequaquam tamē ſuppetunt nobis, quæ illi poſſint pro beneficij dignitate haberi.

NOCTE AC die abundantius orantes, ut uideamus faciem ueſtram.) Orabat horum ut liceret cōſpectu frui. Nec ſane minori cupiditate, quā ſolet agricola quiſpiam, cum audit, quem optime coluerit agrum, fructus uberrimos protuliſſe, & reuiſere eundem, & oculis perluſtrare mox cupiat. *Similitudo ab agricola.*

ET COMPleamus ea quæ deſunt Fidei ueſtræ.) Cum eſſet ſuperius illis & ſtatū & Fidei robur teſtificatus, cur Fidei nunc infert quæ deſunt, ſe cōpleturum? Quia nondum oēm exceperant diſciplinā. Deerat nanq; illis de reſurrectiōe traditio, uel iſtiuſmodi alia. Vel quia erāt pleriq;, qui falſa docerēt. Propterea quæ deſunt dixit. Nam cum ne a Fide deſciſcerent uereretur, ad cōfirmandos inquit, uos miſi. Nunc uero ut cōpleamus quæ deſunt, & quæ ad doctrinā attinent, potius quā ad Fidem. Compleri enim illud dicimus, cui ut abſolutum ſit, parum aliquid deeſt.

IPSE AVTEM Deus, & Pater noſter, & dominus IESVS CHRISTVS, dirigat uiam noſtram ad uos.) Oſtendit quemadmodum hos uiſere cupiebat, & in Epi-

ſtola hanc ſuam expreſſit cupiditatem. Simul etiam excuſat, non ex negligentia ſe ab his abfuiſſe tamdiu, tanquam id dicat. Deus ipſe tentationes præcidat, quæ nos trahunt diuerſos, ut recta ad uos proficiſcamur.

VOS AVTEM dominus multiplicet, & abundare faciat charitatē ueſtram in inuicem & in oēs.) Vides effrenatas amoris furias, cum illos & abundare & affluere cupiat preceturq; charitate. Nec ea duntaxat quæ inter hos mutua ſit, & in oēs diffuſa. Id ēm amoris eſt propriū qui Deū profiteatur, ut oēs circūplectatur & capiat. Nam ſi hūc fuerit cōplexus, illū uero minime, haud ſane huiuſmodi erit ſecūdum Deum beneuolentia, ſed humana potius quædam, quæ ſe non æque in oēs effundat.

Quæ ſecūdum Deum eſt beneuolentia non hunc uel illū, ſed oēs complectitur ita ut in omnes æque ſe effundat.

QVEMADmodū & nos in uobis.) Quod nr̄a, inquit, interfuit, iam ipſi peregimus. Quod ueſtra, ut fiat oramus. Nos ēm in charitatis menſurā habetis & exēplū.

AD CONFIRmanda corda ueſtra ſine quærela, in ſanctitate ante Deū, & Patrem noſtrū in aduētu dn̄i noſtri IESV CHRISTI, cum oibus ſanctis eius.) Arguit quēadmodū ſibi ſit charitas non his ꝓfutura q̄s fuerint charitate cōplexi. Abundare ēm uos inq̄t, facit Deus in charitate, ut corda ueſtra ſtabilian̄t. Dominum aūt Spiritum ſanctū intellige, ſicuti et magnus Baſilius ſentit. Quis ēm alius fuerit p̄ter hunc ip̄m Spiritū, in Dei cōſpectu & Chriſti aduētu ſine quęrela, hoc eſt, imaculatos & puros cōfirmaturus? Neq; ēm ad cōfirmandū uos dixit, ſed corda ueſtra. Ex corde nanq; prodeunt cogitationes prauæ. Concedi ēm poteſt, uel cum qui ſit prauorū facinorū expers, & nequam eſſe & impurū, fallacem inſuper & dolos nectentē, odioſum, maleuolum, & decreta aſtruentē peruerſa. Sine quærela itaq; & labe, tunc quiſpiā erit, cum cor repurgauerit, & ſic ſanctitatē adipiſcetur. Sanctitas nanq; & continētia dicitur. quēadmodum imundicia, fornicatio appellatur & adulteriū. Quorum unumquodq; ſordidum eſt & immūdum, & omnis deniq; uirtus ſanctitas nuncupabitur. Sine quærela aūt eos vult eſſe, Deo coram & Patre, & in præſenti. Virtutis ēm integritas omnis in Dei cōſpectu patebit, non hominū. Fallitur nanq; mortale iudiciū. Et in dn̄i inquit aduētu, quippe in quo ſumus, & in Patris conſpectu nos iudicandi. Optauerim igitur & ſordibus uos carere, & tales reddi, quales ſunt ſancti.

Immūditia qd.

CAP. IIII.

DE CAETERO ERGO FRATRES rogamus uos, & obſecramus in dn̄o IESV, ut quēadmodū accepiſtis a nobis quomō oporteat uos ambulare, et placere Deo, ita & ambuletis ut abundetis magis.) Cū itaq;, inq̄t, de his q̄ uos decēt iam diſſeruerim, audite iā quæ audiri neceſſario debēt. De cætero uero cū inquit, illud p̄tendit, id eſt, aſſidue & perpetuo, & in reliquū tēpus. Attende humilitatē. Non ēm neq; hortando aut p̃cando dignū ſe dicit, cui Fides poſſit p̄ſtari, ſed Chriſtū ſibi ꝓ deprecatore aſſumit, tanq; id inquiat. Chriſtus ipſe noſtro uos interuētu precat̄. Quod aūt accepiſtis non uerbis modo, ſed rebus conſtat. Operando nanq; Apoſtolus agendoq;, alios edocebat. Quid ergo uos ipſi p̃camur, certe ut abundetis magis, hoc eſt, ut ſuperare etiā mea precepta bonis actionibus ſtudeatis, ultraq; quam uobis iniunxerim eniti. Nam quēadmodū terra nō modo quæ huic demandan̄t, producit, ſic & aīa ipſa nequaq; eſſe debet præceptis feciſſe iam ſatis cōtenta, niſi & factis illa exceſſerit.

Similitudo à terra fertili.

SCITIS ENIM quæ præcepta dederim uobis per dominum IESVM.) Præcipiuntur ſane quæ ſint euitanda, & quæ ſi fiant inferāt pœnas. Si minus, nil laudis ſint allatura. Sunt etiam nōnulla quæ præcipienda non ſunt, hoc eſt, cōminationibus frenanda, ſed auditorum iudicio permittenda & uoluntati. Quemadmodum eſt pecuniam aſpernari, & permanere in cœlibatu, & huiuſmodi alia. Inquit ēm, qui poteſt capere, capiat. Eſt enim non ab re, Paulum cum hos acrius nōnullorum facinorū arguiſſet noluiſſe ea ex nomine explicare, ſed iterato eos commonefacit, rurſumq; & Chriſtum ꝓducit in mediū. Neq; enim, inquiens, hæc mea ſunt iuſſa, ſed Chriſti præ ſe ferunt imperiū. Hæc itaq; uel ſeruanda per uos erunt, uel improbanda.

HAEC EST autē uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra.) Hoc eſt, continētia. Hanc enim ubiq; & meminit & tutandam iniungit, cum ad Timotheum ſcribit, & ad Corinthios.

rinthios Hebræosq́. Eſt quippe uiolentum incontinentiæ uitium, eoque & curandum enixius, medelis quibuſdam, & frequentioribus quidem & uarijs.

VT ABSTIneatis uos ab omni fornicatiõe.) Qꝫ multæ fornicationis ſunt ſpẽs & perplexæ, quas tñ haud quaq́ exprimere tulit, ſed ab omni dixit cauendum.

VT SCIAT unuſquisq́ ueſtrũ uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.) Vas corpus hoc dicit mortale. Continentes eñ cum ſumus, corpusq́ noſtrũ hoc & terſius & mundũ ſeruamus, in ſanctificatiõe dicimur poſſidere. Sin uero immũdum & ſordidatũ, a Peccato id ipſum cõprehenditur. Quod uero fuerit a Peccato cõprehenſum, in Peccati ſeruitutẽ deducitur. Tunc uero id corpus in honore habet̃, cum continẽs ſe & purũ præſtiterit. Notandum aũt cum ſciat inquit, continẽtiam huiuſmodi per exercitationẽ & conſuetudinẽ comparari poſſe prætendi.

Cõtinẽtia quæ facit unũquẽq́ uas ſuũ in ſanctificatiõe poſſidere, exercitatione & conſuetudine comparatur.

NON IN paſſione deſiderij.) Hoc eſt, nõ in cupiditate, quæ uitijs ſit obnoxia. Eſt nanq́ & deſideriũ aliquod ſiue concupiſcẽtia quod uitio careat, cuiuſmodi eſt rerum diuinarũ affectatio. Vel forte cuncta per deſiderium exprimit, quæ paſſioni concupiſcẽtiæ aſſcribuntur. Oportet itaq́ ſi uita nobis per continẽtiam erit degenda, ut nullum huiuſmodi uitiorũ deſiderium id incendẽtium admittamus.

SICVT ET gentes quæ ignorant Deum.) Qui enim nullam habent Dei cognitionem, neq́ retributionem bonorum prauorumve facinorum ſperent, neceſſe eſt, unde uoluptati ſe totos addicunt, & illi uniuerſa aſcribunt.

ET NE quis ſupergrediatur, neq́ circumueniat in negotio fratrem ſuum.) Superius quidem de omni fornicatione dixerat, nunc uero de adulterio dicit, quod & auariciam & tranſgreſſionem appellat. Decenter enim ſuam cuiq́ uxorem diſtribuit Deus, & naturæ limites præfiniuit, ut cũ una eſſet muliere congreſſus. Fit itaq́ ut circumuẽtio quædam ſit in negotio, hoc eſt, in ipſo concubitu, præſertim cum in fratrẽ delinquitur. Vel ſimpliciter circumueniri fratrem & falli his prohibet.

Deus unã unius eſſe uxorem conſtituit.

QVONIAM uindex eſt dominus de his oĩbus ſicut prædiximus uobis & teſtificati ſumus.) Nec me ſolũ, inquit, exiſtimes ne in fratres id facinus admittat̃ interdixiſſe, ſed ne in cæterorũ quidẽ uxores eſſe peccandũ. Nec ſolutæ modo præterea ipſæ, uel uiris orbatæ, uel cõmunes & proſtitutæ, per luxum ſunt & intẽperantiam abutendæ. Pro his nanq́ ſumit ſuppliciũ Deus, & iſtiuſmodi uindicat. Non eñ impune ſumus hæc cõmiſſuri, quin longe maiores ꝓ his ſceleribus pœnas ſubibimus, quã recens fuerit accepta uoluptas. Vide ut prius precibus egerit, moxq́ id ſit negotij deteſtatus, cum dixit ſecundũ gentes. Demũ & rei abſurditatẽ aperuit, cum circũuentionẽ eſſe hanc dixit, & hunc in modum a tanto ſcelere Theſſalonicenſes deterret. Cõmonefacit præterea hos id ipſum ſe prædicante uel alias ſæpe audiſſe.

Cum ſoluta uel etiã proſtituta uelle congredi damnabile eſt.

Momẽtaneum eſt quod delectat æternum quod cruciat.

NON ENIM uocauit nos Deus in immũdiciam, ſed in ſanctificationem. Itaq́ qui hæc ſpernit, non hominẽ ſpernit, ſed Deum, qui etiã dedit Spiritum ſuũ ſanctum in nobis.) Cum dixiſſet ſuperius fratri inferri iniuriã, cuius rei & Deum ſubiecerit uindicẽ affuturum, amplificat nunc idipſum dilatatq́, arguens. Vel ſi id mali infidelis quiſpiã patiatur, daturũ haud dubie pœnas, qui mala ingeſſerit. Neq́ enim te, inquit, cruciatu afficiet Deus, ut eum qui male perpeſſus ſit ulciſcatur, ſed ſeipſum ut uindicet. Nam cum ad mundiciã te & puritatẽ uocaſſet, cum inquinatior fueris, illatæ in ſe argueris iniuriæ, qui Spiritum ſanctũ tibi contulerit. Quo fit, ut ſiue ancillã, ſiue reginã corruperis, æque Peccatum ſit. Quandoquidem Deo hæc infertur iniuria. Nec ſecus ſi fornicando deliqueris, Deus erit huius flagitij ultor, cuius & Spiritum inquinaſti. Vel aliter. Cum enim proſpiciat Deus ſe nobis contẽptui eſſe, contẽptus huius de cauſa potius quã hominis affecti iniuria, ipſum ſe ulciſcetur. Verũ quo ſumus prouecti demẽtiæ, ut cum hominũ defugiamus conſpectũ quos ipſi offendimus, Deũ qui omnia conſpicatur & uideat, tantopere contẽnamus.

Deus ob ſui cõtemptũ potius quã ut eũ qui male perpeſſus eſt ulciſcatur, pœnas irrogat.

DE CHARITATE autem fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere uobis.) Nihil interea de charitate ediſſerit, quæ ſit in omnes ſeruanda, ſed ea duntaxat, quæ

ſit in fratres habenda. Et mox illos commonefacit, duo præparans quædam. Nam primum ait rem ita eſſe in promptũ, ut neq; inſtructione indigeat. Nam quæ magnitudine præſtant uti charitas eſt, patent quidem & clara ſunt. Deinde pudere hos facit, cum urget & excitat, ut ita ſe gerant ne eius præſumpta opinione conuincantur inferiores. Tametſi hos redijſſe iam arbitretur in uiam.

ETENIM illud facitis in oẽs fratres in uniuerſa Macedonia.) Quod aũt inq̃t a Deo uos acceperitis diſciplinã, ex his mihi ꝑſpicuũ eſt, quæ per uos in fratres gerun tur. Macedonię aũt ideo meminit, quia Metropolis eſſet Macedoniæ Theſſalonica.

ROGAMVS autẽ uos fratres ut abundetis magis, & operam detis ut quieti ſitis, & ut ueſtrum negotiũ agatis, & operemini manibus ueſtris ſicut pręcipimus uobis.) Et ſi nequaquã ſim neſcius, ait, per uos in fratrẽ charitatem ſeruari, rogamus tamen ut abundetis magis, hoc eſt, ueſtrã erga fratres augeatis magis ac magis beneuolentiã, ad eamq; & omni ſtudio enitamini. Poteſt & ita intelligi, ut ſtatim illud ſequat̃, date operam ut uos quietius habeatis, & ueſtrũ quiſq; propria negotia peragat. Ex his aũt eos arguit qui otio uacant, & quieti ſe totos addicunt, curioſiusq; aliena diſquirũt, omnia perturbare. Quin uero cũ manibus, inquit, proprijs operamini. Illos uituperat, qui corporis tollunt exercitationẽ & ſpiritalia tantũ depoſcunt, & longe

Exercitatio corporis utilis & operatio manuum.

fallũtur. Non eñ ieiunium uel humi cubationẽ manibus quis operatur, ſed Spiritu. Vnde intelligi datur non de ſpiritali exercitatione hoc loco dixiſſe Apoſtolum, ſed de corporali. Eſt nanq; Spiritus ſancti officiũ, ex manuũ opera uictum alijs imparti ri, Spiritus inquã id certius quoddam eſt opus. Nam ea tempeſtate Chriſtiani, cum Chriſti ob Fidem ſuſceptã, infidelibus prædæ eſſent, re omni familiari, & fortunæ bonis exhauſti, in ſumma rerũ penuria uitam degebant. Eoq; ut operentur edocet, quatenus quirent, cum ſibi, tum alijs præſidio eſſe. Si itaq; his iniungit Apoſtolus, operi manuũ inſudare, nil tamẽ eos excludit, quibus adhuc res integra maneat.

ET VT honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis.) Hoc eſt, nequid impudẽtius apud illos agatis, qui extra Fidei aulã diuagant̃ ſtipem efflagitando. Quod tñ modeſtius dixit, ne illos offenderet, ꝑinde ac ſi dicat. Si fideles ipſi cum fidelem quempiã conſpicant̃ optima corporis ualitudine, mendicantẽ, maxime offendunt̃ & iſtiuſmodi hominẽ ſub Chriſti prætextu mercimonia factitare incuſant, quanto magis ſunt infideles ipſi id mẽdicandi genus obtrectaturi?

NOLVMVS autem uos ignorare fratres de dormientibus.) Hoc loco de reſurrectione iam meminit. Nam de hac & ſi antea ad eos diſſeruiſſet, nunc tamen ijſdem myſterium quoddam reuelaturus eſt. Qui & ſi ea quæ ad reſurrectionem attinent non ignorarent, dolebant tamen deeſſe aliquid ſibi ad ueram cognitionem. Dolorem itaq; hunc lenit Apoſtolus, inquiẽs. Et ſi pleraq; cum uobis incognita ſint mœſticiam afferunt, cognita uero hanc tollunt, propterea ait, nolumus uos ignorare de dormientibus, id eſt, mortuis. Expreſſit itaq; futuram reſurrectiõem, cum dormire dicit iam uita functos. Qui enim dormit & excitetur neceſſe eſt.

Apoſtolus uita functos eo quod aliquando ſuſcitandi ſint dormientibus confert.

VT NON contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent.) Cuius rei ſpem dicit, reſurrectionis uidelicet. His nanq;, qui ſe minime ſperant reſurrecturos, procul dubio lugendum erit. Arrigendæ itaq; his dictis aures ſunt, & contremiſcendũ. Quid igitur aliquis inquiet? Num eo vult non hos ignorare, ne afficiãtur merore? Non enim inquis ſubeant cruciatus, ſed ne contriſtentur? Ita quidem. Nam eiuſmodi triſticia & pœnas eſt allatura.

SI ENIM credimus q̃d IESVS mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierũt per IESVM adducet cum eo.) Quemadmodũ, inquit, Filiũ ſuſcitauit mortem corporis obeuntẽ, ſic & nos ſuſcitabit. Aduerte ut IESVM fidentius eo mortuum dixerit, quia facta iam & ſubſecuta ſit reſurrectio. Nos uero quia ſuſcitandi ſumus, dormientes hic dixerit. Futurũ arguens, ut ab eiuſmodi dormitione & ſomno excitemur nos aliquando. Non eñ qui nihil dormierit excitabit̃. Dormientes uero

per IESVM

per IESVM deducet, duplici poteſt modo intelligi. Vel quia per IESVM deducturus nos ſit, id eſt filius erit reſurrectionis huiuſce mediator, qui & preuius fuit, & in patris cōſpectu adſtitet. Vel dormientes ꝑ IESVM, hoc eſt fideles, ut qui Chriſtū in ſe habentes, ꝑ IESVM dormiunt. De præcipua aūt reſurrectione nunc diſſerit, hoc eſt de glorioſa illa fideliū a mortuis excitatione, quæ futura cū dn̄o eſt. Deducet enim ſecū, hoc eſt, & in nubes undequaqꝫ nos ille corripiet, tolletqꝫ. Erant quidem Theſſalonicenſes de uniuerſali illa futura reſurrectiōe certiores iam redditi, ſed quā eſſent in ſe gloriā habituri, nil his ſatis cōſtabat. Eoqꝫ & angi aliquantulū uidebantur. Vnde eoſdem nunc conſolat̄ Apoſtolus, cū glorioſam hanc dicit futurā & honorabilem. Ne ſi fortaſſe aliter ijdem ſentirent, ex alia quauis p̃ſumpta opinione, mœrore afficerent̄. Quippe cum ſint omnes reſurrecturi, non tn̄ in gloria, niſi ſoli fideles, id eſt, qui rectiora ſunt inſtituta cū bonis opibus aſſecuti. Aduerte et quæ ſubſequunt̄.

Omnium quidem eſt futurā reſurrectio ſed fidelium tantū etiā honorabilis et glorioſa.

HOC ENIM uobis dicimus in uerbo dn̄i.) Mirandū aliquid erat dicturus, eoqꝫ ex dn̄i uerbo rei huic & fidē facit, tanq̃ id inquiat. Nihil ꝓfecto a meipſo, ſed a Chriſto edoctus protulerim. Nam illud, dare quidem longe eſt ſatius quā accipere, ex p̃ceptoris, hoc eſt Chriſti uerbis, acceperat, et huiuſmodi reliqua ex ſpiritu loquebat̄.

QVIA NOS qui uiuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu dn̄i non præueniemus eos qui dormierunt.) Quod ad Corinthios dixit, in momento & oculi ictu, nunc repetit. Et quoniam difficultatis plurimū habere uidetur, putrefacta iam & tabentia corpora, a mortuis excitare. Idcirco qui uiuimus inquit. Nō ut de ſeipſo nunc dicat neqꝫ enim erat ad reſurrectionem uſqꝫ uicturus, ſed fideles dicit. Vnde & qui reſidui ſumus adiecit in aduentu dn̄i. Sub eius nanqꝫ perſona eos cōplectitur, qui in humanis tunc temporis egerint. Vel eos uiuere dicit, qui in Chriſto aſſequentur ſalutem.

QVONIAM ipſe dn̄s in iuſſu & in uoce Archangeli & in tuba Dei deſcendet de cœlo.) Nil his, inquit, diffidas quæ ſumus dicturi. Nam dn̄i hæc futura ſunt iuſſu. Verū quomodo hæc ille eſt iniuncturus? In Archangeli uoce, cæteris angelis p̃ſidentis, & identidem inclamantis, prompti paratiqꝫ eſtote omnes, adeſt eni iam iudex. Vt enim pater in Syna arabiæ monte tubis eſt uſus, & angelis miniſtrātibus, ſic & filius tanq̃ Imperator his ipſis utetur. Vel quia Dei terra hæc iuſſu coget̄, quæ exceperat corpora, reſtituere, ad incorruptionē mox tranſformata. Q, aūt unū in locū undiqꝫ ſint cōuentura, uoce Archangelus operabit̄, unus tn̄ aliorum miniſterio angelorū.

ET MORTVI qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.) In Chriſto mortui, hoc eſt fideles, ut qui in nubes ſint ſubleuādi, ut priores reſurrecturi, cæteri uero poſtremi, id eſt dānandi. Quippe q neqꝫ attollendi ſint, nec Chriſto in aera obuiā proceſſuri.

Soli fideles in iudicio ſunt in aera ſubleuādi & ita priores reſurrecturi.

DEINDE NOS qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cū domino erimus.) Et ſi mortui, inquit ſunt priores reſurrecturi, nihilominus & nos qui in hac uita erimus, rapiemur. Digni uidelicet ut ſubuehamur in nubes, ſicuti & dominū nubes ſuſcepit. Cur uero cū ſit deſcenſurus fideles ille arripiet. Id utiqꝫ honoris gratia facturus eſt. Nam quemadmodū Imperatori cuiq̃ urbem aliquam inituro, honoribus quiqꝫ & dignitate præſtantes, obuiam prodeunt, noxij uero & capitis damnati in carcerem interiorem cōiecti, iudicem hunc ipſum operiuntur. Sic eo iudicij tempore, peccatores quidem & prauis facinoribus obſtricti, in terris iudicaturū illum expectant, uel ſi Chriſtianum ſortiti ſint nōmen. Iuſti uero in ſublime tollentur. Sic demū & Chriſto eodem ſunt fruituri, qui eſt bonorum oīm caput, & perpetuo ſunt apud hunc permanſuri.

ITAQVE CONſolamini inuicem in uerbis iſtis.) Hoc eſt, nullus uos teneat mœror, ut cæteros, qui ſe nil ſperant reſurrecturos.

CAP. V.

DE TEMPORIBVS AVTEM ET momentis fratres nō indigetis, ut ſcribamus uobis.) Eſt eni, inquit, ſupuacaneū, & plane inutile reſurrectiōis huiuſce & rerū finis uelle tp̄a & momenta cognoſcere, q̃ nec Apl'is ipſis retexerit dn̄s, cū illum identidem rogitātes adiſſent, Paulo forſitan uel ſoli ex archanis illis quæ dici nō p̄n̄t, innotuit.

Non eſt noſtrū imò nec ipſorū Apoſtolorū re

ſurrectionis tẽpus cognoſcere.

IPSI ENIM diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur ita ueniet.) Domini diẽ & cõmunem omnibus finem, & priuatũ cuiuſq; intellige. Hic nanq; incertus incumbit ſingulis, cuius finis & ignoratio pluribus modis nobis cõducit. Nam ſi pręſciret homo ultimũ uitæ diem, omni ſtudio adniteretur, reliquis diebus, quibus ſe nil dubitaret ſuperfuturũ, cõmiſſa omnia & peccata, pœnitẽdo, ut aboleret. Deinde cũ ſe morti propinquiorem ſpectaret, baptiſmi lauacro poſtremo ſe tandem perlueret, ut huius uirtute delicta abolerent. Nec minus & multi, qui nec moderati quidquã nec penſi haberent, ſi certo ſcirenr (ut ita dixerim) in craſtinũ ſe morituros, maxis quos haberent infenſos tormentis afficerent, ut animũ odio plenũ explerent, tanq; cui nil eſſet ad ſe ulciſcendũ ſpei reliquum. Quod tamen exequi interea hærent, cum hinc mortis formido coherceat, hinc uitæ ſuauitudo. Angeret præterea eorum animũ aſſiduus ille mortis metus, qui longioris uitæ tenentur cupiditate, ſi mortis terminus innoteſceret, nec tantũ iuſti mercedis aſſequerentur. Poſſent enim uideri tanq̃ uitæ huius affecti tedio, ſi pręſcriptas ſibi ad mortem longiores metas multo ante proſpicerent, lucem ſpreuiſſe. Eoq; & intrepidi adijſſe diſcrimina quaſi deſperantes, non quia cũ Chriſto uerſari percuperent. Nunc uero cũ cuiq; minus compertũ ſit, ob uitæ finem incertiorem, utrum ſuperare queat quibus offertur diſcrimina, perſpicua utiq; erit ſingulorũ quota ſit uirtus? Cuiuſmodi & rres illi pueri fuere, qui eo magis ſunt cæteris admirationi, quia cũ nihil eſſent utrũ euincere flammas & incendia quirent certiores effecti, idola tñ adoraturos ſe cõſtanter reſpuerint. Cum itaq; illud minus uos lateat domini diem, hoc eſt, iudicij tempus, in furis mortẽ & clam ſubiturũ intendite his animũ, & uobis cauete, neſcitis enim qua hora fur ille uenturus ſit.

Ex his palã eſt quantum cuiq; conducat ſui finis ignoratio.

CVM ENIM dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habentis, & nõ effugient.) Cũ eſſent qui hos diuexabãt paſſionibus uacui & proſpere agerent, fideles hunc in modũ ſolatur. Nequaq; exiſtimate euaſuros hos aliqñ, quos propediem inuaſura eſt repentina & inſperata pernicies, q̃ uarias his amaritudines eſt allatura. Nec ſecus excruciabũt, q̃ ſolent inteſtini dolores parturientem uexare. Aduerte aũt quemadmodũ ad id plurimũ faciat parturientis ſimilitudo. Nouit enĩ & muiler ſeſe parituraã omnino, pariendi uero tp̃s ignorat. Quo fit, ut plereq; ſeptimo menſe p̃ter naturæ inſtitutũ et uia media, nil præſcie partus ediderint, utq; & hæ per luſum plerũq; & iocum, de repente ineffabilibus ſimul doloribus crucianĩ. Sic & illorũ animæ, qui præſenti hoc ſæculo per delitias ducũt & luxũ hanc uitam, cũ dies ille aduenerit, nequaq̃ mortem ſunt & interitũ euaſuræ.

Parturientis ſimilitudo.

VOS AVTEM fratres non eſtis in renebris, ut uos dies ille tanquã fur comprehendat.) Hoc eſt, non tenebroſam & impuram ducitis uitam. Dicet aliquis quid ergo? Nõne & hos, & ſi nulla ſint labe affecti, uel incertus inuaſurus eſt finis? Inuadat quidem, ſed nullo eos obducet mœrore. Vigilantibus nanq; & in luce uerſantibus, ſi prædo aliquis aditũ nactus de improuiſo incumbat, nil poterit quod horũ ſit deuaſtare. At ſi in tenebris dormitantes deprehendat, relatis ſpolijs abſcedet impunis.

OMNES ENIM uos filij lucis eſtis & filij diei.) Quemadmodũ gehennę filij aſſeruntur, qui gehenna condigna patrarint, & diffidentiæ filij, qui Apoſtolorũ dictis diffidunt, ſic & filij diei hi erunt, qui ea quæ lucis ſunr fecerint.

NON ESTIS noctis neq; tenebrarum.) Hoc eſt peccati.

IGITVR NON dormiamus ſicut & cæteri, ſed uigilemus & ſobrij ſimus.) Hoc eſt, nequaquam in bonis operibus negligentiores noſipſos præſtemus, ſed ſobrij ſimus. Auget nanq; uigilantiam ſobrietas ipſa & abſtinentia, perinde ac ſi dicat. Per continentiam quæ bona ſunt, diligenter & caute peragamus.

QVI ENIM dormiunt, nocte dormiũt & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus.) Dormientes eos hic dicit, qui ſomno quodã nequitię capiunĩ, tanq; ad uirtutes inertes & torpidi, & ſemp aliquid quaſi per ſomnũ imaginantes. Talis eſt enim præſens hæc uita a ſopore nil aliena. Ebrietatem autem

dicit, non

dicit, non modo uinaticā illam & a baccho progenitā, ſed quæ a quibuſuis uitijs orit̄ temulentia, tanq̄ quæ ipſius naturæ limites & metas excedat; & mentem ipſam obtenebret. Haud quaq̄ itaq; ait iſtiuſmodi uoſipſi præſtetis. Non enim conſtatis ex nocte & tenebris, ſed ex die ac luce, baptiſmi & diuinarum traditionū gratia orti.

INDVTI LOricam fidei & charitatis.) Neq; enim ſat habet, ut uigilantiam & ſobrietatem ſeruemus, niſi & armis circunducamur. Nam ſi uigilantior quiſpiam et excitus fuerit, armis autem careat, quibus tutari ſe queat, celerrime a prædonibus & capietur & trucidabitur. Fidei uero & charitatis cum inquit loricam, rectiora quæuis decreata, & optimas uitæ actiones prætendit. Sic enim uere homines abſtinebūt cum bonis operibus abundabunt. Hæc quidem ſunt non modo ſeruanda, ſed pro thorace habenda. Hunc nanq; nil facile uel præhendere poterit uel tranſilire, ſed pectus ipſum haud ſecus ac paries hactenus tutabitur, & a Deo ut nulla nobis ſuccenſa diaboli iacula uel obeſſe poſſint, uel capere.

Sobrietas et uigilantia ad beate uiuendū conducunt quidem ſed bis dūtaxat qui bonorum operū thorace ſe muniunt.

ET GALEAM ſpem ſalutis.) Quemadmodū enim, quod principale eſt nobis, eſt caput, galea ipſa obtegens ſecurius reddit & tutū. Sic & ſpes ipſa mentē conſeruat & ſalutaris illi eſſe arguitur, cū nihil externū in hanc ſinat delabi. Aduerte aūt, quod & alibi dixit fidē ſpem charitatem, tria hæc, uel in p̄ſenti ex his ut cōparentur iniungit.

Quod capiti eſt galea, hoc ſpes menti.

QVONIAM non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis, per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM qui mortuus eſt pro nobis, ut ſiue uigilemus ſiue dormiamus, ſimul cum illo uiuamus.) Propterea, inquit, hæc arma ſunt comparanda, quia nō poſuit, hoc eſt, non ſegregauit nos Deus, ut eius iram experiamur ſed ut uendicet ſibi & ſaluos reddat, tradito, ut morte afficeretur noſtri gratia unigenito. Nobis ergo uel in diſcrimine conſtitutis ſeparanda ſunt bona, & maxīa queq; a domino expectanda. Nam ſi crederemus hunc ipſum nec filio pepercisse ut ſaluos nos faceret, ſpes eſſet uel certior, fore ut ex periculis & medijs malis nos ille eriperet & rei experimento ita futurum mox ſpectaremus, Deumq; ipſum charitate proſequeremur & proximos. Nam ea, inquit, de cauſa mortem obijt Chriſtus, ut ſiue uigilamus, id eſt, uiuimus, ſiue dormimus, hoc eſt morimur, cum illo ut uitā ducamus Quandoquidem cœleſtis illa dormitio, a terrena hac longe eſt aliena. Ait igitur, nolite corporum & uitæ huius diſcrimina, ſiue mortes reformidare. Si enim uel morimur uicturi ſumus. Nam & is qui tantopere eſt in nos charitate affectus, ut noſtri ob gratiam mortem ſubiret, uiuit quidem, & perpetuo uiuet.

Cœleſtis dormitio.

PROPTER quod conſolamini inuicem & ædificate alterutrum, ſicut & facitis.) Vides quid demū excuſat, perinde ac ſi dicat. Non ſum ipſe præceptor, ſed uoſipſos inuicem uelim ædificetis. Quando haud quaquā ſunt ſatis, qui inſtruendi fungantur hoc munere, ut queam uniuerſos commonefacere.

ROGAMVS autem uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos.) Cum dixiſſet uoſipſos alterutrum ædificate, ne forſitan arbitrentur ſeſe his uerbis ut præceptores inſtitui, eoq; & in ſuos inſtructores ſuperbiant, ſic inquit. Et ſi mutuā uobis ædificationem permiſerim, obſecro tamen, ut qui uos edocent atq; inſtituunt, in honore habeatis. Coguntur enim grauia multa ſubire doctores, quæ delati his honores toleratu faciunt leuiora.

ET PRAESVNT uobis in domino, & monent uos.) Si enim honorem his detuleritis qui per hominem uobis præficiuntur, quanto magis qui a Deo præfecti ſunt debetis & gratias agere, & honorare. Id enim deſignat, cū in domino dicit. Id eſt, humanis hiſce in rebus et temporarijs uobis homines præſident. In his uero quæ domini ſunt qui fuerit præfectus, pro uobis nō ſolum orabit, ſed curabit attentius, ut per baptiſmi lauacrum iterato naſcamini, caſtigabitq; & medebitur. Et ſi nocte hunc in tempeſta uos exciueritis, præſto mox erit. Vides qualis ſit in domino præfectura.

VT HABEATIS illos abundantius in charitate, propter opus illorū.) Non enī ſimplici quadā hos uelim beneuolentia proſequamini, ſed abundāti, uti & liberi in

parentes

Qui Chriſtum dilexerit, eum qui ſibi præfici tur & honore & beneuolentia proſequatur neceſſe eſt.

parentes afficiuntur. Nam qui Chriſtũ dilexerit, & eius miniſtrũ, utcunq; ſe geſſerit diligat neceſſe eſt. Quia ꝑ eum ſit uenerenda myſteria cõſecutus. Si uxorẽ duxeris decore ꝓſtantem, nõne & his honorem uel maximũ impartieris, qui ad te illã traduxerint? Cœlorũ regnũ cepiſti, & eum cõtemnes, qui illud ſubminiſtrarit. Honorãdi ſunt itaq; ꝑ uos ꝓceptores, quorũ ductu & miniſterio bona ineffabilia aſſequemini.

PACEM HAbete cum eis.) Hoc eſt, cũ præceptoribus. Nouerat enim odia eſſe in hos quædam oborta. Parit quippe ueritas odium, & odio ſæpe habentur, qui alios arguunt, & malefacta nil probant. Habete igitur, inquit, cum his pacem, hoc eſt, pacifice cum iſtis uos gerite.

ROGAMVS aũt uos fratres corripite inquietos.) Hoc loco ad præceptores diuertit ſermonem. Neq; enĩ inquit, per licentiã & arrogantiã alios inceſſeritis, ſed leniter caſtigate. Nam qui ꝑuerſis imbutus eſt moribus, ꝑtinatior fiet in malo, ſi acerbius forte corripiat̃. Nam eos cõtra bene cõpoſitos dicimus, qui Dei ſtatuta & mandata obſeruant. Is nanq; ſingulis rebus ordinem præfiniuit & limites, quos qui tranſcenderit, incõpoſitus eſſe & diſſolutus arguetur. Cuiuſmodi ſunt temulenti, cõtentioſi, auari, & iſtiuſmodi cæteri, qui delinquendo conſtitutas a Deo metas excedũt.

Si delinquentẽ acerbiori quodãmodo caſtigaueris, pertinaciorẽ efficies

CONSOLAMINI puſillanimes.) Puſillo hi anĩo ſunt, qui ferre nil queunt tentationes. Iſti ſunt enim qui proſeminati, in lapides conciderunt, qui tamen omnino ſunt ſubleuandi, & conſolandi.

SVSCIPITE infirmos.) Hoc eſt, ualidiores reddite qui fuerint in fide infirmiores, ut & alibi dicit. Fide infirmos ſuſcipite.

PATIENTES eſtote ad omnes.) Hoc eſt diſſolutos, puſillanimes, & infirmos ſuſtinete. Id nanq; maximũ in modum cõgruit præceptoribus, ut uel efferatiſſimos tolerando ad bonum conuertant.

VIDETE NE quis malum pro malo alicui reddat.) Si mala nequaquam malis ſunt compenſanda, quanto minus pro accepto beneficio, non ſunt mala reddenda, uel malo afficere qui nihil effecerint.

SED SEMper quod bonũ eſt ſectamini in inuicem & in omnes.) Neq; enĩ ſat eſt nil mali pro malis illatis rependere, quin et bonis erit qui mala ingeſſerit afficiendus. Id enĩ ſentit, cũ inquit. Sectemini quod bonũ eſt, hoc eſt, enixe nitamini oĩbus benefacere. Et inuicem, hoc eſt, erga fideles. Et in oẽs, id eſt, erga infideles eſtote bñfici.

SEMPER GAVdete.) Semper, hoc eſt, uel in medijs & urgentibus malis gaudio afficiamini, tanquam id dicat. Aequo animo pro Chriſto omnia tolerate. Aduerte autẽ, quemadmodũ poſtquam malum minus eſſe pro malo reddendũ dixiſſet, mox & gaudendum his eſſe iniunxerit. Qui enim edoctus nullas ulciſci iniurias, ſed cõferendis beneficijs potius inſueuit, & his benefacere qui mala intulerint, unde hic poterit eculeos mœroris excipere.

Magna merces illũ manet qui nullas ulciſci iniurias ſed beneficum potius uel his qui ſcleſerint exhibere ſeſe conſueuerit.

SINE INTERmiſſione orate, in omnibus gratias agite.) Viam nunc aperit ad perpetem quandam iocunditatem, ut aſſiduo ſcilicet & orandum ſit, & gratiæ Deo agendæ. Nam qui uerſari cum Deo diutius conſueuit, eidemq; pro oblatis ſiue proſperis ſiue aduerſis eo gratias agit, perſpicuum eſt, perpetuam quandam animi ſuauitudinem hunc eſſe adeptum, & continens gaudium.

HAEC EST enim uoluntas Dei, in CHRISTO IESV in omnibus uobis.) Qui enim poterunt ſemper partæ gratiæ dici? Nimirum ſi noueris Deum ſic uelle. ut illi te non ingratum pro acceptis exhibeas beneficijs. In CHRISTO IESV, hoc eſt, Chriſti domini adiumento & ope. Nam ille nobis uel in gratijs hiſce agendis opitulatur, ſicuti ut id ipſam agamus & multis in locis in Euangelio edocet.

SPIRITVM nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere.) Cum noctis loco ſit hæc uita habenda, & facem nobis detulit Deus SPIRITVM ſanctũ, q̃ ſane ſplendidiorem reddidere pleriq;, quemadmodũ ſancti. Nõnulli uero extingui ſunt paſſi quemadmodũ uirgines illæ quæ lucernã oleo carere permiſerant. Nec ſecus & qui

Corinthi

Corinthi fornicaretur, eandem hanc facem luto offudit. Dicit itaq;, ſpiritum nolite reſtinguere, hoc eſt, Spiritus gratiam. Obſtruite ergo feneſtras ſiue ſenſus hos corporales, ne nequitiæ ſpiritus ille irradat, & ſic fax illa extingui nõ poterit. Non puluerem inſpergas, uel curas terrenas. Sic enim inextinguibilis ꝑmanebit. Vel ita. Erãt apud hos & ★ uere Prophetæ, & fallaces quidã & ſubdoli. Et quia minus compertum his erat utri nam horum ex deo eſſent ueredici, ſimul omnes auerſabãtur, & improbabant. Subdit igitur ſpiritum nolite extinguere, hoc eſt, ſpiritus donum, quod ueris ineſt prophetis, cum hos nec ſecus defugitis, quã alios, qui ſe mentiuntur prophetas. Neq; prophetias contemnite, quæ ex ſancto SPIRITV prodeunt.

Spiritus nõ extinguendus.

Al. ★ ueri

OMNIA AVtem probate, q̃d bonũ eſt tenete.) Quid ergo? Excepturi ne ſumus qui falſo ſe prophetas aſtruxerint? Nequaq̃ inquit, ſed oĩa probate. Hoc eſt, & uera & falſa, periclitando decernite. Deinceps q̃d bonũ eſt tenete, hoc eſt, quas rectas eſſe cõpertũ habebitis admittite prophetias. Prophetias uenerationiq; habetote & curę.

AB OMNI ſpecie mala abſtinete.) Neq; enĩ hoc illoue abſtinendũ indicit, ſed oĩ re prorſus, ſiue propheta q̃uis falſo & cõmentitio, ſiue prauis q̃buſuis facinoribus.

IPSE AVTEM Deus pacis ſanctificet uos per omnia.) Poſt monita & uota inducit, ut utrinq; ſint tutiores. Per omnia uero, ut corpore & animo ſanctitatem adipiſcantur, ſicut ex ſubſequentibus ipſis perdiſces.

ET INTEGER ſpiritus ueſter, & anima & corpus, ſine quærela in aduentu domini noſtri IESV CHRISTI ſeruetur.) Spiritus, id eſt, donũ quod per baptiſmũ iam accepiſtis. Nam ſi huius collucentem facem ſeruabimus, nec reſtingui hanc patiemur & nuptias ipſas adibimus. Tunc ſane corpus & anĩa quærela uacabunt, hoc eſt coargui criminis nequaq̃ poterũt. Quid ni? Si in nobis illuxerit ſpiritus. Gregorius autem Nyſſeus ſic inquit. Cum enim homo ex omni ſit animarũ ſpecie admixtus ea ſcilicet quæ plantis ineſt, mox ſenſibili & intellectiua, cum ſpiritum dicit Apoſtolus, profecto intellectiuam expreſſit. Cum animã, ſenſibilitatẽ ipſam. Cum corpus uitã ineſſe nobis oſtendit, quæ & in plantis eſſe comperitur. Precatur itaq; & optat hos omnes per omnia ſine quærela ſeruari, & in cunctis Deo ut obſequantur.

Hominis natura ex Gregorio Nyſſeo.

FIDELIS EST qui uocauit uos qui & faciet.) Vide Apl̃i ingentẽ humilitatem. Cum enim eſſet hæc oĩa his cõprecatus, nolite inq̃t exiſtimare meis ex precibus uos ſaluos fore, ſed Dei, qui uos ꝓ ſua uocauit benignitate. Nã ſi ad ſalutẽ uos ille exciuit, fidelis eſt ſane. i. uerax. Et ita eſt ꝓ eius uolũtate facturus, ut et ſaluos uos reddat.

FRATRES ORAte pro nobis.) Aduerte quam humilem ſe & abiectum præſtet cum dicat ſe horum precibus indigere.

SALVTATE fratres omnes in oſculo ſancto.) Cum enĩ abſens ipſe requireret ſalutem ore & p̃ſens his impartiri, ꝑ alios ſaluere hos iubet. Et quoniã ineſt nõnunq̃ in oſculo dolus, quale illud Iudæ Chriſtũ prodentis fuit, in oſculo ſancto ſubiecit.

ADIVRO VOS per dñm ut legatur epiſtola hæc oĩbus ſanctis fratribus.) Neq; enim adeo perlegi epiſtolã hanc doctrinæ gratia cupiebat, quã ut illos etiam per epiſtolam alloqueretur. Quod plane ardentis eſt deſyderij argumentũ, Adiurat autem eos, ut ſi ſe id paruifacerent poſtulantem, obteſtatione ſaltem eiuſmodi, q̃d eis iniungitur, exequant̃. Tanti erat & tã formidoloſa apud Chriſtianos ueteres obteſtatio.

Obteſtatio apđ ueteres Chriſtianos formidoloſa.

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI uobiſcum amen.) Cunctis nos ille, inquit, bonis donauit. Incumbite ergo ut ampliorem gratiam, pro tantorum bonorum ac munerum dignitate, & uitam agendo ea mox uendicetis, quæ uel Diuina eadem nobis ſunt gratia cõparata. Caueteq;, iter quodcunq; prauum ac deuium, ut uitam hãc ipſam, ad PATRIS & FILII & ſancti SPIRITVS gloriã tranſigatis, Quem omnis gloria & honor decet in ſæculorum ſæcula. AMEN.

Scripta fuit ex Athenis.

IN SECVN-

IN SECVNDAM AD THESſalonicenſes Epiſtolam argumentum.

Ad Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit Epiſtolam Apoſtolus, & notum facit eis de temporibus nouiſſimis, & de aduerſarij detectione. Scribit hanc Epiſtolam ab Athenis per Titum Diaconum, & Oneſymũ Acolytum.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES SECVNDAM, ATHANASII, VERE DICO VVLGARII, PROLOGVS.

Ad Theſſalonicenſes cur iterum Paulus.

SEcundo ad Theſſalonicenſes idcirco Paulus ſcribit, quia his iam antea p literas ſignificaſſet, ſeſe ut eos reuiſeret ſummo ſtudio adniſurũ. Et quoniã minus eſſet uoti compos effectus, ferreq; diutius has moras nequiret, Timotheũ miſiſſe affirmat, qui eius deſyderium Theſſalonicã remigrãdi, aperiret ac nunciaret. Cumq; haud quaq; ad id temporis ullã eſſet ad hos proficiſcendi nactus adhuc facultatem, ut quæ illis ad fidei ſummã deeſſent abſolueret, ſecundam hanc primæ adiecit Epiſtolã, & per literas ſupplet, q̃d eius profectione facere libuiſſet. Quod aũt ſeſe ad eos nondũ contulerit, liquet ex eo. Nam in priori epiſtola cũ domini aduentũ nil præfiniſſet, perinde ac ſcitu id minime neceſſariũ foret, in ſecunda hac de domini aduentu pſcribit. De quo nil ſane in p̃ſenti ſcripſiſſet, ſi ad eos ſciret ſe profectũ. Per literas itaq; de aduentu hmõi, cuius eſſet apud hos orta iã quæſtio, meminit. Præſertim cũ eſſent nõnulli fidei uaſtatores, aſſerentes adueniſſe iam dñm. Quodq; & grauius erat, uel dicta quædã ex compoſito, tanq̃ a Paulo prodita producebant, proferebantq; & epiſtolas, ut ab eodem cõſcriptas. Quæ oĩa commentus eſt dæmon, ut Chriſtianos diſiungeret, cũ unum illud Chriſti cultores præcipue conſolaret̃, fore ut aliquãdo reſurgerent, ſperantes uirtutis mercedem ſe recepturos, & qui ſe oppreſſiſſent daturos pœnas. Submiſit itaq; eius miniſtros diabolus, qui palã docerent adeſſe iudiciũ, & Chriſtũ ſecundo iam aduentaſſe, ut illud maxĩe ſuaderet, nec ulla eſſe uirtuti merita, nec fore ut quiſpiã iudicet̃, nec malos pro eorũ cõmiſſis luituros ſupplicia. Quæ oĩa ideo ſuggerebat hic dæmon, ut ſanctorũ ſpem omnem infringeret, & Euãgelio aduerſantibus audaciã augeret. Arguatq; & Chriſtũ mendacem, qui ſui aduentus ſigna quædã prædixerit, quæ minus ſint uiſa, cũ adeſſe tam reſurrectionis finem falſo aſſererent, unde aperte dñs ut mendax arguebat̃. Quocirca epiſtolã hanc ſcribit Apoſtolus, ediſſeritq; de Chriſti aduentu. Cui cũ nullum interea præfiniat tempus, Antichriſtũ tamen futurũ, indicio patefacit. Theſſalonicenſes præterea malis magnũ in modum iam maceratos, enixius conſolatur. Demũ & ſigna quædã illis demonſtrat, quibus proprias eius internoſcant epiſtolis.

Reſurrectio futura.

CAP. I.

PAVLVS, ET SYLVANVS, ET TIMOtheus eccleſiæ Theſſalonicenſiũ in Deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO.) Et in priori item epiſtola ita exorſus eſt Quo fit, ut eadẽ in hoc primordio ſit æque in illius principio ſequenda ĩterpretatio. GRATIA VObis, & pax a Deo patre noſtro, & dño IESV CHRISTO.) Cum enĩ ſuã Deus cuiq̃ gratiã impartitur, nil erit q̃d moleſte hic ferat. Qñquidem facile diſſoluunt̃, quæ illi obijciuntur aduerſa. Paulus itaq; nihil ignarus q̃ Dei gratia cũctis p̃ſtaret, uel hãc ipſam his cõprecat̃. Quæ utiq; ut primũ his aderit, nullas ſentirent q̃ inferunt̃ tentationes. Sed pace ſimul Diuina accepta, in trãquillo agent, & immobiles pmanebunt. Cõmonefacit p̃terea eos Diuinæ gratiæ, ut cũ primũ preſſuræ inuaſerint, huiuſce gratiæ recordati, qua ſalui ſunt facti, maxime cõſolent̃. Et ex p̃teritis

& maioribus

& maioribus beneficijs certiorem ſpem nacti, nihil in minoribus malis deſperent.

GRATIAS agere debemus ſemper Deo pro uobis fratres, ita ut dignū eſt.) Tria hic docet. Primū, ut ſiquid per nos optime geritur, gratias Deo agamus, nec noſtræ uirtuti id aſcribamus, & illi accenſeamus rerum omniū ſummā, nec quoq̃ pacto ob rem bene geſtā, inſoleſcamus. Secundo quemadmodū nequaq̃ ſint luctu & lachrymis digna, quæ ipſi ꝑpetiunt, ſed eiuſmodi, ut agi Deo pro his gratiæ poſſint. Quo circa debere eos gaudio affici, non mœrore conficere animū, uel penitus deſperare. Tertio ꝙ alienis uirtutibus nequaq̃ ſit inuidendū, ſed congratulandū potius, & pro fratrum profectu Deo dicendæ ſint gratiæ. Quo fit, ut qui ex aliorū uirtute dolore afficiunt, Deo proculdubio maledicant. Ita ut dignū eſt, eo intulit, ne cū gratias agimus, tanq̃ nouū aliquid nos inducamus, & cæteris inſuetū, ſuperbiamus. Facimus nāqꝫ, quod fieri merito debet. Vñ & rem ipſam debitū appellauit, cū dignū eſt dixit. Vel quia & uerbis ſunt & opibus gratiæ ipſæ agendæ, ſic ꝓ meritis agi iudicabunt.

QVONIAM ſupercreſcit fides ueſtra.) Cum enim uos inuaſerit tentationū diluuium, nec aliquo uos intercluſerit, nec illis ſuccumbitis, nil certe aliud præferūt q̃ ueſtra maxima incrementa, & fidei ueſtræ ſublimitatem. Supercreſcit autem dixit ex quadam ueteris cataclyſmi illius ſimilitudine, qui nequaquā facile ſumma quæqꝫ faſtigia intercluſit, & ſi illa operuit, ut primū cepit decreſcere, hæc emerſere. Arguit etiam iſtorum fidei magnitudinem, cum ſupercreſcit intulit.

ET ABVNDAT charitas uniuſcuiuſqꝫ ueſtrū in inuicem.) Aduerte qualem ſe hæc habeat charitas. Neqꝫ enī hunc cōplexa, alium reſpuit, ſed æque in om̄es diffunditur. Id enī deſignat cū inquit, uniuſcuiuſqꝫ ueſtrū & in inuicem. Nam ſi cæteris reiectis in unū aliquem charitatem omnem hanc cōtulerimus, haud quaq̃ charitas, ſed diſſidiū diceretur. Nam ſi Dei ob gratiā uniuerſi ſunt beneuolentia proſequendi, omnes pariter obſerua & cole. Si uero priuatim aliquem ipſe fueris charitate cōplexus, humana profecto erit, nō Diuina hæc charitas. Aduerte aūt animorū coniunctionem, & mutuū beneuolentiæ nexū, ad propulſandas tentatiōes ualere plurimū.

Qui unū reiectis cæteris amore proſequitur ſpreta charitate diſſidiū ſectatur.

ITA VT ET noſipſi in uobis gloriemur in eccleſijs Dei.) In priori epiſtola dixerat, ita omnes callere quæ apud uoſipſos gerantur, ut nequaquā neceſſe ſit de uobis aliquid loqui. Cur ergo nunc dicit, pro his ſe in eccleſijs gloriari? Id ſane ex electis ipſis liquide patet. Non enim dixit illos de uobis loquendo inſtruimus, ſed gloriamur in uobis, & ueſtrum profectum gloriæ ducimus. Si nos itaqꝫ Deo pro uobis gratias agimus, & apud homines tantopere gloriamur, longe magis uos oportebit aduerſis in rebus identidem factitare, & tentationibus nihil ſuccumbere.

PRO PATIENtia ueſtra, & fide, & in oībus perſecutionibus ueſtris, & tribulatiōnibus quas ſuſtinetis.) Oſtendit hos q[illegible]m diu, ac multū fuiſſe tentationibus afflictatos. Neqꝫ enī biduo triduoue patientia demonſtrat, ſed diuturna malorū tolerantia. Illis etiā ineſſe patientia iſta uidetur, qui cū bona illa et promiſſa cœleſtia nondū acceperint, ſuſtinent tamen opperiendo & patiunt. Nunc uero maiorem illam deſignat, quæ in perſecutionibus & preſſuris arguitur. Et his quippe, quibus cū hoſtibus res erat implacabilibus, neceſſaria erat firmior tolerantia, & in ipſis ꝓcipue prædicationis primordijs. Pudeat ergo calamitoſos hos homines corū incōſtantiæ qui hominū iuſſu & perſuaſionibus, ad decreta quædā obliqua & ꝑuerſa ſe transferūt.

Non probatur modico patientia, ſed diuturna malorum tolerantia.

IN EXEMPLVM iuſti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei.) Vel ex his quæ dicta ſuperius ſunt, cōſolatus eſt eos, & ex eo ꝓcipue quod dixit, gratias agimus, & gloriamur in uobis. Nunc uero id infert, quod dolens quiſqꝫ & mœrore affectus conquirit, ut preſſuras ſcilicet & ipſe euadat, & illorū depoſcat qui ſe oppreſſerint pœnas. Quod aūt inquit, tale eſt. Aequo animo tolerate, qui uobis inferunt angores, ut poſtmodum Dei iudicium pateat, quod ſane uos ob ueſtram hanc tolerantiā cœleſti Imperio dignos efficiet. Vos enim, qui oppreſſi eſtis & conculcati, corona donabit, & cruciabit qui uos oppreſſere, aut uim inferūt. Sic Deus, ſuā præ ſe

Corona ex preſſuris.

iuſtitiam

iuſtitiam ferat. Hos itaq; admodum conſolatur, cum dicit non per gratiam eos coro
tiam hanc promereri, ſed iure, quia uiriliter tentationibus ipſis obſiſtunt, acceptu-
roſq; in laborum & ſudoris mercedem, cœleſte Imperium.

PRO QVO & patimini.) Neq; enim, inquit, qui uos angunt, eo & dominan̄
quia uobis præualeant, ſed quia per tolerantiam Dei regnum paratur. Et neceſſe ſit
ut hunc in modum iſtiuſmodi commutatio fiat. Per multas enim dominus inquit,
regnum cœlorum aditur anguſtias, & arta eſt uia, quæ ducit ad cœlum.

Si conditionalis interdum aſfirmat.

SI TAMEN iuſtū eſt apud Deū retribuere retributionē his, qui uos tribulant, &
uobis qui tribulamini, requiem.) Si tn̄. Conditionalis particula hæc nil affert, am
biguū, ſed roborat potius & affirmat. Hoc eſt, quia iuſtū ſit apud Deū. Nam ſi apud
mortales aut parū ualet iuſtitia, longe magis apud Deum eſt ualitura, qui ut ſerua-
retur, inſtituit. Eſt aūt hic dicendi modus in ſacris literis ſæpius uſurpatus, ut illud.
Si odit Deus peccatores, ſi curat Deus mūdana, quod p̄fide eſt dicere. Non odit De
us qui peccant, & curæ non habet terrena. Nec ſecus debet & hoc loco intelligi, ſi tn̄
iuſtū eſt apud Deū, conſentaneū eſt, ut iuſtū eſſe & æquū id aſſerat̄. Neq; eni ut tpa-
ria hæc & breuia, quæ hic uobis ingerūt mala, ſic illis contra ad breue qui inferent̄ a
Deo, futuri ſunt cruciatus. Quinpotius nec fine carebūt. & uobis erit quies p̄petua.

NOBISCVM in reuelatione dn̄i IESV de cœlo cū angelis uirtutis eius.) Ecce &
alio quodā modo horum animos lenit. Siquidem tantarū ſint hi palmarū futuri par

Optima conſolatio.

ticipes, quas Paulus tanta uirtute & rebus optime geſtis promeritus ſit. Reuelatio-
nem aūt de eius dicit aduentu, p̄ hunc item eos cōſolans, perinde ac ſi inquiat. Etſi in
terea aduentus iſte uos lateat, nil tn̄ propterea uobis uerendū, quin uenturus ſit ali-
quando. Reuelabitur enim dn̄s IESVS de cœlo, hoc eſt, ex Dei ſede, & angelis comi
tantibus uirtutis eius, id eſt, potentibus quidem & ualidis. Cur ergo debetis diuexā
tibus uoſipſi ſuccumbere, cū talem dn̄m habeamus, Cuius miniſtri, uirtutis ſint &
potentiæ angeli, & a q̄bus daturi ſunt qui uos opprimūt, penas, ne uſq̄ ſunt euaſuri.

IN FLAMMA ignis dantis uindictā his qui nō nouerunt Deum, & qui non obe-
diunt Euangelio dn̄i noſtri IESV CHRISTI.) Superius dixit uos opprimentibus,
nunc uero cunctis cōmuniter qui Deū ignorant. Prudenter illud affirmans, futurū
oīno, ut hos uindicet Deus. Nam etſi id noſtri de cauſa faceret, ſui tn̄ ipſius ob gra-
tiam, ſumpturus de hoſtibus ſuppliciū eſt. Primū autem illud eo dixit, ut certiores
hos faceret iſtiuſmodi oēs, quos toleranter adeo ferrent, penis eſſe & tormentis af
ficiendos. Quod uero ſubſequit̄, qui Euangelio minus obediūt, idcirco ſubiecit, ut
hi maxīe gaudeant, quia in eorū honore ſupplicia his allaturus ſit Deus, qui ſe op-
preſſerint. Nam ſi eos qui Euangelio nil obſequunt̄ punit et cruciat, lōge magis qui
alios interpellant, ne Euāgelio pareant. Quales hi ſunt qui uos in præſentiarū diue-
xant. Vel in flāma ignis uno contextu erit cū dantis uindictā, id eſt, in gehenna cōtu
maces excruciantis. Vel reuelationi q̄d dixit Chriſti ſubſequit̄. Vel ea ſit reuelatio,
id eſt, aduentus in flāma ignis futura, quemadmodū & Dauid ſic profitet̄. Ignis aūt
eum p̄cedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius, & Daniel fluuius ignis trahebat̄
in flāma aūt ignis nō illuminātis, ſed urentis. Nā peccatoribus uredinē eſt allaturus
nō ſplendorem hic ignis. Iuſtis uero fulgorem & lucem, non ardorem aut incendiū.

QVI PENAS dabunt in interitu æternas.) Vbinā gentiū Originiſtæ nūc ſunt

Cruciatus infernales eternos fore licet.

qui iſtiuſmodi cruciatibus & finem fore fabulantur & fingunt, quos Paulus perpe-
tuos aſſerit. Cur ergo ad tempus futuros cruciatus huiuſmodi delirando iactatis.

Origeniſtæ oppoſitum ſenſerint.

A FACIE DOmini, & a gloria uirtutis eius.) Hoc loco quam Deo facile ſit cru
ciatus inferre, exponit. Neq; enim illi aliqua erit in inferendis his difficultas. Quip-
pe cuius uel ſolo aſpectu, rebelles & cōtumaces cruciabuntur. Quandoquidem cū
Diuina præſentia, his quidem ſplendorem eſt allatura, illis ſupplicia. Non eni ſim-
pliciter ille, ſed cū gloria & uirtute eſt aduenturus, ita ut neq; huius gloria potentia
careat, nec potentia ſit gloriæ expers, ſed tanq̄ potentiſſimus Imp̄ator aliq̄s ueniet.

CVM VE-

CVM VENErit glorificari in ſanctis ſuis.) Cum enim qui dum in humanis agerent nihil ſe Deo morigeros præſtitere, ſed tumidi extitere & elati, eos conſpicabuntur, quos flagris afflixerant, infinita gloria iam eſſe potitos, id ſane in Dei gloriã cedet. Quippe cum cõmunis ſit his cum Deo futura hæc gloria. Quo circa, cũ ſanctos ille honoribus auget, ſeipſum extollit. Nam ut fideles hic pro diuitijs habet, ſic illud in eius gloriã eſt conceſſurũ, cum extent qui ſuis bonis ſint fruituri.

ET ADMIrabilis fieri in oĩbus, qui crediderũt.) Hoc eſt, per oẽs credẽtes. Nam cũ miſeros quosq; & diuexatos, & ab oĩbus affectos iniurijs, tanta claritate & ſplendore dignabiť Deus, tunc ſane eius uis oĩs diuina patebit. Vel aliter. Cum eñ in mediũ hi producunť & malis afficiunť innumeris, ut a Fide deſciſcant, nec tamẽ uel excruciati deſciſcunt, tũc procul dubio cum Dei, tum uel horũ gloria innoteſcit.

QVIA CREditum eſt teſtimoniũ noſtrum ſuper uos in die illo.) Magnificet enim Deus illo die, hoc eſt, eius aduentus, quod teſtimoniũ noſtrum, hoc eſt, ſermo & prędicatio noſtra, ſuper uos creditum ſit, id eſt, quod uos crediđiſtis & bonis illis dignos uos effeceritis, quæ tunc fidelibus donabuntur. Recte autẽ dixit in illo die, tunc enim patebunt, qui ueram fuerint Chriſti Fidem adepti. Nam interea hanc Fidem quam minime tenent, diſſimulant multi. Vnde & illud optime dictum, dicique beatus Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

Ouidius.

IN QVO etiã oramus ſemper pro uobis, ut dignetur uos uocationẽ ſua Deus.) Quicquid ergo aliquis dicet, nõne & hi erant uocati? Ita quidẽ. Haud tamen de hac uocatione nũc diſſerit. Secundũ hanc eñ ſunt multi acciti, quin etiã & qui ſordidiori erat ueſte obtectus, & nuptijs nil congruente, uocatus eſt, & uirgines quinq;, nec tamẽ admiſſæ ſunt. Vocatiõem aũt hoc loco dicit, quæ ſit operibus cõfirmata, quæ ue haud dubie uocatio eſt, ſicuti & uera diciť Fides, quæ re & actionibus nititur.

Sola illa uenit Fides dicenda que re & acti onibus nititur

ET IMPLEAT oẽm uoluntatẽ bonitatis ſuæ.) Eam, inquit, dico uocatiõem, ut omnis Dei uolũtas, hoc eſt, quodcũq; illi placitũ eſt, impleať in uobis, et omne bonũ perficiatis, & uos ipſi pro Dei uolũtate præſtetis, ita ut nil quidpiã deſit. His ꝑterea dictis, & illorum frenat, ſi qua forte in his reſediſſet, ſuperbiam, ne plurimũ collaudati efferantur. Arguit nanq;, nondum perfectionem hos attigiſſe.

ET OPVS Fidei in uirtute.) Perſecutionum, inquit, tolerantia perfectiorem in uobis efficiet Fidem. Quo pacto? In uirtute quidem, hoc eſt, fortiores uos reddens, & in Fide conſtantiores. Patientia nanq; opus eſt Fidei. Quo fit, ut qui patientia careat, neq; Fidei opus aliquod præ ſe ferat.

Non eſſe apud illum opus Fidei, qui patientia careat.

VT CLARIficetur nomen dñi noſtri IESV CHRISTI in uobis, & uos in illo.) Si hæc, inquit, quæ diximus per uos peragenť, uel in hac uita, dñi nomẽ in uobis gloriam aſſequeť. Cum eñ uos perſpexerint homines pro ueſtra in dominũ charitate, tentationes æquo aĩo ferre, quo pacto, non Deo ſunt id ad gloriã aſcripturi? Qui adeo bonitate & mãſuetudine præſtet, ut ſui grã uel ſerui oppetant mortẽ. Et tantæ uirtutis ſit, ut uos ad patientiã roboret, & uos in ipõ ſitis uidelicet ualidiores. Quandoquidẽ tantopere eſtis in ſe fideles inuẽti, ut omnia conſtãter tuleritis. Cedit nanq; id ſeruis ad laudẽ, cum dño Fidem ſeruarint. Vel aliter. Glorię futurũ eſt nobis cum pro Chriſto maxĩe angimur, & malis plurimis affligamur. Hæc nanq; nos faciunt clariores, qui cũ quotidie morti offerimur, mortẽ tamen ſuperaſſe arguimur.

SECVNDVM gratiam Dei noſtri, & domini IESV CHRISTI.) Vel ipſum deo, inquit, debet, nõ nobis aſcribi. Et illius gratia fit, cum ipſe, uel gloriam in nobis aſſequitur. Quippe qui ei nil anteponimus, cum omniũ ſit ille dulciſſimus. Et nos in illo laudem uendicemus, a quo uirtutem ad omnia toleranda accipimus.

ROGAMVS AVTEM VOS fratres per aduentum dñi noſtri IESV CHRISTI, & noſtræ congregationis in ipm, ut non cito moueamini a ueſtro ſenſu.) Quo tempore futura ſit reſurrectio, nil explicat. Edocet tamẽ nequaq; hanc in præſenti conſtare. Erant enim deceptores nõnulli, qui plane aſſererent, inſtare iam rerũ omnium finem, ad-

CAP. II.

Deceptores dicentes finẽ rerum inſtare.

finem, adeſſeq; & Chriſti aduentũ, unde nec mediocriter hos cõſolatur, cum inquit. Ad ipſum cõuenturos eſſe fideles, futurosq; cum eodẽ perpetuo, ſicuti & in priore Epiſtola dixerat. Simul nanq; ut reſurrexerint, ad dominũ ſubleuabũtur, qui digni ſunt. Quid ergo uos ipſi rogamus? Id ſcilicet, ut ſtabiles ſitis, & in Fide conſtantes, nihilq; a ſenſu dimoti, quo ad id tẽporis, rectiori uos ſtatu & tenore uno ſeruaſtis.

NEQVE terreamini, neq; per Spiritum.) Hoc eſt, per prophetiam & uaticinium. Nonnulli nanque prophetas ſementientes, populum illudebant, cum dominum adeſſe aſſererent.

NEQVE per ſermonem.) Hoc eſt, per doctrinã uiua uoce depromptam.

NEQVE per Epiſtolam tanquã per nos miſſam.) Per Epiſtolam uidelicet falſo cõpoſitam, quam a Paulo dicerent deſtinatam, eorum dicta hi aſtruebant.

QVASI INſtet dies domini. Hoc eſt, Chriſti aduentus.

NEQVIS uos ſeducat ullo modo.) Neq; ſub ꝓphetæ p̃textu, neq; ſub diſciplinæ & inſtructionis occaſione, neq; meis ullis cõmentitijs lr̃is uos circũueniat q̃ſpiã.

Antichriſtum ipſum & diſceſsionẽ et peccati hoiem, filiumq; perditionis apte nuncupari.

QVONIAM niſi uenerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo Peccati, Filius perditionis.) Haud quaquam, inquit, adueniet dominus, niſi & diſceſſio prodeat. Hoc eſt, Antichriſtus. Quem eo diſceſſionem appellat, quia re ipſa ita futurum ſit, ut multos faciat a Chriſto deſciſcere, uel electos ipſos ſi fieri poteſt. Inſuper & Peccati hominẽ eundem hunc dicit, perinde ac futurus ſit, ſcelerum omnium patrator, ſeducturusq; & alios ad peccandum. Et perditionis Filium nuncupat, ut qui & perdendus ſit tandem. Quis igitur iſte? Num Sathan erit? Minime. Sed homo aliquis ab eo uim omnem ad mala peragenda deſumens.

QVI ADVERſatur & extollit̃ ſupra omne quod dicit̃ Deus, aut quod colitur.) Neq; enim idolatriam inducturus eſt ille, quin potius Deos ipſos, eorumq; cultus ſublaturus eſt omnes, & idola euerſurus, aſſerturusq; Deum ſe ſolum eſſe.

Antichriſtus idola euertet.

ITA VT in templo Dei ſedeat.) Non in Hieroſolymorum duntaxat templo, ſed in omnibus paſſim Eccleſijs & Dei templis conſeſſurus eſt ille.

OSTENdens ſe tanq; ſit Deus.) Non eñ dicens ſe Deũ dixit, ſed oñdens. Hoc eſt, ſed tentaturũ ſeſe deũ aſſerere. Nam & oꝑa ille ingẽtia & ſigna edet, ut oẽs fallat.

NON RETInetis, quod cũ adhuc eſſem apud uos, hæc dicebã uobis.) Hinc ſane perſpicuum eſt, magna quędam his Paulum uerbis duntaxat protuliſſe myſteria. Aduerte autẽ quemadmodum neceſſarium erat, ut ſępius eadem illa repeterẽtur, & quaſi uerbis ipſis exhauriri, ut eorũ animis inhærerent. Ecce enim & ſi toties ab Apoſtolo audiſſent, confirmandi tamẽ adhuc & ſtabiliendi erant. Nihil enim, inquit, affero peregrinum uel nouum, ſed quod ſemper prædixeram. Modeſtius tamẽ hos ipſos affatur, & quaſi ad pudorem inducit, cum inquit. Nonne retinetis, perinde ac ſi dicat. Tam breui uobis memoria, quæ paulo ante prædixeram, accidere.

ET NVNC quid detineat, ſcitis reuelet̃ in ſuo tẽpore.) Quod detineat, hoc eſt, quod prohibeat & impedimẽto ſit. Quid aũt illud fuerit, nõnulli Spiritus gratiã dicunt, quæ prohiberet. Nonnulli Romanũ imperium, Cui ſententiæ beatus Ioannes Chriſoſtomus aſſentit̃. Nam niſi Romanũ illud imperiũ euertatur, nullã Antichriſtus habiturus eſt uiã, ut queat pro eius cupiditate quæ uelit perficere. Eoq; & Paulus rem hanc adumbrate dixit, nec palam expreſſit. Non eñ temere uolebat Romanorum ſibi inimicitias uendicare, uel ſeſe periculis fruſtra obijcere. Nam ſi dixiſſet paulo poſt ſublatũ iri Romanũ imperium, mox eum ut ſuæ reipublicæ interitũ minantẽ, uiuum ſuffodiſſent in terrã, perdidiſſentq; & alios qui ſe ſectarentur fideles, ut quibus tanti dominatus euerſio læticiam peperiſſet. Quod autẽ nullam hoc loco de Spiritus ſancti gratia faciat mentionẽ, plane liquet. Primũ enim ſi de Spiritus gratia diſſeruiſſet, apertius cuncta, nil clam & opertum dixiſſet. Deinde ſi Spiritus dona uidiſſet his defuiſſe, ita ut res ipſa uideretur exigere, ut ſeſe ad illos conferret. Oportuit utiq; ut ante id tempus ad eos ſe contuliſſet, ut quibus Spiritus dona hæc deſuiſſent.

Non debet q̃s ſe pericul' fruſtra obiicere.

fuiſſent. Aduerte aūt quemadmodum nequaquā dicat id breui futurum, ſed ſuo ut tempore reuelatur, & tempus rurſum incertius & inexplicatum reliquit.

NAM MYSTEriū iam operaт̄ iniquitatis.) Per iniquitatis myſteriū, Neronē deſignat, qui Antichriſti figurā præferret. Quandoquidem & impurior eſſet, et Deus dici & haberi quærebat. Recte aūt myſteriū dixit. Non em̄ Antichriſtus hic, inquit, Neronē ea in re imitabitur, ſed oēm Deum aperte & imprudēter impugnaturus eſt. Quod aūt dicit tale eſt, Antequam Antichriſti tēpus illud imineat, inuentus eſt alter haud ſane multo malignitate illo inferior. Quid ergo mirū, ſi iam prodijt Antichriſtus, cū uero ſi Antichriſtū uideт̄ exprimere, occulte tamē Neronē carpit. Nec quia hunc reformidet, ſed nos ut erudiat, ut nimia odia refugiamus, niſi Fidei rō urgeat.

TANTVM ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabiт̄ ille iniquus.) Hoc eſt, cum Romanū imperium tolleт̄ e medio, tūc affuturus eſt ille. Quā diu uero huius formido tenuerit hoīes, nemo ſe facile alteri cuiquā ſubiugabit. At ubi illud fuerit euerſum, inuaſurus hic alterū dominatū, & tanquam rerū potius, humana ſimul ac diuina peruertet. Quēadmodum em̄ ante Romanorū ſummā omniū monarchiā, fuere aliena ſublata imperia, ſicuti Medorū conſtat a Babylonijs, Babyloniorū a Perſis, Perſarū a Macedonibus, Macedonū a Romanis fuiſſe deleta. Sic & Romanū hoc regnū ab Antichriſto tolletur, & id quidē ita futurū Daniel ipſe teſtificatur. Nōnulli illud, qui tenet, idolatriam ſcilicet teneat intellexere, perindeac ſi dicat. Cum em̄ error omnis qui nunc tenet & dominaт̄, eſt deſiturus, & deorū cultus fuerit extinctus, tunc Fides Antichriſto habebiт̄, quemadmodū & dominus dicit. Prædicabitur Euangeliū in teſtimoniū illis, & tunc ſane mundi futura eſt cōſummatio. Alij uero ita interpretati ſunt, qui tenet ſcilicet Antichriſti aduentū. Dicunt em̄ præfinitū tempus inſtabit, tunc reuelabiт̄, & palam fiet. Dictum eſt aūt ſupra fuiſſe nōnullos, eum qui teneat ſanctū ſcilicet Spiritū interpretatos in hanc perinde ac ſententiam dicat. Cum em̄ Spiritus iſte ob nequitiam hominū tolletur e medio abceſſeritque, tunc iniquior ille ſuccedet, & habiturus eſt locū, ſe uiſendū ut præbeat. Imperium aūt eo dicunт̄ accepiſſe iniquitatis myſteriū, quia Simon ille, & Nicolaus hæreſum principes, Antichriſti opera factitarent, & cæteri oēs hos ſubſequuti. Vt Marcion ille mōtanus, qui ſe & paraclytū appellauit, et Magnes ille, et iſtiuſmodi reliqui Tu uero cū beato Ioanne, ut diximus, ſentias uelim, qui ueriora ſectatus eſt.

Cedendū eſt ſurori niſi Fides urgeat.

Monarchiarū uiciſſitudo.

Nicolaus hæſiarcha.

QVEM DOminus IESVS interficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.) Tanquā id dicat, in proximo eſt ueſtra conſolatio, deleturus eſt enim hunc dominus. Nam quemadmodum ignis ſuo fragore parua quædam & minuta animantia torpere cogit & contrahit, conſumitque uel antequam ea pertingat, ſic & Chriſtus uel ſolo iuſſu & eius afflatu, Spiritus ſancti uirtute oppleto, perditurus eſt illum, uel ſola præſentia & ſolo eius conſpectu ſedabit errorem.

Simile.

EVM CVIVS eſt aduentus ſcd'm operationē Sathanæ.) Quis ille ſit nos edocet. Ait nanque hoīem eſſe hunc quendam, qui in ſe Sathanā habeat, cuius miniſterio ma-

IN OMNI uirtute & ſignis & prodigijs mendacibus.) (la hæc operetur.

Hoc eſt, omnibus ille uiribus adniſurus eſt, nil tamē quod uerum ſit operabitur, ſed ad deceptionem omnia molietur. Prodigijs autem mendacibus, hoc eſt, falſis, uel ad mendacia inducentibus qui illis intenderint animum. Hæc autem Paulus longe ante prædixit, ne fallantur qui tunc temporis ſunt futuri.

ET IN OMMI ſeductione iniquitatis his qui pereunt.) Erit hic ſane undequaque per licentiam ſimul & crudelitatem horribilis, contenderque omnibus uiribus, ut homines fallat, & iniuriam inferat, cunctorum ſalutem demeſſurus. Sed ne quis ambigat inquiens. Cur ergo hunc Deus aduentare permiſit? cum tantum ex eius ſint homines nocumenti accepturi aduentu? Reſpondet itaque dicens. Nullus timor inceſſat. Habet nanque ille in perditos poteſtatem, qui uel ſi nec eſſet ille uenturus, eſſent tamen in eorum peruicacia permanſuri.

Charitatẽ ueritatis Christum (ut qui utrũq; præ ſe tulerit) nõ iniuria dici

EO QVOD charitatẽ ueritatis non receperũt, ut ſalui fierent.) Charitatẽ ueritatis Chriſtũ appellat, quippe qui utrũq; præ ſe tulit, et uenit in mundũ, tum quia homines charitate ꝓſequeret, tum ut ueritatẽ mortalibus aperiret. Oſtendit aũt quemadmodũ apud Iudęos ſit maxime inualiturus hic error. Hi nanq; Chriſtum nec receperunt, neq; Fidẽ illi adhibuere. Vnde & ipſe apud hos ita ediſſerit. Ego ueni in nomine Patris mei, nec me recepiſtis. Si alius uenerit in proprio noĩe, illũ recipietis.

IDEO mittet illis Deus operationẽ erroris, ut credant mẽdacio.) mittet.i. ſinet hũc aduẽtare. Aduerte aũt quemadmodũ Iudæos, quia primũ ueritatẽ repudiaſſent deſeruit deus, ita mox illis ſubſequutũ impauit mendaciũ. Operatiõem aũt erroris opera aſſerit Antichriſti, quæ moliturus eſt, ut alios circũueniat, & ſeipſum tandẽ ut fallat. His eñ uerbis expreſſit, quod per Sathanam agitur, ut multos ſeducat,

VT IVDICEntur oẽs qui non crediderũt ueritati, ſed conſenſerunt iniquitati.) Non eñ dicit ne crucient̃. Nam ſi uel nunquã eſſet hic Antichriſtus in mediũ ꝓditurus, daturi tñ ſunt pœnas, qui Euãgelio minus obtẽperãt. Sed ut iudicent̃, inquit, ut excuſari nõ poſſint. Quid eñ eſſent cauſæ allaturi? Nũ illud dicẽt, q̃d eo Chriſto nil credidimus, q̃a Deũ hunc eſſe diſcipuli p̃dicabãt? Nos uero accepimus deũ unicum eſſe a quo cũcta ſunt cõdita. Cur ergo Fidẽ Antichriſto exhibuiſtis? Qui & Deũ ſe fecerit? Atqui Chriſtus Patri cũcta remittit, ille uero longe cõtra, uniuerſa ſibi aſcribit. Dicturi ſunt forſitan, quia & ſigna ꝓſpeximus, q̃n etiã a Chriſto multa & miranda ſunt geſta. Chriſtus præterea Saluator eſt prophetarũ uaticinio p̃dicatus, is uero iniquitatis Filius & perditionis eſt dictus. Eo igit̃ condemnabunt̃, quia ut ueritatẽ omitterẽt cõſenſere, & ultro nequitiæ adhæſerunt. Hoc eſt, deſolatori, qui oẽm congerat in hominũ animas iniquitatẽ, & innatam habeat in ſe nequitiam.

NOS AVTEM debemus gratias agere Deo ſemꝑ pro uobis fratres dilecti a deo.) Cum horribilia quædam explicaſſet, & quæ poſſent auditoris animum confirmare, nunc horum lenit & corda, ita cõmonefaciens. Sint quidem alijs iſta horrori his inquam qui perditi ſunt, in quos & plurimum habent dæmones ditionis, nobis uero gratiæ ſunt Deo pro uobis agẽdæ, quandoquidẽ uos ipſe elegerit, & charitate complexus ſit. Si uero ipſi pro uobis Deo habemus gratias, longe magis idipſum factitare debetis, & in proprium cõmodum Deo grates referre.

QVOD ELEgerit nos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatiõe Spiritus & in Fide ueritatis.) Propterea, inquit, gratias agimus, quia nos Deus elegit, & ad ſalutẽ prædeſtinauit. Quippe quos dignos præſciret. Verum quo pacto fieri hoc poteſt, dixerit aliquis? Fit quidẽ & in Spiritu ſancto, hoc eſt, ſaluos nos fecit per Spiritum ſanctificando. Deinde ne quis forte id dicat. Quid ergo, num & ipſi nil quidpiam ad noſtram ſalutẽ contulimus? Eo, in Fide ueritatis adiecit. Hoc eſt, rerum quas ueras eſſe conſtiterit. Neq; enim cõmenticijs quibuſdam & falſis, ſed ueritati credimus, Quin etiam & ſecundariæ cuiuſdam meminit Fidei, Quippe quæ nobis ſit ſanctitatem adeptis plurimum neceſſaria, ne ſeducamur.

IN QVAM & uocauit uos per Euangeliũ noſtrum in acquiſitione gloriæ domini noſtri IESV CHRISTI.) Ne forte Fidei cum mẽtio fit, efferantur, utpote quam & ipſi ut inducerẽt admodum inſudarunt, nequaquã dictum id ſimpliciter ſinit, ſed diuinum eſſe id aſſerit munus. Quippe qui nos ad id euocauerit, hoc eſt, ut ſalutem per ſanctificationẽ aſſequeremur & Fidem. Quo fit, ut illius ſit dono effectum, qui & adſciuerit, ut eius per nos Fides admitteretur. Nam niſi & uos prædicãtes uocaſſet, quo pacto uobis illi & parere & obſequi licuiſſet. Non itaq; Chriſtus pro parua gloria ducit uos ſaluos fuiſſe effectos. Cedit nanq; ei qui bonitate præcellit in laudem, cum plurimi fuerint, qui ſalutẽ ſint conſecuti. Quis ergo non dominum colat, quis inquam illius non gloriam, uel ſui ipſius ſalutem concupiſcat.

Fides eſt donum Dei.

ITAQVE fratres ſtate & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ ſiue per Epiſtolam noſtram.) Hinc ſane perſpicuum eſt, pleraq; Paulum ſine ſcriptis,

ſermone

ſermone duntaxat, hoc eſt, uiua uoce non Epiſtolis ſolum his tradidiſſe. Non enim ſecus illa atq; hæc Fide ſunt digna. Itaq; & Eccleſiæ traditiõe dignam exiſtimemus, cui præſtanda ſit Fides, ut ſi quid ab ea ſit traditum, nihil ultra perquiras. Oſtendit præterea ex his dictis permultos eſſe inter eos, qui in Fide labarent.

Quæ ſunt nobis eccleſiæ traditiõe ſeu uiua uoce tradita, non ſecus atq; illa q̃ ſcripſit apoſtolus ſunt fide digna.

IPSE AVTem dñs noſter IESVS CHRISTVS, & Deus & Pater noſter qui dilexit nos, & dedit conſolationẽ æternam, & ſpem bonã in grã, exhortet̃ corda ueſtra, & cõfirmet in omni opere & ſermone bono.) Poſtquã hos cõmonefecit, & bona (ut aſſolet) cõprecat̃. Id nanq; eſt uera ac certiora ſubſidia p̃ſtare, perinde ac ſi dicat. Ipſe equidẽ uerba feci, quod reliquũ eſt, in Dei ſitũ eſt poteſtate. Sed ubinã ſunt qui Filiũ Patri dicunt eo inferiorẽ, quia in ſacroſanctis Baptiſmi dictis, poſt Patrẽ Filius nominet̃. Ecce cõtra in hoc orationis cõtextu, Patri Filius anteponit̃, qui & dedit inquit, conſolationẽ perpetuam. Quã illam ſi quæras? Futurorũ certe ſpem dicit. Hæc nanque eſt, quæ corda ueſtra ſuſtentat, ſi forſan illa tentationibus ſuccubuere. Spem eñ hanc nobis gratis cõtulit Deus, nullo noſtro labore partã. Hæc autẽ eo intulit, ut horũ frenet animi tumorẽ, ſi quis forſan illis ineſſet. Aduerte autẽ quemadmodũ ſub ſpecie quadã precandi, illorũ excitet mentẽ, Dei certiori quidẽ prouidentia & cura, in argumentũ & pignoris loco, p̃ductis. Ait nanq; uel uobis nil laborantibus, pro ſola Fide daturus eſt ille æterna bona. Vnde & ſpem optimam habeatis neceſſe eſt. Inquit præterea. Exhortetur uelim corda ueſtra Deus & cõfirmet in omni opere & ſermone bono, hoc eſt, per omne opus, & uerbi rectitudinẽ. Id enĩ maxime Chriſtianũ hominem conſolat̃, ut & bona peragat, & Deo gratificet̃. Vel forſan id uidelicet ſentit, ut uos in rectioribus decretis cõfirmet, & uitæ optimis actõibus, ita ut in his quæ uobis obtigerint, ſiue p̃ſpera fuerint, ſiue aduerſa, neq; modũ excedatis, neq; animo ſitis abiectiori. Id eñ prætendit, cum exhortetur inquit & cõfirmet. Nam qui optĩe fuerit a Deo corroboratus, feret ſane mira animi magnitudine, quæ toleranda ſunt, & firmior erit & ſtabilis. Ex recta aũt dogmatis obſeruatiõe eorum bonorũ firmiorẽ ſpem quiſq; aſſequit̃, quæ in præmiũ nobis ſunt obuẽtura. Ex uitæ uero laudatiſſimis moribus, animi quadã ſuauitate afficitur. Et cum offerunt̃ aduerſa, non ut maleficus mali aliquid patitur, ſed tanquã Dei miniſter & ſeruus.

Spes futurorũ

DE CAETERO FRATRES ORATE pro nobis, ut ſermo Dei currat & clarificet̃, ſicut & apud uos.) Cum pro his ut ſtabilirentur oraſſet, obſecrat tandẽ, ut Deum pro ſe & ipſi precent̃. Non ut periculis eximat̃, in quibus iam uerſaretur, ſed ut prædicatio ipſa decurrat fluatq; & gloriam aſſequatur. Nec illorum quidẽ laude vacat iſtiuſmodi poſtulatio, cum inquit, ſicut & apud uos, hoc eſt, ut omnes ſe mihi morigeros præbeant, ſicuti & uos faciles ad obtemperandum fuiſtis. Nil itaq; hoc modo quod ad ſe attineret orabat Apoſtolus, ſed oĩa quæ Dei eſſent, deprecabatur.

CAP. III.

ET VT Liberemur ab importunis & malis hoĩbus. Non enim omniũ eſt Fides.) De contradicentibus prædicationi nunc diſſerit, & uera dogmata impugnantibus. Qualis Alexander ille Calceus fuit. Id nanq; deſignat, cum dicit. Non omniũ eſt fides, hoc eſt, nõ omnes credunt, ſed qui ut crederẽt, digni ſunt. Vt ſi quis diceret, non omnibus eſt in regnis expeditionibus militãdi poteſtas, ſed his dũtaxat, qui ad eam rem idonei ſunt & accõmodi. Collaudat aũt Theſſalonicenſes, cum tantũ ſint apud Deum fiduciæ conſecuti, ut præceptori poſſint prædicationẽ conciliare, eaq; ut in melius prouehat̃, efficere. Tacite etiam oſtendit, omne ſibi ab his diſcrimen inferri, qui prædicationi obſiſterent. Id pręterea illis ſatis eſſe ad conſolationẽ uidetur, cum & Paulus ipſe qui tanti ſit, cum periculis & aduerſantibus malis colluctetur.

Non oĩm eſt fides, ſed eorum dũtaxat qui ut crederent digni ſunt.

FIDELIS autem dominus eſt, qui confirmabit uos, & cuſtodiet a malo.) Dixit ſuperius, elegit uos in ſalutem Deus, nunc uero fidelis eſt ille, hoc eſt, non mendax, & perfecturus omnino eſt quæcunq; accepit. Vos inſuper ut optamus, ita cõfirmaturus, ut amplius nec moueri a quouis, nec ſeduci poſſitis. Cuſtodiat autem, hoc eſt, tuetur & ſeruet, ut nullam habeat deinceps Sathan in uos poteſtatem.

Licet oïa ſint à Deo haurienda non tamen ideo fruſtra ſunt labores quos impendimus.

CONFIDIMVS autẽ de uobis fratres in dño, quoniam quæ præcepimus & facitis & facietis.) Cum eſſet hæc omnia cõprecatus, dixiſſetq; Deum fidelẽ eſſe, foreq; ut omnia exequaẽ, quibus dediſſet initiũ, ne forte exiſtimẽt illi hæc omnia a deo ſuppeditari, & fruſtra eſſe quos ipi labores impẽderent, eſſetq; haud mediocriter uerendum ne in ſegnitiẽ hi & ignauiam relaberẽtur, Idcirco & nunc ab his & operibus ſe iuuent depoſcit. Tanquã id dicat. Deus quidẽ fidelis eſt, & quæ ad ſe ſpectent, peracturus eſt omnia. At ſi ueſtra uos aliquid induſtria ꝑfeceritis, cõfidimus & in Deo quidem, hoc eſt, in illius clementia, ꝙ uires ſit uobis & robur ad profectũ & tolerantiam præbiturus, ut illis oſtendat cuncta eſſe a Deo haurienda. Nec in Deo duntaxat dixit cõfidimus, ſed in uobis, quia & in præſentia ſcilicet eſtis & in futurũ, quam multa operaturi. Quod eo dixit, ne forte hi a Deo prorſus fiducia quadã multa pendentes, ſegniores ad bona exequenda reddantur. Omnia, inquit, ſunt in Deum reijcienda, ſed a uobis etiã aliquid factitandũ. Nec ſatis habuit facere eos dixiſſe, ſed facturos adiecit, arguens ad ultimũ uſq; Spiritũ neceſſariam his fore uirtutem.

DOMINVS autem dirigat corda ueſtra in charitate Dei & patientia Chriſti.) Rurſum his bene precatur, ut ſuam præferat, quã de his ceperit curam. Et quoniam futurum eſt, ut ex his nõnullos reprehendat, eorundem prius animos lenit, ut uideatur præ magnitudine charitatis arguere. Ait igitur. Dominus dirigat corda ueſtra, hoc eſt, ad ueri intelligentiã peruenire uos faciat, neq; in deuia declinare. Sunt enim plurima quæ a recto itinere, quod ducit ad charitatẽ, nos retrahũt. Pecuniæ ſcilicet, inanis gloria, preſſuræ inſuper & tentatiões. Hæc itaq; & alia iſtiuſmodi pleraq;, nequaquã nos ſinunt recta ad Dei charitatẽ contẽdere. Nec illum ut decenti amore ꝑſequamur, permittunt. In Chriſti autẽ patientia dicit, uel ut omnia toleremus aduerſa, ut ille tulit, uel ut patiẽdo Chriſti aduentũ opperiamur. Nec ſolum ſperemus, ſed Fide etiã certiori credamus, eundẽ quæ pollicitus ſit, cõpleturum. Patiẽtiam autem inquiens, diuexatiões & preſſuras demonſtrat, quæ credẽtes inuaſerat, hanc ipſam Dei charitati anneċtit. Nam illud nos arguit deum in charitate colere, cum eius gratia ſine ulla animi perturbatione toleranter omnia ſuſtinemus. Dominum aũt Spiritum ipſum intellige, ſicuti & Baſilius ille uir ſummus interpretatus eſt.

Pecuniarũ & inanis gloriæ deſideriũ à charitatis tramite nos retrahũt.

DENVNTIAmus autẽ uobis fratres in nomine domini noſtri IESV CHRISTI.) Sæpe alias diximus denuntiatiõem, auſteram quandam præferre doctrinam. Nunc igitur tremendam magis hanc faciens, inquit, non enim nos idipſum iniungimus, ſed Chriſtus ipſe. Hic nanq; profatur, quæ ipſe uos alloquor. Neq; enim otioſe & ſegniter uiuendum ille præcepit.

Aliás quibus.

VT SVBTRAhatis uos ab omni fratre ambulante inordinate.) Hoc eſt, ſecedite a quouis hoĩm qui inordinate, id eſt, per ignauiã & ſegnitiẽ uitam degerit, ſiue opulẽtus, ſiue inops, ſiue ſanctus ſit ille. In ordinatũ hunc dixerim, quo pacto. Certe uel ex ipſa inertia. Nã & ab optimis facinoribus abſtinebit, & ad ſales, uel deliramẽta quædã & nugas, ſe conferet. Iſtiuſmodi aũt eorũ ſunt, qui uitæ modũ nil teneant, uel quia iniunctũ præteribit hic ordinẽ, quem ei præceptor aliquis præfiniuit. Vnde & ita ſubſequit̃.

Cauenda ſummopere ſegnicies & inertia ꝗ qua etiã à ſancto ſecedendum ſit.

ET NON ſecundum traditionẽ quam acceperunt a nobis.) Eam uidelicet, quam ipſe uobis opere & factis tradiderim, forma uobis beneuiuendi effectus. Hæc utiq; uera eſt inſtitutio.

IPSI ENIM ſcitis quẽadmodũ oporteat imitari nos, qm̃ nõ inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panẽ mãducauimus ab aliquo.) Nihil uobis fuimus inquieti. Hoc eſt, nequaq; fuimus uobis moleſti, ſed his manibus laboraui, ut alibi dicit, ut mihi & alijs uictum & neceſſaria ſuppeditarẽ. Nec gratis panẽ manducauimus, hoc eſt, non otioſi & pigri a uobis eſcam accepimus. Eſt eñ ſua mercede mercenarius dignus.

SED IN labore & fatigatiõe nocte ac die operãtes.) Vide quantũ opere ſibi iniunxerit Paulus, ut interdiu ac noctu a laboribus nunq; ceſſaret, inſtruendo & caſtigando. Nos uero, ſi Deo placet, niſi per hos, q̃s aliqñ aliq̃d uel tenue edocemus, laudibus ad

dibus ad aſtra feramur, iniquiſſimo animo toleramus, & ducimus pro ſumma iniuria.

NEQVEM ueſtrũ grauaremus.) Proprie quidem grauare eſt ab inuitis aliqđ capere. Nequem aũt ueſtrũ grauaremus eo dixit, quia inopia tũc laborarent fideles.

NON QVASI non habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formā daremus uobis ad imitandum nos.) Habebat enim hic aliorum laborũ uacationem, ut qui ingenti operi eſſet, & prædicationi intentus, & a diſcipulis alimenta ſumere nequaq̃ prohibebatur, ex eius tamen liberalitate proprijs manibus operabatur, ſeq; & ſuos alebat, ut diſcipulos, id eſt Chriſti fideles, identidem facere erudiret.

NAM CVM eſſemus apud uos, hoc denũtiabamus uobis, qm̃ ſi quis nõ uult operari nec manducet.) In priore quidẽ epiſtola mitius de hiſce diſſeruit rebus, nũc uero acrius. Nā ſi hic diebus & noctibus operabat̃, q̃to magis id facere & alios decuiſſet.

AVDIVIMVS enim inter uos quoſdam ambulantes inquiete, & nihil operantes, ſed curioſe agentes.) Cum enim noſtra hæc mens in motu ſit ſemper, neceſſe eſt ſane, ut cum nihil quod utile ſit operatur, ut ſuperuacanea & inutilia tractet, ut dictũ eſt ſupra, diſquiratq; & aliorũ uitam. Deinde ad detractiões & uerba inania & ſcurrilia quædam preceps feratur, Operandũ eſt itaq;, & manibus ſemper aliquid factitandum. Neq; ei parcendũ, qui cum uiribus ualeat, negotijs uacet, & in otio ſit. Dicet aliquis. At qui orationi intendo & ieiunijs. Bene habet. Hæc tamen non manuũ labore conficiunt̃. Poteſt nanq; poſt ieiunia & orationes, manibus aliquid operari Cum uero id facere reſpueris, pro ſegni proculdubio & otio multo torpente, cõuictus damnabere. Quid ergo, inquit aliquis, nõne & qui alios inſtruit ad opus huiuſmodi cogendus erit? Nequaquā. Quia maius aliud opus pertractat, & plus habens difficultatis, quod & nunc impedit ne laborem manibus exequatur. Tibi uero ſeorſum & in otio agenti, nihil huiuſmodi erit impedimento. Quo circa laborent hi qui apud uos negligenter uiuunt & otioſe, & manibus opus aliquod exerceant uelim. Nota.

HIS AVTEM qui huiuſmodi ſunt denũtiamus & obſecramus in domino noſtro IESV CHRISTO.) Formidulofa ſimul hæc obſecratio & quaſi terrorem inferens & dignior fide, quandoquidem in Chriſto domino ſit.

VT CVM SIlentio opantes ſuũ panem manducent.) Vtrũq; depoſcit, ut quieſcāt & ſileāt, qui inordinati fuerint uel inquieti, & pigri & inertes, ut operent̃ & ſuo nõ alieno pane ueſcant̃. Neq; opteat ut ab aliorũ hi manibus pendeāt & uictũ ſperent.

VOS AVTEM fratres nolite deficere benefacientes.) Vide ut confeſtim diffracta paterna ſint uiſcera. Nam ſtatim illos cõmiſeratus eſt, perinde ac ſi dicat. Conceſſerim equidem fore ab his diſcedendum, haud tamen ita ut permittatis famæ hos & inædia deperire. Quid ergo ſi conſiſus aliquis ſe a me ali, & indies neceſſaria habiturũ, in ſua ſemper inertia manſerit? Deſeſq; & piger nil operans prorſus? Satis equidem tibi fore exiſtimes, ſi ab eo diſtractus & ſeorſum uictitans, nullā illi te adeundi feceris poteſtatem. Nam ſi illi te ſimulaueris ſuccenſere, in uiam forſan redibit, & aliquid operabitur. Nolite igitur inquit, deſinere his benefacere.

QVOD SI quis non obedit uerbo noſtro per epiſtolam, hunc notate.) Quod ſi quis uidelicet uerbis noſtris minus paruerit, qui per epiſtolā loquimur, hunc ip̃m notate, habetoteq; a ueſtro commertio ſegregatum. Baſilius uero ueſtro legendum Baſilius. ducit & ita intelligendum, uidelicet ſi quis aliquid indicantibus uobis quę per hanc meam epiſtolam facienda perdidiciſtis, ſe minus morigerum & obſequentem præſtiterit, huius conſortium ſtatim defugite.

ET NON COMmiſceamini cũ illo ut confundatur.) Vides quæ ex illius reiectione ſequatur utilitas, ut confundat̃ tandem neceſſe ſit. Nam ſi per ſe uel ſimplex mendicatio pudenda eſt, & ignominiam affert, quanto magis ſi ab aliorum cœtu ſepoſitus aliquis & abgregatus, capere aliquid ab ſeſe refugientibus cogitur, erubeſcat neceſſe eſt. Acerrimũ ſane olim ſupplicium uidebatur, ab hominum conuerſatione ſeiungi. Si enim erat ab eo qui per inertiam & ſegnitiem uitam duceret abſcedendum

quanto magis ab alŋs procul eſt abeundũ, qui maioribus fuerunt delictis obnoxŋ.

ET NOLITE quaſi inimicũ exiſtimare, ſed corripite ut fratrem.) Quemadmodum ſuperius cum dixiſſet, qui non operatur nõ manducet, ueritus ne famæ interirent iſtiuſmodi homines, illud adiecit. Nil tamen uos defeceritis his benefacere. Sic etiam nunc cum diceret nolite cum his uerſari, timens ne ob id aliquis a fraternitate deſperans præcideretur, & nolite addidit quaſi inimicum exiſtimare, quin potius ut fratrem, hoc eſt, beneuola & fraterna charitate corripite & caſtigate. Sed ita tamen interea caſtigandũ iniungit, ut illi neceſſaria impartiantur, non ut inertia cum cõuitio exprobretur. Id quærens præcipue, ut qui fratrem cõmonefaciendo caſtigat, in huius cum animã, tum corpus beneficus ſit. Non contumelŋs hunc & acerbioribus uerbis inceſſat, ſed ſeorſum & benigne admoneat. Dicet aliquis. At qui dolemus, nõ quia ocianti tribuimus, ſed quia Dei hic legem tranſgredir, ac tanq̃ ſuper ægrotante lugemus. Sed audiant qui nõ ſolum nihil indigentibus largiuntur, ſed lapidibus abactos acriter inſectantur, & feriunt, rem ſane Christiano indignam. Tui enĩ ob gratiam mendicant hi & inopia macerantur, ut ex tua qua fueris in eos uſus clementia, & tuis uulneribus mederi queas. Tu uero qui te propter, & tuum incommodum ſubiere inopiam, laceſſis & reŋcis. Proh quantæ illud dementiæ iudicabitur.

Nõnullos idcirco premit inopia ut ea quam fuerimus in eos uſi clementia, noſtris uulneribus medeatur.

IPSE AVTEM Deus pacis det uobis pacem ſempiternã in omni loco.) Vbi cõmonefecit, & cõprecatur ut aſſolet, tanq̃ ſignacula quædam & inditia comparantis theſauris, & preces ſuperinducit. Hic autem cum res ipſa exigeret, ut contentiones & diſſidia iſtiuſmodi de cauſis orirentur, cum hi qui a fratrum eſſent conſortio ablegati, acrius exacerbarentur, & qui bonis potirentur fortunæ, haud ultra his ſua libenti animo condonarent, merito pacem illis precatur, non ad breue, ſed perpetuã. Id enim præcipue concupitur, ut pace hac perpetuo & quouis in loco fruamur. Hoc eſt, ut nulla ex parte offeratur altercationis occaſio, ita ut nec uerbo quidem nec factis diſſentiant. Sic enim meliores illos et emendatiores reddetis. Nam nihil adeo ad rem aliquam pro uoluntate conficiendam conducit, q̃ pace hac frui, & animi perturbatione uacare, nec increpare quempiam uideri præ odio.

Nil pace deſyderabilius.

DOMINVS cum omnibus uobis.) Idipſum & dominus pollicebatur, cum diceret, Ecce ipſe uobiſcum ſum omnibus diebus. Sic itaq; uobiſcum hunc in modũ futurus eſt ille, hoc eſt, & qui in otio diuerſantur, & qui operi intendunt, bonis impartiet. Nã & pigros & inertes ſanabit, & operantibus firmitatem & robur daturus eſt.

SALVTATIO mea manu Pauli.) Salutem appellat preces & uota, arguens, uel cum ſalus ipſa alicui impartitur, non ſolum amicitiam ipſam prætendere, ſed cum lucro ſpiritali quodam hanc ipſam & commodo impartiri.

QVOD EST ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo.) Perinde ac ſi dicat. Ne forſan a nõnullis falſarŋs meæ immutentur epiſtolæ. Id nanq;, ut principio diximus, factitabant pleriq;. Has ipſe mea manu obſigno. In omni epiſtola quam ſcilicet ad uos in poſterum ſum tranſmiſſurus, uel ad quoſcunq; alios fuerit olim tranſmiſſa.

GRATIA DOmini noſtri IESV CHRISTI cum omnibus uobis amẽ.) Et a gratia initium ſumpſerat, & in gratia concludit epiſtolã. Vtrinq; tanquam quibuſdam parietum mobilibus, eius dicta cõmuniens, & uelut iactis firmioribus fundamẽtis finem tutiorem imponit. Nam ſi uobis aderit gratia, quæ uel a principio ſalutem pepérit uel noſtras omnes infirmitates haud ſane magni factura eſt. Id enim eſt gratiæ proprium. Inſeſſura præterea eſt, & ſi nihil ipſi hanc inſectemini, placidioribus animis, qui & ſimplicitatem in ſe quandam ſint nacti, & in fratres beneuolentiã. Velim itaq; & nos eſſe ſic animatos, ut & in fratres charitate ſeruata, et ŋſdem fraternum in morem iam caſtigatis, & pacifice ad bonum reductis, & dominum noſtrum IESVM CHRISTVM pie colamus. Qui nos, & ſi delinquentes, excepit, & patri in SPIRITV ſancto admouit, quem omnis cum gloria decet, tum honor. AMEN.

Aliás molibus

Miſſa fuit ex Athenis.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM IN EPIſtola ad Timotheum.

Timotheum inſtruit & docet de ordinatiōe Epiſcopatus, & Diaconij, & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſcribens ei a Laodicea per Tychicum Diaconum.

IN PRIMAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM ATHANASII, PLERIQVE VVLGARII CONVINCVNT, PROLOGVS.

ERat Timotheus hic ex Pauli diſcipulis unus probitate tam p̄ſtans & Apoſtolo unanimis adeo & cōiunctiſſimus, ut ab eo per diſpenſationem circūcidi maluerit, tam & ſi Paulus idem circūciſionem hanc p̄dicans abrogaret, & Petro ipſi de hac longe aliter ſentienti, obſiſteret. Huic uiro Apoſtolus uirtutis plurimū tribuit, & teſtiſicatur. Scribit aūt illi de rebus multis & neceſſarijs, quas inter uti inſtituere Epiſcopū & Diaconū debeat, & de Eccleſiaſtica diſſerit diſciplina. Quæret aliquis. Cur Paulus nec Sylæ, nec Clementi ipſi, nec Lucæ, nec eorū alteri cuiq̄, qui apud ſe uerſarentur, quos ſane cōſtat fuiſſe multos, epiſtolā ſcripſit, niſi Timotheo duntaxat & Tito. Poteſt hunc in modū ad hæc reſponderi. Q. illos ſecū circunduceret Paulus. Timotheo uero & Tito curādas demandaſſet eccleſias. Vnde & neceſſariū erat ut per literas denūtiaret, ac ſæpe quæ agi per hos oporteret, Verū ſi quæras, cur iſtos nō prius in omni Diuina ſapientia pfectiores effecerat, quos poſtea bene imbutos ad alios inſtruendos dimitteret, ſed poſt commiſſam his ad fidem inſtituendi prouinciā, & traditā poteſtatem, rurſum per literas cōmonefacit, expolit, & demū abſoluit, quod deeſſe his forſitan uidebat. Atq̄ primū illud te minus prætereat, qui hæc a me quæris, pfectionem ipſam adhuc neminem attigiſſe. Vel & ſi ad alios inſtruendos conſtitutus ſit quiſpiā, erit profecto neceſſe ut uel hic ab ijs deducat̃ excolaturꝗ, qui perfectiores in fide & profeciſſe plurimū uidebūtur. Cæterum cū recens eſſet eccleſia inſtituta, haud quaq̄ facile erat, ut ſolus Paulus omnia curæ haberet & ad fidem formaret. Deniꝗ uniuerſam ſcrutatus epiſtolā, aduerte hunc, nō eundem in modū Timotheum cōmonefacere, quo & diſcipulos reliq̄s, ſed ita inſtruere ut eos decet, qui docendi munere, nō audiendi fungunt̃ officio.

PAVLVS APOSTOLVS IESV CHRISTI ſecundū Imperium Dei Saluatoris noſtri.) Cū legem ſit Timotheo daturus, ſeipſum Apoſtolū nuncupat, ut eius dictis faciat fidem, pinde ac ſi dicat. Neꝗ eni quæ mea ſunt loquor, ſed eius proſequor dicta, qui me ut Apoſtolus ſim, deſtinauit. Cauendū itaꝗ, ne mea hæc iuſſa prætereas. Et quoniā maxima erat Apoſtolatus hæc dignitas, ne uideat̃ ex ea efferri, ſecundum Imperiū ſaluatoris adiecit. Neꝗ eni hanc ipſe mihi arripui dignitatem, ſed domini, inquit, defugere mandata nil queo, ꝙ minus hæc exequar, qui ſane apertius hæc mihi iniunxit q̄ uocarit. Atqui nec pater ipſe & Deus, ſed Chriſtus & unigenitus hæc Paulo imperaſſe arguit̃, qui eſt ita profatus. Ad gentes longinquas te ipſe tranſmittā Et rurſum. Oportet ut te Cæſari offeras. Et ſpiritus qdem ipſe. Segregate mihi Paulū. Alioqui quæ filij ſunt, ſpiritus eſſe & patris affirmat. Audi iam quæ ſubſequunt̃.

CAP. I.

Maxīa dignitas Apoſtolatus.

ET CHRISTI IESV ſpei noſtræ.) Aduerte ut cōmune ſit Trinitati ipſi Imperiū, utꝗ Dauid de patre huiuſmodi diſſerat̃. Spes oīm finium terræ. Et Paulus idem Sperauimus inquit in Deo uiuo. Nunc uero filius ſpes noſtra dicit̃, tam cūcta ſunt filio & patri cōmunia. Oportune autem ſaluatorem dixit & ſpem. Quia docenti & prædicanti, quandoquidem multis difficultatibus & periculis colluctatur, ut in quē-

omne bellū

omne bellum inſertur, ſperanda eſt ſalus. Et quo cadente, & ſimul qui ſub ſe militāt facilius cadant neceſſe ſit. Vt illud. Percutiā paſtorem, & diſpergent oues. Non itaq; cadendum eſt, quando ſaluatorem habemus, non hominem quendā ſimpliciter, ſed Deum ipſum & patrem, qui nos celerrime a quouis diſcrimine eximet. Q, ſi a periculis haud quaq̄ mox eruamur, nobis tamen ſperanda ſunt potiora. Quippe quorū ſpes Chriſtus, cuius pudere niſ poſſumus. His itaq; duabus de cauſis diſcrimen om̄e ferendū eſt, uel quia celerrime ſumus ꝑ Chriſtū ſaluādi, uel quia ſpe bona fouendi.

TIMOTHEO dilecto ſilio in ſide.) Vt quem per fidem genuerat, ut & alibi dicit Per Euangeliū ego uos genui. Vt autem Timotheū collaudet, non ſolum ſiliū, ſed dilectum appellat. Quod eo facit, cum quia Timotheus parem in ſe charitatis uiciſſitudinem ſupra omnes ſeruaret, tum quia & hunc ipſe ex animo coleret. Prudenter uero in ſide dixit, ut ad hanc tutandā, acrius illum pelliciat. Et quia Pauli ſilius ſit & dilectus pronūtiatus, longe magis ſit in fide armādus, ne labi idem hic poſſit aut turbari. Hoc enim ſidei eſt præcipuū argumentum, cum de futuris fuerit ſpes certior.

GRATIA ET miſericordia & pax.) Nuſquam alibi in ipſis epiſtolæ primordijs miſericordiam eſt comprecatus, niſi hoc loco. Quod ſane ex charitatis uehementia quadam, cū Tito filio, bona q̄ plurima ut eueniant cōcupiſcit, effecit. Quippe quoniam formido cœpiſſet, quæ ſolet parentes inuadere, dum nequid ſilio aduerſi contingat uerentur. Quemadmodum fecit, cum illi conſuleret, ut ſtomachi proſpiceret ualitudini. Simul etiā ut oſtendat, qui alios inſtruunt, clementiores ut ſint oportere.

A' DEO PAtre & CHRISTO IESV domino noſtro.) Rurſum hoc loco hunc conſolatur, ſic inquiens. Si enim Deus pater hic noſter, nos haud ſecus ac liberos curat, nonne & tui hic miſerebitur, & gratiam largiatur neceſſe eſt. Vt & omnium erga te concilies charitatem, & uel cum hoſtibus ipſis pace utaris.

Benignos oportet eſſe præceptores erga diſcipulos obſequentes, contra &c.

SICVT ROGAuit te, ut remaneres Epheſi cum irem in Macedoniā.) Vide quanta ſit huius benignitas. Non enim magiſtri, ſed ſerui utitur uoce. Neq; enī id tibi iniunxi inquit, ſed rogaui, & precibus depopoſci. Tales & ipſi nos gerere erga obſequentes diſcipulos debemus, & longe aliter in eos, qui corruptis ſunt moribus & cōtumaces, nec nobis accepti. Orat autem hunc, ut Epheſi maneat. Neq; enim profeciſſe aliquid epiſtola uidebatur, quam ad eos miſiſſet. Solent enim plerūq; homines abſentiū literas paruifacere. Quæritur autem. Vtrum Epheſi Timotheum Paulus deſtinaſſet, ut ibidem maneret: Ita quidem. Quod utiq; ex ſequentibus patet.

VT DENVNtiares quibuſdam ne aliter docerent.) Neq; enim dixit ut horteris ut obſecres, ſed ut denūties, Quod ſane auſterius eſt. Neq; nomine illos expreſſit, quibus denuntiaretur, ne obiurgando peruicaciores efficeret. Docere autem aliter eſt, alias quaſdam diſciplinas inducere, & decreta a ueris aliena. Erant nanq; ex Iudæis pleriq;, qui cum ſe Apoſtolos mentirentur, & gloriæ cupiditate dici ſe præceptores optarent, ad legis ueteris obſeruationem inducebant diſcipulos.

NEQVE INtenderent fabulis.) Fabulas non legem dicit, ſed obſeruationes nōnullas, & commentitia dogmata.

Interminatis genealogiis non eſſe inſiſtendum.

ET GENEAlogijs interminatis.) Auos nanq; & proauos cōmemorabant, ut gloriam ex hiſtoria uendicarent. Interminatis autem dixit genealogijs, uel quia altius illi genealogias repeterent, uel quia nullam demū attuliſſent utilitatem, nec utilē aliquem & compendioſum eſſent euentum ſortiti. Sed ea afferrent, quæ & difficulter repeti memoria poſſent, & admodum eſſent perplexa. Poteſt etiam his dictis uel gentes ipſas prætendere: Quippe quarum & fabulæ ſunt, & generationes retexunt cum eorum Deos commemorant..

QVAE QVAEſtiones ꝑſtant magis q̄ edificationem Dei quæ eſt in fide.) Hoc eſt, Deus quidem ut per fidem acciperent, hoc diſpenſauit. Hi uero quæſtiunculis nōnullis inductis, Dei diſpenſationem diſſoluunt. Vel quia cū maximis uellet nos Deus bonis donare, ineffabilem quandā erga nos diſpenſationem oſtendit. Hanc

igitur ſuæ

igitur ſuæ benignitatis diſpenſationem per fidem accepimus, nō genealogijs & maiorū recordatione. Quæſtiones enī hi induxere cū admiratione inueſtigantes, dicenteſqꝫ quo fieri id pacto poteſt, uel quomodo credituri nos ſumus futura? Hæc ſane quæſtio abrogat fidem. Cur præterea, dicit aliquis, dñs dixit. Quærite & inuenietis Et rurſum. Scrutamini ſcripturas. Quærite quidem cū inquit, quod quæſitū inueſtigatūqꝫ ſit præfert, & maxīe concubitū. Scrutamini uero, id eſt, ut ueritatem ꝑdiſcatis, & ſacrorū ſcriptorꝫ rationem adepti, congrere iſtiuſmodi et ambigere delinatis.

FINIS AVTEM præcepti eſt charitas ex corde puro.) Si iniunxeris, inquit, nequaq̃ debere doctrinā a noſtra diuerſam afferri, charitatē eiuſmodi aſſequeris. Quā ſi plantaueris, & dogma quodcunqꝫ tortuoſum & prauū ſubſtuleris. Superioribus nanqꝫ tporibus, cum charitas ipſa abeſſet, inuaſit inuidia. Aequa dominādi inceſſit libido. Vnde & alios inſtruendi cupido animū ſubijt & dici magiſtros. Deinceps & hæreſes ſunt ſubſecutæ, & hoīm inter ſe diſſidentiū pertinaciſſimæ uolūtates. In fide uero longe ſecus habet̃. In ea nanqꝫ et charitatem depoſcit, q̃ ſit integerrima. Nec uerbis cōſtet, ſed ex corde proficiſcat̃. Et cor ipm ut purius ſit & ita affectū & bene cōpoſitū, ut aliorū a recto errantiū doleat uicem, non ſimulatione aliqua adūbratū. *Finis præcepti charitatis.* *Integerrima charitas quæ.*

ET CONSCIENtia bona & fide nō ficta.) Quod prædo aliquis prædonis beneuolentia uinciatur, haud quaq̃ amor huiuſmodi ex recta conſcientia uidetur conſtare, ſed praua. Neqꝫ ex fide non ſimulata. Nam qui integro animo in Deum crediderit, nequaqꝫ tulerit a uera charitate diſiungi, quæ omnes conſueuit eundem in modum complecti, prædo uero prætereuntibus uniuerſis, indifferenter & ſine delectu perniciem affert. Vnde intelligi datur, eum qui charitatis ſit expers, & fide carere.

A' QVIBVS quidem aberrantes conuerſi ſunt in uaniloquium.) ἀσοχήσαντες quod aberrantes dixit latinus interpres, illi dicuntur, qui minus ex arte ſagittas adeſtinatū intenderint. Erat autem, inquit, hoc loco uel arte opus & ſagittandi peritia, neqꝫ de ſigno præfixo, quidpiam demigrandum. Nōnulli itaqꝫ cum a charitate aberraſſent & fide, ad uaniloquia ſe contulere. Quid autem ſit uaniloquium ex ſubſequentibus patebit apertius.

VOLENTES eſſe legis doctores.) Perinde dominationis cupidi & principatus & inanis gloriæ appetentes, legis doctrinam ſibimet arrogabant, Nec ſane ſeſe tales præſtarent, ſi charitatem iam eſſent & fidem adepti.

NON INTELligentes neqꝫ quæ loquunt̃, neqꝫ de quibus affirmant.) Hoc loco hos ſane arguit, tanq̃ ignaros quid ipſa lex ſentiat. Nec temporū interualla intelligāt nec q̃diu lex ipſa Imperio ſit potita. Dicet aliquis. Si ergo per ignorantiā hi deliquerunt, cōdemnandi non ſunt, nequaq̃ id equidem aſſeuerauerim, cū conſtet ex imperādi cupiditate & charitatis carentia, ⁎ ignaritatē hanc emanaſſe. Nam cū uellent, inquit, de lege diſſerendi ſibi munus aſciſcere, ad ignorantiā reciderūt eoqꝫ & ipſius inſcitiæ cauſam ꝓbuere. Neqꝫ de quibus affirmāt, hoc eſt, de purgationibus et obſeruationibus diſſerentes, & alijs ꝗbuſdā ad corpus hoc ꝑtinentibus quicq̃ intelligunt. *Aliâs ignorantiam.*

SCIMVS AVtem quia bona eſt lex ſi quis ea legitime utat̃.) Hoc eſt, ſi nō modo hanc quiſpiam uerbis interpretetur, ſed & factis adimpleat. Nam qui ea quæ legis ſunt edocet, opere tamen nil exequatur, legis expers & illegitimus, uel a lege ipſa decernitur. Vel aliter. Legitime ille utitur lege, qui ꝑ legem ad Chriſtū deducitur. Lex nāqꝫ quæ iuſtificandi careat poteſtate, ad Chriſtū remittit, idqꝫ lex ipſa exigit, ut quis ſe utatur legitime, hoc eſt, quemadmodū ipſa lex iubet, quæ ſibi Chriſtū præponit.

SCIENS HOC quia lex iuſto nō eſt poſita.) Id ſcilicet, quia nequaq̃ per eum ſtat qui iuſtior ſit quo minus perdiſcat quę ſunt ꝑagenda. Eſt eni rei huiuſce nō ignarus eoqꝫ nec pœnas ueret̃. Iuſtum aūt hoc loco intellige, qui uirtutem eſt aſſecutus, qui nulla legis formidine, ſed ex officio nequitiā odit, & uirtutem cōplectitur. Et in eo ſuperat legem, quia haudquaq̃ dignat̃, pro inſtructrice hanc ipſam habere. Quæ & flagra ſibi intendat ſi labit̃, & ſupplicia cōminetur. Sed magno aīo perſtat, ut qui *Iuſto non eſt lex poſita.*

in uirum

Simile.

in uirũ euaſerit,& quæ uiri ſunt ſapiat,& iã ex ephœbis exceſſerit. Sicuti et medicus uulneribus affecto & ægrotanti ad medelã paratus eſt,nõ ei qui proſpera uritur corporis ualitudine. Et frena equo laſciuienti & effrenato,nõ ductu facili, imponunt.

SCELERATIS autẽ & contaminatis patricidis & matricidis, homicidis fornicarijs,maſculorũ concubitoribus,plagiarijs,mendacibus & periuris.) Per ſpecies peccata ediſſerit,ut eos qui legi obtemperant, pudere cogat,legis huiuſmodi præfecturæ. Hæc aũt cuncta ſcelerũ genera, Iudæis erant iam notiora. Quippe qui & idola frequentius adorarent, & liberos perſæpe immolarent dæmonibus, & Moyſem ipſum fuerint lapidibus inſectati,& quorum manus ſanguinũ plenæ. Nonne & paricidas hos eſſe, & cæteris peſſimis facinoribus obſtrictos conuiceris, ſi de his omnem percurras hiſtoriã. Eo igitur bis lex tradita eſt,ut eiuſmodi eorũ flagitia coerceret,quod & alibi dicit. Lex præuaricationũ gratia tradita eſt, iuſtificatis uero & ſanctis,nibil erit hæc lex neceſſaria. Vt qui nequaq̃ ad p̃uaricationem ullã inclinent.

ET SI QVID aliud ſane doctrinæ aduerſat.) Et ſi ſatis eſſe quæ dicta ſunt uidebantur,nihilominus ut ſummatim cuncta reſumeret,& ſi quid aliud,tanquã uniuerſale adiecit. Vt perſpicuũ faciat,a corruptis quibuſdam dogmatibus huiuſmodi uitia ſumpſiſſe initium, Hæc nanq; ſane doctrinæ obſiſtunt.

SECVNDVM Euangeliũ gloriæ beati Dei.) Hunc orationis contextũ ita conſtruito. Sanæ doctrinæ, quæ ſecundũ Euangeliũ conſtet. Gloriæ aũt eorũ gratia dicit,quos & p̱ſecutionũ & Chriſti Crucis puderet. Oſtendens in gloriã cadere,quæcunq; perpeſſus eſt Chriſtus, & nos item cũ acrius affligamur, tum maxie laudem promereri. Vel quia ex ipſis tentationibus gloria cõparatur, perinde ac ſi dicat. Et ſi hæc mala præſentia ignominioſa & turpia uideantur,bona tamen futura gloriã habent. Et hãc quidem ipſam denuntiat Euangeliũ. Quippe quod de futuris, non de p̃ſentibus bonis ediſſerat. Vel gloriã Dei cultũ dicit,quem nobis explicat Euangeliũ.

QVOD CREditum eſt mihi.) Mihi, inquit, non Apoſtolis hiſce fallacibus & commentitijs, quorum Euangelium ignominiam affert,non gloriam.

ET GRATIAS ago ei qui me cõfortauit in CHRISTO IESV dño noſtro.) Cum creditũ ſibi Euangeliũ fuiſſe dixiſſet,ne gloriari propterea uideat̃. Ideo id om̃e aſcribit, ſic inquiens. Ei quidem habendæ ſunt gratiæ, qui & uires ſuffecit, ut ſuſcipere tantũ oneris poſſem. Cum enĩ quotidie eſſet Apoſtolus morti expoſitus, haud ſane id humanarũ uiriũ erat,ut cũ tanto diſcrimine Euangeliũ p̃dicaret. Ex his præterea certã præfert humilitatem,non noſtrã hanc,quæ ſimulata dici potius poteſt,q̃ uera.

Cur Deus Paulum & non Iudã prouexit.

QVIA FIDElem me exiſtimauit ponens in miniſterio.) Ne quis dixerit infideliũ. Si rerum oĩm ſumma Deo aſcribitur, & nihil a nobis ipſis confert̃, cur Paulum tanti effecit,non Iudã prouexit. Hanc itaq; nunc tollit obiectionem,cũ ait. Nequaq̃ temere mihi uires ille ſuppeditauit,ſed quia ſum fidelis inuentus. Quod tamẽ preſſius dixit,quia fidelem exiſtimauit. Rurſumq; ut eius occultet uirtutẽ. Non enĩ inquit dixerim me fidelem,ſed talem me ille duxit. Verũ unde id liquet. Ex eo certe quia miniſteriũ mihi iniunxit. Quo enĩ pacto id mihi dñs demandaſſet,niſi idoneũ me ad eam rem pręuidiſſet. Sic & in patriſfamilias domo diſpenſatores domino gratias agunt,quod pleraq; ſibi crediderit diſpenſanda, quam rem argumento ducunt, eorum fidem præ cæteris magnifieri. Atqui & dominus inquit. Vas mihi electionis eſt iſte,ut portet nomen meũ in gentibus. Hic uero, etſi id nomen erat ad deportandum accõmodus,uires tamen a Deo accepit,ut demandatũ opus exequeretur. Deferre nanq; Chriſti maximũ nomen,& hominum animis illud ingerere prædicando ingenti erat ui opus, & facultate. Quod nomen uere hic defert, qui digne mundana oĩa dictis factiſq; contempſerit. Quo fit, ut qui iſtiuſmodi ſe non exhibuerit, aſportare id Chriſti nequeat nomen p̃inde qui nil prorſus in ſe ſit Chriſtũ adeptus. Erat itaq; Paulus,et ſi in alijs fidior, in eo tñ fidiſſimus,cũ nihil ſibi aſciſceret,quæ domini forent. Quinpotius uel ſua illi aſcriberet bona, quemadmodũ & alibi inq̃t. Labo

Deus operatur in nobis et uelle & poſſe.

Non fungitur digne prædicatoris munere, niſi qui mundana contẽp̃ſerit

raui cæteris

raui cæteris abundantius, non mea uirtute, ſed Dei gratia, & huiuſmodi multa.

QVI PRIVS blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus.) Aduerte quã Dei extollat miſericordiã, cum priſtinã eius uitam enarrat. At ubi de Iudæis hic diſputat damnatiõe quauis digniſſimis, nihil huiuſmodi obijcit, in ſe uero has oẽs calumnias congerit. Non eñ ſolum, inquit, Chriſtũ antea deteſtabam, uel hanc in me ipſo nequitiam terminabam, ſed eos etiam perſequebar qui pietatem colerent. Neꝗ id modo ſed contumelioſius inſultando, & re ipſa abutebar & modo.

SED MISERIcordiam Dei cõſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.) Arguit ſe ſupplicio dignũ, tametſi horũ pręcipue dominus miſeret̃, qui per ignorantiã deliquerũt. Quæret aliquis. Cur ergo nõ ſunt & Iudæi cæteri oẽs ueniã conſecuti? Quia nõ neſcij, ſed ſcientes & ultro cõmiſerũt. Atqui ex phariſeis credidere pleriꝗ, haud tamẽ ſe credere fatebant̃. Quippe qui hominũ gloriam potius quam Dei, longe plurimũ adamarent. Vnde & Chriſtus ſic ait, Quo eñ modo credere poteſtis qui ab hoibus gloriã accipitis? Quin & Iudæi ipſi dicebant. Videte quia nihil proficitis, ecce mũdus poſt eum pergit. Hos nanꝗ ubiꝗ principatus cupiditas obturbabat. Et alibi rurſum ſic inquiũt. Nemo poteſt Peccata dimittere, niſi ſolus Deus. Edidit poſtmodũ Chriſtus, quæ ſe Deum eſſe arguerẽt ſigna, cur tamẽ mira factitanti, non crediderẽ? Conſtat ergo non per ignorantiã hos deliquiſſe. Dicet aliquis. Vbi nam gentium Paulus erat dum hæc agerẽtur. Nimirũ ad Gamalielis pedes aſtabat. Neꝗ enim turbis admiſcebat̃. Gamaliel uero uir erat, qui ſuis, non alienis rebus uacaret. Verũ quo pacto in poſterũ Paulus, qui Chriſti nomẽ profiterentur, in carcerem inijciebat? Quia uidebat Chriſti præconiũ propagatũ iam & auctum eſſe, cum legis Zelo ipſe arderet. Iudæi uero, non legis, ſed primatũ gratia uendicandi & aſſequendæ gloriæ, Chriſto renitebant̃. Cur igitur cum optime Paulus legem calleret, Chriſtũ neſciuit? Atqui eo ſeipm̃ cõdemnat, quia ignorãtiæ morbo antea laboraſſet, quã incredulitas ipſa pepererat. Eoꝗ ſe fuiſſe miſericordiã conſecutũ affirmat.

Nemo poteſt Peccata dimittere, niſi Deus.

SVPERABVNdauit autẽ gratia domini noſtri cum Fide, in dilectione quæ eſt in CHRISTO IESV.) Cum multa & præclara de Dei miſericordia diſſeruiſſet, utꝗ pro eius priſtina pertinacia ultima quæꝗ eſſet tormenta promeritus, Dei tamẽ in ſe ſit uſus clementia, nunc uero ita ſubiungit. Non modo mei ille eſt cõmiſertus, quin & Germanum, & Filium amicum, & cohæredem effecit, adeo illius effuſæ accreuit clementiæ gratia. Veruntamen ne quis id inquiat, cum conſtet tantopere abundare hanc gratiam, tollitur ergo noſtra omnis uoluntas & ſtudium, quod ipſi ad bonum impẽdimus perinde nihil ſint ad profectum hæc neceſſaria. Adiecit cum Fide & dilectione. Fidem inquit, ipſe hanc contuli, credens poſſe me Chriſtum ſaluũ reddere & dilectionẽ, quam ſcilicet in CHRISTO IESV adeptus ſum. Is enim mihi, non lex, qua erga Deum afficior, charitatem ſuppeditauit. Arguit pręterea quemadmodum cum Fide ſit & dilectio inferenda. Prodit nanꝗ ex charitate obſeruatio mandatorum, uti & dominus dixit. Si me colitis, & mandata mea ſeruate.

Obſeruatio mandatorum prodit ex charitate.

FIDELIS SERmo, & omni acceptiõe dignus, quia CHRISTVS IESVS uenit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere.) Cum dixiſſet, quia mei qui Eccleſiã ſum perſecutus cõmiſertus eſt Deus, nulla nũc inquit te ſubeat admiratio, quia ſim munere hoc affectus, nec quoꝗ pacto diffidas & alios poſſe pari dono dignari. Ob id nanꝗ ille in mundũ conceſſit, ut peccatoribus uniuerſis ſalutẽ donaret. Eſt itaꝗ iſtiuſmodi ſermo credibilis, et fidelis, & dignus, qui ab oibus admittit̃. Neꝗ enim quia ingentia ſunt, quæ dono nobis ſunt tradita, eo minus credenda, ſed quia infinita eſt largientis benignitas, & credi hæc merito debent & excipi. Id etiam uel Iudæis, qui adhuc legi intẽderent diſſerit, ut illis aperiat, nequaꝗ poſſe ſalutẽ ſine Fide parari.

QVORVM primus ego ſum.) Quo pacto cum alibi dicat ſecundũ iuſtificationem quæ in lege eſt, factus ſine querela, nũc inter peccatores primũ ſe ſtatuit? Quia quo ad Chriſti iuſtificationẽ, legis iuſtificatio pro delicto habet̃, ut quæ nullum in

Dd præſentiarum

præſentiarum habeat tẽpus. Quamdiu enim Lex tempus id habuit, eius certior erat & uera iuſtificatio. Nam quemadmodum noctu lucernæ lux omnis a Lunæ fulgo-
Simile. re obtenebratur, ſi fuerit ſub diuo expoſita, ſic legis iuſtificatio a Chriſti occultatur iuſticia, & plane tollitur. Cum eñ Chriſtus apparuit, ſolis inſtar tenebris legẽ offu-dit. Peccat itaqꝫ & inſipiens eſt, qui lucernæ lumine utitur micante Sole.

SED IDEO miſericordiã conſecutus ſum, ut in me primũ oſtenderet CHRISTVS IESVS oẽm patientiã ad informationẽ eorum, qui credituri ſunt illi in uitam æter-nam.) Attende humilitatẽ. Propterea, inquit, ſum miſericordiã conſecutus, ut eo rum nemo deſperet, qui prauis ſint facinoribus inquinati, ſed ſpes certior ſit cũ Pau lum uideant, qui peccando cunctos exceſſit, ſaluũ iam redditũ. Arguit p̃terea ex his nec dignũ ſe extitiſſe, qui a Deo ueniã promereatur, ſed ad aliorum ſalutẽ eſſe iam Dei clementia potitũ. Neqꝫ enim dixit ut in me patefieret diuina patientia, ſed oẽm, quaſi id inquiat. Cum plurimũ deliquiſſem, omni, hoc eſt, tota Dei miſericordia & cõmiſeratione, non parte aliqua indigebã, ut hi, qui pauca cõmiſerunt. Ad informa tionẽ aũt dicit, hoc eſt, ad conſolationẽ & eorum exhortationẽ, qui credere uellent.

REGI AVT em ſæculorũ immortali, inuiſibili ſoli deo, honor & gloria in ſæcula ſæculorũ Amen.) Quia de Filio magna quædã prædixerat, ꝙ uel his eſſet ſalutẽ daturus, qui nihil ſperarẽt ſe ſaluos fore, ne Patrẽ Filio uideat̃ feciſſe iferiorẽ, illi & gloriã defert, quæ utiqꝫ Filio eſt cũ Patre cõmunis. Quippe qui cũ ſæculorũ habeat regnũ, quo pacto & imortalis nõ erit, & inuiſibilis diuinitate, & ſapiens ſolus? Ipſe
Solus Deus eſ- nanqꝫ Patris eſt Sapientia. Dici hæc eadem & de Spiritu poſſunt. Soli aũt ſapienti di
ſentialiter ſapi xit, nõ quia Pater a Filio ſit & Spiritu ſeparatus, abſit. Sed cũ conſtet & angelos ſapi
ens, homo, uel entes & hoĩes dici, oñdit hũc ſolũ pręcipue ſapere, ut qui & fons ſit & cauſa Sapien-
angelus parti- tiæ. Reliqua uero qui Sapientiã uendicãt, cõdita ſunt & creata, & participatiõe qua
cipatione. dam hanc aſſequunt̃. Honor aũt & gloria non quæ uerbis ſolũ, ſed & operibus con ſtet. Ille eñ gratos uos arguit, hæc uero regis imitatores, q̃d ſane præſtantius eſt. At qui gloriã, quæ uerbis exprimit̃, a nobis depoſcit, ut ſe non ſolũ pie colamus, ſed a-nimũ ipſum penitus intẽdamus geramusqꝫ illi morẽ, ut ex hoc & ipſi ꝓficiamus. Nec ſecus ac ſolent, qui Solis ſplendorẽ cum ſpectant & demirant̃, eo fulgore delectati ſibi ꝓfuerunt, & eodẽ illo cum aliquid his eſt operandũ, fruuntur. Vt cõtra, qui ſola ris ſunt neſcij claritatis, ſibi officiunt maxĩe, quia nullo in opere uti hac poſſint.

HOC PRAE ceptum cõmendo tibi Fili Timothee.) Cum eñ præceptũ dixiſſet, idqꝫ imperantis ſit potius, Fili Timothee adiecit, perinde ac ſi dicat. Neqꝫ eñ hæc ut dominus tibi edixerim, ſed ut Pater cõmonefacio. Cõmendo aũt eo dixit, u ſo ſtẽdat diligentiſſime id eſſe ſeruandũ, arguatqꝫ haud quaquã noſtra eſſe quæ poſſidemus, ſed Dei. Quo item & fieri, ut quæ ille contulerit, oĩno ſint per nos obſeruanda.

SECVNDVM præcedentes in te ꝓphetias.) Præceptoris & ſacerdotij cũ magna ſit dignitas, Dei iudicio cõfirmãda hęc fuerit, ut qui dignior ſit, id munus ſuſcipiat.
Non debẽt ad Eoqꝫ apud ueteres ꝓphetarꝫ uaticinio et iuſſu ſacerdotes, hoc eſt, per Spiritũ ſanctũ
prelaturã pro mox creabant̃. Eſt eñ & prophetiæ ꝓpriũ, uel p̃ſentia dicere. Sic itaqꝫ eſt & Timo-
uehi niſi digni theus in ſacerdotẽ electus, de quo & editas ꝓphetias fuiſſe teſtat̃. Vel tum forte cum fuit ad ſacerdotiũ ille aſſumptus & circũciſus, & ad ſacros ordines demũ profectus, perinde dignitatem omnẽ huiuſmodi ex prophetia et Spiritus reuelatione adeptus. Subdit igit̃. Conſulo tibi & moneo, ut ſecundũ præcedentes in te ꝓphetias incedas. Hoc eſt, ut has contẽplatus, & quaſi ab illis edoctus, quid tibi agendũ ſit, pergas pro illarũ dignitate omnia facere, ut nequaquã his probro & ignominiæ ſis.

VT MILITES in illis bonam militiam.) Quid inquit, tibi demando? Nempe ut in illis iam milites. Id eſt, ne illarum legem & normam excedas, ſed quemadmo-dum illæ te elegerunt, & his in rebus quibus te adduxerũt, optimã militiam milites. Eſt nanqꝫ & prauum quoddam militiæ genus, cum mẽbra exhibet quiſpiam ad im-munditiam & turpitudinẽ, & armis utitur ad iniuriam inferendam. Militiæ aũt me-

minis, ut

minit, ut arguat, & ſi acre omnibus bellum infertur, ei tamen inferri acerrimum, qui alios inſtruat ad recte uiuendum, eoq; eſſe huic & magis inuigilandum. Neq; ut ſe languidiorem præſtet, neceſſe eſt, ſed excitum & uigilantem.

HABENS Fidem & bonā conſcientiam.) Haud quaquā, inquit, exiſtimes, ſat tibi fore, quod per Spiritū fueris & prophetiā ad ſacerdotale id munus prouectus, niſi & Fides per te indubitata pręſtet, ut uerba promere recte queas, & conſciam bonam, hoc eſt, uitā irreprehenſibilem habeas, a qua oritur rectior hæc conſcientia, ita ut & alijs pręeſſe queas. Nam quemadmodū qui ductare exercitum uelit, ut optimū militē antea egerit eſt neceſſe, ſic & præceptorem oportet his eſſe uirtutibus prædi tum, quas poſtmodum ſit a diſcipulis exacturus. Inde nanq; ediſcimus, & ſi docendi officio fungimur, quemadmodum inſtruere alios debeamus.

Hæc in docēte neceſſaria, uita irreprehenſibilis & ſana doctrina.

QVAM QVIdam repellētes circa Fidē, naufragauerūt.) Quā bonā conſciam ſcilicet. Neq; iniuria. Nam cū fuerit uita impurior, ex ea & dogmata quædā peruerſa emergūt. Siquidē qui īmundam & ſordidā duxerint uitā, ne in futurū formidine crucient, temere ſibi hoc ſuadent, falſa omnia credi quæ a nobis tradunt. Quo fit, ut qui Fidem abegerit, opinatiōibus cuncta inuoluerit, circa Fidem naufragio pereat neceſſe eſt. Fides nanq; portus eſt patentiſſimus, qui animū ad tranquillitatē traducit. Quæſtiunculæ uero & hæſitationes, tanquā procellæ mentē utrinq; exagitatā in miſerū corripiunt naufragiū, affliguntq; ſcopulis, uel in profundū demergunt.

EX QVIBVS eſt Hymeneus & Alexander.) Videsne & olim extitiſſe qui ueram doctrinā præuaricati, a Fide abſcederent, ſectarēturq; opinationes nōnullas & ambigua quædam. Cauendū itaq; & uobis, inquit, ne quid ex ueſtro priſtino inſtituto intermittatis, cū tales hoc tēpore conſpicemini, qui erroribus detrahunt. Quin inſtandū potius ut iſtiuſmodi homines impugnando uos ſuperetis.

QVOS TRAdidi Sathanæ, ut diſcant nō blaſphemare.) Dicet aliquis. Si alios Sathan caſtigat, cur nō ſeipſum emēdat? Non em̄ ut caſtiget dixit, ſed caſtigandos. Quippe qui nemini pōt, niſi Dei ꝑmiſſu, obeſſe. Sicuti & carnifices ipſi, & ſi neq;ſſimi ſint, morte tn̄ damnatos conficiūt, & multis ut recte uiuant, cām præbēt. Cur per ſe Paulus nō hos tormentis affecit, ut Variarū illū affecerat, ut Ananiā & Petrus? Ne ſupplicij magnitudine illorū augeatur blaſphemia. Quin etiam ut oſtendat ſe poſſe Sathanæ imperare, ex eoq; & formidoloſus ſit magis, & terrorē incutiat cōtumacibus, ꝓſertim cū ab ſe & Petro uel hi crucient qui Fide careant, ut intelligāt ſe minus poſſe latere. Erat enim & ille Ananias Fidei expers, qui adeo minus confideret. Eos itaq;, qui hæc Pauli Petriq; iam geſta reſciſſent, & alio deinceps ſunt deuoluti, Sathanæ demādabant Apl̄i, ut illis perſpicuū facerent Sathanā non ꝓpria illa uirtute, ſed Apoſtolorū potentia eos ſanare, qui his demandent. Vel quia q̄s corrigere uellent, non ipſi per ſe Apoſtoli pœnis afficetēt. Contra uero qui emēdari nō poterant, per ſe affligtabant. Verū quomodo aliquis dicet, Sathanæ tradebantur? Qui em̄ contumax eſſet & minus obediens, extra Eccleſiā emittebatur, eijciebaturq; a cætero grege, & nudus mox & deſertus, lupis dedebat in prædā. Nam quemadmodū olim nubes tabernaculū obducebat, ſic Chriſti Eccleſiā Spiritus. Quicūq; ergo ex Eccleſia fuerit eiectus, & Spiritu ſancto priuatus, erit hic miſer, perfacilis in capturā, tanti eſt ab aliorū conſortio & cōmunione repelli, cenſura. Iſtiuſmodi nanq; mox Deus & Peccatis obnoxios, caſtigandi gratia & morbis afficit, & malis urgebit. Inquit enim cum iudicamur a Deo, & caſtigamur. Vides itaq; quēadmodū uelle curioſe admodum diuina ſcrutari, in blaſphemiā cedat. Eſt em̄ Deo inferre iniuriā, cum nitimur quæ eius nutu & diſpenſatiōe gerunt, animo & cogitatione cōprehendere.

Nemini nocet Sathan, niſi Deo ꝑmittēte.

Curioſa ſcrutatio demonorum.

CAP. II.

OBSECRO IGITVR PRIMVM omniū fieri obſecratiōes, poſtulationes, orationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & oībus qui in ſublimitate ſunt.) Omnium primū, hoc eſt, iure diuina quotidie peragenda. Sacerdos nanq;, tanquam cōmunis orbis terrarū Pater, ſancto altari aſtat omnibus proſpectu

Sacerdos omnibus Pater.

rus,& Dei ad inſtar cui eſt dedicatus. Aduerte gratiæ magnitudinē. Neq; enim iſtiuſmodi ſunt Iudæorū precationes. Neq; ſtatim pro regibus orandū dixit, ne uideatur principum cuiquã adulari, ſed cum prius pro omnibus dixiſſet hominibus, tunc regibus adiecit. Et ſi infideles ſunt inquiens reges, eſt tamen pro his deprecandum. Erant enim Fidei Chriſtianæ expertes tunc tēporis, imperij, & regnorū moderatores. Duo aũt cum pro uniuerſis a nobis oratur, quæ optima ſunt, cõſequimur. Nam & odia ſiqua nobis in alios ſunt, diſſoluũtur, cũ nemo queat in eum pro quo deprecetur iniquo anĩo eſſe. Et reges precibus ĩmutata in probitatē nequitia, meliores redduntˀ, nec ultra in nos efferati deſæuiũt. Nam quã illud debet mirũ uideri, perſecutores & carnifices audire ab his depoſcẽtes pro ſe orare, q̃s afflictent ſupplicijs. Orationes aũt poſtulationes & obſecrationes eundẽ præferunt ſenſum. Nam iſtiuſmodi dictionũ repetitio, exigẽtis eſt fieri oĩno oportere quæ mandet. Tamẽ nõnulli hanc his ineſſe differentiã aduerterũt, ut obſecrationes dicerẽt ſupplicatiões eſſe quaſdã, quibus urgẽtibus malis & triſticiã inferentibus, liberari depoſcimus. Orationes uero cum bona nõnulla precando efflagitamus. Poſtulationes deniq; cũ eos petimus, in uiã ut redeant, qui nos uel criminanˀ, uel iniuriã inferunt. Aduerte quẽadmodũ uel pro bonis in alios quoſcunq; collatis iubemur Deo gratias dicere, uidelicet quia ſolem tam bonis quã malis fruendũ exhibeat, quia uniuerſos ſuis oppleat bonis, uel blaſphemos ipſos & infideles his ipſis afficiat. Vnde & fraterna charitate coniungimur, & unũ diuerſi efficimur. Nã qui ꝓpterea grãs agit, quia proximũ uidet bonis expleri, ſequiˀ certe ut eundẽ beneuolentia proſequaˀ. Quo fit, ut cum & ipſi bonis afficimur, maiorẽ longe erga Deum præferre gratitudinẽ debeamus.

Orationis fructus.

VT QVIEtam & tranquillã uitam agamus.) Quoniã non abſurdum uidetur Chriſtiani animũ obturbari, cum ei indiciˀ rem diuinã agenti & ſacroſancta myſteria pertractanti, uti pro infidelibus & regibus depreceˀ, proponit & lucrũ, ut uel eo illecti, id factitemus. Ait nanq; iſtiuſmodi hominũ ſalutem in quietẽ nobis conceſſuram & otium. Sunt enim & hi in poſterũ militaturi, ut nos quieſcamus. Quo igitur pacto non debet iniquum uideri, ut hi ex inſperato pro noſtra ſalute pericula obeant, nos uero nec ſaltem labelli motum pro his deprecando toleremus.

IN OMNI pietate & caſtitate.) Id quidẽ eo adiecit, quia pleriſq; belli & tentationum uacatio, ad luxũ & iniuriã alijs inferendã præbent occaſionẽ, unde & praua dogmata quædã oboriunˀ. Idcirco ſubdit, nõ per delicias uel aliorũ iniurias uitã ducamus, ſed in omni pietate. omni. ſ. nõ modo quæ dogmatibus ineſt, ſed uitæ. Eſt nãq; & uitæ quædã impietas, quemadmodũ cum inquit. Deũ profitenˀ ſe ſcire, operibus aũt negant. Vel omni puritate, quæ ſit ab hæreſibus ĩpis ſemota. Nec minus & in omni caſtitate, hoc eſt, uirtute, perinde ac ſi dicat. Non ſolũ eſt ab impietate cauendũ, ſed cũ omni uirtute uita ducẽda eſt. Oportet igiˀ & ſi exteriori hac pace potimur, ut & quiete fruamur, uitãq; ipſam omni cũ pietate & uirtute nos tranſigamus. Sic ꝓcul dubio uitã erimus quietiorẽ, & quauis ꝑturbatiõe uacuã conſecuti. Tria ſunt apud nos belli genera. Primũ cum barbaros impugnamus. Scd'm quod ex priuata quadã inimicitia nobis inferˀ. Tertiũ quod inteſtinũ eſt, & a uitijs aduerſum nos excitaˀ. Barbaricũ illud imperatorũ induſtria ſedat. Quibus bellantibus, uel a nobis uotis ac precibus præſtanda opera eſt. Sed duo reliqua, per nos erunt & noſtris uiribus ſedanda & ſtudio. Quod facile fiet, ſi mala quæ in nos per maleuolos irrogantur, benigne & anĩo æquiori tulerimus, penſabimusq; in geſtas preſſuras precando. Inquit eñ. Cum his qui oderũt pacẽ eram pacificus, & detrahebant mihi, ego aũt orabam. Quod deniq; in nobis ipſis inerit bellũ, iuſticiæ armis facile prorſus tollemus.

Belli, tentationumq; uocatio pleriſq; in malum cedunt.

Tria belli genera.

HOC ENIM bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo.) Quod illud? Pro omnibus ſcilicet deprecari, tam pro gentilibus ipſis quam pro hæreticis. Idipſum & natura bonum & rectum uidetur. Quippe cum eiuſdem naturæ omnes participes ſumus, identidemq; & Deo pergratum eſt.

QVI OMNES homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.) Si Deo id libet, ut uniuerſum hominum genus aſſequatur ſalutẽ, imitare hunc ipſe. Cui ſi uoluntate par eſſe uolueris, erit profecto tibi pro cæteris deprecandũ. Dicet aliquis, ſi illud diuinæ eſt uoluntatis, ut ſalui fiant cuncti mortales, quid meis opus eſt precibus. Atqui permagni Deus has facit, vultq; ualere ad eam rem plurimum. Quippe quæ nos, ut diximus, miro animi cõiungat affectu. Nec Gentiles ſinunt, ut in nos efferantur. Eſt præterea ſimile ueri, ut te deprecante ad Fidem hi deducantur. Salutem uero intellige, quæ per Fidem paratur. Et ad ueritatis cognitiõem, hoc eſt, ad Fidem quæ Deo præſtetur. Hæc nanq; dici ſola ueritas poteſt.

Omnes precibus iuuare & naturæ conſonũ eſt & Deo gratiſsimum.

VNVS ENIM Deus, unus & mediator Dei & hoĩm, homo CHRISTVS IESVS.) Cum uelle Deum dixiſſet cunctorũ ſalutem, id ipſum cõfirmando ita proſequitur. Propterea Deus Filium ſuũ ad nos mediatorẽ legauit, ut ſe hominibus conciliaret. Dicet aliquis. Cur ergo non oẽs ſalutem ſunt aſſecuti? Quia haud quaquã conciliationẽ hanc admiſere. Cum uero, unus eſt Deus inquit, non eo intulit, ut Filiũ argueret a Deo differre, ſed ab idolis alienum eſſe hunc demonſtraret. Quod aũt Deus ſit Filius, liquet ex eo, quia & conciliator ſit & mediator effectus. Qui ẽm eſt mediator duorum, ſe mediũ interponit ad inuicẽ diſſidentium, & alterutris debet cõmunem ſe exhibere. Cum itaq; Dei Filius, & hominũ mediator, utriuſq; eſt particeps, diuinitatis uidelicet & humanitatis, Deus exiſtens & homo. Vtranq; ergo idẽ naturam cõplectitur, humanã ſcilicet & diuinã. Nequaquã igitur purus eſt Deus, neq; enim homines hunc excepiſſent, qui erat interceſſor futurus. Nec ſimplex homo, quippe qui Deum eſſet allocuturus. Nil autẽ clare de diuinitate diſſeruit, ne ſe exiſtiment ꝗ multos Deos inducere. Neq; enim cum de Dei ſingularitate eſt diſſerendum, plura ſi numero uel duali eſt ſingularitas hæc exprimẽda, ſed ſingulari utendũ eſt. Tam diligens eſt & cauta de diuinitate in ſacris literis diſputatio. Vnde nec Spiritus hoc loco Apoſtolus meminit, ne multorum eſſe Deorum cultor appareat.

Mediator Dei & hominum Chriſtus.

QVI DEdit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.) Hoc eſt, & pro gentibus ipſis. Ille igitur pro cunctis mortẽ ſubiuit, tu uero, p uniuerſis orare nõ toleras? Attende id dictum contra arrianos plurimũ facere, qui Filium aſſerunt uel inuitum fuiſſe morte affectum. Idcirco itaq; nos ille redemit, quia cum eſſet noſtra hæc humana natura Peccato obnoxia, pro illa ſeipſum obtulit ultro, ne perderetur.

Chriſtus uolẽtariẽ mortuus, nõ neceſsitate.

CVIVS TEſtimoniũ.) Hoc eſt, ut id teſtaretẽ Filius, eſt in nr̃i redemptionẽ oblatus. Vel identidẽ interpretando redemptionẽ teſtimoniũ dicit, id eſt, eius paſſionẽ. Venit ẽm uſq; ad mortẽ, ut ueritati afferret teſtimoniũ. Is nanq; & Patrẽ manifeſtauit, & uerũ dogma explicuit, ad ueramq; & Euangelicam uitam præiuius fuit.

TEMPORIBVS ſuis confirmatum eſt.) Hoc eſt, congruis & decentibus.

IN QVO poſitus ſum prædicator & Apoſtolus.) Ad quod teſtimonium ſum ipſe appoſitus prædicator, ut illud prædicando vulgarẽ. Hoc eſt, Chriſti Crucem & mortẽ. Nec ſolum ut preco, & ut aliquo uno in loco prædicandi fungar hoc munere, quin & Apoſtolus ſum inſtitutus, ut quacunq; uelim diuager. Et præterea haud mediocris Apoſtolatus hæc dignitas, eoq; & hanc ſibi uendicat Paulus.

VERITATEM dico, non mẽtior, doctor gentium.) Suis dictis facit hic Fidem. Cum ẽm cæteri Apoſtoli eſſent ea in re ſegniores, partim quia gentes deteſtarentur & abhorrerent, partim quia neq; eas eſſent ad ſe admiſſuri, ipſe inquit ſum ut gentes inſtruerẽ deſtinatus. Si itaq; Dei Filius pro gentibus hiſce perpeſſus eſt mortem, & earundẽ ipſe ſum doctor, nihil ipſe negligas uelim pro his deprecari.

IN FIDE & ueritate. Aduerte ut in Fide dicat, non ſyllogiſmis ullis aut argumẽtationibus captioſis, ſed in Fide. Deinceps ne fallacias ineſſe rei exiſtimes, in ueritate adiecit, perinde ac ſi dicat. Nihil eſt ſane fallax uel cõmentitium, quod ex Fide inſtruitur, uel demandatur, ſed in ueritate traditum.

Apoſtolatus dignitas.

VOLO ERGO in omni loco orare uiros.) Quæret aliquis. Num Chriſtus pro-

 hibet, quin

hibet, quin quouis in loco orandũ ſit, cum in propatulo & plateis interdicit prædicatiõem? Et in abditũ ſecedendũ cum orat iniungat. Neq; Chriſtus quo minus ubiq; orandi officiũ exequi poſſit prohibuit, ſed cum alios admoneret, ne ad oſtentationẽ id agerent, cubiculi meminit & loci abditioris. Haud ſecus & alibi dicit. Nil noueris ſiniſtra tua quid faciat dextera. Neq; eñ de manibus differit, ſed quã ſit excellens demonſtrat, eleemoſynã ſine iactantia impartiri. Eoq; & Paulus uiros depoſcit, omni in loco orare. Perinde ac ſi nihil ĩpm a Chriſto ſit uetitũ. Quod ſane ideo intulit, ut Iudæorũ orandi ritũ a noſtro ſeiungeret. Illi nanq; ſtatuto quodã ad id loco, hoc eſt, tẽplo quod Hieroſolymis eſt, orandũ cenſent. Nos uero quibus nullus eſt prędicandi præſcriptus locus, longe aliter illud exequimur. Nam ut nobis mos eſt, qui Chriſtianũ ſumus nomẽ ſortiti, pro uniuerſis orare, ſic & ubiq; fundimus preces.

LEVANTES puras manus.) Neq; enim locus ad orationẽ, ſed modus diligẽter inquirẽdus. Religioſas enim depoſcit manus oratio, hoc eſt, a quouis auiditatis genere abſtinẽtes, & puras. Videlicet quæ nec rapaces ſint, nec homicidio inquinatæ, nec quenquã diuerberent, ſed ad eleemoſynam impartiendam effuſiores.

SINE IRA & diſcrepatione.) Hoc eſt, ſine odio & prauo aliquo animi affectu in fratres. Diſceptationẽ uero hæſitationẽ & ambiguitatẽ dicit, hoc eſt, ne ſubdubius & hæſitans ad orandũ accedas, ſed Fide certiori imbutus, & nihil ambigẽs utrum quod poſtulas ſis nec ne accepturus. Verum qui fieri id poterit dicet quiſpiam? Ita quidẽ ſi nihil depoſcis quod Dei uoluntatẽ oppugnet, uel Deo ipſo indignum. Si omnia inquã petieris, quæ Spiritus ſint, ſi mũdis manibus & ira omni ſublata.

SIMILITER & mulieres.) Velim ſcilicet has nihil iraſci nec hæſitare, puriores aſſeruare & manus, non rapaces, aut alieni appetentes. Cum eñ uxor uirum cõpulerit, ut mundum ſibi muliebrem, gẽmas & margaritas & aurea ornamẽta ſuppeditet, & uir illi ut faciat ſatis auidius rapiet, erit quidẽ hæc furto obnoxia.

Mulierum ornatus qualis eſſe debeat.

IN HABITU ornato cũ uerecũdia & ſobrietate ornãtes ſe.) Maius aliqd a mulieribus exigit, ut ueſtibus ſe obducãt ornatis, nõ exqſitis. Id eñ ducit ꝓ indecoro & inuenuſto. Habitũ ſignificãtius græci καταστολῇ dicũt, id eſt, ſtolã quandã & amictum quæ undequaq; hoiem contegat. Vult itaq; uelato corpore mulieres ꝑcari, nec ullas corporis partes impudẽter retegere. Vnde cũ uerecundia ingt & ſobrietate orantes.

NON IN tortis criminibus & auro aut margaritis uel ueſte præcioſa.) Orandi enim gratia accedat, non tripudiandi. Cur ergo caput hęc ſibi curat & crines comit, margaritis hos interplectens, cum alias e uertice ſuſpẽdit, alias toto corpore circumponit, alias pedibus demittit, quod ſane probro cedit & ignominiæ potius quam ornamento, præſertim cum tanti res pretiĳ per pauperum ſint & uiduarum & orphanorum lachrymas comparatæ. Nam uiduam & egentẽ uiliori ueſte priuabis, ut ipſa margaritas & gemmas conculces. Eſt enim ſummæ ſimplicitatis, ne dicam ueſaniæ, & animi nil penſi habentis, ad orandum te conceſſiſſe, peccantis ueniam petituram, perinde tanquam ad nuptias prodituram, te comptam eſſe & ornatam. Optima ſane hæc erit animi ob errata compunctio, quanto citius exauditurus eſt Deus ſic deprecantem, quæ inopum lachrymis circumduceris iactabunda & tumẽs. Si ea itaq;, quæ ad opulentiam ſpectant, interdicit Apoſtolus, longe magis quæ cura quadam ſuperuacanea & ſtudio ad inanem ornatum componuntur, ut genarum & oris unguentationes, & oculis adiecta quædam ad pulchritudinem liniamenta, ut uocem effractam, ut oculos in laſciuiam reſolutos, ut huiuſmodi reliqua.

SED QVOD decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.) Quin neceſſe eſt inquit, ut ſe rectis operibus ornent. Id nanq; ut faciant, fœminas decet quæ Chriſtum profitentur & Deum uerum pie colunt. Vel aliter. Cum enim liceat uel uerbis Dei cultum promittere, per opera ſubdidit.

Non licet mulieri etiam de ſpiritalibus in Eccleſia quicquã differere.

MVLIER cum ſilentio diſcat cum omni ſubiectiõe.) Non ſolum, inquit, geſtu & habitu ornata ſit mulier, uerũ & uoce. Non eñ uelim loquatur, neq; de ſpiritali-

busipſis

bus ipſis ediſſerat, ſed id modo ut diſcat. Id nanq; expedit magis ut ſilens quieſcat.

DOCERE AVtem mulieri nõ permitto, neq; dominari in uirũ, ſed eſſe in ſilentio.) Omnem fœminis adimit loquendi occaſionem. Cum eni taciturnitatem his indixiſſet, ne cauſam forte iuſtiorem aliquã ad loquendũ fuerit mulier nacta, ne doceat inquit. Id nanq; eſt habere in uirum ipſum Imperiũ. Quinpotius ſubiectam eſſe hanc uiro iniunxit. Inquit enim ad uirũ ſit conuerſio tua, fit itaq; ut illi ſilendũ ſit. Cum enim ſilet, eius præfert ſubiectionem. Intelligas aũt non ubiq; Apoſtolũ mulieri iniunxiſſe ſilentium, uel alios inſtruendi quouis in loco facultatem interdixiſſe, ſed in eccleſia dũtaxat. Quippe quæ ſeorſum habeat docendi alios poteſtatem. Siquidem & Priſcilla Apollo illum inſtruxit, & fidelis mulier uirum commonefacit. *Priſcilla Apollo inſtruxit.*

ADAM ENIM primus formatus eſt, deinde Eua.) Cum enim, inquit, uirile genus primatũ ſit in ea creatione adeptum, & Eua poſt Adam condita ſit, iure debent poſt uiros ſecundum locum fœminæ obtinere, & illis ſubdi. Quod enim conſtat in Adam & Eua, tunc temporis contigiſſe, & inde poſteros ſeruare credendum eſt. *Sicut mulier poſt uirum cõdita, ita et iure ſubdita.*

ET ADAM non ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.) Quo pacto inquiet aliquis. Non Adam deceptus? Quia nec ex ſacris literis id ſatis cõſtat, ſed mulierem reſpondiſſe ſic fertur. Serpens decepit me, Adam uero, nõ mulier circumuenit me inquit, ſed pomũ obtulit & comedi. Haud igitur æque ſe habent ei ſidem adhibuiſſe quæ ex ſe cõdita ſit, & adiutrix ſit dicta, & beluæ credidiſſe, quæ horum eſſet poteſtati ſuppoſita. Quo fit, ut ſi ſerpentis ſuggeſtio cũ mulieris oblatione hac conferatur, pro fallacia arguatur neceſſe ſit. Neq; enim deceptũ ſe profitetur, quippe qui ignoret id lignũ in eſum ſuaue, ſed mulier quæ eſſet eius rei iam conſcia eſt circumuẽta. Proinde ſic illa obtulit uiro, ut ipſa plane arguaẽ præuaricatrix, hic uero uxori Fidem adhibuiſſe. Ait igitur, quia ſemel mulier uirum edocuit, & cũcta peruertit. Idcirco nequaq̃ hæc habeat uelim docendi de cætero poteſtatem. Eſt nãq; mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem, quemadmodũ non Euam dixerit deceptam eſſe, ſed mulierem. Tanq̃ de ipſo muliebri genere diſſeruiſſet. Nam quemadmodũ natura oĩs humana in Adam perdita eſt, ſic & per Euã in omne fœmineum genus dilapſa eſt leuitas, qua & præuaricatio ipſa primũ Euam inuaſit. *Adam nõ eſt ſeductus ſed mulier.*

SALVABITVR autem per filiorum generationem.) Quis inquit ſaluabitur? Non Eua? Nequaq̃. Sed mulier, id eſt muliebris natura. Nolite ergo animo concidere mulieres. Contulit eni & uobis ſalutis cauſam, filiorũ procreationem. Hoc eſt, liberos uobis educãdos, & optimis moribus imbuendos cõmiſit, q̃s pariendo ederetis. Non eni filios parere uos ſolũ oportet, ſed erudire & ad rectiora inſtruere. Id nanq; uere præfert filios genuiſſe. Alioquin haud quaq̃ eſſet hæc liberorũ genitura, ſed geſtatio potius quædã appellanda. Quæret aliquis. Quid ergo cũ uirginibus agetur? Quid cũ ſterilibus, perdentur ne hæ, quia liberos nullos pepererint? Abſit. Non enĩ has inquit propria ſalutas fore uirtute, ſed filios procreaſſe, mulieribus ſalutis offerre occaſionem. Eſt enim illud perſpicuũ, ut quæ uirtute ſit prædita mulier, ad uirtutem ſit & liberos educatura. Hãc igitur uirtutem cũ traditam uirgo habeat a genitrice, & ipſa eſt haud dubie ſalutem habitura. Videre autem uideor, cũ fœminæ alios inſtruendi poteſtatem ademerit, perinde has ipſas conſolaturus demandaſſe, quos doceat, perinde ac ſi dicat. Si tibi alios erudiendi libido inceſſerit, liberos tuos erudi.

SI PERMANſerint in fide.) Si filij uidelicet religioſe Chri fidẽ ſeruabunt & do

IN DILECTIOne.) Hoc eſt, recto uiuendi modo. Non enim (gmata. ſatis eſt fides, niſi & charitas adſit, quæ uitæ totius eſt ſumma.

ET IN SANctificatione cũ ſobrietate.) Sanctificationẽ corporis dicit puritatẽ Et qm̃ non oẽs fœminæ uirgines ſunt, cũ ſobrietate adiũxit. Hoc eſt, cũ continentia, quæ nõnunq̃ ab illis ſeruãda eſt, q̃ matrimonio copulanẽ. Vel forte ſobrietatem dicit ſimpliciter honeſtatẽ ipſam. Quid igiẽ ſi mater nequior fuerit & impudica, filios tñ recte educet? Fieri id ſane nequit, uerum ſi fiat, & ipſa mercedem acceptura eſt. *Continentia a coniugibus nonnunq̃ ſeruãda.*

Quid aũt cũ probis ſit ipſa moribus imbuta, negligat tñ filios erudire, & ꝑ eius nimia indulgentia patiat̃ illos p̃cipites in uitia agi: Cõtra uero ſi totis uiribus adnitat̃, & ſtudio omni incũbat, nequeat tñ hos reddere meliores, q̃d non raro euenit, & hęc nimirũ laborũ habitura eſt p̃miũ. Siquidem & Dei filius, cũ factis tũ dictis maxie ad ueritatem homines traducere conaretur, per paucos habuit qui ſibi obtemperarent.

CAP. III. FIDELIS SERMO.) Cum in ambiguo haberetur, utrum matres frui filiorum uirtute quirent, ſic inquit. Fidelis ſermo, hoc eſt, quem ipſi protulimus haud quaq̃ falſo prolatus eſt, idcirco nil ambigas.

Qui ut proſit potius q̃ præſit epiſcopatũ deſyderat, bonũ opus deſyderat.

SI QVIS Epiſcopatũ deſyderat, bonũ opus deſyderat.) Quæ ad Timotheũ de Epiſcopatu ediſſerit, uniuerſis edicit. Siq̃s inquiens cupit præeſſe, nihil impedio, Opus nanq; bonũ deſyderat, hoc eſt, negotiũ habere cupit. Nolim tñ ut dominandi quiſpiã cupiditate ducat̃. Nam & Moyſes operandi magis q̃ præſidendi uoluptate demandatã ſibi Iudęos moderãdi ſuſcepit ꝓuinciã. Epiſcopatus enĩ ab ἐπισκοπεῖν dicitur, hoc eſt, prouidere & proſpicere uniuerſis, q̃s ſub eius cura et tutela ſuſceperit.

Epiſcopus ea uirtute ſplendeat, ut nec ſibi ſit malo conſcius nec criminis accuſari ualeat

OPORTET enim epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe.) Hoc eſt, ut omnem ſit uirtutem adeptus, & ita, ut nequeat criminis accuſari uel uitij. Nec ipſe ſibi ſit mali cõſcius. Si q̃s itaq; obſtrictũ ſe prauis facinoribus nouerit, nequaq̃ eã rem cõcupiſcat, qua ſeipſum mala operãdo priuarit. Oportet nanq; qui præeſt, ut tanq̃ lumen aliq̃d ſe & ſpectandũ exponat, a quo & cæteri eum in ſe intẽderint oculos, lucẽ accipiant.

VNIVS VXORis uirũ.) Si is qui uxorem duxerit, quæ mundi ſunt meditat̃, epiſcopũ uero nil deceat mundanis rebus eſſe intentũ, quo pacto hunc dicit unius uxoris uirũ eſſe oportere? Nõnulli aſſerunt a muliere abeſſe epiſcopũ iniunxiſſe. Quod fieri ſi nequeat, habere hunc unicã ſic præcepiſſe, ꝑinde ac ſi nullã haberet. Hoc eſt, nihil illi addictũ eſſe ob uenereas uoluptates, cũ aliter Apoſtolus ſentiat. Nec neceſſariũ ducat ut uxori copulet̃ epiſcopus. Quo enĩ pacto hoc indixiſſet, qui ita inquit uolo aũt omnes eſſe atq; ego ſum. Sed quia illud tempus huiuſmodi rem exigebat, propterea ſi duxerit, inquit, uxorem epiſcopus, unius ſit, non multarũ maritus. Vel unius uxoris uirũ dici, ut qui ad eam epiſcopatus prouehendus ſit dignitatem, non multas habuerit uxores, ſed unã. Quod eo dicit, ne Iudæos ea ĩ re ſectarent̃, quibus ut plurimos filios ꝓcrearent, ut & plures haberent uxores permittebat̃. Pleriq; etiã inconſyderatius tamen affirmant, de eccleſia hæc dixiſſe Apoſtolum, tanq̃ enixe prohibeat ab eccleſia eſſe ad eccleſiam tranſeundũ, quod eſſe adulterium dictitant.

SOBRIVM.) Hoc eſt, perſpicacem & meditabundum, nullis huius ſæculi curis uel mœrore offuſum.

PVDICVM.) Hoc eſt, abſtinentem & moderatum.

ORNATVM.) Hoc eſt, grauem & honeſtum,

HOSPITALEM.) Si enim ſe ſuis ciuibus duntaxat probum præſtiterit, & hoſpitalem generis affectionem ſequetur. Oportet itaq;, ut in alienos etiam liberalem ſe præbeat. Quod ſane maius eſt fraternæ charitatis indicium.

DOCTOREM.) Quæ dicta ſuperius ſunt, uel a ſubditis exiguntur. Hoc autem docendi officium omnium præcipue ut inſit epiſcopis neceſſe eſt.

NON VInolentũ.) Non enĩ dicit hoc loco q mero madeat, ſed cõtumelioſum & temerariũ.

NON PERcuſſorem.) Non qui manibus quenquam affligat; ſed qui intempeſtiue inceſſat, & fratrum percellat animos dicit.

SED MODEſtũ, nõ litigioſum, nõ cupidũ.) Docet hoc loco queadmodũ queat & temulentiã q̃s euitare, & ne ꝑcuſſor dicat̃ effugere, ſi benignũ ſeip̃m uidelicet exhibeat, & minus cõtentioſum. Et q̃m dixerat ſup̃ius hoſpitalem op̃tere hunc eſſe, adiecit, nõ cupidũ, cũ ut oſtenderet eum eſſe hoſpitalitatis cupientiſſimũ, qui diuitias aſpernet̃, tum etiã ut inſtituat, ne q̃s hoſpitalitatis exercendæ occaſione theſauros congerat.

SED SVAE domui bene præpoſitum.) Hoc eſt, qui rei domeſticæ bene proſpiciat & familiam diligentius moderetur.

c FILIOS HA-

FILIOS HABENtem cum omni caſtitate.) Oportet enim ut eius ex domo cæteris prodantur exempla. Quis enim crediderit hunc poſſe alienos ſibi morigeros reddere, qui filios nequeat ſubiugare. Vel quo pacto alios moderatos effecerit, qui ſuos uiuere intemperantius ſiuerit. In omni autem caſtitate, id eſt, quæ uerbis & geſtu, & operibus ipſis præfertur, in omneſqꝫ & quouis tempore adhibetur.

Qui uult alienos ſibi morigeros reddere ſuos frenet & inſtruat.

SI QVIS autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit?) Nihil ſane aliud epiſcopi dixerim domiciliū, niſi exiguam eccleſiam aliquā. Si itaqꝫ rei cuipiā paruæ & infimæ, & quæ facile poſſit cognitione cōprehendi, præeſſe neſcierit, quo pacto tot hominū moderabitur uoluntates? Iure quæri hoc loco poteſt. Cuius rei gratia Paulus, qui a laicis & ſæcularibus uiris, magna quædā & iſtiuſmodi exegerat. Mortificate, inquiens membra ueſtra, quæ ſuper terrā ſunt. Et alibi. Hi aūt Chriſti carnem crucifixerūt, nunc ab epiſcopo parua quidem depoſcit, & tantæ ſublimitatis indigna. Videlicet ne temulentus ſit, aut percuſſor, & huiuſmodi, præſertim cū Chriſtus ad tollendā crucem iniungat, & bonus inquiat paſtor, animam ſuam ponat pro ouibus. Erat itaqꝫ ab epiſcopo exigendū, quod ad dignitatis ipſius celſitudinem ſpectat, ut angelum ageret, illiuſqꝫ duceret uitā, redderetqꝫ omnibus immunem ſe uitijs. Dixerim equidem per paucos dari poſſe, qui iſtiuſmodi nacti ſint uitæ perfectionem. Erat autem multis epiſcopis opus, qui ſingulis urbibus præſiderent, eoqꝫ & mediocrem ab his uirtutem exegit, quæ poſſet facile comperiri.

NON NEOphytū.) Non enī iuniorem hoc loco dicit. Quippe cū & Timotheus eſſet annos nō multos natus, ut in ſequentibus perdiſcemus, cū Paulus inquit. Nemo te ob iuuenilem ætatem cōtemnat. Sed eum Neophytū aſſerit, qui nuper ſit ad fidem inſtructus, & in ea recens plantatus. Nam ipſe inquit plantaui, Enimuero cum ex gentibus pleriqꝫ ad Apoſtolos ipſos cōcederent, & baptiſmo abluerent̄, nequaq̄ ait uelim qui nup baptiſmū acceperit, ad huiuſmodi p̄ſidendi munus hunc prouehi.

Neophytus.

NE IN SVperbiā elatus in iudicium incidat diaboli.) Si prius, inquit, quā optimus diſcipulus ſit, præceptoris illi officiū demandetur, intumeſcet hic ſane & in diaboli iudicium & damnationem concidet, qualem ille præ mentis elatione ſubierat.

OPORTET autem illum & teſtimoniū habere bonū ab his qui foris ſunt.) Hoc eſt, a gentibus ipſis, ne & hi quidpiam habeant, quo hunc criminentur, ſed uererentur potius ob eius queāt integritatem. Dicit aliquis. Quid inquā, ſi probus forte appareat, & improbus poſtmodū deprehendatur. Erit id quidem difficile cognitu. Nam ſolent hoſtes, uel eos carpere qui pfectioris ſint uitæ, neceſſe eſt ut ad reliquas eius uirtutes & aliorum optimū accedat teſtimoniū. Quid ergo ſi hunc ſine cauſa & immerentem calumnientur nōnulli? Fieri id quidem nequit. Nam eū qui ita uixerit, ut argui nequeat prauitatis, uel idem ipſo uenerabunt̄ gentiles, & decreta quidem, nō illius ſunt uitam improbaturi. Quemadmodū & Apoſtolos, non ut fornicatores & ſceleratos calumniabunt̄, ſed ſeductores dicebant, quod prædicandi officiū ſolum obijciebatur. Quod ſi concedatur, uel eum in modū ſe rem habere, ut per calumniā quis improbetur, nequaq̄ uelim huiuſmodi uir conſtituatur epiſcopus. Non enim ſunt multorū lucem ſpectantium & improbantiū animi obturbandi. Siquidem luceant inquit opera ueſtra ut uideant homines. Si nobis itaqꝫ teſtimonium ab inimicis eſt comparandum, longe magis ab his qui amicitia nobis ſunt coniuncti & fide.

Vix bene fungitur præceptoris officio qui diſcipulus eſſe non didicerit.

VT NON in obprobrium incidat.) Quippe cum futurum ſit, ut ab infidelibus increpetur, ꝙ prædicationem interpellaret.

ET LAQVEum diaboli.) Vel quia huiuſmodi hoīem gentiles illi confeſtim de medio tollerent, uel quia in ea flagitia quibus illi eſſent obnoxij, & hic laberetur. Quod ſane quia multos offenderet, merito dici dæmonum poſſet illa creatio.

DIACONOS ſimiliter.) Cur aūt quæreret aliquis, ſacerdotes hic præterit? Quia q̄ dicta de epiſcopis ſunt, ſacerdotibus cōpetunt. His nāqꝫ, & ut alios inſtruant, & ut eccleſijs p̄ſint, iniunctū eſt. Et ſola ſunt illis cōſecrationis cerimonia inferiores. Ait

Excepta conſecrationis cerimonia.

igitur &

monia, ſacerdotes ſunt epiſcopiſ æquales.

igitr & Diaconos ſimiliter, hoc eſt, eiſdem debere dixerim pollere officijs, ut hoſpitales uidelicet, benignos, et minus cõtentioſos, & hmõi reliq̃, ſeſe p̄beant neceſſe eſt.

PVDICOS.) His quidem uel inter cætera & pudicitia accedat, neceſſe eſt.

NON BILINgues.) Hoc eſt, ſubdolos & dolis inſtructos, ita ut aliter ſentiant, ac loquantur. Vel quorum uerba infirma ſint & nutantia, nec penſi habeant quicq̃.

NON MVLTO uino deditos, nõ turpe lucrum ſectantes.) Non enĩ temulentos dicit, hoc loco, & mentis nil compotes. Id nanq; dictu admodũ uideretur indignum ſed bibaces ut eſſent, prohibuit. Nam & ſi minus inebrientr, immoderatior tamen uini potatio, animi imbecillitat neruos, redditq; languidiores. Priſci uero illi orandi gratia templũ iam ingreſſuri, uino abſtinebant. Noſtri uero, ſi Deo placet, & uino utuntr ſupplicaturi, turpe lucrũ ſectantur, & nullũ undequaq; ſit repudiant commodũ. Hoc tamen loco turpe lucrũ ſectantem, auarũ intellige, & pecuniæ indigentem.

Non licebat antiquis ingreſſuris templum uinum bibere.

HABENTES myſterium fidei in conſcientia pura.) Hoc eſt, poſt ſuſceptam dogmatis rectitudinem, & uitam degant quæ criminis nequeat incuſari. Eſt nanq; purior conſcientia uita irreprehenſibili inſita.

ET HI AVTEM probentur primũ, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.) Quemadmodũ, inquit, epiſcopũ depopoſci haud quaq̃ neophytum, ſic nolim Diaconos iſtos niſi probatos deduci adminiſtrandum. Quinetiam & temporis proceſſu periclitandos hos dixerim, ſi noxa uacant & crimine. Quemadmodũ nec ſeruo quiſpiam, qui nuper ſit emptus, non ante domus gubernationem demandat, quam per aliquod tempus periculo facto probus appareat.

Non debet recens conuerſus adminiſtrandũ admitti, niſi p̄ceſſu temporis p̄bus appareat

MVLIERES ſimiliter pudicas.) Non enim de quibuſuis mulieribus diſſerit, ſed eas nunc profert, quæ & miniſtrandi funguntur officio. Eæ nanq; eccleſiæ cõferunt plurimũ. Nam niſi faceret de huiuſmodi fœminis mentionem, quid opus fuiſſet cũ de Diaconis & uiris tractet, de mulieribus etiam interieciſſe ſermonem.

NON DETRAhentes.) Id eſt, quæ neminem detrahendo incuſent, ut aniculæ factitant. Quæ dum per alienos domos uagantur, aliarum deferunt uitia.

SOBRIAS.) Id eſt, excitas & uigilantes. Cum enĩ conſtet leue eſſe fœmineũ genus, & captu facile, neceſſe eſt ut uigilantiã ſeruent & ſobrietatem, ut mente ualeãt.

Sobrietas mulieribus maxie neceſſaria.

FIDELES in oĩbus.) Hoc eſt, cõſtantes & ſtabiles, tam uerbis q̃ etiam operibus.

DIACONI ſint unius uxoris uiri.) Aduerte quemadmodum eandem uirtutem a Diaconis exigat, quam & ab epiſcopis ipſis exegerat. Quippe qui haud ſecus quam illi & caſti eſſe debent & irreprehenſibiles.

QVI FILIIS ſuis bene præſint & ſuis domibus.) Cunctis liberorum iniungit hanc curam, ne cæteri offendantur ſi educentur hi negligentius.

QVI ENIM bene miniſtrauerint, gradum bonũ ſibi acquirent, & multam fiduciã in fide, quæ eſt in CHRISTO IESV.) Gradũ, id eſt profectũ. Nam qui in infimis fuerint in rebus ſolertiores, ad ſumma mox pertingent faſtigia. Et ita ut in fide fiduciæ plurimũ nanciſcantur, hoc eſt, ut maiorem ſibi gloriã pariant. Nec in mundanis his dignitatibus aut pecunijs, ſed in fide, hoc eſt, in cunctis quæ ſecundũ fidem ſunt operibus, & ſermone. Iſtiuſmodi nãq; in eccleſia ipſa fulgebunt, qui cũ a Diaconatus gradu ad ſacerdotiũ, a ſacerdotio deinceps fuerint ad epiſcopatum prouecti.

HAEC TIBI ſcribo fili Timothee, ſperans me ad te uenire cito. Si aũt tardauero, ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei cõuerſari.) Ne diſcipulũ in mœrorem inducat, perinde cui ex his dictis offerri ſuſpitio poſſit, haud quaq̃ ultra p̄ceptorem ſe reuiſurũ, ſic inquit. Non enim eo hæc ad te ſcribo, quia nõ ſim ad te conceſſurus ſum enim oĩno uenturus. At ſi tardior fuerit meus ad te aduentus, habeas uelim formulã a me interea aliquam, quemadmodũ tibi ſit in eccleſia Dei uerſandũ. Bene aũt ſperans adiecit. Nam cũ ſpiritu hic ageretur, neſcius erat, quo ſibi eſſet adhuc abeundũ. Vnde & merito uidetur ambigere utrũ ſe ad Timotheũ poſſit conferre nec ne.

QVAE EST eccleſia Dei uiui.) Neq; enim exiſtimes uelim, domũ hanc hoim eſſe ope con-

eſſe ope conſtructam, ſed uiuentis Dei eccleſiam eſſe. Hoc eſt, tremendi illius mode ratoris, non demortui & imbecilli, quales ſunt gentium Dij.

COLVMNA & firmamentum ueritatis.) Hoc loco, cum Iudæorum templo eccleſiam confert, ſic inquiens. Illud quidem figuras & umbras quaſdam complectebatur, ueluti tintinabula & malapunica & cum ſacrificijs ſacerdotem. Hoc uero ueritatis eſt firmamentũ & robur. Cuncta nanq; quæ illi ineſſe conſtat & peraguntur, certiora ſunt & ſtabilia, nihilq; in ea eſt uel fucatum uel quod umbram aliquam præ ſe ferat, cuiuſmodi legis ſunt om̃ia. Pro tintinabulis nanq; clariſſimũ habet de Chriſto præconium, & pro punicis malis uitam contractiorem & caſtigatam, & fructũ interius aſſeruantem. Huic præterea & Pontifex præſidet, maximus Dei filius, cuius diuinum corpus, ſummũ eſt ſacrificium.

Hæc eſt inter legem & eccleſiam diſcrepantia quod illa figuras & umbras cõplectebatur hæc ueritatem.

ET MANIFESTE magnũ eſt pietatis ſacramentũ.) Sacramentum eſt ſane & myſterium, quod nobiſcum eſt diſpenſatũ. Et ingens quidem pietatis eſt ſacramentum Non enim de eo quis ambigit. At quo pacto dici id poterit ſacramentũ, quod & notius ſit & uulgatius. Antehac enim non omnibus erat id cognitum, ſed nunc plane innotuit. Quod autem Deus ſit incarnatus, neminem præterit, ſed incarnationis huiuſce modus multos clam habet, unde & myſteriũ dicitur. Aduerte autem Dei erga nos charitatem. Quandoquidem eius, tam admirabile ſacramentũ nobis aperuit.

QVOD MAnifeſtũ eſt in carne.) Cum enim Paulus quæ ad ſacerdotiũ faciunt explicaret, nil tamen eorũ quæ de ſacerdotibus in Leuitico p̃finita ſunt & explicita, nobis indixit. Tanq̃ id inq̃t. Neminem ſubeat admiratio, ſi ea quæ minoris momenti ſunt prætererim. Præcellunt nanq; magnitudine noſtra, neq; huiuſmodi aliquid in Leuitarũ inſtitutione cõpereris, cũ in noſtro hoc ſacramento ſiue myſterio Deus ip̃e ſe patefecerit. Quo pacto? In carne ſcilicet. Quippe qui diuinitate ſit inuiſibilis.

IVSTIFICAtus eſt in ſpiritu.) Aut enĩ id inquit, cũ cuncta ille ad hominũ ſalutem effecerit, & nõnullis qui corde eſſent & animo obdurato perſuadere nequierit, ipſe tamen iuſtificatus eſt, quia quod ſua interereat, fecerit. Vel eo dicit̃ iuſtificatus. Quia nihil deliquerat, neq; eius in ore inuentus eſt dolus, cũ hi qui pro lege iuſtitiã ſunt aſſecuti, ſpiritu ſeruitutis detinerent̃. Formidines nãq; & ſupplicia lex ipſa cõplectebatur, & eadem hæc peccantibus intentabat. Quippe quæ ſpiritu adoptionis careret. Dñs uero omnem ſancto SPIRITV impleuit iuſtitiã, iuſtitiæ cõſtubſtantialis exiſtens, eundemq; habens ſuaptenatura ſecũ manentem, quem & nobis largitur ut in eo iuſtificemur. Nã qui ſunt per Euangeliũ iuſtificati, & ſpiritus participãt plurimũ, & longo his interuallo p̃cellunt, qui p̱ legem ſunt iuſtificatione hanc aſſecuti.

APPARVIT angelis.) O myſterium admirandũ, nobiſcum Dei filium & angeli cõſpexere, quem antea nõ uidiſſent. Inquit enim. Et ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei. Idq; illi ab eius natiuitate quoad uſq; fuit in cœlum aſſumptus, miniſterium præſtitere. Conſtat enim hunc natum angelos collaudaſſe, & denunciaſſe paſtoribus, fuiſſeq; & in eius aſſumptione miniſtros.

PRAEDICATVS eſt gentibus, creditus eſt mundo.) Gentibus inquam, quibus nulla ſalutis ſpes ineſſe ſit uiſa, & condemnatis. Nec prædicatus eſt ſolum, quin & a terrarum orbe eius ſuſcepta eſt fides. Quod utiq; maximũ eſt. Tum eius qui prædicatus ſit, cum poteſtatis tum ueritatis argumentum non mediocre.

ASSVMPTVS eſt in gloria.) Hoc eſt, ſupra nubes eſt angelis miniſtrantibus ille ſublatus. Nec tamen in Heliæ modum ad cœlum ſubuectus, ſed in gloria.

SPIRITVS AVTEM MANIFESTE DICIT.) Hoc eſt, non adumbrate & ſub figuris, tanquam regulis Prophetarum aſtrictus. CAP. IIII.

QVIA NOuiſſimis t̃poribus diſcedent quidã a fide.) Cum enĩ conſtet circa fidem naufragiũ feciſſe nõnullos, nequaq̃ inquit mireris, ſi quidã ex hoc t̃pe Chriſtiani Iudæorũ ritus tutantur. Eſt nanq; ut in deteriora prolabantur, futurũ, qui ſectari Chriſtum uidentur. Hæc quidem non de Iudæis prædicit, quippe qui ſuperioribus

Apoſtolus ſutu

fuere tem-

rā hæreſum calamitatem denuntiat.

fuere tēporibus, ſed de Marçioniſtis & Manicheis, & cæteris hæreſum ſectatoribus.

ATTENDENtes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum.) Horum nanq; ſuggeſtione & opera, & eſcam detrectabant & nuptias. Arguit præterea & reliquas hæreſes, quæ omnes per dæmonū fallacias obrepſere & doctrinam. Nec tamen has apertius patefacit, ne illas in animos diſſeminet hominū, ſed eam quæ iam obrepſiſſet, eſcam ut diximus, & nuptias detrectantem, in præſentiarum oſtendit.

In eos inuehitur qui nuptias damnabant.

IN HYPOCRISI loquentium mendacium.) Hoc eſt, ea in quibus hi deprehenduntur mendaces. Non ut ueritatis ignari mentiuntur, ſed prudentes ſcienteſq; falſa hæc eſſe, pro ueris docere diſſimulant.

ET CAVTERIA tam habentiū ſuam conſcientiā, prohibentiū nubere.) Hoc eſt uitæ ſunt nequioris. Et cū ſibi ſint hi multarū ſordiū conſcij, eo & illorū cōſcientia & ineluibiles habet uitæ inuſtiōes impurioris, & matrimonū improbat. Nā ſi eorū uita purior eſſet, & cōſcientia labe careret, nunq̄ q̄ Deus benedicendo ꝓbaſſet, uituperarent. Qui tn̄ haud faciūt ſecus, ac ſolent, qui cū laborant ex ſtomacho, eo cibū repudiāt, quia noxios intus humores cōtineant. Quid igiť, nū ipſi nuptias ꝓhibemus. Abſit. Quinpotius eū ad cælibatū hortamur, qui nuptias fugiat, eoq; & honoratior ſit. Haud tn̄ propterea ignominioſæ ſunt nuptiæ, ſicut neq; ob id contemneť argentū, quia maioris ſit prętij aurū. Quod eni honoratius eſt, honore illud excedit, quod ſit honoratū. Et melior quiſpiā quod bonū eſt ſuperat bonitate, non malū. Qui poteſt itaq; habeat ſecum uirginitatis hoc aurū, qui minus, nuptiarū argentū excipiat.

Bona nubentiū caſtitas melior uirginum.

ABSTINERE a cibis q̄s Deus creauit, ad ꝑcipiendū cum gratiarū actione fidelibus.) Id eſt, conſulentiū fore a cibis abſtinendū. Quæret aliq̄s. Quid ergo? Nōne uel infidelibus ipſis in eſcā creauit hoc Deus? Ita quidem. Hi tn̄ ab his ſeipſos coercent. Quid præterea, nonne prohibeť & luxus? Admodū. Haud tamen moderata cibi deſumptio. Nam ut modū hæc præfert, ſic luxus modū excedit. Quinetiam nec luxus ipſe tanq̄ impurus & ſordidus prohibetur, ſed quia ſuo exceſſu animā perdat.

Damnatur luxus nō quia impurus ſed quia animā perdat.

ET HIS QVI cognouerūt ueritatem.) Videntur ergo Iudaica illa figurā duntaxat prætendiſſe. Nūc uero ueritatem extare liquet. Arcebať enim Iudæorū innumera multitudo a plurimis eſcis, non quia eſſent imundæ, ſed ne delitijs ſe addicerent. Et ut a multis cibis coerciti, oues cū immolarent & boues, non ignorarent, quales Deos ſibi feciſſent egyptij. Veritatem autem, uel in Chriſto fidem intellige, uel eam ſimpliciter, quam hic cognouiſſent. Si qualem quæras, audi quæ inſequuntur.

QVIA OMNIS creatura Dei bona.) Et erant, inquit, bona ualde quæ fecerat. Sub creaturæ autem appellatione, omnia quæ nobis ſunt in eſum expoſita, deſignauit. Vnde & hæreſim illam extirpat, aſſerentium omnem materiam nullam habuiſſe originem ex qua hæc prodierint quibus nos ueſcimur.

ET NIHIL reijciendum quod cum gratiarū actione percipitur, ſanctificatur eni per uerbum Dei & orationem.) Ergo immundū erit, niſi ſanctificetur. Nequaq̄ Sed ex permiſſu id ponit. Nam primū aſſeuerando nihil dicit immundū, deinde concedimus inquit immundum id fieri, habes tamen quam adhibere poſſis medelā. Cruce obſigna, laudem Deo & gratias redde, ſic immunditia omnis et fœditas dilabetur Cum enim gratias agimus, omnia emundantur. Qui uero ſecus ſe geſſerit, & perinde ingratus nec gratias egerit, hic plane conuincetur impurior & inquinatus. Licebit igitur & idolothytum eundem in modum purgari, ita tamen, ſi idolothytum eſſe id ignoramus. Quo ſi ſcientes nos ueſcimur, eadem nos labe coinquinabimur. Nō quia illud idolothytum ſit, ſed quia legem ipſi tranſcendimus, iubentem minus debere nos dæmonū menſe participes fieri. Quo fit, ut tua uoluntas infectior ſit tanq̄ præuaricatrix, non eo ꝙ cibus ille ſit inquinatus.

HAEC PROponens fratribus bonus eris miniſter, IESV CHRISTI.) Hæc. Quæ iſta Q; magna ſcilicet magiſterij dignitas, q̄dq; abſtinere hoc modo a nuptijs & cibaribus dæmonū fiat ſuggeſtione, & alia quæcūq; ꝓdixit eiuſmodi. Proponens aūt, hoc

eſt conſulens

eſt,cõſulens & perſuadẽs.Neq; ẽm impãs dixit. Quippe in q̃s nullũ eſſet imperiũ.

ENVTRITVS uerbis Fidei & bonæ doctrinæ,quã aſſecutus es.) Dixit propo nẽ hæc fratribus & conſule. Nunc uerò uel tu ipſe inquit enutritus,id eſt, frequẽter eadem illa cõuoluens & quaſi ruminãs reuoca. Enutritus uero ideo intulit,ut indeſi nenſẽ eius in his attentionẽ oſtenderet. Vt quemadmodum ſemper corporis alimẽ ta percipimus,ſic etiam aſſiduis quæ ad Fidem faciunt,uerbis enutriamur. *Vt corporali alimẽto quotiã die nobis eſt opus ita ſpirituali.*

INEPTAS autẽ & aniles fabulas deuita.) Hoc eſt,fratribus quidem ut dixi,id conſule. In his uero qui fuerint peruerſi, non multũ operæ ſuadendo & laboris im pende. Nam ut nihil his poteſt utilitatis afferri, ſic poterit obturbatio aliqua obori ri. Quin uidebere potius imbecillis & fragilis qui obſiſtere illis nequieris,nec illorũ corrigere improbitatẽ. Fabulas autẽ, Iudaicas dicit obſeruationes. Vel quia cõmen titiæ ſint,uel quia neceſſariẽ minus aut opportunẽ. Exempli gratia. Si hominẽ mihi obtuleris annos natũ triginta lactari iam uellẽ,quã ille ridiculus deprehenderẽ. Quia præter ætatem ac tempus,lac ſugere more infantium concupiſcat. Aniles autẽ dicit ob uetuſtatẽ Iudaicos ritus,tanquam inueteratos,& nullius momẽti. Vel quia ani culæ inania quædam & ſuperuacanea fabulantur. Ineptas,ſiue ut græce prophanas. Quia Fidei uidentur illudere. Nam uelle adimum qui has fabulas euincat,& Iudai cas illas ineptias ſuperet,legis formidine coercere,impurius eſt & iniquũ imperiũ. *Non eſt cũ peruerſo et incorrigibili multis agendum.* *Aliàs animum*

EXERCE autem teipſum ad pietatem.) Hoc eſt,ad Fidei puritatẽ, & uitæ opti mæ rectitudinem. Id nanq; pietas ipſa prętendit. Eſt itaq; exercitatio hæc neceſſaria, & laboribus aſſiduis opus. Qui ẽm cum uel nullum ſit certamẽ propoſitũ,ſeipſum certando exercet, parere ſibi ſudores contendit,ut præmium aſſequatur.

NAM CORporalis exercitatio ad modicũ utilis eſt.) Nõnulli corporis exercita tionẽ ieiuniũ dicunt,q̃d tñ ſecus ſe habet. Siquidẽ ſpiritalis ſit. Nam & ſi corpus per inædiã maceraẽ,Spiritus tñ eſt uigilãtior. Sed corporalis exercitatio corporis eſt agi tatio quædã, quæ cũ laboris habeat plurimũ, parum tñ & ad breue corpori ſit pro *Corporalis exercitatio parũ utilis,pietas maxime.*

PIETAS autẽ ad omnia utilis eſt,promiſſionẽ habens uitæ quæ nunc (futura. eſt & futuræ.) Vel in hoc ſæculo pietas inquit hominẽ iuuat. Nam qui nullius ſi bi mali eſt conſcius,& dum uiuit lætatur,futurorum bonorum,pro certioribus du cens promiſſa, & eo in ſæculo uerã uicturus eſt uitam. E quadam itaq; præſentis & futuræ uitæ comparatione, pietatis ipſius excellentiam patefacit.

FIDELIS ſermo & omni acceptiõe dignus. Hoc eſt,uerax & dignus ut a cun ctis excipiaẽ,ut qui nequaq; ambiguus ſit. Quis ſermo iſte? inquiet aliquis. Nimirũ qui certo affirmat,cũ in hac uita,tum in ſuperna illa prodeſſe plurimũ pietatem.

IN HOC enĩ laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deũ uiuum.) Et cu iuſmodi ſit pietas iſta demõſtrat,& qualẽ Apl̃i ipſi ptractent. Cõfirmatq; uti & uitæ futuræ, ſpem ipſe ſit nactus. Inquitq; & in hoc,hoc eſt, pp̃ter hoc,et laboribus ipſi & probris afficimur. Nã quo pacto & gladios ſubiremus & mortẽ,niſi futura illa ope riremur,quæ poſt obitũ nobis daturus eſt uiuẽs Deus. Hic nãq; & ſi milites pro im peratore ſeſe periclis obiectent,mercedẽ tñ plerũq; amittunt,cũ interea e medio tol lit Impator,Rex uero noſter ille,perpetuo uiuit,eoq; & quæ perpetua ſunt largiẽ.

QVI EST Saluator omnium hominum,maxime fidelium.) Hoc eſt,ſic illi pla citum eſt,ut cum in præſenti hac uita,tum in futura illa & cœleſti, uniuerſi homines aſſequantur ſalutem. Quippe qui ſtudij plurimum in tutandis fidelibus ipſis impen dat. Ni enim hos ille ſaluos efficeret,qui poſſent ✱ mortalium cum undique oppu gnentur,obſiſtere? His autem dictis, & Timotheum impellit ad pericula obeunda, perinde ac ſi dicat. Nihil uelim in demandato officio elangueſcas, cum tam benefi cum habeas Deum. Neq; ab alijs opem depoſcas, ſed tua omnis ſit in eo ſpes ſita. Vi uit enim ille perpetuo,& ſaluos reddit in ſe confidentes. *Deus uult oẽs ſaluos fieri.* *Aliàs mortalibus.* *Non eſt auxilium niſi à domino.*

PRAECIPE hæc & doce.) Nõnullis doctrina eſt opus,nõnullis p̃cepta ſunt ne ceſſaria. Furtũ nanq; nõ inſtruendo,ſed iubendo p̃hibeẽ. Hoc eſt, formidine & au

Ee ctoritate

ætoritate uetaſ. Cum uero de re familiari leuanda, & egentibus ipartienda, deq; celibatu & ieiunio eſt diſſerendū, doctrina eſt opus. Quo circa utrūq; id indicit Apſtus, præcipe.ſ. & doce. Vel aliter. Cum nihil ignari, ſed prudētes & ſcij in prauū aliquod facinus labimur, ꝓcepto egemus. Cum uero ignorāter delinquimus, diſciplina.

NEMO ADoleſcentiā tuam contēnat.) Cum cōmunis quædā ſit & præſumpta opinio, contēptibilem eſſe adoleſcentiā, præcipe inquit audētius, & nemo iuuenilē hanc tuā aſpernetur ætatē. Eſt enim neceſſe ut nō contēnatur, qui alios inſtruit. Dicet aliquis. Quo ergo abceſſit humilitas? Eſto inquit, cum tibi inferſ iniuria humilis. At cum de aliorū ſalute certaſ, auſteritate eſt & acrimonia opus, Vtq; & Fidem eius imperet. Vel forte infert, ſi uitā honeſte tranſegeris, nequaq; tua adoleſcētia, & ſi natura ſit contēptibilis, paruifiet, ſed admirationi potius erit. Subiungit itaq;.

SED EXEMplum eſto fidelium.) Hoc eſt, præuius ipſe alijs exhibe uiuēdi formam, & regulam te uitæ melioris præſtiteris.

IN VERbo.) Vt facile & uerba ꝓmas, & ad loquendū, quæ Dei ſunt, ꝓmptior ſis & paratior.

IN CONuerſatione.) Vel ciuili uel eccleſiaſtica.

IN CHARitate.) Qua in omnes utaris.

IN SPIritu.) Id eſt, in ſpiratali cōfirmatione & ſtatu uel Spiritus dono, ut nihil eo accepto ſuperbias.

IN FIDE.) Recta ſcilicet, & indubitata, quam Deo quis adhibet, uel in his quæ fieri non poſſunt.

IN CASTItate.) Hoc eſt, in puritate, ſiue uirginitatē exerceas, ſiue cōtinentiā.

DVM VEnio attende lectioni.) Si Timotheo iniūgit ut ſacris lr̄is uacet, qd nobis erit agendum? Quin etiā & Paulus ipſe ad finē uſq; diuinis ſcriptis intēderat, ut alios poſſet inſtruere. Conſolaſ autē & Timotheū cum inquit, dum ad te uenio, ſpe quadā illi allata præceptorē ſe aliquādo uiſurū. Iure em̄ inſtructore orbatus, Paulū requirebat. Verū cur dum uenio dixit? Quia par erat cum iunior eſſet ætate, pleraq; hunc ignorare, & pro neceſſario ducere, Pauli ad ſe aduentū ut quorū eſſet ignarus ab eo ꝑdiſceret. Ait ergo, quo ad ipſe ad te ꝓficiſcar ſcripturas ꝑlege. E quibus intelliges, quēadmodū alios cōmonefacias. Ipſe uero & reliqua ſuppeditabo, cū uenero.

EXHORTAtioni.) Qua ſcilicet ad eos utaris, qui mœrore afficiuntur, uel qui negligenter ſe gerunt.

DOCTRInæ.) Qua oēs, rem oēm edoceas, ad ſalutē conſequendā ſpectantē.

NOLI NEgligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam.) Doctrinæ hoc loco gratiam dicit, quam ille cum Epiſcopi munere fungeretur, accepit. Per prophetiam, hoc eſt, Spiritu ſancto iubente, ut dictum eſt ſupra.

Manuū impoſitio prodeſt plurimū.

CVM IMPOſitione manuū Preſbyterij.) Hoc eſt, Epiſcoporū. Aduerte quam illud tremēdum ſit, & quantū ualeant Pontificum impoſitæ manus.

HAEC MEditare, in his eſto.) Hiſdem de rebus hunc ſæpe cōmonefacit, ut Epiſcopum arguat debere omniū maxime, his quæ ſuperius dixit, incumbere.

VT PROfectus tuus manifeſtus ſit oībus.) Neq; em̄ in uita ſolū recte degenda, ſed & uerbis quæ ad aliorū faciant inſtructionē, & cæteris ſint documēto. Aduerte aūt quemadmodū hunc maximū in modum proficere uolebat Apoſtolus.

ATTENDE tibi & doctrinæ, inſta in illis.) Hoc eſt, tibijpſi uaca, & cæteros inſtrue diligētius.

HOC ENIM faciens & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.) Qui enim oblectatur docendo, ſibi primū conducit, & cum alios cōmonefacit, corde compungitur. Vnde cum ſibi, tum illis parat ſalutem.

CAP. V.

Seniores etiā ſi deliquerint non ſunt increpandi.

SENIOREM NON INCREPAVEris, ſed obſecra ut Patrem.) Neq; enim de eo nunc diſſerit, qui in Eccleſia dignitate fungatur, ſed de alio quouis, qui per ætatem ſit ad ſenectutem prouectus. Qui inquiet aliquis, ſi obiurgatiōe indigeat? Vel hunc ut Patrem conueni, precareq;, ut a malo deſiſtat.

IVVENES ut fratres, anus ut matres.) Cum em̄ hoīes grauiter ferant cū obiurganſ, & eo magis, cum ab his arguunſ, qui annis ſunt longe inferiores, huic rei benignitate

Aliâs mederi

gnitate uideꝛ, iuuenes inquiēs ut frēs, et anus ut matres, cū delinquūt cōmonefacito.

IVVENCVLAS ut ſorores.) Cum em̄, inquit, iunior ætas natura petulans ſit, & frenorū impatiens, ita ut caſtigationē minus admittat, mitius erit hæc ꝑtractanda, ne (corripientē repudiet.

IN OMNI caſtitate.) Cum enim ſuſpitionē inducant, qui cū femella & adoleſcentula cōferunꝛ ſermones, neceſſe eſt tamē ut has alloquaꝛ epiſcopus, caſtigetq́ꝫ lenius. Ait igiꝛ, in omni caſtitate loquere. Hoc eſt, nō modo ſcelus ipſum concubitus omnino defugeris, ſed & aliam oēm ſuſpitionis cauſam euitabis. Hæc aūt, non Timotheum monēdi gratia ſcribit, quippe quē ſciret caſtiſſimum, ſed noſtri, qui poſteri ſumus, ut & ipſi ſuſpecta omnia caueamus.

Cauēdum non tantum malum ipſum, ſed & mali ſuſpicio.

VIDVAS honora, quæ uere uiduæ ſunt.) Verum cur nullam hic facit de uirginibus mentioēm? Forte quia nondū erant ea in urbe uirgines quæ fideles iam eēnt. Honore autē uiduas hunc proſequi iubet, tum quia nec uiros habent qui illas tuentur, tum quia uiduitas ipā & probro digna uideꝛ & deteſtanda, & ideo a preſbytero honore quodā modo ſubleueꝛ neceſſe eſt. Et hæ præcipue uiduæ ſunt ſubleuandæ, quæ uiduitatis dignitatē aſſeruant. Quæ aūt hæ ſint, progrediendo perdiſces. Fieri ergo poteſt, ut & uiro careat aliqua, nec tamē uidua eſſe coarguatur. Honora autē, hoc eſt, commiſerere, & neceſſaria illi ſuppedita,

SI QVAE autē uidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam pie regere.) Pie regere, matris uel nutricis dicit ſenectam alere. Eſt nanq́ꝫ parentum dignitas diuina quædam. Ediſcant igitur, inquit, tam filij quam nepotes eorum matribus honorem deferre, hiſq́ꝫ & alimenta præbere & benefacere.

ET MVTVAM uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum eſt coram Deo.) Parentibus, hoc eſt, nutrici & matri. Aduerte ne gratos nos in parentes eſſe uelit Apoſtolus, cum uicem inquit, reddendam eſſe parentibus, quia nos educarunt, & ad maiorem prouexere ætatem, infertq́ꝫ. Id enim eſt Deo pergratum.

Aliás num

QVAE AVtem uere uidua eſt deſolata ſperet in deū.) Dixit ſuꝑius uiduas honora, q̄ uere ſunt uiduæ, ꝓinde uiduis interiectis q̄ minus ſint uiduæ, quippe q̄ liberos habeant ꝓcurādos. Nunc ſubdit q̄ uere eſt uidua, & eam eſſe hanc aſſerit, quę neminē habeat qui ſibi ꝓſpiciat, non nepotē non filiū, ſed eius ſpes oīs in Deo ſit affirmata, quæ & honore ſit ꝓſequenda, & illi quæ ad uitā ſpectant, ſubminiſtranda.

ET INSTET obſecratōibus & orōnibus die ac nocte.) Merito iſtiuſmōi diſſerens uiduas cōſolaꝛ, ut quæ Deū habeant oīm loco. Nam & ſi mulier quæ filios nutrit, mercedē aſſequiꝛ, haud quaq́ꝫ tamē & his īminuta eſt dignitas, qa filijs careant.

NAM QVAE in delicijs eſt uiuēs, mortua eſt.) Cum em̄ pleræq́ꝫ eo malint in uiduitate ꝓſtare, ut liberius ꝑagant, q̄d animus tulerit, Sic inquit. Vidua quæ per delicias uiuit & luxum, & ſi ſenſibilem uitā hanc ducere uideaꝛ, Spiritu tamē demortua eſt. Si itaq́ꝫ nequaquā mulieri permittit ut in delicijs agat, cuius forſitan & natura & ætas eſt imbecillior, quid uiris eſt obiecturus, qui luxui ſe & delicijs addixerunt.

Vidua deliciis & luxui dedita uiuit quidē corpore, Spiritu tamen eſt mortua.

ET HAEC præcipe ut irreprehenſibiles ſint.) Vides quemadmodum pro lege haberi id uelit. Neq́ꝫ enim uoluntati permittit quo minus delicietur, ſed quia pro delicto hoc interdicit. Præcipe enim cum inquit, illud deſignat, id eſt, acerrime prohibe, ne iſtiuſmodi committantur.

SI QVIS autē ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet in Chriſto.) Ea inquit, quæ in delicijs diuerſatur, ea mortua eſt & plane interijt, quia præter ſeipſam nil aliud curat, cum & domeſtici omnes, hoc eſt, fideles curandi ſint, & hi præcipue qui genere nobis proximi ſunt, & conſanguinitate coniuncti.

FIDEM NEgauit.) Cur Fidem inquit negauit? Quia eius nequaquam ſunt in Deum credētis. Si em̄ crederet, illum utiq́ꝫ audiret dicentē. A domeſticis qui tuo ex ſemine ſunt, nō auerteris. Deum em̄ profitētur ſe ſcire, operibus autē negant.

ET EST infideli deterior.) Eo quidem deterior eſt, quia qui Fide caret, & ſi alienos contēnit, ſuos tamē, naturæ obediens, non aſpernatur. Hic uero legi ut huma-

Ee ij   næ, ita &

næ, ita & diuinæ maxime aduerſatur. Nam quis eum crediderit in alienos eſſe beneuolum, qui ſuos neglexerit. Quod ſi & externos ſuis poſthabitis uideatur commiſerari, cur nō ſuperbiæ ſit adaſcribēdum? Reputa igitur ſi longe eſt infideli deterior, qui ſuos nil curat, quo malignitatis ſtatuendus ſit gradu, qui illis iniuriam fecerit? Quin nec ſatis huic ad ſalutem erit propria uirtus, ut qui & ſi uirtute ſit præditus, nequaquam uel inſtruxerit, uel commonefecerit genitores.

Quæ ſint uiduarū numero annumerādæ.

VIDVA eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor.) Cum ſuperius dixerit eam quę delicijs uacet, nec ſuis prouideat, indignam eſſe quæ uiduarū numero interſeratur. Nunc uero nos edocet, quid illa ut habeat, ſit neceſſe. Et primū quidē ætatem præfinit, cauſam uero in ſequētibus explicabit. Neq; enim temere ſexagenariā illam decernit, tametſi uel in ea ætate poſſit aliqua indigna uiduitate haberi. Moxq; & unius uiri uxorē depoſcit, tanquā in eius caſtitatis & cōtinentiæ argumētum, & alia quædam ut in ſequētibus audies, ſint neceſſaria.

IN OPERIbus bonis teſtimonium habens.) Id ſane hanc poteſt uiduarum catalogo dignam efficere. Deinceps enumerat ſigillatim & opera.

SI FILIOS educauit.) Filios educare non eſt filios enutrire, ſed quemadmodum dicet, ut dictum eſt inſtituere, ut in Fide ſcilicet, & ſanctitate permaneant.

SI HOSPItio recepit.) Vides quēadmodū quæ in ſuos cōferunt uiduæ beneficia, illis ꝑpoſuit, quæ in alienos cōtulerūt. Nam cū, ſi filios educauit, dixiſſet, tūc & ſi hoſpitio excepit, adiūxit. Perinde ꝙd priori poſuit loco, magis expediat. Nā & ſi cæteris bonis careat quiſpiā, domum tamē habebit, ut ei ſub diuo manēdum non ſit.

SI SANCTorū pedes lauit.) Id uero intulit, quia & ſi alienos hoſpitio admittūt nōnullæ, ancillarꝫ tamē, non ſua in illis excipiendis utunt̄ opera. Cum itaq; uiduam actuoſam hic eſſe uelit & exercitā, non languidiorē & mollem, hanc ipſam per ſe iubet hoſpitibus īſeruire. Languor eñ & mollicies ipſa, eius eſt potius, quę in delicijs agit. Quin etiā ne quis inopiam oīno excuſet, ad hoſpitalitatē hanc exercendā, perinde ne domiciliū habeat quo hoſpites queat excipere, ſi pedes inquit, ſanctorū lauit. Iſtiuſmodi nanq; ablutio, nec ſumptus depoſcit, nec opes. Sancti aūt ſunt quotquot Fidem ſunt rectam cum operibus conſecuti, uel ſi nulla edant miracula.

Fides per charitatē operans & ſi miracula nō edat hominem ſanctū reddit.

SI PATIENtibus tribulatiōem, ſubminiſtrauit.) Si eos uidelicet, qui affictantur, pecunijs iuuit, ſi tutata eſt.

SI OMNE opus bonum ſubſecuta eſt.) Hoc eſt, ſi ipſa exequi id opus nequiuit, alteri tamē recte operanti bona hæc præſentia cōmunicauit.

SI SVBMIniſtrauit.) Videlicet ſi lectum ſtrauit hoſpitibus ad quietem, & alia huiuſmodi factitauit, quibus ſunt fœminæ accōmodatiores.

ADOLESCentiores aūt uiduas deuita.) Cur eñ de uirginū nil quicq̄ ætate definit? Nimirū quia uiduæ adoleſcētiores labendo iam ſæpius delinquebant, unde & occaſionē præbuere Apoſtolo, ut Timotheū hunc in modum cōmonefaceret, cum de uirginibus hiſce, nondum cōpertum huiuſmodi aliquid haberetur.

CVM AVTem luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere uolūt.) Hoc eſt, cū diu male caſtimoniā diſſimularūt. Vt ubi in delicijs ſunt & luxu uerſatæ, in Chriſtū ſupbiūt. Quē cum habere de cætero dedignētur in ſponſum, in nuptias recidunt, nubuntq;. Quippe q̄ haud quaq; certo animi iudicio, uiduitatē elegerint, in finē uſq; tuendā. Aduerte aūt quemadmodū & uidua Chriſtū habeat ſponſum, nec ſecus quā uirgo.

HABENTes damnationē, quia primam Fidem irritam fecerunt.) Fidem conuenta dicit & pactiones. Hæ itaq; inanes reddidere conuētiones, quas cum Chriſto pepigerant, quo circa & damnationem adipiſcuntur.

SIMVL AVTem & otioſæ diſcunt circumire domos.) Ad eam damnationem & aliud ſcelus accedit, id ſcilicet. Quia otiari perdiſcunt, & tempus incaſſum terere, cum per alienas domos uagantur. Otium eñ omne malum edocuit. Hoc itaq; adeo fœminis turpe eſt, ita ut uiros hoc ipſum dedeceat.

NON SO-

NON SOLum otioſe, ſed & uerboſe & curioſe, loquentes quæ non oportet.) Nõ iniuria hæ tales reddunẽ. Siquidẽ per alienas domos circũuagæ, aliorũ facta renũtiant. Vnde neceſſe eſt cũ indagare omnia uelint, ut curioſæ reddanẽ & nugaces. Quippe q̃ ad multos deferũt, quæ a multis geranẽ, & hunc in modũ prꝫcipites eunt.

VOLO ERGO iuniores nubere, filios ꝓcreare, matreſfamilias eſſe.) Maluiſſem equidẽ inq̃t maxīe, uiduas haſce a pactionibus cũ Chriſto initis, mīme deſciuiſſent. Sed cũ nuptias malint, & ipſe aſſentior, dũmodo iuniores ſint quꝫ nubere uolũt. Eſt eñ ſatius matrẽfamilias fieri. i. domus & familiæ curã ſuſcipere, & aliquid operari, quã per alienas domos circũuagari, & ad nugas cõuerti, & otiũ. Cum uero dicit filios ꝓcreare, oſtendit eo his eſſe nubendũ, ut filios pariant & plures offerant Deo.

NVLLAM occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enī quædam cõuerſæ ſunt retro poſt Sathanam.) Qui matreſfamilias fieri has uelle ſe dixit, ne uideatur quietem illis & otium ad delicias contuliſſe, adiecit nullam occaſionem aduerſario dare, perinde ac ſi dicat. Ita domũ & familiam curent, ut nihil anima patiaẽ iacturæ. Aperit præterea hoc loco, qua mente illis ut nubant cõſenſerit, uidelicet ne occaſionẽ præbeant aduerſario ut ſeſe illudant, ut cum Chriſto denupſerint præ iuuentutis infirmitate, adulterentur. Quo circa eo has inquit, ſub matrimonij iugo traduxerim, ne ſi cũris uacauerint, quæ dicta ſunt mala, mox ſubſequantur.

SI QVIS uero fidelis habet uiduas filia ſubminiſtret illis.) Atqui fideliũ uiduas haud quaquã deceret, ut ab infidelibus alerenẽ, ne illoꝝ ope uiderenẽ egere. Cum uero ſubminiſtret inquit, quod ſatis ſit, his arguit tribuendũ nihil ad luxum.

VT NON grauetẽ Eccleſia ut his quæ uere uiduæ ſunt ſufficiat. Qui eñ uiduas ſuas aluerint, & Eccleſiæ uiduas conducãt neceſſe eſt, ut nihil aliarũ onere oppreſſa Eccleſia, maiore copia rerũ quas habet, enutriat eas ſcilicet, q̃ uere ſunt uiduæ. Hoc eſt, quæ nec uirũ habeant aliquẽ ſibi proſpicientẽ, & ab oĩbus ſint deſtitutæ.

QVI BENE præſint preſbyteri duplici honore digni habeanẽ, maxime qui laborãt in uerbo & in doctrina.) Quales hi ſint qui bene præſunt, dominus edocet inquiens. Bonus paſtor animã ſuam ponit ꝓ ouibus, uidelicet nemini parcens, ut oues curet. Honorẽ autẽ dicit, ut ex ſequentibus patet, quæ in uitæ alimoniã conferunẽ. Oportet eñ abundent, qui alios inſtruũt, his rebus, quæ hominũ uitæ ſunt neceſſaria. Ne horũ cura diſtracti, prꝫdicandi munus omittant. Sic eñ & olim Leuitæ degebant. Duplici aũt, quo ad uiduas uel ad diaconos, intulit. Vel duplici, pro abundanti poſitum eſt. Verũ ubinam gentiũ ſunt, qui optimo uiuendi genere opus eſſe affirmant, non ſermone, quo cæteri inſtruantur. Audiant Paulum uti ſermonẽ hoc loco cæteris præferat. Eſt nanqꝫ, & ſi aliud quidpiã, ſermo hic apprime neceſſarius. Nam cum aliqua de decretis inciderit diſceptatio, quodnam ea in re prodeſſe uitæ genus, uel optimũ poterit. Sermonẽ uero non tumidũ exigit & iactabundũ, ſed qui ſacrorum ſcriptorum ſit uirtute & ſenſu refertus, utcunqꝫ ſit ille pronuntiatus.

Quales eſſe debeant, qui præſunt. Abũdare debent neceſſariis qui alios inſtruũt ſermone, quo cæteri inſtruãtur magis opus eſt q̃ optimo uiuendi genere.

DICIT enī ſcriptura, nõ infrenabis os boui trituranti. Et dignus eſt operarius mercede ſua.) Subnectit & teſtimonia, legis alterũ, & alterũ Chriſti. Aduerte aũt quemadmodũ undiqꝫ cogiẽ inſudare, qui docet. Nã ut frumẽta diſſoluere & in grana deinceps cõminuere, nõ mediocris eſt labor, ſic et qui alios inſtruit, neceſſe eſt ad angoris & penuriæ & laborũ ſe tolerañiã præparet. Cum uero de operario diſſerit, oñdit nequaqꝫ hunc oportere delicias & quietẽ congrere. Operarius nanqꝫ ſua eſt dignus mercede, ſiue cibo dixeris & uictu. Qui uero nil opaẽ, uel his indignus eſſe arguiẽ.

ADVERSVS preſbyterum accuſationem noli admittere.) Contra iuniorem accuſatio uel ſine teſte eſt admittenda. At ſi fieri poteſt, contra neminẽ admittatur, ſed in eum præcipue, qui prouectiori ſit & ſenili ætate. Nolim delatores admittas, non enim dixit. Et in hunc noli iudicium ferre, ſed ne accuſationem inquit admiſeris. Hi nanqꝫ per ætatem minus delinquũt, quam ſolent adoleſcentes. Preſbyterum autem hoc loco ſenem dicit.

Delatores in ſenẽ non ſunt facile admittendi.

NISI SVB duobus uel tribus teſtibus.) Cum em̃ ex ſuſpitione & cõiectura pleraq; iudicent̃, poſſunt quidẽ & teſtes ex priſca lege haberi, q̃ delicti coarguãt. Quid tũ, inquiet aliq̃s, Si & hi mẽtiant̃? Id ſane p raro cõtingit. Licet tñ uel id iudicio indagatũ comp̃hendi. Moris eſt tñ, duos in teſtes ꝑduci, quãdoquidẽ peccantes ſeorſum & clam praua cõmittunt. Quid p̃terea ſi palam aliquis crimen ꝓfiteatur, & nulli ſint teſtes, ſi tamẽ ſuſpectior qui delicta cõmiſit. Hac de re fecit ſuperius mentionẽ, cum dixit. Oportet autẽ uel ab his qui foris ſunt bonum habere teſtimonium.

PECCANTES autẽ coram oĩbus argue, ut & cæteri timorẽ habeant.) Hoc eſt, eos qui in prauis facinoribus perſeuerant, & quos inquirendo deliquiſſe compereris, propalã obiurgato. Non ut iracundiæ medearis, ſed ut cæteri affecti formidine a Peccatis abſtineant. Oportet itaq; ut alijs terrori Epiſcopus ſit. Nam ut ſine cauſa quẽpiam condẽnare, temeritatis eſt & imprudentiæ, ſic ſontes & noxios non increpare, peſtiferũ. Nam in plures morbus in poſterũ diſſeminabitur. Verum cur dominus dixit. Vade & argue eum, inter te & ipſum, ſi in te deliquerit frater. Permittit tamen uel in propatulo ſi delinquere perſeueret redargui. Quid ergo? Nonne acerbius delinquentẽ percellit, aperta hæc caſtigatio? Quin cõtra potius illud offendet, ſi cum facinoroſus aliquis notior ſit, nec tamẽ a quoquã Peccati admonitus fuerat in preceps. Propterea Pharaonem & Nabuchodonoſor Deus, & alios q̃uã multos in mediũ productos, tormentis affecit, ut hominũ uita a uitijs cõprimeretur.

Qui delinquere perſeuerat, debet in propatulo redargui.

TESTIFICOR coram Deo & domino IESV CHRISTO & electis Angelis.) Cum de multis diſſeruiſſet, & præſertim de rebus cœleſtibus, nunc quia de iudicio dixerat, Deũ ipſum & horribilem ſane in modũ, in teſtem producit. Non ut Timotheo timorẽ inijceret, ſed magis ut confirmaret. Nam cum de ſeipſo ſic loquerer̃, ne alijs prædicans, ipſe reprobus fiam, longe magis Timotheo uerebar̃. Vocat autẽ & IESVM Filium in teſtem, tanquã ut in futuro poſſit iudicio excuſari, ſi aliter res quã ipſe iniunxerit, forte cõtingat. Cur autẽ, ſi quæras, & Angelos teſtificando complectitur. Nimirũ quia in eo iudicio & Angeli ſunt affuturi domini milites. Eſt p̃terea humanæ cõſuetudinis, tam præſtantiũ perſonarum, quã inferiorum excip̃e teſtimonium. Atqui & Iacob uel Deũ teſtatur & mõtes, & ſerui demũ hoc modo admittuntur in teſtes. Electis aũt angelis dicit, quia & dæmones angeli ſunt, ſed reiecti.

VT HAEC cuſtodias ſine præiudicio, nil agens per aduocationem.) Hoc eſt, ut æquum te præbeas litigantibus, ne fiat præiudicium. Id eſt, ne quis anticipando te circumueniat, & familiarem ſibi ac propitium reddat, ut ſecundum ſe uel ante iudicium ſententiam feras. Nec quidpiam uelim per aduocationẽ feceris, hoc eſt, ad gratiam, uel quod ad alteram partem ſis uoluntate propenſior. Perinde ac ſi dicat. Vocat te ex altercantibus alter, ſeorſumque cohortatur, ut ſe iuues, decernasq; eius eſſe cauſam potiorẽ. Noli ergo pro illius uocatu & exhortatione aliquid exequi.

MANVS cito nemini impoſueris.) Deſcendit tandem ad rem admodum neceſſariam, Eccleſiaſticorum uidelicet ordinum collationem, quibus haud dubie Eccleſia ipſa cõtinetur. Inquitq;, haud quaquam cito, id eſt, temere, uel cum primũ quempiam fueris ſecundo ve, aut tertio periclitatus, ſed ſæpe, ut diligenter omnibus inueſtigatis, manus cuiquam impoſueris. Neq; enim expers periculi ea res eſt. Quale autem hoc periculum ſit, ex his quæ ſubſequuntur intellige.

Non ſunt niſi quos diligenti cura probaueris, ad ſacros ordines promouendi.

NEQVE cõicaueris Peccatis alienis.) Es nãq;, inquit, alienis delictis obnoxius his ſcilicet q̃ ille in futurũ cõmiſerit, cui manus impoſuiſti. Quo fit, ut uirtutũ illius particeps ſis futurus, ſi recte uixerit. Sic Peccatorũ non imunis, ſi praue. Eiuſdem & prauis eo obſtringeris facinoribus, quia nulla horũ habita ratiõe, tenebras lucẽ effeceris. Nec hunc ipſum denuntiaueris cõmiſſa prius deflere, & corde cõpungi.

NOLI ADhuc aquã bibere, ſed uino modico utere propter ſtomachum tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates.) Vides quẽadmodũ hunc uel tot affectũ laboribus aquæ potione macerabat Apoſtolus. Perdiſce ergo nequaquã grauiter ferre, ſi qui & nos

ad continen-

ad continentiã cohortentur. Quandoquidem Timotheũ & Paulus aquã tamdiu po
tantem, ut ſtomachũ morbo infecerit, de abſtinentia cõmonefacit. Neq; enĩ ſimplici
ter uino utere dixit, ſed modico cõfeſtim adiecit. Et ad proſperã ualitudinem, nõ ad
luxũ. Feruet enĩ ſuapte natura iuuentus, & celerrime ex abundãti mœro ad luxuriã
concitabitur. Quæret aliquis. Cur Paulus, qui a mortuis alios reuocabat ad uitam,
nõ huius aduerſæ ualitudini aliter medebat̃? Id ſcilicet, ut nihil ipſi hoc tpe offenda
mur, ſi ſanctos & innoxios male pati conſpicimus. Quinetiam ut nequaq̃ exiſtime-
mus ſupra noſtrã naturã fuiſſe ueteres illos, ſed homines & nobis aſſimiles. Demũ
ne Timotheus ipſe de ſua uirtute forſitan efferat̃, ſuperbiatq;. Conſtat p̃terea, cum
ob tuas frequentes infirmitates dicit, ualitudinariũ Timotheum illũ fuiſſe. Nec ſo-
lũ ſtomachi morbo laboraſſe, ſed alijs ★ membris affectũ, ægrotaſſe frequentius.

Cur Paulus qui mortuos ſuſcitabat, Timothei morbo nõ medebatur.

Aliás morbis affectũ

QVORVN dam hominũ peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudiciũ, quoſdã
autem & ſubſequunt̃.) Cum enim de eccleſiaſticis ordinibus cõferendis inſtitue
ret Timotheũ, noli dixit alienis peccatis cõmunicare. Verũtamen poterat & illud nõ
iniuria obieciſſe. Quid ſi ignarus & neſcius, ipſe id egerim, inſtituerimq; ad ſacros
ordines nõ merentem. Ad hæc tacite reſpondet Apoſtolus. Nõnulli inquiens, palã
& manifeſte delinquũt, quorũ peccata ad iudiciũ his ipſis præcedunt, id eſt, cõdem-
nant in propatulo, quę forſan inueſtigando deprehenderis. Subſequentur aũt cum
inquit, huiuſmodi ſunt, ita ut facile queas hæc internoſcere. Quorundã uero incer-
ta ſunt & obſcura delicta, aliquid p̃tendit, tanq̃ id dicatur. Licebit & hos præcauere
qui prauis facinoribus obſtringunt̃, cum imparticris. Quod ſi illorũ ignores impro
bitatem quos ipſe ſacraueris, nequaq̃ eris crimini ipſe obnoxius, ſed culpa uacabis.
Et illi quidem pro ſacratis habent̃, tametſi uita fuit minus probata. Non enĩ ſacra il
la dona improbitas ulla diſſoluit, quæ oĩno illum ſequuntur, cui fuerint collata. Ma
gnus uero Baſilius in aliũ ſenſum hæc uerba traducit. Neq; ad eos hęc retulit, qui cõ
ſecrandi ſunt, ſed ita inq̃t. Si forſitan quiſpiã fornicetur frueretur ue, hunc id ſolũ de
licti præcedit, ad iudiciũ trahens. Verũ ſi prauo quis edocet, & p̃nicioſioris ſapien-
tiæ ſtudiũ affert & diſciplinã, hunc ſane peccatum ſubſequit̃. Quod utiq; nõ in ipſo
uel extinguit̃ uel finitur, ſed reſtant eiuſmodi peſtilentis doctrinæ ſucceſſores. Cu-
iuſmodi ſunt Græcorũ ſapientes, quales & reliqui omnes qui p̃ter eccleſiaſtici do-
gmatis ueritatem, multa cõſcribunt. Daturi aũt hi pœnas ſunt, non ſolum quia ipſi-
met erroribus ſunt inuoluti, ſed quia ſe ſubſequentibus, erroris cauſam præbuere.

SIMILITER autem & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent abſcon
di non poſſunt.) His dictis eos præcipue qui recta geſſerint conſolatur, affirmãs
& in præſenti hoc ſæculo patere omnium facta, & in futuro, ubi nuda ſunt omnia.

QVICVNQVE SVB IVGO ſunt ſerui, dominos ſuos honore dignos arbitren CAP. VI.
tur, ne nomen Dei & doctrina blaſphemet̃.) Cõmonefacito, inquit, & inſtrue, ut
ſi uel infideles ſint dños nacti, morẽ illis ut ſerui gerãt, & omni honore dignos, & re
& uerbis exiſtiment. Neq; enĩ quia Chriſti fidem exceperint, credãt ſe liberos fore.
Verũ libertate utunt̃, cũ a prauis ſunt facinoribus liberi, corp̃e uero ſeruituti obno-
xij. Quæ ſeruitus p̃ libertate habet̃, cum eã pro Chriſti noĩe quiſq; ſubierit. Nam tũ
maxime deteſtarent̃ infideles. Chriſti dñi hoc ſanctiſſimũ dogma, cũ illud per fide-
les ipſos oppugnatũ iri cõſpicerent. Quippe q̃d ad tolerantiã & placabilitatem, ſe-
ctatores ſuos inſtituit, nec cõtumaces eſſe permittit. Quod ſi benignos ſe ſerui præ
ſtiterint, & ad parendũ faciles erunt, demirabunt̃ haud dubie dñi infideles, & obſtu
peſcent Chriſtianæ religionis uirtutem. Quæ tanti ſit, ut ſeruorũ etiam mores, qui
cõponi, & caſtigari haud facile poſſunt, tã faciles reddat, ut imperanti mox pareant.

Conuerſio ad fidem corporis ſeruitutem nõ tollit.

QVI AVTEM fideles dominos habent, nõ contemnant quia fratres ſunt, ſed ma
gis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, quia beneficis participes ſunt.) Neq; enim
quia baptiſmi gratia eum, qui tibi dominetur fratrem ſis nactus, contemptui haben
dum cenſebis. Quinpotius quia fidelis ſit & dilectus, hoc eſt, pro domino fratris lo-

cum ſortitur ob fidem, eo illi magis inſeruies, præſertim cum in te ſit idem benefi cus. Quippe qui ut te alat, aut ueſtem ſuppeditet, & bona reliqua impartiatur, curis maximis ✶ conflectetur. Habet ita plurimũ dominus æquitatis, ut emptionem pꝫ teream, quo te ſeruitute obſtringat. Cum uero dilectos inquit, ſeruis formidinem demit, & charitatem inducit. Nam quos uerentur & timent, eos plerunqꝫ & odio habent. Quin potius inquit, eo libentius ſerui dominis obſequantur & ſeruiant, quo & beneficiorum ſint effecti participes. Domini uero eo fideles ſunt & dilecti, quia beneficijs iuuant, quippe ✶ qui ſerui ut beneficiantur, curent.

Aliás affligatur.

Aliás beneficiis efficiantur.

HAEC DOce & exhortare.) Non itaqꝫ authoritate ſolum & dogmate docendi eſt opus, quod ſane cum doce inquit prætendit, ſed & benignitate & manſuetudine Quod cum exhortare dicit, præfertur. Fungitur quippe præceptor medici munere. Siquidem modo lenit, modo exaſperat ulcera.

Præceptor medici more nunc exaſperat mox leniat.

SI QVIS aũt aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus, qui ſunt domini noſtri IESV CHRISTI, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens.) Vides quemadmodũ in deſperationem inducat ignorãtia ipſa, & inſolentiã afferat, utqꝫ & qui ſanos ſermones nõ excipit, infletur & intumeſcat. Nam iſtiuſmodi tumor, animi ægrotantis & morbidi eſt a nimia corporis aduſtione, nõ alieno Non enim in ſuperbiã ille prolabiť, qui domini dicta perceperit. Is nãqꝫ qui ſeipſum exinaniuit, & ablutos diſcipulorũ pedes abſterſit, ſic inquit. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Is inq̃ humiles ſpiritu beatos dicit, & humilitate iuſtificatũ excepit. Qui iſthæc igiť, aut repudiauerit aut ignorat, intumeſcat et efferať neceſſe eſt.

SED LANguens circa quæſtiones, & pugnas uerborũ.) Eſt ergo languore & morbo affici, ꝑquirere & inueſtigare, quæ minus ſunt indaganda. Vbi enĩ deerit fides, & moribus ineſt, & uerbis contendiť. Quandoquidẽ qui ad ſuadendũ ſit efficatior, aduerſantem alterũ confutare conabiť. Atqui fides pro luminibus ipſis habeť et oculis. His qui caruerit, nil prorſus inueniet, ſed tantũ erit ad inquirendũ intentus.

EX QVIBVS oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ.) Dogmata enim quædam iniqua & praua, ex huiuſcemodi quæſtionibus ortum ducunt. Siquidem tunc & deteſtamur & maledicimus, & quæ minus decent ſuſpicamur de Deo, cum ad inquirendum incidimus.

CONFLICTAtiones.) Hoc eſt, ſtudia quædã ſuperuacanea, διατριβὰς enim quod græce habetur, diligentiam ſolemus & ſtudium dicere, quæ rei cuipiam impenditur Vel ſecundũ latinam traductionem, conſuetudinem dici hominũ mente corruptorum. Nam quemadmodum infectæ & morbidæ oues, ſi cum ſanis & integris diuerſentur, & illas morbo inficiunt. Ita & hi qui peruerſis ſint moribus uel dogmatibus prauis imbuti, eos corrumpent, quibus cum conſuetudinem ceperint.

HOMINVM mente corruptorum, & qui ueritate priuati ſunt exiſtimantiũ quæſtum eſſe pietatem.) Vides quemadmodũ & uerba contentioſa uel turpe pariant lucrum. Quippe cum homines iſtiuſmodi contendendo et altercando plures poſt ſe trahant diſcipulos & opes uendicent arte, & dicacitate ad ſe alliciant multos.

Contentioſos cum ſemel aut bis icrepaueris miſſos facito.

DISCEDE AB eiuſmodi.) Non enim dixit, uerbis contendito & hos oppugna ſed diſcede. Perinde ac ſi inquiat. Cum ſemel aut bis iſtos commonefeceris, miſſos facito. Qui enim poteris homines pecuniarum & lucri gratia altercantes, peruincere? Hos itaqꝫ cum corrigi nequeant, declina.

EST AVTEM quæſtus magnus pietas cũ ſufficientia.) Illi, inquit, longe falluntur, cum quæſtum male exiſtimant pietatem. Ineſt quidem pietati & lucrum, ſed nequaq̃ cuiuſmodi hi oppinantur, ſed longe præſtantius. Quandoquidem lucrifacere pietas dicitur, non cũ pecunijs affluit, ſed cum his caret. Sufficientia enim et quod ſat eſt, ingentium opum & ſtabilium ducitur loco. Nequaq̃ ergo animo concidant qui pietatem ſectantur, quod nullis abundent diuitijs, nec pecunijs potiantur.

NIHIL enĩ intulimus in hunc mundũ, haud dubiũ nec auferre quid poſſumus.)

Oſtendit

Oſtendit hoc loco id q̃ſtus, cui illi incũbunt & ſtudent, nullius eſſe momenti. Quippe quod noſtrũ poſt obitũ in terris ſit remanſurũ, nõ nobiſcũ commigraturũ. Quid ergo opus eſt nobis nimia rerꝫ abũdãtia, ſi nihil ſumus ex his uerã in patriã delaturi.

HABENTES autem alimenta & quibus tegamur his contenti ſimus.) Diffinit tandem quid iſta ſufficientia ſit. Aitꝗ ſufficientiam eſſe tantum rerum potiri, quantum nobis ad uictum ſat ſit, non ad luxum. Et talibus operiri, quibus tegatur, nõ ornetur hoc corpus, ſitꝗ in ueſtem quodcunꝗ offertur.

NAM QVI uolunt diuites fieri, incidũt in tentationem & laqueum diaboli.) Ex rebus præſentibus, ad bonorũ contemptum hortatur. Vt futura inquiens, omittam, præſentia hæc ipſi aduertite. Nec diuites dixit effectos, ſed uolentes diuites fieri. Poteſt nãꝗ diuitias quis poſſidere, & illarũ fieri contemptor, eas optime diſpenſando, et egentibus pro neceſſitudine impartiendo. Sic enĩ nequaq̃ dicitur quis opes appetere. In tentationem aũt & laqueum cadunt, qui a fide aberrant, & pro opibus his comparandis, periculis obuoluntur, & ſingulos quoſꝗ uerentur & timent.

Nõ quia diues ſit quiſpiã incidit in laqueos diaboli, ſed qui uult diues fieri

ET DESYDEria multa, & inſenſata, & nociua.) Quo enĩ pacto nõ inſenſati & ſtolidi hoĩs eſt argumentũ, picas & pſitacos alere, beluaſꝗ & piſces magno ambitu intercludere, & æquos auro exornare, uel ad domus uſꝗ faſtigiũ aquas perducere, & pauimenta ipſa ſectis tegulis & phengite lapide ſternere, ut magis eluceant? Hæc profecto oĩa nec ſane ſunt mentis, & officiunt plurimũ, animæꝗ theſauris obſunt, & ſenſibiles opes, quæ manibus adtrectantur, diſperdunt & delent. Quinetiã uel pleriꝗ cũ tyrannidem affectarent, iacturã ſunt demũ haud mediocrem perpeſſi.

QVEM MERgunt hoĩes.) Quandoquidem, ut dictũ eſt, deferre ſecũ nil pñt.

IN INTERItum & perditionem.) Ita ut neꝗ hoc ſæculo his bonis fruantur, in futuro plane deſperant, & morti adiudicentur.

RADIX ENIM omniũ malorum eſt cupiditas.) Quippe quæ nec uiuentibus parcit, nec mortuis. Quæ uel hos ipſos ſpoliat prædaturꝗ. Et in parentes ut inſurgãt liberos cogit & fratres ut cũ fratribus litigent, & humana ſimul & Diuina iura peruertit. Hanc itaꝗ ſi tollas auiditatem, nec bellum erit, nec odia, nec quiſpiam fornicabitur. Nam & fœminæ argenti cupiditate ſeipſas proſtituunt.

QVAM quidã appetentes errauerunt a fide.) Neꝗ enim ſinit cupiditas hæc ut ſalutis uia cernaẽ, quæ oculos hoĩm ad ſe cõuertit. Nam quo pacto Euãgelio fidem pſtiterit pecunijs inhians, cũ paupertatem illud indicat, et hanc ut ſectemur ſuadeat.

Nõ facile Chriſtũ ſectabitur, qui pecuniis inhiat.

ET INSERuerunt ſe doloribus multis. Quippe qui hac cupiditate tenentur, mœrent dum uiuunt, & dolent quod explere auidiſſimũ habendi animũ nequeant. Bene autem inſeruerunt dixit. Sunt nanꝗ ſentibus ſimiles curæ diuitiarum, ut teſtatus eſt dominus. Quæ undequaꝗ ubi ipſe attigeris, innatis aculeis manus cruentant infliguntꝗ uulnera & doloribus angunt.

Spinæ corpus lacerant, mentem diuitiæ.

TV AVTem o hõ Dei.) Magna pfecto hæc dignitas. Cũ enĩ mortales cæteri dei dicanẽ, proprie tñ iuſti nõ modo creationis rõne, ſed et ppinquitatis et cõiunctionis ſunt Dei. Noli ingt ea quærere aut ſectari, quę a Deo auertũt, ſed q̃ ad eũ reducunt.

HAEC FVGE, ſectare uero iuſtitiam.) Vtrunꝗ augendo expreſſit. Neꝗ enim dixit abſcede & ueni, ſed fuge & ſectare iuſtitiam. Vt non pari corripiaris cupiditate, qua & diuitias expetunt, capiuntur.

PIETATEM.) Dogmatum ſcilicet fidem. Quæ licet longe eſt a diuitiarum appentenția aliena.

CHARITAtem.) Id eſt, rectum uitæ modũ. Huius nanꝗ caput eſt charitas.

PATIENTIAM, manſuetudinem.) A chritate patientia & manſuetudo deriuãtur. Omnia enim ſuſtinet, ex quadam animi magnitudine charitas.

CERTA BOnum certamen fidei.) Hoc eſt, ſtabilem te erga fidem & firmũ redde, & inuictum. Cum uirtutis ſermone, tum uitæ puritate & innocentia.

APPREHENde uitã æternã.) Vides uti in mercedẽ & palmã, uita offerẽ æterna.

IN QVA uocatus es, & confeſſus bonā confeſſionem coram multis teſtibus.) Hoc loco Timothei & ſtrenuitatem collaudat & fiduciā, quod uel in uitæ diſcrimine profeſſus ſit Chriſtū. Vel confeſſionem dicit, q̄ alios inſtruendo aperuit. Ea uidelicet, qua profitemur ſorc a Satana abſcedendū, & uitam cū Chriſto ducendam. Aduerte aūt quemadmodum nō ſolum cōfeſſione ſit opus, ſed etiam tolerantia, ut ſemper ſit confeſſionis acriori inſiſtendum certamini, & ab ea nil prorſus diuertendū.

PRAECIPIO tibi coram Deo.) Vt & formidinem augeat, & cautiorem reddat diſcipulum, teſtem inuocat Deum, arguens haud quaq̄ humana eſſe ſua præcepta, utq̄ & ille hunc teſtem animo repetens, uel ſola recordatione contremiſcat.

QVI VIVIficat omnia.) His uerbis hunc & ad pericula ſubeunda hortatur, & reſurrectionis commonefacit, perinde ac ſi diceret, nil prorſus mortem horreſce Dei enim es ſeruus, qui uitam poteſt omnibus condonare.

ET IN CHRISTO IESV qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pylato bonam cōfeſſionem.) Rurſum præceptoris exemplo hunc cohortatur. Qui etſi teſtimoniū tulit, hoc eſt mortem ſuſtinuit, debemus & ipſi hūc imitari. Regnanti enim Pontio Pylato & roganti, ita reſpondit. Ego ad hoc natus ſum & ueni, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Et pleraq̄ alia teſtificatus eſt & confeſſus.

VT SERVES mandatum ſine macula irreprehenſibile.) Hoc eſt, neq̄ dogmatū nec uitæ gratia labem tibi aliquam imprimas.

VSQVE IN aduentū domini noſtri IESV CHRISTI.) Hoc eſt, uſq̄ ad tui ipſius cōſumationem et finem, quo tibi ex hac uita ſit excedendū. Tametſi id haud palā expreſſit, id tamen ſentit Apoſtolus. Ad domini aūt uſq̄ aduentum dixit, ut magis hunc excitet cū gloriam illam Chriſti futurā, & iudiciū illud horribile recordatur.

QVEM SVIS temporibus oſtendet.) Hoc eſt decentibus ac præfinitis. Nil inquit mœrore conficere, quod nondum ille aduenerit.

QVI BEAtus eſt & ſolus potens.) Vel hæc ſane ad conſolandum nunc ualent quibus monetur, ne terrenis hiſce intendat obtutum, quæ hic beata uidentur, ſed in eum qui ipſam & ueram habet in ſe beatitudinem, in quo nihil eſt quod triſtitiā afferat, nihil quod ſit inſuaue. Nec hic quidem ſæculi huius potentatus uereſ, nec reges quippe, qui ſolus ſit potens. Solus uero quo ad hominū differentiam dixit, & eorum qui falſo Dij ſunt appellati, non ut aliorum ſanctorum ſecernat ſubſtantiam.

Dominus eſt immortalis ex ſubſtātia angeli uero nō natura ſed gratia.

REX REGVM & dominus dominantiū, qui ſolus habet immortalitatem.) Hic ſolus propriam habet & ueram ex eius ſubſtantia immortalitatem. Angeli uero, & ſi immortales, non tamen natura, ſed gratia ſunt immortales effecti. Quo fit, ut non habeant immortalitatem, ſed immortalitatis participationem.

ET LVCEM habitat inacceſſibilem.) Ergo, inquiet aliquis, & hoc loco circunſcribitur Deus, & aliud lux eſſe deprehendit, aliud ipſe, is nāq̄ lux eſt. Vides quemadmodum cum magnum aliquid proloqui uolumus, lingua non ſuppetat.

QVEM NVLlus hoīm uidit, nec uidere poteſt.) Secundū diuinitatem uidelicet. Nam ſecundū carnem uiſus eſt, & innotuit. Baſilius tamen de filio & principaliter de patre dicta fuiſſe hæc omnia intelligit. Tametſi & filio competant & ſpiritui.

CVI SIT GLOria honor & Imperium amen.) Si itaq̄ illi perpetuum Imperium eſt, nil uereare, ſi in præſentiarū id minus pateſcit. Atqui honos illi & præſto eſt & laus perpetua. Qui etſi nunc afficitur ignominia, nil animo concidas, præſertim cū unum illud nobis facere liceat, ut laudibus hunc libere efferamus. Oportune autem & Deo hic differit, cum eundem uocat in teſtem, cuius & gloria explicat, ut ea præcepta magis ac magis Timotheus nitatur iniuncta perficere.

DIVITIBVS huius ſæculi.) Eſt nanq̄ & aliud quoddam diuitum genus, non hoc ipſo in ſæculo, ſed in futuro, iuſtorum uidelicet.

Diuitiæ diffidētiam pariunt & inſolentiā.

PRAECIPE non ſublime ſapere.) Nam & diffidentiam diuitiæ pariunt & inſolentiam.

NEQVE SPErare in incerto diuitiarum.) Sunt quippe opes incerte. Nam ab his poſſeſſores perſæpe deſtituuntur, idcirco nec cupiendæ ſunt, nec ſectandæ.

SED IN DEO uiuo & uero, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum.) Id eſt, elementa ipſa, quibus conſtat hæc uita, & lucem hanc & annuos cibos, & bona reliqua ubertim ſuppeditat. Tametſi cuncta ſibi uendicet auaritia, & tanq̃ priuata non cõmunia ducat quæ Deus in medium contulit, in quo eſt ſpes omnis habenda, & pro opibus ille ducendus. Quandoquidem & uiuit in ſempiternũ, & nunq̃ corrumpitur. Vnde arguitur, haud quaquã magni is eſſe momenti, qui eo dolet, ꝙ pauper ſit, & diuitijs careat, quem expedit magis rectis actionibus abundare.

BENE AGEre, diuites fieri in operibus bonis.) Vniuerſis, inquit, hæc manda, ut q̃ recta ſunt factitẽt. Quod ſi & opibus uelint affluere, bona operãdo has parẽt.

FACILE TRIbuere.) Id eſt, pecunias egentibus impartiri.

COMMVNICAre.) Vel hoc charitatis eſt. Eos uero hoc loco cõmunicare intellige, qui & ſi diuites ſint, non cæteros aſpernantur, ſed humanos ſe præbent & benignos, & quorum facilis eſt conuerſatio.

THESAVRIzare ſibi fundamentũ bonũ in futurũ.) Vbicunq; bona iacta ſunt fundamenta, eodẽ tuto poterit moles quæq; imponi, & inædificari q̃d uelis. Cũq; et uirtutis & futuri ſeculi bona firmiora ſint & ſtabilia, eo & fundamentũ cõmeminit

VT APPREhendant ueram uitam.) Poteſt quippe boni operatio, quam & fundamentum uocauit, uere illius uitæ fruitionem ſpectare.

O TIMOTHEE depoſitum cuſtodi.) Quæcunq; ſcilicet ſunt tibi per me demandata, tanquam domini præcepta ſeruato, nec horum quicquam imminues.

DEVITANS prophanas uocũ nouitates.) Prophanas, id eſt, impuras & inquinatas. Vocum uero nouitates, hoc eſt uerba inania. Poteſt tamen & blateronem cũ uana loquatur concedi nequaquam prophanũ dici. Vel ſecundum Baſilium uocũ nouitates accipito, pro nouis quibuſdam & nuper inuentis inſtructionibus & doctrinis, a uero penitus alienis.

Prophanas uocum nouitates & inanes doctrinas uitandas eſſe.

ET OPPOSItiones falſi nominis ſcientiæ.) Vbi enim nulla inerit fides, ſed oĩa humanis ſenſibus excogitantur, dici ſcientia inquit, ſed ſcientiæ nomen mentitur. Oppoſitiones aũt dicit, quia plerunq; opponuntur nõnulla, quibus haud quaq̃ eſt reſpondendum. Quin ab his potius aures auertendæ, neq; prorſus his inhærendũ.

QVAM QVIdam promittentes, circa fidem exciderunt.) Eſt enim neceſſe, ut qui humanis obſequitur cogitatibus, a fide aberret. Fides ſiquidem cogitationes huiuſmodi nullas admittit. Puto aũt hæc illorũ gratia dixiſſe Apoſtolum, qui tunc temporis gnoſtici dicebant̃, & erant impuritate quauis oppleti, & idẽtidem illud p̃tendere cũ prophanos dixit, & nouarũ uocum nouitates, perinde nouorum eſſent dictorũ hi inuentores, & in hæreſim tandem conciderint, cuius princeps Nicolaus fuit, qui ex ſeptem erat Diaconis unus. Huius ſectatores nicolaitæ ſunt appellati.

GRATIA DOmini tecum amen.) Tanq; dictorum omniũ concluſionem, gratiam illi domini comprecatur, qua bona omnia & condonantur & cuſtodiunt̃. Velim itaq; & nos his bonis fruamur, quæ a gratia hac ubertim accepimus, nil tamen his imminutis, ſed auctis potius & CHRISTVM IESVM gratiarũ elargitorem ſummis laudibus efferamus, Patremq; ſimul & Spiritũ, cui laus ſit in æternũ & gloria.

Miſſa fuit ex Laodicea, quæ eſt Metropolis Phrygiæ Pacatianæ Argumentum in ſequentem.

Scribit item Timotheo de Exhortatiõe martyrij. Et omni regula ueritatis. Et q̃d futurũ ſit temporibus nouiſſimis, & de ſua paſſione, ſcribens ei ab urbe Roma.

IN SECVNDAM AD TI-
MOTHEVM EPISTOLAM ATHANASII, PLERI'QVE VVLGARII CONVINCVNT, PROLOGVS.

CVr & ſecundam ad Timotheum conſcribat Epiſtolã, id cauſæ eſt. Dixerat nãq; in priori Epiſtola. Spero me celerrime te conuenturũ, quod ne uti pollicitus eſt, & pro uoluntate exequeretur, eo eſt interceptũ, quia in uinculis a Nerone detinebatur. Cum itaq; ſibi nequaq̃ liber pateret, quod maxĩe cupiebat, acceſſus, eundem per literas conſolatur, mœſtũ forſitan. Tum quia Pauli & p̃ceptoris priuatus eſſet p̃ſentia, tum etiã quia minus eum eccleſiæ cura urgeret, & onus ſuſceptũ iam præmeret, cui moderandæ uel uiri p̃ſtantiores ſuccũberẽt eo p̃ſertim tpe, cum procellis undiq; agitarentur fideles & oppugnarent̃ undequaq; acerrime. Reuocat itaq; ad ſe Timotheũ Apoſtolus, quia morti iã erat propingor.

CAP. I. PAVLVS APOSTOLVS IESV CHRISTI per uoluntatem Dei ſecundũ promiſſionem uitæ quæ eſt in CHRISTO IESV.) Principio ſtatim Timothei attollit erigitq; animũ, ſubinde inquit. Non enĩ mihi uitæ huius diſcrimina cõmemores uelim quæ a nobis ſi tollant̃ uitam haud dubie nil parerent ſempiternã. Nam eo Apoſtolatus hic munere fungimur, ut morte affecti, in æternũ uiuamus. Quinetiã ne pro expectata cõſolatione mœrore conficeret̃ Timotheus, ſi p̃ceptorem in periculo uerſari pciperet, ut eum nunc conſolet̃, ſic orditur Apoſtolus. Si promiſſa nobis perpetua illa eſt uita, noli ex rebus hiſce terrenis hanc quærere, ſiquidem in CHRISTO IESV eſſe eandẽ hãc conſtat, et cũ Chriſto futurã. Vel in CHRISTO IESV eſſe uitã hanc dicit, ut quã nobis ſit ille largitus, & in ſeipo hanc cõtinet. Nã ſi ſenſibilis hæc lex cibo & potu conſtat, ſpiritalis tñ illic continet̃ in Chriſto, qui tunc nobis futurus eſt oĩa.

TIMOTHEO chariſſimo filio.) Poteſt & quis filius eſſe, nec tñ carus. Erat utiq; Paulo pgratus, ob eius uirtutẽ Timotheus. Arguit igitur cũ Timotheũ chariſſimũ dicit, haud quaq̃ ꝙ ei ſuccẽſeat, aut aliq̃d eius ĩprobet facinus ſe hunc deſerturũ, ſed ex ui ſibi illata. Quippe quẽ paulo poſt erat Nero obtrũcaturus, ſic faciat ſit neceſſe.

GRATIA ET miſericordia & pax a Deo patre & domino noſtro IESV CHRISTO.) Quæ antea conſueuit, huic & nunc comprecatur, & idem hic ſentit, quod in priori Epiſtola, cum eadem hæc illi optaret.

GRATIAS AGO Deo.) Vides ne beneuolentiæ & charitatis magnitudinem. Gratias inquit ago, quia cum te plurimũ diligam, tui memoriam habeo. Eſt quidem id ueri amoris indicium, cum quis gloriæ duxerit, alterius cuiuſpiam amicitiam.

CVI SERVIO a progenitoribus meis in cõſcientia pura.) Quo pacto in pura inquit Paulus conſcientia, qui Chriſtũ a principio ignoraret. Conſcientiã hoc loco p uita ponit, quam & ſi Iudæus eſſet, & Iudaicos ritus ſeruaret, honeſtiſſime tranſigebat, tametſi eccleſiam perſecutus ſit. Quod ſane egit ut paternas tueretur traditiões non gloriæ ductus cupiditate, ut ſolent qui hæreſim excitant. Quod autem dicit, tale eſt. Nihil exiſtimes aliter me ſentire ac loquor, ineſt enim mihi cõſcientiæ puritas nec ſane pro mea conſuetudine mentior, nec falſo protulerim quod ſum in præſenti dicturus, me ſcilicet tibi ſemper eſſe charitate deuinctũ, & tui perpetuo recordari.

QVOD SINE intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die deſyderans te uidere,) Gratias, inquit, ago ꝙ te non ſolum animo & recordatiõe, repeto, ſed interdiu noctuq; orando, tui aſſiduo reminiſcor, uotis depoſcens & precibus, ut meis deſyderijs te reuiſendi fiat iam ſatis. Qui igitur fieri poteſt, ut tanta me uoluptate priuarem tuo fruendi cõſpectu, ſi eſſet mihi ad te abeundi facultas conceſſa? Cur ergo dicet aliquis, non aperte cauſam explicat? Eo uidelicet ad Ti

motheum

motheum non conceſſiſſe, quia eſſet a Nerone in uinculis detentus? Id ſane idcirco egit, ne ſtatim illi triſtitiã afferat. Eſt tñ in Epľæ calce eiuſmodi cãm explicaturus.

MEMOR LAchrymarũ tuarum ut gaudio implear.) Hunc contextum ita conſtruito. Cupiens te uiſere ut gaudio implear, deinceps id ſequitur, memor lachrymarum tuarum, ſubinde id inquiat. Et ſi admodum eſſem natura ipa charitatis expers, ſunt tamẽ lachrymæ tuæ ſatis, ut flectar, & te animo uerſem. Erat enim id decens, ut cum a Paulo Timotheus ſeiungeretur, maiori hunc fuiſſe quærimonia & fletu diſiunctum quam infans ſolet, cum ab uberibus matris diuellitur.

RECORDATIonem accipiens eius Fidei quæ eſt in te non ficta.) Non ſolum, inquit, lachrymas tuas memoria repetens uidere te cupio, quin & tuæ Fidei reminiſcens, quæ ſimulatiõe prorſus caret & dolo. Id enim me uel plurimum cogit, ut iure optimo te beneuolentia proſequar, & charitate complectar.

QVAE ET inhabitauit primũ in nutrice tua Loide & in matre tua Euince.) Alia quædam hæc Timothei laus, ꝙ ab infidelibus ortum non duxerit, ſed a fidelibus & Iudæis. Tametſi huius Patrẽ conſtet Gentilẽ fuiſſe. Aduerte aũt ex his, quemadmodum Lex ſolui iam ceperat, cum Iudæi infidelibus hunc in modũ admiſcerent.

Aliás Eunice, uel Eutice.

CERTVS ſum autem ꝙ & in te.) Cum itaqꝫ recte ſe geſſerint progenitores, ſi eorũ ueſtigia perſequemur, & tales noſipſi iam præſtiterimus, quales illi fuere, gloriam nobis ex illorum geſtis haud dubie uendicabimus. Sin minus maiorum prçclara facinora ad ignominiam nobis potius ſunt cõceſſura. Idcirco genitorum, inquit, ut uel Fidem tibi ineſſe certior ſum, eandemqꝫ te nil ſimulatam habere, tanquam ſuperne & a Deo ita fundatam, ut contaminari non poſſit.

Progenitorũ præclara facinora ſunt filiis (ſi recte ſe geſſerint) gloriã allatura, ſin ſecus, ignominiam.

PROPTER quã cauſam admoneo te ut reſuſcites gratiã Dei.) Quoniã, inquit, ſpectata tua eſt mihi & teſtatior Fides, uelim equidem te hortari quã maxime & excitare, ut Spiritus gratiam, quam ad tutandam Eccleſiam, & ſigna operanda, & oẽm deniqꝫ, Epiſcopum decentẽ uirtutem acceperis, reſuſcites & uiuidam reddas & floridam. Nam quemadmodum ignis ligno ut ardeat indiget, ſic Spiritus gratia animi exigit promptitudinem ſtudiumqꝫ, & uigilantiam poſcit, ut perpetuo ferueat. Quibus ſi careat extinguitur facile, ut alibi dicit, Spiritum nolite extinguere.

Ignẽ ligna nutriũt, Spiritus gratiam ſtudiũ & uigilantia.

QVAE EST in te per impoſitionẽ manuũ mearum.) Ineſt quidẽ tibi iſtiuſmõi gratia, quã ſimul ac tibi manus impoſui, accepiſti, cum te ſcilicet Epiſcopũ conſtituerem & ſacrarẽ. Velim itaqꝫ ut Spiritũ uehemẽtius excites. Perinde ac ſi dicat. Adeptus es ſermonẽ fidentius prædicandi, hunc totis uiribus & anĩo maiori ꝓſequere.

NEQVE enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed uirtutis.) Non enim eo inquit Spiritum ipſi accepimus, ut formidine contrahamur, ſed ut aduerſum tentationes ſimus ualidiores, audenterque & libere nos periculis offeramus. Timoris nanqꝫ hic Spiritus pleriſqꝫ eſt traditus, ut in libris regum proditum eſt. Et cecidit Spiritus formidinis ſuper eos, hoc eſt, pauorem illis iniecit Deus.

Spiritus timoris. Spiritu ſſancti beneficio deum ut Patrẽ colimus.

ET DILEctionis.) Eius uidelicet quã erga ſe ac proximũ eſſet habiturus. Nam & quod Deum colimus ut Patrem, ex Spiritu habemus, qui Abba Pater dicere nos facit. Nil uero a proximi charitate ſeiũgi, gratia eſt & diuina ueritate effectũ, ut contra. A proximo offendi, nec patienter hunc tolerare, formidoloſi eſt & puſilli animi, & inconſtantis. Oportet, itaqꝫ ut priores ipſi, quæ noſtra ſunt proferamus.

ET SOBRIetatis.) Vt ſcilicet ſobrij ſimus & contineẽtes, & mẽte integra ac ſtabili. Vel ut Spiritũ ipſum noſtri habeamus moderatorẽ. Et cum aliqua offertur tentatio, hanc ad caſtigationẽ excipiamus, uel alios ut ad continẽtiam erudiamus.

NOLI ITAqꝫ erubeſcere teſtimonium dñi noſtri IESV CHRISTI.) Sunt ſane miſeri & calamitoſi nõnulli, qui hũanis ſenſibus conquirũt, quæ ſupra hoĩem ſunt, nec cõprehendi a mortalibus poſſunt, & ignominiæ ducũt, fuiſſe, Dei Filium Cruci affixum, neſcij hanc ipſam ob Crucem ſontẽ & noxium hominẽ, in Dei Filiũ fuiſſe accitum. Tu itaqꝫ Timothee, uelim nil prorſus teſtimoniũ Christi & mortẽ, quam

Ff per Crucem

per Crucem ſubijt, erubeſcas, ſed gloriæ potius id ducas & prædices. Non eñ nol timere dixit, ſed noli erubeſcere, ut arguat nihil ineſſe huic rei diſcriminis, ſed pudorem duntaxat, perinde ac ſi dicat. Si mortē neglexeris, omnia tibi in tuto erunt.

Ne ducas ignominiæ, ſi innocens pateris, ſed gloriæ.

NEQVE me uinctū eius.) Nec mei inquit te pudeat. Qui & ſi mortuos ſuſcito, & orbis ſum terrarū magiſter, nō eñ ut facinoroſus his uinculis aſtringor, ſed illius ſum uinctus. i. propter illum, quē ſi nihil patibuli puduit, cur ipſe cōpedes erubeſcā.

SED COLLabora Euangelio.) Hoc eſt, non modo id præ te feras, nil ſcilicet te Euangelium erubeſcere, ſed re ipſa & opere Chriſto & mihi tam Crucis quam compedum participem reddito. Hæc autem & ex ſuperioribus dictis oſtendit, cum diceret. Et contulit nobis Spiritum uirtutis. Quid uero prætendit, cum inquit. Euangelio collabora? Num Euangelium tum laborabat aut periclitabatur? Nequaq;, Sed uel illud inquit & laborem mecum propter Euangelium inſume. Vel Euangelium dicit. Euangelij ipſius precones, & diuinorum archanorum participes, ſicuti in Epiſtola ad Corinthios dixerat. Collabora his qui Euangelij ſunt.

Si homo promptā uoluntatē offerat, Deus uirtutem infundit.

SECVNDVM uirtutē Dei.) Cum grauior forſitan inuictus hic labor ſit uiſus, ei rei hunc in modū medcī. Non tua inquiēs, ſed Chriſti uirtute, Euangelio inſudabis. Quin uoluntatē tantiſper uelim ad id negotij offeras, & animi ꝓmptitudinē.

QVI NOS liberauit de Peccato, & uocauit uocatiōe ſua ſancta.) Aperit nunc diuinæ uirtutis iudicia. Liberos eñ nos inqt & ſaluos fecit, uel longe diſtantes ad ſe exciuit, ut ſctōs redderet· Qui itaq; uel inuitis ſalutē largitus eſt, longe magis eſt uolentibus opē laturus.

NON SECundum opera noſtra, ſed ſecundū propoſitum ſuum & gratiam.) Cogente nemine aut conſolente, ſed ſecundū ſuum propoſitum, hoc eſt, ſponte & ſua bonitate ductus.

QVAE DATa eſt nobis in CHRISTO IESV ante tempora ſæcularia.) Hoc eſt, quæ pręfigurata ſine principio eſt & ante ſæcula, ut nobis per CHRISTVM IESVM concederetur, Neq; id parui exiſtimandum, ꝙ non temere & negligenter, ſed ante ſæcula hanc nobis deſtinauerit Deus.

MANIFESTAta eſt aūt per illuminationē Saluatoris nr̄i IESV CHRISTI.) Etſi erat iſtiuſmodi gratia prædeſtinata, nunc tamē innòtuit, ubi & Saluator illuxit.

QVI DEſtruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem per Euangelium.) In proprio quidem corpore re ipſa & opere mortem deleuit, cum illud reddidit incorruptū. Nos uero per Euangelium illuminauit, ut uitam ſperemus & immortalitatem, quam nobis Euangelium cōfirmauit. Qui & ſi nondum ſumus uel immortales effecti uel incorrupti, id tamē fore ſpes eſt.

IN QVO poſitus ſum ego prędicator & Apl'us & magiſter gentiū.) Cuius rei gr̄a gentiū ſe apud Timotheū nuncupat præceptorē? Nimirū ut oſtenderet & Timotheo cū gentibus diuerſandū. Eoq; ne anīo concidat, cohortat̃, ſed ſe potius imitetur, qui ob doctrinam & Euangelij prædicationē, conſtrictus uinculis ſit.

OB QVAM cauſam & hæc patior.) Id ſcilicet, quia gentibus prædico, nō quia prauū aliquod admiſerim facinus. Simul etiā & ſuis dictis uendicat Fidem, perinde ac ſi dicat. Si minus crederē mortem eſſe deuictam, nequaquā hæc paterer.

SED NON confundor.) Vides quemadmodum re ipſa affirmet, quod Timotheum cōmonefacit, arguitq; nil prorſus ſe erubeſcere quæ pateretur.

SCIO ENIM cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitū meum ſeruare in illū diem.) O cōfidentiā & ſpem plane indubitatā. Scio inquit & certus ſum? Depoſitum aūt, aut Fidem dicit Euangelij prædicationē, tanquam id inquiat. Chriſtus qui mihi id negotij demandauit, hoc ipſum ſeruabit, & oīa tolero, ne mihi theſaurus meus hic ſubtrahat̃. Aut fideles dicit, quos ſibi Chriſtus iam demâdarat. Vel eos de depoſitū eſſe affirmat, quos ipſe dn̄o cōmendaſſet, uti & alibi dicit. Cōmendo autē uos domino. Perinde ac ſi dicat. Nihil me carceris pudet, nil equidem uincula erubeſco, quippe qui ſperē me plurimos domino oblaturū iudicanti quos ille tutabit̃, &

ſalute dona

ſalute donabit, ut eorũ gratia & mihi gloriã largiatur & uitam. Nam qui bona dum uiuit exequitur, Deo hæc ipſa demandat, ut pro his in tẽpore coronetur.

FORMAM habe ſanorũ uerborum.) Tanquã pictor deſcripſi tibi & formaui imaginẽ, quam ipſe aduertens animo tuo depingas, & ſanorum uerborum formã a uero nil aberrantium, exempli habeas loco. Ita ut ſiquid tibi impoſterum erit effigiandum, ab ea deſumas. In ea nanq; uerborum forma omnia reconduntur.

QVAE A me audiſti.) Non enĩ ſolũ meis ex literis, ſed meo ex ore hæc percepiſti. Haud quaq; itaq; exiſtimemus Pauli Epiſtolas mancas eſſe, perinde nõ ſint cunꝗa cõplexæ, quandoquidẽ & ſine ſcripto uerbis ille quãmulta diſſeruit.

IN FIDE & dilectione in CHRISTO IESV.) Mea hæc dicta Fidem cõplectuntur & charitatẽ. Hoc eſt, dogmata ipſa per me lata, quemadmodum uiuẽdum ſit, explicarunt. Siquid itaq; tibi erit uel decernẽdum, uel differendum, uel pro ueritate aliquid peragendum, poteris ex meis illiuſmodi uerbis formã deſumere.

BONVM depoſitũ cuſtodi per Spiritum ſanctũ qui habitat in nobis.) Hoc eſt, præcepta quæ tibi ſunt per me de uita Fideq; tradita. Vel depoſitum gratiam dicit, quam ille acceperat, ut dixit ſuperius. Verum quo pacto gratiam hanc ipſam tutabẽris? Certe nõ humanis uiribus ullis, ſed per Spiritum ſanctum, qui nobis Baptiſmi inhabitat gratia. Si Spiritum itaq; hunc aſſeruabimus, neq; a nobis hunc prauis facinoribus abegerimus, ſeruabit & ille nobis quæ a Deo ſumus iam conſecuti. Stude ergo Spiritum hunc cuſtodire, & ille contra depoſitum tibi tutabitur. Nam niſi cuſtodierit dominus ciuitatem, in caſſum uigilat qui cuſtodit eam.

SCIO ENIM hoc ꝙ a me auerſi ſunt oẽs in Aſia, ex qbus eſt Phigelus & Hermogenes.) Explicat qbus ſit malis imerſus. Non ut diſcipulũ terreat, qn ut ſuadeat potius, ſi in eadẽ ille inciderit, non tanquã inſolens aliqd patiat̃, abhorreat et formidet, ſed æquo anĩo ferat. Paulus enĩ cum eſſet a Nerone cõprehenſus, a cunctis eſt mox deſtitutus, qui in Aſia erãt fidelibus. Hoc eſt, qui ex Aſia ſecum Romã conceſſerãt. *Pauli patiẽtia.*

DET MISEricordiã dominus Oneſiphori domui.) Vide ut Paulus philoſophatur & patienter oĩa tolerat. Siquidẽ nil eos qui a ſe deſciuiſſent execrat̃, uel inſectetur maledictis, ſed rem uti geſta eſt, ſimpliciter narrat. Ei uero qui ſui alendi ſuſceperat curã, bene precat̃. Nec illi ſolũ, ſed familiæ uniuerſæ & domui, adeo Oneſiphori domeſtici oẽs uirtute præſtabant, & ab eo iam optime erant inſtructi. *Oneſiphori cõmendatio.*

QVIA SAEpe me refrigerauit.) Nec ſecus, inqt, hic me recreauit, q̃ ſiqs aliquẽ ſubleuet foueatq;, qui ſqualore ſit iã multo oppreſſus & contendendo defatigatus. Nec ſemel ait hic me refrigerauit, ſed ſæpe. Sic itaq; & nobis ſemper agendũ ut aliis opẽ feramus, qui recti aliquid operantur. Hunc enĩ in modũ, & illis erimus merito-
ET CATEnam meã non erubuit.) Vbiq; pudoris, nõ pe- (rũ participes.
riculi meminit, Timotheũ hunc cohortando, tanq; huic rei plus ruboris quã diſcriminis inſit, tametſi ineſſe diſcrimen aliquod uidebatur. Nero nanq; in Paulũ ſæuiebat, quia domeſticos ſuos nõnullos & familiares ad Fidem inſtruxerat.

SED CVM Romã ueniſſet ſollicite me quæſiuit & inuenit.) Non mõ nil meum ille defugit colloquiũ, ſed conquiſitũ inuenit. Quod ſane huius & uirilitatẽ præten
DET ILLI dominus inuenire miſericordiã a domino in die (dit & Fidem.
illo.) Miſertus inquit eſt mei, uelim itaq;, & id admodũ concupiſco, ut huiuſce miſericordiæ retributionẽ, in die illa horribili capiat, cum oẽs uel qui ſanctimonia pollent, miſericordia indigebunt. Si itaq; Oneſyphorus ille Chriſti ob gratiã periculis ſe obiectauit, ex Dei cõmiſeratione ſaluatur, longe magis & nos ſalutem ſumus ex Dei clementia habituri. Hoc loco quia Paulus bis dominũ ponit, inſultant qui Marcionis morbo laborant, aſſeruntq; duos dominos eſſe. Quod ſane longe ſecus ſe habet. Vnus nanq; eſt dominus, ut alibi teſtatur Apoſtolus. Conſueuere tamen literæ ſacræ id domini nomen ſæpius iterare, ut & alibi. Pluit dominus a domino, hoc eſt, a ſeipſo. Nec ſecus hoc loco id fuiſſe conſtat, ꝙ ſi Patrem & Filium ſignificari domini iteratio-

nl iteratione hoc ceperis, nil erit abſurdũ. Eſt nanq; & Pater dominus, & Filius do-
minus, quin & Spiritus dominus nuncupatur, ſed in tribus ſubſtantijs, unus domi-
nus demonſtratur. Attende autẽ quemadmodum nequaquam dixerit, det illi domi
nus aliud miſericordiam præter, quam ſane præcipuam exiſtimabat.

ET QVANta Epheſi miniſtrauit mihi, melius tu noſti.) Eſt certe ille bonis o-
peribus aſſuetus, nec ſemel in me beneficus fuit quin & Epheſi bona mihi ſuppedi-
tauit & Romæ. Oportet itaq; iſtiuſmodi hominẽ, qui Chriſtum profiteatur, talem
eſſe, ut continenter & per omnem uitam quæ recta ſunt operetur.

CAP. II. TV VERO FILI MI CONFORtare.) Aduerte quemadmodum omni affectio
ne hunc monet & conſolatur, Fili mi inquiens, tanquã his uerbis animũ erga hunc
ſuum aperiat. Itaq; ſi Filius diceris, Patrem imitare.

IN GRATIA quæ eſt in CHRISTO IESV.) Non modo inquit mei exemplo re
cuperandæ tibi ſunt uires, ſed Chriſti ex gratia, hancq; habeas uelim tuo hoc in cer-
tamine adiutricem, per quam poteſtatem accepimus conculcare omnes inimici co-
natus, & nihil ipſis offendi.

ET QVAE audiſti a me per multos teſtes.) Quæ audiſti inquit, nõ quæ inquiſiſti.
Fides nãq; ex auditu cõſtat. Audiſti quidẽ non clã & in angulis, ſed in propatulo, &
teſtiũ multorũ præſentia. Nõnulli uero multos teſtes, ꝑ lege & prophetis acceperũt;
perinde ac inquiat. Sacrorũ ſcriptorum teſtimonio dicta mea cõfirmabantur.

HAEC COMmenda fidelibus hoĩbus.) Non eñ enarrat dixit, ſed cõmenda, tan
quã theſaurum aliquẽ his cõmendaret. Quodcunq; eñ alterius Fidei demandatᷣ, in
tuto reponitur. Reddit præterea ex his attentiorẽ diſcipulum, fidelibus, id eſt, non
conquiſitoribus & oppinãtibus. His nanq; nequaquã eſt credendũ depoſitum.

QVI IDONei erunt & alios docere.) Quid eñ prodeſt ſi quiſpiã fidelis ſit, &
omnia nil erogans excipiat, cum nequeat alijs proferre doctrinã. Rurſumq; nec uer
ba hic edat, nec alios poſſit pares ſibi docẽdo efficere. Duo itaq; neceſſaria ſunt præ
Duo neceſſaria præceptori fidelem eſſe & alios inſtruere. ceptori, ꝙ fidelis ſit, & alios inſtruat. Hæc enim Timotheo Apoſtolus de presbyte-
ris & Epiſcopis diſſerit, non laicis. Id quippe abſurdius uideretur, cum ipſe & genti
bus prædicaret, & Iudæis. Arbitror autẽ de rebus etiã myſticis eum hic facere men-
tionem, quæ ſane fidelibus ſunt & alijs inſtruentibus cõmendanda.

TV ITAq; labora, ſicut bonus miles IESV CHRISTI.) Vides quẽadmodũ mili
ti ſit inſudandũ, & mala perpetienda. Non ergo erit officiũ militis in otio diuerſari.
Nec eſt quidẽ animo iniquo ferendũ, ſi laborat & premitᷣ, qui fuerit in militũ nume-
ro conſtitutus. Verũ quantæ illud eſt dignitatis, Chriſti militẽ eſſe. Quandoquidẽ
nõnulli plurimi faciant ſub terreno aliquo imperatore militiam exercere.

Militans Deo quid ſubire & à quibus abſtinere debeat. NEMO MIlitans Deo ĩplicat ſe negotijs ſæcularibus ut ei placeat qui ſe ꝓbauit.)
Ad uniuerſos hæc uerba habentᷣ Epiſcopos & ꝑceptores. Cũ uero implicet inquit;
magis rem patefacit. Certe eñ uitæ huius negotia, cõpedum loco ſunt. Negotia ue-
ro cũ dicit, uarias animi perturbatiões moleſtiasq; deſignat, ab hisq; ut declinemus
hortatᷣ. Perinde ac ſi dicat, quid te moleſtioribus rebus & negotijs implicas, militiæ
duntaxat uaca, hoc pacto Chriſto geſſeris morẽ, qui te ad id militiæ munus elegit.

NAM ET qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime certauerit.)
Neq; enim ſi certaminis locum adierit quiſpiam, delibutusq; oleo ut aſſolent certa-
tores, conſerat manus, feciſſe ſatis uidebitur. Niſi enim potus & cibi menſuram, A-
thletis & decertantibus præfinitam, certandiq; leges ipſas ſeruarit & modũ, nequa-
quã ſinetur pro uoluntate colluctandi gratia uel decertandi ꝓdire in mediũ. Atten-
de autẽ quam prudẽter hæc dixit. Prius nanq; militaris officij meminit, ꝙ ad cædem
& mortẽ promptior eſſe debeat ſubeundã, qui militat. Et certatorem cõmemorauit,
ut qui pro Chriſto decertat, omnia toleret, aſſidue exerceatur neceſſe ſit.

LABORANtem agricolã oportet prius de fructibus percipere.) Inducit & ter-
tium quoddam exẽplum, quod præcipue doctoribus congruit. Nam quæ de milite
dixit &

dixit & certatoribus, uel ſubditis cõpetunt & alieni iuris hominibus. Agricola uero nil ſibi ſtuder, ſed terræ excolendæ intẽdit. Vnde & beneficij uiciſſitudinem recipit non mediocrẽ, ob fructuũ copiam. Sic & præceptor nõ in caſſum laborat, quin ipſe præ cæteris proprijs ſudoribus perfruetur, ideo ubertim illi uicem reddente. Nemo itaq; hanc futurę mercedis tarditatẽ grauiter tulerit, iã inquit hanc capis. Ineſt nanq; uel in ipſo labore & retributio. Quod ſi aliud nihil obuenturũ eſſet utilitatis, animarum tamẽ ex tua induſtria & labore ꝑfectus, magnũ tibi allaturus eſt lucrum.

Aliás Deo

INTELLIGE quæ dico.) Cum in ænigmatis modum, omnia ſiue de milite ſiue de certatore & agricola protuliſſet, intellige inquit. Hæc enim ideo ſic explicaui, ut te acutam concitemq;. Demum ut proprio Filio beneprecatur.

DET AVTem tibi dominus intellectum in omnibus.) Non in his ſolum quæ dixi, ſed in omnibus, in uerbis ſcilicet & actionibus.

MEMOR eſto dñm IESVM CHRISTVM reſurrexiſſe a mortuis ex ſemĩe Dauid.) Hæc Paulus hæreticorũ gratia infert. Erant nanq; nõnulli tunc tẽporis, qui ignominiæ ducerent, Dei Filiũ fuiſſe mortẽ perpeſſum. Vnde per phantaſiã & quibuſdam præſtigijs rẽ uiſam fuiſſe aſſerebant. Pudebat eñ & hos, ſi Deo placet, diuinæ humilitatis, quã noſtri ob gratiã præ ſe tulerit Deus. Quin etiã ut hunc conſolet̃, hæc intulit. Arguens uel Chriſtũ ipſum magiſtrũ & dominũ patiendo mortẽ uiciſſe, hunc inquit tu recordare, nec ſegnior eris quodcũq; diſcrimen uel mortẽ ipſam adire.

Non eſſe ignominiæ ducendũ, ſed gloriæ Filium Dei fuiſſe mortẽ perpeſſum.

SECVNDVM Euangelium meum.) Et ſi ſint inquit, qui alia prædicent, nequaquam illorum dictis, ſed Euangelio meo eſt intendendum.

IN QVO laboro uſq; ad uincula mea quaſi male oꝑans.) Rurſum ex ſui ipſius exẽplo diſcipulũ conſolatur, cũ defatigari ſe dicit & male pati, ꝑinde ac ſi aliqd com

SED VERbum Dei non eſt alligatũ.) Ne quis forſan id dixe- (miſiſſet. rit, quid tua in ſe habẽt emolumẽti hæc uincula? Vel quid mirũ ſi uinctus es & coniectus in carcerem? Oſtende quid ex his lucri emergat, quidve egeris quod ſit demirandum. Ait itaq;, Nequàquam alligatum Dei eſt uerbum. Neq; enim corporea res aliqua eſt & ſenſibilis, ut ex corporis uinculis hiſce intercipiatur uerbum. Res ſane diuina eſt, Dei ſermo, & nobis ligatis ſolutũ eſt illud & liberum, percurritq; paſſim. Ecce & ſi ipſi aſtringimur uinculis, ſcribendi tamen & prædicandi fungimur munere. Vide ergo miraculum, aduerte quod inde lucrum emanet.

Nõ poteſt corporeis uinculis ſermo diuinus intercipi.

IDEO omnia ſuſtineo propter electos.) Ecce & alium quendam in modum hunc cõſolatur. Neq; enim mei ipſius hæc gratia patior, ſed pro aliorũ ſalute. Neq; ut ipſe aſſequar, ſed ut hanc ſibi uendicent alij. Qui uero hi ſunt? Dei nimirũ electi. Si hos itaq; Deus elegit, cuncta ergo ſunt nobis pro his toleranda.

VT ET ipſi ſalutẽ conſequantur, quæ eſt in CHRISTO IESV.) Vt ſalutẽ aſſequantur & hi quemadmodũ & nos, qui pro eis iam patimur. Fit itaq; ut beneficij uiciſſitudine ea res conſtet, non gr̃a. Deinde ne quis forſitan illi obijciat, ꝗd ais Paule, tibi in his tuis cõpedibus finiẽda eſt uita, & alijs ſalutis te cãm fore nũc iactas? Non eñ de corporali inquit ſalute nũc diſſero, ſed de ea quæ in Chriſto conſiſtit, quæ recte & uera eſt & glorioſa. Vacat eñ gloria corporis ſalus, ut ex ſequẽtibus patet.

CVM GLOria cœleſti.) Non ſolum inquit, ut ſalui fiant, ſed quod præſtantius eſt, ut nobiſcũ perpetuo & gloriam uendicent. Vnde & ſi ignominioſa uident̃ hæc uincula, gloriam tamẽ his qui electi ſunt, ſubminiſtrant, & eam quidẽ cœleſtem & ſempiternã. Si itaq; cæteris gloriam pariunt, longe magis & mihi, qui illis obducor, conſtringorq;. Nulla ergo te mei cura diuexet, quia malis afflicter.

FIDELIS ſermo.) Cum ambigant de futura uita nõnulli & gloria, illud ſedulo uſurpãtes. Cum uitã hanc interea duco, certe mortibus trador. Cũ uero mortẽ obiero, tũc plane uicturus ſum, & hmõi. Idcirco id dictum affirmat, aitq; Fidelis ſermo. Quis ille ſermo. Quia gl̃ioſam uidelicet uitã ſortirent̃ electi, & ſalutẽ perpetuam.

NAM SI cõmortui ſumus, & cõuiuemus.) Idipſum & coniecturis affirmat, tam

 etſi ſuperi

etſi ſuperius rei huiuſce & ſigna protulerit & argumẽta. Memor eſto dominũ reſur
Qui fuerit Chriſti paßionũ ſocius, erit & cõſolatiõis. rexiſſe a mortuis. Oſtendit enim quemadmodum poſt mortẽ hic reſurrexerat. Qua
lis ergo eſt illa Pauli aſſeueratio? Certe ut dicat, ſi durioribus & mœſtis in rebus illi
ſocij ſumus, in bonis uero & lætis nequaquã. Nec mortalis quidẽ hoc quiſpiam ege
rit, quanto magis nec Deus, qui iuſticiæ & bonitatis fons eſt. Mortem aũt eam dicit,
quæ cum per Baptiſmum, tum per paſſiones multas & tentationes ſubitur.

SI SVSTInemus, & conregnabimus.) Neq; ẽm ſat eſt, ut ſemel qs morti ſe offe
rat, ſed ſemp̃ id agat neceſſe eſt. Inquit ẽm, quotidie morior. Eſt itaq;, inquit, patiẽtia
opus, ut queat qs euadere nobiſcũ, & eo euadere, ut regnũ cœleſte illud adipiſcat̃.

SI NEGAuerimus, & ipſe negabit nos.) Vel ab his quæ minus p̃ſpere cedunt,
ſermonẽ confirmat. Non ẽm in bonis dũtaxat, ſed in malis etiã uiciſſitudo reprehen
ditur. Qui ẽm me inquit, in hoĩm conſpectu negauerit, & ipſe hunc corã Patre meo
negabo. Attẽde itaq; quid eum pati neceſſe ſit, qui a Chriſto ſit abnegatus.

SI ENIM non credimus, ille fidelis permanet.) Si hunc reſurrexiſſe non credi-
mus, nil prorſus ex noſtra incredulitate hic læditur. Quippe qui nobis fatentibus
uel diffidentibus, uerax ſit & æternus.

NEGARE ſeipſum non poteſt.) Hoc eſt, fieri non poteſt, ut ille non ſit. Neq;
naturã habet quæ idipſum non eſſe admittat. Semper enim & ſi hunc ipſi negemus,
perſtat integer. Non itaq; in eum uel confitendo uel abnegando iactura illa perue-
nit, ſed in nos ipſos malum omne redundat.

HAEC COMmone.) Ne quis forte exiſtimet, neceſſariã eſſe iſtiuſmodi Timo-
theo doctrinam, alios inquit ipſe cõmonefacito, inſtrueq;.

TESTIFIcans coram Deo, noli uerbis contẽdere, ad nihil ẽm utile eſt, niſi ad ſub
uerſionẽ audientiũ.) Cum enim uoluptatẽ habeat in ſe diſceptatio, concupiſcatq;
ſemper mortaliũ animus conquirere pleraq;, & de multis diſſerere, ipſe, inquit, corã
Deo hos obteſtare. Nec uerbis contẽderis, ſed Deum duntaxat in teſtẽ accipito, ut
intelligãt ſi te paruifecerint, quẽadmodũ ille ſit eos iudicaturus. Non ẽm ſolum nil
prorſus proficit contẽtioſa hmõi diſputatio, nec ullum allatura eſt fructũ, quin plu
rimũ eſt obfutura. Quippe cum audientiũ Fides ſcrutando conquirendoq; tandem
euertitur, haud ſecus ac ſolet turris aliqua ferro & uectibus dirui.

CVRA TE ipſum p̃babilẽ exhibere Deo; operariũ inconfuſibilem.) Explicat
quẽadmodũ effici p̃batior queat, ſi operariũ ſcilicet inconfuſibilẽ, hoc eſt, cuiuſuis
notæ expertẽ & ignominiæ, uidelicet ſi nihil eum ea facere pudeat, quæ ad pietatem
facere uideant̃. Sic ẽm a dño ipſo p̃babit̃, ſi pro eo & ſubeat cũcta & peragat. Vbiq;
Paulus pudorẽ hunc magnifacit, quia a multis ignominiæ Chriſti Crux & patibulũ
Vbiq; Paulus pudorem magnificat. ducebatur, & euangelij ipſius preconium, & Apoſtolos contẽptui eſſe, tanquã ui-
les, & tenues. Vtpote, qui ultima quæq; paterent̃. Horũ itaq; iquit, nihil te pudeat.

RECTE TRActantem uerbum ueritatis.) Etſi plerique id uerbum diſcerpunt,
traducuntque alio, tu tamen id ipſum recte pertracta. Vel pertracta inquit, hoc eſt,
dirige, & circumcidito inutilia quæque, & deme gladio ſermonis & uerbi, quæ ab
euangelij ſunt prædicatione aliena.

Baſilius. PROPHANA autẽ & uaniloquia deuita.) Vbiq; Baſilius prophanas uocũ noui
tates quaſdam innouationes intelligit. Nõnulli uero περίσαρο pro ualde inſta, ut alio
rũ additiones inanes reddas, interpretantur, quod tamen ſecus ſe habet.

MVLTVM enim proficiunt ad impietatẽ, & ſermo eorũ ut cancer ſerpit.) Vio-
lentum, inquit, hoc malũ eſt. Quippe cui nec mederi quoquã pacto poteſt. Quidam
enim uniuerſa deuaſtant, nec corrigi poſſunt. Cancer ſi quidem morbus eſt, qui &
circuniecta & propinquiora depaſcitur.

EX QVIBVS eſt Hymeneus & Philetus, qui a ueritate exciderunt, dicẽtes, reſur
rectionẽ iam factã, & ſubuertunt quorundã fidẽ. Recte ſuperius dixit multũ profi-
ciunt ad impietatem. Videtur aũt id omne malũ in falſo aſſerta a quibuſdam reſur-
rectione

rectione conſiſtere. Nam ex ea quammulta quæ probari non poſſunt, oboriuntur. Si enim (ut illi affirmant) facta eſt reſurrectio, & futurum plane iudicium tollitur & retributio, & probi quidem & ſancti doloribus ſunt & malis affecti. Improbi uero per luxum & delicias, pœnas luerũt. Quid ergo opus uirtute erit, ſi iſtiuſmodi ſunt remunerationes. Nec omnium quidem dixit fidem, ſed quorundam, inquinatorũ uidelicet & nimis inconſtantium.

SED FIRMVM firmamentũ Dei ſtat.) Quod inquit tale eſt. Haud quaq̃ om̃es peruerſi ſunt, ſed infirmi duntaxat & inconſtantes. Nam ſi non fuiſſent huiuſmodi minime concidiſſent. Quemadmodũ neq; Adam ante q̃ laberetur firmior erat. Qui uero bene fundati ſunt, ſtabiles permanent & immoti. Aduerte autem nõ ſecus eſſe fidei inhærendum, quam firmiſſimo aliquo fundamento.

HABENS SIgnaculũ hoc, cognouit dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.) Hoc eſt, habens tanq̃ in lapide epigrãma & inſigne aliquod inſculptũ, ex ipſis operibus rebuſq; geſtis illi cõueniens. Nouit dominus, hoc eſt, ab eo longe ante ſunt cogniti, qui eius ſunt ſortis, & hi quidem idcirco ſunt præelecti, ne cũ putreſcentibus illis corruant & inquinatis. Ab iniquitate inquit diſcedat, hoc eſt, a dogmatũ errore, uel a quauis plane iniuſtitia. Nam qui iniquior eſt, nec in fundamẽto nec in Deo conſtiterit. Non eñ Dei habet inſigne, qui nequior ſit & iniuſtus. Aduerte aũt neceſſe fore, ut qui Dei ſit nomen inuocaturus, a re quauis iniuſta abſcedat, a qua qui non declinauerit, nec dignus fideliter qui iure poſſit dominũ inuocare. Nil enim decora eſt uel accepta peccantis laus. *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*

IN MAGNA autem domo non ſolum ſunt uaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia.) Quoniam multi quod mali in mundo uerſentur inique ferunt, idcirco Apoſtolus reliquis omiſſis cauſis, unam hanc aperit, inquiens. In magna aliqua domo uaſa eſſe diuerſa, hanc uero mundum eſſe, non eccleſiam dicit hoc loco. Nam in eccleſia nihil uult ligneum eſſe, ſed ex auro uniuerſo effecta. Quippe ubi & Chriſti corpus ineſſe conſtat, & prorſus careat labe.

ET QVAE dã quidem in honorem, quædam aũt in contumeliã.) Aurea quidẽ, id eſt, qui uirtute ſunt præditi, in honorem. Lignea uero ſiue fictilia, id eſt improbi, etſi nõ ad uirtutem, ad mundi tamen confirmationem & ſtatum, utiles ſunt, uel ad diſpenſionem nõnullas maxime cõferunt, ut Pharao & cęteri pari improbitate hoĩes.

SI QVIS ergo emendauerit ſe ab iſtis, erit uas in honorem ſanctificatũ.) Vides quemadmodũ uel aureum eſſe, uel fictile, nec naturæ ſit, nec materiatæ neceſſitatis, ut aſſerunt Manichei, ſed noſtræ uoluntatis & animi. Quippe cũ liceat cuiq; ex lignea illa ſeſe, uel fictili uolũtate purgare, aureãq; & argenteã reddere. Atqui Paulus cũ fictilis eſſet, effectus eſt aureus. Iudas cõtra qui aureus fuerat, eſt fictilis redditus. Dicet aliquis. Si a Deo contemnuntur fictilia, cur alibi ſic Paulus inquit. Habentes theſaurũ hunc in uaſis fictilibus? Ibi quidem de corporis natura diſſeruit. Nã quemadmodũ fictile uas p̃ter lutum incoctũ nil eſſe aliud conſtat, ſic corpus hoc nr̃m nil aliud eſt, q̃ lutũ calore aĩæ obfirmatũ. Hic uero facit de uoluntate animi mentionẽ.

ET VTILE dño.) Ligna ergo utilia erunt, quoad mentem dominantis Dei & nutum, qui omnes uult ſaluos uos fieri, etſi ut dictũ eſt, uideanẽ alioquin inutilia fore.

IN OMNE opus bonũ paratum.) Perinde ac ſi dicat. Etſi nondũ tempus adſit aliquid operandi, erit tñ ad ſaltẽ promptum, paratũq; ad uirginitatis teſtimonium.

IVVENILIA aũt deſyderia fuge.) Iuuenilia deſyderia nõ ſolum fornicandi dicit cupiditates, ſed abſurdas quaſq; cõcupiſcentias, ſiue dominandi quis trahaẽ cupidine, ſiue pecuniarũ. Sunt nãq; iſtiuſmodi affectus inſani, & mentis p̃ferunt ualitudinẽ. Siquidẽ uel ſenex ad iuuenilẽ redit ætatem, & ſtultior fit cũ talia cõcupiſcit. *Iuuenilia deſyderia.*

SECTARE uero iuſtitiam.) Iuſtitiam pro quouis uirtutis genere poſuit.

FIDEM.) Id eſt ueram & ſtabilem, & in eos quos ames affectũ, quaſi dicat. Noli te perfidum & mobilem exhibere, mox & iſta ſubiungit.

CHARITAtem & pacem cũ his, qui inuocant dominũ in corpore puro.) Hoc eſt, illis ſolum confide, qui nõ ſimulate, nec dolo dominũ inuocant, qui pacifici ſunt & minus contentioſi, cum talibus inquam uerſare.

Stultæ quæſtiones.

STVLTAS autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita.) Vide quemadmodum ubiq; hunc ab inquirendo & diſceptando auertat. Nec eo quidem ꝙ minus confideret Timotheum alios poſſe refellere, ſed quia prorſus uideretur inutile huiuſmodi certamen adire, quod præter contentiones & odia, nil in ſe boni haberet. Has itaq; ſtultas nuncupat quæſtiones, cum alias eſſe non infulſas in ſacris literis conſtet.

SERVVM autem Dei nõ oportet litigare, ſed manſuetũ eſſe ad omnes.) Manſuetũ, id eſt, benignũ & facilem. Verum quo ergo pacto Apoſtolus alibi increpa eos inquit, cũ omni præceptione & acriter, & nemo adoleſcentiã tuam cõtemnat? Quia uehemens certe eſt increpatio, & tunc maxĩe mordet, cũ per manſuetudinẽ & placabilitatem inferẽ. Poſſumus nãq; placidioribus uerbis longe facilius quempiã admonendo urgere, & ut pudeat male facti traducere, q̃ iurgio aliq̃ audaci, & cõtumelijs.

DOCIBILEM.) Erga eos qui inſtrui uolunt, & facilem ad docendum. Hæreticum uero cum ſemel aut bis commonefeceris, abigito.

PATIENTEM.) Id enĩ uirtutis uel maxime aſſequi debent fideles, ut prauorũ ſemꝑ expectent cõuerſionem, habenduſq; his cõtinuus et perpes ſermo. Nec ſtatim intercidenda oratio eſt, ut alijs proficiamus docentes. Verũ attende quod ſequiẽ.

CVM MODEſtia corripientẽ eos, qui reſiſtunt ueritati.) Per iurgia nãq; & contentiones nil boni perdiſciẽ. Eſt itaq; p̄cipua quædam erga eũ quem doceas ſeruãda modeſtia. Dicet aliquis. Quo pacto poterit quiſpiã erga eũ qui temerarius ſit & cõtumelioſus, humanũ ſe & mitem præbere? Quo pacto inquis. Si eum, qui ſit hæreſi

Hæreticos & eo maxĩe quibus mederi nõ poteſt miſſos facito.

aliqua irretitus. Poſt unã itaq; alteramq; caſtigationem abegeris. Is nãq; corrigi nequit, & inſanabilis eſt. Verũ hoc loco de his, qui nondũ ſunt deſperandi, quo minus aliqua reſtet ad ſanitatẽ redeũdi facultas, ediſſerit. Quod ſane ex ſequentibus patet.

NEQVANDO det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem fidei.) Forſitan, inquit, aliqua erit his emendatio. Nequando autem illud incertis & dubijs præponitur rebus. Fit itaq;, ut ſit ab his deſiſtendum quibus mederi non poteſt. At hi quorum in ambiguo eſt emendatio, in uiam ut redeant tentandum eſſe. Aduerte autem quemadmodum ad humilitatem inſtituens, nil prorſus nequando queas adiecerit, ſed ne forte his tribuat Deus reſpicere. Q; ſi uel aliquid docendo profeceris domini eſt, non tuum id munus. Vnde nec tibi eſt aliquo modo ſuperbiendũ. Itemq; ſi cui quæ recta ſunt faciat ſuaſerimus, nequaquã nobis id aſcribamus, perinde noſtra uirtute id ſimus perſuadendi munus adepti.

ET RESIPIſcant a diaboli laqueis.) Hæc non ſolum de ipſis dogmatibus, ſed de rectiori uiuendi modo dicta eſſe intellige. Quippe cum nõ ſolum dogmatũ ipſorum errore, ſed uitæ uitijs a diabolo irretiuntur mortales. Quo fit, ut qui quemadmodũ ſit ducenda hæc uita falluntur, modeſtius ſint & benignius caſtigandi. Nam ut paſſer ſi uel una pedis parte comprehendiẽ, ſub eius eſt poteſtate qui pedicã fixerit, ita & ipſi, etſi minus utroq; pede fide ſcilicet illaqueamur & uita, at ſolis prauis uitæ actionibus, diaboli erimus ditioni ſubiecti.

Voluntas Dei.

QVIBVS captiui tenentur ad ipſius uoluntatem.) Erroribus, inquit, innatant ſed capti a Deo ad ipſius uoluntatem, hoc eſt Dei. Forſitan enĩ ab ipſis procellarũ erroribus emerſuri ſunt tandem. Eſt autem Dei uoluntas, ut nõ ſolum ſibi credanır ſed ut recte ducatur hæc uita. De ducenda itaq; recte uita, non de dogmate tantũ & fide Paulum hæc dixiſſe intellige. Nonnulli tamen captiui illud tanquam a diabolo comprehenſi, intelligunt, & ad eundem referunt quæ ſubſequuntur.

CAP. III.

HOC AVTEM SCITO QVOD IN nouiſſimis diebus inſtabunt tp̄a periculoſa.) Cum enĩ tunc temporis prauorum hominũ multiplex numerus redundaret, ne Timothei obturbaret ea res animũ, prædixit illi quod paulo ſuperius dixit. In magna

aliqua do-

aliqua domo &c̃.& nunc inquit. Vel in poſterũ tempus iſtiuſmodi futuri ſunt homines, qui & Moyſi temporibus ſcelerati fuere. Noli ergo nouum id ipſe exiſtimare, quando neq; ad tuam uſq; ætatem nequiſſimorũ hominum multitudo hæc terminabitur. Noli ergo id grauiter ferre, ſunt nanq; & moleſtiora hæc tempora & praua Haud tamen ꝙ dies ipſi ſint mali, & temporum ſpacia. Quæ enim ineſſe poteſt diei malignitas? Sed quia mala quæ interdiu obueniũt, diebus hanc indidere malignitatem. Et nos quidem in eam ſententiã, tempora mala uel bona ex rebus ipſis dicimus & uſurpamus, quæ per hæc uel aduerſæ contingunt uel proſpere.

ERVNT ENIM homines ſeipſos amantes.) Statim malorum omnium cauſam produxit in medium, ꝙ ſuis quiſq; magis proſpiciat q̃ proximi commodis. Ei nãq; qui ſuĳpſius dũtaxat trahitur charitate, accidit ſæpe ut nec ipſe ſe amet. Nam quemadmodum ſolet & in membris contingere, quorum cum unum aliquod læditur, & reliqua lædantur neceſſe eſt, quod utiq; & ædificia patiuntur. Sic dici & in eccleſia poteſt, qui proximũ negligat, & ipſum ſe curet, ſibiĳpſi officere.

Omnium malorũ radix amor ſui.

Qui ſic ſe curat ut proximum negligat ſibiĳpſi nocet.

CVPIDI.) Cum malorum explicaſſet radicem, & ramos ſigillatim enumerat: Inter quos prior, & longe protenſior auaritia eſt. Nam uti ex charitate in alios uniuerſa bona proueniunt, ſic & mala ex priuato affectu, qui prorſus eſt a uera charitate ſeiunctus. Illa ſiquidem & ampliſſima eſt, & ubiq; redundans diffunditur. Hæc uero in anguſto uerſatur, & in uno aliquo terminatur.

ELATI.) Qui in homines efferuntur.

SVPERBI blaſphemi.) Horũ nanq; erumpente malitia, uel ad Deũ pertingit iniuria. Nam cũ aduerſus homines quiſpiam ſuperbũ ſe præbet, ac ſibiĳpſi eius omne officiũ & recte facta, nõ Diuinæ gratiæ imputat, tũc ſane blaſphemus hic redditur.

PARENTIbus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace.) Et iure quidem. Si enim Deo maledicunt, quo pacto genitores uenerabuntur? Qui uero parentes nil uenerantur, nec illis obtemperant, uel in ceteros ingratos ſe præſtent neceſſe eſt. Qui uero iſtiuſmodi erunt & religione carebunt, & quouis ſcelere opprimunt. Quandoquidẽ, quod debẽt nil ſeruant. Sunt p̃terea ſine affectione futuri Quem enim hi colent qui in ſe beneficos aſpernantur & reſpuunt. Sine pace, id eſt, qui nemini iuncti ſunt amicitia, neq; his quidem qui in ſe contulerint beneficia.

CRIMINATOres.) Hoc eſt, omnibus detrahentes. Qui enim ſibi nullius eſt boni conſcius, omnes, ut inuidus carpit & criminatur, ſubinde aliquam ſuis malis medelam excogiter.

Qui ſibi nõ eſt boni conſcius omnes carpit.

INCONTInentes.) Lingua ſcilicet, uentre, & reliquis membris.

IMMITES.) Videſne quales nimia hæc ſuĳpſius indulgentia, & cupiditas ipſa efficiat, utq; ex hominibus beluas reddit.

SINE BENIgnitate.) Hoc eſt, bonorum omnium hoſtes. Id enim ἀφιλάγαθοι græca dictio rectius exprimit.

PRODITOres.) Qui uel amicos & beneuolos prodant.

PROTERVI.) Id eſt inſtabiles, nil rati aut penſi habentes.

TVMIDI.) Hoc eſt, inflati & tumentes.

VOLVPTAtum magis amatores q̃ Dei.) Id enĩ neceſſario ſequitur, ut ubi mundanorũ inerit oblectamentorũ cupiditas, Dei ineſſe amor uel deſyderiũ nequeat.

HABENTES quidem ſpeciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.) Id eſt figuram duntaxat & umbrã præferunt pietatis & ſimulant, operibus uero hanc abneganr & abominantur. Aduerte autem pietatis potentiã, &, ut ita dixerim, neruos, in actionibus ipſis & factis præferri. Vnde & merito dicit̃ fides ſine operibus mortua eſt. Formam autem & ſpeciem Paulus alibi pro bono accepit, cum inquit. Doctor enim formã ſcientiæ habet, hoc eſt, diſcipulis ſcientiam effingit & format.

Pietatis commendatio.

ET HOS DEuita.) Quæret aliquis, ſi nouiſſimis temporibus futuri ſunt iſtiuſmodi homines, cur Paulus inquit iſtos deuita. Fieri enim poteſt, ut tales eſſent nonnulli tunc

FIDEM.) Id eſt, uel in decernenda ueritate, uel in adeundis ꝑiculis firmitudinẽ.
Quæ ne anĩo cõciderẽ, effecit. Quin ut Deo magis ac magis cõfiderẽ ire me aliqñ li-
LONGANImitatem.) Cum hæreticis ſcilicet magno obſiſterem (beratũ.
animo, ita ut neq; his obſiſtendo indignatione eſſem & ira commotus, ſed per man-
ſuetudinem & placabilitatem exciperem omnia, & aduerſarios coarguerem.
DILECTIOnem.) Id eſt charitatem. Quam uel in his obiurgandis præferebã.
PATIENtiam.) Quã ſcilicet in perſecutionibus ipſis perferendis præſtabam.
PERSECVtiones, paſſiones.) Non modo, inquit, ab aduerſarijs perſecutioni-
bus affligabar, qui & mala plurima ſuſtinebam, Cum utrunq; illud præceptorem
obturbat, & hæreticos eſſe qui ſe perſequantur, & ab his perpeti quæ minus oble-
ctant. Hæc itaq; Paulus ita diſſeruit, & ab hæreticis ſe q̃multis moleſtijs fuiſſe affe-
ctum eo affirmat, ut Timotheo tandem ſuadeat, conſtanti animo ſit, cum ab illis ur-
gebitur. Et ſuas demũ paſſiones commemorat, ut diſcipulum reddat fiduciorem.
QVALIA mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconiæ, Lyſtris.) Antiochiam Paſſidiæ
dicit, Lyſtras uero, quia inde eſſet Timotheus oriũdus. Cur uero horũ duntaxat me
minit, cũ & alibi multa eſſet ꝑpeſſus? Nimirũ uel quia Timotheo eſſent hæc notiora
uel quia his ipſis in locis nuprime mala hæc toleraſſet. Aduerte aũt, quemadmodum
nequaq̃ hæc ſigillatim cõmemoret. Quod eo facit, ne ad oſtentationẽ uideat̃ hæc &
iactantiã meminiſſe, q̃ ad diſcipulũ conſolandũ et cõfirmandũ coactus cõſcripſerat.
QVALES perſecutiones ſuſtinui, & de omnibus liberauit me dominus.) Duo
quædam Timotheo demonſtrat, apprime neceſſaria. Et ut ad malorum tolerantiã
paratior ſit, & nequaquã a Deo ſe deſtitutum iri hæc tolerantem. Ait itaq;, Ipſe qui-
dem quales ſum perſecutiones perpeſſus, & animo ſim in his ſuſtinendis promptio
ri & audenti & exemit tamen me his omnibus dominus.

Oſtentationẽ & iactantiam uitandas eſſe.

ET OMNES quolunt pie uiuere in CHRISTO IESV ꝑſecutionem patient̃.) Vel
id maxĩe ualet ad conſolandũ. Quid, inq̃t, de me ſolo hæc dixerim, cũ omnes qui uo
lũt in CHRISTO IESV & ſecundũ Euangeliũ pie uitã hanc ducere, ꝑſecutionibus af
flictent̃ neceſſe ſit. Perſecutiones aũt hoc loco dicit, non eas ſolũ quæ ab infidelibus
inferunt̃, ſed preſſuras quaſlibet & labores, quos ſubeũt, qui uirtuti ſe addixere. Eſt
nãq; hæc uita, ſecundũ Iob, tentatio quædã, & q̃ anguſta incedit, & neceſſario ꝑmit̃.

Qui uolũt hãc uitam ſecundũ Deum ducere, perſecutiõibus atteruntur.

MALI AVtem homines, & ſeductores proficiunt in peius, in errorem mittẽtes &
ipſi errantes.) Nihil uelim propterea obturberis, ſi in delitijs illi, in preſſuris ipſe
uitam hanc degas, ſic enim fert. Ipſarum rerum natura iniſti certamen, deſudes itaq;
neceſſe eſt. Eſt quidem plane inſulſum, quietem certando & otium quærere. Illi enĩ
peruerſi & ſeductores, & ſi uidentur proficere, haud quaq̃ in melius prouehuntur,
cum in erroribus eorum omnis cõſtet eſſe prouectus. Vt autem in peius illud quod
dixerat explicaret, hos & in errores inducere, & errare ſubiecit.
TV VERO ꝑmane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi.) Ipſe, inquit, immobi
lis perſta, nec prauis et malignis in rebus quempiã ęmulabere, nec eũ quidem cui oĩa
proſpere ceſſerint. Nõ enĩ ſimpliciter didiciſti, ut qui ea q̃ a nobis acceperas, & credi
ta ſunt cũ certitudine & fide perdidiciſti. Itaq; ſi cõtra res euenire ac inſtitutus es ſpẽ
proſpexeris, noli id moleſto anĩo ferre, quandoquidem & Abrahã, etſi audiſſet in
Iſaac uocabitur tibi ſemen, eundem tñ iuſſus ut immolaret, nil tamẽ eſt obturbatus.
SCIENS A quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti.) Duas cauſas
affert, quibus debeat ille immobilem ſe præſtare. Cum quia nõ ab aliquo parui mo-
menti uiro, ſed a ſe Paulo ea didicerit. Quod ꝑinde eſt dicere, ac ſi a Chriſto accepe-
rit, tum quia nõ nuper aut pridie, ſed a paruis fuiſſet edoctus. Quaſi dicat, irradicata
eſt in te Diuina ſcientia, et ita, ut nequaq̃ ſit inſanũ aliquod & ſtolidũ facinus, ut ſub
eas ꝑmiſſura, & qualia multi perpetiunt̃. Nam qui ſacris literis fuerit, ut decet inſtru
ctus, nunq̃ accepto propoſito immutabit̃. Sacras autem literas dicit Diuina ſcripta.
QVAE TE poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in CHRISTO IESV.)
Non enim

Humana ſcientia ad fallacias erudit, Diuina ad ſalutem.

Non enim, ut exterior hæc eſt mundana ſcientia, hoĩem ad fallacias, circumuentiones, & concertationes uerborum erudit, ſic Diuina illa nos inſtruit. Quinpotius ad ſalutem inſtituit. Quam illam ſi quæras? Non ea certe quæ operibus conſtat & uerbis, ſed quæ in CHRISTO IESV fide conſiſtit. Nam cum ſacra hæc ſcripta hominem in Chriſtum ut credat inducunt, ſalutem ei haud dubiam pariunt.

OMNIS ENIM ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt.) Qꝫ multis explicatis ad conſolandum hunc modis, nunc quæ maxima eſt, conſolationem inducit. Eam uidelicet, quæ ex ſacrarum literarum lectione affertur. Eſt enim triſte aliquid illi denũciaturus, ꝙ propediem ei ſit obeundum. Ne itaqꝫ animo concidat, utpote qui præceptore ſit paulo poſt ſe conſolante priuandus. Habes inquit, in mei uicem ſcripturas, quæ & leuare te poterunt, & prodeſſe. Quærũt nõnulli, cur Paulus dixerit omnis ſcriptura diuinitus eſt inſpirata? Quod ſi ita eſt, ergo & gentilium ſcripta a Deo ſuggeſta ſunt? Oportuit ſane hos non ignorare quod ſuperius dixerat, ꝙ ſacras literas noſti, nunc omnem ſcripturam dixiſſe. Quam illam? Nimirum quam ante expreſſerat, & de qua ꝙ ſacra eſſet, diſſeruit. Scriptura itaqꝫ omnis quæ iſtiuſmodi eſt & diuinitus inſpiratur, uniuerſis conducit, ut inferius demonſtrabit.

Nihil eſt quod ſcripturis nequeat diſſolui.

AD DOCENdum.) Prodeſt, inquit, quia nos inſtruit, quid ſit perdiſcendum. Nihil eſt enim quod nequeat ſcripturis diſſolui.

AD ARGVENdum.) Si coarguenda ſcilicet fuerint mendacia.

AD CORRIpiendum, ad crudiendum in iuſtitia.) Si neceſſe eſt, inquit, ut aliqđ uel corrigatur uel inſtruatur, hoc eſt, ad iuſtitiam reddi continentem, & ſobrium, & ea quæ iuſta ſunt exequi, ex ſacris literis id omne ſuppeditabitur.

Emendatio morum ex ſcripturis paratur.

VT PERFEctus ſit homo Dei.) Emendatio, inquit, ex ſcripturis paratur, ut nihil homini deſit, qui ſecundum Deum inceſſerit. Si itaqꝫ ipſe integer fieri & perfectior cupis, ſanuſqꝫ & ſemper æquabilis reddi, nec cõtrahi aduerſis exoptas, nec proſperis rebus efferri. Id enim præfert perfectionem & mentis æquabilitatem, has ſacras literas conſule cum mea carebis præſentia. Atqui ſi Timotheo SPIRITV ſancto oppleto, de eiuſmodi lectione conſcripſit, quanto magis ſumus & nos ad eam hortandi, qui ſpiritu hoc indigemus. Aduerte autẽ, quemadmodum ni ſacræ literæ opitulentur, integros nos & perfectos reddi non poſſe.

AD OMNE opus bonũ inſtructus.) Non eni ſimpliciter bonorũ eſt operũ particeps, ſed inſtructus his ipſis & abſolutus. Neqꝫ una aliqua in re erit ille perfectior in alijs uero minĩe, ſed ad oĩne opus qđ rectũ ſit, & ad rẽ unãquanqꝫ eſt ille inſtructior.

CAP. IIII.

TESTIFICOR CORAM DEO & CHRISTO IESV qui iudicaturus eſt uiuos ac mortuos.) Et ſi alibi Timotheum deterruit inquiens, præcipio tibi coram Deo, qui uiuificat uniuerſa, nunc tamen magis horrendum reddit ſermonem, cum iudicium illud recordatur, ait enim. Illum ipſe qui pœnas eſt exacturus teſtem inuoco, quia neqꝫ id te clam habui. Viuos ac mortuos, uel peccatores dicit & iuſtos, uel eos qui uita hac exceſſerunt, & qui tunc ſuperſtites deprehendentur. Nõnulli uero uiuos & mortuos, animas ipſas & corpora intellexerunt.

PER ADVENtum ipſius & regnũ eius.) Cum enim ille iudicium facturus aduenerit, cum Imperio prodibit & gloria, non ea quam prius humilitate conceſſerat.

PRAEDICA uerbum.) Quod ipſe teſtificor, ut uerbum prædices, ne gratiam in occulto teneas. Quid uero nobiſcum agetur, qui nil prædicamus.

Oportune & importune eſſe prædicandum.

INSTA OPORtune & importune.) Hoc eſt, inſtãdo & iubendo eloquere. Nec intercíſa, ſed perpetua utere oratione & cõtinenti, ita ut nullum tibi ad prædicandũ præfinitũ ſit tempus, ſed oportune inſta, id eſt, in pace & otio, cũ in eccleſia pacifice nullo turbãte uerſaris. Et importune, id eſt, cũ in diſcrimine fueris, uel extra eccleſiã loquere & Euangeliũ ipm ediſſere. Oportunitatem uero & importunitatẽ ad multorũ dixit opinionem, exiſtimantiũ oportunitatẽ quietem eſſe, importunitatem ꝑpa ꝑiculoſa & intempeſtiua. Et rurſum edocendi hoc munus obeundũ in eccleſia arbi

trantur &

tranetur & oportunũ ducunt, ut in ea Euangelium prædicetur. Intempeſtiuum uero
& nil oportunum, cum de Eccleſia eiectus id exequi uelit. Vel aliter. Perinde ac ſi di
cat. Nihil ut homines delinquũt expectes, ſed anteq́ facinoribus obſtringanť, hos
inſtrue. Vel oportune & importune, hoc eſt, quouis tẽpore Euangeliũ prædica.

ARGVE.) Videlicet cum id uideris neceſſe fore, & cum delinquentem depre-
henderis, uel ut delinquat futurum, nihil te ſubtrahas.

OBSECRA.) Vel mitioribus & ſupplicibus uerbis utere, neq; in facinus plabať.

INCREPA.) Vbi aliquem deliquiſſe compereris & caſtigaris, ſi minus deſiſtat,
mox increpa, perinde ac ſi dicat. Quibuſuis modis enitere, ut medearis peccanti.

Omnibus modis enitendũ ut medeatur peccanti.

IN OMNI patientia & doctrina.) Eſt nãq; haud temere de his & mox deſperan
dũ qui praua cõmiſerint, ſed uel p̃cibus eſt inſiſtendũ ut deſinant malefacere, uel do
ctrina ut tandẽ reſipiſcant, admonẽdi. Et in omni patientia, hoc eſt, in q̃uis patiẽtiæ
genere, & quæ ita præſteť, ut oĩbus modis eluceat, tam opibus quã uerbis & geſtu.

ERIT ENIM tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.) Prius, inquit,
hos quam eant precipites corripe, eoq; & ſuperius dixit oportune & importune, id
eſt, quouſq; hos habeas obſequentes, quouis modo enitere.

SED AD ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros.) Temerariam & in con-
ſultam præceptorum turbam coaceruabũt inquit, hic patefacit, q & a vulgo hi con-
gerantur, qui nullis nititur rationibus, ſed ut animus tulerit, incõſiderate defertur.
Et eos efferunt laudibus & eligunt præceptores, qui ſuis fauent cupiditatibus, ipſo
rumq; ad gratiam cuncta & uoluptatem, differunt & exequuntur.

PRVRIENTES auribus.) Hoc eſt, aures duntaxat oblectantes. Homines enim
iſtiuſmodi deliniti, quæ iuuent ſemper & minus contriſtent, audire percupiunt.

ET A VERitate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.
Vides quemadmodum non ignari a ueritate aberrent, ſed ſcientes & ultro decipian
tur. Nam auerſis inquit a ueritate auribus, conuertuntur ad fabulas. Quo fit, ut ma-
lum id uoluntarium ſit. Hæc autem intulit, non ut in ſegnitiem inducat diſcipulum,
ſed magis ſuadeat ut temporis ſui facilitate & otio recte utatur. Et ſi illud obtigerit,
a Chriſto in eam ſententiam denuntiatum, eius affligendos eſſe diſcipulos & irru-
pturos aliquando lupos rapaces, ferat id animo æquiori.

TV VERO uigila, in oĩbus labora.) Vides quẽadmodũ eo hæc illi prædixerit,
ut uigilandũ iniungeret, perinde ac ſi dicat. Priuſquam corruptionis huiuſmodi &
malorũ tempus adueniat, & lupi irrumpant, labori incumbe & libẽrer inſuda, ut o-
(ues in tuto cõſtituas.

OPVS FAC euangeliſtæ.) Ergo illud erit Euan-
gelium prædicantis negotiũ, ut a ſeipſo & ultro, tum ab his qui forinſecus ſunt, ma-
la perpetiatur, & labores excipiat non inuitus.

MINISTERium tuũ imple.) Tunc ẽm cuiuſpiam cum officio miniſteriũ adim-
pletur, cum opus impoſitum exequendo, tolerat mala, & operando inſudat.

EGO ENIM iam delibor & tempus reſolutionis meæ inſtat.) Non enim immo
lor dixit, ſed delibor. Quod ſane præſtantius eſt. Siquidem haud quaquam quæ im
molationis ſunt, ad Deum omnia referuntur, libationis uero uniuerſa.

Quæ ſit inter immolationẽ et delibationẽ differentia.

BONVM CERtamen certaui.) Dicet aliquis. Cuius rei grã magna de ſe quædã
nunc Paulus iactat. Non ẽm hæc iactandi gratia intulit, ſed ut diſcipulũ conſoletur,
ne eius ob proximũ e uita exceſſum, dolore & mœſtitia afficeretur. Quandoquidẽ
optimũ eſſet uitæ finẽ iam habiturus, deceſſurus propediem ad coronas, & palmã.
Quemadmodũ enim Pater aliquis ferme iam moriens, ut Filium ſibi aſſidentem &
mœſtum ſoleť, his utitur uerbis. Fili parce lachrymis, deſine me obiturũ deflere, re-
cte enim & uitã duximus, trophæa ereximus, et plurimis ſumus potiti uictorijs, pro
quibus & magnas nobis debet gratias impator, cedenteq; in tui admirationẽ & glo-
riam, rẽs per me geſtæ. Haud ſane dubiũ quin Genitor ille hæc in ſuam laudẽ dixe-
rit, ut mœrentẽ Filium cõſoletur, ut leuius ferat eius deceſſum. Sic dictis his Paulus

Qui pro mundanis decertãt momentaneam mercedem accipiunt, qui uero pro cœleſtibus æternam.

& Timotheum per Epiſtolam tanquam teſtamẽto aliquo lenit ſolaturq;, inquiens. Bonum certamẽ certaui, itaq; id ipſum & tu factites uelim, & certamẽ ut ſubeas iſtiuſmodi. Dicet aliquis. Num Paule cum cathenæ tibi iam inſint & uincula, boni aliquid ineſſe certaminis poterit. Etiam inquit. Eſt enim Chriſto per me initum certamen, q uinclis aſtringor. Nam & qui pro bonis hiſce mũdanis decertãt, multos conterunt ſeſe exercendo & inſudando dies, & uno ac breui momẽto uictores referunt palmam. At Chriſti Athletas certantes, præmia quædam perpetua manent & clara. Videor itaq; certamẽ bonum certaſſe, quod & iocundum eſt & decorum.

CVRSVM conſummaui.) Quid ni cũ ei abunde Euangeliũ prædicanti a Hieruſalem undequaq; ad Illirycum uſq; decurſum eſt, & ita decurſum, ut multa intercide rent impedimenta, mortes ſcilicet, inſidiæ, & alia pleraq; aduerſantia. Nec ſecus ac igneas alas haberet, quãmultas regiones prædicans incredibili celeritate perua ſit.

FIDEM ſeruaui.) Erant eñ quãmulta quæ Fidẽ hanc intercipere conarent̃, cum cõminatiões & mortes, tũ ubi hæc parũ ualeant, ad gratiã & uoluptatẽ promiſſa. Ipſe tamẽ furem quã maxime cauens, uigil & excitus, iſtiuſmodi uniuerſis reluctabat̃.

DE RELIquo repoſita eſt mihi corona iuſticiæ.) Satis hæc ſane q̃ dicta ſunt, ad cõſolationẽ facere uidebant̃. Verũ hoc loco & p̃mia adijcit, ut magis ac magis diſcipulũ excitet, & cõfirmet. Neq; eñ dolendũ eſt inquit, quãdoquidẽ coronã ſum acce pturus. Per iuſticiam aũt unumquodq; uirtutis genus uel hoc loco deſignat.

QVAM reddet mihi dñs in illo die iuſtus Iudex.) Neq; eñ dabit inquit, ſed reddet. Tanquã debitũ aliq̃d, nõ munus ſit recepturus. Quippe qui iuſtior ſit mercedẽ oĩno decernet laboribus. Fit itaq; ut uel debita corona hæc ſit ob iudicis æquitatẽ.

Aduẽtus domini bonos letificat, terret iniquos.

NON SOLum autẽ mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius.) Hoc loco uel ipſum excitauit Timotheum, dicens. Si omnibus, longe magis & tibi. Verum quis hunc aduentare deſiderat. Is nempe, qui pro eius aduẽtus dignitate ſe geſſerit. Quo fit, ut qui ea non egerit, nil uideatur ut iterato ad nos ille ſe cõferat, cupere, ſed potius id deteſtari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania autem græce eo aduentus dicitur, quia ſuperne apparet & cœlitus oritur. Præter hũc uero uniuerſalem aduentum ſiue apparitionem, ut græci dicunt, eſt & alius quidam, quo & ſeipſum his

Duplex aduentus.

præbet uiſendum, qui ſe ut uiſant, merentur. Non mundo, quemadmodum & alibi dicit, ego & Pater ueniemus & manſionem apud eum faciemus.

FESTINA uenire ad me cito.) Cur ad ſe Paulus reuocat Timotheum, præſertim cum ei credita eſſet & demandata Epheſina Eccleſia, & genus id omne Epheſiorum? Nimirum quia & uinculis coercebatur, & in carcerem fuerat a Nerone conie ctus. Nec ad Timotheum licebat ei accedere, & ideo Romam hunc ad ſe reuocat, cu piens forſitan priuſquam mortẽ obiret, complura illi committere.

DEMAS eñ me dereliquit, diligẽs hoc ſæculũ & abijt Theſſalonicã.) Non eñ dixit ut te uiſam antequã moriar, ne illi mortem afferret, ſed quia ſolus ſum deſtitutus, nec quẽpiam habeo ad Euangeliũ diuulgandum adiutorẽ. Accelera ergo tuum ad nos reditũ. Verum quid ſibi vult illud, diligens hoc ſæculum. Id quidẽ, perinde ac ſi dicat. Quietẽ & otium abiens ille adamauit, et in tuto eſſe decreuit. Maluit enim domi per delicias uiuere, quã mecum periclitari. Et hac in re ſolum hunc uidetur arguere, cũ tamen cohortari nos potius uelit, ne in periculis remolleſcamus, quã hunc criminari, quin etiam ut Timotheum ad ſe celerius trahat, id dixit.

Creta demandata Tito.

CRISES in Galatiam, Titus in Dalmatiam.) Hos quidẽ nil carpit Apoſtolus, Titus ſiquidem inter præſtantiores erat, & admirabiles uiros cõnumerandus, ita ut huius curæ fuerit Creta inſula demandata. Hi itaq; duo haud quaquã ſæculi huius cupiditate, uel alia quauis neceſſitate, ſed prædicandi gratia alio ſe contulerunt.

Lucas.

LVCAS EST ſolus mecũ.) Is nanq; ſic Paulo ipſi adhæſerat, ut ab eo nunq̃ diſcederet. Idẽ præterea & Euangeliũ & Apoſtolorũ acta uniuerſa conſcripſit, de hoc item & Paulus meminit dicens. Cuius laus in Euangelio eſt per oẽs Eccleſias.

MARCVM aſſume & adduc tecum, eſt enim mihi utilis in miniſterio.) Non in otium dicit, ſed in Euangelij miniſterium. Apoſtolus nanq;, & ſi uinculis erat conſtrictus, prædicandi tamē id munus non intermiſerat, eoq; & Timotheum non ſine cauſa reuocat, ſed Euangelij, ut nihil fideles ſui obitus tempore obturbarētur, cum multi eſſent ex eius diſcipulis affuturi, qui turbam & tumultus ſiqui forte orirentur, ſedarent, confirmarentq;, qui eius mortē ferrent intollerantius. Erat eñ neceſſe ut magni eſſent momenti uiri, quibus Roma demandaretur in curam.

TICHICVM autem miſi Epheſum.) Solus itaq; derelinquor, quo circa neceſſarius eſt tuus ad me aduentus.

PENVLAM quam reliqueram in Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros.) Penulam, id eſt, ueſtem. Hanc enim depoſcit, ne ab alijs exigere indumēta cogatur. Vbiq; enim plurimū cauit, ne aliorum ope indigeret aut cuiquā oneri eſſet. Nōnulli uero arculam hanc eſſe dicunt, qua libri reconderentur. Verum quid libris indiguit, qui propediem eſſet ad Deum demigraturus? Vt illos nimirum fidelibus poſt ſuam mortem relinqueret, quos ſui loco haberent.

MAXIME aūt membranas.) Hi forſitan libri utiliora quædā in ſe continebant.

ALEXANder faber ærarius multa mala mihi oſtendit.) Huius autē meminit tentationis & mali, non ut hunc carpat, ſed ut Timotheo ſuadeat, magno animo ferat aduerſa, quæ ab infimis & uilioribus ingerunī. Pleriq; enim cum a præſtantibus uiris uexanī, fortiter tolerant, quia diuexantiū magnitudo ſoletur. Ab his uero aliquid perpeti, qui & tenues ſint & abiecti, angere magis & urgere uidetur, ideoq; & Paulus inquit. Multa mihi mala oſtendit, hoc eſt, admodū me oppreſſit & uarijs modis. Accedit prętērea q; hi qui nullius ſunt pretij, nec ulla ſunt inſigniti uirtute, cum aliorum de ſe iudicium negligunt, ubi aliquem ceperint diuexare nil prorſus de ſua malignitate remittunt, nec parcunt ei quē ſemel ut perdant aggrediuntur.

Nullius pretij homies in eos quos uexādos acceperīt acerbiori quodam modo deſeruiunt quā uirtute prediti.

REDDET ei dñs ſecundū opera eius.) Confide. Non eñ impune hæc illi procedent, ſed reddat dñs, id eſt, redditurus eſt. Quod Pauli dictum, uaticinij potius optinet locum, quā execrationis & uoti. Non eñ id dixit, ut aliorū depoſcat ſupplicia. Quippe qui ſanctitate polleret, ſed pdicatiōis neceſſitate cōpulſus, ut cōprimerenī qui ſe interciperēt prædicantē. Quod ſane uel hos admodū conſolaī, qui imbecilliores ſunt, & in Fide nondū obfirmati, credentes nullā habere impunitatē Peccata.

QVEM ET tu deuita.) Non pœnis hunc inquit & ſupplicijs afficias uelim, præſertim cum uel id facere illi per Spiritus ſancti gratiam licuiſſet, ſed declinādum ab eo ſecedendumq; præcepit, Deo item remittens & pœnas.

VALDE enim reſiſtit uerbis meis.) Id eſt, obſiſtendo oppugnat prædicationis (meæ dicta.

IN PRIMA mea defenſione nemo mihi affuit, ſed oēs me dereliquerunt.) Rurſum & tentationes alias & preſſuras enarrat, ut longe magis diſcipulum conſoletur. Prima defenſione, quam illam dicit. Hanc ſcilicet. Nam cum primum eſſet Neroni illi ſæuiſſimo adſtitutus, mortē euaſit, & ita ut eo ex tēpore prædicandi ſibi eſſet facultas. Sed cum inſtruxiſſet ad Fidem, quem Nero uini habebat domi prægustatorē, mox ille ueſania furens, & Paulum coniecit in carcerem, & paulo poſt ei caput præcidit. Timiditatem prætendit, cum omnes ſe deſeruiſſe fatetur, ſubinde diceret. Vel familiares & domeſtici prodidere, & quauis ſum conſolatione priuatus. Ipſe ergo ſi quando fueris medijs in malis ab omnibus deſtitutus, eandem adhibe ad te conſolandum medelam, qua ipſe ſum in tempore uſus.

Paulus à Nerone occiſus.

NON ILLIS imputetur.) Vides quemadmodū his uel grauiter delinquētibus, ueniā impartitur. Quos cum haberet familiaritate cōiunctos, ſe tamē deſtituiſſent. Non eñ æque ab alijs paruifieri nos ſtomachamur, ac cum a notis & domeſticis ipſi contēnimur. Precatur tamen id facinus minus his in Peccatum aſcribi, tametſi ſummum ſit ſcelus & non negligendū, ſed enim aduerſione & ſupplicio dignum.

DOMINVS autem mihi adſtitit.) Ecce & alium quendam in modum diſcipu-

 lum con-

ſum cõſolatur, affirmatq́ ſe, qui ſit ab hominibus derelictus, a Deo non deſeri. Nec permitti, ut graue aliquid moleſtumue patiatur.

ET CONFORtauit me.) Hoc eſt, fidentiorem me fecit, & fiduciam mihi largitus eſt, neq́ ut conciderem animo, ille permiſit.

VT PER me prædicatio impleatur.) Aduerte immẽſam uiri huius humilitatẽ. Non eñ inquit quaſi huius ſim muneris dignus, eo mihi & uires Deus ſuffecit, ſed ut Euangelij impleatur per me prædicatio, id eſt, confirmetur. Vel ut abſoluatur & finẽ habeat. Nec ſecus mecũ agatur ſi Euangelium illud abſoluero, ac agi ſolet cum his, qui eo mortẽ deuitant, quia regijs ſint inſignibus cõmuniti.

ET AVDIant omnes gentes.) Hoc eſt, ut cunctis celebrior fiat & notior prædicationis hæc gloria, & ꝙ mihi proſpexerit Deus, omnibus innoteſcat.

Neronem leonem uocat Paulus.

ET LIBEratus ſum de ore leonis.) Hoc eſt, Neronis. Leonẽ enim hunc nominat, ob eius imperij robur & magnitudinẽ. Vel forſan ob eius ſæuiciam. Non enim longe a morte tunc abfuit, cum primo in fauces incidiſſet leonis.

ET LIBErabit me ab omni ope malo.) Tunc quidẽ me inquit a corporis morte exemit. Poſtq́ uero ſatis iam prædicauero hunc, haud dubie ſpero nõ modo me a corporea hac internitiõe liberaturũ quippe qui delibandus iam ſim, ſed uel ab omni opere malo, hoc eſt, omni Peccato, ꝓinde ac ſi dicat. Nequaq́ me ſinet in morte hac tolleranda flacceſcere, ſed adusq́ ſanguinem uires ſuppeditabit obſiſtendi Peccatis: Quod ſane haud ſecus duxerim, ac ſi feri & ſenſibilis leonis faucibus commoliret. Eſt itaq́ hæc ſalus longe maioris exiſtimãda, quã prior illa, qua mortẽ euaſerat.

Aliâs commo'eret

ET SALuum faciet in regnũ ſuum cœleſte.) Hoc eſt, ex omni me ille delicto eripiet, & ibi tutabiť. Id enim eſt in regnũ cœleſte ſaluũ reddi, cum in hac uita mortẽ pro Chriſto obimus. Ait nanq́ qui in hoc mundo animã oderit ſuam, in uitã ſeruabit æternam. Erit ergo uera hæc ſalus, cum in cœleſti regno fulgebimus.

CVI GLOria in ſæcula ſæculorum amen.) Ecce nunc haud ſecus Filio gloriam quam Patri & laudem impartitur, is nanq́ dominus eſt.

τὸν Ἀκύλαν

SALVTA Priſcam & Aquilam.) Hi ſunt qui Apollo illum excipientes edocuerunt, ad quos & Paulus ipſe diuerterat, & quorum frequenter meminit. Præponit autem fœminam uiro, id eſt, Priſcam Aquilæ, quia & fidelior erat & firmior. Hæc enim Priſca & Apollo ſimul ad Fidem inſtituit, & Apoſtolum frequẽti excepit hoſpitio. Iubet autẽ utroſq́ ſaluere, ut ſuam in hos præferat charitatem.

ET ONEſiphori domũ.) Hoc eſt, q̃s domi habet. Ipſe nãq́ Romæ erat, & Pauli curã, carcere & uinculis detenti, ſuſceperat ut dictũ eſt. Ex huiuſmodi aũt impartita ſalute facit hos promptiores, ut ſuũ Oneſiphorũ in præſtandis obſequijs imitenť.

ERASTVS remanſit Corinthi, Trophinium uero reliqui infirmum Mileti.) Cum in ſuperioribus nullam horum mentionem feciſſet, nunc meminit, arguitq́ ſe undique deſtitutum ut Timotheum mox cogat ad ſe redire. Miletum uero Epheſi erat propinquior locus. Poteſt itaq́ coniectura intelligi Paulum ★ uideam uerſus nauigantem. Mileti hunc reliquiſſe. Siue cum prius Romam ueniſſet, deinde ad eas ſe partes contulerit, nil habeo certi quod aſſeram.

Aliâs Romam.

FESTINA ante hyemem uenire.) Cum enim undiq́ deſeror, ut perſpici licet, omni ſtudio tuum ad me accelera reditum. Nec priuſquam moriar inquit accedito. Id nanq́ mœrorem illi afferret, Sed ne hyeme interceptus adeſſe nequeas, nec me uiſendi habeas facultatem. Id enim ſubintelligi debet, tametſi minus expreſſit.

Non eſt fœmineũ genus, ſi ſe uirtuti addixerit ad pleraq́ bona exequenda minus aptũ quàm uiri.

SALVTAT te Eubolus & Pudens & Linus.) Hunc Linum ferunt nonnulli poſt Petrum Romæ ſecundum fuiſſe Epiſcopum.

ET CLAVdia.) Vides quẽadmodum & fœminæ in Fide eſſent ardentiores, & mundo iam crucifixæ. Atqui nulla in re inferius eſt fœmineum genus, uirorum conditiõe, ſi modo uelint ad bonum eniti. Nam & uiros in uitæ huius negotijs plurimũ iuuant, utpote quæ domus curam ſuſcipiunt, qua uiri dempta, paratiores reddunť,

ſiue ad ciuilia procuranda, ſiue ad exequẽdum quæ Spiritus ſunt, & ſpiritalibus in rebus. Exercendaq; continẽtia, pleraq; potiores ſunt uiris, ad decusq; ipſum & ſanctimoniam præferẽdam, tolerandaq; ieiunia accommodatiores. Ita ut nil deniq; ſit, quod muliebre id genus, ſi ſe uirtuti addixerit, interpellet.

ET OMNES fratres.) Horum neminẽ nomine exprimit. Nam cũ maxima eſſet fideliũ multitudo, illos duntaxat nomine explicat, qui & clariores eſſent, & humanarũ rerum omnẽ iam cua ſiſſent cupidinẽ, & Spiritus ardore pollerent.

DOMINVS IESVS CHRISTVS cum Spiritu tuo.) Nil inquit doleas q̃ ſim abs te abſceſſurus, dominus nanq; tecum eſt. Nec tecum dixit, ſed cum Spiritu tuo. Duplex eſt itaq; opitulatio, & gratiæ Spiritus & Dei qui huic faueat. Quin illud præterea patefacit. Tunc quidem nobiſcum futurum dominum, cum Spiritum ipſum apud nos aſſeruabimus, nihil hunc per nequitiam repellentes. *Si nos gratia muniat nihil quod moleſtũ ſit ſubire poterimus.*

GRATIA uobiſcũ amen.) Eidem demũ bene precatur, ut Deo in perpetuũ placeat, apud eundẽq; & gratiã aſſequatur. Nam quẽadmodũ qui Imperatoris aſſiduo utatᷣ conſpectu, ſitq; & illi pergratus, nil poteſt oĩno quod moleſtũ ſit perpeti. Sic & ſi ab amicis deſerimur, Dei modo nos grã muniat, ſubire malũ nequibimus. Quod ſane fieri haud aliter poterit, niſi & ipſi ea facere cõnitamur, quæ Deo ſunt grata. Et quẽadmodũ domi hi ſunt ſeruorũ gratiſſimi dominis, qui illos rectis operibus magis oblectant, ſic noſtrũ quilibet apud dominũ illum cõem inuẽturus eſt gratiã, ſi ea anio & cogitatione uerſabit, quæ illius ſunt, cui in ſæcula laus & gloria ſit.

ARGVMENTVM.

Titum commoneſcit & inſtruit, De conſtitutione Preſbyterij, & de Spirituali conuerſatione, & hæreticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt, ſcribens ei a Nicopoli.

IN EPISTOLAM AD TITVM, ATHANASII, VEL MAXIME VVLGARII, PROLOGVS.

Titus hic cum probitate cæteros anteiret qui cum Paulo uerſarentᷣ, idcirco & Cretæ maximæ inſulæ in Epiſcopũ electus & conſecratus præficitᷣ, & tam multi ſibi Epiſcopi & iudicandi & cõſecrandi ſunt crediti. Nunc itaq;, & ut ſuppleret quod cuiq; forte deeſſet, tanq̃ probatiſſimo uiro, per hanc Epiſtolã demandatᷣ. Quã utiq; Paulus prius illi conſcripſit, quã uinclis coercereᷣ, cum anio quietior eſſet, & otio abundaret. Non eñ ullas his literis preſſuras cõmemorat. Arbitror præterea Epiſtolam hanc prius fuiſſe conſcriptã, quã ad Timotheum ſupior hæc ſcriberetur. Quippe morti cũ eſſet propinquior ſcripſerit. Facit itaq; hac in Epiſtola frequentius de gratia mentionẽ, quæ nobis ſaluti fuit. Satis exiſtimans ad conſolationẽ hanc ualituram. Nam qui ſecũ reputat quis antea extitiſſet, & quibus ſit poſtmodũ donis dignatus, & gratia quali affectus, ſtudebit enixius nil eum ad iracundiam concitare, qui de ſe fuerit tam bene meritus. Inuehitur etiam in Iudæos, quorũ ſi uniuerſum genus & reſpuit & deteſtatur, nil mirum. Non eñ tanquã maledicus & detractor hos improbat, ſed immẽſo Dei amore & zelo ductus, id facit, Quemadmodum & CHRISTVS Phariſæis indignabundus exprobrat multa.

Titus Cretæ Epiſcopus.

Malos plerũq; corripimus nõ quia ſperemꝰ eos meliores fore, ſed ne alios perdant.

non ſui gratia, ſed quia alios perderent. Per breuem autē ſcribit Epiſtolam, ut uel ex ea Titi perdiſcamus uirtutē, uirum enim tantum ut confirmaret haud quaquam longiori opus erat oratione, ſed hunc ut paucis admoneret.

CAP. I.

PAVLVS SERVVS DEI APOſtolus aūt IESV CHRISTI.) Diuerſe Paulus ſuū nomen imponit Ep̄lis. Nunquā enim Dei ſeruū, uel Dei ſe Apoſtolū aſſerit. Nunc uero contra, quippe qui nil interno ſceret a Filio Patrem differre, nec a Patre Filiū.

SECVNDVM Fidem electorum Dei & agnitionē ueritatis, quæ ſecundum pietatem eſt.) Multipliciter poteris id intelligere. Vel quia Apoſtolus ſum, ut per me qui electi ſunt credant, uel quia ut Apoſtoli munere fungerer ſum nō meis ullis officijs deſtinatus, ſed quia ita Deo ſit uiſum, ut mihi eius electi, uel prædicanti præbeant Fidem. Quo fit, ut id omne eius ſit gratia factum, qui mihi Euangeliū credidit. Nec quia dignior ſim, ſed electorum ob cauſam hanc ipſe dignitatē accepi. Proinde ut ad hæc aliquid etiam per nos operæ conferēdum eſſe demonſtret, & agnitionem ueritatis adiecit. Perinde ac ſi dicat, quia Euangelij ueritatem cognorim, eo & illud mihi credendum eſt. Quin potius nec a nobis ea cognitio prodijt, ſed ille cauſa eſt, ut hanc aſſequamur. Nam prius ipſi cogniti ſumus, deinceps & nouimus. Vel quia ut cæteri electi, & ipſe iam credidi, & ueritatis adeptus ſum notionē. Ad rerum autē Iudaicarū differētiam ueritatis adiunxit. Illa quippe haud quaq; ſunt uera, nec penitus mētiuntur, ſed figurā quandam & umbrā præferunt ueritatis. Cunq; & nos electos appellat, Iudæos euertit tollitq;. Qui & ſi aliquando alicuius momenti fuere, haud quaquā de cætero huiuſmodi ſunt. Veritatis præterea cū dixiſſet, quæ ſecundum pietatem eſt, ſtatim adiecit. Eſt nanq; & in opificijs ipſis ueri cognitio, uidelicet ut agri colendi modum ſiue lignariam artem quis optime calleat. Non tamē de huiuſmodi ueritate ſermo habetur, ſed de ea quæ in pietate conſiſtit.

Non omnis ueritatis ſed eius quē ſecundum pietatē eſt, cognitio nobis i beneficium cedit.

IN SPEM uitæ æternæ.) Cum iā explicauerit q̄bus nos beneficijs affecerit Deus, nunc & quæ in futurū ſit largiturus, enarrat. Et hæc ſane ueritatis cognitio in maximū nobis beneficiū cedit. Quippe qua ſimus uanis erroribus liberati, & pro eadē illa nos Deus uita ſempiterna cōdonat. Infert igiť, quia eū cognouimus qui ueritas eſt, uitā ſperamus æternā. Vides quēadmodū initio ſtatim Dei cōmemoret beneficia, ut Titum ip̄m, uel potius quos Titus inſtrueret, Deo de nobis tam bene merēti placere ut ſtudeant, faciat ꝓmptiores. Cum uero in ſpem inquit uitæ æternæ, Iudæis ſpem adimit & uelut inanē reddit, qui præſentē haberent in præmiū uitam.

QVAM PROmiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſæcularia.) Si enim illum haud quaquam ſcimus mendacem, confert plurimum quod pollicitus eſt, uel poſt obitum ipſum. Hæc enim inquit ſuperne prædeſtinauit, nec prædeſtinati hunc pœnitebit, neq; ob id quia Iudæi non ſecum ſenſerunt, iſtiuſmodi eſt nobis præmia collaturus, ſed quia ſic eſt diuina mente conceptū, & ſumma ille uel ante ſæcula affectus eſt erga nos charitate. Eſt ſane ingenuitatis noſtræ argumētum non mediocre, quod ab æterno tanto ſit hic amore nos proſecutus.

Non ob id ſumus fidem conſecuti quia iudei reſpuerunt ſed quia prælecti.

MANIFESTAVIT autē temporibus ſuis uerbū ſuum in prædicatiōe.) Ne quis forſan id quærat. Cur Deus in his conferēdis, quæ ante ſæcula prædeſtinaſſet, tanta eſt uſus dilatione. Subdit itaq;, id quidē diſpenſationis gratia egit, & ut tēpore ſuo id faceret. Suis autē dicit temporibus, pro debitis ſcilicet & congruentibus. Verum quid ille manifeſtauit? Verbum uidelicet ſuum, id eſt, Euangelium. Quomodo? In prædicatione, hoc eſt, aperte & fidenter. Qui em̄ prædicat, nec quidpiā addit nec demit. Sic & ipſi ea nunc prædicamus, quæ ſunt nobis iniuncta. Ita tamen, ut exaudiri nos ab omnibus liceat, quēadmodū dixit & Chriſtus. Prædicate ſupra domus faſtigia, ut cū ex modo ipſo tum loco eius doctrinæ apertā ſynceritatem cōmendet. Manifeſtauit autē inquit eius uerbum, ut oſtendat cuncta Euangelium amplexari, uel ea quidē, quæ nobis ſunt in præſentia collata. Pietatem uidelicet Fidem & ueritatē, & in futurū perpetuam uitam. Nonnulli uero uerbū Filium ipſum intellexere.

QVAE CREdita eſt mihi ſcd'm præceptũ Saluatoris nrĩ Dei.) Quæ, inqt prædicatio mihi eſt demãdata. Si res igiť ita ſe habet, nequaq; debeo q̃ indigna ſunt eo ſentire, qui mihi hanc demãdauit. Nec aſpernari aut grauiter ferre, q̃d mihi eſt creditum. Et hæc quidẽ ſecundũ præceptũ mihi eſt credita p̃dicatio. Hoc eſt, uelim nolim ut hanc exerceã neceſſe eſt. Quæcunq; ẽm ut fiant cogit neceſſitas, partim ex aliorũ fiunt mãdato, partim aliena exhortatiõe perficiunť. Reconciliare nanq; fratri tuo iubentis eſt dictũ. Quod qui nõ egerit, pœnas luet. Illud uero uende ſubſtantiã, & qui poteſt capere capiat, adhortantis eſt. Et qui minus id exequeť nequaq; eſt tormẽtis obnoxius. Mihi itaq; iniũcta ex præcepto eſt p̃dicatio, hoc eſt, id ut agã neceſſe eſt, & ue mihi ſi nõ euangeliçauero, q̃d ſane neceſſitatis eſt, non primatũ concupiſcẽtis. At cuius mandatũ, hoc eſt, præceptum? Saluatoris nimirũ Dei. Ille itaq; qui vult ſaluos nos fieri Deus hæc ipſa iniũxit. Cur ergo ſalutare id opus non ſubminiſtret.

TITO DILecto filio.) Poteſt nanq; & filius dici, nec tamẽ dilectus. Vt quiſpiã qui & ſi Chriſtianus ſit, fornicator tamẽ eſt & auariciæ deditus. Filius quia per Baptiſmũ regeneratus, nequaquã uero dilectus, quia indignus eſt Patre.

SECVNDVM cõmunem Fidem.) Cum Titum filium appellaſſet, & Patris in morẽ hunc ſuſcepiſſet, delatum tamen ſibijpſi honorẽ imminuit, inquiens. Nil amplius ego ſum, quã ipſe quod ſcd'm Fidem habeas, aſſecutus. Eſt ẽm hæc utriſq; noſtrum cõmunis, per quã nobis & geniturã peperimus. Cur ergo Filium hunc dicit? Nimirum uel ut ſui amoris erga eum præferat magnitudinẽ, uel quia hunc ipſe Baptiſmi aqua perluerit. Cum igitur eadẽ utriſq; ſit Fides, fraterno & mutuo uinculo connectuntur. Et quia Titum Paulus baptiçarit, huius & Pater nuncupatur. Itaq; cum ſecundum Fidem inquit, cõmunem fraternitatẽ prætendit.

GRATIA miſericordia pax a Deo Patre & domino, IESV CHRISTO Saluatore noſtro.) Vel fraternã ex hoc cõiunctionẽ oſtendit, cũ inquit. Deo Patre, & Titũ excitat, ut cuius ſit Filius recordeť, q; Dei uidelicet. Aduerte autẽ quæ uel idiotis & ſæcularibus bona preceť, eadem hunc Epiſcopo & doctori pręcipere. Quippe cum is præcipue diuina gr̃a egeat, qui multis oneribus urgeatur, nec minus & miſericordia, ut qui multis eſſet malis obſtrictus, & pace, ut qui p̃turbationibus & innumeris certaminibus uexaretur? Opus itaq; uel p̃ unũ aliquod, quod recte geſſerit, cœlos Epiſcopũ promereri, & ob ſemel malum cõmiſſum facinus deferri ad inferos.

Aliás precari

HVIVS REI gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas.) Vt ẽm uel multorũ in domibus quæ fuerint adminiſtranda, partẽ ſinguli ſibi deſumũt & peragũt, ſic & hi ſibi diuerſas ſunt mundi plagas ad Fidem inſtituendas partiti. Et ea tamẽ in re, oẽs operam intẽdebant, quod ſane hoc loco deſignat, cum inquit. Reliqui te Cretæ. Tanquã ipſe illo relicto, alio prædicandi gratia conceſſiſſet. Aduerte autẽ quem admodum nihil hunc pudeat ad diſcipulum ſcribere, ut ea ſuppleret emendaretq;, quæ fuiſſent a ſe intermiſſa. Ad cõmunem nanq; utilitatem intendebat et cõmodum non proprijs honoribus proſpiciebat. Nec minus illud attende, quẽadmodum quæ laborioſa eſſent & plena diſcriminis, per ſe ipſe exequebatur. Quæ uero uel gloriã eſſent uel laudem allatura, diſcipulo demandabat. Epiſcoporum dico inſtitutiones conſecrationesq;, & huiuſmodi quæ cerimonijs indigent.

Partitio diſcipulorũ Chriſti

Cõmunis utilitas facit epiſcopum multa intermittere.

ET CONSTItuas per ciuitates Preſbyteros, ſicut & ego tibi diſpoſui.) Preſbyteros hoc loco Ep̃os dicit, ſicuti & in Ep̃la ad Timotheũ prædixerat. Inſtituit aũt ut ciuitatibus ſingulis, ſinguli p̃ficerenť Epiſcopi. Neq; ẽm uolebat inſulã uniuerſam uni Ep̃o demandari, ſed unãquanq; urbem propriũ habere paſtorẽ iniunxit. Exiſtimans hoc modo leuiorẽ fore toleratu laborẽ, & diligentius hos populũ curaturos.

SIQVIS ET ſine crimine.) Si uitam ſcilicet duxerit inculpabilem, & quæ nequeat criminis incuſari. Si nemo, inquit, huius carpſerit uiuendi modum. Si enim lux ait tenebræ ſunt, tenebræ quantæ erunt.

VNIVS VXOris uir.) Vt hæreticorũ ora occludat, nuptias obtrectantiũ. Vel eũ

qui uxorẽ habeat, in Epiſcopũ ſuſcipit. Nam adeo honorabile cõiugiũ eſt, ut uel ex eo poſſit ad ſanctã illam ẽpatus ſedẽ aſcendi. Vt aũt incontinentes & luxurioſos taxet, uelim inquit, unius ſit uir uxoris Epiſcopus, & iure quidẽ. Nam qui erga primam & unicã nulla ſit charitate affectus, quo pacto poterit Eccleſiæ pficiꝰ Et cũ neceſſe ſit, ut culpa uacet Epiſcopus Bigamus, ſane binis uxoribus uſus, nequaꝗ erit nõ criminãdus. Tametſi ex humanis legibus nil forſitan crimini uideaẽ obnoxius.

Bigamus licet crimini non ſit obnoxius, ordinari nõ debet.

FILIOS HAbens fideles, nõ in accuſatiõe luxuriæ aut non ſubditos.) Qui eñ non recte proprios inſtruxerit liberos, quo pacto ad ea quæ rectiora ſunt inſtituet alienosꝰ Quod utiꝗ ex eo perſpicuũ eſt. Nam ſi ab ineunte ætate diligẽti cura filios educaſſet, nequaꝗ inobedientes euaſiſſent & cõtumaces. Nec ſimpliciter dixit, non incontinẽtes, ſed qui nihil prorſus luxuriæ incuſenẽ, nec prauæ ſint conſcientiæ.

OPORTET enim Epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorẽ.) Quonã hic pacto crimine uacabit, ſi infideles & diſſolutos habeat liberosꝰ Is nanꝗ quẽ propriæ domui Deus præfecerit, locum obtinet Dei. Neceſſe eſt itaꝗ undequaꝗ hic ſibi ac ſuis diligenter proſpiciat, caueatꝗ ne in facinus aliquod prolabantur.

NON SVPerbum.) Qui enim exteriori hoc & mundano potitur imperio, inuitis imperat, eoꝗ & in eos pro ſuo arbitratu ſuperbius dominaẽ. Epiſcopũ uero qui uolentibus præſidet, nequaꝗ decet imperioſum ſe præſtet, & inſolentẽ uel pro eius arbitrio & ſubditis inconſultis, aliquid peragat. Id eñ tyranni factitant.

NON IRAcundũ.) Superbiã ſequitur iracũdia. Oportet itaꝗ ut ab hac etiã caueat. Nam quo modo alios inſtruet ab eiuſmodi animi ꝑturbatiõe abſtineant, qui ſe non caſtiget.

NON VINOLentum.) Hoc eſt, non cõtumelioſum & conuiciatorẽ. Quid enim eſt alijs conuiciandũ, ſiquidem deterrendi ſunt potius contumaces gehennæ cõminatione, quã contumelijs, & probro afficiendi.

Contumaces terrendi.

NON PERCVSSOrem.) Nec manibus inquit, nec uerbis acerbioribus intempeſtiue quẽquam offendat Epiſcopus. Eſt enim hic medici loco habendus, qui mederi vulneribus debet, non exaſperare.

NON TVRpis lucri cupidũ.) Hoc eſt, ut plurimũ pecuniaꝶ præ ſe ferat cõtemptũ neceſſe eſt. Eſt nanꝗ quodcũꝗ lucrũ Epiſcopo, uel ſi iuſtius ſit, indecorũ.

SED HOSPItalem.) Non modo ſcilicet hunc ut alius quæſtui habeat dedecet, quin & ſua in excipiendis hoſpitibus conferat oportebit.

BENIGnum.) Benigũ appellat, qui humanitate ſit & modeſtia ꝑditus & nulli inuideat.

CONTINENtem.) Id eſt, purum.

IVSTVM.) Qui nullius perſonam uel præferat, uel habeat acceptiorem.

SANCTVM.) Qui. ſ. piũ ſe erga diuĩa exhibeat, & deo debita reddere nil deſiſtat.

SOBRIVM.) Non modo qui in uictu ſit parcior, ſed tam linguæ ꝗ manibus, & pronis ad laſciuiã oculis imperet. Qui eñ ſe talem præſtiterit, uere eſt continẽs.

AMPLECTentẽ eum, cui ſecũdm doctrinã eſt fidelis ſermo.) Hoc eſt, prouidentẽ & id habentẽ negotij, ut ſermoni innitaẽ, qui fidelis ſit. Hoc eſt, uerus. Non qui opinationibus & argutiolis proferaẽ. Vnde & ſecundũ doctrinã intulit, arguens hunc uel ſine externę huius & mũdanæ Sapientię adminiculo, inſtruere alios poſſe. Non enim turgentibus uerbis eſt opus, ſed ſacrarum ſcripturarũ peritia, & altioris intelligentiæ uirtute & ſenſu. Ex his nanꝗ doctrina, qualis & Pauli fuit, prouehiẽ.

VT POTENS ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.) Hoc eſt, ut domeſticos & familiares tueaẽ ſtabiliatꝗ. Quo ſit, ut qui nec ſuos ſeruare in Fide ualet nec confirmare, & confutare aduerſantiũ dicta nil nouit, & oẽm ſenſum captiuũ in Chriſti obedientiã ducere, falſo Epiſcopi fungaẽ officio. Atqui uel in ſubditis & inferioribus poterit quiſpiam cæteras oẽs inuenire, quod tamẽ maxime Epiſcopum exprimat præferatꝗ, doctrina eſt, & aliorum inſtructio.

SVNT ENIM multi inobedientes, uaniloqui, ſeductores.) Cum inobedientiam dixit, omnium expreſſit malorum radicem. Nam qui obtemperare alteri nolit,

nec pati

nec pati Imperium poteſt, ſed alios magis, ut præſit inuaſerit, nec recti quicquã, nec
ſane didiciſſe ſe profitebitur. Qui ut ab alijs inſtruatur nil ſuſtinet, is ſane & uanilo
quus eſt, & deceptor, qui cum ſeipſum, tum alios fallat.

MAXIME autem qui ex circuncisione ſunt.) His quidem & dñs præſidendi ex
probrat cupiditatem, qui uel poſt fidem ſuſceptam, id morbi nil omiſerunt.

QVOS oportet redargui,) Hoc eſt, ualde ſunt obiurgãdi, & ita ut eorũ ora inter
cludanť. Dicet aliqs. Quid inde obuenturũ eſt lucri, ſi his cõtumaces cũ ſint & rebel
les, ſilentiũ indicať. His quidẽ prodeſſe nil poterit, ſed alijs plurimũ, q poſſent ab his
& corrũpi & ingnari, ſi cõticeret ep̃us. Pro his eni & rõnem eſt redditurus. Idcirco
cõtinendi ſunt & frenãdi. Qui uero id facere nequit, nec ep̃atus dignitatẽ aſſumat.

Quibus dolobris nititur diabolus domum Dei euertere.

QVI VNIuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gra
tia.) Vides quemadmodum cũ ad inobedientiam & ipſa acceſſerit habendi cupi
ditas, & turpe lucrum, uel domos ipſas euerſum iri. His enim uectibus dæmon & do
labris nititur, ut Dei donum euertat.

DIXIT QVIdam ex illis proprius ipſorũ Propheta. Cretenſes ſemp mendaces
malæ beſtiæ, uentres pigri, teſtimoniũ hoc uerũ eſt.) Quæri põt. Cur Paulus a græ
cis productum teſtimoniũ laudet, præſertim cũ illud haud quaq̃ recte proditũ exti
tiſſet? Et quis p̃terea dicti huius author fuerit? Epimenides ſane is eſt, qui græcorũ

Epimenides.

oĩm fuit, qui ſapientes ſunt habiti, mordaciſſimus & rebus ueſanis et deteſtabilibus
carpendis, admodũ intendebat. Et ita, ut uera p̃dicere, & uaticinari ſit uiſus. Is itaq;
cõſpicatus Cretenſes & tumulũ Ioui excitaſſe, & hunc haud ſecus ac mortalem ali
quem uenerari, cõcitatus mox eſt de patriç zelo, & iſtiuſmodi Iouem affať. Tibi Iup
piter Cretenſes mendaces & uentri addicti, & malæ beſtiæ, tumulũ extruxere, tu ue
ro haud quaq̃ mortem obiſti, ſed uiuis ꝑpetuo. Nunc itaq; uerba hæc Paulus, q̃bus
ille in Cretenſes eſt uſus, uera eſſe teſtatur, cũ repetit. Dicet aliquis. Quid ergo erat
gentilis hoĩs teſtimonio opus? Ita quidem. Sic enĩ illos pudere cogebat, cũ eorum ne
quitiã Græci Philoſophi & cõiunctiſſimi teſtimonio exprobraret. Cõſueuit enim
ſic facere Paulus. Quemadmodũ & apud Athenienſes dũ interea concionareť, aram

Ara ignoti dei

profeſſus eſt, q̃ illi ignoto Deo dicatã aſſeuerarent, ueri eſſe, & eius quem cõtinen
ter is p̃dicaret. Solent enim hoĩes ex proprijs & cognitis argumentis cõuinci. Sicuti
& apud Iudæos diſputans, Prophetarũ teſtimonijs utebať, non Euãgelij. Idipſum fa
cit & Deus, cũ ſingulos hiſce ex rebus trahit ad ſui congnitionẽ, quibus & inſueue
runt magis & credunt. Quemadmodũ & Magos per ſtellã ad ſe traduxit, & Saulem
per uaniloquã illam, cui fidem p̃bebat. Et uaticinatores ꝑ boues, qui arcã traherent,
non q hi uera p̃dicarent, ſed ut proprio ex ore illos coarguat. Quinetiã & Balaã ſi
nit & benedicere & uaticinari. Solet enĩ ea ſemper ꝑmittere, quæ nobis ſunt profu
tura. Quæret aliquis. Cur ergo Chriſtus & Paulus ipſe prohibendo dæmones coer
cebãt, ne quid de ſe teſtificarenť? Quia ſatis erãt ad ꝑſuaſionẽ miracula q̃ per ſe ede
banť. Quinetiã uel cũ ſeipſum Chriſtus et fatereť & p̃dicaret, facere ſatis is uidebať.

QVAM OB cauſam increpa eos dure.) Cũ itaq; inquit, mendaces ſunt, quod
utiq; dolus prætendit, impudenteſq; & uentri dediti, acriter ſunt & durius increpã
di. Quandoquidem nil his prodeſſet benignitas. Nam quemadmodũ ſi manſuetũ
quis & natura modeſtiorem uehementer inceſſat, deꝑdit, ſic ſane, qui impudenti &
immiti blandiť, corrumpit. Quippe qui nequaq; ſinat hunc blandiendo, ſuſpſius
habere cognitionẽ. Hoc aũt loco nõ alienos dicit, ſed domeſticos eſſe coarguendos.

VT SANI ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis.) Erit enim id ſalutiferũ
cum nihil quod adulterinũ ſit uel externũ & accerſitum, in fide induxerint, quæ uel
ſola poteſt per ſe ſalutem afferre, mortiferũ uero ſi contra egerint. Duplices itaq; fa
bulas res Iudaicæ præferunt. Tum quia intempeſtiuæ ſunt & inutiles, tum quia ſi il
lis intenditur, officiunt plurimũ. Vt igiť nihil eſt fidei fabellis præſtandũ, ita neq; ꝑ
hos ulla his erit fides p̃ſtanda. Nam etſi ueteris teſtamenti uolumina ſanctitate ſunt,

ſi recte intelligantur, oppleta, ita ut nec dici fabulæ poſſint. Quid ni? Cum ab his ad Euangelij ueritatem inſtruimur, expoſitiones tamen & quæ in poſterū ſunt a Iudæis peruerſe interpretata, fabulæ ſunt & cōmenta, quod plane ex ſequentibus patet.

ET MENdatijs hoīm auerſantiū ueritatem.) Vides ne qd eſſe fabulas dicat, hoīm ſcilicet mādata, ueritatem refugientiū. Sicuti cū in Iſaia, tū in Euangelio ſcribi꞉, & reliqua itē, cuiuſmodi ſunt eſcarū obſeruatiōes, ut in ſequentibus clarius innoteſcent.

OMNIA MVNda mundis, inquinatis aūt & infidelibus, nihil eſt mundū, ſed coinquinatæ ſunt illorū & mens & cōſcientia.) Non enim pro earū natura uel mundæ uel immūdæ res ſunt, ſed pro eorū uoluntate, qui illis ueſcuntur. Nam qui puriores ſunt & fideles, cuncta pro mūdis habent, ut quæ a Deo ſint cōdita, flagitia duntaxat immūda duxerit. Nam ſi nōnulla lex contineret immunda, & ab his cauendū iuberet, haud temere id faciebat, ſed ut luxū Iudæis & delitias interciperet. Nil tn̄ ignara haud quaq̄ aliter hos ſibi, qui ad gulā eſſent & uentrem propenſiores, fuiſſe obtemperaturos. Si uero impuri ſunt, qui immūdis in cibum utun꞉ & infideles, his plane erunt uniuerſa immūda. Quid ita? Quia piſces plerūq; humana carne depaſti puriores his uidebun꞉, qui ſuperuacanea iſta cōquirunt. Gallinacei uero pulli, ꝙ fimo ueſcantur & ſordibus, immundi. Fit itaq;, ut mens inquinatior de his male exiſtimans quæ nobis ſunt in eſum creata, ſibijpſi ſtulte iſta cōfingant immūda, cū ſuapte natura nequaq; ſint. Nec ſecus agunt iſtiuſmodi hoīes, ac ſolet, qui affecto ſit ſtomacho

Vertigo capitis. cū cibos & ſi ſuauiſſimi ſint, inſuaues tn̄ exiſtimat. Nec minus & capitis uertigine laborāti, terra circumferri uidebi꞉, cū firmior & ſtabilis maneat. Eſt enī morbo huic ea annexa ſuſpicio, ut oīa uolutentur in gyrū. Hoc ſane morbo & Manichei laborāt & Marcioniſtæ, & hæretici omnes, qui nup ab his prodiere, quos galatas appellant.

CONFITENtur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominati & increduli & ad omne opus bonum reprobi.) Videſne quidnam immundos & ſordidos reddat? Opera ſcilicet facere inquinata. Eſt ſane & ſine operibus demortua fides, eſt & horrori qui mortuus eſt, & quauis in re & reijcitur & improbatur.

CAP. II. TV AVTEM LOQVERE QVAE decent ſanā doctrinā.) Etſi nullā dictis tuis adhibeant fidem, & reprobi ſint, tu tn̄ quod tua intereſt facito, nihil obticeas, ſed uerba æde, uel ſi minus his uacent auditores, nec exequantur quæ dixeris.

SENES VT ſobrij ſint.) Cum ætatis uitio ſenes tardiores ſint, obliuioſi & tor-

Senes quales. pidi, & admodū difficiles, eo inquit, & ſobrij ſint, id eſt exciti, & in his quæ Dei ſunt perſpicatiores & diligentes.

GRAVES, pudici.) Sapientes & graues uiros, pudicos & caſtos dicit, quod mentis integræ ſint. Sunt nanq; ex ſenibus furibundi nōnulli & rabidi, & plene dementes pleriq; uino, multi deſperatione & animi puſillitate concitati.

SANI IN fide, in dilectione & patientia.) Senioribus ꝑcipue iniungitur tolerātia. Nec immerito, ut q̄bus atrabilis ſummis inſideat naribus, et minimis obturben꞉.

ANVS SIMIliter in habitu ſancto.) Aniculas dicit, uel ex geſtu ipſo, & habitu debere præ ſe decorem & modeſtiam ferre. Nōnulli uero quæ in eccleſia miniſtrandi munere funguntur, has eſſe dicunt, quas uel ex ipſo amictu depoſcit, ut ſanctitatis præferant decus. Id eſt, quæ ſacris congruant miniſterijs.

NON CRIminatrices, nō uino multum ſeruientes.) Cum enim natura frigidior

Senectus uini cupidior. ſit ipſa ſenectus, uini cupidior eſt. Cui cū nequeat ut imbecilla obſiſtere, mœro obluctante peruincitur. Nec ſane ab eo quod hauſerit moderatius, ſed & animo abundanti ſuperatur. Quocirca ad alios criminandum ſunt aniculæ procliuiores.

BENE DOcentes.) Quo pacto alibi dicit mulieri ut doceat non permitto? Ibi quidem de cōmuni doctrina & inſtructione fit mentio, quæ in eccleſijs exercetur. Et hæc ferme fœminis intercīditur. Hic uero eam cōmemorat, quæ domi apud mulierculas & ſeorſum habetur, quod utiq; ex ſequentibus ſic ſe habere intelliges.

VT PRVDENtiam doceant adoleſcentulas ut uiros ſuos ament.) Non domeſti

cas modo

cas modo & filias, ſed reliquas omnes quæ iuuenili florent ætate, ut uiros ament, doceant. Perinde ac ſi dicat. Singulæ anus adoleſcentiorem erudiant, ut uiri amore detineantur, ut thori coniugalis & uinculum præſtet, & domeſtica bona præcellant. Quod ſane ſi fiet & bona reliqua ſubſequentur. Augebitur enim & res familiaris, & pecunia abundabit. Vt contra ſi uxoris in uirum ſuſtuleris charitatem, uel ſi præſto ſint & ubertim affluant omnia, in nihilum facile dilabuntur.

FILIOS DILIgant.) Mulier enim quæ radicem, hoc eſt, uirum dilexerit, longe magis & fructus, hoc eſt, filios ipſos amore proſequetur non mediocri.

CONTINENtes, caſtas, domus curā habentes, benignas proprijs ſubditas uiris.) Quæ enim uirum dilexerit, caſtam ſe & purā mente præſtabit & corpore, id eſt, alio rum uirorum concubitu & appetentia abſtinebit, & domus curam habebit. Hoc eſt optime rem domeſticam diſpenſabit. Quippe quæ ob uiri beneuolentiam diligentiſſime rem familiarem curabit, nil prorſus uel luxui uel ſuperuacaneis ſumptibus & ornamentis intenta. Cui enim poterit alteri morem gerere, quæ ei quem plurimū amet, toto animo obſequatur? Aduerte autem (ut Apoſtolus, qui ſemper nos a rerū præſentium cura diſiungit) nunc ſedulo ut domi res bene curentur, hortando inſiſtit, ut eam oſtendat quæ domi ſe recte geſſerit, & in ſpiritalibus profecturam.

NE VERBVM Dei blaſphemetur.) Vides quemadmodum præ cæteris prædicationis curam ſuſceperit, non rerum præſentium. Si enim fidelis mulier infideli cohabitans, nequaquam uirtute ſit prædita, fidei noſtræ haud dubiæ per impios maledicetur, & blaſphemia omnis in fidem & execratio recidet.

IVVENES ſimiliter exhortare, ut ſobrij ſint.) Adoleſcentibus quidem femellis anus inſtituendis ꝓpoſuit, id eſt, mulieribus mulieres. Iunioribus uero Titū, uidelicet uirū uiris. Vbiq; enī Apoſtolus decorem & honeſtatem tutat. Quid uero inquiet aliquis, ad cōtinentiā cohortādi ſunt hi? Quia ea ꝓcipue ætate ex uoluptatibus ignis emanans, iuuenes ipſos infeſtat qui utiq; & reſtinguendus eſt &, caſtitati ſtudendū.

IN OMNIBVS te ipſum præbe formam bonorum operum.) Erudiant, inquit, aniculæ adoleſcentulas, & ipſe iuniores inſtruito, ea lege, ut in communem doctrinam & uirtutis exemplum tua ſit uita, tanquam ſpeculum aliquod & imago expoſita, bona cupientibus contemplari, quæ illi inerunt.

IN DOCTRIna, in integritate, in caſtitate.) Ne ſcilicet corrupta ſint & falſa quę doces, ſed integra & a recta ratione prodeuntia.

IN GRAVItate.) Vt nil ſcilicet habeat tua inſtructio quod nouū ſit & inſolitū, & inſipientes offendat, ſed cūcta & religioſa ſint, & pro Dei dignitate deprompta.

VERBVM SAnum & irreprehenſibile.) Hoc eſt, orthodoxum, quod recta ſentiat, nec habeat quidpiam quod poſſit coargui. *Verbum orthodoxum.*

VT HIS QVI ex aduerſo eſt uertatur, nihil habens malum dicere de nobis.) Aduerſantem uel diabolum dicit, uel alium quemuis qui illi inſeruiat.

SERVOS dominis ſuis ſubeſſe in omnibus placentes.) Fit itaq; ut qui ſub continentiæ & caſtitatis prætextu a uiris uxores ſeiunxerit, & dominis ſubduxerit ſeruos, reprehenſione nō careat. Nanq; & cauſam præbet ampliſſimā, ut maledictis fides hæc noſtra & religio laceretur, & in ea carpenda omnium ora pateſcant.

NON CONTRA dicentes, non fraudantes, ſed in omnibus bonā fidem oſtendentes.) Aduerte quemadmodum uel ea a mancipijs exigat, quæ omniū apprime ſint dominis grata. Videlicet ut iuſſi nil contradicant, ſed quod iniunctum eſt, mox exequantur. Vt nihil furentur uel ſubtrahant, ſed fidos ſe præſtent. Hæc enim domini qui uitæ huius bonis incumbunt, diligentiſſime curant ut aſſequantur.

VT DOCTRInam ſaluatoris Dei noſtri ornent in omnibus.) Enimuero ſi tales ſe ꝓſtiterint ſerui Chriſtiano nomini gloriæ erunt. Nam gentilis aliquis conſpicatus tam bene a Chriſti ſectatoribus ſubſtitutū, quo pacto poterit Chriſtianā doctrinā nō obſtupeſcere, quod tanti ſint, ut uel ſeruilem animū quiuerint emendare, et ad

rectiora

Seruorum genus plerunq; petulans et improbum.

rectiora traducere. Eſt enim neſcio quo pacto ſeruorũ genus petulans, nequã & improbum. Quia nec recte ſint, & liberaliter educati, ſed a dominis ſemper neglecti, nec ſub ratione proborum hominũ ueniant & libertate fruentũ, nec libere ſunt uel enutriti uel inſtructi. Itaq; & alibi Paulus hunc in modũ eoſdem haud temere commonefacit. Tanq̃ Deo ſeruientes non hominibus. Si enim hero morem optime geſſerit, honos tamen Deo defertur, cuius ob gratiam te tam morigerum exhibes.

APPARVIT eni gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus.) Cum multa & magna exegiſſet a ſeruis, quod ex eorum uidelicet uita uirtute prædita, & domini decoretur doctrina. Oſtendit nunc quemadmodũ merito ab his iſta depoſcat. Nam & in his ipſis, etſi ſeruili conditione ſint, Saluatoris apparuit gratia. Quando quidem omnibus apparuiſſe hanc dicit hominibus, quibus multorum facinorum et gratis conceſſerit ueniam. Quocirca debent ſane & hi ad Dei gloriam tam bene de ſe merentes, & uitam ducere impollutam.

ERVDIENS nos ut abnegantes impietatem, & ſecularia deſyderia.) Ex his prẽterea ad uerecundiã hos ipſos cõpellit, perinde ac ſi dicat. Deum quidem inſtructorem iam nacti, quo pacto nõ & uitã agere pro eius dignitate debetis. Siquidem eius in nos beneficiũ nequaq̃ hactenus progrediens terminet, ut miſſa fecerit p̃ nos olim cõmiſſa, ſed in futurũ etiã tutiores nos faciat, quos plerũq; idcirco caſtigat, ut in reliquũ continenter uiuamus, cũ primũ impietatem omnem reijcimus, & mundi cupiditates, quas abnegando toto aio ad Deum nos eſſe cõuerſos ſignificamus. Impietatem aũt Deorum cultũ appellat, & dogmatũ prauitatem. Mundana uero deſyderia auaritiã dicit & luxum, & reliqua quæ cœlũ minus pertingũt, ſed cũ hoc mundo & proficiũt & diſſoluunt. Ob id igit & Chriſtus aduenit, ut & impias opiniones penitus abnegemus, & uitã ſceleſtã, & ita utrũq; toto animi affectu odio proſequamur.

SOBRIE, ET iuſte, & pie uiuamus.) Cum ſobrie dicit, non modo luxuriæ, ſed & cæterorum indicit uitiorum abſtinentiam. Nam ſi pecunias concupiſcas, ducere uitã ſobrie non uideris. Quin eo eris incontinentior, quo iſtiuſmodi auaritiæ morbus nullum ducit a natura ortum. Et demũ a quocunq; uitiorum genere quis deuincatur incontinens erit, & minus ſobrius.

IN HOC ſæculo.) Præſens eni hoc ſæculũ certamen habet, futurũ uero & p̃mia.

Duplex aduentus Chriſti primus humilis ſecundus in gloria. primus gratiã confert ſecundus præmia.

EXPECTANtes beatam uitã, & aduentum gloriæ magni Dei, et ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI.) Ecce quemadmodũ in præmiũ ſit ſecundus Chriſti futurus aduentus, qui uere beatiſſimus erit. Recte aũt gloriæ dixit. Nam duos aſſerit Chriſti aduentus. Quorũ prior, ut dictũ eſt, gratiã habuit, & ueniam peccatorũ, humiliſq; & abiectior fuit. Secundus uero retributionem eſt cuiq; pro meritis allaturus, & cũ gloria maieſtateq; patefiet, ut in Euangelio ſic dictũ eſſe ſatis iam conſtat. Cum uenerit filius hominis in Maieſtate ſua. Verum ubinam gentiũ ſunt, qui filium ipſum imminuunt, nec Deum fateri hunc patiuntur, audiant nunc quemadmodũ & Deus ſit ille, et magnitudine præſtet, quæ magnitudo Dei eſſe aſſerit. Non ut cũ inferiore aliquo cõparetur, ſed quia magnus ſit ille & p̃ſtans. Qui & ſi aduerſarios & ſibi infenſos ſaluos fecit, q̃d ille nõ nobis adueniens, ſi probos deprehenderit, daturus eſt?

ET DEDIT ſeipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.) Vel id quidem eius eſt cum poteſtatis tum magnitudinis argumentũ, quod ſeſe pro nobis tradiderit. Nec ea quidem ratione ut hunc redimat, illum uero nequaq̃, ſed ut omnes & a quauis eximat prauitate. Eſt itaq; nobis redemptio hæc precibus depoſcenda.

ET MVNDAret ſibi populum acceptabilem.) Per baptiſmi lauacrum, & diuinorum ipſius & purgantium præceptorum operationem & uirtutem, populum & puriorem efficit, & familiarem & acceptabilem reddit. Quod eni latine acceptabilem interpretatum eſt, περιούσιον græci & ſignificantius dicunt. Perinde populus is exprimatur, qui circa domini ſui ſubſtantiam procurandam, & opes uerſetur. Tanquam præcipuus unus ab hero electus, qui nihil cæterorum ſit ſimilis.

SECTATO-

SECTATOREM bonorũ operum.) Hoc eſt, acceleratius ad uirtutem proficiſcentem præferentemq; ad bonos ſectandos æmulationem & zelũ, proculdubio ardentiſſimũ. Ad Deũ itaq; redemptio ſpectat, ad nos uero ut opa rectiora ſectemur.

HAEC LOquere & exhortare, & argue cũ omni Imperio.) Prius inquit, loquere & exhortare, id eſt leniter inſtrue, deinde redargue. Nec quidem ſimpliciter, ſed cum omni Imperio, hoc eſt, cum acrimonia multa & audentia. Nam cũ eſſent Cretenſes ad bonũ difficiles, ut duriorem ſe & acrem aduerſus hos pbeat, mandat. Sunt autem pleraq;, quæ auſteritate nõ indigent, ſed monitis tantum & perſuaſione uincuntur, ut cum dicimus contemnendas eſſe pecunias. Nonnulla uero quæ acerrima egent caſtigatione, quemadmodum adulterium, furta, auaritia, & magicæ artes.

NEMO TE contemnat.) Cum oportune ſcilicet auſterum te exhibueris, obiurgando nemini eris deriſui. Vt contra ſolet, qui minus neceſſario tempore alios increpando inceſſerit, paruifieri.

CAP. III.

Obedientia erga principes.

ADMONE ILLOS PRINCIPIBVS & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus quod bonum eſt paratos eſſe.) Vbiq; ſtatuit ut ſe principibus ſubdant, oſtenditq; et qui debeat in ea ſubiectione haberi modus, hic ſcilicet, Vt ad opus bonum quodcunq; ſeipſos ſubijcere paratiores ſint. Vnde perſpicuum eſt eos qui ad malũ ſunt prompti & expediti, principum iuſſis minus obtemperare. Itemq; non ad impietatem uel eiuſmodi aliqua, quæ officiant animæ, exequenda, uel ſi principes ipſi iniungant, parere hos iubet.

NEMINEM blaſphemare, nõ litigioſos eſſe, ſed modeſtos.) Quin etiã moneas uelim, ut neminẽ maledictis inceſſant, nec eũ quidem ꝗ factitent mala. Eſt enĩ neceſſe, ut a ꝗuis conuitio os nr̃m immune ferueẽ. Quod uel ſi iure inferẽ, nil tñ intereſt nr̃a alios iudicare. At ſi iniuria? Licet, pſpicere ꝗ̃ ſummũ ex eo nobis ĩpendat diſcrimen.

OMNEM oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. Siue Iudæi ſint ſcilicet ſiue græci. Siue mali fuerint, ſiue iniuſti, qui iniuriam inferunt. Eramus enim aliquando inſipientes, & increduli, errantes, ſeruientes deſyderijs, & uoluptatibus uarijs.) In ea quidem, quam ad Galatas cõſcripſit, epiſtola, ex rebus futuris ne alios iudicent perterrefacit. Qui uidetur ſtare, inquiens, uideat ne cadat. Hic uero ex præteritis cõtinentiores hos facit, hoc modo. Non enim libet ut alios inceſſendo ipſi cõuiciemur, qui olim in peiora prolapſi delinquimus. Quod item & latro noxio alteri obijciebat, quod eodẽ crimine eſſet quo ipſe obſtrictus. At quando inſipientes nos fuimus? Nimirum ante Chriſti aduentũ. Nam quo pacto non dici inſipientia debet Dijs & idolis inſeruiſſe? Quomodo non error ingens, mortalibus immolare? Accedit etiam quod deſyderijs uoluptatibus uarijs operam dedimus, & nepharijs facinoribus obſtringebamur. Verum hoc loco furibundam & deteſtabilem in pueros libidinem, & cum matre inita connubia, & cũ ſorore inceſtus, Paulus tacite deteſtatur, & alia fœda facinora, perinde ac ſi dicat. Sic uarijs modis nobis illuſit diabolus.

Iudicare de proximo.

Deteſtabilis libido in pueros

IN MALITIA, & inuidia agentes, & odibiles odientes inuicem.) In malitia, hoc eſt, odio & liuore degentes aſſidue, & hæc fere pro uita ducentes. Quo fit, ut digni odio ſimus qui mutuo nos inuicem odio proſequamur. Odio uero & liuore rectius dicit, cum ab inuidia conſtet odium prodijſſe.

CVM AVTEM benignitas, & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei.) Cum incarnatus ſcilicet eſt unigenitus, & ſimilis nobis effectus.

Baptizari eſt denuo naſci.

NON EX operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ miſericordiam ſuã ſaluos nos fecit.) Hos inquit, ſaluos effecit, non ex operibus quæ ipſi fecerimus, id eſt, neq; iuſtitiæ fumus opera executi, neq; ſalutem ex his nobis peperimus.

PER LAVAcrũ regenerationis, & renouationis SPIRITVS ſancti, quem effudit in nos abunde, per IESVM CHRISTVM ſaluatorem noſtrũ.) O quã ipſi eramus nequitia & improbitate offuſi, ut purgari his nequiremus, niſi denuo naſceremur. Id enim profert, cum per lauacrũ regenerationis & renouationis ſubiungit. Hoc eſt

ſecundo nos naſci & creari oportuit. Nam quemadmodũ domus præ uetuſtate iã iam collapſura, cum inſtauranda eſt nobis, nullis hãc ſuſtentaculis obfirmamus, ſed diruimus funditus, ut nouã ædificemus. Sic Deus nõ aliquid nobis inędificauit, ſed denuo cõdidit & per ſpiritũ SANCTVM. Et ne id quemadmodũ egerit queras. Spiritus inquit uniuerſa cõfecit. At unde id liquet? Quia hunc in nobis abunde effudit. Fit itaq;, ut nos ꝑ hunc non modo iterato cõdiderit, ſed eundem nobis effuſe ſit impertitus, ut uel ex hoc, quid ſpiritus ualeat, innoteſcat. Nam ut nos ille purgauit, & ſpiritu ſtatim affluenter oppleuit, purũ enim qui purior eſt, non impurum inuadit. Hæc aũt per IESVM effecit. Hic enĩ & interceſſor eſt, & bona nobis uniuerſa largit̃.

Spiritus uniuerſa confecit.

VT IVSTIFIcati gratia ipſius, ut hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ.) Rurſum per gratiam dicit, non debito iuſtitiam eſſe nos aſſecutos. Quod ſane ad humilitatem inſtituit. Quippe cum nihil noſtra uirtute efficimus, quinetiam ad optime de futuris ſperandum inducit. Nam ſi per gratiam nos ſaluos fecit, quibus ſpes oĩs ſalutis abſceſſarat, longe magis iuſtitiam aſſecutos, bonis illis futuris donabit. Vt hæredes inquit, efficiamur, quemadmodũ & ſpes eſt uitæ perpetuæ, uel quia iam ſimus quo ad ſpem ipſam hæredes effecti.

FIDELIS SERmo, & de his uolo te cõfirmare, ut curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo.) Perinde ac ſi dicat, indubitata ſunt promiſſa cœleſtia. Itaq; cũ Dei ineffabilis meminiſſet benignitatis, uelim inquit, uel de ſubſequentibus his teipſum admonitũ, ut diſcant fideles, non ſolum humiles ſeipſos præbere, nec beneficia ſiqua contulerint exprobrare, ſed & alios cõmiſerari. Nam qui nouerit quantã ipſe ſit in ſe Dei miſericordiã conſecutus, in alios ſeſe clementiorem præſtabit. Vt curent inquit, id eſt, opere & ſtudio aſſidue adnitantur, iniuriam patientibus opitulari. Siue uiduæ ſint, ſiue parentibus orbati. Et ſummatim ut dixerim, indigentibus uniuerſis proſpicere. Id nanq; deſignat, cum inquit. Vt curent bonis operibus præeſſe, neq; operiantur adiri ſe ab egenis, ſed ipſi ultro illorum ſuſcipiant curam.

HAEC SVNT bona & utilia hominibus.) Cura uidelicet iſtiuſmodi, & bonorũ operũ præſectura. Vel ea ipſa quæ recte geruntur recta ſunt, & admodũ profutura.

STVLTAS AVtem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uanæ.) Stultas & inutiles dicit, cuiuſmodi ſunt quæ Iudæi fidelibus iactanter obijciunt & proponunt, cum a maioribus ſuis Patriarchis et Prophetis progeniem repetunt, & in his gloriantur, quæ tamen & declinãda eſſe iniungit. Non enim ſunt opera neceſſaria omittenda, uel tempus incaſſum & uanis ſermonibus altercando, & nihil profitentibus conterendũ. Quid enim poteſt his in contentionibus eſſe profectus, quibus nemo in domino captiuus comprehenditur Quæret aliquis. Quo pacto ſuperius aduerſantium iniunxit, ut ora occluderentur Tunc quidem hos frenandos induxit, cum alijs obſunt, & dum loquendo inficiũt: Nunc uero ſic ait, ut prodeſſe his queas, eorum eſt tibi uitanda conſuetudo. Quippe cum nil prorſus ex tua cõuerſatione proficerent, qui corrigi penitus nequeunt.

Stultæ genealogiæ uitandæ.

HAERETIcum hominem poſt unã, & ſecundã correptionem deuita, ſciens quia ꝑuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit ſuo proprio iudicio cõdemnatus.) Quo pacto alibi dixit, ne forte illos Deus ad pœnitentiã ducat? Ibi quidem facit de his mentionẽ, qui emendationis ſpem aliquã præferunt. Hic uero incorrigibilem dicit hæreticũ & undequaq; adeo plane diſtortũ, & tam uarijs & multiplicibus modis implicitũ, ut ſeſe nequeat his explicare, ſed ꝑ ſe ſit cõdemnationi adiudicatus. Id eſt, qui nullã habeat ſui erroris excuſationem. Quippe cũ nec illud poſſit p̃tendere, ſeſe a nemine fuiſſe admonitũ, uel ad ueritatem inſtructũ. Qui & admonitus ſit, & optime inſtitutus. Quo fit, ut ſit ꝑ ſe cõdemnatus, qui nihil habeat q̃ ſua errata excuſet.

Quandiu mali emendationis ſpem aliquam præferunt, non ſunt omnino uitandi.

CVM MISERO ad te Artemon, aut Tychicum, feſtina uenire ad me Nicopolim, ibi enim ſtatui hyemare.) Cuius rei gratia rurſum ad ſe reuocat Titum, & ab opere incepto diuellit, cui tantam & tam ampliſſimam inſulam demandaſſet curandam? Nimi-

dam? Nimirum ut illi magis poſſit prodeſſe, & perfectiorem reddere. Nec minus ut & creditum illi opus examinet, & ſi in eo tractando recte ſe geſſerit, nec ne. Nicopolis ciuitas eſt thraciæ, hiſtro flumini imminens.

ZENAM LEgiſperitum, & Apollo ſollicite præmitte, ut nihil deſit.) Legis Iudaicæ ſcilicet peritum. In hac enim erat Zenas ille inſtructus. Apollo uero eloquentior erat, & ſacris literis cõmunitus. His tamen nondũ fuerant eccleſiæ in curam aliquæ demandatæ. Vt autem nihil his deſit. Id eſt, abunde his neceſſaria ſubminiſtra, uictum uidelicet & amictum.

DISCANT AVtem & noſtri bonis operibus præeſſe ad uſos neceſſarios.) Perinde ac ſi dicat. Poſſem equidem uel aliter prouidere, ut nulla hi re indigerent, uelim tamen ut noſtri, id eſt, qui circa te ſunt, diſcant ex huiuſmodi neceſſarijs rebus Zenę & Apollo ſuppeditatis, bonis præeſſe operibus, quemadmodũ eſt, pecunijs indigentibus, & uerbis & quibu ſuis modis ſubuenire. Neq; adeo, ut illi ex his aliquid lucrifaciant, ſed ut ipſi fructum accipiant ex ea clementia, qua ſunt in proximos uſi Nam & dominus qui ad hominũ quinq; milia aluiſſet, & ſeipſum alere ſemper & diſcipulos poterat, maluit tamẽ a muliere cibari, ut & illa ex eo cibatu proficeret. Nec ſecus dici de noſtris poteſt, ut nõ adeo pauperes iuuent opem ferendo, quantum & ſibi ipſis afferant utilitatis, cum illis impartiuntur uitæ neceſſitatem. Nam nobis & erratorum ueniam, & apud Deum fiduciam pariunt inopes. *Fructus elemoſyne.*

SALVTANT te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide.) Vel eos dicit ſalutem huic impartiri, qui pura erga ſe charitate afficerentur, uel qui ſe colerent fideles & Chriſtiani.

GRATIA DEI cum omnibus uobis.) Comprecatur his uel Dei donum ut eis ſeruetur, uel ut in hos ſit ille clementior. Vel forte, ut perinde ac ſi dicat; uelim Dei gratia, qua maxime indigetis, uobis adſit, & ueſtras cum animas ipſas tutetur, tum corpora in ſancto SPIRITV. Cui gloria in ſæcula ſæculorum. AMEN.

ARGVMENTVM.

Philemoni familiares literas facit pro Oneſymo ſeruo eius, ſcribens ei ab urbe Roma de carcere, per ſupra ſcriptum Oneſymũ.

IN EPISTOLAM AD

PHILEMONEM ATHANASII, PLERI'QVE VVLGARII CONVINCVNT, PROLOGVS.

NEc dominos Chriſtus, nec ſeruos qui ſe adierint, reijcit. Ipſe nanq; eſt omniũ princeps, uel potius pater. Quod ſane, & ſi ex alijs pleriſq; rebus, ex hac tamen Epiſtola perſpicuũ eſt, quæ & Philemonem herũ complectitur, & ſeruum Oneſymũ, & utroſq;, ut cætera omittã, Paulo beneuolentia & fide coniunctos. Philemon ſiquidem, uel ab ipſo principio fuit admiratione digniſſimus. *Philemon.* Qui etſi eſſet phrygius genere, moribus tamen & uita fidelis, & ſua ſanctorũ indigentijs impartiebat. & eleemoſynas cõferebat abunde. Oneſymus uero Philemonis ſeruus, & fugitiuus in primis. Quippe qui e Philemonis domo clã ſublatis pecunijs, ceperat fugã. Et ubi Romã ueniſſet prædicantem Paulũ audiuit. A quo cũ in uinculis eſſet ad fidem inſtructus, & baptiſmi aqua perlutus, in admirabilem uirũ euaſit. Cum itaq; Paulus nequaq̃ æquũ exiſtimaret, Philemonem Oneſymi fuga & maleficio, aĩo obturbari & angi, uelletq; eius uulneri, cordi ferro adacto, mederi,

quod ob

Quis ſit huius epiſtolæ fructus et utilitas.

quod ob ſerui facinus excepiſſet. Oneſymũ dimittit cũ huiuſcemodi cõmendatitia ad eum Epiſtola. Tametſi dicant pleriq;, nequaq̃ hãc eſſe cũ reliquis Pauli Epiſtolis annumerandã, quia de re uiliori pertractet. Velim tamen aduertas, quot bona ex ea fuga ſint ſubſecuta. Primũ nanq; nos edocet, quemadmodũ uel his plerũq;, quæ abiectiora & infima ſunt profectus gratia animũ intendamus. Ait eni & dominus, Nolite ex his puſillis aliquem unũ paruifacere. Secũdo ut cunctis aperiat, et ſi ſeruũ ipſe furacem adeo & maleficũ ad bonum conuerterat, nequaq̃ eſſe de nobis, ſi quicq̃ deliquimus, deſperandum. Præſertim, qui adoptionis filij ſimus liberaliter & ingenue enutriti. Tertio q; ſub pietatis prætextu, nullo pacto ſint ſerui inuitis dominis ſubtrahendi. Demũ ut minime ſint cõtemptui prorſus habenda mancipia, quæ uirtute ſint prædita, neq; eorũ conſuetudinis & cõuerſationis pudendũ. Quãdoquidem & Paulus filium appellat Oneſymũ, qui eſſet ſeruituæ obſtrictus. Quis itaq; erit, qui uel Epiſtolã hanc cæteris annumerandã nõ merito cenſeat, quæ ſit tot bonis referta.

Non ſunt, etiã pietatis prætextu, ſerui inuitis dominis ſubtrahendi.

CAP. I.

PAVLVS VINCTVS IESV CHRISTI.) Initio ſtatim cõmonefacit, ne ſerui pudeat, qui ſibi ſit nuper cõſeruus effectus. Quicunq; eni pro Chriſti noĩe ipſi iã patimur, ꝓ bonis habenda ſunt uel uincula ipſa, q̃bus conſtrictus & Paulus, iocũditate afficit̃, & gloriæ ducit, hiſce uinculis uinctũ ſe dici, & dignũ exiſtimat, & ꝓcatur idẽtidem, ut per gratiã, quod a Philemone petit, aſſequat̃, qui ſit ꝓ Chriſto deuinctus.

ET TIMOTHEus frater.) Perinde ipſe haud quaquam ſatis ad deprecandũ facinus ualeat, & Timotheum eam ad rem contubernalem aſſumit & ſocium, ut ſaltem quod a pluribus ſuppliciter poſtulatur, impetrari facilius queat.

PHILEMONI dilecto & adiutori noſtro.) Si dilectus Philemon, & gratiam faciet poſtulanti. Si adiutor, nequaquã ſeruum cum ad ſe uenerit, coercebit, ſed iterato ad Paulum hũc remiſſurus eſt, ut prædicanti miniſtrando inſeruiat. Nam ſeruus domini locum ſupplebit, cum fuerit Paulo reſtitutus.

Archippus q̃s.

ET APIAE ſorori chariſſime & Archippo cõmilitioni noſtro.) Forte dempta fuerat hæc Philemoni mulier, & Archippus illi amicitia erat coniunctus, perinde ac ſi dicat. Eſt ſane hoc cõmilitonis officium, ut pro ea re certet adipiſcenda, quam ipſi depoſcimus. Is præterea ille erat Archippus, de quo Paulus huiuſmodi ſcribit ad Coloſſenſes. Dicite Archippo, uide adminiſtrationem quam accepiſti.

ET ECCLEſiæ quæ eſt in domo tua.) Eccleſiã, omnes dicit qui in Philemonis domo erant fideles, & liberos ſimul & ſeruos complectit̃. Aduerte quã præ ſe ferat humilitatem Apoſtolus, ut uel Philemonis domeſticos deprecetur, quatenus & precibus ſuis & uotis opitulentur, & apud Philemonem dominum pro ſe intercedant.

GRATIA uobis & pax a Deo patre noſtro & dño IESV CHRISTO.) Quo pacto inquit, Dei nobis affutura eſt gratia? Sic certe, ſi debito nobis obſtrictis debita condonemus. Quomodo & dñi IESV pacẽ tu aſſequere, ſi ſeruo Oneſymo cõciliabere.

GRATIAS ago Deo meo ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis.) Quotienſcunq; eni tui meminerim (nã & oranti mihi offert̃ perpetua tui memoria) totiens & Deo gratias ago, ꝓ tua uirtute. Verũ cuiuſmodi illa ſit uirtus, ita ſubiũgit.

AVDIENS charitatem tuã & dilectionem & fidem, quam habes in dñm noſtrum IESVM CHRISTVM, & in oĩes ſanctos.) Hoc loco ut miſericordem hunc laudat Non eni e Phrygia aduſq; urbem huius eſſet fama ꝓlata, niſi ꝓſtans ille & excellens fuiſſet. Ait itaq;. Cum erga omnes ſanctos ſis charitate affectus, debes & Oneſymũ hunc amore cõplecti, qui fidelis iã ſit. Vt hoc pacto, & Deum ipſm cultu & bñuolentia ꝓſequi uideare. Vides ne, q̃ habeant uim in deprecãdo & ꝑſuadendo hæc uerba?

VT COMMVnicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitionem oĩs boni.) Orans, inquit, Deo gratias ago, cũ tuæ gratia charitatis, tum etiam quia fides tua quam nobiſcum es ſimul adeptus, euidens eſt et operatur, ac perinde animata & uegetior redditur. In agnitionem omnis operis boni, id eſt, ut opus omne perfectũ & ames & peragas. Tunc enim uiuida dicitur fides, cũ recta opera exercemus. Vt contra, cum operibus caret,

Fides ſine operibus mortua ẽ

bus caret,habetur demortua.In uobis aũt eo adiecit,ut arguat uel in præſenti Philemonẽ omne in ſe rectũ id opus habere,perinde ac ſi dicat. Omnis operis boni in uobis,id eſt,quod in te eſt.Cum uero cõmunicatio Fidei inquit, Philemonem ſibi coniungit & copulat.Cõmunis enim hæc Fides e pluribus unum facit.Quaſi dicat.Neceſſe eſt itaq;,ut idem ipſe ſentias mecũ. Vel Fidei cõmunicationẽ,eleemoſynã nuncupat, ut quæ ex Fidei magnitudine prodeat. Ait igitur,tui ſemper memoriã facio orans,ut tua hæc mens,qua bona tua fidelibus impartiris,nunquã deſiſtat.

IN CHRISTO IESV.) Quaſi id inquiat.Cum beneficum te erga inopes & ſanctos prçcipue,et liberalem exhibeas,ſi Oneſimum hunc benigne exceperis,& mihi hanc feceris gratiam,Chriſto te ſcias beneficium contuliſſe.

GAVDIVM enim magnũ habui in conſolatione & charitate tua.) Hoc eſt,lætícia ſumus affecti.Neq; id modo,quin et his in uinculis admodũ conſolamur,ob tuã hanc charitatẽ,id eſt,ob tuam beneficam & liberalẽ animi promptitudinẽ.

QVIA VIScera ſanctorũ per te requieuerũt o frater.) Prudẽter rem hanc pertractat Apl's,cum Philemonem cõmonefacit ſuæ in alios munificẽtiæ,ut leniat magis ſuadeatq;,ut ſi alijs,uel ignotis beneficia impartiũ, longe magis hæc ſibi debeat, ut præceptori præſtare.Nec ſimpliciter dixit,quemadmodum ſanctis bona ſua conferret,ſed quia per te,id eſt,tua ope,ſanctorum uiſcera requieſcunt.Hoc eſt,totis animi uiribus,tuam in ſe excipiunt benignitatem. Vtpote quæ ubertim bis & conſolationem & bona omnia ſumminiſtret.

PROPTER quod multã fiduciã babens in CHRISTO IESV imperandi tibi quod ad rem non pertinet,propter charitatẽ magis obſecro.) Cum enim,inquit,in oẽs ſanctos te talem geſſeris, ut eorum corda in te conquieſcant, multo magis & ipſe in Chriſto,id eſt,qui te in Chriſto genuerim, confiſus ſum tibi iniũgere, non ut is qui in te habeat dominatũ,ſed noſtræ mutuæ charitatis ob gratiã, quod ad rem non pertinet.Sic etiã græce legitur.Subdit,quaſi inquiat.Confiſus ſum tibi pcipere ut exequaris,quod ad rem non pertinet.Hoc eſt, ſuperuacaneũ eſt,ut illud tibi iniungam, quod per te facis,expoſco tamẽ id a te precibus, ut ĩtelligas hanc meã pro Oneſimo interceſſionẽ,adeo me neceſſariam exiſtimare,ut uel exorandum te duxerim.

CVM TALIS ſim ut Paulus ſenex,nunc aũt & uinctus IESV CHRISTI.) Cum talis,inquit,ſim nuntius & interceſſor,ut exaudiri uidear nõ indignus. Quippe qui ſenex iam longiori doctrina & ætate ſim auctoritatẽ adeptus, & uinculis Chriſtiaſtringor ob gratiã.Id ſaltẽ,ut uotis meis & precibus facias ſatis,te poteſt allicere.

OBSECRO te pro meo Filio quẽ genui in uinculis meis.) Oneſimi idcirco nondum nomẽ expreſſit,ut prius Philemonẽ mitiget iniuria laceſſitũ. Et ſeruum quidẽ extollit,cum hunc Filiũ dicit. Cur Paule hunc ipm dignaris hoc nomine? Vt perinde Pater Filium nuncupes? Nimirũ quia hunc genui,& ut Baptiſmo ablueretẽ effe ei.Et id ſane tunc egi,cum eſſem catenis deuinctus. Poſtquam itaq; Philemoni ſatis iram ſedaſſe eſt uiſus,tunc demũ & huius,hunc in modum aperit nomen.

Oneſimũ filiũ ſuũ uocat.

ONESIMO qui tibi aliquando inutilis fuit.) Nouerat enim ex Peccati confeſſione iram extingui,propterea his uſus eſt uerbis.

Peccati cõfeſſio iram extinguit.

NVNC AVTem & mihi & tibi utilis.) Quoniã pius eſt,inqt,& ſanctus effectus, utriq; noſtrũ conducit.Si itaq; Paulo,qui tã acerrimus eſſet æquitatis exactor,Oneſimus uiſus eſt pfuiſſe,lõge magis & Philemoni pdeſſe uidebiẽ. Quod ſane Paulus ſic patefacit,cũ inquit.Hunc quidẽ uelim,qui utilis mihi eſt,rurſum ad me remittas.

QVEM REmiſi tibi.) Perinde ac ſi dicat.Tibi hunc trado pro tuo utere arbitratu.Sic enim uel ſubiratũ forſitan Philemonis animũ placat.

TV VERO illum ut mea uiſcera ſuſcipe.) Id eſt,cum charitate hunc ipſum excipito,quẽ ipſe haud ſecus ac meipſum,& beneuolentia pſequor,& cordi habeo.

QVEM EGO uoluerã mecum retinere, ut pro te mihi miniſtraret in uinculis Euangelij.) Attende quã ſapienter & ſenſim in domini loco ſeruũ aſtituat,ut pro

te inquit mihi miniſtraret. Oſtendit præterea ea ſe cupere, quæ Philemoni uſui ſint futura, tanquam id diceret. Si enim tu mihi obſtrictus es miniſtrandi officio, Oneſimus uero pro te hoc ipſum exequitur, nonne id tibi futurum eſt lucro.

SINE CONſilio autem tuo nihil uolui facere.) Vel ex hoc maxime Philemonem ipſum demulcet, cum Oneſimũ aſſerit in tanta rerum neceſſitudine, & uinclis, & his quidem Dei ob gratiam iniectis, ſibi eſſe miniſtraturum. Id tamẽ te inconſulto exequendũ non duxerim. Quo ergo pacto non ei conferenda eſt gratia, cui cum id agendi eſſet facultas, noluerit tamen hac uti.

VT NE uelut ex neceſſitate bonũ tuũ eſſet, ſed uoluntariũ.) Non ẽm ſecundum neceſſitatẽ dixit, ſed uelut ex neceſſitate, ꝑinde ac ſi dicat. Ne uideret̃ id bonũ ui quadam effectũ, ſed ultro & te uolente. Velim equidẽ nil prius cæteris uiſum iri, nõ tua

FORSITAN enim ideo diſceſſit ad horam.) O mirâm (id uoluntate fieri. Pauli Sapientiã. Cum enim Oneſimus mente malefica fugã cepiſſet, hanc tamẽ ille, quia optimũ habuiſſet & euentum, ad cõmodum & utilitatẽ conuertit. Quaſi hunc aſſerat, diuina quadã diſpenſatione fugiſſe. Honeſtius uero hanc fugam abſceſſum appellat, ne fugę nomine, dominũ concitaret. Et cum temporis explicat breuitatem ſuccẽſenti & irato medetur Philemonj. Ait enim ad horam forſitan ille diſceſſit. Simul etiã patefacit id omne tempus, quod apud ſe Oneſimus egerit, haud ſecus eſſe exiſtimandũ, quam ſi apud Philemonẽ ipſum fuiſſet. Et illud duntaxat tẽporis a domino abfuiſſe, quod interea dum Paulum conueniret, tranſegerat. Et illud quidem fuiſſe per breue, & tanquam horæ minus ſpacium decurriſſe. Quo circa inquit exiſtimes uelim, ſi per te fuerit ut apud me maneat ille remiſſus, tecum uerſari.

VT AETERnum illum recipias.) Id eſt, habeas.

Aliàs nihil

IAM ENIM non ut ſeruũ, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrẽ maxime mihi, quãto aũt magis tibi, & in carne & in dño. Ad multa, inquit, huius profuit fuga. Quippe cum ipſe hunc pro momentaneo & paulo poſt morituro, æternũ ſis nactus. Nam ſi uel oĩa uitæ huius humanæ curricula, ⁎ nullius ſint facienda æternę illius contẽplatione, longe magis & fugæ tempus, quo a te abfuit, per exiguũ erit & breue? Habes enim pro ſeruo fratrẽ, & pro eo qui nulli uſui fuerat, amantiſſimũ tui & utiliſſimũ uendicaſti. Et in carne, hoc eſt, in carnalibus miniſterijs amore eſt dignus. Quippe qui ſit & ad conſolandũ idoneus. Et in domino, id eſt, in ſpiritalibus rebus.

SI ERGO habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.) Hoc eſt, ſi mecum ſentis, haud ſecus hunc ac meipſum excipito. Quem̃ enim uel iratiſſimum non huius uerba mollirent? Aut quis Paulum non benigne ſuſciperet.

SI AVTEM aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.) Erat enim conſentaneum, conſumpſiſſe iam Oneſimum, quæ fugiens abſtuliſſet. Idcirco aut id omne mihi indebitum aſcripſeris uelim.

EGO PAVLVS ſcripſi manu mea, ego reddam.) Lepide ſane & gratia quadam ſpiritali oppleta hæc profert, quaſi id dicat. Vt cautior ſis & certior, me tibi id debitum aliquando per ſoluturũ, ecce habes & literas mea manu conſcriptas.

Attende Pauli beneuolentiã in Philemonẽ.

VT NON dicam ꝙ teipſum mihi debes.) Ne Philemoni uideatur inferre iniuriam, ſi minus confideret ab eo depoſcere, ut uel nulla data cautione, ſerui furtum ſibi relinqueret, pręſertim cum chyrographum iam illi feciſſet. Quod ſane illum & inhumanum argueret, & nulla prorſus in præceptorem charitate affectum. Oſtendit hoc loco, quemadmodum plurimũ illi confidat, ſic inquiens. Non enim tua, duntaxat debita te mihi relaturum confido, quin & teipſum debito eſſe mihi obſtrictum nil dubito, quod utiq; plurimum confidentis eſt dictum.

ITEM FRAter ego te fruar in domino.) A dictis hiſce lepidioribus ad ſeria tranſit, oratque dicens, utinam fruar tuis muneribus, non huius ſæculi bonis, ſed in domino, id eſt, his potius quæ Dei ſunt.

REFICE uiſcera mea in Chriſto.) Refice, inquit, & conſolare meã in te bñuolentiam, uel

tiã, uel meũ hoc cor, Chriſti ob gratiã. Nec mihi id deferas munus, ſed Chriſto.

CONFIDENS in obedientia tua tibi ſcripſi, ſciens quoniam & ſuper id quod dico facies.) Non enim iubendo & ſuperbius imperans ad te has literas ſcripſi, ſed confiſus obedientiæ. Quod ferrum his uerbis non remolleſceret?

SIMVL aũt & para mihi hoſpitiũ.) Potuiſſet eñ Philemon id ſuſpicari, nullam apud Paulum alias ſui fuiſſe habitam rationẽ, niſi Oneſimi reditus coegiſſet. Medetur itaq; ſic ſuſpicanti, his uerbis. Neq; enim ſolum illius ob gratiã ad te ſcripſi, ſed mihi etiã ad te uenturo ut hoſpitium pares. Sic quidẽ & illi tacite cõminatur, ut niſi Oneſimũ benigne ſuſceperit, fore ab ſe cum uenerit, ut inclemẽtiæ arguatur.

SPERO autẽ per orationes ueſtras me donari uobis.) Duo quædam hoc loco perdiſcimus. Alterum quod magna ſit uis orationis & precum. Siquidem & ſi tanti ſit Paulus, horum tamẽ ope indigeat, pro ſe deprecantium. Alterum uero ꝙ ſectanda humilitas ſit. Quandoquidem & Paulus diſcipulorum egeat precibus.

Quæ ſit uis orationis.

SALVTAT te Epafras concaptiuus meus in CHRISTO IESV.) Epafras iſte a Coloſſenſibus fuerat ad Paulum tranſmiſſus, unde perſpicuum eſt & Coloſſenſem fuiſſe Philemonẽ. Concaptiuum autẽ Epafram appellat, ut oſtendat & hunc multis preſſuris affligi, eoq; & Philemonẽ haud dubie ut pudeat cogit, ſiquidẽ conſtet Epafram Paulo in malis tolerandis comitẽ eſſe, Philemonẽ uero non poſſe a Paulo exorari pro Oneſimo deprecante. Eſt aũt hic concaptiuus non rerũ humanarum occaſione, ſed Chriſti gratia. Quippe qui pro Euangelio mala perpetiatur.

Humilitas ſectãda ꝑponitur

MARCVS Ariſtarchus Demas & Lucas adiutores mei. Gratia dñi noſtri IESV CHRISTI cum Spiritu ueſtro amen.) Demas iſte principio quidẽ probus euaſerat, ut Paulus teſtificat̃ hoc loco. Vtpote qui Pauli eſſet adiutor. Poſtremo tandẽ in ſegnitiã uerſus, diſceſſit a Paulo. Vt in Ep̃la ad Timotheũ idem ꝑſcribit, quã liquido patet poſt hanc fuiſſe cõſcriptã. Ait eñ. Demas me reliquit, Lucas eſt ſolus mecũ. Hic uero & ſi poſtremo eſt poſitus loco, oĩm tamẽ poſt Demas diſceſſum, factus eſt princeps. Nemo itaq; ſibijpſi cõfidat, ſed qui ſtat, caueat ne labat̃. Adiutores aũt eo appellat, ut arguat uel hos ſecũ apud Philemonẽ pro Oneſimo intercedere. Iure ergo gr̃a hæc a tã multis petita, cõcedenda eſt. Vides itaq; quantũ ex leuiori Ep̃la hac, & ſi clarior uiſa eſt & aperta, redundet utilitatis. Quo fit, ut nihil ex ſcripturis hmõi nõ accuratius ſit ꝑſcrutandũ. Ineſt eñ & his, Spiritu ſuggerẽte, ꝓutilis ſemꝑ aliquis ſenſus. Hæc ſiquidẽ paracletus ille haud dubie p̃fatus eſt. Et congrẽtibus nobis ueritatẽ, comp̃hendẽdi daturus eſt facultatẽ. A quo & ipſi illumĩati, ad ueritatẽ ipſam traducimur, ut & loq; de Deo poſſimus & uitã ducere ĩmortalẽ, nullis ꝓrſus aut prauis opinionibus circũuenti, aut mũdi uoluptatibus his falſis illecti. Neceſſe eſt igit̃, ut ipi uel ſi principes ſimus & alijs dñemur, cũ ſeruos ſpectamus euaſiſſe ſanctos & Apoſtolatus munere fungi, omni ſtudio contẽdamus, nihil illis in Chriſti regno inferiores dep̃hendi. Qui noſtri gr̃a cũ in mundũ ueniſſet, formã præ ſe tulerit ſerui, & uerus noſter ſit Deus. Cui perpetuo & poteſtas eſt & imperiũ. Amen.

Epiſtola ad timotheum poſt hanc ſcripta.

Aliás Demadis

ARGVMENTVM in Epiſtolam ad Hebræos.

In primis dicendũ eſt, cur Apoſtolus Paulus in hac Epiſtola ſcribenda non ſeruauerit morẽ ſuũ, ut uel uocabulũ nominis ſui, uel ordinis deſcriberet dignitatẽ. Hæc cauſa eſt. Q; ad eos ſcribẽs, qui ex circũciſione crediderant, q̃ſi gentiũ Ap̃ls & non Hebræorũ, ſciens quoq; eorũ ſuperbiã, ſuamq; humilitatẽ ipſe demonſtrãs, meritũ officij ſui nolit anteferre. Nã ſimilitudo etiã Ioannes Ap̃ls, ꝓpter humilitatẽ in Ep̃la ſua nomẽ ſuum eadẽ ratione non p̃tulit. Hanc ergo Ep̃lam fertur Apoſtolus ad Hebræos conſcriptã, hebraica lingua miſiſſe. Cuius ſenſum & ordinẽ retinens Lucas Euangeliſta, poſt exceſſum beati Apoſtoli Pauli, græco ſermone cõpoſuit.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS VERE VVLGARII, PROLOGVS.

GEntium erat beatus Paulus, ut ipſe ad Romanos ſcribit deſtinatus
Ap̄ſ. Non eñ hunc toleraſſent Iudæi apud ſe p̄dicantē. Nimirū
cui p̄ter cæteros, incredibili odio ſuccenſerēt, ꝙ ob eius repentinā
& inſperatā conuerſionē, inexpugnabilē Chriſti potentiā arguiſ
ſet. Quippe qui tam acrem & uehementē Fidei perſecutorē, ad ſe
traxiſſet. Quod ſane maximū eſt euangelicę ueritatis argumentū,
ut Paulus ardentiſſimus Iudaicæ legis ſectator, p̄ter oīm expectā-
tionē, confeſtim ad dñm ſe cōtuliſſet. Et ideo hūc ex aīo impugnabāt Iudæi, & ita,
ut neq; loquentē æquo aīo ferrent. Siquidē nec ipſimet qui ex Iudæis crediderant,
Paulo intendebant, ut qui & legē & circumciſionē diſſolueret. Alioquin & ſi genti
bus erat ꝓco trāſmiſſus, & ad Iudæos ſcribit Ep̄l'am. Quēadmodum eñ, & ſi minus
ſibi fuiſſet baptiçandi munus ꝑmiſſum, alios tñ Baptiſmi lauacro ꝑluebat, non eñ
id facere ꝓhibebaſ. Sic & Iudęis copioſius ſcribit, & his p̄terea magnū in modū pro
ſpiciebat, & fieri eorū gratia anathema ardenter optabat. Ad Iudæos itaq; ſcribit, &
quidē fideles, qui Paleſtinæ et Hieroſolymis eſſent, cōſolandi grā & confirmādi. Hi
nanq; ab infidelibus Iudæis diripiebanſ, & afficiebanſ malis innumeris, unde & ijſ-
dem ut eleemoſynæ undiq; trāſmitterenſ, ſummā Paulus ſuſceperat curā. Et Corin
thios p̄cipue & Macedonas, ut eas cōferrent, enixe hortaſ. Et Petro p̄dicandi mune
re impartito, Iudęos & pauperes qui Hieroſolymis erant, cōmuniter curandos, con
ſtituit. Neceſſario ergo ad hos Paulus ſcribit, ſolaturq; & ſubleuat, aīo iam conci-
dentes. Quippe qui admodū eſſent ob mala ſibi a contribulibus ſuis ingeſta, cōfecti
mœrore, cum illi libere eorū legibus Hieroſolymis uterenſ, & iudicandi haberent
effuſiſſimā poteſtatē, & conſtringendi quos uellent. Quod quidē & Paulus pateſa-
cit, cum inquit. Debilitatas manus & diſſoluta genua dirigite. Accedit præterea, ꝙ
cum Iudæi eſſent quos iſte ſolaſ, eo magis doloribus urgebanſ, quo & maiorū ſuo-
rum priſtinā repeterent ſortē, quorū opera rectiora, bona quāplurima & repentina
ſubſequebanſ. Se uero & recte agendo, & in Fide perſeuerando, nondū eſſe quietē
adeptos. Quocirca Paulus hac in Epiſtola de Fide quāmulta diſſerit, quammulta de
tolerantia. Et plane demōſtrat, uel quia ſæculo ſanctiores fuiſſent, nullis bonis cum
in humanis agerent, fuiſſe affectos. Vnde duo quædā orditur. Et quia uiriliter ſint
quæcūq; acciderint ſuſtinēda, & ꝙ expectanda ſint pro laboribus præmia. Non eñ
eos neglecturus eſt dñs, qui ab æterno ſunt ad ſanctimoniā deſtinati. Habet p̄terea
longiorē de ueteri Teſtamento ſermonē, & legem arguit nil ultra habere in ſe uigo
ris, & nullius iam eſſe momēti. Tametſi extare adhuc tēplum uidetur, quod tamē ad
breue ſit collapſurū. Noſtra uero omnia ut uera comprobat. Eſt aūt præſens Epiſto
la ea, quā ad Timotheum ſcripſit uetuſtior. Illa nanq; oſtendit, breui ſe exceſſurum
e uita. Ego enim, inquit, iam delibor, & tēpus meæ reſolutionis inſtat. Hac uero pol
liceſ Iudæis fidelibus, ſeſe illos quandoq; uiſurū. Nouiſtis eñ ait fratrem Timothe
um ſolutū, cum quo ſi celerius uenerit, uiſurus ſum uos. Et ſane conſentaneū erat,
Paulus à Nerone uita ſublatus eſt. ut res ita ſuccederet. Fuerat eñ annos duos in uinclis iam ip̄e detentus, deinde abire
permiſſus eſt, ut ipſe hoc modo teſtaſ. In priori mea defenſione nemo mihi affuit, &
liberatus ſum ex ore leonis, Neronis uidelicet. Demum cum in Hiſpanias ueniſſet,
tum forte Iudæos reuiſit. Inde Romā reuerſus, a Nerone e uita ſublatus eſt.

CAP. I. MVLTIFARIAM MVLTISQVE MODIS olim Deus locutus eſt patribus nr̄is
in prophetis.) Cū eñ fideles Iudæi malis plurimis afflictati, ſeſe à Deo crederēt de
ſtituos, nec

ſtitutos, nec ullam ſui haberi, ut progenitorum ſuorum, fuiſſet habita, ratione, longe aliter rem ſe habere Paulus patefacit, ſic inquiens. Maiorē ſane uos gratiam eſtis adepti, quam ueſtri ſunt maiores. Ad hos enim conſtat prophetas fuiſſe dimiſſos, ad uos uero Filium ipſum. Quid enim prætēdit Multifariam multiſq; modis? Varijs nimirum & multiplicibus figuris. Quid ni. Ipſe inquit, uiſiones multiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Quod cum ita ſe habeat, cur grauiter fertis præſentia, & animo eſtis puſillo, qui a Deo ſitis tot bonis dignati?

NOVISSIME temporibus iſtis locutus eſt nobis in Filio.) Vel ex hoc quidem horum animos excitat & ſolatur, aſſerēs, in proximo eſſe iam finem. Certator enim & ſi hebetior ſit, cum tamen intelligit certamen propemodum terminatum iam iri, parumper reſpirat, & uires reſumit. Vel aliud etiā quiddam prętendit, cum nouiſſime inquit diebus iſtis, perinde ac ſi dicat. Cum enim nihil eſſet reliquum ad emendationem iam temporis, ſed cruciatibus eſſemus & pœnis obnoxij, cum nulla nobis ſpes ſupereſſet, & diuina munera defeciſſent, tunc demum ipſi bonis affluximus. In Filio uero, id eſt, per Filium. Et nobis cum inquit, uel ſeipſum diſcipulis æquat, tam etſi hos nihil ſit Deus, ſed Apoſtolos duntaxat affatus, per quos uel alios multos alloquitur. Nihilominus rem ipſam extollit, oſtenditq; uel cum his Deum contuliſſe ſermonem. Quod utiq; ad hos conſolandum plurimum ualet.

Mūdo iā in malū deſpabiliter pro lapſo miſit deus filium.

QVEM CONſtituit hæredē uniuerſorum.) Hoc eſt, mundi totius dominatorem effecit. Non enim ultra pars domini dicit̃ Iacob, ſed uniuerſi. Hæredem aūt dixit, ut filij proprietatē exprimeret, qui nequeat a dominatu depelli. Verum quo pacto hunc dominum fecit. Nempe ut hominē, quemadmodum & in ſecundo pſalmo hunc ipſum ita alloquitur. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. At quā dominationē hoc loco dicit? Eam uidelicet, qua ultro homines ſe illi ſubijciūt. Hic enim eſt Filio traditus, tanquā homini dñatus. Vel ut naturale imperiū, regnum hoc illi eſt demandatum, cui uel inuiti obediunt oēs, quemadmodum ſcriptum eſt. Vniuerſa ſeruient tibi. Hæc quidem uel ante ſæcula in ſua habuit poteſtate.

PER QVEM fecit & ſæcula.) Cum de Chriſti carne, quæ nuper & paulo ante diuinæ illius æternitatis reſpectu eſt condita, diſſeruiſſet, ad eius perpetuæ dignitatis tranſcendit faſtigium. Vbi nam gentiū ſunt qui affirmant fuiſſe hoc ſæculū, cum ille non eſſet, hic quidē ſæcula fecit. Quid ergo deliras & aſſeris, fuiſſe hoc ſęculum, cum ille non eſſet. Cum eñ conſtet Patrē Filium cauſaſſe, putandum eſt & non iniuria, uel eorum quæ ab eo ſunt facta, & Patrem cauſam extitiſſe. Videtur itaq; per Filium Pater efficere, qui facientē progenuit. Ex his igitur Sabellius laceſſitur, qui duas inducit in diuinitate illa ſubſtantias. Et Paulus ille Samoteus acriter vulnerat̃, qui nuper creatum Filium dixit, & a Maria duxiſſe originē, non ante ſæcula fuiſſe. Cum hoc ſimul & ſi non tam acerbe & acrius ille percutitur, arripit nanque id Pauli dictum, & in alium ſenſum traducit, Filium aſſerens ut miniſtrum Patri allatum, ut opem ferret. Verum & quæ inſequuntur, magis hunc ſtrangulant.

Qđ ō filius eſt patri coæternus et conſubſtātialis.

Samotei error coarguitur.

QVI CVM ſit ſplendor gloriæ.) Ad ipſum iam faſtigiū, de filij magnitudine diſſerenda tranſcendit. Et gloriæ ſplendorē hunc dicit; ut plane intelligas, Filium a Patre ſine paſſione aliqua, pceſſiſſe, nil imminutū, nec Patre ipſo inferiorē. Et eiuſdem ſubſtantiæ, hoc eſt; de lumine lumen. Is nanq; animas nobis illuminauit, & Patrem ipſe denuntiabat, eoq; ſe eſſe mundi lucem aſſeuerabat, et ab æterno cum Patre colluxit. Nam & ſplendor cum re ipſa quæ ſplendorē emittit, eodem momēto collucet. Neq; ſol ipſe aliquando eſt ſine radijs & fulgore conſpectus. Nec Pater intelligi ſine Filio poteſt. Cum itaq; Arrianos illud deblaterare intelligēs, & hunc in modum arguere. Cum eñ ex Patre ſit Filius, ergo & Patre eſt ille inferior, iſtiuſmodi uelim illis obijcias. Vel ex Sole ſplendor emittit̃, haud tamē hic ſplendor prodeuntem poſt Solem, ſed ſimul effulget. Cum Sole eñ una & radians fulgor exorit̃.

Nō eſt ſol ſine radiis, nec pater ſine filio pōt intelligi.

ET FIGVRA ſubſtantiæ eius.). Cum ſplendorem Filium eſſe dixiſſet, eoq; &

 conſubſtan

consubſtantialē & coæternum Patri aſſeruiſſet. Rurſum cum ſplendor carere ſub-
ſtantia uideatur, medetur mox, ſi quid ex hoc argumēto abſurdius emanaſſet, ne oc
caſionē forſitan Marcellus ille & Sabellius nacti, aſſerant nō eſſe Filium in propria
apud Patrem ſubſtantia. Ait itaq;, et figura ſubſtantiæ eius eſt ille, id eſt, quemadmo
dum Pater ipſe per ſe conſtat & nullius ad perfectionem indiget, ita & Filius. Nam
ubi Filium Patri perſimilem eſſe oſtendit Apoſtolus, & ſubſiſtentem per ſe primi-
tiui figuram, uel ex his patefacit. Figura enim nil eſſe aliud conſtat, quam ſit primi-
tiuum, ut quæ per ſeipſa ſubſiſtat & priori formę ſimilis uideatur. Gregorius uero
Nyſſes Apoſtolum dicit quemadmodum per ſplendorem unitatem oſtendit, ſic per
figuram naturę æqualitatem ſignificaſſe. Nam qui ſuppoſiti magnitudinem mente
perceperit, uel ex apparenti figura ſuppoſitum ipſum omnino emetietur. Quippe
cum nec figura excedat ſuppoſitum, ne in ſubſiſtens in eo q; excellētior ſit, forſitan
deprehendatur. Neque ſuppoſitum figuram excedit. Nam haud dubie quo ad eam
partem ineffigiabilis eſſet hoc pacto. Vt itaq; & alibi dicit, Filium in Dei eſſe figura
Ex hoc ipſo poteſt intelligi, per formā ſuppoſitum deſignari, per figuram uero do-
minum ipſum, qui in ea ſpectetur. Oſtendit aūt quam prorſus Patri ſit Filius par &
æqualis. Ex forma nanq; Patris inſpicitur magnitudo, cum ex hac illa nihil exorbi-
tet. Si eñ exorbitaret, informe id eſſet & indecorū, quādo ipſius formæ lineas tran-
ſiliret. Quod ſane abſurdum eſt, de Patre tale quid in mentē ut ueniat. Nam ſi tanta
eſt Patris magnitudo, quanta & forma, figura uero formā æquipararet, habet utique
tantundē figura hæc magnitudinis, quantum Dei ineſſe formæ uidetur.

Sabellius & Marcellus heretici.

PORTANSq; omnia uerbo uirtutis ſuæ.) Qui olim id dictum, per quē fecit &
ſæcula carpſeras & cauillatus es, adhibe aures, ut ſi quo pacto percipere queas, quē-
admodum tradat Filio Paulus dominatū. Neq; enim portans uirtute dixit, ſed uer-
bo uirtutis. Hoc eſt, quod uerbū uirtute refertū eſt, & fortē hunc arguit & potentē.
Nam ut Patrē fatetur hmōi protuliſſe. Fiat Lux & facta eſt lux, ſic & Filium uerbo
oīnia ferre, id eſt, moderari & cōtinere. Quin potius ea quæ ab ſe inuicē diſſidant &
in nihilū ſunt ꝓceſſura, frenare & coercere longe eſt maius, quā omnia iſta ꝓducere.
Neq; gubernans dixit, ſed ferens, tanquā digitis tantā hanc mundi molē haud ſecus
deportet, ac ſi nihil eſſe conſtaret, quin ſolo uerbo oīa poteſt. Non eñ ſimplex eſt
apud Deū, ſicuti apud nos uerbū. Non poſſum equidē non admirari multoꝝ hoīm
impudentiā, qui cum intelligant per Eplæ huius exordiū fuiſſe tot hæreſes confuta
tas, haud tamē deſiſtant aſſerere, Epiſtolam hanc haud Paulo cōuenire, ceu a cæteris
Epiſtolis alienā. Velim tamē non eſſe hos neſcios, Eplæ huius & ſenſuū profundi-
tates, & uim illā inconfutabilem, nullius eſſe alterius poſſe, niſi Pauli, qui Chriſtum
haberet in ſe loquentē. Q; ſi dicēdi modus illos offendit, intelligāt Paulum Hebrai
ca lingua hanc ipſam dictaſſe Epiſtolā, ut qui ad Hebræos haberet ſermonē, & unū
aliquē e ſuis contubernalibus in gręcum uertiſſe, & pleriq; Lucam hanc tranſtuliſſe
ferunt, aut Clementē, Cuius etiam in ea uel ſtilus ſeruetur. Nec ſecus hi peccant, qui
hanc eſſe Pauli Epiſtolam negant, quā ſi a Paulo abeſſe Chriſtum negarent.

Epiſtola ad hebreos eſſe Pauli.

PVRGATIONEM peccatorum faciens.) Cum de ipſius uerbi diuinitatis ma-
gnitudine diſſeruiſſet, dicit quemadmodum per ſuæ carnis aſſumptionem, proſpe-
xit hominibus. Quod ſane præſtantius eſt, quā omnia ferre. Duo præterea hoc lo-
co proponit, & q; nos a delictis purgauerit, & q; per ſeipſum id ſit executus, & glo-
riæ ducat, quod per Filium idipſum effecerit. Quippe qui per Crucem & mortem,
quam ille ſubiuit, nos ipſos mundauerit. Neq; enim ſolum pro noſtris facinoribus
mortuus eſt, qui Peccatis careret: & pœnas luit, quas ferre minus debuerat, & natu
ram ipſam mortalem Adæ condemnatione exemit, ſed & Baptiſmum contulit no-
bis ſuæ mortis imaginē & ſanguinis effuſi figuram. Accipimus nanq; per eius hanc
mortem quotidie delictorum remiſſionem, qui Baptiſmi ſumus aqua perluti, & dæ
monibus non adeo faciles in capturam paremus.

Quę ſunt nobis morte Chriſti collata beneficia.

SEDET AD

Quid ſit filiũ ſedere ad dexterã patris.

SEDET AD dexterã maieſtatis in excelſis.) Cum crucis mentionem feciſſet, de reſurrectione nunc meminit. Nec iuſſus eſt inquit, ad patris dexterã conſidere, ſed ſedet. Neq; ſedere hunc dicit, ꝑinde loco Deus aliquo circunſcribat, ſed ut filium patri honore parem oſtendat & gloria. Ad paternũ enim thronũ peruenit, & ut pater ſedet ſublimis, ſic & filius excelſa cõſcendit. Verum ſiquis illud quod ſcriptũ eſt, nobis obiecerit. Dixit dominus domino meo ſede ad dextris meis, dixeritq; patris Imperio filiũ aſſediſſe. Reſpondebimus non eum mandaſſe, ſed dixiſſe. Et idcirco iſtiuſmodi figurã eſſe ſermonem, ne principio filius & cauſante uideretur carere.

Chriſtus quomodo dicatur factus.

TANTO MElior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.) Initio ob auditorum imbecillitatem, eum Prophetis hunc contulit, nunc uero progrediens, & angelis anteponit, ſenſim hoc pacto ad ueritatem auditores traducens. Effectus uero, id eſt manifeſtatus. Quemadmodũ & Ioannes affirmat. Qui poſt me uenit, ante me factus eſt & carnis aſſumptæ gratia, hæreditauit intulit nomen. Deus nanq; uerbum eſt dictus, quo ſolo conceptus eſt.

Hodie æternitatẽ ſignificat.

CVI ENIM dixit aliqñ angelorũ, filius meus es tu, ego hodie genui te.) At unde inquit, perſpicuũ eſt filium eſſe angelis potiorem. Ex noĩe quidem. Nam cũ filiũ dicimus, illud ſane p̄tendimus, ꝙ ex patre ſit genitus. Q; ſi per gratiã eſſet filij nomen adeptus, angelis eſſet hic plane inferior. Illud uero. Ego te hodie genui. Nil aliud exprimit, niſi ꝙ a principio & ex quo pater eſt, filiũ genuiſſe. Nam quemadmodũ ego ſum inquit, tp̃e præſenti id protulit, ſic hodie dixit, ꝙ Deo p̄cipue cõgruit, ut ſe ſempiternũ oſtendat. Tempora ſiquidem etſi mulnplicia ſint, ſunt tñ Deo p̄ſentia. Hũc itaq; hodie genuit, quia id patri, ex SPIRITV ſancto placitum fuit ut filiũ gigneret.

ET RVRSVM, ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.) Id quidem de carne humanitãtis aſſumpta, apertius dictum. De qua cum aliquid dicturus eſt Paulus, fidentiſſime cuncta ediſſerit. Aſſumpta itaq; natura humana, & filium propriũ nomen uerbũ uidelicet, quod ipſa natura unitum ſibi habuerat, hæreditauit. Vtpote quæ in uerbo ipſo ſubſiſtiteret, ſicuti & angelus dixit. Et quod factum eſt ſanctũ uocabitur filius Dei. Et rurſum. Erit autem magnus & filius altiſſimi uocabitur. Id autem filij nomen, nulli ſunt angelorũ ſortiti. Quod ſi iuſtiores quidã & ſancti filij Dei ſunt dicti, id tamen gratia ſunt conſecuti. Quod ſane longe ſecus domino contigit, Cui in ſubſiſtenti identitate, filij nomen ob carnem aſſumptam, eſt inditum.

CVM AVTEM rurſum introducit primogenitũ, in orbem terræ dicit.) Chriſtus quidem ſuũ per carnem aduentũ, exitũ uocat, ut illud. Exit qui ſeminat ſeminare. Et alibi. Ego ex patre exiui. Et merito quidem. Ipſi nãq; extra diuagabamur, & procul à Deo. Vnde in mundũ adueniens filius, tanq̃ ad hoĩes delegatur. Et nobiſcũ uerſatus, purgatis delictis Imp̃atori Deo, humanũ genus conciliauit. Paulus uero introductionem hmõi & ingreſſum, e quadã hæreditantiũ metaphora, nuncupat gubernationem, & bonorũ poſſeſſionem captantiũ. Cum enim introducit inquit, hoc p̄fert, id eſt filio pater in curam mundũ demandat. Quem mundũ eſt tunc ille uolentẽ adeptus, cum mundo innotuit. Introducitur aũt haud quaq̃ aliter niſi in carne. Nam quemadmodũ Deus uerbũ in mundo erat, & mundus per ip̃m eſt factus, patrem facit filiũ introducentem, ut acceptabile reddat hoc uerbũ. Gregorius uero Nyſenus, & item Cyrillus ita id dictũ interpretant̃, Et filiũ dicunt priuſq̃ carnem indueret, nil habuiſſe cum hac mundi ſtructura cõmune. Vtpote, qui Deus eſſet & carne careret. Vbi uero carnem aſſumpſit, tunc mundi participem & creaturarũ rerum effectũ, in quantũ creatam hanc carnem ſibi uniſſet, in mundi hanc dici machinã introductũ. *Cyrillus.*

ET ADOrent eũ oẽs angeli Dei.) Eũ ſcilicet, q carnem aſſumpſit. Oſtendit p̄terea ex his q̃ ille p̄ſtaret, & q̃ dñs ſeruo ſit potior. Nec ſecus dicit̃ hic introductus, q̃ ſi quis dños ipſos in domũ inuexerit, quos mox & familia oĩs uenerabunda excipiat.

ET AD ANGElos quidem dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammã ignis.) Plurimũ ſane angelos inter & Deum differt, quippe creati illi

& conditi

& conditi, hic increatus. Nã qui omnia e nihilo eſſe aliquid fecit, introduxiſſe nunc dicitur. Nec angelis modo hac magnitudine præſtat, ſed poteſtatibus ei miniſtrantibus uniuerſis præcellit. Neq; qui fecit ĩquit, ſed qui facit. Id eſt, uerbo quæ ſunt effecta conſeruans. Dixit namq; & facta ſunt. Et in Euangelio. Pater meus uſq; nunc operatur, id eſt, continet quæ creata ſunt & effecta, tutabiturq; ſicut & condita ſunt.

AD FILIVM autem thronus tuus Deus in ſæculũ ſæculi.) Angeli inquit, creati ſunt, & ad eos illud refertur, qui facit. Filius uero nequaquam creatus eſt, nec de eo illud qui facit eſt dictum. Quinpotius rex ille, & dominus, & Deus eſt, quod plane thronus iſte teſtificatur, qui principatus eſt & Imperij argumentum. Id autem di-
Arrius. ctum contra Paulum Samotheum & Arrium facit, qui ſimplicem hominem introducunt, qui Deus eſſet, & ſempiterno Imperio potiretur.

VIRGA æquitatis, uirga regni tui.) Et id qdem aliud quoddã eſt dñatus inſigne.

DILEXISTI iuſtitiam & odiſti iniquitatem.) Hæc ſane Deo ut incarnato cõpetunt uerbo, tanquam qui carnis humilitatem ſuſceperit.

PROPTEREA unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.) Id profecto contra Iudæos dictũ, & Sabellium plane & Marcellũ impugnat, qui duas aſſerunt Deo ineſſe perſonas, quia bis Deũ hic Paulus nominet. Et Marcioniſtas refellit, exiſtimantes eo filium carnem aſſumpſiſſe, quia non diuinitas, ſed humanitas ungeretur. Ait itaq; Paulus, o Deus, unxit te Deus tuus, id eſt, pater quidem tuus ſecundũ diuinitatem, Deus uero ſecundũ carnem oleo lætitiæ, id eſt, ſancto SPIRITV
Non eſt datus præter cæteros homines obliniuit. Non enim parce, & ad menſurã aliquam præfini-
Chriſtus ſpiri- tam Chriſtus SPIRITVM ſanctũ accepit, ſed effuſe & abunde unctus eſt, & palam.
tus ad menſurã Cuius ſpiritales omnes participes ſunt, ut qui participatione hac ſint ſancti effecti. Necnõ in lege perfectiores, & ſpiritales in Chriſti fide, ſpiritũ ſunt aſſecuti. Vnde & uncti ſunt appellati, ut illud. Nolite tãgere Chriſtos meos, id eſt unctos. Et in gratia quidem liquido ſunt Chriſti participes, quemadmodũ eius & mortis per batiſmũ ſunt conſortes effecti & ſpiritu uncti, qui lætitiæ oleum dicitur, utpote, qui nos a peccatorum exemit mœrore, & iocunditatem ingeſſit, bona futura ſperantibus.

ET TV IN principio domine terrã fundaſti, & opera manuũ tuarum ſunt cœli.) Ne forte ſuperius cum primogenitũ introducit in mundũ, exiſtimes donum id eſſe a patre poſtremo filio datũ, demonſtrat hoc loco eum mundi ipſius, nõ ultimo, ſed a principio conditorem. Id autem facere contra Paulum Samotheũ uidetur, qui ante Mariam genitricem aſſerit Chriſtũ fuiſſe, tanquam mundi fabricatorem. Itemq; & Arrio aduerſatur, qui uel miniſtrum eo fecerat Chriſtum, uel organum aliquod potius, quia ſuperius hunc arguat Paulus eum eſſe, ꝑ quem & ſæcula fecerit pater, nũc uero ut fabricator inducitur. Aduerte autem quemadmodũ congruant hæc inter ſe & connectanĩ, & increatæ naturæ ratio & diſpenſatiõis pateſcat, & modo ob illam altiora nõnulla & ſublimia præferantur, modo ob hanc humilia quædã & infima.

IPSI PERIbunt, tu aũt permanebis, & omnes ſicut ueſtimentũ ueteraſcent, & ſicut ueſtimentũ mutabis eos, & mutabuntur, tu aũt idem ipſe es, & anni tui nõ defi-
Mundi tranſ- cient.) Maius ſane aliquid nũc patefacit, q̃ fuerit hæc cõdidiſſe, mũdi ſcilicet trãſ-
formatio. formationem. Cuncta ſiquidem a corruptione in incorruptionẽ immutenĩ neceſſe eſt, & tam facile, q̃ ſi quis palliũ complicet. Num igiĩ qui nullo labore uniuerſa conſtruxit in melius, & alterius uidetur opera indigere, cũ minora facturus eſt, hoc eſt creata demoliaĩ, & de mortalibus hoies facit immortales. Id aũt maxime conſolaĩ fideles, qui malis in hoc ſæculo affli ctantur, cum ſint certiores iam redditi nequaq̃ res omnes hoc ſtatu perpetuo ꝑmanſuras, ſed fore ut immutenĩ. Tum præcipue & nos ad tolerantiã exhortatur, qui ex his dictis non ignoremus uitam nos eſſe perpetuã habituros, quandoquidem & Chriſti tempora ſint ſempiterna & non deſitura.

AD QVEM autem angelorum dixit aliquando Sede a dextris meis, quoaduſq; ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.) Rurſum hos conſolatur, cum

futurum aſſerat, ut eorum hoſtes deuincerentur, cũ ipſi uel eoſdem haberent, qui & Chriſto ſunt aduerſati inimicos. Nec tanq̃ imbecillus ſit & nulla uirtute filius, pater dicitur inimicos illi ſubijcere, præſertim cũ filius ſit iudex futurus, & ei liceret uel in hac uita malos & ſibi infenſos male deperdere, ſed ut filium pater honore efficiat. Nam patrem hoſtibus his ★ ſuccendere, quo pacto nõ filio cedat ad gloriam? Vel quomodo idipſum nõ ſummæ ſit paternæ in filiũ charitatis indiciũ? De qua tamen in Epiſtola ad Corinthios prima copioſius explicat̃. Eam prælegito, & certior fies.

Filius eo iudex eſt futurus, ut cum pater honore efficiat.

Aliás ſuccenſere.

NONNE omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.) Attollit audientiũ animos, affirmans plurimã eſſe Deo de nobis ſuſceptã curam, quando & angelos, qui uident̃ præcellere, quæ ad noſtrã conducunt ſalutem, ut miniſtrarent cõſtituit. Videtur p̃terea & ad aliquos caſtigare his dictis, qui angelis nimium fauent, nec ſecus & omnes hebræos, qui legibus ſunt p̱ angelos latis, & eiuſmodi adminiſtrationi ita addicti, ut uel hos Chriſto p̃ponant. Nolite igitur inquit, iſtis intendere, ſunt enim nobiſcũ pari ſeruitute obſtricti Aduerte aũt quemadmodũ non multũ exiſtimet creata hæc ab inuicem aliena, tametſi magno uideant̃ interuallo diſtare, angeli ipſi & hoĩes, nihilominus propinquiores illos nobis effecit. Siquidem quod creatũ eſt aliquid, re altera, quæ item a Deo ſit cõdita, haud multũ præſtantius ſit. Miniſtrabant aũt angeli & in ueteri teſtamento q̃plurima, & in nouo nõ pauca. Nam & prædixere Ioſeph illi futura, & paſtoribus Chriſti ortũ denuntiarunt, & in dñi ſepulchro ſedentes, reſurrexiſſe eum ſignificarunt, & nos inſtruxere ubi ille eſt in cœlũ aſſumptus, ꝙ talis eſſet, qualis aſcenderat, aduenturus. Quinetiã Cornelium ip̃m & Philippũ, & in carcerem Petrũ coniectum allocutus eſt angelus, & alijs deniq; iſtiuſmodi innumeris miniſtrãdi officijs ſunt illi perfuncti. Nota aũt Euangelium prędicãtis, quinpotius Chriſti ipſius officiũ eſſe ſalutem hominibus ſubminiſtrare. Nequaq̃ igitur eſt id miniſterium negligendũ.

Plurimam eſſe Deo de nobis ſuſceptã curã.

Angeli miniſtri.

Multis miniſtrandi officiis angelos erga homines fuiſſe perfunctos.

CAP. II.

PROPTEREA ABVNDANTIVS oportet nos obſeruare ea q̃ audiuimus.) Cũ itaq;, inq̃t, tanto p̱e filius qui nobis locutus eſt, & Prophetas excedit & angelos, q ueteris fuere teſtamenti miniſtri, neceſſe eſt ſane, ut q̃ ab his audiuimus, & nobis ſunt demãdata, longe magis q̃ legẽ aduertere. Quod tñ minus apte protulit, ne in principio Epiſtolæ ſtatim Iudæos laceſſar. Dedit tñ ex inſequentibus id poſſe cõprehendi Nec eo mõ ut uetus cũ nouo conferret, id enĩ, ait, haud quaq̃ uelim ſic fieri, ſed illorũ opinioni & uerba accõmodat, q uetus illud maximi facerent, & nouũ aſpernarent̃.

NE FORTE defluamus.) Id eſt ne ipſi labamur, ne p̱eamus. Vſus aũt nunc uerbo eſt, q̃ & in parabolis Salomon utit̃, ingens. Fili mi caue, ne laberis, ut & lapſus facilitatẽ oñdat, & interitus malũ. Qui enĩ ceciderit, & in preceps iã labit̃, difficile reuocat̃.

QVI ENIM per angelos factus eſt ſermo, factus eſt firmus.) Aperit iã quod ſentit, uerbum quidem per angelos ſignificatum, & decem mandata deſignat. Par enim eſt, angelos Deo tunc affuiſſe, quibus eſſet hebræorum gens demandata, eoſdemq; & tubas feciſſe, & ignem pertuliſſe noctu, interdiuq; nubem. Sicuti & Galatas inſtituens ait. Et rurſum accepiſtis legẽ mandata angelorum. Vel uerbum, iuſſa omnia dicit, quæ in ueteri continentur, per angelos adminiſtrata. Cuiuſmodi ſunt de iudicibus illa & de Sampſone iniuncta. Propterea nec lex dicit, ſed uerbum, ut iſta ſignificaret. Hæc itaq;, uniuerſa firma ſunt, id eſt uera fuere, & comminationes illæ operibus ſunt terminatæ & factis, & nihil horum condit fruſtra.

ET OMNIS præuaricatio & inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionẽ.) Non enĩ hæc mercede caruit, aut illa accepit, ſed om̃is, & ita, ut nihil impune abierit. Cruciatũ & debitas pœnas, mercedẽ appellat, tametſi in bonis & p̱ſperis idip̃m mercedis nomen ſit uſurpatũ. Nil tñ uocabulorũ hanc differentiã Paulus magnifacit.

QVOMODO nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutẽ.) Vbi ſermo hic ſalus ineſſe conſtat. Q; ſi uel ibi fuerit hæc ſalus, nequaquã tamen magna futura eſt Quippe cũ uel ex hoſtibus ſaluifierent q̃ multi, & terræ bona ſuſciperent, hic uero

ingens eſt

ingens eſt admodum ſalus. Propterea enim tantam adiecit, quia & mortis deſtructio & dæmonum interitus, & cœlorum Imperium, cuncta hæc ex prolatis a Deo ſermonibus nobis ſunt parta.

QVAE CVM initiũ accepiſſet enarrãdi per dominũ ab eis, qui audierunt in nos cõfirmata eſt.) Vt fidem faciat rei, ſalutem hãc ait nec p̄ Prophetas eſſe, nec p̄ angelos pronũtiatã, ſed ab oĩm domino enarratã. Fit itaq;, ut ab ipſo fonte hæc ipſa ſalus initiũ duxerit. Deinceps ad nos firmiter illa ex fide, per ipſos uerbi miniſtros & ſpectatores traiecit, q̃d & Lucas ſic meminit. Ipſi enĩ firmiter nos certiores fecerunt. Verũ cur alibi non ab hoĩbus accepiſſe ſe dicit Ap̄ſus? Quia ibi quidem p̄ magnũ aliquid inerat & neceſſariũ, quod eũ urgebat, non hoĩm ſe fateri diſcipulũ. Illi nanq; obijciebatur quemadmodũ non dñm audiſſet, eoq; & eius prædicatio periclitabat̃, ne fides prædicandi ſibi a diſcipulis demeretur. Hic uero nulla hmõi cogebatur neceſſitate. Nam neq; hebræis Euangeliũ prædicabat, neq; illi obtrectabãt, ꝙ hominũ eſſet, nõ Chriſti diſcipulus. Vel quia quemadmodũ dicturus eſt ſtatim, diuino teſtimonio, id eſt ſignis & portentis a Deo, non ab hominibus arguit, hæc ſe accepiſſe.

CONTESTANte Deo ſignis & portentis.) Cum dixiſſet eſſe ſe confirmatũ & modũ oſtendit, ne forte quis aſſerat auditorũ, figmenta, hæc eſſe, Deo inquit teſtificante. Non enĩ hæc ille eſſet teſtificatus, ſi falſa eſſent & ficta, perinde ac ſi dicat. Cũ hoĩbus id aſtruentibus, & Deus ipſe teſtat̃, nõ uocem emittens, ſed ſignis & portentis illorũ dicta cõfirmans. Fides igitur per nos non hoĩbus, ſed Deo præſtanda eſt.

ET VARIIS uirtutibus.) Effuſam donorũ expreſſit hic copiam, cũ uarijs dicit. Nam ſi uirtutes tollãtur, nunq̃ tanta hæc ſigna & uaria a Deo ederentur. Cumq; & dæmonũ uel arte, uel miniſterio q̃ multa factitent hoĩes, uirtutibus dixit, quæ profecto illorũ operibus nullæ inſunt, ſed imbecilla ſunt, p̄ſtigioſa & uana eorũ facta.

ET SPIRITVS ſancti, diſtributionibus ſecundũ ſuam uoluntatem.) Id p̄terea eadem adiecit de cauſa. Magorũ enim res geſtæ, nõ ſancto SPIRITV cõſtant, ſed uarijs dæmonũ illuſionibus. Oſtendit etiã & aliud q̃ddam. Erat nanq; ueriſimillimũ, haud quaq; multos ibi fuiſſe, qui huiuſmodi eſſent donis potiti, & alios quoſdã ob eorum ignauiam ab his deſtitutos. Vt itaq; & hos conſoletur, ſic inquit, SPIRITVS ſancti partitiones & munera, pro eius arbitrio cõferuntur & nutu. Nouit enĩ quid cuiq; cõferat, & hunc in modũ gratiam impartit̃. Nam plerunq; ob uitam actam impurius, & ſpiritus quis dono carebit, perſæpe etiã neq; id ille accipiet qui uixerit, ne ſuperbia efferat̃. Et idcirco humilibus et fere inutilibus potius tradebant̃ hæc dona.

Spiritusſancti gratiam non omnibus indifferenter dari.

NON ENIM angelis Deus ſubiecit orbem terræ futurum.) Vt autem filium arguat maximũ in modum angelis ipſis præcellere, mundũ dicit Apoſtolus, ſiue ſtructuram & mundi hanc machinã, patrem filio ſubiciſſe, non angelis. Futurũ autem eo dixit, quia Dei filius perpetuo fuerit. Mundus uero quia conditus eſt, & aliquãdo nil fuerat, quaſi ut fieret uidetur futurum, quia prius non extitiſſet. Erat igitur quo ad filij eſſentiæ perpetuitatem, futurus & orbis terræ.

DE QVO loquimur.) Hoc eſt, de quo ſuperius diximus, cũ introducit filium in orbem terræ. Præter hunc itaq; aliũ neminem errabunda requirat mens tua. Multi uero qui futurus eſt, ita interpretãtur, perinde orbis hic terræ ſit cœleſtis futurus, de quo nunc dicat Apoſtolus loquimur, id eſt, de quo oĩs nobis ſermo eſt habitus. Tunc enim & angeli ſeruorũ in morem aſtabunt, filius uero iudicans aſſidebit.

TESTATVS eſt autem in quodam loco quidam dicens. Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uiſitas eum. Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.) Teſtificantis hic nomen non explicat, utpote, qui ad ſcripturarũ peritos ſermonem habeat. Hęc ſane oĩa quo ad cõmunem humanitatem ſunt dicta, proprius tamẽ Chriſto poſt carnem aſſumptã conueniũt. Nam & filius Dei exiſtens, nihil aduertens ꝙ humana eſſet ille natura, hanc ipſam

ultro exce-

ultro excepit & ſibi uniuit, unde uel omnium eſt effectus ſublimior.
IN EO ENIM quod ſubiecit omnia, nihil dimiſit non ſubiectũ ei, nunc autem nec
dum uidentur omnia ſubiecta ei.) Cum enim hi ad quos Paulus ſcribit, pluribus
malis affecti, perſecutionibus affligerentur, ne hanc illi prætenderent dicendi oc-
caſionem, quid ais illius cuncta eſſe ditioni ſubiecta, cũ ipſi ab eius hoſtibus tot ma-
lis affligimur, & exagitemur acerrime? Vel ex his quidem poſſumus conſpicari ne-
quaꝗ̃ illi (ut aſſeris) cuncta ſubeſſe. Cur ergo nobis illudis o Paule? Nolite, inquit,
ob id animo obturbari, nec mente & ſpe concidere. Futurũ eſt enim ut uniuerſa illi
ſubijciantur. Nam ideo ſubiecisti id uerbum ſacræ literæ protulere, ut credamus, &
ſi nondũ euentum res habuit, ſic tamen euaſurã eſſe oĩno. Ac tanꝗ̃ hunc jam finem
ſit nacta, nunc aperit. Nulla itaq; uos formido inceſſat, qui mala nunc toleratis, non
dum Euangelij præconiũ hoc uniuerſa peruicit, nondũ abſolutum eſt tempus, quo
omnia pareant, parebunt, mihi credite, cuncta, & Chriſti erunt poteſtati obſtricta.
EVM AVTEM qui modico quam angeli minoratus eſt, uidemus IESVM propter
paſſionem mortis gloria, & honore coronatum.) Nititur quæ dicta ſunt, oſtende-
re, ut arguat Chriſto omnino congruere, aitq;. Etſi omnia filio ſubiecit pater, non-
dum tamen illi hæc uidentur competere, qui nondum iudicaturus aduenit, ſed futu-
rum id omnino aſtruimus. Illud uero, angelis paulo minus eſſe minorem effectum, *Nota.*
& Chriſto conuenit magis q̃ nobis mortalibus. Is nanq; cum apud inferos iam ter- *Eo Chriſtus*
tium diem ut homo egiſſet, paulo eſt ab angelis imminutus. Vtpote qui nihil ſunt *paulominus ab*
morti obnoxij. Nos uero quia plurimũ morti obſtringimur, & corruptioni pate- *angelis immi-*
bimus, non paululũ, ſed maximũ in modum angelis ſumus inferiores. Nec minus et *nutus dicitur*
gloriæ huiuſmodi & honoris, ob paſſionem & mortem, corona Chriſto magis quã *quia mortuus.*
nobis congruit. Mortis autem paſſionem inquiens, ueram mortem expreſſit. Non
enĩ imaginaria mors illa erat & præſtigioſa, ſed reipſa patiebatur. Mortis præterea
meminit & crucis, ut eis ſuadeat quatenus præceptoris exemplo magno animo fe-
rant preſſuras. Cum uero in laudem illi & gloriã crucem ceſſiſſe, & nobis item quæ
patimur gloriæ futura oſtendit. Subinde diceret, quid ea refugitis quæ coronã ſunt
allatura & palmã, ille ueſtri qui ſerui eſtis ob gratiã pertulit mortem, uos contra pro
eo qui ut dominus habet in uos poteſtatem, uel ſaltem leuiora hęc mala nil toleratis.
VT GRATIA Dei pro omnibus guſtaret mortem.) Neq; enim ut nobis obno-
xius, ſed ut gratiam faceret, ad mortem ille filium deſtinauit. Nec pro fidelibus ſolũ, *Filius Dei miſ-*
ſed pro uniuerſo terrarũ orbe. Nam etſi haud quaꝗ̃ omnes ſunt ſalui effecti, ipſe tñ *ſus pro uniuer*
peregit quod ſua intererat. Recte aũt guſtaret dixit. Nam & more aliquid deguſtan- *ſo orbe.*
tium, breui admodum temporis interuallo in morte permanſit, qui mox reſurrexit
Vnde uel ob idipſum eſt angelis potior, quia mortem euicit. Quemadmodũ enim et
medicus appoſitos cibos abhorrere languentem aliquem cõſpicatus, mox ipſe præ-
guſtat, ut ægrotũ faciat fidentiorem, alliciatq; cibũ ut capiat, ſic & dominus cũ nos
ſpectaret mortem reformidare, hanc prior ipſe libauit, etſi minus id facere cogeret.
Quid ni? Qui nequaꝗ̃ morti ſubijceretur, ſed per gratiã hanc ille ſubiuit, ut ad mor-
tem perpetiendam ſi eſſet neceſſe, ut minus horribilem, nos hortaretur. Neſtoriani *Neſtoriani.*
uero ſcripturam hanc Pauli deprauantes, non gratia Dei dicunt, ſed ſine Deo. Id eſt
ſine diuinitate pro omnibus mortem guſtaret, ut quod ipſi peſſime ſentiunt, Chri-
ſto ſcilicet Cruci affixo, diuinitatem aſtruant nõ affuiſſe. Vtpote quæ nõ ſubſtantia-
liter illi ineſſet, ſed affectione quadã unita. Quorũ impietatem orthodoxus quidam
irridens, ſic inquit. Eſto ut ipſi aſſeritis ſcriptum. Vel hoc modo id facere nobiſcum
uidetur, quod dictum eſt. Sine Deo enim pro cæteris alijs dominus mortem ſubiuit
uel pro angelis ipſis, ut illorũ in nos odia ſoluat, & eos gaudio expleat ſempiterno.
DECEBAT enim eum per quem omnia.) Id eſt patrem. Neq; enim ſi per præpo-
ſitio hæc quæ græce habetur, imminutionem afferret, & ſoli filio conueniret, & pa-
tri adijceretur. Addiſce autem quam habeat per quem illud ſignificantiam, ut nemo
uidelicet

uidelicet abſurdius aliquid ex eo intelligat, ꝙ ꝑ quem oia dixerit, id eſt, ut filiũ faciat omnibus indigere, quia propter eum facta ſint omia. Per ꝓpoſitio hæc, aliquid præfert. Exempli gratia. Per hoiem, id eſt, hominis gratia creata ſunt omnia. Propterea eñi per illud adiecit. Perinde ac ſi dicat. Per quem ſic uelim intelligas, tanq̃ per ipm facta ſunt oïa. Cum itaq; per quem & filiũ ipſum deſignat ita accipito, id eſt a quo.

QVI MVLtos filios in gloriã adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſſiõem conſummari.) Adhuc dicto illi inſiſtit, quod ſuperius dixerat. Gloria & honore coronaſti eum. Quod aũt dicit tale eſt. Pro ſuæ clementiæ dignitate, uel hoc patet effecit. Quippe qui primogenitũ oim filiorum, qui eius ſunt gloria fruituri, præ cæteris clariſſimũ ex paſſione patefecit, ut cunctis aperiat eſſe omnino pro ea gloria decertandũ. ἀρχηγὸν aũt ſalutis authorem & cauſam dixit. Aduerte autem quantũ ipſi ab illo diſtemus. Nam filius quidem is dicitur, & nos filij nuncupamur. Salutem ille largitur, nos uero ſalui efficimur. Sumus præterea & illi coniuncti, & alia quadã ratione diſiungimur. Illi nanq; ideo copulamur, quia multos filios traducit ad gloriã, & eo diſtamus, quia filiorũ ſit ſalutis hic author. Nota aũt paſſionem conſumationem & finem prætendere, & ſalutis cauſam eſſe. Et qui pro aliquo patitur, nõ modo illi prodeſſe, cuius gratia tulerit pœnas, ſed ſeſe clariorem in poſterũ facere, & ꝑfectiorem intelligat. Cõſumationem uero hoc loco gloriã ipſam intellige, qua ſit ille affectus, uel eam quæ decet humanitatem, uel quia natura inſitam ſibi gloriã aſſeruabat. Alioquin quo ad noſtrã mortalem hanc & humanã conditionem, ut homo, inglorius erat. Vtpote qui eſſet incognitus. Vbi uero ꝑ crucem innotuit, & glorioſe eſt in altũ ſublatus, gloriã dicitur accepiſſe. Quam cũ natura ſibi haberet ingenitam nequaq̃ uidetur a nobis illi eſſe allatã. Vel cõſumationem immortalitatem ipſam appellat, quæ deerat quidem Chriſto ut homini, ꝑ reſurrectionem uero hanc cõſumauit, perfecitq; illi pater. Nam poſtq̃ hic reſurrexit, nullũ præterea habuit mors in homines dominatũ, & mortalem om̃em naturã huiuſmodi eſt cõſumatione dignatus.

Cur gloriã dicatur dominus accepiſſe cũ cã natura ſibi haberet ingenitam.

QVI ENIM ſanctificat, & qui ſanctificatur, ex uno omnes.) Ecce ut rurſum Chriſti fratres eſſe nos arguit, & tanto ab eo fuiſſe honore dignatos. Cum enim ſanctificans, id eſt Chriſtus, & ſanctificati nos ipſi uidelicet, ex uno omnes, hoc eſt a patre, ut filius ipſe, nos ut creati. Ille itaq; ſanctitatem largiť, nos ſancti efficimur, Quo fit, ut & identitas intercedat, & excellentia demonſtretur.

PROPTER quam cãm non cõfunditur, fratres eos uocare.) Aduerte hoc loco quam diximus excellentiã. Cum enim inquit, nil ille cõfunditur, hoc eſt, nil eum pudet, oſtendit nequaquã rei ipſius naturæ id eſſe, ſed charitatis minus pudentis. Nam etſi ex uno prodiuimus omnes, alia tamen ſumus ipſi a Chriſto & longe diuerſa cõditione, a quo tantum diſtamus, quantum a creatis & conditis, differt creator.

DICENS nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te:) Vbi enim carnem hic induit, & fraternitatem nobiſcum iniuit & induit. Vnde & in unum fraternitas ipſa conuenit. Rurſum tamen in eo excellit, ꝙ hominibus ſe denũtiaturum patrem promittit.

ET ITERVM ego ero fidens in eum.) Idcirco eñi arguit ſe hominem eſſe effectum, & nobis fraternitate coniunctũ. Quia ut quiſq; mortalis, ita & ſe patri cõfidere aperte fatetur. Simul præterea & nos admonet, ut Deo & ſoli fidamus. Quandoquidem & ipſe qui filius eſt, & nullius ope indigeat, patri tñ fidere ſe fatetur. Nonnulli uero in hanc ſententiã id accepere, dicunt aũt. Cum enim Chriſtũ ſuperius dixerit fratrem, & paulopoſt patrem eundem hunc appellarit, oſtendit tamen eiuſmodi noïa futuræ diſpenſationis & ultimæ fore, eius uero ante ſæcula Deus eſt nomen Quis ergo in alio poterit, niſi in Deo ſpem ſuã ſitam habere, ꝑinde ac ſi dicat. Neq; eñi quia patrem hunc & fratrẽ percipitis, e uulgo aliquem unũ exiſtimate. Eſt nanq; hic Deus, & in quo plane (ut ſcribitur) eſt confidendum, & ita ut non tanq̃ a Chriſto hæc, ſed a Propheta uideantur prolata, ut dicat confidã ego, Propheta ſcilicet Chriſto, ipſi ut

ſto, ipſi ut

ſto, ipſi ut Deo. Qui ſenſus nequaquā ſupioribus congruit, & minus probatur.

ITERVM ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus.) Hoc loco Chriſtū deſert nobis in Patrem, Dedit aūt, ob Patris beneplacitū dixit, ꝙ carnē hunc aſſumere fecerit. Nam ſi incarnari Filiū non placuiſſet, nec ſibi filij forent qui credidiſſent.

QVIA ERgo pueri cōmunicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem.) Pudeat uelim hoc loco qui aſſerūt, non re filiū, ſed apparentia quadam exteriori parē nobiſcum geniturā ſortitum. Neq; enim ſolū carnis hunc & ſanguinis inquit, æque ac pueri, id eſt, reliqui homines participaſſe, quāuis & ſi id ptuliſſet, ſatis profecto fuiſſet ad confirmandū ueram carnē hunc accepiſſe, ſed ſimiliter adiunxit, ut noſtræ carni perſimilē hunc habuiſſe incarnationē oſtendat.

VT PER mortē deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum.) Cauſam diſpenſationis exponit, ut per mortē uidelicet quā ille ſubiuit, quia carnis eſſet & ſanguinis particeps, diabolū perdat, qui habet mortis imperiū. Quomodo? Per Peccatū uidelicet. Cum eñ ex priori illa Adæ inobediētia hoīes, ſuis artibus faceret in Peccata prolabi, ipſe mox condidit mortē, quæ eodem in poſterū pro milite & fortioribus armis humanā hanc aduerſus naturā eſt uſa. Morte igitur hac ipſa ut diabolū expugnaret & perderet, uſus eſt Chriſtus. Quod utiq; ingētis uirtutis & ſapientiæ eſt argumentū, ut hoſtē hiſdē armis occideret, ꝗbus ille plurimos enecaſſet.

ET LIBERAret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant ſeruituti.) Id eſt, ut homines liberos redderet, quicunq; mortis erant ſeruitute obſtricti. Id eſt, qui mortis erant addicti obſequio, & eum pertimeſcebant, tanquā non aliquando eſſet hæc abolenda. Vel mortis obnoxios dicit, & mortē reformidantes priores homines, qui aſſidui in timore ducebant uitam, morituros ſe ſemper opperientes. Et quia mortē maxime uerebantur, nihil ſentire poterant uoluptatis. Id enim prætendit, cum per omnē uitam dicit. Erant utiq; ſeruituti obnoxij, hoc eſt, tremore continuo urgebantur, ut ſolent ſeruitia dominū uetita contremiſcere, exiſtimantes amariſſimam eſſe hanc mortē, eoq; nec uoluptate aliqua perfruūtur. Eſt igitur ex his colligendum, qui mortē horreſcit, nec liberum eſſe, & cunctis patere in ſeruitutē. Valet præterea id conſolationē oppreſſis. Siquidē qui nunc diuexantur & uinculis aſtringuntur, liberius uiuunt, & ſanitate maiori quam priſci illi, qui uerſari in delicijs uidebantur, cum his mors ipſa imperitaret, & eſſet formidini. Quippe qui iſtiuſmodi mortis horrore & ſeruitute aſtringerētur, Vos uero prorſus ſitis his liberati.

Diabolus hiſdē armis eſt occiſus, quibus hominem perdiderat.

NVNQVAM eñ angelos apprehendit.) Hoc eſt, nequaq; angelorū ille naturā arripuit, neq; hāc tulit. Id uero imenſam erga genus humanū arguit charitatē. Quādoquidē quod angelicæ naturæ non eſt elargitus, contulerit homini, ut ab hoc carnem aſſumeret.

SED SEMen Abrahæ apprehendit.) Non enim accepit inquit, ſed apprehendit, ut oſtenderet naturā hanc noſtram refugientē, & longius ab ſe abeuntē Chriſtum fuiſſe inſectatum, & adeptum tandē præhendiſſe, & ſibi uniſſe, & a fuga retractū complexum eſſe. Nec naturam hominū dixit, ſed Abrahæ ſemen, cum ut Iudæos extolleret, & illorū genus argueret honoratū, tum ut eoſdem in eo aſſereret anteire Gentiles, quia ab his dominus ortum duxiſſet. Semper autem his aliquid ad gratiam loquitur, ita tamen ut nemo poſſit ex eo offendi. Simul præterea & repromiſſionē recordatur Abrahæ factam, qua terram dominus his, & eorum poſteris daturum ſe pollicitus eſt, bonis omnibus affluentem.

Semē Abrahæ.

VNDE DEbuit per omnia fratribus ſimilari.) Cum enim inquit, dignatus eſt ſemel carnem hanc ille noſtram induere, & naturam humanam arripere, conſentaneum erat omnino, ut & nobis perſimilis naſceretur, paremq; nobiſcum & educationem haberet & incremētum, Ferretq; omnia quæ illi eſſent ferenda, ac demū mortem obiret. Id nanq; prætendit, cum per omnia inquit aſſimilari.

VT MISEricors fieret & fidelis pontifex ad deū.) Nullā, inquit, aliā ob cauſam carnē hanc noſtrā aſſumpſit, niſi ut per eam & nr̄i miſereret, & humi iacētes attolleret. Verum

ret. Verũ quo pacto Pontifex noſter effectus eſt, hac ipſa illota & ſordida quã a nobis deſumpſerat carne? Certe ut Peccatis nos repurgaret, ĩpetraretq; eius interceſſu a deo nr̃is erratis ueniã, qbus antea ipſi oppugnabamur. Fidelis uero.i.uerax & potẽs, ut pontificis adimpleret & munus. Eſt nãq; pontificis ueri officiũ, ut eos prauis eximat facinoribus, quorũ ſit pontifex cõſtitutus. Vel fidelẽ dicit.i.deo acceptũ.

VT REPROpiciaret delicta populi.) Oſtendit quid præferat ad Deũ eſſe fidelem, uidelicet ut populũ delinquentẽ deo conciliet. Id eñ eſt maxime ſuæ in nos charitatis indiciũ, cum enixe omnia fecerit ut Peccata deleret. Quæret aliquis. Cur eñ non mundi, ſed populi dixit Peccata? Quia ad Iudæos ſermo hic habebatur, quorũ gratia præcipue dominus in mundũ conceſſit. Vt his ſaluis effectis, & cęteri per hos ſalutẽ aſſequerẽtur, & ſi longe aliter res ipſa euaſerit. Quin etiã Ioſeph angelus ipſe affatur huiuſmodi. Saluum facturus eſt populum ſuũ & a Peccatis hunc liberabit. Quod ſane Iudæorũ præfert nobilitatẽ, & quanti hos faceret Deus oſtendit.

Iudæorũ præconium.

IN EO enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus eſt, potens eſt & eis qui tentant auxiliari.) Humile admodũ id, & uilius quidẽ, & Deo plane indignũ apparet, alioquin haud quaq; eſt a carnis conditiõe alienũ. Nam ſi & de Patre qui corpore caret & carne, quã multa quæ humanæ huic congruũt magis & mortali naturæ ꝓfert ſcriptura, ut illud. Dominus de cœlo ꝓſpexit, & uidit filios hoĩm, & alibi deſcendẽs uidebo, & multa hmõi, longe magis de Chriſto, qui carnem aſſumpſit, & in carne perpeſſus eſt, infinita quædã enarrat. Cum ut auditores de eius incarnatiõe faciat certiores, tum quia adhuc fragiles eſſent, & in Fide nondũ obfirmati. Rerũ enim experientiã exiſtimant hoĩes, cæteris potiorẽ. Quod aũt dicit hmõi eſt. Non enim ſolũ ut Deus, ſed quia ut homo cuncta expertus intelligit, ſiquidẽ multa perpeſſa eſt Chriſti hæc caro, calletq; quid preſſura, quidve tentio ſit. Vnde & auxiliari poteſt, id eſt, promptior eſſe manus ut porrigat, & tanquã miſericors opituletur oppreſſis.

CAP. III. VNDE FRATRES SANCTI uocationis cœleſtis participes.) Vnde, id eſt, cum talẽ hunc dixerim pontificẽ eſſe, fidelẽ ſcilicet & peccatores Patri cõciliantẽ, nec impotentẽ opem p̃ſtare, uelim uobiſcũ animo hæc reputetis, cõperietis haud dubie, ita rem ſe habere. Vocationis aũt cœleſtis participes inquit, ꝑinde ac ſi dicat, Ad cœlũ ſumus acciti, nihil hic requiramus, ibi nanq; & præmia ſunt futura & retributio.

CONSIDERAte Apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ IESVM.) Ob carnem hanc ſcilicet luteam, humilia quæq; mente peruoluite, ut alias dictum eſt ſæpe. Apoſtolus uero ob id nuncupatur, quia ad oues Iſrael fuit dominus tranſmiſſus, & noſtræ confeſſionis, id eſt, Fidei pontifex.

QVI FIDElis eſt ei qui fecit illum ſicut Moyſes fidelis in omni domo eius.) Cum Chriſtum eſſet Moyſi præpoſiturus, pontificis munus produxit in medium, aitq; horũ utriſq; demandatũ eſt, populus procurandus. Tametſi maioribus Chriſtus ſit rebus præfectus, initio tamẽ haud quaquã huius aperit excellentiã, ne hos ad quos ſcriberet, irritaret. Nam & ſi Fidem exceperant, magnũ tamẽ in modũ Moyſi rebus fauebant. Interea uero Chriſtum dominũ æquiparat domino, aitq; & Fidem

Nota. hunc Patri ſeruare, qui Apoſtolum ſe & pontificẽ fecerit. Neq; enim de ſubſtantia, hoc loco diſſeritur, ſed de animi promptitudine. Fidelis igitur eſt ex affectu quodã præcipuo, & uolens rebus præſidet Patris, nec eas ſinit corrumpi, ſed illarum ſalutẽ pro ſua ducit. Quemadmodum Moyſes domui eius proſpicit, id eſt, populo. Domum eñ populum nuncupat. Eius uero, id eſt, Dei ipſius uel Moyſi. Nam & Moyſi populus dicitur, ut alibi. Populus tuus peccauit. Erat nanq; hic Moyſes populo ita præpoſitus, ut domui diſpenſatorem præficimus.

AMPLIORIS eñ gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt, quãto ampliorẽ honorẽ habet domus qui fabricauit illã. Omnis nanq; domus fabricat̃ ab aliquo, qui aũt omnia creauit, Deus eſt.) Quin etiã hoc loco, quã dñs Moyſi p̃ſtet, ſic inquiẽs patefacit. Erat ſane & Moyſes ille in tota domo, id eſt, populo uniuerſo, alioqn quidam unus

dam unus hic erat de domo. Quippe qui homo eſſet & mortalis ut cęteri, & ſi ſancti
or uideretͅ, conſeruusqꝫ & reliquis erat. Sicuti & domus diſpenſatores, & ſi præeſſe
alijs uideanͅt, eodem tamē ſeruitutis iugo, quo & cæteri aſtringuntur. Cum itaqꝫ &
Moyſes hic pars eſſet aliqua domus, eſt tamē ab aliquo cōditus. Qui uero hunc con
didit, ei præſtet neceſſe eſt. Eundē uero Filius dei creauit, qui carne ſuſcepta, & eius
gratia pontificis munere fungens, quē creauerat Moyſi longo interuallo præcellit.
Aduerte aūt, quemadmodū a carne comparationē deſumpſit, & deinceps ad diuini
tatem digreſſus eſt, qua incōparabiliter excedere creatorē re creata oſtendit.

ET MOYſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in teſtimo-
nium eorum uerborum quæ dicenda erant. Chriſtus uero tanquam Filius.)
Vel alium quēdam in modū Moyſi Chriſtum præſtare oſtendit, quia ſcilicet Moy-
ſes ille, tanquam miniſter & ſeruus eſſet fidelis, & ad id conſtitutus, ut quæ domini
forent, cæteris ſeruis denuntiaret, & quæ dicta ſunt Deo teſtificetur. Nam ſi & cœ-
lum uocat & terram in teſtem, ut illud. Audi cœlum & auribus percipe terra. Et ual-
les, ut illud. Audite ualles fundamenta terræ. Longe magis hominis uſurus eſt hic te
ſtimonio. Chriſtus itaqꝫ fidelis eſt, utpote qui proprius ſit & hæres & filius. Et quæ
paterna ſunt, pro Patris arbitrio moderetur & regat. Differt igitur iſtiuſmodi Fili-
us a Moyſe ſeruo, ingenti quodam & incomparabili interuallo.

Quantū Chriſtus Moyſi præſtet & antecellat.

IN DOMO ſua, quæ domus ſumus nos ſi fiduciam & gloriam ſpei uſqꝫ ad finē fir
mam retineamus.) Domus quidē Moyſi populus fuerat, cuius & ipſe pars erat.
Pro domo ꝑterea & Deus nos habet, ſi modo ad finē uſqꝫ ſtabiles fuerimus, nec faci
le in præceps labamur. Hoc autē loco Iudæos hoſce & fideles hortatur, ut in preſſu-
ris conſtantiores ſe præbeant, nec in molliciem reſoluantur. Sic enim fore affirmat,
ut Dei ſint domus, & ut Moyſi fuerant. Hos prætererea laudat, ꝙ rei principium de-
diſſent, unde & neceſſariū eſſe, ut & finē ceptis imponant. Recte aūt fiduciam dixit
& gloriam. Cum enim cuiquā futuræ retributionis ſpes certior eſt, id gloriæ ducet,
perinde ſit ex ſpe & uotis omnia cōſecutus. Nec in ſeceſſum ſe aliquē confert, ut de
liteſcat & mœreat, cum malis affligitur, ſed fidentior eſt & in publicum prodit. Et
Chriſti ob gratiam, quē unice colit, aduerſa quæqꝫ æquo tolerat animo.

QVAPROPter ſicut dicit Spiritus ſanctus. Hodie ſi uocē eius audieritis, nolite
obdurare corda ueſtra ſicut in exacerbatiōe ſcd'm diē tentationis in quo tentauerūt
me patres ueſtri, probauerūt me & uiderūt opera mea. Quadraginta annis ꝓpter ꝗd
ꝍffenſus fui gn̄ationi huic, & dixi ſemꝑ hi errant corde. Ipſi uero non cognouerunt
uias meas, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiē meam.) De ſpe hic utiqꝫ
differit, quēadmodū ſcilicet, ibi ſint ꝓ laboribus certiora ꝑmia expectanda, & quie-
tudo. Idqꝫ ſic fore, ex prophetę dictis affirmat, quēadmodū in requiē ſint ingreſſuri
credētes, ut contra qui minus crediderint, quales priſci illi fuere Iudæi, nequaquam
hanc ſunt adituri. Cum eīn rubrum mare traieciſſent Hebræi, & in locis deſertis in-
numeris eēnt beneficijs affecti, quæ plane Dei erga ſe curā præferant, ut eorū poten
tiā demonſtrarēt, dimiſerunt ex cōmuni conſenſu ſpeculatores, qui terræ naturam
contēplarētur, quā eſſent propediē aggreſſuri. Illi uero cum ad ſuos ſe recepiſſent,
renuntiarūt mirandā eſſe regionis eius naturā. Homines tamē eam inhabitare, qui
debellari non poſſint. Tunc igitur populus ille, Dei potentiæ, quā inexpugnabilē
exiſtimare oportuiſſet, non admodū fidens, eorū quos ad eam rem delegaſſet dictis
obſtupefactus, obmurmurabat in dominum, redeundumqꝫ ſibi in Aegyptum oīno
decernebat. Quo circa ira percitus deus, quia celerrime adeo tantorū miraculorum
memoriā depuliſſent, iurauit nullo pacto generationē querulam illam, terrā quam
erat pollicitus, ingreſſurā. Vnde præter Caleph & IESVM, omnes fere ſunt in here
mo perditi. Dauid itaqꝫ, qui poſterior fuit, cū hiſce de rebus diſſereret, dixit. Hodie
ſi uocē eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, ne eadē illa quæ & ueſtri maio-
res perpeſſi ſunt, patiamini & quiete priuemini, tanquā ſcilicet alia quædā ſit quietu

Expectanda præmia.

Preter Ioſue & Calegh oēs ferè ſunt in deſerto perditi.

do, quam ſimus ipſi conſecuturi, hæc inquit. Nam ſi uerã illi recepiſſent quietẽ, cur
illud inferret. hodie nolite obdurare corda ueſtra, ſicut & patres ueſtri, & non ingre-
diemini requiẽ. Quæ igitur eſſe alia, ꝑter regni cœleſtis iocundiſſimũ otium, requi-
es poteſt, cuius figurã, & ſabbatum præfert, & eum qui typice effectus eſt in paleſti-
Tribus modis quieſcimus. nam filiorũ contra dicentis generationis introitũ. Tribus itaq; modis quieſcimus.
Aut ẽm ſabbato hæc quies præſtatur, in quo & Deus ab opere conquieuit. Qua de
quiete, haudquaquã uideť hoc loco Dauid diſſerere, utpote quæ apud priſcos illos
pro uera ſit habita, & illa quidẽ quæ per terræ ꝓmiſſionis ingreſſum eſt comparata,
quã introgreſſi Iudęi, erant a bello & prælijs quieturi, & errore illo, quo tam diutur
no diuagabanť erratici. De qua tamẽ quiete necullã facit hic mentionẽ. Nam ſi pa-
leſtina regio Dauid tẽporibus ſub eius erat & hebræorũ imperio, quo pacto de hac
erat ille tanq̃ deſerta dicturus. Videť igitur alium quendã, quies hmõi, ſtatũ præten
dere, in quẽ IESVS naue nullã haberet Iudæos inferendi licentiã. Eiuſmodi ſtatũ in
Non ſunt eorũ quæ per Deum geruntur exigendæ rõnes. cœlis duntaxat reperiemus. A quo ne maiorũ ueſtrorum exẽplo ob diffidentiã exci
datis, erit uobis omni ſtudio adnitendũ. Non enim eorũ quæ per Deum geruntť exi
gendæ ſunt ab homine rõnes, ſed Fides illi indubitanter præſtanda. Id nanq; & pri-
ſcis illis crimini datur, quia dominũ tentauerunt. Id eſt, quia nõ omni prorſus dubi
tatione ſublata, in eum ſperarunt. Vtpote cui omnia eſſent factu facillima.

VIDETE fratres ne forte ſit in aliquo ueſtrũ cor malũ incredulitatis.) Hæc de
terrenis ſunt dicta. Videtur ẽm inter hos fuiſſe nõnullos, qui minus crederent uera
eſſe, quæ de futura retributione narranť, eoq; uoluiſſe de Dei cum potẽtia, tum pro
uidentia uel in medijs malis, quibus diuexarenť, periculum facere. Vnde & Paulus
hos ipſos corroborat, ea repetens, quæ fuerint olim diffidentes illi perpeſſi. Neq; ẽm
adeo futurorũ malorum formido pleroſq; hominũ frenat reprimitq;, quantũ præte
Aliàs. ritorũ memoria & recordatio, quæ certam afferunt de ſe cognitionem, & exemplo
Præſentibus ſunt ⋆ repentibus, uel olim expertis. Aduerte autẽ, quemadmodum ab increduli-
tate eiuſmodi & illud deriuet, ut & mala quis cogitet, & opere exequatur.

DISCEDendi a Deo uiuo.) Neq; enim aliter obuẽtura eſt incredulitas ipſa &
Non permittitur quis in diffidentiã cadere niſi prius à Deo deſciſcat. diffidentia, niſi a Deo quis prius deſciſcat. Nam quamdiu quis Deo adhæſerit, fue-
ritq; illi ut omnipotenti confiſus, nihil exiſtimat fieri non poſſe, q̃d Deo libuerit.

SED EX hortamini uoſmetipſos per ſingulos dies donec hodie cognominatur.)
Hoc eſt, ædificate uos mutuo, & ita corroborate, ut nõ collabamini. Q; ſi uel q̃ſpiã
fuerit collapſus, quo ad hanc aurã ſpirat uiuitq;, hunc ipm̃ attollite. Id nanq; cum in
quit, uſq; hodie noĩatur, deſignat. Id eſt, quouſq; duxerit uitã. Hanc ẽm et ſpes comi
tať, & bene ſperari de peccatore ſuꝑſtite põt, ut reſipiſcat admonitus. Præcipue aũt
nulli inſit cor prauũ. Quod ſi forſan acciderit, nequaq̃ hic in deſperationẽ & diffi-
dentiã prolabatur. Quin uos illũ hortando ſuſcipite, & iuuando mox ſubleuate.

VT NON obduretur quis ex uobis fallacia Peccati.) Hoc eſt, ne ex eiuſmodi
diffidentia, in cæcitatẽ corruat, & maneat inſanabilis. Quẽadmodũ enim orbata lu-
minibus corpora & duriora, nequaquam medentis ſe manibus attrectanda ſubiece
Fallacia peccati. rint, ſic & animæ in malis iam obduratæ, Dei uerbis minus parebũt. Fallaciam uero
Peccati uel dæmonũ ſuggeſtiones appellat, uidelicet ꝙ nullam quis ſperet futuram
bonorũ malorumve retributionẽ. Vel fallaciam deſperationem dicit. Nam ꝙ ſemel
labenti mihi, nihil ſit ſpei reliquum, Peccati plane hæc fuerit fallacia. Peccatũ nanq;
nos circumueniens & ad ſe trahens, talia ſuggerit, ut dictum eſt, cogitanda. Impius
in profunditatem cadens, contemnit. Qui uero delicti fuerit contemptor, nec Deo
credere ſuſtinebit. Quo fit, ut ex pacto incredulitatis oriatur. Dixit enim in corde
ſuo, non requiret Deus. Et alibi. Oblitus eſt Deus, & huiuſmodi alia.

PARTICIPES enim CHRISTO effecti ſumus.) Hoc eſt, per Fidem illi ſumus
coniuncti, & ſic ei ſumus participes ut capiti corpus. Et ſubinde inquiens hos con-
ſolatur, & ſpem affert. Qui enim tanta eſt, nos charitate cõplexus, ut & corpus nos

ſuum effece

ſuum effecerit, nequaquam nos, ſi modo uelimus, diuelli a ſe patietur. Simul etiam illud oſtendit, quod dictum eſt alibi. Toleremus, & conregnabimus. Nunc itaq; eorundem ipſi participes, quorum & Chriſtus particeps fuit, preſſurarum ſcilicet & malorum, diligentius connitamur & gloriæ participare.

SI TAMEN & initiũ ſubſtantiæ eius uſq; ad finẽ firmũ teneamus.) Id eſt, Fidẽ. Per hanc eñ ſubiuimus diuinã illam & ſpiritalẽ ſubſtantiã, per quã & regñationem accepimus. Quin etiã uel in hac uita depoſcit, ut firmiores in fide ſimus & ſtabiles.

DVM DICItur. Hodie ſi uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, quẽadmodũ in illa exacerbatione.) Confirmat quẽadmodum dixerit, uſq; in finẽ. In quitq; idipſum prætendit. Cum hodie uero ſic intelligit, ut ſuperius eſt explicatũ.

QVIDAM enim audientes exacerbauerũt.) Audientes, inquit, Dei promiſſa, cum polliceretur daturũ ſe his terram Chananeorũ, & alia pleraq;, deſciuerũt ab eo, & hunc ipſum ob perfidiam exacerbauerunt. Cauendũ itaq;, ne & ipſi promiſſionibus his diffidatis. Nihil enim uobis conducit, ſola hæc promiſſionũ huiuſmodi auditio, niſi & Fidem his præſtiteritis, quẽadmodum nec ueſtris maioribus profuerat audiſſe. Quin potius ob id eo iuſtius perditi ſunt, quo & Dei ſunt uerbis diffiſi.

SED NON uniuerſi qui profecti ſunt ex Aegypto per Moyſen.) Caleph nanque ille & IESVS, nequaquam fuere increduli. Propterea & promiſſionem adepti ſunt, & Paleſtinam ingreſſi. Caleph.

QVIBVS autẽ infenſus eſt quadraginta annis? Nõne illis qui peccauerũt, quorũ cadauera ꝓſtrata ſunt in deſerto.) Per quæſtiũculas eo nõnullas hic loquit̃, ut clarior ſit & apertior eius oratio. Et ne facile illi poſſit occurri, rogandi eñ hic modus certioribus rebus apponit̃, addit ꝑterea & pœnas. Proſtrata ſunt eñ inquit, et conciderunt eorũ cadauera in deſerto. Et κῶλα ut græce habetur, hoc eſt, ingentẽ oſſium uim & pene infinitã. Sic enim ex parte uniuerſum corpus ꝓcubuiſſe oſtendit.

QVIBVS autẽ iurauit non introire in requiem ipſius, niſi illis qui increduli fuerunt, & uidemus quia non potuerũt introire propter incredulitatem.) Superius quidẽ peccantibus dixit, nunc uero incredulis, ut oſtenderet ad Hebræorum animi puſillitatẽ, futuram & diffidentiã, ut illud accederet, quod eorũ pleriq; in alia praua facinora prolaberent̃. Qui itaq;, inquit, fuere increduli, uidemus nequaquam promiſſionis terram adiiſſe. Id eſt, præ oculis nobis Peccati certior pœna obuerſat̃.

TIMEAMVS ERGO FRATRES, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiẽ eius.) Huc redit id omne quod dictũ eſt ſupra. Hodie ſi uocẽ eius audieritis. &c̃. Verendũ itaq; & nobis, ne eadẽ illa cõtingant, quæ olim diffidentibus illis ingeſta ſunt mala. CAP. IIII

EXISTIMETVR aliquis ex nobis deeſſe.) Id eſt, ne forte prætereatur & relinquatur poſtremus ad adeundam promiſſam nobis hanc requiem. Lætiorem itaq; reddit ſermonẽ, & minus moleſtum. Non eñ prætermiſſus eſt, inquit, ſed præteritus eſſe exiſtimatur.

ETENIM & nobis annunciatũ eſt, quemadmodum & illis, ſed non profuit illis ſermo auditus.) Et nobis ꝑterea denuntiata futura ſunt bona, haud ſecus ac illis, ſub figura terræ promiſſionis. Nil tamẽ id poteſt nobis prodeſſe, niſi & Fidem promiſſis adhibeamus, deponamusq; animi omnẽ puſillitatem & diffidentiã. Sicuti nec illis aliquid contulit. Aduerte autem, quemadmodum denuntiatum nobis illud ait fuiſſe, tanquam uera quædam & certiora ſint bona promiſſa, & quæ uelut ex trophæis in nos & parta uictoria conferantur, illis uero auditum eſſe ſermonẽ. Terra promiſſionis.

NON ADMIXtus Fidei uerborũ ex his qui audierũt.) Id eſt, nil prorſus his qui ſermonẽ audierunt cõiuncti uel congruẽtes, ſed ab his oĩno diuulſi. Græce uero admixti legit̃. Non eñ non cõuenientes dixit, ſed non admixti. Et egregie quidẽ, ut arctiſſimã patefaceret unitatẽ. Audientes aũt hoc loco credentes ipſos & fideles dicit. Hi nanq; dici haud dubie poſſunt, uerba diuina auſcultantes. Baſilius uero non admixtos eos intelligit, qui cũ Caleph illo ſenſiſſent & IESV. Hi nanq; a ſeditionibus

 abfuere,

Galeph & Ie ſu eo q̃ ſeditio ſis nõ aſſenſe rũt paleſtinam ſunt ingreſſi,

abfuere,neq; tumultuantibus reliquis ſeipſos admiſcuere. Verũ quos iſtos dicit qui audierunt? Illos nimirũ,qui Dei ꝓmiſſa audientes,nil poſtmodũ profecere.

INGREDIEMVR nos in requiem uitæ æternæ, qui credidimus quemadmodum dixit. Sicut iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.) Vnde id liquet, ꝙ credentibus nobis in eiuſmodi requiem patebit ingreſſus? Ex eo quidem, quod do minus dixit. Non enim ſunt infideles in requiem hanc ingreſſuri. Id enim datur intelligi,ex rebus diuerſis. Nam ut infidelibus infidelitatis eſt præmiũ, & ne in requiem illã ingrediantur occaſio, ſic nos contra qui Fidem ſeruamus,ſeruatæ Fidei mercedem accipimus, æternæ illius quietudinis aditum.

ET QVIdem operibus Deus ab inſtitutiõe mundi ꝑfectis, dixit ẽm in quodã loco de die ſeptima ſic. Et requieuit Deus die ſeptimo ab oĩbus opibus ſuis. Et in iſto loco rurſum. Si introibũt in requiẽ meam.) Hæc minus conſentanea ſibi uidetur eſſe oratio, cum tamẽ ſecus ſe habeat, ſed ita inquit. Neq; ẽm dicere poterit quiſpiã de ſabbati requie Dauid diſſeruiſſe. Nam qui fieri poteſt, quãdo olim iam illud effectum ſit, ut a principio mũdus ſit cõſtitutus. Quin potius perſpicuũ eſt de alia quadam Dauid quiete dixiſſe, de cœleſti uidelicet illo ingreſſu, qui tamẽ in futurũ ſit debitus. Tanquã in poſterũ eſſent nõnulli cœli hanc requiẽ adituri. Et quẽadmodum

Sabbatũ reqes.

ſabbatum apud ſcripturas, & ſi requies dicit̃, nil tamẽ impedit, quo minus & requies in aliũ ſenſum nuncupet̃. In tertia uidelicet quietudo, quã Deus eſſet olim pollicitus. Sic quidẽ nec prohibetur hoc loco, quin & requies futura illa interpretetur, cœlorum inquã imperium, quod ſane haud quaquam ſunt increduli audituri.

QVONIAM ergo ſupereſt quoſdam introire in illam, & hi quibus prioribus annuntiatum eſt, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam hodie Dauid dicendo poſt tantum tẽporis ſicut ſupradictum eſt. Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. Nam ſi eis IESVS requiem præſtitiſſet, nunquã de alia loqueretur poſt hanc diem.) Studet itaq; omni niſu, IESVM illum arguere nil potuiſſe in hanc requiẽ inducere quẽpiam, cuius & Dauid meminit, & nos facimus mentionẽ. Cum igitur nec ille in huiuſmodi requiẽ inuexerit aliquem, & Dauid inquiat rurſum poſt tanta annorum curricula, nolite obdurare corda ueſtra, ſicut & patres ueſtri qui ob eorum diffidentiam nequaquã ſunt quietẽ ingreſſi, detur q; ex his nobis intelligi, rem contra procedere, uidelicet ſi creduli fuerimus futurum eſſe, ut illam ingrediamur. Conſtat ergo requiẽ iſtam futuram eſſe, &

Tertia requies regnũ cœlorũ.

nos opperiri ut ſe adeamus. Neque enim Dauid de paleſtina huiuſmodi dictitabat. Quippe qua tunc potirentur Iudæi. Neq; de ſeptimo die, utpote quæ ab ipſa mundi fundatione fuiſſet. Eſt igitur requies tertia quædam, cœlorum ſcilicet regnum, ad quod & IESVS dominus, ob credulitatẽ & Fidem, quæ in ſe habetur, inducit.

IGITVR relinquitur ſabbatiſmus populo Dei.) Non enim quietem dixit, ſed ſabbatiſmũ, nomine proprio explicato, & eo quidẽ quo maxime hos oblectabat, & illecti nominis eiuſdẽ ſuauitate, concurrebant. Nec ſecus & cœleſte regnũ ſe habet. Nam quẽadmodũ ſabbato ab omni opere carnali & craſſo ceſſandum Lex ipſa iubebat, & ea duntaxat ut peragerent ſacerdotes, quæ cum ad Dei cultum, tum ad animæ utilitatẽ facere uiderentur. Sic & in poſterum illud tempus, cuncta ſpiritalia futura ſunt & diuina. Nihilq; quod carneum ſit aut laborioſum ubi & dolor omnis exceſſit, & mœror & gemitus abijt. Audi ergo, quid ipſe mox inferat.

QVI ENIM ingreſſus eſt in requiem eius & ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut a ſuis Deus.) Explicat nunc cur ſabbatiſmum dixerit futuram in cœlis requiem, ob id ſcilicet. Quia & ipſi a noſtris operibus requieſcimus, nec ſecus quã Deus ubi diem quo a condenda terrarum hac machina ceſſaſſet ab opere, ſabbatum appellauit. Perinde ac ſi dicat. Hac quidem in uita acerrimum eſt iuſtis certamen & labor immenſus propoſitus, quia uirtuti maxime eſt inſudandum. In cœlis uero, neq; ad mortalitatem aliquam exercebuntur, ſed Deo duntaxat inexplebili quadam animi

fruentur

fruentur ſuauitate. Quod autem hi qui ex Iudæis crediderant audire maxime cupiebant, ꝙ a præſentibus ſcilicet & operoſis negotijs liberandi ſint & preſſuris, nunc dicit, ut eorum ſubleuet animos malis ingentibus afflictatos.

FESTINEMUS ergo ingredi in illam requiem.) Cum oſtendiſſet tertiã quandã eſſe quietem, & illam cœleſtem, hortatur hos demũ, ut hanc ipſam ingrediantur. Recte autem feſtinemus dixit, cũ haud quaq̃, ut ad huiuſmodi requiem præbeat aditũ ſatis uirium habere ſola per ſe fides uidetur, niſi & optimus adſit uiuendi modus.

Per requiẽ cuius Dauid meminit intelligitur cœleſte imperium.

NE IN ID ipſum quis noſtrũ incidat incredulitatis exemplũ.) Idipſum, id eſt Iſraelitarum exemplũ. Quemadmodum enim cũ maiorem itineris partem iam confeciſſent, & mala plurima eſſent ꝑpeſſi, ob incredulitatem tamen & diffidentiã conciderunt. Sic & uobis cauendũ, ne poſt tam multa quæ iam ſubijſtis certamina, collabamini. Vtpote qui nõ ad finem uſq; ſtrenuos uos p̄ſtiteritis. Id enĩ uerus eſt lapſus.

Fides ſe ſola nõ poteſt nos ad cœlum ſubuehere.

VIVVS EST enim Dei ſermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.) Vt enim tunc illi nõ bello aut gladio, ſed Dei uerbo interiere. Quippe qui ultro procumberent, & ſeipſi contrucidarent. Sic & uobiſcum agetur. Nam Dei hoc uerbũ, ut illos affecit ſupplicio, ſic & uos cruciabit. Id nanq; & uiuit perpetuo, & nunq̃ extinguitur. Vel in alium ſenſum uiuus eſt dixit, ne forte ſcilicet cum uerbum iam audiſſent, inconſtans eſſe & uanum exiſtimarent, uiuũ hoc appellauit, id eſt ſubſiſtens & efficax, ita ut in quacunq; irruerit animam, graue illi uulnus infligat. Aduerte autem quemadmodũ & gladij meminit, & acuti & penetrantis, ut ex rebus nobis iam conſuetis & notioribus, præferat Diuinæ potentiæ magnitudinem.

ET PERTINGENS uſq; ad diuiſionem aniæ & ſpiritus.) Rem ſane horrendam hic p̄dicat, ꝙ ſanctũ SPIRITVM diſcludat ab ania diſſecetq;, & eã relinquat a ſanctitate, ex ſpiritu eodem manante, penitus deſtitutã, q̃ dominus in Euangelio ancipitem nuncupat. Vt enĩ Imperator aliquis primatem ex ſuis quempiã, quia tetrum aliquod cõmiſerit facinus, exauctorat, & dignitate et magiſtratus munere priuat, mox etiã & capite plectat, uita priuet. Sic & hoc loco cũ ſpiritus fuerit aliquis dignitate priuatus, deinde & pæna afficit̃. Nõnulli uero ita intellexerũt, & meo iudicio haud ſatis cõſentanea ſentiunt Apoſtoli anio. Dicunt enĩ Dei ſermonem uel ſpiritũ ubi animã ipſam inuaſerit, diuidere ſtatim & interſcindere huius animæ partes, & eam de cætero huncin modũ ſuſceptibilem reddere & capacẽ myſterij. Vtq; & telũ carne prius diſciſſa, mox in eã immergi & ad intima tendere cõſueuit, ſic & ſermo niſi munitiores aniæ partes intercluſas ſeiunxerit, nullũ aſſerũt ſibi in eã patere ingreſſum.

Imperator exauctorat ob delictum.

COMPAGVM quoq; & medullarũ.) Ne forte hi animæ cruciatus cum audiunt, negligentiores reddantur, incertos illos exiſtimantes, adiungit & corporis pœnas. Patentia enim quæq;, & præſentia mala longe acrius urgent.

ET DISCRETOR cogitationum & intentionum cordis.) Sermonis nunc patefacit diuinitatem, cuius uel præcipuum eſt argumentum, diſquirere, & noſſe hominum cogitatus. Ait enim, ſcrutator eſt cordis & renum Deus.

ET NON eſt ulla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius.) Non ſolum hominũ, inquit, examinat corda, & ſcrutatur Deus. Quinetiã ſi uel angelos dixeris & poteſtates, oĩa illi aperta ſunt & patentia. Nec quidpiam eſt quod latere illius oculos queat.

Præſentia magis mouent.

OMNIA AVTEM nuda & aperta ſunt oculis eius.) Vt clare demonſtret, quemadmodum cuncta illi ſint nuda, id eſt nota & cognita, dictione eſt uſus, ex quadam excoriatæ ouis metaphora. Nam ut illi cum demitur tergus, uel iugulo cultrum infigitur, & enectæ demũ a collo pellis diuellitur, interiora cuncta nudantur & patent haud ſecus & Deo uniuerſa quæ in terris geruntur, uel animo concipiũtur & mente, ut aperta & enudata mox innoteſcunt.

AD QVEM nobis eſt ſermo.) Illi, inquit, & geſtorũ per nos reddenda ratio eſt & pro cõmiſſis danda ſupplicia. Vides quo redigat̃ res culmine. Nã & ſi audias diffidentiæ & incredulitatis malũ æque nobis cum Iſraelitis cõmune, nil ambigas ferenda eſſe tot-

da eſſe tormenta. Oſtendit p̃terea & quas ipſi dabimus pœnas, fore lõge acerrimas.

HABENTES ergo Pontificem magnũ qui penetrauit cœlos IESVM filium Dei.) Perinde iſtiuſmodi aliquo rogitante, cõſule nobis quemadmodũ nec ipſi labamur, nec animo concidamus. Ait igitur, ſatis profecto quæ diximus ob iniectam formidinem erudire nos poſſunt, & reddere tutiores. Accedit etiã, ꝙ Pontificem ſumus iam nacti, qui nobis poſſit & opem afferre, ſi modo illi confiſuros nos conſtantiſſime profitebimur. Neq; enĩ puſillus eſt ille aut cuiuſuis ſortis, ſed Dei filius, nec talis qualis Moyſes fuit. Ille nanq; nec requiem illam adiuit, nec in hanc populũ introduxit. Hic uero uel permeans cœlos aſſidet patri, poteſtq; nobis aditum in cœlum præſtare & quietis illius perpetuæ, cuius longe ante promiſerat hæredes efficere.

Qualis eſſe debeat noſtræ ſpei confeſſio.
Nota.

TENEAMVS ergo ſpei noſtræ confeſſionem.) Neq; enim id omne negotium Pontifici tribuit, ſed & ipſi, ut officioſi ſimus, depoſcit. Habet utiq; ille id peragendi poteſtatem, ſi modo nos fuerimus digni, in quos beneficia conferat. At quam hic dicit confeſſionem? Eam nempe, ut reſurrectionem confiteamur futuram, & ꝙ pro meritis quiſq; ſit accepturus, quodq; infinita ibidem bona nos maneant, & demum ꝙ Chriſtus ipſe ſit Deus. Iſtiuſmodi itaq; tenenda confeſſio eſt, neq; a nobis ut defluat, permittenda. Sed quodcunq; fuerimus in fidei primordijs ipſis profeſſi, firmiter teneamus, hoc pacto formidoloſa quæq; perdentur.

NON ENIM habemus Pontificem qui non poſſit cõpati, infirmitatibus noſtris.) Cum iſtos ad credulitatem hortatur, uel his adijcit fidem, aitq;. Non enim eſt Pontifex iſte qui noſtræ conditionis ignarus, quales pleriq; Pontificum ſunt, qui ut mala minus experti, ignorant prorſus quid in ſe habeat præſſuræ acerbitatis, & ideo nec promptiores ſunt ut oppreſſis opitulantur, uel miſeris compatiantur. Atqui cũcta ſubiuit noſter hic Pontifex, & ubi mala quam plurima fuit perpeſſus, & cœlum cõſcendit, ueniam fragilitati daturus humanæ.

Aliâs & patibuli morte affecerunt.

TEMPTATVM aũt per omnia, pro ſimilitudine abſq; peccato.) Hunc enim inſectati Iudæi, & cõſpuere, & calumniati ſunt, & malũ ſemper interminati ✶ & mortem patibulo ſufficere. Pertulit itaq; hæc oĩa Pontifex pro ſimilitudĩe noſtra uidelicet. Hoc eſt, haud ſecus hæc omnia tulit, q̃ ipſi ferre pro humana fragilitate ſolemus toleranter tñ & abſq; peccato. Quippe qui nulli eſſet peccato obnoxius. Hunc itaq; & uos imitati uel in medijs malis, eſtote in fide cõſtantiores, & ab oĩ peccato alieni.

ACCEDAMVS ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ.) Cum enim inquit, peccati expertem ſumus Pontificem nacti, qui uel mundũ peruicit, ait nanq; confidite, ego mundum hunc uici, debemus hunc fidentiores adire. Quandoquidem & nobis quę animus tulerit, largietur. Sunt autem throni duo, alter gratiæ & dum uitã hanc ducimus adeundus, cui qui fidenter adhæſerint, munere quodam diuino peccatorum ſunt ueniam accepturi. Alter uero ſecundi aduentus eſt thronus, non gratiæ. Quippe cum nemo tunc remiſſionem delictis, ſed iudicium aſſequetur. Thronum autem dixit, ut Pontificis arguat dignitatem, & iudicantem oſtendat.

Duo throni nobis adeundi, gratiæ unus alter iuſtitiæ.

VT MISERIcordiã conſequamur & gratiã inueniamus in auxilio opottuno.) Perinde ac ſi dicat. Si enĩ dum in terra uiuimus, hunc ipſum adibimus, & miſericordiã ſimul inueniemus & gratiã. Vt qui oportune ad hunc ceſſerimus, & dum eſt clementiæ locus. Qui uero alias ſe obtulerit, his prorſus carebit. Neq; enim in poſterũ gratiæ erit, ſed iuſtitiæ thronus. Quo & ſi rex ille Deus inſidet, facturus gratiã flagitantibus, tunc tñ eſt ad iudicium ſurrecturus. Ait enim. Surge Deus & iudica terrã.

Non eſt poſt hanc uitã gratiæ aut clementiæ locus.

CAP. V.

Nouum teſtamentum ueteri preſtãtius

OMNIS ENIM PONTIFEX EX HOminibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad Deum.) Vult tandem arguere nouũ uetere teſtamentũ longe eſſe præſtantius, orditurq; ſacerdotalia munera ipſa cõferre, cum priſcorum ſacerdotum illorum, tum Chriſti. Oſtenditq; maximũ in modum Chriſti excellere ſacerdotium. Veruntamen cum Paulo occurreret, ꝙ multa ineſſe ſacerdotibus illis eſſet neceſſe quæ Chriſto tunc defuiſſent, utpote qui neq; de tribu eſſet ſacerdotali; neq; in ter-

neq; in terris ſacerdotis munere fungeretũ, neq; ab hominibus inſtitutus, & ut ita dixerim, nec imaginem aliquam haberet corpoream ipſius ſacerdotij, habitus quæ tamen ſpiritum præferebant, non terrena hæc & præſentia. Enarrat primũ quæ Chriſto ſunt cũ ſacerdotibus cæteris cõmunia, deinceps & quæ in Chriſto excellunt producit. Nam tunc quidem cum re alia quadam collatum præſtare aliquid creditur, & cum partim cõmune aliquid habet, partim priuatũ quo præſtat. Ex hominibus igitur ad põtificatum aſſumi cõmune eſt Chriſto cum cæteris. Ipſe nanq; cũ homo exiſteret, Pontifex eſt a Deo effectus. Et pro hominibus conſtitui, in his quę ad Deum ſunt, id eſt interceſſionem facere, uel id quidem eſt illi commune cum cæteris.

VT OFFERAT dona, & ſacrificia pro peccatis.) Explicat quid illud ſit, pro hominibus ipſis ad Deum conſtitui, peccatis ſcilicet Deum propiciũ reddere. Quod utiq; & Chriſto eſt, & ſi non penitus, commune cũ alijs. Quippe qui patrem conciliandi gratia, ſeipſum obtulerit. Alij uero alia quædã, donum uidelicet & ſacrificiũ.

QVI CON dolere poſſit his, qui ignorant, & errant.) Hoc eſt, compati & condeſcendere, & ueniam dare per ignorantiã delinquentibus. Aduerte aũt ut ex ignorantia & errore, omne facinor um genus gignatur. Nam & ſi noſſe alio quod peragit malum uidetur, alioquin cum illud exercet, mentem obtenebratus inſaniæ & erroris morbo laborat, & uoluptatum illecebris preceps defertur. *Ex errore, & ignorantia omne malũ gegnitur.*

QVONIAM & ipſe circundatus eſt infirmitate.) Cauſa autem potior ſane & certior eſt, qua debeat Pontifex præ cæcitate ignoranter peccantibus condolere. Quia & ipſe ſit carnis infirmitate obductus, & humanæ fragilitatis ex ſe non ignarus, & ueniam metitur ſic delinquentibus. Nõnulli uero ita intelligunt, uidelicet uel una re ſolum Pontificem differre a populo, quia alijs commiſeratur & parcit, cum in cæteris ſit & ipſe ut reliqui homines, infirmitate præcinctus.

PROPTE rea debet quemadmodũ & ꝓ populo, ita etiã ꝓ ſemetipſo offerre ꝓ peccatis.) Horũ oĩm cũ cæteris nil quidpiã participat Chriſtus. Non enĩ erat eiuſmodi pctõꝶ infirmitati obnoxius. Neq; ꝓ ſeipſo, ſed ꝓ hoibus cæteris ſacrificiũ obtulit.

NEC QVIS piã ſibi ſumit honorem, ſed qui uocatꝰ a Deo.) Vel aliud quoddã pontificatus argumentũ inducit, ꝗd & Chriſto ineſſe proſpicitꝰ. Vt ne qs ſcilicet ſuo pte impulſu, ſiue ſacerdotiũ, ſiue pontificiũ munus aggrediatꝰ, ſed a Deo uocatus illud accipiat. Oſtendit ꝓterea hoc loco tunc tpis Iudæorũ Pontifices ad honores aui de proſilijſſe, & dignitates eiuſmodi pecunijs cõparaſſe, & legẽ penitus corrupiſſe. *Nemo pontificũ munus aggrediatur niſi a Deo uocatus*

TANQVAM Aaron.) Aaron enim principio per Moyſem a Deo accitus, ſacerdotij munere hoc fungebatur. Nec ipſe prior eſt illud aggreſſus, quinetiam cum & uirga refloruit, innotuit plane diuinitus ſe fuiſſe electum. Et eos præterea fuiſſe ab igne aſſumptos qui ſacerdotium per ſe inuaſiſſent. *Aaron ꝑ Moyſen accitus.*

SIC ET CHRIſtus nõ ſemetipſum clarificauit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit. Tu es ſacerdos inæternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech.) Quod Chriſtus ubiq; dictitabat, quia a patre ſcilicet miſſus ſum, & a meipſo nõ ueni, idipſum nunc confirmat Apoſtolus, a Deo hunc eſſe dimiſſum. Nec gloriã ſibi ex ſe cõciuiſſe, ſed qui eſſet ad eũ locutus, & filiũ eſſe hunc ſuũ dixiſſet, eundem clarum feciſſe, & ſacerdotij inſignibus decoraſſe. Cum itaq; ſenſibilibus plurimis argumentis patuiſſet, fuiſſe Aaron ut dictũ eſt, a Deo prælatũ & affectum honoribus, Chriſtus uero nihil habet hmõi, utpote cui ſcelerati homines ſupplicia intuliſſent & mortem, quippe qui tunc probarentꝰ, & pro arbitrio agerent ucrſarentq; oĩa, Prophetarum nunc uaticinio quod ꝓſtantius eſt, patefacit, et a Deo hunc deſtinatũ fuiſſe teſtificatur. Videtur aũt (quod in ſecundo Pſalmo dictũ comperimus. Ego hodie genui te) minus rei propoſitæ conuenire. Habet ſane hoc loco Paulus conſtitutũ Chriſtum arguere in Pontificem eſſe a Deo promiſſum. Hoc uero teſtimoniũ plane affertur, a Deo eſſe hunc ipſum progenitũ. Reſpondendum itaq;, genituram huiuſmodi maximũ in modum ad rei con- *Ego hodie genui te quomõ.*

ad rei confirmationē ualere, quod a Deo ſit in Pontificem cōſtitutus. Proinde & il-
lud aduerte, quod cū in Pſalmo centeſimonono iam dixerit Deus, de utero ante lu-
Sacerdos in æternū Chriſtus Deus.
ciferum genui te. & paulopoſt illud adiecerit. Tu es ſacerdos inæternum ſecundum
ordinem Melchiſedech, hoc loco Paulū quæ pſalmis his utriſq; de natiuitate ſunt di
cta coniunxiſſe, perinde ac ſi dicat. Nequaq̄ uelim de alio quouis dictū id ſuſpice-
ris, tu es ſacerdos, niſi de Deo & ſolo, qui ſit ante luciferum genitus. Sic itaq; haud
quaq̄ eſſe alius hic deprehendetur, q̄ ille fuerit, qui Pſalmo ſecundo denuntiatur ho
die fuiſſe progenitus. Nam cū ante luciferum inquit, æternitatem deſignat, quæ nul
lis temporū ſpacijs præfinitur. Cum uero hodie dicit, a principio eſſe hunc genitū
arguit, id eſt, ab æterno. Conſtat igitur quæ Pſalmus ſecundus cōplectitur, ad Chri
ſtum cuncta referri. De Chriſto ergo & illud. Tu es inæternū ſacerdos, dictum eſſe
perſpicuū erit. Verum quem alium afferre poſſunt præter Chriſtū Iudæi, qui ſit ex
Melchiſedech inſtituto Pontifex factus? Nōne erant ſub lege omnes? Nōne & uni
uerſi ſabbata obſeruabant, offerebantq; ſacrificia. Apertiſſime itaq; de Chriſto di-
ctum id eſſe conſtat. Hic enim & ſolus Melchiſedech illius in morem pane & uino ſa
Melchiſedech ſacerdotiū Chriſti typū geſſiſſe
crificabat. Verū quo pacto in æternū hic dixit? Quia uel in præſenti & corpore ipſo
quod ille noſtri gratia immolauit, pro nobis etiā intercedit apud Deum ipſum & pa
trem. Id eſt, quæ ille pro nobis perpeſſus eſt profert, ut patrē exoret, eundēq; iſtiuſ-
Quomodo ſacerdotiū Chriſti ſit æternum.
modi ſubinde alloquitur, humana natura temperanda unigenitus tuus hæc tolera-
uit. Miſerere itaq; horū pro quibus ipſe pati ſuſtinui. Vel in æternū dicit, quia quo-
tidie offertur. Vel in perpetuum offertur per Dei miniſtros oblatio, Chriſtum do-
minū, & Pontificem habens & ſactificiū, qui ſeipſum noſtri ob gratiam ſanctificat
frangit, & tribuit. Quotienſcunq; enim id fiet, mors domini anuntiabitur.

QVI IN DIEbus ſuę carnis.) Dies carnis eius, quos duxit in carne dies demon
ſtrat. Nec quidem, quod abſit, quia carnem nūc depoſuerit, quippe quam & in præ
Chriſtus aſſumptam carnem nunq̄ diuiſit.
ſentia habet, & inæternum eſt habiturus & incorruptibilem quidem, & carnis paſ-
ſionibus nobis natura inſitis, minus obnoxiam. Quandoquidem nec eſuriem pati-
tur, nec dolorem, nec eiuſmodi aliquid. Hunc uero dicendi modū Apoſtolus a Pro
pheta deſumpſit. dicente in Pſalmo quartodecimo & centeno. In diebus meis inuo-
cabo. Pſalmū enim hunc integrum ad Chriſtum refert Propheta.

PRAECES ET ſupplicationes ad eum, qui poſſit illum ſaluū facere a morte, cum
clamore ualido & lachrymis offerens.) Hæc quidem de carne dicunt. Neq; enī ille
cū Deus eſſet, ulla re indigebat. Q, ſi uel indiguiſſe re aliqua concedat, nīl tamen cū
clamore & lachrymis opem ſibi afferri efflagitaſſet. Hæc tn̄ haud quaq̄ ſunt Dei, ſed
Chriſti unius humanitati ſunt tribuenda, & ut ueritas aſſumptæ naturæ clareſcat, et
eius in nos cura & charitatis p̄ſtantia patefiat. Illæ enī pro nobis deprecabat, & quæ
noſtra eſt, mortalitatem ſubiuit, ut in ſeīpo naturæ ad mortem obeundā deleret for
midinem. Conſtat enī in Euangelio nuſq̄ proditū literis eſſe, ut reſurgeret, patrem
Aliàs precatum
fuiſſe ⋆ peccatū, ſed cōtra, ſuopte Imperio & poteſtate dixiſſe cōperimus. Soluite
tēplū hoc, et ſuſcitabo illud poſt triduū. Et alibi. Poteſtatē habeo accipere aīam meā,

EXAVDITVS eſt pro ſua reuerentia, & quidem cū eſſet filius Dei.) Vel id qui
dem carnis ob gratiā, & ob auditorū dixit fragilitatem. Nondū enim hi Paulū pluri
mi faciebant. Quod aūt inquit, tale eſt. Tanta eſt enim Chriſti humanitatis autho-
ritas, ut ſuo potius officio, q̄ Dei, ut ita dixerim, munere ſit effectū, ut fuerit ille ex-
auditus, & ob id magis uenerct hunc Deus, & nobis ſit eiuſdē interceſſu propitior
redditus. Et q̄uis ille ſit filius, & apud patrem habeat pro naturæ unitate fiduciā, tan
ti tamen eius eſt, q̄ diximus quo ad humanitatem authoritas hæc, ut illi uel diuinitas
ipſa reuerentiā deferat. Quapropter nolite flacceſſere, nec a ceptis deſinite, dn̄m enī
habemus, quem pater exaudiuit. Si quid itaq; hunc petieritis facturus eſt uobis, q̄d
ſane in Euangelio diſcipulos alloquens, dn̄s dicit. Si diligeretis, gauderetis utiq; q̄a
uado ad patrē q̄a pater maior me eſt, & quæcūq; petieritis in noīe meo, dabit uobis,

DIDICIT

DIDICIT ex his quæ paſſus eſt.) Didicit, inquit, Deo obtemperare & patri, idipſum patiendo edoctus. Apparet autem dictum id pene abſurdum, cum tamen ſecus ſe habeat. Nam quo pacto ab his quæ fuerat perpeſſus, obedientiā didicit, qui uel antequā pateretur, tantopere patri ſit obſecutus, ut uel mala quæ tulerit uniuerſa, ut patri morigerū ſe præſtaret, ultro ſe ★ exceperit. Factus eſt enim, inquit, obediens uſq; ad mortem. Aduerte ergo cur illud dixerit. Cum eni hi ad quos hanc ſcribit epiſtolam, ex animi quadā puſillitate & diffidentia, minus parere bene monentibus uiderenť, uiſum eſt Paulo infima quædā de filio explicare, ut eius exemplo, magis ac magis illis perſuaderet, Diuinæ uoluntati fidenter obtemperarent, nec grauiter ferrent preſſuras. Quinpotius ſupne & cœlitus diuinā opem expectent. Nam & filius, inquit, cū mortem obſequendi gratia ſuſtinuiſſet, & a patre quidem exauditus eſt, & eius anima a morte erepta. Sic itaq; eo ex tempore didicit patri obtemperare, unde magnas nunc aſſerit eſſe obedientiæ uires, pinde ac ſi dicat. Si enim Chriſto in lucrū paſſiones ceſſere, longe magis & nobis in cōmodum ſunt hæ cōceſſuræ. Vides quemadmodū ut auditoribus profectum afferat Paulus, ubi ad id condeſcenderit, ut uel abſurda quædam dicere de filio uideretur, Audi ergo quæ inſequuntur.

Aliâs obtulerit

Magna obediētiæ uis.

Paulus cupit ubiq; prodeſſe.

ET CONSVmatus.) Perfectio ergo ex malorum tolerantia gignitur, cur igitur ipſi moleſtæ preſſuras has fertis, quæ perfectiores uos reddunt.

FACTVS eſt omnibus obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ.) Id eſt, non modo ipſe ſaluus eſt factus, quin ſalutem cæteris contulit. Nec temporariā aliquam aut breuem, qualis ſolet in bello afferri periclitantibus, ſed æternā. At quibus eſt illa alla ta? Nimirū obtēperantibus. Cur ergo uos increduli eſtis in tantæ ſalutis ammittendæ diſcrimine. Vides ne quemadmodū hæc oīs oratio tā uarijs ſit figuris diſtincta? Sed aduerte & orationis huiuſce præſtantiā, ait enim. Factus eſt cauſa, quod utiq; diuinitatis eſt propriū. Nam Deum præter, alius nemo eſſe tantæ ſalutis cauſa poteſt.

Perfectio ex malorum tolerātia gignitur

APPELLAtus a Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedech.) Quoniam, inquit, paſſus eſt ille, & Pontifex eſt nuncupatus, utpote qui ſeſe in mortem obtulerit Nec tamen etſi ſanguinē obtulit, pro Iudaicis inſtitutis id egit, ſed in Melchiſedech morem factus eſt Pontifex. Nam quemadmodum ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, ſic nec Chriſtus quidem, ſed a Deo conſubſtantiali ipſius ſpiritu offuſus eſt, Vtq; & ille rex fuit, ita & iſte potitus eſt regno.

DE QVO grandis nobis ſermo, & interpretabilis ad dicendū, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.) Cum illis ſit de ſacerdotij differentia diſſerturus, primū hos increpat, arguens ſe ob eorum ★ aſatiam tam multa fuiſſe de Chriſto, & abiectiora locutum, & uerbo ipſi & incarnato diutius ſe immoratum. Nam ſi nō adeo eſſent hi animo imbecilli, iampridem de altioribus rebus diſſeruiſſet. Ob ueſtram igitur, inquit, torpedinem, difficulter haberi poterit ſermo, quemadmodū ſacerdos ſit Chriſtus, ſecundum ordinem Melchiſedech inſtitutus, & ueſtram ob ignorantiā nequaq̄ quiuerim & illud recte interpretari. Enimuero Corinthios, apud quos cū nequiret de ſpiritalibus diſputare, ut qui inter ſe diſſiderent, ut ſegnes & torpidos arguit. Cum autem in inquit facti eſtis, oſtendit hos olim ſanos fuiſſe, & mente integra, & fide conſtanti, & poſtremo tandem in eam ignauiam recidiſſe.

Aliâs inſcitiam

ET ENIM cū deberetis magiſtri eſſe propter tp̄s.) Laudibus uituperationē interſerit, dicens. Aliorū oportere hos inſtructores eſſe. Oſtendit aūt iampridem his ꝗ multa fuiſſe de Deo credita, & myſteria ipſa intellexiſſe. Id ſane utrūq; laudibile eſt, & eorum in gloriā cederet, ni ignauos ſe poſtmodū præſtitiſſent. Solent eni inquit, hoīes tp̄is fieri proceſſu ualidiores, uos uero illo abuſi, in ignauiā eſtis iam reſoluti.

RVRSVM indigetis, ut uos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonū Dei.) Elementa Chriſti, humanitatem dicit. Nam quemadmodū cum literis danda eſt opa primū elementa ipſa ſunt pdiſcenda, ſic & hoc loco Chriſti humanitatem fuiſſent hi edocendi & aſſuefaciendi minoribus, ut poſtmodū ad maiora, et diuinitatem ipſam progrede-

progrederent̃,quæ ſane mentẽ exigit pfectiorem. Ecce iã a Paulo ipſo edoctus es,q̃ obrẽ infimis ſit ſermonibus imoratus,nec altius aliqd uel raro dixerit,et q demũ ob auditorũ imbecillitatẽ id agat, argumento eſt epiſtola q̃ abiectioribus eſt & infimis rebus referta. Et ſi qd forte q̃d ſit ſublime cõtineat,ſummati illud et breuiter tractat.

Lac, & cibus ſolidus.

ET FACTI eſtis quibus opus ſit lacte,nõ ſolido cibo.) Non eni opus,inquit,habetis,ſed facti eſtis,id eſt,ueſtra opa ad id eſtis deducti,ut uoluntate ſitis iſtiuſmodi redditi. Lac uero humilem ſermonẽ & de minimis differentẽ, hoc loco appellat, & in epiſtola q̃ ad Corinthios ſcribit. Solidũ uero cibũ,quæ pfectiora & altiora ſunt dicit. Non eni,inquit,oportuit q̃ legis ſunt in p̃ſentiarũ producere,ex hiſq & Chriſtũ conferre,qui haud quaq̃ poteſt præ eius magnitudine cõparari,quia & Pontifex ſit,& ſeipſum imolandũ obtulerit,& cũ clamore orauerit & ſupplicatione. Cũ itaq iſtiuſmodi uobis ſint nutrimento, uel iſta adieci, Nota aũt uerba Diuina pro ueris eſſe & certioribus nutrimentis. Dabo eni,inquit,his famem audiendi uerbum dñi.

OMNIS enim qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermõis iuſtitiæ, paruulus enim eſt.) Iuſtitiã hoc loco,uel uitam dicit optime geſtam, ut perinde ac ſi dicat, qui eni minus perfectus eſt,ſupernæ erit philoſophiæ ignarus,nec pcipere poteſt uitæ ſublimitatem, quam Chriſtus ſic inquiens a nobis depoſcit. Etſi non abundauerit iuſtitia ueſtra pluſq̃ Scribarum,& Phariſeorum &c̃. Vel iuſtitiam Chriſtum ipſum appellat,quaſi id inferat. Qui humilium iſtiuſmodi & de incarnatione tractantiũ particeps fuerit, Verba uero quæ altius de Deo & dignæ fiunt,nequaquam acceperit, tanquam infans aliquis erit,nec tanti myſterij capax.

PERFECTOrum autem eſt ſolidus cibus.) Id eſt,ſublimia dogmata, & Chriſti complectentia diuinitatem. Videſne & aliud quiddam infantiæ genus, quod ſenibus ineſſe deprehenditur,mentis ſcilicet ſimplicitatem quandam & inconſtantiã, & perfectionem quam ætate inferiores ut aſſequantur,nil impedit.

QVI PRO habitu & conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionẽ boni & mali.) Conſuetudinem perfectionem dicit,& morum ipſorum firmitatem. Vt enim eſt moribus quiſq & habitu ſtabilitus, ſic & animi ſenſus habet in ſacris literis exercitatos,ita ut dogmatum celſitudinem queat & humilitatem diſcernere, & ſana a corruptis dijudicare. Non enim de uita hoc loco differit. Nam bona diſcernere quiſq ualet,nouitq malum eſſe nequitiã,probam uero uirtutem. Aduerte autem quemadmodum exercitatione & experientia ſcripturarũ ſit opus, ſi nobis quæ hæreſim ſapiant,& quæ minus ſunt differenda. Neq omnibus adhibendæ ſunt aures,guttur enim cibos deguſtat,anima uero probat ſermones.

Senſuum exercitatio.

QVAPROpter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem ad pfectionem eius feramur.) Dixit ſupius torpidi eſtis & infantes,& neceſſe habetis iterato, prima fidei elementa iã edoceri, nunc uero inquit, oportet utiq tanq̃ pfectos uos ſapere,excedereq Chriſti inchoationis ſermonẽ,id eſt,fidei ipſius primordia,& ad pfectionem deferri,ſublimiũ ſcilicet eſſe capaces. Vel aliter intelligi id dictũ poteſt. Cũ enim hi circa fidem uiderent̃ claudicare, eo nunc de uita differit incomprehenſibili perinde ac ſi dicat. Haud quaq̃ neceſſe eſt, ut circa ipſa initia ſemp uerſemini, id eſt, ut de fide aſſidue inſtruamini,tanq̃ ad eam nuper inducti,ſed ut ad pfectionis faſtigium perducamini,id eſt,ad optimũ uiuendi modũ. Optimus eni eſt quiſq,cui ad fidem acceſſerit & rectior uita. Principiũ tamen & fundamentũ eſt fides,qua ſine,nihil appehendit̃, ſicut nec abſq prioribus elementis,literarũ quis poteſt habere peritiam. Nec tñ perpetuo primis debetis elementis inſiſtere,nec ſemp tanq̃ pueri minutiores & imperfecti in fide eſtis erudiendi. Si quis uero quæ ante propoſita ſunt cõſpicetur,improbetq quæ deinceps ſequunt̃,tanq̃ ſuperioribus minime cõgruentia Intelligat id ſæpe Paulũ facere cõſueuiſſe, ut cũ de re una aliqua tractet, ad aliam proſiliat longe diuerſam. Quemadmodũ & ad Corinthios,cũ de comeſſationibus & cæpis differeret,de diuinis myſterijs ſermonẽ ſtatim inuaſit. Nec ſecus & hac in epiſto

Fides eſt fundamentũ ſpiritualis edificii.

la,cum his

la, cum his ignauiā, imbecillitatem, & torpedinē exprobraſſet, ad perfectionē accipiendam tranſgreſſus, & quēadmodum illis uiuendū eſſet, dicere eſt adortus, imperfectos eos appellans. Et eo quidē, quia nequaquā cum Fide & uitā coniunxerant.

NON RVRſum iacientes fundamētum pœnitentiæ ab operibus mortuis & Fidei ad Deum.) Id eſt, ne denuo eadē illa aggrediamini, quæ olim feciſtis cum Baptiſmi eſſetis lauacro abluendi, & nuper ad Fidem conceſſiſſetis. Ex mortuis operibus pœnitentiā dicit, id eſt, Sathanæ operum repudiationē. Conſtat enim qui ad Chriſti Fidem acceſſerit, prioris tam dogmatis quā uitæ pœnitudine ✱ conceſſiſſe. Nam ſi præteritorum quēpiam nihil pœniteat, quo pacto prēſentia aggredietur? Et ideo Fide adiecit ad Deum. Nam mortuis renuntiantē operibus, mox Fides inuadit. Ait igitur. Non eñ uos eſtis tanqꝫ tyrones & nuper inſtructi in fide erudiendi, quippe qui iam diu Fidem hanc exceperitis. Ex his autē arguit Paulus hos quidē in Fide labaſſe, & tanquam nondum obfirmatos, fundamēto aliquo indigere.

Neceſſe ē eum penitere uitæ præteritæ qui nouam uult inchoare.

✱ Aliâs. Ductū eſſe.

BAPTISMVM doctrinæ.) Neqꝫ eñ perinde multa ſint baptiſmatis genera, plurali uſus eſt numero, cum unū ſit Baptiſma, ſed antequā id ſequatur, & accidat ſit neceſſe. Nam ſi rurſum hos inſtitueret, et iterato ut labētes Baptiſmo ablueret, neceſſario & Baptiſma id, plura hæc ſequerētur, quod ſane foret abſurdū. Inquit ergo. Nō enim iterū eſtis baptiƺandi, ſed in primo uobis accepto baptiſmate, permanendum. Sciendū præterea quēadmodum qui legi inhæſerant, uarias baptiſmatū ſpecies Iudaico ritu, uel in gratia denuntiaſſe. Attende etiam uti poſt pœnitentiam baptiſmus affertur. Nam cum pœnitentia hæc ſola per ſe nequeat nos penitus emundare, & baptiſmo abluimur, ut omne in nos collatū munus Chriſti gratiæ aſcribamus.

Variæ baptiſmatum ſpecies quondam.

IMPOSITIonis quoqꝫ manuum.) Qua ſcilicet & Spiritum ſanctū accipiebāt, cuius gratia & futura prædicerent, & miracula ederent. Ait enim & alibi Paulus. Cum manus eis impoſuiſſet, acceperunt Spiritum ſanctum.

AC RESVRrectionis mortuorum.) Id enim cum baptiƺamur, per figuram prætenditur. Nam cum ueluti ex aqua emergimur, tunc quidem reſurrectionem fateri uidemur, & mortuos reſurrecturos aſtruimus.

ET IVDIcij æterni.) Id eſt, q̄d perpetua quędam eſt allaturū, ſiue bona ſint illa, ſiue mala & cruciatus. Verū id uidet̃ hoc loco ſentire Apoſtolus. Eſt quidē non indecēs hos ipſos exiſtimari, & ſi iam credidiſſent, nutabundos tamē & inſtabiles eſſe, uel praue ducere uitā & negligenter. Subinde diceret, uigilate. Non eñ id dicere licet, ſi per ſomnolentiā & ignauiā uiuimus. Vel forte & a fide ipſa deficimus, iterato poſſumus per Baptiſmi lauacrū ſegniciem oēm & peccata abluere, & priſtina bona recuperare. Non eñ bis baptiſamur, ſi ſic fore exiſtimatis, longe uos fallit opinio.

ET HOC faciemus, ſiquidē permiſerit Deus.) Quod illud ad perfectionē dico euadere ſi modo id Deo libuerit. Hoc aūt non eo intulit, ꝓinde nequaqꝫ hoc ꝑmiſſurus ſit Deus, ſed quia uſurpare hmōi aliqd interloquendū ſolemus, ſi dei uoluntate fieri liceat, hoc illudve ſum aggreſſurus. Simul etiā iſtruit, ut cūcta ex illius arbitrio pendere, & nutu exiſtimemus. Et ita ut uel ea qdē quæ ex cōfeſſo ſunt bona, ꝓprio iudicio nequaqꝫ credamus uel uiribus. Idipm̄ & Iudas Apoſtolus cōmonefacit.

IMPOSSIBILE eſt eñ eos qui ſemel ſunt illuminati.) Non eñ inutile dixit uel indecorū, ſed impoſſibile. Quo fit, ut & his de ſecundi lauacri expectatiōe, omnem (ſpem adimat.

GVSTAVErunt etiā donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti.) Donum cœleſte, id eſt, Dei gratiam & Spiritus ſancti peccatorum, ſcilicet remiſſionis. Tunc enim & Spiritus ſancti participatio adeſt, cum remittuntur delicta. Quippe qui in corpore habitet, Peccatis olim obnoxio. Is uero, ut diximus, Spiritus, per manuum impoſitionem conferebatur.

Donū cœleſte. Spiritus ſancti participatio quid.

ET BONVM guſtauerūt dei uerbū.) Quod illud ſit nequaqꝫ apertius ꝓtulit, inſinuat tamē quēadmodū de uniuerſa ſpiritali doctrina ediſſerat, cū Dei uerbū dicit.

VIRTVTESqꝫ ſæculi uenturi.) Mirandarum rerum operationes ſæculi uirtutes appellat,

tes appellat. Vel uitam ſi quando in angelorum hanc ducimus morem, & ita ut nullis præſentibus rebus indigeamus, ſed futuris duntaxat intendimus, habentes iam uitæ futuræ pignus uitam quam hoc ſæculo uiuimus, nullis operibus aut rebus exterius oppreſſi, ſed ſpiritalibus dediti.

Baptiſmus nõ iteratur.

ET QVI prolapſi ſunt reuocati rurſum ad pœnitentiam.) Id eſt, per pœnitentiam. Quid ergo? Num in præſenti eiecta eſt pœnitentia? Nequaquã, ſed ſecundi lauacri innouatio. Eſt nanq; Baptiſmi propriũ, homines innouare, ſicuti & propheta ait. Renouabit ut aquilæ iuuẽtus tua. Pœnitentiæ autẽ officium eſt a uetuſtate eruere, & eruta roborare, cum nequeat tamẽ ad claritatẽ cœleſtem illam traducere, quod utiq; ſola gratia ualet. Ad pœnitentiam itaq; inquit, baptiſmatis ſcilicet. Prius enim anteactæ nos pœnitet uitæ, deinceps & Baptiſmo abluimur, ſicuti prædictũ eſt pœnitentiæ, ex mortuis operibus. Ex ſequentibus tamen liquido patet, hæc quidem idcirco Paulum protuliſſe, ut ſecundo baptiƷari hos prohiberet.

Cũ in aquã baptiſmatis imergimur Chriſto conſepelimur.

RVRSVM crucifigentes ſibi Filium Dei.) Baptiſmus quidẽ pro Cruce habet. Cum Chriſto nanq; & uetus homo patibulo affixus eſt. Vnde & Chriſti ipſius per mortis ſimilitudinẽ, illi ſumus nos cõplantati, et itẽ cum per baptiſmũ ſimul, ꝙ utiq; cum aqua imergimur figurat, humati ſumus. Nam quẽadmodũ ille in Cruce mortẽ carne obiuit, ſic & nos in Baptiſmo ſumus Peccatis demortui. Qui igit fuerit ſecũdo baptiſmo ablutus, quantũ in eo eſt, iterato Chriſtũ cruci affigit, ꝗd plane abſurdum & impiũ eſt. Ille nanq; ſemel & mortuus eſt & reſurrexit, & mors ei ultra nõ dominat. Non ergo erit ſecundũ aliud quiddam baptiſma, quia nec eſt ſecunda crux aliqua. Nam ſi ſecundo baptiſmus concederet, quid impediret quo minus uel tertio & quarto, uel millies quis baptiſmo hoc perfruat. Nec ſimpliciter dixit crucifigentes, ſed ſibiĳpſis adiecit. Vt arguat, qui negligẽtius uitã hanc ducunt, ſic oĩa factitare perinde aliud quiddam lauacrũ expectarent, ac tanquã praue de Fide ſentirẽt.

OSTENTVI habentes.) Triumphi loco ducentes, uituperant. Hoc autẽ dupliciter uelim intelligas. Vel quia hi qui tunc tẽporis patibulo hunc ſuffixerũt, ad eius ignominiã id mortis genus excogitarunt, abominabile ſcilicet & ignominioſum, ut quod latronibus deſtinatum eſſet & ſceleratis. Vel quia cum ſemel mortẽ Chriſtus obierit, immortalis eſſe iam creditur. Quo circa qui iterato illum cruci affixerit, falſum id & cõmentitium reddat, quod ſane Chriſto in dedecus cederet. Quandoquidem poſt unicam mortẽ ei deneget immortalitatem, & ut falſam coarguat. Ait itaq; duobus modis fieri non poteſt, ut res ita ſe habeat. Primo quidẽ, quia nequaquam dignus arguitur, qui fuerit re tanta dignatus, & baptiſmi ſit lauacrum & peccatorũ remiſſionẽ adeptus, & iterato ĳſdem bonis fruatur. Secundo uero quod dictu nefarium eſt, quia impoſſibile eſt Dei Filium denuo Crucem poſſe ſubire.

TERRA enim ſæpe ſuper ſe uenientẽ imbrem bibens.) Terram quidẽ animam ipſam, imbrẽ uero doctrinam appellat, ut alibi. Imperabo, inquit, nubibus Deus, ne aquã pluant in uineam. Et rurſum. Fluuius Dei impletus eſt aquis, hoc eſt, qui a deo alios inſtruẽdi gratiam ſumpſit, ſupernis oppletus eſt donis. Oſtendit aũt hoc loco hos ipſos, & ſi uerbũ exceperint, idq; & alias ſæpe ſint aſſecuti, nil tamẽ ex eo adhuc profeciſſe, quod & ſuperius dixit. Qui debetis eſſe magiſtri propter tẽpus.

ET GENErans herbam oportunam.) Id eſt, uitam uirtute præditam. Nihil eſt enim compoſitum adeo & decorum, ut uitæ puritas ipſa.

Simile.

ILLIS A quibus colitur.) Herbam. i. recte uiuendi modũ illis parit hæc terra, a quibus & colitur, & ĳſdem eſt hæc oportuna. Siquidẽ ĳdem illi, quibus uirtus ipſa eſt uſui, ea fruũtur. Nõnulli uero illis, id eſt, præceptoribus iterpretati ſunt. Per eos nanq; optima uita excolitur, & ipſi ſunt diſcipulorũ uirtutis participes.

In Grecos Philoſophos.

ACCIPIT benedictionem a Deo.) Hoc loco tacite Græcos philoſophos refutat, qui terræ feracitati fructuum ubertatem aſcribunt. Non enim, inquit, cultrices manus ſunt quæ fructus producunt, ſed id omne in Dei eſt poteſtate, qui terræ

fructus a

fructus abunde defert, & his benedicit, ut magis exuberent.

PROFERENS enim ſpinas ac tribulos.) Non eñ generans dixit, ut paulo ante de herba iam dixerat, ſed proferens, id eſt, luxurians & ubertim germinãs. Spinæ uero & tribuli, cum uitæ curas, tum opũ fallacias, & quoduis Peccati genus deſignant. Quemadmodũ & Dauid inquit propheta. Conuerſus ſum in erumna mea, cum infigit̃ ſpina. Spina nanq; non modo inuadit, ſed inhæret & figitur, & acriter adeo, ut ſi non penitus oẽm excuſſeris, uel ſi puſillum aliquid ex ea reſederit, dolores excitet non mediocres, & quibus ut medeat̃ neceſſe ſit, & diligentior cura præſtet̃. Accedit & tribulus, id eſt, Peccatum. Qui undecunq; attractes, & pungit acrius, & undiq; ſe præbet infeſtum, & in hac uita ignominiã affert, & in futura tormẽta & pœnas.

Peccata ſpinis & tribulis apte comparantur.

REPROBA eſt & maledicto proxima.) Terræ quidem probatæ feraciq;, bene dictum fuiſſe a Deo iam dixit. Infructuoſam uero & ſterilem, non execrabilẽ dixit, ſed execrationi propinquã, ne penitus deſperemus. Nam qui fuerit maledicto propinquior, poterit, ſi uelit, ab hoc per pœnitentiam procul abſcedere.

CVIVS cõſummatio eſt in cõbuſtionẽ.) Haud ſane qui cõburit̃ dixit, ſed cuius in cõbuſtionẽ eſt finis. Hoc eſt, qui ad finẽ uſq; in prauis facinoribus perſeuerat, ut queat a ſterilitate ſecedere, & ſentes ipos cõburere, et ꝓbus effici debet, & benedicti particeps fieri.

CONFIDIMVS autẽ de uobis dilecti meliora opera & uiciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.) Cum ſatis iam hos momordiſſet, incuſſiſſetq; formidinẽ, placat tandẽ & lenit medendo, ne prorſus reddat infantes, ſed ut iam reſipiſcant hortat̃. Nam qui torpidũ minus inceſſerit, torpedinẽ procul dubio augebit. Ait igit̃. Non eñ hæc uos ut improbẽ dixi, neq; ut exiſtimẽ ſentibus iã eſſe obſitos, Sed ueritus ne id uobis contingat. Non eñ expectamus tales uos fore, ſed ꝗd ſatius eſt, opera ueſtra ſaluti ꝓpinquiora, id eſt, ueſtram ſalutẽ curæ uos habituros. Tametſi hæc loquimur, hoc eſt, acrioribus uerbis exacerbamus. Vel etiam de eorum uita hæc diſſerit, perinde ac ſi dicat. Non enim adeo ſenticoſi uos eſtis, & Peccatis oppleti, qui in ſperãda ſit ſalus. Vel forte eos de futura retributione cõmonefacit, quaſi id inquiat. Neq; enim adeo eſtis execrationi propinqui, neq; tam ad uredinem proximi, ſed alia quædam uos præmia manent, ut ex ſequentibus patet.

NON EST enim iniuſtus dominus, ut obliuiſcatur operis ueſtri.) Vide quemadmodum hos recreauerit confirmetq; ad meliora ſperandum, admonitos & priorum operum, & diuinę iuſticiæ, ſic dicens. Si enim iuſtus eſt Deus, nequaquã ueſtra opera obliuioni mandabit, quæ olim geſſiſtis, clemẽtiæ & mutuæ charitatis, pro his haud dubie uobis mercedem ille perſoluet. Nulla ergo uos capiat deſperatio, quandoquidem expectanda ſunt potiora. Habet enim Deus omnem in ſe æquitatem. Si quid igitur habuit mea oratio acerbitatis, nil profecto urgendi uos gratia ea ſum uſus. Quippe quos ſciam nequaquam eſſe merito execrandos.

ET DILEctionis quã oſtendiſtis in nomine ipſius, quia miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.) Magna quædã fuiſſe quæ hi gererent opera, ſuo teſtimonio ꝓbat Apoſtolus, & horũ laudat promptitudinẽ. Id nanq; miniſtrandi officium, ſummã miniſtrantis exprimit uoluntatẽ. Charitatem uero eleemoſynã dicit, quã non modo fratribus ſunt impartiti, ſed in Dei etiã nomine aliis contuliſſent. Vide quã maxime illud nos conſolat̃. Siquidẽ non in ipſis hominibus, ſed in deo beneficiũ collocamus, ſicuti & in Euãgelio Chriſtus. Quod eñ uni ex pupillis iſtis feceritis, mihi feciſtis. Enimuero qui Dei ob gratiã fratri diligẽter ꝑſpexerit, in Deũ id beneficij contulit. Sanctis aũt, id eſt, fidelibus ipſis. Eſt enim quiſq; cum Fide & ſanctimoniã nactus, uel ſi in rebus hiſce mundanis uerſet̃, ſi modo Fidem operibus roboret. Ait enim & alibi Paulus. Sanctificatur quidẽ uir infidelis, in muliere fideli, & ecõtra. Parit itaq; ſanctitatẽ Fides. Quo fit, ut non ſolũ in heremo diuerſantibus, ut præditis ſanctitate, quin & laicis ſit cura & ſtudiũ per nos impẽdenda. Illi nanq; Fide & uita præſerunt ſanctitatẽ, hi uero per Fidem nonnunquã, & uitam pleriq;. Attende aũt ut eos

Charitatẽ eleemoſina roborat.

In quolibet ſtatu ſalus acquiritur modo fides aſſit operibus roborata.

nunc lenit placatq́. Non enim qui miniſtratis inquit, nec ultra progreſſus eſt, ſed & miniſtratis ſubiecit, id eſt, uel hoc tempore ueſtrum hoc præſtatis officium.

CVPIMVS autẽ unumquenq́ ueſtrum eandẽ oſtendere ſollicitudinẽ ad expletionem ſpei uſq́ in finẽ.) Perinde ac ſi aliquis quæreret, quamobrẽ hæc Paule protuliſti, ſi nihil eras nos inceſſurus? Hæc inquit eo protulerim, ut in futurum recta progrediamini. Non ut quæ ante hac ipſi egeritis improbẽ, ſed ut in poſterũ uobis proſpiciam. Nec uolo dixit, quod utiq́ præceptoriæ auctoritatis fuiſſet & licentiæ, Sed cupimus, quod ſane eſt paternæ affectionis indicium. Nec uerbis tenus mea hæc terminatur cupido, ſed ardet animus ueſtri ob gratiã. Tantam uim præfert cupiditatis, cum cupimus dicit. Nec ueſtri ſolũ, ſed cuiuſuis hominũ. A deo ille acerrime omnium ſuſceperit curã, cuiuſuis conditionis & ſtatus, & uniuerſos hic tutabatur. Cupimus inquit, uos eandẽ oſtendere ſollicitudinẽ ad expletionem ſpei, id eſt, ut plenam & perfectã habere uos ſpem præferatis. Aduerte quã prudẽter hæc tractet. Quippe qui ne aperte quidẽ hos urgeat, nõ enim a ſpe inquit uos excidiſtis, & reſipiſcite tandem, ſed ſubinde id mitius dicat, uelim equidẽ omni uos ſtudio niti, ut quales olim fuiſtis, tales uos in præſenti & in poſterum exhibeatis.

Paterno affectu docet. Paulus non authoritate.

VT NON ſegnes efficiamini.) Vel id quidẽ ſubiungit, ut hos conſoletur. Nam & in futurum rem ipſam producit. Dixerat nanq́ ſuperius, quandoquidẽ torpidi eſtis effecti, ſed auditu. Ibi quidẽ ſolis auribus torpedinẽ terminat, nunc uero proſpicio inquit, quo minus ad animum hæc pertingat ſegnities. Nam quẽadmodum corpori otium & inexercitatio officit, ſic & animo bonorum operum obeſt neglectus, & homines reddit ſomnolentiores & torpidos.

VERVM IMItatores eorum qui Fide & patientia hæreditant promiſſiones.) Cõmemorat quæ ante hac optime peregiſſent, & ex eorũ recte factis profert nunc argumẽta & ad priſtinum ſtatum traducit. Verum ne forſan exiſtimẽt ſe plane indignos quorum haberi ratio debeat, eoq́ & ſpretos fuiſſe a Deo & deſtitutos. Oſtendit tentationibus uiros eo acrius diuexari, quo magis animi magnitudine polleant, & Deum ipſum magnis & præſtantibus uiris ſic uti ſolere. Nam ſi confeſtim traderet quod fuerit pollicitus, nequaquam quanti eſſet quorũdam Fides pateret. Tunc enim arguitur quis Fidem præſtare aliquid pollicẽti, cum & ſi longius interlabitur tẽpus, ſperat tamẽ promiſſa ſe accepturum, nec meret deſperans uel torpet. Ait itaq́, eo quidẽ pungentia loquor, ut uos excitem tandẽ ad hos imitandum, qui promiſſorum iam ſunt hæreditatem adepti. Qui uero hi ſint paulo poſt dicturus eſt. Aduerte aũt, quemadmodum prius Fidem poſuerit, deinceps & patientiam ſubdat. Ex Fide nanq́ & patientia oritur. Ni enim quis prius crediderit, daturum Deum quod ante promiſerat, nil patienter moram hanc tolerabit.

Quo magis animi magnitudine pollet quis eo acrius uexari permittitur ut eius fides innoteſcat.

ABRAHAE nanq́ promittens Deus, quoniam neminẽ habuit per quẽ iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum dicens. Niſi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te.) Cum multa ſint quæ ex Fide hæreditarunt promiſſa, alios quidẽ interea præterit, reliquitq́ poſteris conquirendos, unius duntaxat Abrahæ meminit, cum ob perſonæ auctoritatẽ, tum quia hic præcipue, cui pleraq́ promitterentur, dignus eſt habitus ut promiſſa aſſequeretur. Vnde & arguit nihil eſſe intoleranter ferẽdum, ſed expectandum Deum, qui promiſſa non ſtatim dependere, ſed longo poſt tẽpore conſueuit. Verum quando iurauit Deus. Nimirũ uel ipſis quidẽ in uerbis iuſiurãdum hoc eſſe arguitur, cum inquit. Per memetipſum iuraui. Forte etiam, cũ niſi inquit, dicturus eſt quiſpiam, Dei eſſe hoc iuramẽtum per ſemetipſum iurantis. Niſi uero, pro certe poſitum eſt, quod ſane nil aliud præfert, niſi ꝙ ueritatem affirmat. Veritas uero quis eſſe præter Deum alius poteſt. Sic & in Euangelio dominus. Amen dico uobis, eodẽ utitur & ſimili iuramẽto. Cum enim non haberet præſtantiorẽ per quem iuraret, per ſemetipſum iurauit ſicut & Pater.

Fides patientiam gignit.

Expectandus deus qui nõ ſtatim implet promiſſa.

SIC LONganimiter ferens adeptus eſt repromiſſionẽ.) Cur enim cum in Epiſtolæ calce

ſtolæ calce dicturus ſit Paulus, hi oẽs non retulerũt repromiſſiões, ſed e longinquo eas ſpectarunt & ſalutarũt, nunc uero aſſerit fuiſſe Abraham promiſſa iam aſſecutum? Non eñ hiſdem de rebus hoc loco & alibi diſſerit. Hic quidẽ facit de his mentionẽ, quæ in uita hac promittunt̃, quæ poſt diuturnũ tempus adeptus eſt Abrahã. Ibi uero de cœleſtibus, quæ nondũ eſt conſecutus. Verunq; tamẽ magnũ his affert, qui puſillo ſunt animo, ſolamen. Quandoquidẽ promiſſa hæc ſi magno animo fuerimus, cõſequemur. Alias uero arguemur ueſaniæ, ſi nondũ Abraham qui tot iam ſæculis naturæ conceſſit, eadẽ illa eſt aſſecutus, ipſi uero ægre ferremus nondum his eſſe potitos. Aduerte aũt, cum longanimiter dixit, nõ minus ex diuinis ꝓmiſſis hæc aſſequi poſſe, quã per magnanimitatẽ & tolerantiam. Nunc uero cum longe ſecus rem ſuadet his euenturã, id eſt, intercidi poſſe promiſſa, cum ipſi diffidimus, territat, idipſum affirmans in deſerto uaganti populo contigiſſe. Qui cum in deſperationẽ ueniſſet & diffidentiæ malũ, promiſſionis terrã non eſt conſecutus. Dicet aliquis, bene habet. Cur tamẽ nec ſanctiſſimi uiri, & ſi tolerantiã de ſe præſtitere, hanc ipſam non attigerũt? Quia in fine, inquit, illa ſunt haud dubie adepturi. Vulgus uero quæ ruſũ illud, nec diuinas illas attingere potuit ꝓmiſſiones, nec prorſus attinget.

Abrahe longanimitas.

HOMINES enim per maiorẽ ſui iurant, & omnis eorũ controuerſiæ finis ad confirmationẽ eſt iuramẽtum.) Id eſt, iureiurando altercationis omnis ambiguitas tollitur. Nam & ultro citroq; multa dicũtur, ut res ipſa pateſcat, ius tamẽ iurandum poſtremo inuadens confirmansq;, ſoluit id omne quo de ambigitur.

IN QVO abundantius uolens Deus oſtendere, pollicitationis hæredibus ĩmobilitatẽ conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.) Cum itaq; res ita ſe habeat, ut iuſiurandum certiorẽ ſingulis rebus faciat Fidem, idcirco, inquit, & Deus hoc utitur, in quo, id eſt, cum per ſe iurauerit Deus, abunde nobis oſtendit facturũ omnino ſeſe quæ promiſerit. Oportuit tamẽ Deo ipſi uel iniurato, Fides haberi. Tolerat tamen ille noſtri ob gratiã cuncta, & nil prorſus eius dignitatẽ attendit, ſed modo ut nobis ſuadeat, ut ei Fidem pręſtemus, & faciat fidentiores. Vel ad humanã hanc deſcendit iurandi conſuetudinẽ, & ſuſtinet de ſe indigna iactari. Nos enim fideles, promiſſorum hæredes efficimur, quibus in eius ſemine, quod Chriſtus eſt, benedicit̃. Aduerte autẽ, quemadmodum uel tunc Filium dicit mediatorem, Deum inter & homines conſtitutum. Per hunc itaq; ut uerbum, iurabat Deus ipſe & Pater.

Deo uel iniurato credendum.

VT PER duas res imobiles qbus impoſſibile eſt mentiri Deũ.) At qualis eſt, & cuius ꝓmiſſio, quæ iureiurando ſit cõfirmata. Et quoniã id apud hoĩes & certius uidet̃ & fidius, eo & illud adiũxit, in quibus, id eſt, ex qbus his duobus fidiſſima uidetur ꝓmiſſio. Nec fieri poteſt, ut mẽdax aliquo pacto cõuincat̃ Deus. Vt igit̃ hic noſtri gratia iurat, & ſi eum dedeceat iuſiurandum, ita & hunc didiciſſe ex quibus perpeſſus eſt, ſcito. Homines eñ id certius tenẽt, quod ſit experientia cõprobatum.

FORTISSIMVM ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.) Hoc eſt, ſummam quandam monitionem & hortamẽtum. Nec plus quidpiam Abrahæ ratione, quam noſtri id dicitur, qui ad eum bene ſperando confugimus. Verum ubi nam fortiſſimum id habemus ſolatium & exhortationem? Nimirum in tenenda propoſita ſpe, id eſt, ex his quæ fuere Abrahæ illi collata, ut de noſtris his certiores reddamur & tuti, nec de cœleſtibus ambigamus, quorum nobis eſſe ſpes certior debet, ſed firmiter & tuto ſpem eam detineamus, nec ſinamus hanc ipſam effluere. Non enim ſecus nobis ac Abrahæ facta pollicitatio eſt, quin certior nobis, qui in Chriſtum credidimus, ut dictum eſt ſupra.

QVAM SIcut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.) Quam ſpem ſcilicet, anchoræ loco habemus. Nam ut illa cum tempeſtas ingruerit, nauigia cõtinet ſiſtitq;, ſic & ſpes ipſa, qui tentationibus agitantur & nutant, ſtabiles reddit & patientes. Nec ſimpliciter anchoram dixit, ſed tutam adiunxit & firmam. Eſt præterea anchora alia quædam quæ nauim haud quaquam ſeruat immotam, ſi uel putridior

Spes ſi tẽtationũ tẽpeſtas ingruerit uelut anchora nauigium, ſtabiles nos reddit.

uel leuior ſit. Non ab re itaq; fundamentum hoc loco conticuit, & anchoram dixit.
Illud enim magis obfirmat & molem impoſitam fortius ſuſtinet, & his qui Sapien-
tiæ ſtudent, ſubijcitur. Hæc uero fluctuantibus & nondum obfirmatis, quales hi
erant qui tentationum procellis exagitabantur.

ET INCEdentem uſq; ad interiora uelaminis.) Dixerat ſupra expectate, futu
rum eſt enim ut ſperata perficiātur. Nunc uero quod eſt certius affert, ait enim. Per
ſpem iam illa cõſequimur. Spes eñ hæc permeans cœlum, promiſſorũ nos cõpotes
& in his ut plane uerſemur, effecit. Tametſi uideť in terris conſiſtere. Eſt nanq; ſpei
Spei uis quāta. huiuſce uis tanta, ut cœleſtes reddat qui incolunt terrã. Quemadmodũ enim in uete
ri teſtamento uelamen, ſanctius tabernaculum coercebat & ſeiungebat a cæteris, ſic
& cœlũ nobis obtenditur, ut inferiora hæc a cœleſtibus abigat & diuinis.

VBI PRAEcurſor pro nobis introiuit IESVS. Cum eñ, inquit, ſpes nr̃a cœlũ
ingrediť, quod dixit cõfirmat, ex rebus ipſis et Fidẽ adiungit. Chriſtus nanq; in cœ
lum ſe cõtulit, ſed pcurſor, id eſt, eodẽ conceſſuris & nobis, ducẽ ſe prębuit. Qui eñ
pręcurſor eſt, nõnullorꝫ eſt inſequentiũ præuius. Nec magna eſt inter præuiũ hunc
& ſubſequentes intercapedo, ſicuti nec longe poſt Ioannẽ ſubſecutus eſt Chriſtus.
Quapropter nolite animo obturbari, ſi nondũ ea loca adiuimus, quæ præcurſor &
præuius domini tenet. Nec ſatis habuit præcurſorẽ dixiſſe, quin & ueſter adiecit, ut
maiorẽ faciat Fidem, perinde ac ſi dicat non eñ erat illi neceſſe ut cœlũ ingrederet,
quippe cui ſemper ut Deo cœlum pateret, ſed quemadmodũ pro nobis carnẽ acce-
pit, ſic etiã noſtri ob gratiam, cœli intima penetrauit, ut uiam & nobis ſequentibus
aperiret, ſumus ergo & nos neceſſario quo ille profectus eſt, conceſſuri. Vel pro no
bis, id eſt, ut Patrem nobis ſuo interceſſu conciliet, ſicuti & Pontifex ſemel in ſingu
los annos, ſacra illa templi penetralia. Deum populo conciliandi gratia adibat.

SECVNDVM ordinem Merchiſedech Pontifex factus eſt in æternum.) Vel id
quidem ad hos conſolandũ admodum ualet. Siquidem Pontifex noſter in cœlis uer
ſatur, & longe præſtat Iudæorũ Pontifici, ſed modo quodam & ordine. Non enim
pro illorum, ſed pro Melchiſedech ritu eſt Pontifex inſtitutus. Hunc præterea & lo
co & tabernaculo ſuperat, quod & ſuperius ſit & in cœlo, & teſtamẽto conſtet. Ex-
cellit etiam quia maioribus rebus & perfectioribus pręſit, & loco tutiore conſiſtat.
Quippe qui perpetuus ſit, & non temporarius. Quin & perſona ipſa potior eſt. Eſt
nanq; a Deo progenitus. Nihil ergo eſt uobis extimeſcendum, hæc autẽ propter hu
manam carnẽ ſunt explicata, ſecundum hanc enim Pontifex factus.

CAP. VII. HIC ENIM MELCHISEDECH REX ſalẽ ſacerdos Dei altiſſimi, obuiauit. Abra
hæ regreſſo a cede regũ & benedixit ei cui decimas oĩm diuiſit Abraham.) Fert ſa
ne Apoſtoli animus, quid inter nouũ uetuſq; teſtamentũ interſit, oſtendere. Quod
Nouũ à ueteri teſtamẽto Paulus ubiq; cupit diſcernere. etiã ſtatim in ipſis Ep̃læ primordijs prætulit, inquiens. Olim quidẽ locutus eſt patri
bus Deus per ſeruos ꝓphętas, nobis uero in Filio, id eſt, in nouo teſtamẽto. Et quo-
niã auditores infirmi erãt & imbecilli, ad quos iſtiuſmodi perſcribebat, utpote qui
ægre ferrẽt preſſuras, hos interea collapſos animo reficit. Et cũ eos ſatis ad tolerantiã
reuocaſſet, rurſum de noui teſtamẽti præſtantia ſermonẽ inducit. Sed uide quã pru
Melchiſedech Abrahã dignitate anteibat. dẽter id agat. Oſtendit eñ Melchiſedech, qui Chriſtũ præfiguraret, dignitate Abra-
ham anteire. Non eñ ſi illũ non anteiſſet, fuiſſet benedictis hunc ꝓſecutus, uel eius
decimas excepiſſet. Cum itaq; ex Abraham ipſo ortũ ducerent legitimi ſacerdotes,
perſpicuũ eſt, uel ex hoc illũ præſtare, tanquã qui benedicta impartiretur & decima
ret aliorũ fortunas. Qua in re differre a legis ſacerdotibus conſtat. Quanto igiť ma-
gis uerus ille Melchiſedech Chriſtus, cæteros ſua magnitudine anteibit. Hæc uero
ad Chriſtũ omnia rediguntᷣ. Interciſa deinde de Melchiſedech, quam cœperat narra-
tione, ſubinfert & myſtica quidem & ſpiritaliter, per allegoricam hiſtoriam.

Melchiſedech qui rex iuſticiæ dicitur figuram Chriſti prætulit. PRIMVM quidem interpretatur Rex iuſticiæ.) Oſtendit hoc loco, quemadmo
dum Melchiſedech Chriſti præfert figurã, quod uel ex nomine ipſo perſpicuũ eſt.
melchi nanq;

מלכי nanq; Rex interpretatur, צדק uero iuſtitia. Quis enim alius fuit iuſtitiæ Imperator, niſi Chriſtus ipſe & IESVS noſter dominus?

Melchiſedech qui rex iuſtitiæ dicitur figurã Christi prætulit.

DEINDE autem Rex Salem.) Vel ex ciuitate ipſa id liquet. שלם nanq; pax dicit̃. Nam qs alius Chriſtũ præter, pacis eſſe poterat rex? Qui cœleſtia ſimul & terrena pacauit. Nulli itaq; hoim competit iuſtitiæ et pacis Imperio, niſi Chriſto potiri.

SINE PATRE ſine matre ſine genealogia.) Affert & aliam quandã ſimilitudinem. Nã ut Melchiſedech, inquit, nõ quia parentes nullos habuerit, quippe qui ut cęteri hoīes in lucem ꝓdierit, ſed quia eius generatio ſuboſcurior fuerit & literis nõ ſit demandata, nec huius qui nã fuerint progenitores noīe explicantur, ſic & Chriſtus ſecundũ inferiorem hanc & humanã ſobolem, patre caret. A uirgine eni Maria & ſola ſecundũ carnem eſt natus, & matre qdem ſecundũ supernũ illum & cœleſtem ortũ. Nam a ſolo patre ante oīa ſæcula ſic genitus eſt, ut nec dici poſſit, nec mente cõprehendi. Eſt p̃terea ſine genealogia. Ait eni generationem eius quis enarrabit. Nã & qui in cœlo hũc genuit pater, inenarrabilis eſt. Et modus ipſe naſcendi, & q̃ eum in terris peperit mater, rõni naturæ minus ſubijciũt. Nec legi ulli hũanæ uel partus ipſe obſtringit̃. Quemadmodũ ſcilicet quæ uirgo eſſet genuerit, ut ſine dolore, & huiuſmodi cætera. Vere itaq; Chriſtus & matre hoc pacto carebit & patre. Melchiſedech aũt nequaq̃ poterit ueris parentibus fraudari, id eni credi non poteſt. Sed ideo hæc Paulus refert, quia huius parentes nequaq̃ ſint ſacris literis explicati, & idcirco dicitur genealogia carere. Quaſi illud dicat Apoſtolus. Sic enim dixerã ſine patre Melchiſedech & matre fuiſſe, ꝙ eius genus nuſquam ſit in ſacris literis explicatum.

Melchiſedech parentes habuit ſed obſcuros.

Cur dicatur Melchiſedech eſſe ſine patre & ſine matre.

NEQVE INItium dierũ, neq; finem uitæ habens. Aſſimilatus aũt filio Dei manet ſacerdos inæternũ.) Vel id ita intellige. quemadmodũ ſuperius diximus. Melchiſedech uero ut homo principiũ habuit, proculdubio et uitæ finem, cuiuſmodi tñ nos ignoramus. Quippe qui nec eius genituræ nec mortis tp̃s tenemus. Quo fit, ut quo ad noſtrã cognitionem q̃ nullã prorſus de hoc uel naſcente uel moriente habemus, nec principiũ habet hic ullum, nec finem. At Chriſtus quia ut Deus haud dubie nec dierũ habet initiũ, utpote qui principio careat, ſi temporũ aduertamus principia, tametſi a patre ut cauſa ducat originẽ, nec finem habet quia æternus. Vbinam gentiũ Arriani nunc agunt. Audiant quemadmodũ nunq̃ eſſe cœperit filius, Paulo identidem adſtruente. Et ſi quem forſitan dubitatio hmõi aliqua ſubiret, quo pacto Chriſtus eſſe ſecundũ ordinem Melchiſedech ſacerdos poterit inæternũ. Quandoquidem ut cæteri hoīes Melchiſedech naturæ cõceſſerit, nec inæternũ ſacerdotio ſit ille potitus. Ambiguitatem hmõi ita ſoluemus. Et Chriſtũ fatemur, cũ ſit æternus, nec habeat finem, uero hoc fungi & ꝑpetuo ſacerdotij munere, & ita, ut uel hoc tp̃e ꝓ nobis offerre ſacrificiũ, pro eius in nos beneficijs, exiſtimet̃. Acceditq; ꝙ apud patrem ꝓ nobis etiã intercedat, & hunc in modũ nobis ſacerdos ipſe longe magis prodeſſe arguit̃, maioriq; myſterio quodã & mirũ in modũ & præter oim intellectũ ſeſe in cibũ & potũ proponit. Melchiſedech aũt perpetuo dicit̃ ſacerdotio fungi, nec quidem ꝙ perpetuo eſſet uicturus, mortem eni iam multis ſæculis obijt, ſed quia de eius morte nihil habetur in Diuinis exploratũ codicibus, ut ex his gnoſcere liceat, quo tempore ſacerdos eſſe deſierit. Datur p̃terea id uel ex ipſis nominibus plane intelligi. Nam hoc unicũ erat Melchiſedech cognomentũ, ꝙ ſalem Rex uocaret̃, Chriſto uero certiora & uera inerant cũcta. Vnde nec principiũ habet nec finem, cũ principio ille & fine idcirco caret, quia nil quicquam de eo ſcriptũ conſtaret, ſed Chriſti duntaxat figurã hic præferebat qui uera omnia præ ſe, & propria tulit nõ aliena.

Chriſtus & Melchiſedech ſacerdotes inæternum.

INTVEMINI autem quantus ſit hic cui decimas dedit de præcipuis Abrahã Patriarcha.) Cum figurã ueritati accommodaſſet, id eſt Melchiſedech Chriſto, nũc demum fidens figuram ipſam Melchiſedech Iudæorum ſacerdotibus clariorem arguit extitiſſe. Neq; his modo, quin uel Abrahã Patriarcham ipſum præſtare. Si igitur figura tantopere cæteros antecedit, longe magis & Pontifex Chriſtus incõparabiliter iſtos

biliter iſtos dignitate & anteibit, qui per illam ſignificatur. Intuemini inquit & diligenter aduertite, quanti ſit iſte & quantum excellat, cui munera detulit, nõ plebeius aliquis & abiectior. ſed Abraham Patriarcha egregius. Nec temere quidem Patriarchæ nomen adiecit, quin eo id egit, ut eius perſonam magis extolleret ex ἀκροθινίων, id eſt, ex melioribus & honoratioribus ſpolijs. Nec dici id poteſt, Abrahã dona hæc & exuuias fuiſſe Melchiſedech impartitum, quia ſecum una hic militaſſet, & ob id præmia huic dependiſſet militiæ. Sed domi ſe continenti, munera & decimas detulit & ideo dixit ſuperius obuiam. Abrahæ Melchiſedech proceſſiſſe. Si igitur munera

Melchiſedech Abrahã præſtantior. hæc impartita, Abraha arguunt Melchiſedech illum longe præſtantiorem, quanto magis conſtabit, uel legis ſacerdotibus illis præcellere.

ET QVIDEM de filijs Leui ſacerdotiũ accipientes, mandatũ habent decimas ſumere a populo ſecundũ legem, id eſt a fratribus ſuis, quanq̃ ipſi exierunt de lumbis Abrahę cuius aũt generatio non annumeratũ in eis, decimas aũt ſumpſit ab Abrahã.)

Sacerdotũ excellentia. Cõfirmat nunc Paulus, quemadmodũ Melchiſedech Abrahã ipſum præſtaret, atq; eos qui ex tribu Leui ſacerdotio fungerent, ob ipſius ſacerdotij dignitatem a populo decimas accepiſſe. Vnde perſpicuũ eſt, potiores hos & honoratiores cæteris extitiſſe. Nam qua alia de cauſa fieret, ut populus operi & labori intenderet, & ſæpe calamitatibus multis affligeretũ, ſacerdotibus ipſis orantibus, nec terrã colentibus, ex omni uel fructuũ uel animantiũ genere dependeret decimas, niſi quia & ſanctiores ſunt, & operi maiori intendũt. Tanti eſt ꝓcellens ſacerdotij dignitas, & adeo ſunt q

Decimæ pſoluuntur ſacerdotũ precibus. eo funguntur, fratribus ſuis ſublimiores. Tametſi hi ex eodem parente prodierint, Melchiſedech igitur, quia decimas ex Abrahã ſuſcepiſſet, quanq̃ eius generatio nequaq̃ in eis annumerareĩ, id eſt nõ ex eadem tribu eſſet ille progenitus. Quippe qui alienigena fuit, illi ꝓfertur & habetur ꝓſtantior. Nam quo pacto alieno homini decimas Abrahã detuliſſet, niſi uenerationi hũc cæteri habuiſſent. Si Melchiſedech itaq; qui Chriſti figurã ꝑtendit, dignitate ꝓſtare & Abrahæ quidem uideĩ, longe utiq; interuallo & Chriſtus ipſe qui uerus eſt Pontifex, ſacerdotibus lege inſtitutis ꝓſtabit.

ET HVNC qui habeat repromiſſionem benedixit.) Quia ut reliqua omittam unum illud præcipue Abrahæ nominis magnitudinem attuliſſet, ꝙ a Deo ſcilicet promiſſa acceperat, nunc illud adiecit, ei uidelicet Melchiſedech qui Chriſti præferret figuram, benedixiſſe, qui & tanti eſſet & tam præclarus, ut & Dei colloquio ſit dignatus, & ex promiſſo haberet dominum obligatum.

SINE VLLA autem contradictione, quod minus eſt, a meliore benedicitur.) Dixerat Melchiſedech benedictis fuiſſe Abraham proſecutũ. Enimuero neminem præterit, idq; omnes habemus nullis obſtantibus exploratũ, qui benedixerit ei præferri, potioremq; eſſe, quam is cui ſit benedictum. Erit ergo nunc inquit Melchiſedech, qui Chriſtum dominũ præfigurat, Abraham melior longe atq; præſtantior.

ET HIC QVIdem decimas morientes hoies accipiunt. Vbi aũt conteſtatur quia uiuit.) Vel aliũ quendã in modũ nunc arguit Melchiſedech ipm ſacerdotibus legis ꝓcellere. Hi eni inquit hic, id eſt, ſecundũ legem acceptis decimis, moriunĩ. Ibi uero, id eſt, ſecundũ Melchiſedech figurã et ſignificantiã, decimas capiebat, q a ſcriptu ris uitæ teſtimoniũ habet. Tu eni inquit ſacerdos inæternũ ſecundũ ordinem Mel-

Cur Melchiſedech dicatur inæternum uiuere. chiſedech. Q; aũt inæternũ Melchiſedech uiuat, ita intelligas, ut ſuperius diximus. Q; nulla ſit ſcilicet de eius morte in ſacris literis habita mentio. Nonnulli aũt ꝙ moriant Leuitæ, & non moriaĩ Melchiſedech, ita accipiũt. Quia ritus uidelicet Leuitici ſacerdotij mortalis fuiſſet, quippe qui iã eſſet abolitus, Melchiſedech uero ſiue ſecundũ Chrm ſacerdotalis hæc iſtitutio, & uiuit et ꝑmanet, & ꝑpetuo eſt ꝑmanſura.

ET VT ITA dictũ ſit per Abrahã & Leui qui decimas accepit, decimatus eſt.) Ne forte hæc legis inquiant ſacerdotes. Quid illud noſtra intererit, ſi ab Abraham pro

Leui & Melchiſedech. ꝑ Melchiſedech exactæ ſunt decimæ? Ita reſpondet. Quia illius exemplo decimatus eſt Leui, qui noſtri obtinet ſacerdotij principatũ, Melchiſedech uero ille, q decimas

accipit,

accipit, nonne Leui eſt potior, a quo uidetur per Abrahã decimas capere. Et ut breuiter dicam, quaſi dictum caſtigat Apoſtolus, tanquam facinus audax uiſum, ut Leui decimaretur, qui nondum in lucem prodierat.

ADHVC enim in lumbis patris erat quãdo obuiauit ei Melchiſedech.) Confirmat quemadmodũ decimatus ſit Leui, aitq́. Cum enĩ ab Abrahã progenitore acceptæ ſint decimæ, & a Leui exigunt̃ uirtute, tanq̃ qui in Abrahæ adhuc lumbis conſiſteret, futurũq́ eſſet, ut huius ex ſemine, & ſi nondũ genitus fuerat, procrearet̃. Nec Leuitæ dixit ſed Leui, ut p̃ſtantiã præferret. ✱ O q̃d ille eſt dicere auſus, Iudæorũ enĩ inſtituta eiecit. Et idcirco dixit ſupius quia negligentes eſtis & torpidi, q̃a & hoc erat dicturus, ne ſi prius ignauiæ hos arguiſſet, minus poſtea Pauli dicta pungentia tolerarent. Horũ ita animos, ad eius arbitriũ præparatis inſtructiſq́ Paulus quodcunq́ anĩo reſediſſet, nunc explicat. Neq́ enim quemadmodũ ſuſceptũ ſemen continet terra, ſic & anima Dei uerbũ uel tenet uel fouet. Ibi nãq́ ineſt natura, quæ & firmitudinẽ habet & ſoliditatem, hic uero uoluntas. Res ſane multiplex admodũ, & inconſtans & nutabunda, eoq́ neceſſe eſt, ut præceptor q̃ multa longe ante diſpenſet.

Leui nondum genitus decimatur.

Aliás Neq́ grauim quicquam auſus eſt dicere.

SI ERGO cõſumatio per ſacerdotiũ Leuiticum erat, populus enĩ ſub ipſo legẽ accepit, q̃d adhuc neceſſariũ fuit ſecundũ ordinem Melchiſedech aliũ ſurgere ſacerdotem, & non ſecundũ Aaron dici.) Oſtendit quemadmodũ Melchiſedech ille Abrahã anteiret, & Leui in ordinẽ ſacerdotij illis effectus. Nũc uero aliud quiddã inducit argumentũ, demonſtrans ſecundũ Chriſtũ ſacerdotiũ eſſe Leuitarũ longe ſuperius quodq́ et Chriſti conſumatũ ſit & p̃fectius, illorũ uero imperfectũ & mancũ Nam ſi perfectũ eſſet ſacerdotiũ legis, neceſſe fuiſſet, p̃ ritu Aaron ſurgere ſacerdotem. Aaron nãq́ de tribu Leuitico oriundus, alioquin haud quaq̃ ſecundũ Aaron, ſed ſecundũ Melchiſedech inſtitutũ, ſacerdos dicit̃ ſurrexiſſe. Cũ itaq́ imp̃fectius illud coarguat̃, alius quidã inducitur ordo. Apertius tñ in ſubſequentibus hæc explicat Paulus, p̃inde ac ſi dicat. Si enĩ Chriſtus ſecundũ ordinẽ Melchiſedech prius iã extitiſſet, deinceps eſſet & lex ſubſecuta, iure forſan obijceret aliquis cũ minus eſſet ſecundũ Melchiſedech ſacerdotiũ abſolutum, datũ fuiſſe & legis illud, q̃d Aaron eſſet. Nunc uero cũ Chriſtus ſit ipſe qui eo muneris fungit̃, & aliã capit ſacerdotalis dignitatis figurã, perſpicuũ eſt, q̃ñquidem imperfectũ ſit Aaron ipſius ſacerdotiũ, pro eo aliud fuiſſe inductũ, quod ſub ipſo legem acceperit. Quaſi dicat. Nemo poterat Aaron conſumatũ dicere ſacerdotiũ, quippe quod alijs, nõ hebræis ſit traditũ, id tamen populo plane collatũ, in eoq́ & populus ipſe legem accepit. Hoc eſt iuſſus eſt huiuſcemodi ſacerdotio uti, & ad eius ritum intendere, & illius gratia oĩa exequi. Cur ergo ſi quæras illud eiectum eſt, quia impotens certe & inualidum fuerat.

Sacerdotium Chriſti Leuitico longe præſtantius.

Imperfectum Aaron ſacerdotium.

TRANSLATO enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis trãſlatio fiat.) Patefacit hoc loco quemadmodũ lege ipſa ceſſante & redacta in nihilũ, conſequenter & illud eſſet teſtamentũ inductum. Nam ſi alio traductum eſt ſacerdotiũ, neceſſe eſt & legem aliam eſſe. Quandoquidem nequit ſacerdos ſine teſtamento & lege conſtare. Tranſlatũ eſt itaq́ ſacerdotiũ, non ſolũ pro modo, id eſt, q̃ nequaq̃ pro Aaron, ipſius Melchiſedech inſtitutis & ritu cõſtet, ſed tribu. A ſacerdotali nanq́ Aaron tribu in regiam illam Iuda traductũ eſt id ſacerdotiũ. Sed attende myſteriũ. Hoc enim cum regale fuiſſet, mox eſt & ſacerdotale effectum. Quemadmodũ Chriſtus cũ rex perpetuo eſſet, ſacerdos tamen eua ſit cũ carnem aſſumpſit, & ſeſe in ſacrificiũ obtulit.

Chriſtus ſacerdos factus eſt cum carnem aſſumpſit & ſe in ſacrificium obtulit.

IN QVO enim hæc dicuntur de alia tribu eſt.) Oſtendit præterea, quemadmodum & ſecundũ tribum tranſlatum ſit ſacerdotium, aitq́ Chriſtus in quo, id eſt, de quo dicunt̃ huiuſcemodi, & in quo hęc ſunt terminata, de tribu alia eſt, Iuda ſcilicet.

Sacerdotii Leuitici in aliã tribũ translatio.

DE QVA nullus altario præſto fuit.) De qua tribu qui ortum duceret, nemo præſto fuit altario, id eſt aræ appropinquauit, uel ſacra curauit.

MANIFESTVM eſt enim quia ex Iuda ortus ſit dominus noſter.) Optime dictũ ortus eſt, & ex Abrahæ uaticinio ſumptũ, oritur ſtella ex Iacob aſſerentis, & ex

Micheæ

da eſſe tormenta. Oſtendit p̃terea & quas ipſi dabimus pœnas, fore lõge acerrimas.

HABENTES ergo Pontificem magnũ qui penetrauit cœlos IESVM filium Dei.) Perinde iſtiuſmodi aliquo rogitante, cõſule nobis quemadmodũ nec ipſi labamur, nec animo concidamus. Ait igitur, ſatis profecto quæ diximus ob iniectam formidinem erudire nos poſſunt, & reddere tutiores. Accedit etiã, ꝙ Pontificem ſumus iam nacti, qui nobis poſſit & opem afferre, ſi modo illi confiſuros nos conſtantiſſime profitebimur. Neq; enĩ puſillus eſt ille aut cuiuſuis ſortis, ſed Dei filius, nec talis qualis Moyſes fuit. Ille nanq; nec requiem illam adiuit, nec in hanc populũ introduxit. Hic uero uel permeans cœlos aſſidet patri, poteſtq; nobis aditum in cœlum præſtare & quietis illius perpetuæ, cuius longe ante promiſerat hæredes efficere.

Qualis eſſe debeat noſtræ ſpei confeſſio. Nota.

TENEAMVS ergo ſpei noſtræ confeſſionem.) Neq; enim id omne negotium Pontifici tribuit, ſed & ipſi, ut officioſi ſimus, depoſcit. Habet utiq; ille id peragendi poteſtatem, ſi modo nos fuerimus digni, in quos beneficia conferat. At quam hic dicit confeſſionem? Eam nempe, ut reſurrectionem confiteamur futuram, & ꝙ pro meritis quiſq; ſit accepturus, quodq; infinita ibidem bona nos maneant, & demum ꝙ Chriſtus ipſe ſit Deus. Iſtiuſmodi itaq; tenenda confeſſio eſt, neq; a nobis ut defluat, permittenda. Sed quodcunq; fuerimus in fidei primordijs ipſis profeſſi, firmiter teneamus, hoc pacto formidoloſa quæq; perdentur.

NON ENIM habemus Pontificem qui non poſſit cõpati, infirmitatibus noſtris.) Cum iſtos ad credulitatem hortatur, uel his adijcit fidem, aitq;. Non enim eſt Pontifex iſte qui noſtræ conditionis ignarus, quales pleriq; Pontificum ſunt, qui ut mala minus experti, ignorant prorſus quid in ſe habeat preſſuræ acerbitatis, & ideo nec promptiores ſunt ut oppreſſis opitulantur, uel miſeris compatiantur. Atqui cũcta ſubiuit noſter hic Pontifex, & ubi mala quam plurima fuit perpeſſus, & cœlum cõſcendit, ueniam fragilitati daturus humanæ.

Aliâs & patibuli morte affecerunt.

TEMPTATVM aũt per omnia, pro ſimilitudine abſq; peccato.) Hunc enim inſectati Iudæi, & cõſpuere, & calumniati ſunt, & malũ ſemper interminati ✶ & mortem patibulo ſufficere. Pertulit itaq; hæc oĩa Pontifex pro ſimilitudĩe noſtra uidelicet. Hoc eſt, haud ſecus hæc omnia tulit, q̃ ipſi ferre pro humana fragilitate ſolemus toleranter tñ & abſq; peccato. Quippe qui nulli eſſet peccato obnoxius. Hunc itaq; & uos imitati uel in medijs malis, eſtote in fide cõſtantiores, & ab oĩ peccato alieni.

ACCEDAMVS ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ.) Cum enim inquit, peccati expertem ſumus Pontificem nacti, qui uel mundũ peruicit, ait nanq; confidite, ego mundum hunc uici, debemus hunc fidentiores adire. Quandoquidem & nobis quę animus tulerit, largietur. Sunt autem throni duo, alter gratiæ & dum uitã hanc ducimus adeundus, cui qui fidenter adhæſerint, munere quodam diuino peccatorum ſunt ueniam accepturi. Alter uero ſecundi aduentus eſt thronus, non gratiæ. Quippe cum nemo tunc remiſſionem delictis, ſed iudicium aſſequetur. Thronum autem dixit, ut Pontificis arguat dignitatem, & iudicantem oſtendat.

Duo throni nobis adeundi, gratiæ unus alter iuſtitiæ.

VT MISERIcordiã conſequamur & gratiã inueniamus in auxilio oportuno.) Perinde ac ſi dicat. Si enĩ dum in terra uiuimus, hunc ipſum adibimus, & miſericordiã ſimul inueniemus & gratiã. Vt qui oportune ad hunc ceſſerimus, & dum eſt clementiæ locus. Qui uero alias ſe obtulerit, his prorſus carebit. Neq; enim in poſterũ gratiæ erit, ſed iuſtitiæ thronus. Quo & ſi rex ille Deus inſidet, facturus gratiã flagitantibus, tunc tñ eſt ad iudicium ſurrecturus. Ait enim. Surge Deus & iudica terrã.

Non eſt poſt hanc uitã gratiæ aut clementiæ locus.

CAP. V.

Nouum teſtamentum ueteri preſtãtius

OMNIS ENIM PONTIFEX EX HOminibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad Deum.) Vult tandem arguere nouũ uetere teſtamentũ longe eſſe præſtantius, orditurq; ſacerdotalia munera ipſa cõferre, cum priſcorum ſacerdotum illorum, tum Chriſti. Oſtenditq; maximũ in modum Chriſti excellere ſacerdotium. Veruntamen cum Paulo occurreret, ꝙ multa ineſſe ſacerdotibus illis eſſet neceſſe quæ Chriſto tunc defuiſſent, utpote qui neq; de tribu eſſet ſacerdotali, neq; in ter-

neq; in terris ſacerdotis munere fungeretur, neq; ab hominibus inſtitutus, & ut ita dixerim, nec imaginem aliquam haberet corpoream ipſius ſacerdotij, habitus quæ tamen ſpiritum præferebant, non terrena hæc & præſentia. Enarrat primũ quæ Chriſto ſunt cũ ſacerdotibus cæteris cõmunia, deinceps & quæ in Chriſto excellunt producit. Nam tunc quidem cum re alia quadam collatum præſtare aliquid creditur, & cum partim cõmune aliquid habet, partim priuatũ quo præſtat. Ex hominibus igitur ad põtificatum aſſumi cõmune eſt Chriſto cum cæteris. Ipſe nanq; cũ homo exiſteret, Pontifex eſt a Deo effectus. Et pro hominibus conſtitui, in his quę ad Deum ſunt, id eſt intereeſſionem facere, uel id quidem eſt illi commune cum cæteris.

VT OFFERAT dona, & ſacrificia pro peccatis.) Explicat quid illud ſit, pro hominibus ipſis ad Deum conſtitui, peccatis ſcilicet Deum propiciũ reddere. Quod utiq; & Chriſto eſt, & ſi non penitus, commune cũ alijs. Quippe qui patrem conciliandi gratia, ſeipſum obtulerit. Alij uero alia quædã, donum uidelicet & ſacrificiũ.

QVI CONdolere poſſit his, qui ignorant, & errant.) Hoc eſt, compati & condeſcendere, & ueniam dare per ignorantiã delinquentibus. Aduerte aũt ut ex ignorantia & errore, omne facinorum genus gignatur. Nam & ſi noſſe alio quod peragit malum uidetur, alioquin cum illud exercet, mentem obtenebratus inſaniæ & erroris morbo laborat, & uoluptatum illecebris preceps defertur.

Ex errore, & ignorantia omne malũ gignitur.

QVONIAM & ipſe circundatus eſt infirmitate.) Cauſa autem potior ſane & certior eſt, qua debeat Pontifex præ cæcitate ignoranter peccantibus condolere. Quia & ipſe ſit carnis infirmitate obductus, & humanæ fragilitatis ex ſe non ignarus, & ueniam metitur ſic delinquentibus. Nõnulli uero ita intelligunt, uidelicet uel una re ſolum Pontificem differre a populo, quia alijs commiſeratur & parcit, cum in cæteris ſit & ipſe ut reliqui homines, infirmitate præcinctus.

PROPTErea debet quemadmodũ & ꝓ populo, ita etiã ꝓ ſemetipſo offerre ꝓ peccatis.) Horũ oĩm cũ cæteris nil quidpiã participat Chriſtus. Non enĩ erat eiuſmodi pctõꝝ infirmitati obnoxius. Neq; ꝓ ſeipſo, ſed ꝓ hoibus cæteris ſacrificiũ obtulit.

NEC QVISpiã ſibi ſumit honorem, ſed qui uocat̃ a Deo.) Vel aliud quoddã pontificatus argumentũ inducit, qd & Chriſto ineſſe proſpicit̃. Vt ne qs ſcilicet ſuopte impulſu, ſiue ſacerdotiũ, ſiue pontificiũ munus aggrediat̃, ſed a Deo uocatus illud accipiat. Oſtendit p̃terea hoc loco tunc tp̃is Iudæorũ Pontifices ad honores auide proſilijſſe, & dignitates eiuſmodi pecunijs cõparaſſe, & legẽ penitus corrupiſſe.

Nemo pontificiũ munus aggrediatur niſi à Deo uocatus

TANQVAM Aaron.) Aaron enim principio per Moyſem a Deo accitus, ſacerdotij munere hoc fungebatur. Nec ipſe prior eſt illud aggreſſus, quinetiam cum & uirga refloruit, innotuit plane diuinitus ſe fuiſſe electum. Et eos præterea fuiſſe ab igne aſſumptos qui ſacerdotium per ſe inuaſiſſent.

Aaron p Moyſen accitus.

SIC ET CHRIſtus nõ ſemetipſum clarificauit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech.) Quod Chriſtus ubiq; dictitabat, quia a patre ſcilicet miſſus ſum, & a meipſo nõ ueni, idipſum nunc confirmat Apoſtolus, a Deo hunc eſſe dimiſſum. Nec gloriã ſibi ex ſe cõciuiſſe, ſed qui eſſet ad eũ locutus, & filiũ eſſe hunc ſuũ dixiſſet, eundem clarum feciſſe, & ſacerdotij inſignibus decoraſſe. Cum itaq; ſenſibilibus plurimis argumentis patuiſſet, fuiſſe Aaron ut dictũ eſt, a Deo prælatũ & affectum honoribus, Chriſtus uero nihil haberet hmõi, utpote cui ſcelerati homines ſupplicia intuliſſent & mortem, quippe qui tunc probarent̃, & pro arbitrio agerent uerſarentq; oĩa, Prophetarum nunc uaticinio quod p̃ſtantius eſt, patefacit, et a Deo hunc deſtinatũ fuiſſe teſtificatur. Videtur aũt (quod in ſecundo Pſalmo dictũ comperimus. Ego hodie genui te) minus rei propoſitæ conuenire. Habet ſane hoc loco Paulus conſtitutũ Chriſtum arguere in Pontificem eſſe a Deo promiſſum. Hoc uero teſtimoniũ plane affertur, a Deo eſſe hunc ipſum progenitũ. Reſpondendum itaq;, genituram huiuſmodi maximũ in modum

Ego hodie genui te quomõ.

ad rei con-

ad rei confirmationē ualere, quod a Deo ſit in Pontificem cōſtitutus. Proinde & illud aduerte, quod cū in Pſalmo centeſimonono iam dixerit Deus, de utero ante luciferum genui te. & paulopoſt illud adiecerit. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, hoc loco Paulū quæ pſalmis his utriſq; de natiuitate ſunt dicta coniunxiſſe, perinde ac ſi dicat. Nequaq̄ uelim de alio quouis dictū id ſuſpiceris, tu es ſacerdos, niſi de Deo & ſolo, qui ſit ante luciferum genitus. Sic itaq; haud quaq̄ eſſe alius hic deprehendetur, q̄ ille fuerit, qui Pſalmo ſecundo denuntiatur hodie fuiſſe progenitus. Nam cū ante luciferum inquit, æternitatem deſignat, quæ nullis temporū ſpacijs præfinitur. Cum uero hodie dicit, a principio eſſe hunc genitū arguit, id eſt, ab æterno. Conſtat igitur quæ Pſalmus ſecundus cōplectitur, ad Chriſtum cuncta referri. De Chriſto ergo & illud. Tu es inæternū ſacerdos, dictum eſſe perſpicuū erit. Verum quem alium afferre poſſunt præter Chriſtū Iudæi, qui ſit ex Melchiſedech inſtituto Pontifex factus? Nōne erant ſub lege omnes? Nōne & uniuerſi ſabbata obſeruabant, offerebantq; ſacrificia. Apertiſſimē itaq; de Chriſto dictum id eſſe conſtat. Hic enim & ſolus Melchiſedech illius in morem pane & uino ſacrificabat. Verū quo pacto in æternū hic dixit? Quia uel in præſenti & corpore ipſo quod ille noſtri gratia immolauit, pro nobis etiā intercedit apud Deum ipſum & patrem. Id eſt, quæ ille pro nobis perpeſſus eſt profert, ut patrē exoret, eundēq; iſtiuſmodi ſubinde alloquitur, humana natura temperanda unigenitus tuus hæc tolerauit. Miſerere itaq; horū pro quibus ipſe pati ſuſtinui. Vel in æternū dicit, quia quotidie offertur. Vel in perpetuum offertur per Dei miniſtros oblatio, Chriſtum dominū, & Pontificem habens & ſacrificiū, qui ſeipſum noſtri ob gratiam ſanctificat frangit, & tribuit. Quotienſcunq; enim id fiet, mors domini anuntiabitur.

Sacerdos in æternū Chriſtus Deus.

Melchiſedech ſacerdotii Chriſti typū geßiſſe

Quomodo ſacerdotiū Chriſti ſit æternum.

QVI IN DIEbus ſuę carnis.) Dies carnis eius, quos duxit in carne dies demonſtrat. Nec quidem, quod abſit, quia carnem nūc depoſuerit, quippe quam & in præſentia habet, & inæternum eſt habiturus & incorruptibilem quidem, & carnis paſſionibus nobis natura inſitis, minus obnoxiam. Quandoquidem nec eſuriem patitur, nec dolorem, nec eiuſmodi aliquid. Hunc uero dicendi modū Apoſtolus a Propheta deſumpſit, dicente in Pſalmo quartodecimo & centeno. In diebus meis inuocabo. Pſalmū enim hunc integrum ad Chriſtum refert Propheta.

Chriſtus aſſumptam carnem nunq̄ diuiſit.

PRAECES ET ſupplicationes ad eum, qui poſſit illum ſaluū facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens.) Hæc quidem de carne dicunt̄. Neq; eni ille cū Deus eſſet, ulla re indigebat. Q, ſi uel indiguiſſe re aliqua concedat̄, nil tamen cū clamore & lachrymis opem ſibi afferri efflagitaſſet. Hæc tn̄ haud quaq̄ ſunt Dei, ſed Chriſti unius humanitati ſunt tribuenda, & ut ueritas aſſumptæ naturæ clareſcat, et eius in nos cura & charitatis p̄ſtantia pateſiat. Illæ eni pro nobis deprecabat̄, & quæ noſtra eſt, mortalitatem ſubiuit, ut in ſeipō naturæ ad mortem obeundā deleret formidinem. Conſtat eni in Euangelio nuſq̄ proditū literis eſſe, ut reſurgeret, patrem fuiſſe ✶ peccatū, ſed cōtra, ſuopte Imperio & poteſtate dixiſſe cōperimus. Soluite tēplū hoc, et ſuſcitabo illud poſt triduū. Et alibi. Poteſtatē habeo accipere aīam meā,

Aliâs precatum

EXAVDITVS eſt pro ſua reuerentia, & quidem cū eſſet filius Dei.) Vel id quidem carnis ob gratiā, & ob auditorū dixit fragilitatem. Nondū enim hi Paulū plurimi faciebant. Quod aūt inquit, tale eſt. Tanta eſt enim Chriſti humanitatis authoritas, ut ſuo potius officio, q̄ Dei, ut ita dixerim, munere ſit effectū, ut fuerit ille exauditus, & ob id magis uenereт̄ hunc Deus, & nobis ſit eiuſdē interceſſu propitior redditus. Et q̄uis ille ſit filius, & apud patrem habeat pro naturæ unitate fiduciā, tanti tamen eius eſt, q̄ diximus quo ad humanitatem authoritas hæc, ut illi uel diuinitas ipſa reuerentiā deferat. Quapropter nolite flacceſſere, nec a ceptis deſinite, dn̄m eni habemus, quem pater exaudiuit. Si quid itaq; hunc petieritis facturus eſt uobis, q̄d ſane in Euangelio diſcipulos alloquens, dn̄s dicit. Si diligeretis, gauderetis utiq; quia uado ad patrē quia pater maior me eſt, & quæcūq; petieritis in noie meo, dabit uobis.

DIDICIT ex his quæ paſſus eſt.) Didicit, inquit, Deo obtemperare & patri, idipſum patiendo edoctus. Apparet autem dictum id pene abſurdum, cum tamen ſecus ſe habeat. Nam quo pacto ab his quæ fuerat perpeſſus, obedientiã didicit, qui uel antequã pateretur, tantopere patri ſit obſecutus, ut uel mala quæ tulerit uniuerſa, ut patri morigerũ ſe præſtaret, ultro ſe ⁎ exceperit. Factus eſt enim, inquit, obediens uſq; ad mortem. Aduerte ergo cur illud dixerit. Cum eni hi ad quos hanc ſcribit epiſtolam, ex animi quadã puſillitate & diffidentia, minus parere benemonentibus uiderent, uiſum eſt Paulo infima quædã de filio explicare, ut eius exemplo, magis ac magis illis perſuaderet, Diuinæ uoluntati fidenter obtemperarent, nec grauiter ferrent preſſuras. Quinpotius ſupne & cœlitus diuinã opem expectent. Nam & filius, inquit, cũ mortem obſequendi gratia ſuſtinuiſſet, & a patre quidem exauditus eſt, & eius anima a morte erepta. Sic itaq; eo ex tempore didicit patri obtemperare, unde magnas nunc aſſerit eſſe obedientiæ uires, pinde ac ſi dicat. Si enim Chriſto in lucrũ paſſiones ceſſere, longe magis & nobis in cõmodum ſunt hæ cõceſſuræ. Vides quemadmodũ ut auditoribus profectum afferat Paulus, ubi ad id condeſcenderit, ut uel abſurda quædam dicere de filio uideretur, Audi ergo quæ inſequuntur.

Aliàs obtulerit

Magna obediẽtiæ uis.

Paulus cupit ubiq; prodeſſe.

ET CONSVmatus.) Perfectio ergo ex malorum tolerantia gignitur, cur igitur ipſi moleſtæ preſſuras has fertis, quæ perfectiores uos reddunt.

FACTVS eſt omnibus obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ.) Id eſt, non modo ipſe ſaluus eſt factus, quin ſalutem cæteris contulit. Nec temporariã aliquam aut breuem, qualis ſolet in bello afferri periclitantibus, ſed æternã. At quibus eſt illa allata? Nimirũ obtẽperantibus. Cur ergo uos increduli eſtis in tantæ ſalutis ammittendæ diſcrimine. Vides ne quemadmodũ hæc oĩs oratio tã uarijs ſit figuris diſtincta? Sed aduerte & orationis huiuſce præſtantiã, ait enim. Factus eſt cauſa, quod utiq; diuinitatis eſt propriũ. Nam Deum præter, alius nemo eſſe tantæ ſalutis cauſa poteſt.

Perfectio ex malorum tolerãtia gignitur

APPELLAtus a Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedech.) Quoniam, inquit, paſſus eſt ille, & Pontifex eſt nuncupatus, utpote qui ſeſe in mortem obtulerit Nec tamen etſi ſanguinẽ obtulit, pro Iudaicis inſtitutis id egit, ſed in Melchiſedech morem factus eſt Pontifex. Nam quemadmodum ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, ſic nec Chriſtus quidem, ſed a Deo conſubſtantiali ipſius ſpiritu offuſus eſt, Vtq; & ille rex fuit, ita & iſte potitus eſt regno.

DE QVO grandis nobis ſermo, & interpretabilis ad dicendũ, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.) Cum illis ſit de ſacerdotij differentia diſſerturus, primũ hos increpat, arguens ſe ob eorum ⁎ aſatiam tam multa fuiſſe de Chriſto, & abiectiora locutum, & uerbo ipſi & incarnato diutius ſe immoratum. Nam ſi nõ adeo eſſent hi animo imbecilli, iampridem de altioribus rebus diſſeruiſſet. Ob ueſtram igitur, inquit, torpedinem, difficulter haberi poterit ſermo, quemadmodũ ſacerdos ſit Chriſtus, ſecundum ordinem Melchiſedech inſtitutus, & ueſtram ob ignorantiã nequaq̃ quiuerim & illud recte interpretari. Enimuero Corinthios, apud quos cũ nequiret de ſpiritalibus diſputare, ut qui inter ſe diſſiderent, ut ſegnes & torpidos arguit. Cum autem in inquit facti eſtis, oſtendit hos olim ſanos fuiſſe, & mente integra, & fide conſtanti, & poſtremo tandem in eam ignauiam recidiſſe.

Aliàs inſcitiam

ET ENIM cũ deberetis magiſtri eſſe propter tp̃s.) Laudibus uituperationẽ interſerit, dicens. Aliorũ oportere hos inſtructores eſſe. Oſtendit aũt iampridem his q̃ multa fuiſſe de Deo credita, & myſteria ipſa intellexiſſe. Id ſane utrũq; laudibile eſt, & eorum in gloriã cederet, ni ignauos ſe poſtmodũ præſtitiſſent. Solent eni inquit, hoĩes tp̃is fieri proceſſu ualidiores, uos uero illo abuſi, in ignauiã eſtis iam reſoluti.

RVRSVM indigetis, ut uos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonũ Dei.) Elementa Chriſti, humanitatem dicit. Nam quemadmodũ cum literis danda eſt opa primũ elementa ipſa ſunt pdiſcenda, ſic & hoc loco Chriſti humanitatem fuiſſent hi edocendi & aſſuefaciendi minoribus, ut poſtmodũ ad maiora, et diuinitatem ipſam progrede-

progrederent̃, quæ ſane mentẽ exigit ꝑfectiorem. Ecce iã a Paulo ipſo edoctus es, q̃ ꝗbrẽ infimis ſit ſermonibus imoratus, nec altius aliq̃d uel raro dixerit, et ꝙ demũ ob auditorũ imbecillitatẽ id agat, argumento eſt epiſtola q̃ abiectioribus eſt & infimis rebus referta. Et ſi q̃d forte q̃d ſit ſublime cõtineat, ſummati illud et breuiter tractat.

ET. FACTI eſtis quibus opus ſit lacte, nõ ſolido cibo.) Non eni opus, inquit, habetis, ſed facti eſtis, id eſt, ueſtra opa ad id eſtis deducti, ut uoluntate ſitis iſtiuſmodi

Lac, & cibus ſolidus.

redditi. Lac uero humilem ſermonẽ & de minimis differentẽ, hoc loco appellat, & in epiſtola q̃ ad Corinthios ſcribit. Solidũ uero cibũ, quæ ꝑfectiora & altiora ſunt dicit. Non eni, inquit, oportuit q̃ legis ſunt in p̃ſentiarũ producere, ex hiſq; & Chriſtũ conferre, qui haud quaq̃ poteſt præ eius magnitudine cõparari, quia & Pontifex ſit, & ſeipſum imolandũ obtulerit, & cũ clamore orauerit & ſupplicatione. Cũ itaq; iſtiuſmodi uobis ſint nutrimento, uel iſta adieci. Nota aũt uerba Diuina pro ueris eſſe & certioribus nutrimentis. Dabo eni, inquit, his famem audiendi uerbum dñi.

OMNIS enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermõis iuſtitiæ, paruulus enim eſt.) Iuſtitiã hoc loco, uel uitam dicit optime geſtam, ut perinde ac ſi dicat, qui eni minus perfectus eſt, ſupernæ erit philoſophiæ ignarus, nec ꝑcipere poteſt uitæ ſublimitatem, quam Chriſtus ſic inquiens a nobis depoſcit. Etſi non abundauerit iuſtitia ueſtra pluſq̃ Scribarum, & Phariſeorum &c̃. Vel iuſtitiam Chriſtum ipſum appellat, quaſi id inferat. Qui humilium iſtiuſmodi & de incarnatione tractantiũ particeps fuerit, Verba uero quæ altius de Deo & dignæ fiunt, nequaquam acceperit, tanquam infans aliquis erit, nec tanti myſterij capax.

PERFECTOrum autem eſt ſolidus cibus.) Id eſt, ſublimia dogmata, & Chriſti complectentia diuinitatem. Videſne & aliud quiddam infantiæ genus, quod ſenibus ineſſe deprehenditur, mentis ſcilicet ſimplicitatem quandam & inconſtantiã, & perfectionem quam ætate inferiores ut aſſequantur, nil impedit.

QVI PRO habitu & conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionẽ boni & mali.) Conſuetudinem perfectionem dicit, & morum ipſorum firmitatem. Vt enim eſt moribus quiſq; & habitu ſtabilitus, ſic & animi ſenſus habet in ſacris literis exercitatos, ita ut dogmatum celſitudinem queat & humilitatem diſcernere, & ſana a corruptis dijudicare. Non enim de uita hoc loco diſſerit. Nam bona diſcernere quiſq; ualet, nouitq; malum eſſe nequitiã, probam uero uirtutem. Aduerte au-

Senſuum exercitatio.

tem quemadmodum exercitatione & experientia ſcripturarũ ſit opus, ſi nobis quæ hæreſim ſapiant, & quæ minus ſunt differenda. Neq; omnibus adhibendæ ſunt aures, guttur enim cibos deguſtat, anima uero probat ſermones.

QVAPROpter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem ad ꝑfectionem eius feramur.) Dixit ſupius torpidi eſtis & infantes, & neceſſe habetis iterato, prima fidei elementa iã edoceri, nunc uero inquit, oportet utiq; tanq̃ ꝑfectos uos ſapere, excedereq; Chriſti inchoationis ſermonẽ, id eſt, fidei ipſius primordia, & ad ꝑfectionem deferri, ſublimiũ ſcilicet eſſe capaces. Vel aliter intelligi id dictũ poteſt. Cũ enim hi circa fidem uiderent̃ claudicare, eo nunc de uita diſſerit incomprehenſibili perinde ac ſi dicat. Haud quaq̃ neceſſe eſt, ut circa ipſa initia ſemꝑ uerſemini, id eſt, ut de fide aſſidue inſtruamini, tanq̃ ad eam nuper inducti, ſed ut ad ꝑfectionis faſtigium perducamini, id eſt, ad optimũ uiuendi modũ. Optimus eni eſt quiſq;, cui ad fi-

Fides eſt fundamentũ ſpiritualis edificii.

dem acceſſerit & rectior uita. Principiũ tamen & fundamentũ eſt fides, qua ſine, nihil appꝛehendit̃, ſicut nec abſq; prioribus elementis, literarũ quis poteſt habere peritiam. Nec tñ perpetuo primis debetis elementis inſiſtere, nec ſemꝑ tanq̃ pueri minutiores & imperfecti in fide eſtis erudiendi. Si quis uero quæ ante propoſita ſunt cõſpicetur, improbetq; quæ deinceps ſequunt̃, tanq̃ ſuperioribus minime cõgruentia Intelligat id ſæpe Paulũ facere cõſueuiſſe, ut cũ de re una aliqua tractet, ad aliam proſiliat longe diuerſam. Quemadmodũ & ad Corinthios, cũ de comeſſationibus & cænis differeret, de diuinis myſterijs ſermonẽ ſtatim inuaſit. Nec ſecus & hac in epiſtola, cum his

la,cum his ignauiã,imbecillitatem,& torpedinẽ exprobraſſet,ad perfectionẽ accipi
endam tranſgreſſus,& quẽadmodum illis uiuendũ eſſet,dicere eſt adortus,imperfe-
ctos eos appellans.Et eo quidẽ,quia nequaquã cum Fide & uitã coniunxerant.

NON RVRſum iacientes fundamẽtum pœnitentiæ ab operibus mortuis & Fidei
ad Deum.) Id eſt,ne denuo eadẽ illa aggrediamini,quæ olim feciſtis cum Baptiſ-
mi eſſetis lauacro abluendi, & nuper ad Fidem conceſſiſſetis. Ex mortuis operibus
pœnitentiã dicit,id eſt,Sathanæ operum repudiationẽ.Conſtat enim qui ad Chriſti
Fidem acceſſerit, prioris tam dogmatis quã uitæ pœnitudine ⁎ conceſſiſſe. Nam
ſi præteritorum quẽpiam nihil pœniteat,quo pacto prę ſentia aggredietur? Et ideo
Fide adiecit ad Deum.Nam mortuis renuntiantẽ operibus,mox Fides inuadit.Ait
igitur. Non eñ uos eſtis tanq̃ tyrones & nuper inſtructi in fide erudiendi, quippe
qui iam diu Fidem hanc exceperitis.Ex his autẽ arguit Paulus hos quidẽ in Fide la-
baſſe,& tanquam nondum obfirmatos,fundamẽto aliquo indigere.

Neceſse ẽ eum peniteree uitæ præteritæ qui nouam uult inchoare.

Aliás. Ductũ eſse.

BAPTISMVM doctrinæ.) Neq; eñ perinde multa ſint baptiſmatis genera,plu
rali uſus eſt numero,cum unũ ſit Baptiſma,ſed antequã id ſequatur,& accidat ſit ne
ceſſe.Nam ſi rurſum hos inſtitueret,et iterato ut labẽtes Bapriſmo ablueret,neceſſa
rio & Baptiſma id,plura hæc ſequerẽtur,quod ſane foret abſurdũ.Inquit ergo.Nõ
enim iterũ eſtis baptiʒandi, ſed in primo uobis accepto baptiſmate,permanendum.
Sciendũ præterea quẽadmodum qui legi inhæſerant, uarias baptiſmatũ ſpecies Iu-
daico ritu,uel in gratia denunnaſſe. Attende etiam uni poſt pœnitentiam baptiſmus
affertur. Nam cum pœnitentia hæc ſola per ſe nequeat nos penitus emundare,& ba
ptiſmo abluimur,ut omne in nos collatũ munus Chriſti gratiæ aſcribamus.

Variæ baptiſmatum ſpecies quondam.

IMPOSITIonis quoq; manuum.) Qua ſcilicet & Spiritum ſanctũ accipiebãt,
cuius gratia & futura prædicerent, & miracula ederent. Ait enim & alibi Paulus.
Cum manus eis impoſuiſſet,acceperunt Spiritum ſanctum.

AC RESVRrectionis mortuorum.) Id enim cum baptiʒamur,per figuram præ
tenditur. Nam cum ueluti ex aqua emergimur, tunc quidem reſurrectionem fateri
uidemur,& mortuos reſurrecturos aſtruimus.

ET IVDIcij æterni.) Id eſt,q̃d perpetua quędam eſt allaturũ,ſiue bona ſint illa,
ſiue mala & cruciatus. Verũ id uideť hoc loco ſentire Apoſtolus.Eſt quidẽ non in-
decẽs hos ipſos exiſtimari,& ſi iam credidiſſent,nutabundos tamẽ & inſtabiles eſſe,
uel praue ducere uitã & negligenter.Subinde diceret,uigilate. Non eñ id dicere li-
cet,ſi per ſomnolentiã & ignauiã uiuimus. Vel forte & a fide ipſa deficimus,iterato
poſſumus per Baptiſmi lauacrũ ſegniciem oẽm & peccata abluere, & priſtina bona
recuperare.Non eñ bis baptiſamur,ſi ſic fore exiſtimatis,longe uos fallit opinio.

ET HOC faciemus,ſiquidẽ permiſerit Deus.) Quod illud ad perfectionẽ dico
euadere ſi modo id Deo libuerit.Hoc aũt non eo intulit,p̃inde nequaq̃ hoc p̃miſſu
rus ſit Deus,ſed quia uſurpare hm̃oi aliq̃d interloquendũ ſolemus,ſi dei uoluntate
fieri liceat,hoc illudve ſum aggreſſurus.Simul etiã iſtruit,ut cũcta ex illius arbitrio
pendere,& nutu exiſtimemus. Et ita ut uel ea q̃dẽ quæ ex cõfeſſo ſunt bona,ꝓprio
iudicio nequaq̃ credamus uel uiribus.Idip̃m & Iudas Apoſtolus cõmonefacit.

IMPOSSIBILE eſt eñ eos qui ſemel ſunt illuminati.) Non eñ inutile dixit uel
indecorũ,ſed impoſſibile. Quo fit,ut & his de ſecundi lauacri expectatiõe,omnem
(ſpem adimat.

GVSTAVErunt etiã donum cœleſte,& participes facti ſunt
Spiritus ſancti.) Donum cœleſte,id eſt,Dei gratiam & Spiritus ſancti peccato-
rum,ſcilicet remiſſionis. Tunc enim & Spiritus ſancti participatio adeſt,cum remit
tuntur delicta.Quippe qui in corpore habitet, Peccatis olim obnoxio. Is uero,ut di
ximus,Spiritus,per manuum impoſitionem conferebatur.

Donũ cœleſte.

Spiritus ſancti participatio quid.

ET BONVM guſtauerũt dei uerbũ.) Quod illud ſit nequaq̃ apertius,ꝓtulit,inſi
nuat tamẽ quẽadmodũ de uniuerſa ſpiritali doctrina ediſſerat,cũ Dei uerbũ dicit.

VIRTVTESq; ſæculi uenturi.) Mirandarum rerum operationes ſæculi uirtu-

tes appellat. Vel uitam ſi quando in angelorum hanc ducimus morem, & ita ut nullis præſentibus rebus indigeamus, ſed futuris duntaxat intendimus, habentes iam uitæ futuræ pignus uitam quam hoc ſæculo uiuimus, nullis operibus aut rebus exterius oppreſſi, ſed ſpiritalibus dediti.

ET QVI prolapſi ſunt reuocati rurſum ad pœnitentiam.) Id eſt, per pœnitentiam. Quid ergo? Num in præſenti eiecta eſt pœnitentia? Nequaquã, ſed ſecundi

Baptiſmus nõ iteratur.

lauacri innouatio. Eſt nanq; Baptiſmi propriũ, homines innouare, ſicuti & propheta ait. Renouabit̃ ut aquilæ iuuẽtus tua. Pœnitentiæ autẽ officium eſt a uetuſtate eruere, & eruta roborare, cum nequeat tamẽ ad claritatẽ cœleſtem illam traducere, quod utiq; ſola gratia ualet. Ad pœnitentiam itaq; inquit, baptiſmatis ſcilicet. Prius enim anteactæ nos pœnitet uitæ, deinceps & Baptiſmo abluimur, ſicuti prædictũ eſt pœnitentiæ, ex mortuis operibus. Ex ſequentibus tamen liquido patet, hæc quidem idcirco Paulum protuliſſe, ut ſecundo baptiʒari hos prohiberet.

RVRSVM crucifigentes ſibi Filium Dei.) Baptiſmus quidẽ pro Cruce habet̃. Cum Chriſto nanq; & uetus homo patibulo affixus eſt. Vnde & Chriſti ipſius per mortis ſimilitudinẽ, illi ſumus nos cõplantati, et itẽ cum per baptiſmũ ſimul, ꝙ utiq;

Cũ in aquã baptiſmatis imergimur Chriſto conſepelimur.

cum aqua ĩmergimur figurat̃, humati ſumus. Nam quẽadmodũ ille in Cruce mortẽ carne obiuit, ſic & nos in Baptiſmo ſumus Peccatis demortui. Qui igit̃ fuerit ſecũdo baptiſmo ablutus, quantũ in eo eſt, iterato Chriſtũ cruci affigit, ꝙd plane abſurdum & impiũ eſt. Ille nanq; ſemel & mortuus eſt & reſurrexit, & mors ei ultra nõ dominat̃. Non ergo erit ſecundũ aliud quiddam baptiſma, quia nec eſt ſecunda crux aliqua. Nam ſi ſecundo baptiſmus concederet̃, quid impediret quo minus uel tertio & quarto, uel millies quis baptiſmo hoc perfruat̃. Nec ſimpliciter dixit crucifigentes, ſed ſibiipſis adiecit. Vt arguat, qui negligẽtius uitã hanc ducunt, ſic oĩa factitare perinde aliud quiddam lauacrũ expectarent, ac tanquã praue de Fide ſentirẽt.

OSTENTVI habentes.) Triumphi loco ducentes, uituperant. Hoc autẽ dupliciter uelim intelligas. Vel quia hi qui tunc tẽporis patibulo hunc ſuffixerũt, ad eius ignominiã id mortis genus excogitarunt, abominabile ſcilicet & ignominioſum, ut quod latronibus deſtinatum eſſet & ſceleratis. Vel quia cum ſemel mortẽ Chriſtus obierit, immortalis eſſe iam creditur. Quo circa qui iterato illum cruci affixerit, falſum id & cõmentitium reddat, quod ſane Chriſto in dedecus cederet. Quandoquidem poſt unicam mortẽ ei deneget immortalitatem, & ut falſam coarguat. Ait itaq; duobus modis fieri non poteſt, ut res ita ſe habeat. Primo quidẽ, quia nequaquam dignus arguitur, qui fuerit re tanta dignatus, & baptiſmi ſit lauacrum & peccatorũ remiſſionẽ adeptus, & iterato iiſdem bonis fruatur. Secundo uero quod dictu nefarium eſt, quia impoſſibile eſt Dei Filium denuo Crucem poſſe ſubire.

TERRA enim ſæpe ſuper ſe uenientẽ imbrem bibens.) Terram quidẽ animam ipſam, imbrẽ uero doctrinam appellat, ut alibi. Imperabo, inquit, nubibus Deus, ne aquã pluant in uineam. Et rurſum. Fluuius Dei impletus eſt aquis, hoc eſt, qui a deo alios inſtruẽdi gratiam ſumpſit, ſupernis oppletus eſt donis. Oſtendit aũt hoc loco hos ipſos, & ſi uerbũ exceperint, idq; & alias ſæpe ſint aſſecuti, nil tamẽ ex eo adhuc profeciſſe, quod & ſuperius dixit. Qui debetis eſſe magiſtri propter tẽpus.

ET GENErans herbam oportunam.) Id eſt, uitam uirtute præditam. Nihil eſt enim compoſitum adeo & decorum, ut uitæ puritas ipſa.

Simile.

ILLIS A quibus colitur.) Herbam. i. recte uiuendi modũ illis parit hæc terra, a quibus & colitur, & iiſdem eſt hæc oportuna. Siquidẽ iidem illi, quibus uirtus ipſa eſt uſui, ea fruũtur. Nõnulli uero illis, id eſt, præceptoribus iterpretati ſunt. Per eos nanq; optima uita excolitur, & ipſi ſunt diſcipulorũ uirtutis participes.

In Grecos Philoſophos.

ACCIPIT benedictionem a Deo.) Hoc loco tacite Græcos philoſophos refutat, qui terræ feracitati fructuum ubertatem aſcribunt. Non enim, inquit, cultricẽs manus ſunt quæ fructus producunt, ſed id omne in Dei eſt poteſtate, qui terræ

fructus a

fructus abunde defert, & his benedicit, ut magis exuberent.

PROFERENS enim ſpinas ac tribulos.) Non eſt generans dixit, ut paulo ante de herba iam dixerat, ſed proferens, id eſt, luxurians & ubertim germinãs. Spinæ uero & tribuli, cum uitæ curas, tum opũ fallacias, & quoduis Peccati genus deſignant. Quemadmodũ & Dauid inquit propheta. Conuerſus ſum in erumna mea, cum inſigit ſpina. Spina nanq; non modo inuadit, ſed inhæret & figitur, & acriter adeo, ut ſi non penitus oẽm excuſſeris, uel ſi puſillum aliquid ex ea reſederit, dolores excitet non mediocres, & quibus ut medeat neceſſe ſit, & diligentior cura præſtet. Accedit & tribulus, id eſt, Peccatum. Qui undecunq; attractes, & pungit acrius, & undiq; ſe præbet infeſtum, & in hac uita ignominiã affert, & in futura tormẽta & pœnas.

Peccata ſpinis & tribulis apte comparantur.

REPROBA eſt & maledicto proxima.) Terræ quidem probatæ feraciq;, bene dictum fuiſſe a Deo iam dixit. Infructuoſam uero & ſterilem, non execrabilẽ dixit, ſed execrationi propinquã, ne penitus deſperemus. Nam qui fuerit maledicto propinquior, poterit, ſi uelit, ab hoc per pœnitentiam procul abſcedere.

CUIUS cõſummatio eſt in cõbuſtionẽ.) Haud ſane qui cõburit dixit, ſed cuius in cõbuſtionẽ eſt finis. Hoc eſt, qui ad finẽ uſq; in prauis facinoribus perſeuerat, ut queat a ſterilitate ſecedere, & ſentes ipſos cõburere, et ꝓbus effici debet, & benedicti (particeps fieri.

CONFIDIMUS autẽ de uobis dilecti meliora opera & uiciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.) Cum ſatis iam hos momordiſſet, incuſſiſſetq; formidinẽ, placat tandẽ & lenit medendo, ne prorſus reddat infantes, ſed ut iam reſipiſcant hortat. Nam qui torpidũ minus inceſſerit, torpedinẽ procul dubio augebit. Ait igit. Non eſt hæc uos ut improbẽ dixi, neq; ut exiſtimẽ ſentibus iã eſſe obſitos, Sed ueritus ne id uobis contingat. Non eſt expectamus tales uos fore, ſed qd ſatius eſt, opera ueſtra ſaluti ꝓpinquiora, id eſt, ueſtram ſalutẽ curæ uos habituros. Tametſi hæc loquimur, hoc eſt, acrioribus uerbis exacerbamus. Vel etiam de eorum uita hæc diſſerit, perinde ac ſi dicat. Non enim adeo ſenticoſi uos eſtis, & Peccatis oppleti, qui in ſperãda ſit ſalus. Vel forte eos de futura retributione cõmonefacit, quaſi id inquiat. Neq; enim adeo eſtis execrationi propinqui, neq; tam ad uredinem proximi, ſed alia quædam uos præmia manent, ut ex ſequentibus patet.

NON EST enim iniuſtus dominus, ut obliuiſcatur operis ueſtri.) Vide quemadmodum hos recreauerit confirmetq; ad meliora ſperandum, admonitos & priorum operum, & diuinę iuſticiæ, ſic dicens Si enim iuſtus eſt Deus, nequaquã ueſtra opera obliuioni mandabit, quæ olim geſſiſtis, clemẽtiæ & mutuæ charitatis, pro his haud dubie uobis mercedem ille perſoluet. Nulla ergo uos capiat deſperatio, quandoquidem expectanda ſunt potiora. Habet enim Deus omnem in ſe æquitatem. Si quid igitur habuit mea oratio acerbitatis, nil profecto urgendi uos gratia ea ſum uſus. Quippe quos ſciam nequaquam eſſe merito execrandos.

ET DILECtionis quã oſtendiſtis in nomine ipſius, quia miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.) Magna quædã fuiſſe quæ hi gererent opera, ſuo teſtimonio ꝓbat Apoſtolus, & horũ laudat promptitudinẽ. Id nanq; miniſtrandi officium, ſummã miniſtrantis exprimit uoluntatẽ. Charitatem uero eleemoſynã dicit, quã non modo fratribus ſunt impartiti, ſed in Dei etiã nomine aliis contuliſſent. Vide quã maxime illud nos conſolat. Siquidẽ non in ipſis hominibus, ſed in deo beneficiũ collocamus, ſicuti & in Euãgelio Chriſtus. Quod eſt uni ex pupillis iſtis feceritis, mihi feciſtis. Enimuero qui Dei ob gratiã fratri diligẽter ꝓſpexerit, in Deũ id beneficij contulit. Sanctis aũt, id eſt, fidelibus ipſis. Eſt enim quiſq; cum Fide & ſanctimoniã nactus, uel ſi in rebus hiſce mundanis uerſet, ſi modo Fidem operibus roboret. Ait enim & alibi Paulus. Sanctificatur quidẽ uir infidelis, in muliere fideli, & ecõtra. Parit itaq; ſanctitatẽ Fides. Quo fit, ut non ſolũ in heremo diuerſantibus, ut præditis ſanctitate, quin & laicis erit cura & ſtudiũ per nos impẽdenda. Illi nanq; Fide & uita præferunt ſanctitatẽ, hi uero per Fidem nonnunquã, & uitam pleriq;. Attende aũt ut eos

Charitatẽ eleemoſina roborat.

In quolibet ſtatu ſalus acquiritur modo fides aſſit operibus roborata.

 nunc lenit

nunc lenit placatq;. Non enim qui miniſtratis inquit, nec ultra progreſſus eſt, ſed & miniſtratis ſubiecit, id eſt, uel hoc tempore ueſtrum hoc præſtatis officium.

Paterno affectu docet. Paulus non autoritate.

CVPIMVS autē unumquenq; ueſtrum eandē oſtendere ſollicitudinē ad expletionem ſpei uſq; in finē.) Perinde ac ſi aliquis quæreret, quamobrē hæc Paule protuliſti, ſi nihil eras nos inceſſurus? Hæc inquit eo protulerim, ut in futurum recta progrediamini. Non ut quæ ante hac ipſi egeritis improbē, ſed ut in poſterū uobis proſpiciam. Nec uolo dixit, quod utiq; præceptoriæ auctoritatis fuiſſet & licentiæ, Sed cupimus, quod ſane eſt paternæ affectionis indicium. Nec uerbis tenus mea hæc terminatur cupido, ſed ardet animus ueſtri ob gratiā. Tantam uim præfert cupiditatis, cum cupimus dicit. Nec ueſtri ſolū, ſed cuiuſuis hominū. A deo ille acerrime omnium ſuſceperit curā, cuiuſuis conditionis & ſtatus, & uniuerſos hic tutabatur. Cupimus inquit, uos eandē oſtendere ſollicitudinē ad expletionem ſpei, id eſt, ut plenam & perfectā habere uos ſpem præferatis. Aduerte quā prudēter hæc tractet. Quippe qui ne aperte quidē hos urgeat, nō enim a ſpe inquit uos excidiſtis, & reſipiſcite tandem, ſed ſubinde id minius dicat, uelim equidē omni uos ſtudio niti, ut quales olim fuiſtis, tales uos in præſenti & in poſterum exhibeatis.

VT NON ſegnes efficiamini.) Vel id quidē ſubiungit, ut hos conſoletur. Nam & in futurum rem ipſam producit. Dixerat nanq; ſuperius, quandoquidē torpidi eſtis effecti, ſed auditu. Ibi quidē ſolis auribus torpedinē terminat, nunc uero proſpicio inquit, quo minus ad animum hæc pertingat ſegnities. Nam quēadmodum corpori otium & inexercitatio officit, ſic & animo bonorum operum obeſt neglectus, & homines reddit ſomnolentiores & torpidos.

Quo magis animi magnitudine pollet quis eo acrius uexari permittitur ut eius fides innoteſcat.

VERVM IMItatores eorum qui Fide & patientia hæreditant promiſſiones.) Cōmemorat quæ ante hac optime peregiſſent, & ex eorū recte factis profert nunc argumēta & ad priſtinum ſtatum traducit. Verum ne forſan exiſtimēt ſe plane indignos quorum haberi ratio debeat, eoq; & ſpretos fuiſſe a Deo & deſtitutos. Oſtendit tentationibus uiros eo acrius diuexari, quo magis animi magnitudine polleant, & Deum ipſum magnis & præſtantibus uiris ſic uti ſolere. Nam ſi confeſtim traderet quod fuerit pollicitus, nequaquam quanti eſſet quorūdam Fides pateret. Tunc enim arguitur quis Fidem præſtare aliquid pollicēti, cum & ſi longius interlabitur tēpus, ſperat tamē promiſſa ſe accepturum, nec meret deſperans uel torpet. Ait itaq;, eo quidē pungentia loquor, ut uos excitem tandē ad hos imitandum, qui promiſſorum iam ſunt hæreditatem adepti. Qui uero hi ſint paulo poſt dicturus eſt. Aduerte aūt, quemadmodum prius Fidem poſuerit, deinceps & patientiam ſubdat. Ex Fide nanq; & patientia oritur. Ni enim quis prius crediderit, daturum Deum quod ante promiſerat, nil patienter moram hanc tolerabit.

Fides patientiam gignit.

ABRAHAE nanq; promittens Deus, quoniam neminē habuit per quē iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum dicens. Niſi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te.) Cum multa ſint quæ ex Fide hæreditarunt promiſſa, alios quidē interea præterit, reliquitq; poſteris conquirendos, unius duntaxat Abrahæ meminit, cum ob perſonæ auctoritatē, tum quia hic præcipue, cui pleraq; promitterentur, dignus eſt habitus ut promiſſa aſſequeretur. Vnde & arguit nihil eſſe intoleranter ferēdum, ſed expectandum Deum, qui promiſſa non ſtatim dependere, ſed longo poſt tēpore conſueuit. Verum quando iurauit Deus. Nimirū uel ipſis quidē in uerbis iuſiurādum hoc eſſe arguitur, cum inquit. Per memetipſum iuraui. Forte etiam, cū niſi inquit, dicturus eſt quiſpiam, Dei eſſe hoc iuramētum per ſemetipſum iurantis. Niſi uero, pro certe poſitum eſt, quod ſane nil aliud præfert, niſi ꝙ ueritatem affirmat. Veritas uero quis eſſe præter Deum alius poteſt. Sic & in Euangelio dominus. Amen dico uobis, eodē utitur & ſimili iuramēto. Cum enim non haberet præſtantiorē per quem iuraret, per ſemetipſum iurauit ſicut & Pater.

Expectandus deus qui nō ſtatim implet promiſſa.

SIC LONganimiter ferens adeptus eſt repromiſſionē.) Cur enim cum in Epi-

ſtolæ calce

ſtolæ calce dicturus ſit Paulus, hi oẽs non retulerũt repromiſſiões, ſed e longinquo eas ſpectarunt & ſalutarũt, nunc uero aſſerit fuiſſe Abraham promiſſa iam aſſecutum? Non eñ hiſdem de rebus hoc loco & alibi diſſerit. Hic quidẽ facit de his mentionẽ, quæ in uita hac promittunĩ, quæ poſt diuturnũ tempus adeptus eſt Abrahã. Ibi uero de cœleſtibus, quæ nondũ eſt conſecutus. Vtrunq; tamẽ magnũ his affert, qui puſillo ſunt animo, ſolamen. Quandoquidẽ promiſſa hæc ſi magno animo fuerimus, cõſequemur. Alias uero arguemur ueſaniæ, ſi nondũ Abraham qui tot iam ſæculis naturæ conceſſit, eadẽ illa eſt aſſecutus, ipſi uero ægre ferremus nondum his eſſe potitos. Aduerte aũt, cum longanimiter dixit, nõ minus ex diuinis ꝓmiſſis hæc aſſequi poſſe, quã per magnanimitatẽ & tolerantiam. Nunc uero cum longe ſecus rem ſuadet his euenturã, id eſt, intercidi poſſe promiſſa, cum ipi diffidimus, territat, idipſum affirmans in deſerto uaganti populo contigiſſe. Qui cum in deſperationẽ ueniſſet & diffidentiæ malũ, promiſſionis terrã non eſt conſecutus. Dicet aliquis, bene habet. Cur tamẽ nec ſanctiſſimi uiri, & ſi tolerantiã de ſe præſtitere, hanc ipſam non attigerũt? Quia in fine, inquit, illa ſunt haud dubie adepturi. Vulgus uero quæ tulit illud, nec diuinas illas attingere potuit ꝓmiſſiones, nec prorſus attinget.

Abrahe longanimitas.

HOMINES enim per maiorẽ ſui iurant, & omnis eorũ controuerſiæ finis ad confirmationẽ eſt iuramẽtum.) Id eſt, iureiurando altercationis omnis ambiguitas tollitur. Nam & ultro citroq; multa dicũtur, ut res ipſa pateſcat, ius tamẽ iurandum poſtremo inuadens confirmansq;, ſoluit id omne quo de ambigitur.

IN QVO abundantius uolens Deus oſtendere, pollicitationis hæredibus imobilitatẽ conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.) Cum itaq; res ita ſe habeat, ut iuſiurandum certiorẽ ſingulis rebus faciat Fidem, idcirco, inquit, & Deus hoc utitur, in quo, id eſt, cum per ſe iurauerit Deus, abunde nobis oſtendit facturũ omnino ſeſe quæ promiſerit. Oportuit tamẽ Deo ipſi uel iniurato, Fides haberi. Tolerat tamen ille noſtri ob gratiã cuncta, & nil prorſus eius dignitatẽ attendit, ſed modo ut nobis ſuadeat, ut ei Fidem pręſtemus, & faciat fidentiores. Vel ad humanã hanc deſcendit iurandi conſuetudinẽ, & ſuſtinet de ſe indigna iactari. Nos enim fideles, promiſſorum hæredes efficimur, quibus in eius ſemine, quod Chriſtus eſt, benedicitĩ. Aduerte autẽ, quemadmodum uel tunc Filium dicit mediatorem, Deum inter & homines conſtitutum. Per hunc itaq; ut uerbum, iurabat Deus ipſe & Pater.

Deo uel iniurato credendum.

VT PER duas res imobiles q̃bus impoſſibile eſt mentiri Deũ.) Atqualis eſt, & cuius ꝓmiſſio, quæ iureiurando ſit cõfirmata. Et quoniã id apud hoĩes & certius uiderĩ & fidius, eo & illud adiũxit, in quibus, id eſt, ex q̃bus his duobus fidiſſima uidetur ꝓmiſſio. Nec fieri poteſt, ut mẽdax aliquo pacto · õuincaĩ Deus. Vt igiĩ hic noſtri gratia iurat, & ſi eum dedeceat iuſiurandum, ita & hunc didiciſſe ex quibus perpeſſus eſt, ſcito. Homines eñ id certius tenẽt, quod ſit experientia cõprobatum.

FORTISSIMVM ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.) Hoc eſt, ſummam quandam monitionem & hortamẽtum. Nec plus quidpiam Abrahæ ratione, quam noſtri id dicitur, qui ad eum bene ſperando confugimus. Verum ubi nam fortiſſimum id habemus ſolatium & exhortationem? Nimirum in tenenda propoſita ſpe, id eſt, ex his quæ fuere Abrahæ illi collata, ut de noſtris his certiores reddamur & tuti, nec de cœleſtibus ambigamus, quorum nobis eſſe ſpes certior debet, ſed firmiter & tuto ſpem eam detineamus, nec ſinamus hanc ipſam effluere. Non enim ſecus nobis ac Abrahæ facta pollicitatio eſt, quin certior nobis, qui in Chriſtum credidimus, ut dictum eſt ſupra.

QVAM SICUT anchoram habemus animæ tutam ac firmam.) Quam ſpem ſcilicet, anchoræ loco habemus. Nam ut illa cum tempeſtas ingruerit, nauigia cõtinet ſiſtitq;, ſic & ſpes ipſa, qui tentationibus agitantur & nutant, ſtabiles reddit & patientes. Nec ſimpliciter anchoram dixit, ſed tutam adiunxit & firmam. Eſt præterea anchora alia quædam quæ nauim haud quaquam ſeruat immotam, ſi uel putridior

Spes ſi tẽtationũ tẽpeſtas ingruerit uelut anchora nauigium, ſtabiles nos reddit.

 uel leuior

uel leuior ſit. Non ab re itaq; fundamentum hoc loco conticuit, & anchoram dixit.
Illud enim magis obfirmat & molem impoſitam fortius ſuſtinet, & his quı̃ Sapien-
tiæ ſtudent, ſubijcitur. Hæc uero fluctuantibus & nondum obfirmatis, quales hi
erant qui tentationum procellis exagitabantur.

ET INCEDENTEM uſq; ad interiora uelaminis.) Dixerat ſupra expectate, futu
rum eſt enim ut ſperata perficiãtur. Nunc uero quod eſt certius affert, ait enim. Per
ſpem iam illa cõſequimur. Spes eñ hæc permeans cœlum, promiſſorũ nos cõpotes
& in his ut plane uerſemur, effecit. Tametſi uideť in terris conſiſtere. Eſt nanq; ſpei
Spei uis quãta. huiuſce uis tanta, ut cœleſtes reddat qui incolunt terrã. Quemadmodũ enim in uete
ri teſtamento uelamen, ſanctius tabernaculum coercebat & ſeiungebat a cæteris, ſic
& cœlũ nobis obtenditur, ut inferiora hæc a cœleſtibus abigat & diuinis.

VBI PRAEcurſor pro nobis introiuit IESVS. Cum eñ, inquit, ſpes nr̃a cœlũ
ingrediť, quod dixit cõfirmat, ex rebus ipſis et Fidẽ adiungit. Chriſtus nanq; in cœ
lum ſe cõtulit, ſed ꝑcurſor, id eſt, eodẽ conceſſuris & nobis, ducẽ ſe præbuit. Qui eñ
præcurſor eſt, nõnullorꝫ eſt inſequentiũ præuius. Nec magna eſt inter præuiũ hunc
& ſubſequentes intercapedo, ſicuti nec longe poſt Ioannẽ ſubſecutus eſt Chriſtus.
Quapropter nolite animo obturbari, ſi nondũ ea loca adiuimus, quæ præcurſor &
præuius domini tenet. Nec ſatis habuit præcurſorẽ dixiſſe, quin & ueſter adiecit, ut
maiorẽ faciat Fidem, perinde ac ſi dicat non eñ erat illi neceſſe ut cœlũ ingredereť,
quippe cui ſemper ut Deo cœlum pateret, ſed quemadmodũ pro nobis carnẽ acce-
pit, ſic etiã noſtri ob gratiam, cœli intima penetrauit, ut uiam & nobis ſequentibus
aperiret, ſumus ergo & nos neceſſario quo ille profectus eſt, conceſſuri. Vel pro no
bis, id eſt, ut Patrem nobis ſuo interceſſu conciliet, ſicuti & Pontifex ſemel in ſingu
los annos, ſacra illa templi penetralia. Deum populo conciliandi gratia adibat.

SECVNDVM ordinem Merchiſedech Pontifex factus eſt in æternum.) Vel id
quidem ad hos conſolandũ admodum ualet. Siquidem Pontifex noſter in cœlis uer
ſatur, & longe præſtat Iudæorũ Pontifici, ſed modo quodam & ordine. Non enim
pro illorum, ſed pro Melchiſedech ritu eſt Pontifex inſtitutus. Hunc præterea & lo
co & tabernaculo ſuperat, quod & ſuperius ſit & in cœlo, & teſtamẽto conſtet. Ex-
cellit etiam quia maioribus rebus & perfectioribus præſit, & loco tutiore conſiſtat.
Quippe qui perpetuus ſit, & non temporarius. Quin & perſona ipſa potior eſt. Eſt
nanq; a Deo progenitus. Nihil ergo eſt uobis extimeſcendum, hæc autẽ propter hu
manam carnẽ ſunt explicata, ſecundum hanc einm Pontifex factus.

CAP. VII. HIC ENIM MELCHISEDECH REX ſalẽ ſacerdos Dei altiſſimi, obuiauit. Abra
hæ regreſſo a cede regũ & benedixit ei cui decimas oĩm diuiſit Abraham.) Fert ſa
ne Apoſtoli animus, quid inter nouũ uetusq; teſtamentũ interſit, oſtendere. Quod
Nouũ à ueteri etiã ſtatim in ipſis Eplæ primordijs prætulit, inquiens. Olim quidẽ locutus eſt patri
teſtamẽto Pau bus Deus per ſeruos ꝓphetas, nobis uero in Filio, id eſt, in nouo teſtamẽto. Et quo-
lus ubiq; cupit niã auditores infirmi erãt & imbecilli, ad quos iſtiuſmodi perſcribebat, utpote qui
diſcernere. ægre ferrẽt preſſuras, hos interea collapſos añio reficit. Et cũ eos ſatis ad tolerantiã
reuocaſſet, rurſum de noui teſtamẽti præſtantia ſermonẽ inducit. Sed uide quã pru
Melchiſedech dẽter id agat. Oſtendit eñ Melchiſedech, qui Chriſtũ præfiguraret, dignitate Abra-
Abrahã digni ham anteire. Non eñ ſi illũ non anteiſſet, fuiſſet benedictis hunc ꝓſecutus, uel eius
tate anteibat. decimas excepiſſet. Cum itaq; ex Abraham ipſo ortũ ducerent legitimi ſacerdotes,
perſpicuũ eſt, uel ex hoc illũ præſtare, tanquã qui benedicta impartiretur & decima
ret aliorũ fortunas. Qua in re differre a legis ſacerdotibus conſtat. Quanto igiť ma-
gis uerus ille Melchiſedech Chriſtus, cæteros ſua magnitudine anteibit. Hæc uero
Melchiſedech ad Chriſtũ omnia rediguntť. Interciſa deinde de Melchiſedech, quam cœperat narra-
qui rex iuſti- tione, ſubinfert & myſtica quidem & ſpiritaliter, per allegoricam hiſtoriam.
ciæ dicitur fi- PRIMVM quidem interpretatur Rex iuſticiæ.) Oſtendit hoc loco, quemadmo
guram Chriſti dum Melchiſedech Chriſti præfert figurã, quod uel ex nomine ipſo perſpicuũ eſt.
prætulit.

melchi nanq;

מלכי nanq; Rex interpretatur, צדק uero iuſtitia. Quis enim alius fuit iuſtitiæ Imperator, niſi Chriſtus ipſe & IESVS noſter dominus? *Melchiſedech qui rex iuſti.*

DEINDE autem Rex Salem.) Vel ex ciuitate ipſa id liquet. שלום nanq; pax dicit. Nam q̃s alius Chriſtũ præter, pacis eſſe poterat rex? Qui cœleſtia ſimul & terrena pacauit. Nulli itaq; hoim competit iuſtitiæ et pacis Imperio, niſi Chriſto potiri. *ue dicitur figura Chriſti pre latis.*

SINE PATRE ſine matre ſine genealogia.) Affert & aliam quandã ſimilitudinem. Nã ut Melchiſedech, inquit, nõ quia parentes nullos habuerit, quippe qui ut cęteri hoïes in lucem ꝓdierit, ſed quia eius generatio ſuboſcurior fuerit & literis nõ ſit demandata, nec huius qui nã fuerint progenitores noïe explicantur, ſic & Chriſtus ſecundũ inferiorem hanc & humanã ſobolem, patre caret. A uirgine eni Maria & ſola ſecundũ carnem eſt natus, & matre q̃dem ſecundũ ſupernũ illum & cœleſtem ortũ. Nam a ſolo patre ante oïa ſæcula ſic genitus eſt, ut nec dici poſſit, nec mente cõprehendi. Eſt ꝓterea ſine genealogia. Ait eni generationem eius quis enarrabit. Nã & qui in cœlo hũc genuit pater, inenarrabilis eſt. Et modus ipſe naſcendi, & q̃ eum in terris peperit mater, rõni naturæ minus ſubijciẽ. Nec legi ulli hũanæ uel partus ipſe obſtringiẽ. Quemadmodũ ſcilicet quæ uirgo eſſet genuerit, ut ſine dolore, & huiuſmodi cætera. Vere itaq; Chriſtus & matre hoc pacto carebit & patre. Melchiſedech aũt nequaq̃ poterit ueris parentibus fraudari, id eni credi non poteſt. Sed ideo hæc Paulus refert, quia huius parentes nequaq̃ ſint ſacris literis explicati, & idcirco dicitur genealogia carere. Quaſi illud dicat Apoſtolus. Sic enim dixerã ſine patre Melchiſedech & matre fuiſſe, ꝙ eius genus nuſquam ſit in ſacris literis explicatum. *Melchiſedech parentes habuit ſed obſcuros* *Cur dicatur Melchiſedech eſſe ſine patre & ſine matre.*

NEQVE INitium dierũ, neq; finem uitæ habens. Aſſimilatus aũt filio Dei manet ſacerdos inæternũ.) Vel id ita intellige. quemadmodũ ſuperius diximus. Melchiſedech uero ut homo principiũ habuit, proculdubio et uitæ finem, cuiuſmodi tñ nos ignoramus. Quippe qui nec eius genituræ nec mortis tp̃s tenemus. Quo fit, ut quo ad noſtrã cognitionem q̃ nullã prorſus de hoc uel naſcente uel moriente habemus, nec principiũ habet hic ullum, nec finem. At Chriſtus quia ut Deus haud dubie nec dierũ habet initiũ, utpote qui principio careat, ſi temporũ aduertamus principia, tametſi a patre ut cauſa ducat originẽ, nec finem habet quia æternus. Vbinam gentiũ Arriani nunc agunt. Audiant quemadmodũ nunq̃ eſſe cœperit filius, Paulo identidem adſtruente. Et ſi quem forſitan dubitatio hmõi aliqua ſubiret, quo pacto Chriſtus eſſe ſecundũ ordinem Melchiſedech ſacerdos poterit inæternũ. Quando quidem ut cæteri hoïes Melchiſedech naturæ cõceſſerit, nec inæternũ ſacerdotio ſit ille potitus. Ambiguitatem hmõi ita ſoluemus. Et Chriſtũ fatemur, cũ ſit æternus, nec habeat finem, uero hoc fungi & ꝑpetuo ſacerdotij munere, & ita, ut uel hoc tpe ꝓ nobis offerre ſacrificiũ, pro eius in nos beneficijs, exiſtimeẽ. Acceditq; ꝙ apud patrem ꝓ nobis etiã intercedat, & hunc in modũ nobis ſacerdos ipſe longe magis prodeſſe arguiẽ, maioriq; myſterio quodã & mirũ in modũ & præter oim intellectũ ſeſe in cibũ & potũ proponit. Melchiſedech aũt perpetuo diciẽ ſacerdotio fungi, nec quidem ꝙ perpetuo eſſet uicturus, mortem eni iam multis ſæculis obijt, ſed quia de eius morte nihil habetur in Diuinis exploratũ codicibus, ut ex his ꝑnoſcere liceat, quo tempore ſacerdos eſſe deſierit. Datur ꝓterea id uel ex ipſis nominibus plane intelligi. Nam hoc unicũ erat Melchiſedech cognomentũ, ꝙ ſalem Rex uocareẽ, Chriſto uero certiora & uera inerant cũcta. Vnde nec principiũ habet nec finem, cũ principio ille & fine idcirco caret, quia nil quicquam de eo ſcriptũ conſtaret, ſed Chriſti duntaxat figurã hic præferebat qui uera omnia præ ſe, & propria tulit nõ aliena. *Chriſtus & Melchiſedech ſacerdotes in eternum.*

INTVEMINI autem quantus ſit hic cui decimas dedit de præcipuis Abrahã Patriarcha.) Cum figurã ueritati accommodaſſet, id eſt Melchiſedech Chriſto, nũc demum fidens figuram ipſam Melchiſedech Iudæorum ſacerdotibus clariorem arguit extitiſſe. Neq; his modo, quin uel Abrahã Patriarcham ipſum præſtare. Si igitur figura tantopere cæteros antecedit, longe magis & Pontifex Chriſtus incõpara

accipit, nonne Leui eſt potior, a quo uidetur per Abrahā decimas capere. Et ut breuiter dicam, quaſi dictum caſtigat Apoſtolus, tanquam facinus audax uiſum, ut Leui decimaretur, qui nondum in lucem prodierat.

ADHVC enim in lumbis patris erat quādo obuiauit ei Melchiſedech.) Confirmat quemadmodū decimatus ſit Leui, aitq́. Cum enī ab Abrahā progenitore acceptæ ſint decimæ, & a Leui exigunt̃ uirtute, tanq̃ qui in Abrahæ adhuc lumbis conſiſteret, futurūq́ eſſet, ut huius ex ſemine, & ſi nondū genitus fuerat, procrearet̃. Nec Leuitæ dixit ſed Leui, ut p̄ſtantiā præferret. ★ O qd ille eſt dicere auſus, Iudæorū enī inſtituta eiecit. Et idcirco dixit ſupius quia negligentes eſtis & torpidi, qa & hoc erat dicturus, ne ſi prius ignauiæ hos arguiſſet, minus poſtea Pauli dicta pungentia tolerarent. Horū ita animos, ad eius arbitriū præparatis inſtructiſq́ Paulus quodcunq́ anio reſediſſet, nunc explicat. Neq́ enim quemadmodū ſuſceptū ſemen continet terra, ſic & anima Dei uerbū uel tenet uel fouet. Ibi nāq́ ineſt natura, quæ & firmitudinē habet & ſoliditatem, hic uero uoluntas. Res ſane multiplex admodū, & inconſtans & nutabunda, eoq́ neceſſe eſt, ut præceptor q̄ multa longe ante diſpenſet.

Leui nondum genitus decimatur.

Aliás Neq́ grauius quicquam auſus eſt dicere.

SI ERGO cōſumatio per ſacerdotiū Leuiticum erat, populus eni ſub ipſo legē accepit, qd adhuc neceſſariū fuit ſecundū ordinem Melchiſedech aliū ſurgere ſacerdotem, & non ſecundū Aaron dici.) Oſtendit quemadmodū Melchiſedech ille Abrahā anteiret, & Leui in ordinē ſacerdotij illis effectus. Nūc uero aliud quiddā inducit argumentū, demonſtrans ſecundū Chriſtū ſacerdotiū eſſe Leuitarū longe ſuperius quodq́ et Chriſti conſumatū ſit & p̄ſectius, illorū uero imperfectū & mancū Nam ſi perfectū eſſet ſacerdotiū legis, neceſſe fuiſſet p̄ ritu Aaron ſurgere ſacerdotem. Aaron nāq́ de tribu Leuitico oriundus, alioquin haud quaq̃ ſecundū Aaron, ſed ſecundū Melchiſedech inſtitutū, ſacerdos dicit̃ ſurrexiſſe. Cū itaq́ imp̄ſectius illud coarguat̃, alius quidā inducitur ordo. Apertius tn̄ in ſubſequentibus hæc explicat Paulus, p̄inde ac ſi dicat. Si enī Chriſtus ſecundū ordinē Melchiſedech prius iā extitiſſet, deinceps eſſet & lex ſubſecuta, iure forſan obijceret aliquis cū minus eſſet ſecundū Melchiſedech ſacerdotiū abſolutum, datū fuiſſe & legis illud, q̄d Aaron eſſet. Nunc uero cū Chriſtus ſit ipſe qui eo muneris fungit̃, & aliā capit ſacerdotalis dignitatis figurā, perſpicuū eſt, q̄n quidem imperfectū ſit Aaron ipſius ſacerdotiū, pro eo aliud fuiſſe inductū, quod ſub ipſo legem acceperit. Quaſi dicat. Nemo poterat Aaron conſumatū dicere ſacerdotiū, quippe quod alijs, nō hebræis ſit traditū, id tamen populo plane collatū, in eoq́ & populus ipſe legem accepit. Hoc eſt iuſſus eſt huiuſcemodi ſacerdotio uti, & ad eius ritum intendere, & illius gratia oīa exequi. Cur ergo ſi quæras illud eiectum eſt, quia impotens certe & inualidum fuerat.

Sacerdotium Chriſti Leuitico longe præſtantius.

Imperfectum Aaron ſacerdotium.

TRANSLATO enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis trāſlatio fiat.) Patefacit hoc loco quemadmodū lege ipſa ceſſante & redacta in nihilū, conſequenter & illud eſſet teſtamentū inductum. Nam ſi alio traductum eſt ſacerdotiū, neceſſe eſt & legem aliam eſſe. Quandoquidem nequit ſacerdos ſine teſtamento & lege conſtare. Tranſlatū eſt itaq́ ſacerdotiū, non ſolū pro modo, id eſt, q̄ nequaq̃ pro Aaron, ipſius Melchiſedech inſtitutis & ritu cōſtet, ſed tribu. A ſacerdotali nanq́ Aaron tribu in regiam illam Iuda traductū eſt id ſacerdotiū. Sed attende myſteriū. Hoc enim cum regale fuiſſet, mox eſt & ſacerdotale effectum. Quemadmodū Chriſtus cū rex perpetuo eſſet, ſacerdos tamen euaſit cū carnem aſſumpſit, & ſeſe in ſacrificiū obtulit.

Chriſtus ſacerdos factus eſt cum carnem aſſumpſit & ſe in ſacrificium obtulit.

IN QVO enim hæc dicuntur de alia tribu eſt.) Oſtendit præterea, quemadmodum & ſecundū tribum tranſlatum ſit ſacerdotium, aitq́ Chriſtus in quo, id eſt, de quo dicunt̃ huiuſcemodi, & in quo hęc ſunt terminata, de tribu alia eſt, Iuda ſcilicet.

Sacerdotii Leuitici in aliā tribū translatio.

DE QVA nullus altario præſto fuit.) De qua tribu qui ortum duceret, nemo præſto fuit altario, id eſt aræ appropinquauit, uel ſacra curauit.

MANIFESTVM eſt enim quia ex Iuda ortus ſit dominus noſter.) Optime dictū ortus eſt, & ex Abrahæ uaticinio ſumptū, oritur ſtella ex Iacob aſſerentis, & ex

tandem conuicta, & nullius perinde profectus, repudiātur, Lex itaq; tamdiu olim obtinuit dominatum, quandiu in commodum cedere uidebatur.

INTRODVctio uero melioris ſpei per quam approximamus ad Deum.) Reprobatum utiq; eſt legis mandatum, & ſubinducta eſt ſpes. Nec qualis Iudæorum ſpes erat. Sperabant enim & illi, cum Deo ſe morigeros exhiberent, terrā hanc adipiſci, uel hoſtes aliquos debellare, & ut ſummatim dixerim, in præmium omnia expectabant quæ ad corpus pertinerent. Spes tamen noſtra longe ſecus ſe habet. Quippe quæ ſit longe præſtantior. Nam & cœlum ſperamus, & Deo eſſe propinquiores illic; cum angelis ſimul aſſiſtere & miniſtrare. Dixit ſuperius ingredientem internum uelamen, nunc uero per quam Deo inquit appropinquamus. Spes enim ipſa & Dei nos throno proximos facit, & ſocios reddit.

Spes Deo noſtrā proximos facit.

ET QVANtum eſt non ſine iureiurando.) Ecce & alio quodam modo, & iuniorem ſacerdotem a ueteribus differre iam indicat, & quid nouum inter & uetus teſtamentū interſit, enodat. Neq; enim ſimpliciter Chriſti inquit promiſſum eſt ſacerdotiū, ſed iureiurando confirmatū, ut abunde Dei uerbis fides præſtetur, quod & ſuperius dixit. Iurauit dominus Abrahæ, maioris certitudinis gratia.

HI QVIDEM ſine iureiurando ſunt ſacerdotes facti, hi autem cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.) Legis enim ſacerdotes, inquit ſine iuramento ſunt conſtituti. Non enim pro iſtiuſmodi ſacerdotum prouectione, iuraſſe hunc in modum comperimus Deum, tu ſcilicet, illeue, futurus es ſecundū legem ſacerdos. Chriſtus uero Deo iurante ſacerdotium iniit, eundem ſic alloquente. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Chriſtus Deo iurante ſacerdos factus.

IN TANTVM melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Chriſtus.) Hoc eſt, in quantum iureiurando confirmauit futurum hunc ſacerdotem. Neq; enim iuraſſet, niſi hic eſſet longe præſtantior. Vnde & nouum ueteri teſtamentū pluris eſſe arguitur. Sponſor uero, id eſt mediator & interceſſor.

ET ALII quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco ꝙ morte prohiberentur ꝑmanere. Hi autem eo ꝙ permaneant in æternū, ſempiternum habent & ſacerdotiū.) Arguit plane hoc loco, quantū Chriſtus ſacerdotes alios antecedat dignitate & gloria, aitq;. Ibi nanq; q̄ multos eſſe, quia mortales, hic uero unum, quia ſit immortalis. Sempiternū itaq; habet hic ſacerdotium, hoc eſt, quod aliquo pacto nequeat intercidi, nec ullum habeat in hac dignitate ſucceſſorem, Videſne quemadmodum legis ſacerdotes hic præſtet, quantum quod mortale eſt, immortale.

Sacerdotium chriſti ſempiternum.

VNDE SALuare in perpetuū poteſt accedens per ſemetipſum ad Deum.) Cū itaq; īmortalis ſit, inquit, pōt uel cunctis prodeſſe, & in perpetuū, nec momentaneā cum in hac uita, tū in futura ſalutem afferre. Nam & qui in ueteri Pontifex eſſet, & ſi cætera clarus & admirabilis, quandiu tamen Pontificij fungebat̃ hoc munere, tamdiu ſacrificia offerebat. Qualis & Samuel erat, & iſtiuſmodi cæteri. De cętero tamē nequaq̄ ſe ita gerebat, quippe qui mortem obiret. Chriſtus uero Pontifex ille & uitā ducit, ꝑpetuo, unde & ſalutem poteſt ſempiternā his impartiri, qui ad Deū ſeſe ꝑ eius trāſſerunt fidem. Nam qui in filiū credit, ad patrem ſe cōtulit. Patet nanq; per filiū ad patrem acceſſus. Id enī iter ſi quis inuaſerit, apud patrem diuertat neceſſe eſt.

Chriſtus eſt nobis iter ad patrem.

SEMPER VIuens ad interpellandum pro nobis.) Carnis ob gratiam. Abiectius hæc de Chriſto ſunt dicta. Eſt nanq; carnis aſſumptæ ratione Pontifex ille effectus. Et quia Pontifex ſit, eo & intercedere dicitur. Dicet aliquis. Num qui haud ſecus ac pater ſuſcitet mortuos, cum debeat per ſe ſaluti eſſe mortalibus, & qui omnē habeat cæteros iudicandi licentiam, & angelos poſſit partim in ignis caminū detrudere, & partim ſaluos efficere, qui fieri poteſt, ut ſuas pro alijs partes nunc interponat? Dixerim equidem ob eius humanitatem & carnem deſumptā, Chriſtū ita ſe gerere. Verum ut leuiorem ſe auditoribus Paulus exhiberet, nolite inquit uereri, haud

tamen id

tamen id uſurpare, charitate nos Chriſtus ex eius benignitate proſequitur, habetq; apud patrem fiduciã, abſtinete id dicere. Non eni nos poterit ſemper ille tutari, uiuit nanq;, & perpetuo ut Pontifex, utitur hoc noſtri ob gratiã interceſſu. Cum uero dico humanitatem, haud quaq̃ illam a diuinitate ſeiunxerim. Vna eſt enim in duobus ſubſtantia. Sed illud ago, ut auditores pernoſcant, quæ deceant utriuſq; naturã. Idipſumq; q̃d carne obductus filius aſſidet patri, interceſſio quædã pro nobis petendi tanq̃ caro ipſa patrem exoret, eoq; ſit hæc a filio ipſo deſumpta, ut ſaluos nos faciat.

TALIS ENIM decebat, ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens.) Conſtat ſane ex his quæ antea dixit, & proſequi non deſiſtit eadem confirmare, carnis dixiſſe ob gratiam Paulum. Quis enim huiuſmodi de Deo diſſereret? Nec pudet quidem incomprehenſibili illi naturæ hæc adieciſſe. ὅσιος itaq; religioſus & ſanctus eſt, qui nihil eorum quæ facere debeat, intermittit. ἄκακος uero & innocens, qui caret malignitate. Neq; enim inquit, eius in ore inuentus eſt dolus.

Oſios & Acacos græce uoces ab interprete relictæ.

IMPOLLVtus.) Neq; id quidem Deo in laudem cedere dixerit quiſpiã, minus ſcilicet dici hũc inquinatũ, ſed liquet ſane de Chriſti unius hũanitat edicta hæc eſſe.

SEGREGAtus a peccatoribus & excelſior cœlis factus.) Legis enim, inquit, ſacerdotes etſi in cæteris polleant ſanctitate, pro natura tamen humana, nequitiæ arguuntur. Nec prorſus ſunt a delinquentibus ipſis ſeiuncti, quippe qui & ipſi ſint peccatis obnoxij, necdum in cœlis uerſantur. Pontifex uero hic noſter, cum omni ſit uirtute ſuperior, & a peccatoribus ipſis penitus alienus, uel in cœlo eſt celſior factus, throno paterno inſidens. Cum uero factus eſt inquit, perſpicuum eſt ſecundũ carnem de Chriſto id dici. Nam ut Deus perpetuo eſt in cœlo ſublimior.

QVI NON haberet quotidie neceſſitatem quemadmodũ ſacerdotes prius ꝑ ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo.) Cum enĩ dixiſſet noſtrũ Pontificem hunc eſſe a peccatoribus ſegregatũ, idipſum deinceps dicendo amplificat, aitq;. Tantopere ille omniũ eſt facinorũ expers, ut uel hoſtiam offerens propriũ corpus, non illam pro ſeipſo obtulerit. Qui enim fieri id poterat, qui nihil deliquiſſet, ſed pro nobis hanc obtulit. Legis præterea ſacerdotes in dies ſingulos immolabant, tanq̃ nequirent ſemel ſacrificãdo expiare delicta. Hic uero hoſtiã taliter obtulit, & tam fuit illa rei ingentis effectrix, ut uel temporis momento, per ſe terrarũ orbem purgauerit. Quo fit, ut uel in hoc quidem noſter Pontifex Chriſtus legis ſuperet ſacerdotes.

Hoſtiæ ꝑ Chriſtũ oblatæ uirtus & efficacia

HOC ENIM fecit ſemel ſeipſum offerendo dominus noſter IESVS CHRISTVS.) Quod illud? Id ſane, ut ſacrificium ſcilicet pro populi peccatis, non ſuis offerret. Semel eſt ſacerdotis perfunctus officio, deinde uero, ut dominus ſedet. Veruntamen ne cũ ſacerdotem hunc dici intelligis, exiſtimes eundem aſtandi & miniſtrandi præſtare ſedulitatem, oſtendit quemadmodũ diſpenſatione quadam, ſacerdos illi fuerit effectus. Qua terminata, ſuam reſumpſerit ſublimitatem.

LEX ENIM homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes.) Ne forſan te ſuſpitio ſubeat, & ſi ſemel hic obtulerit hoſtiam, pro ſe etiam hanc obtuliſſe, confirmat nunc dicens, nil hunc pro ſuis peccatis offerre. Secundum Legem uero homines diuinitatis expertes, conſtituere ſacerdotes, habentes infirmitatem. Hoc eſt qui minus poſſint delictis obſiſtere, ſed illis, ut imbecilli ſuccumbunt. Hic autem cum ſit filius præpotens, quo pacto quiuerit peccato ſubeſſe? Qui ergo nullius eſt ſibi conſcius mali, cur hoſtiam eſſet pro ſe oblaturus? Siquidem nec ſæpe pro alijs ſed ſemel obtulerit. Quia cum uirtute is præſtet & poteſtate, uel unica & ſola oblatione ſatis potuit cuncta perficere. Poteris etiã infirmitatem pro peccato accipere, ut ſæpe alias, & multis in locis Paulus dicit. Vel pro morte ipſa. Nam cum mortales ſint qui legis ſunt ſacerdotes & fragiles, nec ipſi quidem crimine prorſus uacabant, nec purgare alios poterat. Hic uero & ĩmortalis & ꝑpotens eſt. Vnde ita ſubſequit̃.

SERMO AVtem iuſiurandi qui poſt legem eſt, filium in æternum perfectum.) Aduerte diſiunctionem. Ibi enim lex dicitur, hic iuſiurãdi ſermo. Id eſt firmiſſimus ueriſſimuſq;.

uerisſimusq́. Ibi homines & ſeruitute oẽs obſtricti, hic Filius ſimul & dominus. Illi infirmi, hoc eſt, delinquẽtes & pacto obnoxij, ac morti ſubiecti. Hic in æternũ perfectus, id eſt, ſempiternus & potens. Nec ſolũ cum inter hoïes ageret, ſed perpetuo delicti eſt expers. Hic itaq́ ſi ſemper eſt, ſi labitur nunquã, ſi uitam perpetuo ducit, quamobrẽ uel pro ſe offerre, uel aliorum gratiam hoſtiam frequẽtius debet?

CAPVT AVtem ſuper ea quæ dicunť, Talem habemus Pontificẽ qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis.) Caput ſemꝑ quod ſummũ eſt dicitur. Cum enim quis ſit paucis cõplexurus, quę magis ſunt propria, breuiter inquit, & ſummatim ſe uerba facturũ. Vti & caput, & ſi breue aliquid ſit, principale tamẽ eſt corporis mẽbrum, & cæteris proprius. Ait itaq́ hoc loco Apoſtolus, caput eſt ſuper ea quæ dicunť, id eſt, quod præſtantius dicã & breuibus, Deũ ipſi habemus Pontificẽ. Conſidere aũt maxime congruit Deo. Aduerte autẽ ꝙ cum humilia pleraq́ explicaſſet, cuiuſmodi illa ſunt, cum Pontificẽ Deum appellat, cum interceſſiones dicit hunc facere, & quotquot iſtiuſmodi ſunt & humana. Mox ad celſiora tranſcendit, dixitq́ hunc in dextera ſedis magnitudinis cõſidere, quod utiq́ diuinę eſt maieſtatis. Hunc uero modum continẽter hic ſeruat, præceptorẽ & dominum imitatus, qui identidẽ in Euangelio facit, ut ex rebus inferioribus hiſce & conſuetis, auditorẽ traducat ad uerbum excipiendũ. Alioquin nequaquã ſubſequetur qui audit, niſi pedetentim & lento gradu aſcenderit. Ex rebus itaq́ altioribus patefacit idcirco fuiſſe humilitatẽ illam permiſſam, ut naturæ condeſcenderetur humanæ. Sedem aũt & magnitudinis thronum paternum dicit. Vel quia Pater ipſe magnitudinis ſit id nomẽ ſortitus, uel ſimpliciter quia maximus ille & ſublimior Dei thronus, dicitur ſedes.

Humilia quę dã Chriſto attribuũtur, ut naturæ humanæ cõdeſcendatur.

SANCTORVM miniſter.) Quẽadmodum ẽm terreni & inferiores Pontifices hi, ſancta ſanctorũ & penetralia illa igreſſi, eorũ miniſterio fungebanť, ſic Chriſtus ſupercœleſtiũ illoꝝ penetraliũ, q̄ uere ſunt ſancta, miniſter eſt. Videtur aũt ſibi ipſi Paulus contradicere. In Ep̃læ ẽm principio dixit ad Angelum quẽpiam, ſede. Neq́ ẽm Spiritus oẽs miniſtrant, quandoquidẽ nequaq́ deceat ſedere miniſtros, ſed pedibus ſtare. Nunc uero cum eum dixiſſet in throni dexterã conſediſſe, rurſum illũ pro miniſtro inducit. Cur ergo tam uarie a ſuis dictis diſſentit? Id ſane fecit, ut cõdeſcendat aliquãtiſper hũanitati, unde et ſummis admiſcuit infima. Nõnulli uero miniſter ſanctorũ ita intelligũt, ꝑinde hoïes facit ſanctiores. Quippe qui noſter ſit Pontifex.

ET TABERnaculi ueri quod fixit Deus & non homo.) Attollit his dictis horum nunc animos. Nam cum par eſſet, illis non ſatis cõſtare nos eſſe tabernaculum id aſſecutos, ecce inquit, maius quiddam & certius tabernaculum, cœlum habemus. Nam uetus illud noſtrum hoc nomen præfigurabat. At primum illud manibus fuerat hominum fixum (ut de Moyſe fertur & alijs.) Id uero nouum Deus præfixit. Hinc autem intelligi poteſt, quemadmodum & Baſilius ſentit, nec mobile eſſe cœlum nec circulare. Fixit enim cum inquit, utrunq́ tollit.

Cœlũ empyreũ imobile & ſtabile.

OMNIS ENIM pontifex ad offerẽda munera, & hoſtias conſtituiť. Vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.) Cum ẽm ſedere hunc dixit, ne falſo hunc & ex cõpoſito ſacerdotẽ dici & pontificẽ credas, ſedere hunc aſſerit. Nec tñ inquit, ob id pontifex eſſe deſijt. Habet nãq́ quæ pontificis ſunt uniuerſa. Et ut legis ſacerdotes Deo offerre aliquid cõſueuere, ita & hic ip̃m ſe obtulit. Is itaq́ quia throno inſedit, dignitatẽ oſtendit. Cum uero pontificis fungiť munere, clemẽtiæ plurimum. Et quoniã quærunt nõnulli, cur mortẽ ille obiuit, ſi Filius eſt, & æternus? Id ſoluẽs inquit. Idcirco enim hoc egit, quia & ſacerdos hic eſſet. Sacerdos uero nequaquã eſt ſacrificij expers. Erat itaq́ neceſſe aliq̄d hic ꝗd offerret, ut haberet. Quod aũt offerreť præter eius corpus, nil quidpiã erat, neceſſario ergo & mortuus eſt. Donũ uero inter & hoſtiã, ſi accurate interp̄temur, id intereſt. Qꝛ hoſtia quidẽ in cruore offertur & carnibus, dona uero ex fructibus conſtant, & eiuſmodi cæteriſquę incruenta ſunt. Alioqui apud ſacra ſcripta indifferẽter poſita reperiunť, ut illud, Reſpexit Deus ad Abel,

Quid intereſt iter donum & hoſtiam.

us ad Abel, & munera eius. Tametſi conſtet ex ouiū illa primogenitis extitiſſe. Ad
Cain aūt & munera eius nihil attendit, cum ea ex terræ fructibus conſtitiſſent.

SI ENIM is eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos, cum eſſent qui offerrent ſecun-
dum legem munera.) Adhuc in eo quod dixerat confirmando inſiſtit, perinde ac
ſi dicat. Et ſi in terris hic habeat tabernaculum, nihilominus & in cœlis uerſatur, &
nil prorſus ob id prohibetur, quin & fruatur ſacerdotij dignitate. Aduerte autem
ꝙ prudenter id agat. Nam uel ex his quidem quibus alij nequaquā hunc ſacerdotio
fungi potius confirmarent, ꝙ ſcilicet nullum ſit nactus in terris locum, ubi eſſe ſa-
cerdos quiret, hic longe magis ſacerdotem eſſe affirmat, inquitq;. Ob id autē ipſum
ſacerdos hic eſſe arguitur, quia nullum haberet in terris locum. Si enim in terra hac
eſſet, haud quaquā ſacerdos fuiſſet, ubi & alij forent dignitatis eiuſmodi. Factioni-
bus nanq; hoc pacto uideretur res agi. Nunc uero cum cœlū habeat, quo & propriū
ſubuexerit corpus, & ibidem apud Patrē intercedit pro nobis. Fit itaq; quandoqui
dem in cœlis ille permaneat, eo magis ſacerdotium habeat ſit neceſſe.

Vetus teſtamē tum figura, & umbra.

QVI EXEMplari & umbræ deſeruiūt cœleſtium.) Hoc loco quo Chriſtus in
cœlis iam fruit̄, ſacerdotij arguit excellentiā. Cum uetus quidē teſtamentū figuram
quandā & umbram dicat, noſtra uero cœleſtia nuncupet. Nimirū noſtra hæc debēt
cœleſtia dici, in quibus nihil eſt terrenū, ſed ſpiritalia cūcta, quæ myſterijs hiſce per-
ficiunt̄. In his enim & angeli concinūt hymnis, cœleſtis & regni claues, & peccatorū
remiſſio, rurſum & colligatio inſunt, & noſtra deniq; in cœlis eſt cōuerſatio. Horū
itaq; figuras & umbras legis præferūt ſacerdotes, id eſt, ſub obſcura quædam argu-
mēta, & umbratiles lineas, quæ in ueteri ſunt teſtamēto per Moyſen patefacta.

SICVT RESponſum eſt Moyſi cum conſummaret tabernaculum, uide inquit o-
mnia facito ſecundum exēplar quod tibi oſtenſum eſt in monte.) Cum enim quæ
oculis intuemur acrius ipſi percipimus, quā ea quæ audiendo ediſcimus, propterea
Moyſi Deus uniuerſa aperuit. Nec ſolum tabernaculi formam, ſed quēadmodum
eſſet etiam immolandum, & cultus alij peragendi & ritus.

NVNC AVtem melius ſortitus eſt miniſteriū.) A ſuperioribus dictis hæc pendēt,
uidelicet. Si eñ eſſet ille in terris, nequaq; pontificio munere fungeret̄. Nunc cū in
terra haud quaq; uerſet̄, ſed cœlū habeat ad offerēda ſacrificia, locū, diuerſum ſorti
tus eſt miniſteriū. Id eſt, alia eſt illi in cœlis admiſtratio, & potior longe quā in terris
ſit ſacerdotibus. Quippe cū cœleſtis ſit illa. Vtpote ꝓprij ſacrificij locū ſortita cœlū.

QVANTO & melioris teſtamēti mediator eſt.) Cum Chriſti ſacerdotiū partim
a loco, partim a ſacrificio extuliſſet, mox & teſtamēti differentiā ſubdit. Atqui dixe
rat ſupra ob auditorū infantiā & prauitatē, infirmius eſſe uetus illud & plane inuti-
le redditū, ſed otius ſe his extricauit, & paucis ꝑfecto abſoluit. Nūc uero in his diſſe
rendis diutius īmoratur, oſtēditq; quēadmodū nouum id teſtamentū uetere illo ſit
potius, id eſt, Euangeliū, cuius & largitor & mediator ſit Chriſtus. Is eñ nobis, ſer-
ui forma accepta, Euangelij eſt miniſter effectus, quēadmodū & Moyſes legis.

Noui teſtamenti ſupra uetus excellentia.

QVOD IN melioribus ꝓmiſſionibus ſancitū eſt.) Quod præcipue Iudæorū
fideliū animos recrearet, id affert, melioribus ſcilicet polliciationibus noſtrū hoc
teſtamentū cōſtare. Non eñ terræ bona, uel ſolis decorē, uel liberorū promittit hoc
multitudinē, ſed cœleſte imperiū his pollicetur, qui Euangelium exequunt̄. Nolite
igit̄ inquit, concidere animis. Sunt nanq; Euangelij longe potiora ꝓmiſſa. Quo fit,
ut mētis minus ſint cōpotes, qui ubi meliora ſunt aſſecuti, langueſcant.

SI ENIM prius illud culpa uacaſſet, non utiq; ſecundi locus inquireretur.)
Aduerte quo progrediatur hic ordine. Dixerat enim potius eſſe uetere illo, nouum
hoc teſtamentum. Quod inde liquet, quia melioribus promiſſionibus legem acce-
perit. Si itaq; promiſſa ſunt meliora, & præmia longe præſtantia, perſpicuum erit &
teſtamētum hoc noſtrum præſtare, & eius iuſſa eſſe magis diuina. Sed unde id patet,
ut huius ſint potiora promiſſa? Hinc ſane, quia Paulus aſſerit fuiſſe uetus illud eie-
ctum, &

ctum, & effectum eſt hoc nouum, ob idq; nouũ hoc dominari, & ſuperius iam euaſiſſe, quia & melius ſit, & eius ſectatores faciat meliores. Nam ſi uetus illud culpa uacaret, id eſt, ſi alios irreprehenſibiles redderet, nequaquam fuiſſet aliud ullum eius in loco inductum. Nam quemadmodum uſurpare id oẽs ſolemus, domum aliquam quæ ſit propediem collapſura, uitio non uacare, ſic & uetus dixerim teſtamẽtum minus eſſe non incuſandum. Non quia hoc aliquid habeat in ſe prauitatis, ſed quia nequeat meliores efficere, ut quod paruulis ſit & infantibus traditum.

Vetus teſtamẽtũ nouo ſupueniẽte reiicitur, non quia malũ ſed qa inſufficiens ad iuſtificãdum.

VITVPERANS enim eos dicit.) Non enim illud uituperans dixit, ſed eos, id eſt, Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad perfectionem nequiuerint.

ECCE DIES ueniũt dicit dominus, & cõſummabo ſuper domũ Iuda teſtamẽtum nouum.) Clarius hoc loco oſtendit fuiſſe antiquũ illud repudiatũ. Deum ẽm inducit per Hieremiam dicentẽ. Aliud quoddam inſtituam teſtamẽtum, & nouum, id eſt, nuper omnino inſtitutum. Haud tamẽ in eam hæc ſententiã protulit, ut Iudæi accipiunt, q; Eſdras propheta innouarit ſcripturã. Non enim hæc eſt noua effecta, ſed antiquo & ſuo ſtatu permanſit. Tametſi de hac ille etiam fecerit mentionẽ.

Eſdras propheta.

NON SECVNdum teſtamẽtum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum, ut educerẽ eos de terra Aegypti.) Ne quis forte exiſtimet, teſtamẽtum illud eiectum iri, quod Deus Abrahæ reliquiſſet, in die adiecit, qua illorum manum apprehendi. Perinde ac ſi dicat. Illud ſum ipſe teſtamentum repudiaturus, quod in Synai monte patribus ueſtris tradideram, qui uitulum ſibi cõflauere. Nam illud quod eſt Abrahæ traditum, in Chriſto finẽ eſt aſſecutum. Ait enim. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, quod utiq; Chriſtus eſt.

QVONIAM ipſi non permanſerunt in meo teſtamento, & ego neglexi illos dicit dominus.) Vides quemadmodum mala quæq; a nobis initium deducant, ipſi inquit, non permanſerunt, propterea eos neglexi. Et bona a Deo & benefacta ſumũt originem. Cur uero id agat, perinde ac ſciſcitanti cuiquam, ita reſpondet. Hos equidem eorum ob inconſtantiam dereliqui.

QVIA HOC eſt teſtamẽtum quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos dicit dominus.) Poſt dies illos, quos nam hos dicit? Ferunt nõnulli hos eſſe, in quibus ex Aegypto abeuntibus Hebræis, Lex eſt per Moyſen tradita. Mihi uero uiderẽ de his diebus nunc dicere, de quibus & ſuperius dixit, ecce dies ueniunt. Cum itaq; inquit, hi dies aduenerint teſtamentum diſponam, cuiuſmodi audies.

DANDO LEges meas in mente eorum, & in corda eorum ſuperſcribam eas.) Prodeant nunc Iudæi in medium, & oſtendant quo unquam tẽpore legem ſine ſcriptis acceperint. Nam uel poſt ex Babylone regreſſum, literis exarata Lex illis per Eſdram illum impoſita eſt. Conſtat tamẽ Apoſtolos in ſcriptis nil accepiſſe, ſed Spiritus legem cordibus admiſiſſe, & ideo Chriſtus his uſus eſt uerbis. Paracletus ueniens ſuggeret uobis omnia, & docebit uos omnia.

Lex Chriſti lex ſpiritus.

ET ERO illis in Deum, & illi erunt mihi in populum.) Id ſane per Euangelium effectum eſt. Nam qui antea deos colebant, idolorum erant ſeruituti addicti. Nunc ueri Dei habita notione, illi in populum conceſſerunt.

ET DOCEbit unuſquiſq; proximũ ſuũ, & unuſquiſq; fratrẽ ſuũ dicens, Cognoſce dominũ, quoniam oẽs ſcient me a minore uſq; ad maiorẽ eorum.) Doctrinam hoc loco eã dicit, quæ ad alios inſtruendos plus inſumit laboris. Licet ẽm nobis perſpicere, haud quaq; pluribus uerbis nos indigere ad eos, qui mẽte ualent perſuadendos, ut Chriſti Fidẽ excipiant & credant. Atqui Lex quidẽ Iudaica in uno aliquo recondit angulo, deliteſcitq; adeo, ut paucis innoteſcat. Apoſtolorũ uero clangor, & uox illa ſonora, terras oẽs perua ſit. Quin etiã cum Deus ipſe carne aſſumpta uerſaretur in terris, & naturã hanc induens noſtrã, diuinitatis feciſſet participẽ, illuxit tunc ſane omniũ animis ſplendor ille ueræ Dei cognitionis, & uelut quædam agilitas & aptitudo eſt a grã illa diuina naturæ humanæ ĩpoſita, ut Dei uerã habeat notionẽ.

Lex iudaica paucis nota.

QVIA PROpicius ero iniquitatibus eorum & peccatorum eorum & nequitiarum non recordabor.) Baptiſmo nanq; nos ille & cõmiſſorum ſordibus abluendo, nil ultra eorum quæ eo ſ nt ſemel lauacro diluta, reminiſcitur Deus.

DICENDO autem nouũ ueterauit prius.) Interpretaẽ propheticũ dictum, cum teſtamentũ hoc noſtrũ nouũ prorſus appellat, arguit plane prius illud uetus uideri.

QVOD AVtem antiquaẽ & ſeneſcit prope interitũ eſt.) Redditus per ꝓphetam fidẽtior, legẽ carpit, arguens noſtrã nunc germinaſſe, & floreſcere magis in dies. Ex prophetæ itaq; dictis, uetuſtatis nomẽ accepit, a ſe aũt ipſo ſenectutis adiecit, & legi demũ deberi adiunxit interitũ. Subinde id inquiat. Non eñ non oportune nouum hoc noſtrũ ſuſtulit uetus, ſed ſenectutis & uetuſtatis grã ceſſare coegit. Quia infirmum eſſet & plane inutile, ſicuti & alibi dicit. Nam impotentia legis in quo infirmi- (or eſt per carnẽ.

CAP. IX

HABVIT QVIDEM prius iuſtificatiões culturæ.) Oſtendit per ſacerdotẽ quod dixerat, ſacerdotumq; & teſtamẽtum fore ut in Chriſto eadem hæc terminẽtur, idipſum & nunc ex ipſius tabernaculi figura demõſtrat. Tria

Tria erãt tabernaculis loca.

itaq; erant tabernaculis loca. Exterior quidem omnibus ut Iudæis, ita & gentilibus deſtinatus. Deinceps & uelum ſecundo in loco obtendebatur, quod ſacerdotes ingreſſi, ſacrificijs & diuino cultu quotidie intẽdebant, hic locus ſancta appellaẽ, quę formam ueteris præferrent teſtamẽti, quia ibi immolationes perficerentur. Erat & ſancta, interior locus, quæ nos ſanctorũ ſancta nunc dicimus, & præfigurabant myſterium. Habebat itaq; inquit prius, id eſt, uetus teſtamentum, iuſtificationes, id eſt, ſymbola uel ſtatuta & leges, quæ & ſi olim habuerat, in ꝓſenti tamẽ his caret. Quandoquidem irritum illud ſit, & ſuperuacaneum per nouum hoc redditum.

Sæculare ſanctũ quale.

ET SANCTVM ſæculare.) Sæculare dicitur, quia ab omnibus adiri permittebatur & vulgatior eſſet hic in tabernaculo locus & notior, ubi & Iudæi, & Nazarei, & Proſelitæ, & Græci conſiſterent. Et quoniam & gentibus, id eſt, ſæculi hominibus patebat acceſſus, ſæculare hoc dicit.

TABERNAculũ enim factũ eſt primo, in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panũ, quod dicitur ſancta.) Primũ hoc dicit quo ad ſancta ſanctorũ tabernaculũ, quia alias intermediũ erat. Ante hac enim æreũ Holocauſtomatũ altare ſub diuo erigebaẽ, deinde uelo obtenſo & tabernaculo interſepto ſequebatur & mediũ illud, ubi & candelabra, & menſa, & propoſitio panum ſtatuebantur.

POST VELAmen aũt ſecundum tabernaculũ, quod dicitur ſancta ſanctorum.) Vides fuiſſe & aliud quoddã uelamen, q̃d epiſpaſtron idcirco appellat ſcriptura, q auellat & ſeparet diſtrahatq;, ꝙ arcã ſeiungebat, quã indifferẽter adirent, qui uellẽt, in qua ſacrificia offerebãt, ex aduerſo ærei altaris tabernaculo, q̃d quotidie ſacerdotes exciperet ſacrificantes. Vbi uero hoc ꝓtericris, offertur ſecundũ aliud uelũ, poſt

Tabernaculũ.

hoc, tabernaculũ aliud quoddam aditur, q̃d ſancta ſanctorũ denominaẽ, quod alius nemo niſi Pontifex ſolus inibat, & is quidẽ in annos ſingulos ſemel. σκηνὴν autem, id eſt, tabernaculũ ubiq; denominauit, ex eo quod ibi Deus inhabitaret.

In arca erant urna aurea, uirga Aaron & tabulæ.

AVREVM HAbens thuribulum, & arcam teſtamẽti circuntectam ex omni parte auro.) Arcam teſtamenti appellat, quia tabulas ſeruaret, quibus Lex omnis contineretur, quæ a Deo fuiſſent Hebræis per Moyſen tradita.

IN QVA urna aurea, habens manna, & uirga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamẽti.) Hæc haud dubie cũcta Iudæorũ ſunt ingratitudinis monumẽta. Nam ꝙ in urna mãna illud aſſeruaret, quo illi quondã cum alerenẽ, obmurmuraſſent, eo eſt conſtitutũ, ut huius rei fama trãſiret ad poſteros. Et quẽadmodũ illi Deũ exacerbaſſent, memoriæ proderet. Aaron aũt uirga, ut illorũ contumacia innoteſceret, & quẽadmodũ ipſi Aaron iã obſtitiſſent. Tabulæ uero teſtamẽti illos infidelitatis coarguũt & incõſtentiæ, ut quorũ de cauſa illæ attritę ſint, quia uitulũ ſibi conflaſſent, & idolis inſeruirẽt. Quęres fortaſſe cũ conſtet in libro regũ literis proditũ, nil aliud fuiſſe in arca ꝑter tabulas conditũ, cur nunc & urnã adiunxerit Paulus, & Aaronis

uirgã illam

uirgã illa concludi. Eo forte id dixit, quia ut a Gamaliele inſtructus, optime hebraicam callebat hiſtoriam, & natu maiorũ traditione, rem ita ſe habere acceperat. Præſertim cum ex Hebræis qui phariſæos ſectantur, idipſum & ſentiunt & profitẽtur. Nec tamẽ in ipſis primordijs, ſed longo poſt tẽpore cum eſſet neceſſe, ut Hieremiæ tẽporibus arca occultaretur, in ea & urnam dicunt fuiſſe & uirgam reconditas.

SVPER QVAM.) Id eſt, arcam.

ETIAM ERANT Cherubin gloriæ.) Vel glorioſos Angelos dicit, uel quia ad Dei gloriam ſint ad id miniſterij inſtituti. Quos tamen de induſtria intulit, ut arguat noſtra longe præcellere.

OBVMBRANtia propitiatorium.) Propitiatoriũ erat arcæ operculũ ut fieri ex ſacris literis certior poteris, cauendũq; ne id pter aliud eſſe exiſtimes. Hoc aũt Chriſtum præfigurabat, qui noſtrorũ eſt prauorum facinorũ conciliator effectus. Is præterea qui uetus & teſtamẽtum cõplectitur, & obſignauit, & reddidit tutiora.

Propitiatoriũ quale.

DE QVIBVS non eſt mõ dicendũ per ſingula.) Patefacit hoc loco non oculis ſolũ & obtutu hæc terminari, pferreq; dũtaxat qd eſſe uident, ſed ænigmata quædã eſſe & argumẽta, ad quæ contẽplanda perſpiciendaq;, longiori ſit opus tẽpore.

HIS VERO ita cõpoſitis, in priori quidẽ tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorũ officia conſummãtes.) Erant quidẽ hæc inquit, ſic inſtituta, cum nulla tamẽ eſſet Iudæis iſtiuſmodi percipiendi facultas, ut qui a uelamine interiecto ſecluderent, ſed nobis hæc ſeruabant, quibus & prophetata ſunt & prædicta.

IN SECVNdo aũt, ſemel in anno ſolus Pontifex.) Vides quemadmodum uel a principio ſint figurationes, & figura præmiſſa. Et ne illud forſan obijciant quidã inquiantq;. Cum ſemel cõſtet ſecundũ Chriſtum fuiſſe ſacrificatũ, qui fieri poteſt, ut cũctos ille uno hoc ſacrificio ſanctitate donauerit? Quia a prioribus ſæculis fuerat Chriſti hoc ſacrificiũ deſtinatũ, quod oĩbus eſſet ſaluti futurũ, tametſi ſanctũ illud & tremẽdum fuiſſet, quod a Pontifice ſemel in annos ſingulos offerebatur.

Quõ mira.

NON SINE ſanguine.) Cum itaq; ſacrificiũ Crucem dixiſſet, quæ nec ignem haberet nec ligna, nec ſæpius fuiſſet oblata, oſtendit hanc ſemel imolandi, & in ſanguine priſcam conſuetudinẽ, uel Crucem hanc ipſam præferre. Quæſiuere nõnulli quo pacto cum in Exodo ſcriptum cõperiamus, incenſum adolebit ſuper aureo altari, quod uidelicet in ſancta ſanctorum fuiſſet. Aaron enim inquit, incenſum compoſitionis ſuaue olentis diluculo cum lucernas cõponit, offerat ſuper illud, & cum accenderit Aaron lucernas, adolebit incenſum. Vnde conſtat diebus ſingulis ut incenſum hoc adolerent, & ſancta ſanctorũ bis Pontificẽ adijſſe, nõ ſemel. Siquidem unus eſſet ad incẽſum adolendũ locus, nõ multa. Cur ergo Apoſtolus dicit in annũ ſemel Pontificẽ ſancta ſanctorũ iniſſe. Huic quæſtioni ita occurrit, cum ſanguine ſemel Aaron, bis uero cum incenſo ſanctorum ſancta ingrediebatur.

Aaron icensũ adolens.

Aaron bis ĩ anno cũ in cenſo ſctã ſanctorũ ĩgrediebatur cũ ſanguie uero ſemel tãtũ

QVEM OFFert pro ſua & ppl'i ignorãtia.) Rurſum p ſeipſo dicit. Nam legis Pontifex inqt, pro ſe offerebat. Chriſtus uero longe ſecus. Cur eñ illud egiſſet, qui a peccatoribus eſt lõge diſiũctus, nec unq; deliquerit. Quo fit, ut plurimũ hic a legis Pontifice differat. Ignorantiã aũt dixit, non ut per eã Peccata exprimeret, ſed ut maiorem terrorẽ incuteret, cũ olim Iudæis, tum cęteris, qui Chriſti Fidẽ profiterent, & multorũ frenaret ſuperbiã. Perinde ac ſi dicat. Si eñ non ſponte ſed inuitus deliqueris, ignorãtiæ argueris, eiuſmõi criminis nemo eſt pfecto imunis. Nõnulli uero hęc dixiſſe Apoſtolũ credunt, ut ſacrificij quod ſcd'm Chriſtũ offert, & legis imolationum differentiam ſignificaret, perinde legis oblationes hmõi, ignoranter duntaxat cõmiſſa remitterẽt. Chriſtus uero iam imolatus, uel ſcienter delinquẽtibus parcat.

HOC SIGNIFIcante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.) Aggreditur demum anagogice contemplari, quæ ad tabernacula ſpectant, aitq;. Q; enim ad ſancta ſanctorum tabernaculum ſacerdotibus cæteris minus pateret acceſſus, per ſancta hæc cœli præfertur

Anagogica cõtemplatio.

 figura.

figura. Tabernaculi uero locus ille anterior, qui erat ſacerdotibus legis acceſſibilis ſemper & patens, legis cultum præfigurabat, id eſt, quam diu ſtaret hoc tabernaculum, & Lex ipſa dominaretur iuberetq;, & pro eius inſtituto, & cultus & ſacrificia fierent, nequaquā pro legis ritu ſacrificantibus, ſanctorū ſancta patere, id eſt, cœlorū aditum eſſe his interclusum, quod tamē Chriſto ſit a ſæculo deſtinatum.

QVAE PARAbola eſt temporis inſtantis, iuxta quod munera & hoſtiæ offerun tur, quæ non poſſunt ſecundum conſcientiam perfectum facere ſeruientem.) Quod ſuperius dixerat, confirmat Apoſtolus, uidelicet tabernaculum illud quod ſacerdotes ingrederētur, parabolam, id eſt, figuram fuiſſe & umbram temporis pro lege aſtantis, ante Chriſti aduentum, quo tempore huiuſmodi hoſtiæ immolarētur infirmæ adeo & imbecillæ, & tam nullius momēti, ut nequeant ſecundum conſcien tiam, id eſt, ſecundum interiorē hominem, perfectionē adijcere offerentibus. Quan doquidem corporum ſordes duntaxat eluerent, non Peccata purgarent. Non enim uel adulterium poterant, uel homicidium, uel ſacrilegium illæ dimittere.

Lex hūanis ſolū rebus impoſita.

SOLVMMOdo in cibis, & potibus, & in uarijs baptiſmatibus, & iuſticijs carnis uſq; ad tēpus correctionis impoſitis.) Lex inquit, & legis ipſius inſtituta, humanis ſolū ſunt rebus impoſita, utpote quibus & ueſci hoīes debeant, & in potu uti, & iſtiuſmodi quædā iniungunt, hoc cōmode, illo abſtinebis. Verū quo pacto & potibus dixit, cū conſtet de potus diuerſitate nil quicq; legem mandaſſe. Aut em id refert Apoſtolus, quia ſacerdoti ſancta paulo poſt ingreſſuro, interdicta ſit uini potatio. Vel in eiuſmodi mandatorū contēptum hoc potius addidit. Erant præterea & uarij baptiſmatū modi. Nam ſi mortuū quis attrectaſſet, uel eſſet morbo infectus, uel fluxum feminis pateretur, Baptiſmo, id eſt, aqua abluebatur, & hunc in modū exiſtimabant uel a crimine, uel a contagione purgari. Carnis uero iuſtificationes erant præcepta quædam, quæ eorum carnē duntaxat abſtergerent, qui ſecundum carnē uiderentur ſordidiores. Nec tamē hæc erat perpetuo permanſura, ſed uſq; ad tēpus correctionis, hoc eſt, uſq; ad Chriſti primū aduentum, qui uniuerſa hæc erat emendaturus, inducturusq; cultum uerum & ſpiritalem. Cum eſſet aūt Lex graue admodum iugum, iure impoſita dixit, ſicut & in Apoſtolorum actis eſt ſcriptum. Quid tentatis imponere iugum diſcipulis, quod neq; patres ueſtri portauerunt.

CHRISTVS autē aſſiſtens Pontifex futurorū bonorum.) Priſcus enim ait cultus ille, nequaquā in cœlum quēpiam deducebat, ſed Chriſtus adueniens intrauit ſemel in ſancta. Nam eo hæc redit oratio, quod ſuperius dixerat. Non enim effectus Pontifex dixit, ſed aſſiſtens, hoc eſt, huius rei gratia uenit cum nondum alias ſe ante hac contuliſſet, ſic inſtitutus eſt Pontifex. Eius tamē mens & cogitatio, ut ad terras deſcenderet huiuſmodi fuit, ut pontificatum iniret. Nec quidem ſacrificantium dixit Pontificem, ſed futurorum bonorū, tanquam nequirent diligenter hæc explicare, ſed ſimpliciter & confuſe expreſſit, quæ fuiſſent in nos ipſos collata. Verum futura hæc dixit quo ad legis tēpus. Nam ut hoc inſtans uocauit, ſic futura quæ Chriſti ſunt nuncupat, ſi cum ipſo hoc tempore uel momentaneo comparemus. Vel futurorum dicit myſteriorum uidelicet, quæ in futurum nobis reuelabuntur.

PERAMPLIVS & perfectius tabernaculū.) Carnē hoc loco tabernaculū dicit, quæ amplior quidē eo habetur, quo Deus uerbū hanc ipſam aſſumpſit, quod omne & Spiritus ſancti ſit opus. Et perfectius dixit, quia perfectiora perficiat.

In hæreticos dicētes Chriſti corpus eſſe aërium.

NON MANV factū, id eſt, non huius creationis.) Huc proſiliunt hæretici oēs, dicūtq; cœleſte eſſe & aereum, id eſt, Chriſti corpus, idipſumq; & Paulū ſentire hoc loco fatenī, aliogn quo pacto aſſeueraret ingt, non huius hoc eſſe creationis? Neq; eñ a creatis excipit cœlum, quippe quod utiq; & conditū ſit. Nam quid ſibi uellet quod dicit hic idem, ue tus quidē tabernaculum, quod circa Veſeleel erat, hi conſtruxerunt. Dei uero & uerbi tabernaculum Spiritus ſanctus compoſuit. Hac igitur de cauſa Paulus dixit, nequaquā Chriſti carnē huius eſſe creationis, id eſt, non harum

creaturarum

creaturarum in modũ creatam, ſed ſpiritalem eſſe & diuinam. Eorũ nanq; quæ condita ſunt, nil habet in ſe Deus uerbũ ſubſiſtens, ſed caro hæc ſubſtãtialiter eſt Chriſto unita. Secundũ itaq; materiã ipſam domini corpus, noſtrã & conditionem & humanitatem accepit, nobiſq; & cõſubſtantialis fuit hæc caro ut ex ſanguine puriſſimæ uirginis cõpacta, pro modo tñ eius eſſentiæ ſupra nos eſt, & humanã excedit naturã. Tum etiã quia per ſubſiſtentiã unita ſit Deo uerbo, uel quia materia omñis ueteris tabernaculi pellibus & lignis conſtabat, quæ auro erat aut ære uel diſtincta uel intertexta. Idipſum cum aduerteret Paulus, non huius dixit creationis, cuius uetus illud tabernaculũ indigeret. Huius autem hæc omnis ratio cõparationibus quibuſdam tranſigitur & demonſtrat Chriſti carnis præſtantiã. Vocat præterea & Chriſti corpus tabernaculum aliquod uti hoc loco facit, ut quod unigenitus ipſe inhabitet. Inſuper & uelamen appellat, utpote quod in ſe diuinitatem occultet ueletq;. Et his ipſis nominibus, uel cœlum tabernaculum nuncupat, perinde hoc ipſo reſideat, Pontifex Chriſtus, idipſum & uelum dicit, quia ſanctis ſit mœniũ inſtar obſeptũ.

Cur corpus Chriſti dicatur tabernaculũ et uelamen.

NEQVE per ſanguinem hircorum aut uitulorũ, ſed per proprium ſanguinem.) Atqui longe ſecus ſe habent res Chriſti, quam legis Pontificum, & eo excellunt & incomparabiliter præſtant. Quoniam beluarum ſanguis, quem illi tabernaculũ oblaturi adibant, nequid prorſus cum ſanguine illo Diuino conferri.

INTROIVIT ſemel in ſancta.) Id eſt in cœlum.

AETERNA redemptione inuenta.) Non enĩ breuem & momentaneã aliquam purgationem illorũ more inuenit, ſed perpetuã delinquentibus animis libertatem. Vel quia ſemel ingrediens & unico aditu beneficium nobis in æternũ perſoluit. Aduerte aũt quemadmodũ cum inuenta dicit, ſpem præter rem obueniſſe demonſtret. Nihil enĩ nobis erat de noſtra liberatione & ſalute compertũ, niſi ille hãc inueniſſet.

SI ENIM ſanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.) Quia incredibile forſitan multis id uidebatur, ut per hoſtiam unam & unius hominis ſanguinem, afferri poſſet redemptio, confirmat hoc ipſum redditq; uериſimillimũ & certius facit, ex Iudæorũ opinione. Si enim uos, inquit, uituli cineris aſperſione & ex taurino hircinoue ſanguine, creditis uos ſordibus iri ablutum, quo pacto & Chriſti ſanguis, nõ animas ipſas peccatis abſterferit? Erat enim apud priſcos Iudæos conſuetudo, ut uituli cineres aſſeruarent, cuius poſtmodum aſperſione, inquinatos quoſq; & infectos purgarent. Si igitur inquit, uel hirci puluis in eam uos credulitatem induxit, longe magis credetis, Chriſti hunc ſanguinem, ſanctimoniam allaturum. Si enim autem, non eo dixit, ut ritus Iudaicos comprobaret, quippe qui mox illud ſubiecerit, ad carnis purgationem fuiſſe hos inſtitutos. Nec ſanctificat dixit, ꝙ ſanctimoniã ſibi hi per beluarum ſanguinem uendicarent, ſed quia carnem purgabant, non animã.

Iudæorum conſuetudo in ſacrificiis.

QVANTO magis ſanguis Chriſti qui ꝑ SPIRITVM ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo.) Non enĩ Pontifex aliquis obtulit Chriſtũ, ſed a ſeipſo oblatus eſt. Nec ꝑ ignem, ut uituli offerunt̃, ſed per ſpiritũ illum æternũ. Sic quidem & gratiã & redemptionẽ reddidit ſempiternã, & immaculatũ, id eſt peccati expertem. Nã & in ueteri teſtamento buccula in ſacrificiũ quærebat̃, quæ maculis prorſus careret.

Buccula que ſine maculis eſſet in ſacrificiis.

MVNDABIT conſcientiã noſtrã ab operibus mortuis.) Ibi quidẽ ut ſanctificet dixit, & ad carnis tñ adiecit purgationẽ. Hic uero purgabit inquit, hoc eſt interiorẽ hoĩem reddet hic puriorem, quod ſane ibi uidebat̃ deeſſe. Ibidem præterea qui morticiniũ aliquid & cadaueroſum attigerat, purgabat̃. Hic uero mortuorum operum purgatio fit, quæ poſſunt haud dubie hoĩem inquinare, & morti obnoxiũ reddere.

AD SERVIENdũ Deo uiuenti & uero.) Qui ergo operibus mortuis incubuerit, haud quaq̃ Deo uiuo & uero inſeruiat. Quin opa ipſa quæ ſibi ſpectanda elegerit, pro Deo habebit & colet. Sic enĩ qui gulæ ſunt dediti ꝓ Deo uentrem cõſtituent Sic inquã & cupidus, idolis ſeruit, Sunt itaq; iſtiuſmodi opa mortua appellãda. Nec

ſolũ quia ſint a uita ꝑpetua aliena, ſed quia cũ hæc exercent̃ abominanda reddũtur & fallacia quidem, quia nos ubi illexerint, capiant, et uideãtur ſuauia cũ minus ſint.

ET IDEO noui teſtamenti mediator eſt.) Quod deterrere q̃ plurimos uidebat̃ infirmiores, quia illud ſæpe ac multũ uſurparent. Si Chriſtus obijt mortẽ, quo pacto daturus eſt q̃d promiſerat? Idipm nunc Paulus leniens, ob id arguit Chriſti ratũ eſſe & firmius teſtamentũ, quia mortuus ſit. Neq; enĩ dum ſupſtites ſumus, teſtamẽti nomen illud ſortit̃, quod teſtando nos inſtituimus. Vt igitur, inquit, puriores nos redderet, mortẽ ſubiuit, & teſtamento nobis peccata remiſit, & cœleſtiũ reliquit bonorũ fruitionem, nos inter & patrem mediator effectus, cũ patri haud quaq̃ in animo eſſet, nobis hæreditatẽ relinquere, ut quibus acriter ſuccenſebat, & erat iratior, tanq̃ liberis a ſe alienis. Chriſtus itaq; interceſſit & patrem nobis cõciliauit. Quo modo? Id nãq; quod erat nobis ferendũ, ut cõtumacibus, ille iam tulit, & mortem q̃ fuerit ꝑ nos ſubeũda, pro nobis ſubiuit effecitq; hæreditate hac dignos. Eſt igit̃ & teſtamentũ hoc per ſilij mortem iam confirmatũ, quod minime ut ad indignos hæreditatem trãſmiſit. Habet p̃terea & teſtamentũ hæredis. Sic enĩ inquiens teſtatus eſt Chriſtus uolo pater ut ubi ſum ego, illic & miniſtros meos eſſe. Quos uero exhæredauerit ille, ſic exprimit. Non pro oĩbus peto, ſed ꝑ his qui me & proſeſſi ſunt & crediderunt Habet inſuper teſtamentũ & teſtes, ut patet ex his. Teſtimoniũ aũt perhibet de me q̃ miſit me pater, & paracletus teſtimoniũ ꝑhibebit de me, & uos teſtimoniũ ꝑhibetis.

Teſtamentum per filii mortẽ confirmatũ.

VT MORTE intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant in priori teſtamento.) Vides quemadmodum ut nos redimeret Chriſtus, obierit mortem. Quo ergo pacto uel ex imbecillitate, & impotentia effectum id eſſe exiſtimas? Quandoquidem Chriſti mors tam efficax fuerit & ualida, ut per eam legis prȩuaricatio omnis ad ſanitatem redierit. Cur igitur ad legem confugis, quæ iam impotens ſit & imbecilla, ut quod uel in ſe fuerit præuaricatum, corrigere nequeat. Nec tamen id eo ſit, quia illa iniquior, ſed quia infirmior ſit.

REPROMISSIONEM accipiant qui uocati ſunt æternæ hæreditatis.) Ni enim inquit Chriſti nos obitus a peccatis & facinoribus exemiſſet, quibus patrem iã hoſtem reddideramus, quo pacto eſſemus diuinam hanc adepti hȩreditatem. Cum uero uocati dicit, oſtendit quemadmodum initio Deus erga nos ut pater ſe in liberos geſſerit. Nam cũ eſſemus iampridem ad hæreditatem acciti, nos tamen ip̃i indignos hæreditate hac ſecimus, niſi filius interceſſiſſet qui nos in hæreditatem reſtituit.

VBI ENIM teſtamentũ eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentũ enĩ in mortuis confirmatũ eſt.) Haud quaq̃, inquit, uos Chriſti mors terreat. Nam ſi naturæ ille nõ conceſſiſſet, quomodo ipſi hæredes efficeremur. Conſtat enĩ & teſtamentũ poſt teſtatoris exceſſum, & uim habere & firmitatem. Vel quo pacto digni huiuſce eſſemus hæreditatis, ſi nondũ fuiſſent nos inter & Deũ ſublatæ inimicitiæ.

Teſtamentum morte teſtatoris cõfirmatur

ALIOQN nũ ualet dũ uiuit q teſtatus ẽ?) Per ĩterrogationẽ, id & lege & ĩtellige.

VNDE NEC primũ ſine ſanguine dedicatus eſt.) Non enim ſolum Apoſtolus quæ diceret ex communi quadam conſuetudine confirmabat, ſed uel a rebus ipſis quæ in ueteri contigiſſent. Quod ſane Iudæos ad credulitatem magis inducit, & fidem ut ſibi adhibeant admonenti. Vnde inquit neceſſarium eſt, ut mors teſtamentum præcedat. Vnde fuit neceſſe, ut prius illud teſtamentum non ſine ſanguine fuerit dicatum. Sanguis uero mortis eſt argumentum, Sed uetus illud per agni ſanguinem figuram prætulit noui, in quo Dei filius in carne mortuus eſt. Verum quid illud deſignat cum teſtamentum inquit fuiſſe dicatum? Id quidem. Quia hoc ipſum principium ſumpſit cõfirmationis & roboris. Neq; enim aliter peragendi ſumpſiſſet initium, niſi ſanguinis effuſio præceſſiſſet.

Lecto mãdato Moyſes aſpergebat populũ.

LECTO ENIM omni mandato legis a Moyſe uniuerſo populo.) Secundum legem, id eſt, quod lege cautum erat & conſtitutum.

ACCIPIENS ſanguinem uitulorũ & hircorꝫ cũ aqua & lana coccinea & hyſopo

ipſum quoq;

ipſum quoq; librum & omnem populum aſperſit.) Quamobrem & liber & populus aſperguntur. Nimirũ uel precioſum ſanguinem præfiguret, quo ſumus ipſi & corda hæc noſtra aſperſi, quæ profecto nobis pro codicibus inſunt, uti & ſupius dixit. Dedit leges in cordibus ipſorum. Vel baptiſmi aquam deſignat. Hunc enim & ſanguis & aqua cõficiunt, & ex duobus his alteris conſtat. Seorſum tamen baptiſmus, qui etiam cum per aquam conficitur, domini mortem denuntiat, quam ſanguinis demonſtrat effuſio. Hyſopum uero intelliges eo inductum, quia & denſius ſit & bibulũ magis, & liquore quouis perfundiť. Nec ſecus & lanam, uel quia & eius nomen ſortitus eſt Chriſtus, ueluti ex parte totum acceperit. Eſt nanq; & agnus denominatus & ouis, quæ hiſce uellctibus obducuntur & lana. Quinetiam & coccineam dici hanc uolunt & rubram, quia colore ipſo figuram ſanguinis præferat.

Cur in aſperſiõe inducatur Hyſopum et lana coccinia.

DICENS, HIC ſanguis teſtamenti quod mandauit Deus ad uos.) Chriſtus ſane ſic inquit. Hic ſanguis noui teſtamenti in remiſſionem peccatorum. In ueteri uero nec nouum dicitur, nec peccatorũ remiſſio. Vides ut ſanguinem dixerit teſtamentũ Neceſſe eſt igitur ut Chriſti mortem intelligas, ubi teſtamenti fit mentio.

ET TABERnaculum & omnia uaſa miniſterij ſanguine, ſimiliter aſperſit.) Vel hoc quidem noſtri præfert figuram, qui & tabernaculũ ſumus. Ait nanq;. Inambulabo in eis & inhabitabo. Et alibi. Vaſa autem magnæ domus Dei, quædã aurea ſunt, quædam argentea. Sumus itaq; nos uero Chriſti ſanguine reſperſi, & ſanctificationem adepti, Quandoquidem & in eius fuerimus morte baptiſmo abluti.

ET OMnia pene in ſanguine mundanť ſecundum legẽ, & ſine ſanguinis effuſiõe nõ fit remiſſio.) Cum eni pene illud ꝓpoſuit, quia uetus lex illa nec purgationẽ quidem perfectã, nec remiſſionem põt afferre. Quippe q̃ nec peccata dimittit, nec delet.

NECESSE eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium, his hoſtijs mundari.) Cœleſtium exemplaria, noſtram eccleſiã dicit. Habita eſt enim ſuperius mentio, quemadmodum cœlum eccleſiam præferat. Horum itaq; & argumenta prætulerant, & figuras Iudaici ritus, eoq; & uitulorum ſanguine purgabantur olim Iudæi, & buculæ cinere ſiue hirci, & huiuſmodi uilioribus.

Iudaici ritus.

IPSA AVTEM cœleſtia.) Id eſt, quæ ipſius eccleſiæ ſunt noſtra.

MELIORIBVS hoſtijs q̃ iſta.) Cum itaq; longe ſint noſtra Iudaicis potiora, & tantum excellant, quanto cœlum eſt terra præſtantius. Siquidem illoꝝ terrena ſunt bona, nobis uero in ſortem ceſſerit cœlum, iure ipſi uidemur maiori quadam immolatione dignati, Dei ſcilicet filij ſanguine, qui nos penitus repurgauit. Eſt ergo non ſolum perfectior mors Chriſti, ob teſtamentum iam affirmatum effecta, ſed qui animã ipſam haud dubie quauis labe abſterſit. Eo igitur mortis huius cõmemorat Paulus beneficia, & uti debet illam extollit, quia & turpior ſit & ignominioſa, quã pluribus uiſa, quippe quam in patibulo & cruce ſubierit Chriſtus, quod plane apud ueteres illos deſtabile erat, & fœdius tormenti genus.

NON ENIM in manu facta ſancta introiuit IESVS exemplaria uerorum, ſed in ipſum cœlũ ut appareat uultui Dei pro nobis.) Plurimi quidem templũ exiſtimabant Iudæi, quod Hieroſolymis erat, utpote cui nuſq̃ terrarũ aliud ullum par eſſet, cũ pulchritudiue, tum & ornatu, tum ædificij uarietate & ſumptu. Et quoniam præſentibus & corporalibus bonis hi traherentur, iniunxerat Deus ut per magnificum illud cẽſtrueretur. Vnde uel ab ultimis terræ finibus tẽpli huius uiſendi gratia, Hieroſolymã homines confluebant, Paulus itaq; quemadmodũ in hoſtijs et immolationibus egerat, quas penitus ex Chriſti morte inductione ſubſtulerat. Ita hoc loco, cũ templo cœlũ oppoſuiſſet, arguit quanto utraq; hic inter ſe differant interuallo. Proinde legis Pontifices dicit, ſacta manufacta adiſſe, quæ proculdubio certiora quædã & uera præfigurarent, id eſt cœlũ ipſum. Hoc enim certo hæc præferunt ſancta. Chriſtũ uero cœlum hoc fuiſſe ingreſſum, tametſi per ſe oĩa teneat ac præſto ubiq; ſit ille, id tñ humanitatis gratia dixit & carnis aſſumptæ. Nec ſolum ex his differre a

Hieroſolymitani templi excellentia.

Pontificibus

Chriſti Pontificatus.

Pontificibus legis Chriſtũ demonſtrat, ſed huncipſum noſtrũ Pontificem Deo fatetur propinquiorem. Nam etſi priſci Pontifices illi per ſigna quædam Deum uidebant, at Chriſtus huncipſum ſpectat & intuetur, & præſens alloquitur, & in faciem illi & uultũ apparet. Verum quid illud pro nobis cũ inquit, deſignat? Quia pro nobis cum hoſtia & immolatione eſt cœlum ingreſſus, quæ ualeant cum patrem nobis propitiũ reddere, tum angelos ipſos conciliare. Nam & hi quidem in nos, tanquam ſui domini infenſiſſimos hoſtes, inimicitias exercebãt. Nunc uero pro nobis uel dominus ipſe intercedit. Q, aũt ſit ille cœlum ingreſſus, id conciliandi nos gratia fecit.

NEQVE ut ſæpe offerat ſemetipſum.) Neq; enim eo in cœlum ſe contulit, ut alias ſæpe, eodem ſe conferat.

QVEMADmodum Pontifex intrauit in ſancta ꝑ ſingulos annos.) Aduerte ꝙ longe plurimũ Chriſtus legis Pontifices antecedat. Illi nanq; in ſingulos annos & ſemel duntaxat ſancta ſanctorũ adibant, Chriſtus uero ſeipſum & ſemel recepit.

IN SANguine alieno.) Pontifices ſcilicet iſtiuſmodi in alieno cruore, taurorũ uidelicet & hircorũ, ingrediebant̃ hæc ſancta, Chr̃s uero ꝓprio inuectus eſt ſanguine.

ALIOQVIN oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Si enim, inquit, ſeipſum eſſet ſæpius oblaturus, & ut mortem ſubiret frequentius fuiſſet neceſſe. Quandoquidem per proprium ſanguinem eſſet oblationem facturus.

Cur tantum ſit dilatus aduentus Chriſti.

NVNC AVtem ſemel in cõſumatione ſæculorũ ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuã apparuit.) Hoc loco quoddã reuelat myſteriũ. Verum cur in ſæculorũ conſumatione & poſt multa peccata & nõ ſtatim in ipſo principio ſe obtulit dñs? Si enim cũ diffuſa adeo ſcelera nondũ eſſent, mortem Chriſtus obiſſet, & in hunc poſtmodũ nemo mortaliũ crediſſet, nõne ſecundo fuiſſet illi mors obeunda? Nõne & inutiles plane om̃es eius fuiſſent conatus. Nunc uero cum demũ magnũ in modum praua hoĩm increuiſſent facinora, iure optimo Deo ſe obtulit, & in eius cõſpectu ꝑ hoſtiam ſuã & mortem apparuit. In ipſa ſæculorũ conſumatione & fine, cũ tempus iam aduentaſſet, quo prophetarũ dicta adimplerent̃, & deperdita hoĩm nequitia ad ſummũ iam euaſiſſet, ut anatheheſi, id eſt, ut peccatũ deuincat & omnẽ illi demat fiduciã, ſuijpſius oblatione & hoſtia, hoc eſt, per ſuæ carnis interitũ. Idipſum fere & alibi dixit, cũ inquit. Vbi enim abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia. Demitur enim tunc peccata fiducia cũ hi qui peccato cõmiſerint, per gratiã impunes miſſi ſunt facti. Nam pœna delicti, peccatũ, id eſt diabolum facit fidentiorem, ut hoĩes ad

Gregorius Nyſſeus.

peccandũ magis inſtiget, unde hos ſentiat perditũ iri. Quærit Gregorius nyſſes, cur in ſæculi cõſumatione carnem aſſumpſerit filius, aitq;. Quemadmodũ enim periti ſſimi medici, febre adhuc in præcordijs ꝑmanente, & ægroti corpus acrius diuexãte & ægritudinis fomentis adaucta magis, incenſaq; nullã afferunt languenti medelã,

Apta ſimilitudo.

ꝙ langoris cauſas tollat, ſed ut morbus increſcat operiunt̃. Sic & nobiſcũ agit animarũ medicus ille. Expectat enĩ ut prorſus oĩs retegat̃ nequitia, ut nihil maneat ex his quæ recondita ſunt incuratum, ſic demũ retectis ille & patentibus malis medebitur.

Cur ſemel obierit Chriſtus.

ET QVEMadmodũ eſt ſtatutum hoĩbus ſemel mori, poſt autem hoc iudiciũ.) Nunc & cauſam explicat, cur ſemel obierit Chriſtus quia unã, inquit, mortem redemit. Erat nanq; hoĩbus ſic præſtitutũ, ut ſemel morte naturæ cõcederent, unde & ſemel ille pro cunctis eſt mortuus. Quid ergo inquiet aliquis, nonne & hoc ipſe morimur? Ita quidem. Haud tamen ullum habet, ut quondã, in nos mors ipſa Imperium. Quinpotius reſurrectionem ſperamus, ad ꝙ præuium ſe nobis & ducem moriens Chriſtus exhibuit. Nec mors quidem eiuſmodi, pro morte habetur, ſed pro ſomno potius ducitur. Et quonã uniuerſos erat mors complexura, propterea ille e uita excedere uoluit, ut morte nos liberaret. Vel forte ſignificare hic niut̃ Paulus, eam Chriſtũ fuiſſe mortem ꝑpeſſum, quæ nobis eſſet in ſupplicium dedita. Veruntamen, cũ illi in Deo accederet uera humanitas, quemadmodũ ſemel hoĩes moriunt̃, deinceps & iudicium ſequitur, ſic & ille ſemel eſt uita perfunctus. Sed audi quæ inſequunt̃.

SIC ET CHRI-

Chriſtus ẽ offerens et oblatũ.

SIC ET CHRIſtus ſemel oblatus eſt.) A quo nam ille oblatus eſt. A ſeipſo, non ab alio quouis hominum. Qui etſi Pontifex ſit, hoſtia tamen ipſemet eſt & oblatio.

AD MVLTOrum exhaurienda peccata.) Quemadmodũ enim cũ rem diuinam exequimur, & ſacro ſancta illa adminiſtramus myſteria, commiſſa cõmemorando precamur, ſiue ultro delinquentibus nobis, ſiue minus ueniã dari, hoc eſt prius delicta meminimus, mox illa nobis remitti depoſcimus. Sic & ille huiuſmodi affatus eſt patrem. Pro his pater meipm̃ deuoueo. Vel peccata ab hominibus ipſis exhauſta detulit patri, qui illa dimitteret, Verum cur multorũ dixit, non omniũ? Quia nequaq̃ cuncti credidere mortales. At Chriſti mors oĩm æquauit perditionem. Id eſt, ſat ualuit ne omnes perderenẽ & pro cunctorũ ſalute depenſa eſt, & quantũ in eo fuit pro cunctis eſt mortuus. Nec tamen oĩm, quia illi reluctarentur, peccata exhauſit. Vnde inutilem ſibi hi prorſus Chriſti mortem hãc reddidere. Quod ſane horrendũ eſt dictu & admodũ deplorandum, cũ multis illa ſalutem attulerit. In hunc ſenſum & Baſilius ipſe cõcedit. Repperimus tñ in Euangelio ꝙ traderet animã ſuam in redemptionem pro multis, pro omnibus interpretatũ. Multi eñi plerunq; uniuerſos deſignãt.

Baſilius.

SECVNDO ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutem per fidem.) Mortuus, inquit, eſt ille noſtris onuſtus criminibus, & eadem Deo offerens patri, ut deleat obliteretq;, quorum gratia mortem ſit ipſe perpeſſus. Eum nanq; qui peccatum nullum patrarit, ſontem effecit pater, tanquam qui noſtra in ſe conſciuiſſet facinora Apparebit tamen ſecundo, nil ultra deferens peccatorũ, pro quibus non iterato erit huic moriendum, qui ſemel obiuit, ſed ut iudex aduenier ſaluti futurus ſe expectantibus. Id eſt, in ſe cum ſpem tum fidem habentibus, operientibus illius aduentũ, pro cuius dignitate duxerint & uitam. Nec ſolum in ſalutem uenturus eſt ille, ſed in ſupplicium minus credentibus & peccatis obnoxijs.

Quæ ſub lege fiebant figurã futurorum præferebant, quæ uero in eccleſia imaginẽ

VMBRAM enim habens lex futurorũ bonoꝝ.) Id eſt, forma exiſtens bonorum, quæ pro noui teſtamenti ꝓmiſſis, in futurũ a Chriſto hos manent qui illũ expectãt.

NON IPSAM imaginem rerũ.) Id eſt, non ueritatem ipſam. At quarũ dicit hic rerum? Immolationis nimirũ & remiſſionis. Vmbratili enim ſcripturæ, uetuſtiora illa ſimillima uidebanẽ. Quandoquidem ſubobſcura eſſent, nec ſatis patẽtia. Noua uero imagini, id eſt ueritati, utpote quæ clare ſubſiſtunt, & finem ſunt nacta. Accedit etiam, ꝙ magnus ille Baſilius pleriſq; in locis de hac apertius diſſerit, inquiens, Legis paſcha & audio & cõfiteor figuræ fuiſſe ſubobſcuriorem figuram. Vnde datur intelligi, umbram quidem ſermonem dici apud Apoſtolũ, imaginem uero quæ nunc in noſtra eccleſia peragunẽ, tanq̃ & reliqua fore perfectiora argumento ſint, quæ in futuro ſæculo perfruenẽ, qui digni his uidebuntur. Quæ quidem & rerum nũc dicit Apoſtolus, hoc eſt futurorũ bonorum. Nam ut imago a quo fuerit deſumpta differre nõnulla in patre uidebitur, ſic & p̃ſentia myſteria hæc, in ſæculo illo futuro, a rebus illis ꝑfectioribus, haud paruo interuallo diſtabunt. Vtq; ipſa imagine adumbratio quæ proxime fingiẽ inferior eſt, ſic & uetus illud a nouo hoc ſuperaẽ.

PER SINGVlos annos eiſdem ipſis hoſtijs quas offerunt indeſinenter, nunq̃ accedentes poſſunt perfectos facere.) Talis eſt, huiuſce orationis cõtextus, ſententia. Si eñi huiuſmodi legis immolationis & hoſtiæ, aliquid eſſent uirium nactę, nequaq̃ continenter adeo offerentur. Quippe cũ ſemel oblatæ aliquid profuiſſent, et offerri præterea deſiuiſſent. Nunc uero cũ ſingulis annis & perſæpe illa fieret oblatio, perſpicuũ eſt, hoſtias haſce ad perfectionem uolentibus afferendam fuiſſe infirmiores eoq; poſt primã oblationem, & ſecunda deinceps, & alia item atq; alia ſequebatur. Nam & inter medelas ea diciẽ & ualida eſſe & efficatior, quæ ſemel uel impoſita uel hauſta, curat & ſanat. Quod uero ſæpius & uariæ immutatũ imponitur, uim medendi nullã habere arguiẽ, nec prodeſt languenti. Quæret aliquis. Num & ipſi ſine ſanguine immolamus? Ita quidem, ſed Chriſti tunc reminiſcimur obitus, & una nobis eſt imolatio, non multæ. Quãdoquidem eſt & ille ſemel oblatus. Eundem eñi ſemꝑ

Medicina quæ ſit efficaciſſima

offerimus,

Vnicum eſt & ſemel oblatum noſtrum ſacrificium, legis uero multiplex.

offerimus, quinpotius oblationis illius memoriam facimus, perinde ac eſſet hoc tpe immolatus. Quocirca cõſtatutiq; unũ eſſe noſtrũ hoc ſacrificium, legis uero multiplex. Tametſi ut dictum eſt ſupra, eo frequentius offerebatur, ut plurimũ ac multis prodeſſet, quod tamen longe ſecus ſe habet. Noſtrũ uero, ut diximus, unicũ eſt & ſemel oblatũ, & tum in hac uita tum in futura integrũ manet, & perfectius eſt. Nam et unus eſt ſanguis, & ſemel effuſus, & unũ eſt corpus, quamuis fuerit pro multis oblatum, non multa, & item una eſt quæ offertur hoſtia. Hanc nanq; ſemper ut p̃ſentem offerimus. Exempli gratia. Oblatus eſt forte pridie agnus, alter q; hodie immolamus nec tamen ut pridiani illius ullã faciamus memoriã, hodiernus uel ceditur uel offert̃ ſed præſens iſte per ſe ſacrificiũ peragit, non præteritũ refert. Verum cur Apoſtolus eiſdem ipſis hoſtijs dicit? Quia non abſimiles hoſtiæ erant, ſed eiuſdem generis animantia cedebant̃, hodie ſcilicet agnus, & in craſtinũ agnus, diuerſæ tamen numero hoſtiæ erant. Nõnulli uero eiſdem pro modo immolandi interpretati ſunt. Hoc eſt, uel cũ mactari hoſtiæ uiderent̃ uel igne conſumi, ſpecie tñ diuerſæ, utputa ouis, bos, turtur, columbus. Nunq̃ poſſunt perfectos facere, id eſt, cũ futurorum bonorũ umbrã lex habeat nequit eos, qui ei adhæſerint, ad p̃fectionem deducere. Nec q hoſtias offerunt, reddere ex omni parte p̃fectos uel ſanctos poterũt, ad ſe cõcedentes.

Hoſtia peccati non purgabat ſed oſtendebat.

ALIOQVIN nõne ceſſaſſet offerri, ideoq; nullam haberent conſcientiam peccati cultores ſemel mundati.) Si enim, inquit, peccare deſijſſent, nonne & hoſtiæ deſiuiſſent offerri, cum illi iſtarum ope nihil egerent. Quia ſatis iam profeciſſent, & nullorum ſibimet eſſent prauorum facinorum conſcij, quibus mederi eſſet neceſſe, cum ſemel purgati fuiſſent & abſterſi criminibus.

SED IN ipſis cõmemoratio peccatorum p̃ ſingulos annos.) Nil aliud inquit efficiunt hoſtiæ, niſi q peccata cõmemorant arguuntq;. Non enĩ commiſſorũ præſtãt remiſſionem, ſed plane oſtendũt oblatione aſſidua minus eſſe populi peccata ſoluta Nam ſi ſoluta iam eſſent, quid ultra immolandũ fuiſſet. Cõmemorationem uero cũ inquit, ut intelligas facit, non modo futurorũ gratia delictorum, ſed præteritorum ob cauſam hoſtias ab his immolari, quia haud quaq̃ ſint præterita illa dimiſſa. Eſto ſingulis annis uituli ſanguis offerebat̃ pro populo, fit tamen ut ijſdem delictis p̃manentibus, necdũ abolitis, idipſum ſacrificiũ offerretur. Non itaq; eadem erit futurorũ ſcelerum ratio, ac præteritorũ habenda, ſed cõſtat priora illa inſoluta manere, unde & eandem ſemper oblationem fuiſſe arguitur. Nec ſecus q̃ cum una ſemper languenti apponit̃ medicatio, argumento eſt huncip̃m morbo eodẽ aſſiduo laborare.

Elephanticus morbus.

IMPOSSIBILE enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.) Ex oblatorum hac uilitate, & morbi ipſius magnitudine, dicta ſua confirmat. Perinde ac ſi quiſpiam medendi peritus, ſi elephantico morbo, affecto cuiquam in medelam dari linozoſam herbam perſpexerit, dicat neceſſe eſt, nequaquam hanc herbam elephantico illi reſtituere ſanitatem.

IDEO INGREdiens mundum dicit.) Chriſtus ſiquidem in mundum humano corpore ueniens, per Dauid inquit. Eſt autem Apoſtolo mens iſtiuſmodi. Nam cũ illorum immolationes & hoſtias inualidas eſſe & plane inutiles coarguiſſet, ne quis id quærat, cur ergo has ipſas Iudæi exercent? Extabat enĩ adhuc illorum & templũ & quæ legis erant omnia illi exequebantur, cur inq̃ hæc facere nõ deſiſtunt? Vnde & rei huiuſce cauſam aperit, aitq;. Deſitæ ſunt quidem ut Deo placitũ eſt immolationes hmõi, alioquin cũ conſtet Iudæos p̃uicaces eſſe & cõtentioſos, & ſancto SPIRITV reluctantes adhuc his detinentur incumbuntq;. Oſtendit p̃terea quemadmodũ uel ante domini incarnationem Deus reieciſſet Iudæos. Attende aũt cum ingrediens inquit, quemadmodũ uel ante eius ingreſſum odiſſe hunc Iudæos oſtendit.

HOSTIAM & oblationem noluiſti.) Quæ lege ſcilicet ſunt inſtitutæ. Etſi ſatis fuiſſet hoſtiam duntaxat dixiſſe, nihilominus ut ipſe exiſtimo, eo & oblationem adiunxit, ut ſanguinis expers ſacrificium deſignaret.

CORPVS

CORPVS AVtem aptaſti mihi.) Perinde ac ſi dicat. Cum em̃ corpus hoc meum conſummatam perfectamq; hoſtiam fore iam a ſæculo deſtinaſti.

HOLOCAVTOMATA & pro Peccato tibi non placuerunt.) Nec holocautomata hæc, quæ, ſcilicet igne conficiuntur ſacrificia, tibi placuerũt, id eſt, noluiſti, nec in acceptũ hæc retuliſti, neq; quæ eſſent de Peccato oblata. Erant quidẽ ut diuerſis de cauſis, ita & diuerſum ſacrificijs impoſitũ nomen. Nam alia quidẽ pro cõmiſſis offerebanẽ, nõnulla pro negligentia, quædam etiã ſalutaria dicebantur, & conciliatoria quædam, alia inſuper præcatoria, alia demũ purgationis gratia offerebantur. Quæ tamẽ eo ſunt prorſus ſublata, quia ſacrificium & oblationẽ noluiſti.

Vnde multiplicitas ſacrificiorum.

TVNC DIxit, ecce uenio in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uoluntatẽ tuam.) Vides quemadmodum uel antequã dominus carnẽ aſſumeret, eiecta ſacrificia fuerũt & repudiata. Nam & poſt ſublatos ſacrificandi priſtinos ritus, tunc Chriſtus ipſe profeſſus ſum inquit, ecce uenio tuæ exequẽdæ gratia uoluntatis. Patris uero uoluntas huiuſmodi eſt, ut Filius immoletur pro mundo, & homines iuſtificenẽ, non in ſacrificijs, ſed huius in morte. Annuntiaui em̃ inquit iuſticiã in Eccleſia magna. Et deinceps illud eſt interiectũ, in capite libri ſcriptũ eſt de me. Librũ aũt lapideas tabulas dicit, quibus Lex fuiſſet inſcripta, uel uetus teſtamentũ. Perinde ac ſi dicat. In omni ſcriptura de meo aduẽtu facta eſt mentio, & quẽadmodũ ipſe eſſem offerendus pro mundo. Vel caput, ueteris teſtamenti principiũ, interpretatur. Nam & in ipſius Moyſi libri primo ordio, cum hominẽ, inquit, faciamus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſuæ diuinitatis cognitionem aperit Deus.

Quid ꝑ caput libri intelligitur.

SVPERIVS dicens. Quia hoſtias & oblatiões & holocautomata pro Peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi quæ ſcd'um legẽ offerunẽ, tunc dixit ecce uenio ut faciam Deus uoluntatẽ tuam.) Enodat Paulus Dauidicũ dictũ. Sed quæres fortaſſe, quid ergo? Num legis ipſius oblatiões & ſacrificia haud quaq; ex Dei uolũtate ꝓdierãt. Voluntate quidẽ. Sed duplex eſt uoluntas hmõi, vult em̃ quiſpiam præcipuum aliquid, quẽadmodum Paulus. Volo aũt omnes homĩes eſſe ut ego ſum, id eſt, ſolutos & nuptiarũ expertes & celibes. Præterea altera quædã uolũtas, ut aliorũ condeſcendatur libidini, promptior. Vt Paulus idẽ. Volo iuniores uiduas nubere, quod tamẽ eo ſe uelle affirmat, ne de Chriſto quærantur, & idcirco hoc illis permiſit. Sic Deus principio nidores & ſanguinẽ reſpuebat. Vbi uero compertũ habuit Iudęos dæmonibus immolare, ſacrificijs & immolatiõibus hiſce plurimũ detineri aſſenſus eſt, ut in ſui honorẽ hoſtias illi offerrent. Verum cur Paulus, cum infinita haberet ad eam rem teſtimonia, hoc uno eſt uſus & in medium protulit. Id ſane ob Iudæorum impudentiã egit, iactantiumueterẽ illam idcirco deſitam eſſe immolandi conſuetudinẽ, non q; inutilis eſſet, ſed quia facinoroſi fuiſſent qui hoſtias illas offerrent, & Iſaiam producunt horum incuſantẽ Peccata, dicentẽq;. Manus ueſtræ ſanguinis plenæ. Et Dauid præterea hmõi proclamantẽ. Non accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et illud. Quare tu enarras iuſticias meas. Hæc itaq; uel hmõi contentioſis Iudæis obijcientibus, teſtaẽ nunc Paulus certioribus argumẽtis priſtinos illos immolandi ritus, eo fuiſſe a Deo reiectos, quia nec integritatẽ nec perfectionẽ præferrent. Non ob populi ipſius Peccata, ut illi aſſererent. Non em̃ in nono & triceſimo pſalmo, unde id productũ eſt teſtimoniũ, populi ſcelera propheta cõmemorat. Q; autẽ idcirco hoc Paulus uſus ſit teſtimonio, audi quæ in ſequũtur.

Queſtio notã da.

Duplex uoluntas.

Paulus nuptiarũ expers.

Cur deus ꝑmiſerit ſacrificia fieri & ā alia ſibi offerri.

AVFERT primũ ut ſecundũ ſtatuat.) Quod illud eſt primum? Sacrificia & imolationes. Quod uero ſecũdum? Patris uolũtas, id eſt, Chriſti corporis per crucẽ immolatio. Eijciunẽ itaq; priora illa, ut confirmeẽ quæ fit per Chriſti mortẽ oblatio, quã uoluit quidẽ & acceptam habuit Pater. Fit igitur, nequaquã ullo offerentium crimine, ſed ſua imperfectione repudiata ſint, & eiecta hæc ſacrificia.

Repudiata ſũt ſacrificia quia iperfecta, & non ꝑpter offerentiũ peccata.

IN QVA uoluntate ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis IESV CHRISTI ſemel.) In qua patris. ſ. uolũtate, ꝑ Chr̃i corꝑis oblationẽ ſumus ſc̃tificati, q̃ ſemel

 effecta ſit.

effecta ſit. Credētes nanq; nos & fideles ex unigeniti oblatiōe ſctificati, hanc ipſam ſumus Patre uolēte ſanctificationē adepti. Haud itaq; legis ueteris inſtituta dei præſerũt uoluntatē, ſed Chriſtus oblatus, & q̃ ex eius oblatione ꝑfecta eſt ſanctitas.

ET OMNIS quidē ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdē ſæpe offerēs hoſtias, quæ nunquā poſſunt auferre Peccata.) Aſtare ergo, miniſtrantis officiũ arguit, ſedere uero Chriſtũ dicimus cui aſſiſtitur & miniſteriũ id exhibetur.

HIC AVtem unā offerens pro Peccatis hoſtiam in ſempiternũ.) Ipſe utiq; Chriſtus inquit, unicā duntaxat & ſemel obtulit hoſtiā, corpus uidelicet ſuũ pro noſtris delictis ad ſalutē nobis perpetuo ualituram, & ita ut ſecunda nil egeamus.

SEDET IN dexterā Dei de cætero expectans donec ponant̃ inimici eius ſcabellũ pedum eius.) Eſt itaq; hic non pontifex ſolũ, ſed Deus. Poſtquā uero opus illud abſoluit, quo fuerat pontificis nomē ſortitus, conſedit tandem ut Deus, opperiens eius ut hoſtes pedibus ſibi ſubijcerent̃. Huius aũt inimici cũ infideles ſunt oēs, tum dæmones ipſi qui & demũ ſubdentur̃, id eſt, eorũ ceſſabit nequitia. Nec ultra obeſſe poterũt, & in ignē illum inextinguibilem detrudent̃. Paulus tñ infideles Iudęos eos nunc Chriſti inimicos appellat, ut conſolet̃ qui ex Iudæis crediderant, qui malis innumeris a perfidis illis afficerent̃. Perinde ac ſi dicat. Nolite aio ipſi concidere, futurum eſt eñ, ut qui in p̄ſenti uos urgent ſuperbiendo, nō modo ſubijciant̃, ſed quod grauius eſt, & pedibus conculcent̃. Cui rei argumento eſt, Chriſtũ ad Patris dextrā

Quomodo notanda.

conſediſſe. Quod quidē & ſi ita ſe habere pro indubitato tenemus, & illud pro Dauidicis dictis fiat neceſſe eſt. Dicet aliqs. Cur non ſtatim huius ſunt pedibus illi ſuppoſiti? Hoc eſt, quamobrē non ſunt e medio cōfeſtim ſublati? Eorum quidē cauſa dixerim, qui ex his eſſent adhuc profuturi fideles, ut e ſentibus ſuauiſſimi flores.

VNA ENIM oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.) Prorſus inquit, & a Peccatorum ſeruitute exemit, & qui ſanctiores eſſent iam redditi, & ſuo fuiſſent delibuti iam ſanguine, quandoquidem eſſent illius in morte & ſanguine baptiʒati. Omnes nanq; qui huiuſmodi ſunt Baptiſmo abluti, & cōplantati mortus huiuſce ſimilitudine, perſpicuum eſt per eius eſſe cruorem ſanctificatos.

CONTEſtat̃ aũt & nos Spũs ſanctus.) Quidnā ille inquit, teſtificat̃? Quia uel unica oblatōe a pc̃tōꝝ nos ille exēerit iugo, et ita, ut ſcd'a nobis minus ſit neceſſaria.

Remiſſio delictorum ex nouo teſtamento.

POSTQVAM eñ dixit hoc eſt teſtamentũ, quod teſtabor ad illos dicit dñs, poſt illos dies, dando leges meas in cordibus eorũ, & in mētibus eorũ ſcribam eas, & peccatorũ & iniquitatũ eorum iam non recordabor.) Vides quēadmodũ teſtificetur his Deus delictorũ ſe contuliſſe remiſſionē cum nouũ traderet teſtamentũ, quod ſane per eius Filij mortē & tulit & confirmauit, ut ſupra iam patefecimus.

VBI AVtem horũ remiſſio iā non oblatio ꝓ Peccato.) Si eñ peccatorũ remiſſio una oblatione ꝑmiſſa eſt, q̇d ultra eſt opus ſecũda? Liquet itaq; una dũtaxat Chriſti oblatiōe ꝑfectiores nos eſſe effectos, accepta prauorũ facinorũ remiſſione, nec alio ſacrificio indigemus. Sunt itaq; Iudaicę imolationes illæ ſuꝑuacaneæ, tametſi Iudęi plurimũ altercando cōtendāt. Quandoquidē iampridē inutiles fuiſſe coarguunt̃.

HABENTES itaq; fratres fiduciā.) Cũ magnitudinē prætuliſſet, qua & noſter Pontifex Chriſtus legis ueteres pōtifices illos p̄ſtaret, & quantũ teſtamentũ noſtrũ hoc nouũ, uetuſtũ illud excedat, qua ve legis imolatiōibus & ſacrificijs p̄ſtet Chriſti oblatio, per quā ſumus & ipſi peccatorũ iugo & pondere liberati, deſinit iam de dogmate diſputare, & per oportune ad mortalitatē pertranſit, & ſpaciũ præbet auditoribus, ſeſe colligendi. Nam cũ de remiſſione diſſeruiſſet, cōmonefacit demũ ne rurſum in cōmiſſa olim facinora relabant̃. Habētes inquiēs fratres fiduciā, quia nobis .ſ. ſint Peccata dimiſſa. Quēadmodũ enim pudorē affert peccatũ, cogitq; ne qs audeat qui eo obſtringit̃ ꝓdire in publicũ, ſic remiſſio ipſa animos facit, & fiduciā præſtat.

IN INTROitu ſanctorum.) Cum itaq; nobis remiſſa ſint ſcelera, confidimus ſemper ſancta illa nos adituros, id eſt, cœlum.

IN SANGVIne Chriſti.) Id eſt, per ſanguinem. Per crucem nanq; & Chriſti ſanguinem, ueniam meriti, fidentiores efficimur.

QVAM INItiauit nobis uiam nouã & uiuentẽ.) Quã ſcilicet in ſancta introitum initiauit, id eſt, dux ipſe ad ingrediendũ & præuius fuit, & prior hanc ipſe uiam aggreſſus eſt, & inceſſit. Nouam aũt dixit, quia nuper & noſtris tẽporibus id iter innotuit. Quod utique nobis ad gloriã cedit, ut hiſce rebus quibus nec Abraham ipſe dignatus ſit, nos ſimus digni effecti, utpote quibus iam pateat cœlũ. Viuentem aũt dicit prioris uiæ reſpectu, q̃ fuerat mortifera, & ad legis ſancta ductabat. Neq; enĩ illud priſtinũ iter locum habet ullum ſalutis, quin & in exitiũ trahit ſe adeuntes. At noſtrũ hoc ita ad uitam deducit, ut & ipſum uiuens & perpetuũ ſit, quia uitam præbeat ſempiternam. Vel uiuentẽ nouam uiam intellige, & florentẽ, ad ueteris illius & obſoletæ iam differentiã, qua in ſancta ibatur, quæ procul dubio mortua eſt.

PER VELAmen, id eſt, carnẽ ſuam.) Innouauit hanc ille nobis in cœlum uiam per eius carnem, quæ utiq; cum eſſet in cruce ſublata, & deinceps ad cœlos euecta, tunc ſane & nobis cœleſtia reſerauit. Vnde & apte uelamen carnẽ hanc dixit. Cum enim fuerit uelamen detractum, quod intus latuerat reſeratur.

SACERDOtem magnũ ſuper donũ Dei.) Habentes. ſ. & ſacerdotẽ Chriſtum quidẽ ſuper dei donũ, id eſt, fideles, qui dei ſunt templũ & habitaculũ, ut illud eſt. Et inambulabo & inhabitabo in eis. Vel quod uerius dixerim, cœlũ ipſum. Illud nanq; ſancta appellat, & in eo ſuo pfungi munere pontificẽ dicit, p nobiſq; intercedere.

ACCEDAMVS.) Ad quem, ad Fidem uidelicet, & cultũ hunc ſpiritalem. Vel ad cœlum præterea, ubi noſter Pontifex reſidet.

CVM VERO corde.) Hoc eſt, q̃d careat dolo & apertũ ſe erga fratres exhibeat, nec hæſitans ſit, & de futuris ſub dubiũ, unde & in deſperationem aliquã recidat.

IN PLENItudine Fidei.) Cõmonefacit hoc loco, quemadmodũ minime nobis in deſperationem ſit concidendũ, ſi Fidei fuerimus plenitudinẽ conſecuti. Hoc eſt, ſi Fidem ſumus certiorem adepti, quauis ex parte perfectã. Poteſt enim quis credere, Fidei tamen carere hac plenitudine, ſicuti & illud in ore habent plerique. Non æque omnes reſurrecturos, id eſt, non ſingulos habituros reſurgendi licentiã. Qui iſtiuſmodi ſentiunt, haud quaquã igitur plenam ſortiti ſunt Fidem, ſed manci haud dubie in ea ſunt iſti & imperfecti. Accedamus itaq; ad Fidei hanc plenitudinẽ, cum nihil offerrĩ quod cerni oculis poſſit, nec templũ hoc q̃d cœlũ præfert, nec Pontifex ipſe. Quippe qui poſtquã ſancta illa, id eſt, cœlũ ingreſſus eſt, non ultra humanis obtutibus patet. Quo circa opus eſt Fide, & abundantiori quidẽ, & nihil ſubdubia. *Plenam fidem adepti non deſperant.*

ASPERSI corda a conſcientia mala.) Cum de Fide diſſeruiſſet, oſtendit nunc non Fidem ſolum, ſed uitam etiam uirtute excultam requiri. Atqui Iudæi corporẽ & carne aſpergebantur, nos corde & animo, & ita ut nil nobis ſimus nequitiæ conſcij. Reſpergimur etiã uirtute ipſa uel Spiritus gratia, qui nobis in lauacro reliquit Peccata & fortitudinem cõdonauit. Quo fit, ut ſi ſtudio fuerimus & diligentia uſi, futurum ſit, ut nil ultra in priſtina recidamus cõmiſſa.

ET ABLVTI corpus aqua munda.) Baptiſmi ſcilicet aqua. Munda uero quia puros efficiat, abſtergatq; a labibus, uel quia nihil habeat ſanguinis intermixtũ, uti & apud ueteres illos cinis ſanguine erat reſperſus. Vel munda dicit, quia in lauacro ipſo Spiritus gratia animas mundet, & nitidas reddat. Viſibilia tamen cũ inuiſibilibus cõiunxit Apoſtolus. Nam corporis abluendi gratia aqua deſumiĩ, tametſi duplex purgatio ſit, ut ipſi duplices ſumus, id eſt, ut corpore conſtamus & anima.

TENEAMVS ſpei noſtræ confeſſionẽ indeclinabilem.) Hoc eſt, quã profeſſi nos ſumus, ſpem teneamus ſtabilẽ & immotã. Sperauimus nanq; in Fidei ſuſceptæ primordijs ingreſſuros nos cœlum, deinceps & illud ſumus confeſſi reſurrectiõem nos crediturõs futurã, & uitam illam perpetuam habituros. Id quidẽ eſt nobis cum Fide cõuentum, & ſic licuit depaciſci, quo circa hæc nobis tenenda confeſſio eſt.

FIDELIS eſt enimqui repromiſit.) Vires ſcilicet ille ſuppeditat, quatenus ſpem hanc inconcuſſam ſeruemus,& firmam. Quod ſane futurum eſt,ſi Fidem nõ uerimus pollicentis. Fidelis eſt enim,id eſt,ueridicus Chriſtus,& certiora ſunt eius promiſſa,ait nanq;. Vbi ſum ego,illic & meus erit miniſter.

ET CONSideremus inuicẽ in ꝓuocatione charitatis & bonorũ operũ.) Quod utiq; perfectius eſt,charitatẽ adiecit. Ait itaq; cõſideremus, id eſt, diligenter & enixius aduertamus,ut uirtute præditos ꝑnoſcamus,ut hos imitemur,nõ tanquã liuore capti,ſed laudabili quadam æmulatiõe & ipſi illorũ operibus ꝓuocati,quæ ijdem geſſerint,factitemus. Cuiuſmodi ꝓuocatio charitati eſt,nõ inuidiæ argumentũ. Nã ut ferro acuit̃ ferrũ,ſic & anius qui cũ anio conflictat̃ bene inſtructo,magis ac magis ad bonũ accendit̃. Vel forte hæc in ꝓuocatiõe dixit hic charitatis,ut illos hortet̃, perinde ac ſi inquiat. Vnũ ſentite inuicẽ,ut ad mutuã accẽdamini charitatem.

NON DESERentes collectionem ueſtram.) Callebat hic ſane ex cõuentu huiuſmodi gigni beneuolentiam,& ideo monet ne conueniendi inter ſe deſerant conſuetudinem. Neq; ad receſſus aliquos ſtudeant uel diuerticula ſe cõferre,ait nanq;, Vbi duo fuerint uel tres in nomine meo cõgregati,ibi & in medio eorum ſum ipſe. Quin etiam Eccleſiæ preces, id eſt,fidelium congregatio,precando Petrum uinculis ſoluit,& carcere ubi erat cathenis conſtrictus,exemit.

Bona eſt fratrũ congergatio.

SICVT EST conſuetudinis quibuſdam.) Hoc loco quoſdam incuſat,qui ab Eccleſiæ conuentu ſecederent.

SED CONſolantes.) Hoc eſt,alternis uos conſolamini,alternis cõmonefacite inſtruiteq;. Frater enim inquit,a fratre adiutus,erit ut ciuitas cõmunita.

ET TANto magis quãto uideritis appropinquare diẽ.) Cõſummatiõis uidelicet ſæculi,uel quo ex hoc ſæculo excedendũ ſit,quod eſt ab inuicẽ abeundũ. Id ſane dictum plurimũ hos conſolat̃, qui ſpem omnẽ ex multis tentationibus amiſiſſent, quemadmodũ & alibi dicit. Dominus prope eſt,nihil enim ſolliciti ſitis.

VOLVNTArie enim peccantibus nobis.) A potioribus hos ſupra hortatus eſt, cum dixit. Fiduciã habemus,quia ſumus peccatorũ remiſſione dignati. Nunc uero eoſdẽ a triſtioribus terrefacit,& mœſtis. Attende qua ſit iſte dementia. Voluntarie eñ inquit peccantibus,tanquã ſi haud ſponte deliquerint, ſpes aliqua ſit moderatioris ueniæ aſſequendæ. Peccantibus uero dicit,quos nil unquã pœnitet cõmiſſorũ, perinde ac ſi dicat. Nolimus immorari Peccatis, ſed pœnitentiã præferamus, ſic fa-

POST ACCeptam noticiam ueritatis.) Vel Chri- (cile conſequet̃ uenia. ſti uidelicet accepta cognitione,uel dogmatum.

IAM NON amplius pro Peccatis relinquit̃ hoſtia.) Non ut pœnitentiã tollat, hoc intulit,quẽadmodũ huius cõtextus ſententiã deprauarunt nõnulli, ſed ut argu at Baptiſmũ iterari non poſſe. Nec ſecundũ aliquod eſſe baptiſmatis lauacrũ, eoq; nec ſecũdo Chriſtum mortẽ ſubire, quẽ hoſtiam dicit,ut patebit inferius,cũ inquit. Vna eñ hoſtia finita eſt in perpetuũ. Baptiſmus eñ hic noſter,mortis Chriſti præfert imaginẽ. Nam quemadmodũ unus eſt Chriſtus,ita & unũ eſt Baptiſma. Quid igitur imprudenter adeo laberis,ſi nihil ſperas per Baptiſmum uel ullo labore abolere te poſſe Peccata? Sunt itaq; & uobis ait,recta opera comparanda.

Baptiſmus mortis Chriſti præfert imaginem.

TERRIBIlis nanq; eſt quædã expectatio iudicij Dei,& ignis æmulatio quæ conſumptura eſt aduerſarios.) Excipit eñ inquit,terribile nos iudiciũ illud,& ignis Zelus. Aduerte ut ꝑinde animatũ effecerit ignẽ. Nam ut belua aliqua irritata nõ ante ſæuire deſiſtit, quã aliquẽ arripiat laceretq;,& uorans expleat iram,ſic & ignis æmulatiõe dictus & Zelo ulciſcendi mandatorũ trãſgreſſus,ob idq; deſæuiens quẽcunq; corripiat depaſcit̃ ſemꝑ. Aduerſarios uero nõ infideles modo hic dicit,ſed eos etiã, qui & ſi fuerint Fidem adepti,factitant tamẽ quæ Chriſti iuſſis aduerſant̃.

IRRITAM quis faciens legem Moyſi.) A minoribus arguit non iniuria in eos id futurum ſupplicium,ut maiorem his uerbis faciat Fidem. Moyſi autem legem dicit,quia multa admodum ille inſtituit.

SINE VL-

SINE VLla miſeratione, ſub duobus uel tribus teſtibus morit̃.) Sic contextus iſte cōſtruit̃. Quis irritā Moyſi faciens legē, ſub duobus uel tribus teſtibus ſine ulla miſeratione morit̃, hoc eſt, ſi duorū uel trium teſtimonio pateat mādata hunc ſuiſſe (tranſgreſſum.

MVLTO MAgis ſciatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filiũ Dei conculcauerit, & ſanguinē teſtamenti pollutū duxerit.) Iudiciū illis permittit, q̃d facere cōſueuimus in rebus certiſſimis, uel cum auditores ipſos iudices facimus. Conculcauerit uero, id eſt, contēpſerit. Nam quēadmodū nullam habemus eorū quæ pedibus ſuppreſſimus rationē, ſic & Chriſtum nihil ducimus, cūm ad peccandū prouehimur. Et ſanguinē teſtamenti pollutū duxerit, id eſt, quod nihil cæterorū ſanguini præſtet. Sic græce. Vel pollutum, ut tanquā inquinatū hunc ducat & aſpernetur. Teſtamenti aūt dicit, quia per Dei Filium confirmatū eſt teſtamentum, qui nobis conceſſit hæreditatē, ut dictū eſt ſupra. Hæc quidē de myſterij ipſius perceptiōe dicunt̃. Cum em̃ immaculati corporis illius & ſanguinis cōmunicando participauerit, carnē hanc ipſam quæ corpus id & ſanguinē ſumit, ſi cæno impuritatis & luxus, & ueneris ſordibus inquinamus, nōne Dei Filium cōculcamus? Nam cænum hoc & terreum lutū haud quaquā adeo eſt diuino corpore illo indignū, quam noſtri corporis labes & immūdicia. Videtur aūt id dictū facere contra Neſtorianos, opinātes Chriſti ſanguinē nil quicquā a cæterorum animantiū cruore differre. *In Neſtorianos.*

IN QVO ſanctificatus eſt.) Ingratitudinis hoc loco & ſtulticiæ arguit, qui Chriſti ſanguinem nil ueneretur, a quo & ſanctitatem acceperit.

ET SPIRItus gratiæ contumeliā fecerit.) Qui em̃ accepta beneficia non recte diſpenſat, beneficiū procul dubio afficit contumelia. Dei te Filium ille effecit, tu uero es, proh uitiorum ſeruituti obnoxius. Venerat ille apud te māſurus, tu uero pro eo diabolum admiſiſti. Eſt ergo Spiritus gratiæ iniuriam inferre. *Qui accepta beneficia non recte diſpenſat bene factorem afficit contumelia.*

SCIMVS ENIM qui dixit, mihi uindictam, & ego retribuam. Et iterum quia iudicabit dominus populum ſuum. Et horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis.) Hæc quidem ſubiunxit, ut orationis ſeriem proſequeretur, oſtenderetq; dominum ſumpturū aliquando de peccatoribus pœnas, quamobrem & huiuſmodi per prophetam dixit. Conſolatur præterea & hos qui non æquo animo ferrent preſſuras, cum a Iudæis & infidelibus opprimerētur. Subinde iſtiuſmodi inquiat. Nolite concidere animo, habetis nanq; qui illatas uobis iniurias uindicet, & pro meritis reddat unicuiq; præmia, & perpetuo uiuit, ita ut effugere hunc nequeant hi, qui uobis mala ingeſſerint. Et uos quidem illorum in manus concidiſtis, qui mortales habentur. Ipſi uero in eius manus deuenient, qui uitam perpetuo ducit. Quo fit, ut declinare hunc nequeat quiſpiam, aut demeritas pœnas defugere.

REMEMORAmini autē priſtinos dies.) Neq; enim dictū eſt fruſtra, mihi uindictam & ego retribuā. Cunq; latenter eſſet hos antea conſolatus, nunc eos & alloquitur palam & cohortatur, ne a Dei deficiant tolerantia, aitq;. Nolite alios imitari quoſcūq;, ſed ipſi uos imitemini, qui ab ipſis Fidei ſuſceptæ primordijs decertaſtis. Velim tamē ueſtrum hoc occeptum certamen, animo & cogitatione uerſetis, ne per ignauiā atq; ſocordiam labores quos olim tuleritis, amittatis. Aduerte quā prudenter & ſpiritaliter hæc dixerit Paulus. Cum enim prius eorū animos gehennæ memoria obturbaſſet, nunc lenit & conſolatur. Nec blandiens quidē, ſed ex his quæ antea toleraſſent, facit fidentiores hortaturque. Vendicat enim ſibi procul dubio Fidem, qui cuiquā conſulit impellitq;, ut ſeipſum quæ antea geſſerit, imitetur.

IN QVIBVS illuminati magnū certamen ſuſtinuiſtis paſſionum.) Aut enim ob baptiſmum hos dicit fuiſſe illuminatos, uel ſimpliciter ob myſterij notionem, & bonorum æque fideles ſunt conſecuti. Luce nanq; futurorum cognitionis accepta, omnia toleraſtis. Nec tentationes, ſed certamen dixit. Quod utiq; animi & magnitudinem præfert & tolerantiam, & hanc quidem præcipuam.

IN ALTERO quidē opprobrijs & tentationibus ſpectaculū facti.) Vide qua-

Magnū eſt animi ferre conuicia.

les in hos cōgerat laudes. Eſt ſane magni & excelſi animi ferre cōuitia, ſicuti & propheta ipſe teſtatˀ. Obortæ mihi ſunt lachrymæ cū mihi obijcereť, ubi eſt Deus tuus. Et alibi. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utiq;, & opprobriū inſipienti dediſti me. Iob pterea & ſi iniquo aĩo cōtumelias tolerabat, cętera tñ adamãtis in morē, forti & ualido. Quod ſi in propatulo & oĩm in cōſpectu inferať iniuria, eo maior & uirilis requiriť ad tolerantiã animus. Quod ſane hoc ſignificat Paulus, cū ſpectaculū inquit, eſtis effecti. Contēplare itaq; quã eſſent hi magno & pſtanti ingenio uiri, qui Chriſti ob gratiã, & gloriã ſimul & opes contēpſerint? Contumelijs deinde affecti, cum ſpectaculo & deriſui eſſent, nec ſecus quã qui in theatro exibilantur & illuduntˀ, uel a tenuioribus & abiectis illatas iniurias tolerabant.

IN ALTERO autem ſocij conuerſantium taliter eſtis effecti.) Non modo inquit, ueſtras preſſuras tuliſtis, quæ non ultro uidentur inferri, ſed uiriles adeo uos præſtitiſtis, ut comites ſitis Apoſtolorum taliter conuerſantium. Hoc eſt, in preſſuris degentibus & contumelijs, ſponte ipſi uos ſubieciſtis, ut cum ſimul perpeti mala uelitis, & paſſionum eſſe participes uoluiſtis.

NAM ET uinculis meis cōpaſſi eſtis.) Non modo, inquit, ueſtris in malis cōſolante nemine indiguiſtis, ſed & alijs cōſolationi fuiſtis, & mihi cōiecto in uincula.

ET RAPInam bonorū ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.) Dixerat quemadmodum alijs eſſent in malis perpetiendis ſocietate coniuncti. Nunc uero & quæ in ſeſe fuiſſent ingeſta, æquo animo tulerint. Ait q; bonorum direptionē huiuſmodi, magnū fuiſſe eorum Fidei magnitudinis argumentū. Nam eo inquit, ueſtra omnia in prędam ceſſere, quia in Fide ſuſcepta ſtabiles perſiſtitis. Licebat enim & uobis, ſi libuiſſet, minus illam ſuſcipere. Vbi uero hanc ſuſcepiſtis, uoluntariã proculdubio indicat tolerantiã, & quod bonis fortunæ Chriſtum non inuiti præponitis. Et cum gaudio inquit, eos direptionem hanc ſuſcepiſſe. Reddit utiq; Apoſtolis pares, qui gaudentes redirent, quod pro Chriſti nomine contumelijs eſſent affecti.

COGNOSCentes uos habere meliorē in cœlis ſubſtantiã & manentem.) Vel id inquit, certiori quodam iudicio ac Fide uos agitis. Noſtis enim meliorē uos eſſe in cœlis adeptos ſubſtantiã, & diutius permanſuram, quã ea fuerint, cuius nunc iacturam feceritis. Illa nanq; & certior eſt, nec amitti ullis hominū inſultibus poteſt.

NOLITE itaq; amittere confidentiam ueſtram.) Cum nolite inquit amittere, oſtendit nondum hos fuiſſe collapſos, eſſe tamē & confirmandos, & de bonis futuris certiores reddendos. Confidentiam autē dicit, quia qui talia tulerint Dei ob gratiam patientius, plurimum in Deo confidunt.

QVAE MAgnam habet remunerationem.) Subinde inquiat. Vos quidē teſtimonio eſtis, qui non ignoratis potiores habituros in cœlis in poſterū facultates.

PATIENTIA uobis neceſſaria eſt.) Nulla enim re alia indigetis, niſi ſola hac tolerantia. Nam cætera ita eſtis iam aſſecuti, ut addi nil queat.

Patientiam nobis eſſe neceſſariam.

VT VOLVNtatē Dei facientes reportetis pmiſſionē.) Conſtat ſane Deū id apprime uelle, ut oĩbus in rebus, perpetuo præſteť hæc patientia. Ait nãq;, qui ad finē uſq; perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Nec ſecus hos monet Apľs, ac faceret quiſpiã certatorē aliquē conſpicatus, deuictis ſupatisq; aduerſarijs, qui nil ultra nec æſtū ferat, nec ſitim, & ut moræ impatiens, nec emeritã expectet coronã e medio ptinus abeuntem, his dictis pſequendo horteť. Perfunctus iam tuo munere es, & egregie decertaſti, & ita ut palmã retuleris, paululū obſecro opperire, ut coronas in prǣmiū referas. Contēde, ut quoad præmia deferanť, teipſum uincas, & patienter id moræ feras.

ADHVC ENIM modicum, aliquantulumque qui uenturus eſt ueniet, & non tardabit.) Producit Prophetam Abacuc ita dicentem. In proximo eſt iudex pro meritis & præmia redditurus. Q; autem Abacuc tunc dictitaret, paulo poſt qui uenturus eſt ueniet, ſtatim hunc conceſſurum demonſtrat. Cum uero aliquantulum dicit, breuem admodum aducntus moram oſtendit.

IVSTVS AVT-

IVSTVS AVTem ex Fide uiuit. Quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit aniæ meæ.) Habenda ergo eſt Fides ſi iuſtiores ſumus futuri. Quod ſi ſe ſubtraxerit iuſtus, i. ſi ſubdubius in fine reddat̃ hæſitetq;. Vel ſe ſubtraxerit, i. ſi a tentatiõibus opprimet̃, erit id plane aniæ meæ nil gratũ. Cuius animæ? Dei uidelicet, ſcdm ſcripturę cõſue tudinẽ, ut illud. Dies ueſtros feſtos odit ania mea. Vel de Chriſti etiã dici aia poteſt.

NOS AVTem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed Fidei in acquiſitionem animæ.) Cum enim terrorem his incuſſiſſet cum diceret, minus placebit animæ meæ, nunc ait. Non enim ex perditorum numero ſumus, ut ſubterfugiendum ſit nobis uel per ignauiam & ſocordiam uita degenda, uel ſit aliquo pacto ſub dubitandum. Sed ex his ipſi conſtamus, qui in Fide ſunt ſtabiliti, ut animas acquiramus. Hoc eſt, comparemus, tuemurq; & ſaluas reddamus.

EST AVTem Fides ſperandarũ ſubſtantia rerũ.) Diffinit itaq; nobis hãc Fidẽ, aitq;. Fides quidẽ eorũ ſubſtantia eſt, q̃ nondũ ſubſiſtũt. Qualis eſt reſurrectio, quæ nondũ fuerit, ſed fides hãc facit ut futura credat̃, & hãc nobis tanq; præ ocul' ponit.

Fides eſt de nõ uiſis

ARGVMENTVM non apparentium.) Argumentum, id eſt, demonſtratio & manifeſtatio quædam incertarum rerum, nec apparentium, hoc eſt, in conſpectum non uenientium, ſed Fides facit ut res eiuſmodi mente ſpectemus tanquam præſentes. Si hanc igitur habet uim Fides, quid ipſi hæc vultis re ipſa perſpicere, quæ ſunt omnino uentura ut excidatis a Fide. Nam nil aliud uidere mini uos ipſi eniti, quam a ueſtra iuſticia & labi & cadere. Iuſtus nanq; ex Fide uiuit.

Iuſtus ex fide uiuit.

IN HAC enim teſtimoniũ conſecuti ſunt ſenes.) Id eſt, in ipſa Fide teſtimoniũ excepere tantopere priſci oẽs, ut pro confeſſo habitũ ſit Chriſto morẽ geſſiſſe.

FIDE INTelligemus aptata eſſe ſæcula uerbo dei, ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent.) Cum eñ Fides ab his obtrectet̃, quibus eius ſunt uires incognitę, rem oĩno eſſe in demonſtrabilẽ aſſerentibus, & circumuentionẽ apertiſſimã atq; fallaciam, eo nunc Paulus uel maxima quæq; per Fidẽ oſtendit fuiſſe effecta, non ex cogitatione ulla humana uel ſenſu. Nam q; Deus ex nihilo uniuerſa cõdiderit, quibus poteſt argumẽtis tam ingens facinus explicari? Nullis certe, ſed ſola Fide, cũ Deo credimus nihil factu eſſe difficile. Eidẽ itaq; nouimus & ſæcula fuiſſe aptata, id eſt, uerbo effecta. Verum cur fide? Quia ex his quæ nuſquã apparent, ſunt hæc quæ uiſunt̃ confecta, quod ſane indiget fide, ut factum ita exiſtimemus. Vel ita. Verbo Dei cõdita ſunt, quia ex his quæ haud quaquã conſtarẽt, quæ extant, ille ꝑduxerit. Cum ſæcula audis, uel quæ ſæcula hæc cõplectunt̃, intelliges. Nec ſecus cum tẽpora dicimus, & quæ tẽporibus his includunt̃, accipimus. Abuſiue tamẽ & ſæcula, tẽpora ipſa deſignant. Nam proprie unũ eſſe ſæculum conſtat, quod a tẽpore differt.

FIDE PLVrimam hoſtiam Abel quam Cain obtulit Deo.) Cum eñ magni ſit Fides hæc facienda, & uirilẽ exigat animũ, cumq; & qui ex Iudæis crediderãt, in languorem a priſtino ſtudio & deſidiã recidiſſent. Quippe qui initio ſtatim Fidei plurimum prætuliſſent ardorẽ, malis tamẽ crebrioribus afflictati, animo fere defeciſſent. Conſolatur hos Paulus, cum ex rebus per ſe antea geſtis, tum ex ſcripturæ dictis, ſic inquiens. Iuſtus ex Fide uiuet. Tum etiam a rei diffinitione, cum dicit. Fides eſt ſperandarũ rerum ſubſtantia. Nunc uero & priſcorum hominũ exemplo, hos cohortatur & lenit. Cum eñ quis malorũ & preſſurarũ inuenerit ſocios, reſpirat animo & ſubleuat̃. Vnde & Abel illum producit in medium, aſſeritq; fide plurimã obtuliſſe hunc hoſtiam, quam Cain frater obtulerit. Id eſt, honoratiorẽ, quam fratris eſſet. At quẽ is alium qui fuiſſet ante ſe genitus uidit? Num patrẽ, Num matrem? At Deum offenderũt. Num fratrem? Vel hic quidẽ Deo cõuiciatus eſt. Fit igitur, ut Fide ductus quæ potiora haberet, Deo ille offerret, unde eſſet & præmia recepturus.

Fides hoſtiam Abel magis quã Cain deo reddit accepiam.

PER QVAM teſtimoniũ conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimoniũ perhibente muneribus eius Deo.) Abel munera, Deus acceptiora habuiſſe & ſuo teſtimonio comprobaſſe uidet̃, quia ſibi bonorũ largitori & dño, meliora quidẽ, quam quæ acce-

pſſet ab eo ille obtulerit, cuius hoſtiam ferunt oblatam, ignẽ e cœlo demiſſum, protinus abſumpſiſſe. Vnde & Cain illi innotuiſſe, Abel ſibi fuiſſe prælatum, qui enim

ET PER illam defunctus adhuc loquitur.) Id eſt, fi (aliter fieri poterat) deles effecit, ut uita adhuc frui Abel hic uideat, et documẽto oĩbus eſſe, & uocẽ fere edere iſtiuſmodi. Imitamini me mortales & morẽ gerite creatori, ſectantes iuſticiã. Loquit igitur & gloria euectus, & fama nominis adeptus celebritatẽ. Nec ſecus loquit, quam cœlũ ſolet, cũ a nobis ſpectat & cernitur. Videt enim illud quaſi profari hmõi. Suſpicite me & aduertite, ut ſim clariſſimis diſtinctũ luminibus, ut me incredibilem in modũ ornauerit Deus. Neq; Abel adeo huius uerba proficiunt, quã ea quæ eſt ipſe perpeſſus. Hæc autẽ dixit, ut his patefaciat, qui forte nec mala patientius ferrent, nec ſatis Deo confiderẽt, uel in hac uita iuſtos crederent honoribus frui, perinde ac ſi dicat. Et uos inſuper his eſtis uel in hoc ſæculo fruituri.

Celi ad nos non.

FIDE ENoch tranſlatus eſt ne uideret mortẽ, & nõ inueniebat quia trãſtulit illũ Deus. Ante tranſlationẽ enim teſtimoniũ habuit placuiſſe deo.) Maiorẽ hic quam Abel de ſe pſtitit Fidẽ. Nam quæ Abel ipſi obtigerãt, ſat ſunt, ut huius oñdere animũ queant. Quandoquidẽ & ſi iuſtior eſſet, a fratre tñ obtruncari pmiſſus eſt. Ob cuius cædẽ, ſi carnifex ille pœnas luit, & in ultimas terras abſceſſit, qd mortuo pfuere fratris ſupplicia? Magnã itaq; Enoch conſtat præ ſe Fidẽ tuliſſe, quia certo crederet pro meritis Deum, & ſi non in pſenti, in futurũ tamen mercedẽ cuiq; redditurũ, qua fide hic placuit Deo, & cum placuiſſet, tranſuectus eſt. Eſt ergo fide tranſlatus, hoc eſt, fides ipſa hunc alio tranſtulit, qua & placuiſſe eſt uiſus. Quod aũt Enoch uiuens traductus ſit, uitãq; ad id tẽporis ducat, nihil ambigimus. Quo uero ſit ille traductus, aut quẽadmodũ agat, incertũ eſt, ſcriptura nil ultra ſignificante.

Fides Enoch.

Enoch tranſlatus eſt ſed in certum quo.

SINE FIDE autẽ impoſſibile eſt placere Deo.) Niſi enim futuram bonorum malorumq; remuneratiõem crediderit quiſpiam, placere Deo nil poteſt. Nam quo pacto laborioſum illud uirtutis iter adierit aliquis, ni multiplicia ſperet præmia & firmiora. Sed audi quæ inſequuntur.

CREDERE enim oportet accedentem ad eum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.) Deum autẽ eſſe & fore, ut pro meritis hic faciat ſatis, per Fidem tenemus. Sed qualis illius ſubſtantia ſit, ab his comprehendi animo nequit, qui terrena hæc ſapiunt. Verum quid illud deſignat quod ait, ſe inquirẽtibus? Id ſane hos præfert, qui optimis uitæ actionibus Deo ſe gratos exhibere contendunt, non illos qui per exteriorem hanc ſapientiam, ſumma cum cura diuina ſcrutantur. Vide quã prudenter Apoſtolus remuneratorem Deum frequenter cõmemoret, ut ex Iudæis fideles in Fide ſtabiliat, qui mala ingeſta puſillo animo ferrent.

FIDE NOE rñſo accepto, de his quæ adhuc non uidebant, metuẽs aptauit arcam in ſalute domus ſuæ.) Accepit Noe a Deo ex Fide rñſum. Hoc eſt, inſtructus a deo fuit de rebus incertis, nec tñ ille dei uerbis diffuſus eſt, tametſi in tranquillo oĩa agerent, & cuncti hoĩes delicijs & uoluptatibus operã darẽt, & nihil graue expectaret. Neq; eñ fuerat iſtiuſmodi aliquid ante conſpectũ, nec in mentẽ cuiquã ueniebat, ut mũdus aquis deperderet. Alioqui credens hic Deo, futuri diluuij formidine perciſus, parauit arcã & extruxit, quæ uniuerſis q̃s domi haberet, & aĩantibus cęteris ſaluti fuit. Aduerte quẽadmodũ & Deus rñſa det, & Spũs ipſe ſecundũ illud q̃d eſt de Simeone cõſcriptũ. Erat illi rñſum a Spiritu ſancto. Quo fit, ut Deus ſit Spiritus.

Fides Noe.

PER QVAM damnauit mundum.) Hoc eſt, coarguit homines dignos ſupplicio, cum tam diu parari & ſtrui arcam ſpectarent nil prorſus intellexere, nec futurum diluuium crediderunt.

ET IVSTIciæ quæ ſcd'm Fidẽ eſt, hæres eſt inſtitutus.) Id enim Noe retulit lucri, ut apud Deũ iuſtior uideret. Quod utiq; iuſticiæ nomẽ, Fides illi largita eſt.

FIDE VOCAtus Abraham obediuit in locũ exire quẽ accepturus erat in hæreditatem.) Cum eñ Abraham & reliquos patriarchas contẽplarentur, qui ex Iudæis

crediderant

Fide Abraham ad incognitam ſibi terrã proficiſcitur.

Aliás pariter

crediderant bonis fuiſſe innumeris fretos, oſtenſurus eſt Paulus horum adhuc neminem commodi aliquid retuliſſe. Ait itaq;, fide Abraham iuſſus, ut patriam relinqueret, obediuit. Quem enim maiorum hic aliquem uiderat, cuius ſequeretur ueſtigia, & ⁎ pater fuiſſet idolorũ ſeruituti addictus, nec ullos auditu percepiſſet Prophetas. Quo fit, ut ex fide illud prodiret, ut iubenti Deo obſequeret̃, cuius eſſe certiora promiſſa iam noſſet, & ea deſereret, quæ inter manus haberet.

ET EXIVIT neſcius quo iret.) Num enim uel ſcientem quo eſſet mox abiturus impuliſſet quidpiã ut præſentibus & paratis deſertis, futura & imparata perſequeretur? Sed Abrahæ terra illa uel regio erat plane incognita ad quam uocaretur.

FIDE DEMOratus eſt in terra promiſſionis tanquam in aliena.) Terram quam ſibi & ſemini eius daturum ſe Deus erat pollicitus, ut alienam incoluit. Sed cur alienam dicit. Quia illam pretio accepiſſet, ubi Sarram humaret uxorem. Nec tamẽ aut hæſitans fuit aut ſubdubius, facturum Deum quod promiſiſſet uel minime. Quin fidens credidit, nec mentiri hunc poſſe exiſtimauit.

IN CASVlis habitãdo.) Et eo uſq; quidẽ hic fide pceſſerat, & adeo terrã hanc, ut alienã inhabitauit, ut in ea nec domũ haberet, ſed in tabernaculis diuerſaret̃. Quod facere alienigenæ ſolẽt uicatim ſe trãſſerentes, qa nondũ ſint propriũ aliqd aſſecuti.

CVM ISAAC & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem.) Quinetiã Iſaac ipſe & Iacob, ut alienã hanc ipſam incoluerũt. Iſaac enĩ, utpote cui a philiſteis inuideretur, & pueri ſunt ab Amalechitis ſubtracti, & uxor erepta. Iacob uero non ſolum quia Eſau fratris ingenti eſſet perculſus formidine, ſed quia ubi a Meſopotamia rediſſet, locũ pretio emit, in quo & tabernaculũ ſtatuit, & tanq̃ uagus & in accolæ morẽ in Betleem modo, & in Effrata alias cõmigrabat. Alioquin erãt & hi promiſſionis hęredes, utpote & quibus fuerat prædictũ. Sum equidem tibi & ſemini tuo daturus hanc terrã. Nil tamen & hi cũ uarijs modis diuexarentur, Diuinis ſunt dictis diffiſi.

EXPECTA bat enim fundamenta habentem ciuitatem.) Eo inquit, in tabernaculis habitabant quæ minus ſubſiſterent, quia cœleſtem ciuitatem opperiebantur, quæ ueris eſſet fundamentis & ualidis ac perpetuis ſtabilita & firmior, & nullo nunquam ſitu uel putredine collapſura. Vnde & Deus hos cõſpicatus, parui ducere terrena promiſſa, ut maiora illis pararet, hæc in poſterum diſtulit, & hiſipſis condigna nõ his terræ bonis elargiretur. Illi nanq; longo poſt tempore, terrenis hiſce acceptis promiſſionibus, haud quaq̃ magni has faciebant, ſed cœleſtium cupidine tenebant̃. Cum uos Chriſti iam fide ſuſcepta, æternorũ bonorum accipientes promiſſionem, terrena hæc, & imprudenter adeo enixeq; concupiſcitis, nec pudet tamen.

CVIVS ARTIfex & conditor eſt Deus.) O quanta ſupernæ ciuitatis illius eſt dignitas, ut Deum habeat conditorem.

FIDE ET ipſa ſterilis Sarra.) Perinde ac ſi dicat, mulier credidit, & Deo confiſa eſt, nil ergo pudebit ſi femella hac coarguamini, animi magnitudine & fide inferiores? Verum quo pacto credere potuit, quæ Dei dictis arriſit. Arriſit quidem, ſed demũ tamen conuicta extimuit, quod utiq; præſtitæ fidei eſt argumentũ. Liquet enim hanc crediddiſſe, magnũ aliquem & minus humanum hunc eſſe, qui ſe alloqueretur.

VIRTVTEM in conceptione ſeminis accepit.) Hoc eſt, uires aſſumpſit, & aptior reddita eſt, ut uiri exciperet ſemen.

ET PRAEter tp̃s ætatis peperit.) Dixerat ſupra fuiſſe hãc ſterilẽ, nunc uero p̃ter ætatis tp̃s peperiſſe hãc dicit. Quo fit, ut dupliciter fuerit hæc in fœcunda, ſterilitate & ſenio.

Sarra ſterilitate & ſenio inſœcunda fide concepit.

QVONIAM fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat.) Fidelem hoc eſt, ueridicum & non mendacem. Fuerat enim huiuſmodi pollicitus Deus, tali tempore ſum ad uos rediturus, & erit Sarræ filius.

PROPTER quod & ab uno orti ſunt, & hoc emortuo tanq̃ ſydera cœli in multitudinem, & ſicut harena quæ eſt in litore maris innumerabilis.) Nec ſolum ut partũ æderet Sarra, eius fides effecit, ſed multum adeo & abundantem, qualem nec fœcun-

diſſima mulier edidiſſet. Verum quomodo innumerabiles dicit Sarra hac emanaſſe cum recenſiti ſint ſæpe & numerati? Aut enim ut illorum exprimeret infinitã pene multitudinem, dixit innumerabiles, pro ſacrarum literarum conſuetudine, ut illud. Vidimus ciuitates ad cœlũ uſq; ſublimes. Vel quia ſemp alij item atq; alij naſcerent.

SECVNDVM fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus.) Duo quædam quæri hoc loco poſſunt. Primũ quo pacto cum dixerit Enoch fuiſſe tranſlatum, necdum mortem obiſſe, nunc dicat uita hos omnes fuiſſe perfunctos. Secundo cur inquiat nulla eos accepiſſe promiſſa, cum & Abel loqui, adhuc dixerit ob eius nominis celebritatem, & Noe alio fuiſſe tranſuectũ. Nec Noe accepiſſe mercedem, qui ſaluus ſit cũ domo uniuerſa effectus, & iuſtus ſit appellatus. Et Abrahã ex Sarra filios ſuſcepiſſe. Quod aũt hi mortui ſint, oẽs intellige exceſſiſſe e uita, unũ præter Enoch, qui mortem non uidit, Heliamq;. Quod uero promiſſiones nullas acceperint, cõſtat ſane de omnibus dictum. Neq; eni his ſolum beneficentiſſimus Deus pro maximis ſuſceptis in ſide laboribus, mercedem perſoluit, ut Abel illi nominis celebritatem, Enoch tranſuectionem, Noe in cataclyſmo ſalutem, Abrahæ liberorũ procreationem. Sed perſpicuum eſt, prægustationes hæc & ſigna quædã fuiſſe ueræ promiſſionis, in ſanctos collatæ. Et noſtri ob gratiam, qui puſillo anio ſumus, nec toleramus aduerſa, ut ex præſentibus hiſce & futura credamus. Quibus præterea ſanctis & alia quædam, & quæ in hominũ corda non ueniunt, parata ſunt, necdum tamen hæc acceperunt. Sicuti & in Euangelio dominus, in hoc mundo centuplum aſſerit accepturum, qui mundo renuntiauerit, & in futuro uitam æternam.

Bona quæ Abrahæ Enoch & aliis ſanctis Deus contulit erãt uel ut prægustationes & ſigna quædam ueræ promiſſionis futuræ.

SED A LONge eas aſpicientes & ſalutãtes.) Hoc loco oſtendit eos de cœlo, deq; cœleſti Imperio, reſurrectionẽ, et inuiſibilium bonorũ accepta myſteria, et cognitione tenere & cõſalutaſſe. Hoc eſt, lætiores & hilares impartita ſalute appellaſſe, nauigantiũ more, uel e cõſpectu deſyderatiſſimas urbes proſpicientiũ, quas prius quam adeant, anticipantes appellant lepidius, & ſibi aſciſcũt. Vel eos nunc dicit, qui apud Abrahã eſſent, nequaq̃ accepiſſe promiſſa, quibus terra deſtinaretur. Longius tamẽ hanc proſpexerunt, id eſt, antequã quarta ſubſequeretur hos generatio. Futurum quippe ſciebant, ut eorũ nepotes, ubi ſe ex Aegypto reciperent, hanc ipſam hæredi tarent. Hæc tamen poſterior expoſitio, nihil eſt ſuperioribus conſentanea, cum iſti oẽs Paulus inquit. Sed his qui Moyſi temporibus extitere, uidet̃ magis cõgruere.

ET CONFItentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã.) Nec ſolũ peregrinos et hoſpites terræ promiſſæ, ſed terrarũ hoſpites ſe profitentur. Quocirca, hãc ipſam accipere precabant̃. Non eni hac erant, ſed cœlo digni. Illorum tñ nepotes & poſteri hãc acceperũt. Hi nanq; terrã promerebant̃. Peregrinũ uero ſe eſſe & incolã profeſſus eſt apud Hebræos & Abrahã ipſe, aliogn eiuſmodi erãt & cæteri omnes. Quod utiq; et Dauid teſtificat̃, cũ inquit. Incola ego ſum in terra, ſicut oẽs pr̃es mei.

QVI ENIM hæc dicunt, ſignificant ſe patriã inquirere, & ſi qua eos patriæ eius inceſſeret recordatio de qua exierunt, habebant, utiq; tempus hanc repetendi, nunc autem meliorem appetunt, id eſt cœleſtem.) Cum enim ſe peregrinos appellant, arguunt plane patriam quærere. Aduertamus autem qualem hi patriam quærant, num terrenam quam reliquiſſent, ut Abraham Meſopotamiã. At patebat illi in eam reditus. Vbi uero non ultra in eam ſe contulit, perſpicuum eſt, nec terræ huius hũc meminiſſe, nec illam ſibi fuiſſe in patriam, ſed aliam deſyderaſſe & ampliorem, id eſt cœleſtem. Quam ut adiret, haud dum aduenerat tempus.

Abraham ex Meſopotamia

IDEO NON confundit̃ Deus uocari Deus eorũ.) Adeo enim magnifacit hos Deus, ut cũ terrarũ orbem ſub eius ditione habeat uniuerſum, & uiſibilia ſimul & inuiſibilia moderetur, nil tamen hunc pudeat, uel priuatim horũ & Deum dici. Perinde tantũ his inſit uirtutis, ut cæterorũ quæ condita ſunt uirtutẽ æquiparet. Nec ſecus & mũdi huius machinæ eo dicit̃ Deus, quia hũc & cõdiderit et illi dominet̃, qua rõne uel gentiliũ dicitur Deus. Horum uero (quod ſane maius) nuncupat̃ amicus,

PARAVIT

PARAVIT enim illis ciuitatem.) Adeo inquit iſtorũ nil Deum hunc pudet, ut eos & in familiares aſciuerit, et ciuitatẽ in cœlis, cuius deſyderio tenerent, parauerit.

Fide Abraham cæteros uicit.

FIDE OBTVLit Abrahã, Iſaac cũ tantarentur.) Fide Abrahã cæteros uicit. Nam in eo non ſolũ natura impugnabatur, ut pater filium immolaret, ſed Dei iuſſa urgebant. Nam qui illi dixiſſet, tibi tuoq; ſemini hanc ſum terrã daturus. hic ipſe eidem, & ſemen & filiũ ut mactet, iniungit. Vnde tentari dicitur Abraham. Nec ea propter tentauit hũc Deus, ut illius uirtutem exercendo experiret. Quippe cuius nõ erat neſcius. Sed ut eſſet nobis id documento, ad perdiſcendũ, ipſius Abrahæ & uirtutem imitari & fidem. Quocirca ſciendũ, tentatiões a Deo illatas, eo magis prodeſſe, quo nobis nil ſinat aliunde inferri, ſed ipſum eas obijcere, ut probatiores nos arguat.

Tentauit Deus Abraham non ut experiretur eius uirtutem, ſed ut nos inſtrueret.

ET OFFEREbat unigenitum qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt. Quia in Iſaac uocabit tibi ſemem, arbitrans quia ex mortuis ſuſcitare eũ potens eſt Deus.) Id ſane nimirũ, ut cũ alium nullũ haberet hic filiũ per quem Dei promiſſiones habituras euentũ exiſtimaret, unicũ hunc quem ſuſcepiſſet, obtulerit. Quãobrem id factũ ſi quæras. Præ fidei nimirũ magnitudine dixerim. Pro indubitato enim habebat, & fidens ſic animũ obfirmarat, Deo id eſſe perfacile, filiũ ad aras occiſum, a mortuis excitare, ut eum in modũ promiſſa perficeret, & per Iſaac uitæ redditum, eius & ſemen increſceret. Verum cur Iſaac unigenitũ dicit, quando & Iſmaelem haberet illa ex ancille ſuſceptũ. Iſaac quidem promiſſionis ratione unigenitus dicitur, qui uerũ & propriũ præferret Abrahæ ſemen. Ait enim. In Iſaac uocabit tibi ſemen.

Quid Iſaac figurauerit.

VNDE EVM & in parabolam accepit.) In parabola, id eſt in figura & argumento, ſecundũ Chriſtum, myſterij. Nam quemadmodũ olim dimiſſus eſt Iſaac, & aries uepribus hærens pro eo mactatus, ſic Chriſtus unus, Deus item & homo exiſtens, ſecundũ humanitatem pro nobis eſt immolatus, nil prorſus diuinitate offenſa. Vel aliter. Abraham quidem Dei & patris figuram prętulerat, Iſaac uero filij Dei. Cum itaq; magnũ hoc Deus & ſupra hominũ mentem eſſet myſterium diſpenſaturus, futurumq; ut noſtri ob gratiam, quandoquidem erga genus humanũ charitate ingenti afficeretur, ut uel filium traderet immolandum. Nec id placuit tanq̃ de ſe uideret gratiam elargiri, ſed ut debitum ſoluere. Subinde hæc inquiat De[..]s. Nihil nouum humanæ naturæ eius ob gratiam ipſe conceſſerim, filium meũ immolando, Abraham ſiquidem ut mihi obtemperaret, filium in uictimã obtulit. Quo fit, ut debitum ipſe dependã, non gratiam faciam. Vel in parabola, id eſt, pro ariete Abraham filiũ tulit, qui aries Iſaac figurã prætenderat. Hoc eſt, pro Iſaac occiſus & immolatus eſt.

Benedictio Iacob & Eſau.

FIDE ET de futuris benedixit Iſaac Iacob & Eſau.) Quo eni pacto, qui in terra cõſediſſet aliena, tot bona filijs polliceretur optaretq;, niſi promiſſa daturũ Deũ fide indubitata ſperaſſet. De futuris uero cũ dicit, uel bona quæ in futurum nos manent, demõſtrat. Nam & reſurrectionẽ tenebant maiores illi, & ſpiritalia erant eorũ benedicta huiuſmodi. Vel de terrenis his bonis nunc diſſerit, quæ erãt hi accepturi. Vel eos etiã cum de futuris inquit p̃tendit, qui eſſent in poſterũ ab his oriundi, qui terrã a Deo promiſſam hæreditarunt. Præponit aũt Iacob Eſau fratri, quia & uirtute præſtaret, & primogenita accepiſſet, & q; iure deberet cæteris fratribus anteponi.

Benedictio filiorum Ioſeph

FIDE IACOB moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigiũ uirgæ eius.) Ioſeph filij Manaſſes & Effrem. Manaſſes prior eſt genitus, poſterior Effrem. Aliogn Effrem illi Iacob benedixit, & maioribus benedictis & dextera manu illi impoſita, unde a Deo ille optimos habitura euentus benedicta hæc credidit. Et quemadmodum Effrem tribus illa regno eſſet & Imperio potitura, uti & re ipſa & opere patefacit. Nam cum Ioſeph illi uenerabundus iam inclinaſſet, uel populo uniuerſo uenerationi hũc fore oſtendit. Verũ quomodo hic ueneratus eſt? In uirgæ faſtigio, id eſt quia ſenior eſſet, uirgæ innixus. Vel in uirgæ faſtigio, ut uolunt nonnulli, id eſt ipſius Ioſeph uirgam hic adorauit. Perinde per ſceptrum, regium illud inſigne, adorandum hunc eſſe argueret.

proſperitas ⁎ conſociat, ſic Chriſti obprobriũ iuſtos perſequitur, utcunq; fuerit illatum. Ait igitur, cũ enim & uobis moleſtos ſe præbeant ueſtri generis homines, ſi Moyſem hunc clariſſimũ uirum aduerteritis, uel quod maius eſt Chriſtum, cui cum uobis, tum cæteris illatæ iniuriæ aſcribuntur, æquo animo omnia iure cenſebitis.

⁎ Aliás conſequitur. Proſperitas et otium peccatores cõſociatur iuſtos obprobrium.

RESPICIEbat enĩ in remuneratione͂ Dei.) Fidei ſcilicet oculos in hãc intendebat.

FIDE RELIquit Aegyptũ, non ueritus iram regis.) Quid ais inquiet aliquis, nõne in Exodo ſcriptũ eſt, timuit Moyſes, quia uulgatũ eſſet iam uerbum. Seceſſit hic quidem, quia regis iram extimuit, ſed rurſum poſt facinus illud patratũ, in Aegyptum ſe contulit, prouinciamq; illam ſuſcepit, educendi ex Aegypto Hebręos. Timiditatis quidem argueretur, ſi nec reditum in Aegyptũ tentaſſet, nec exequi perſeueraſſet, quæ ante acceperat. Quod uero iterato redierit argumento eſt, Deo ſe credidiſſe. Verũ quo pacto nõ in Aegypto permanſit, ſed inde longe abſceſſit, ſi nulla (ut Paulus aſtruit) formidine tenebat. Quia hiſce quæ im promptũ ſunt offerre periculis, dicereq; ſaluũ me facturus eſt Deus, tentantis eſt Deũ, non cõfidentis, & dæmonicũ opus. Nec plane abſimile diaboli uerbis, Chriſto ꝑſuadentis, ut ſe deorſum præcipitaret. Vel nihil ueritus iram regis, ita intellige. Perinde idcirco ſit ille affectus formidine, quia non deſperaſſet ſe euaſurũ. Nec ſane ira percitus rex hunc eſt inſectatus, uel ſi inſectatus fuiſſet, in ſpem uenerat is, nunq; ſe poſſe comprehendi. Quod utiq; uel illud maxime arguit, quia non longe ille ſeceſſerat, ſed propinquis in locis ſibi duxerat diuerſandum. Quod ſane fidei erat præcipuum argumentum.

Non eſt tentandus Deus.

FIDE CELEbrauit & paſcha et ſanguinis effuſione͂, ne qui uaſtabat primogenita tangeret eos.) Vbiq; Paulus aliquod, interſerit ſacramentũ, uti hoc loco. Vbi ſub quodã hos conſolandi prætextu, paſchatis myſteriũ explicat. Nam ſanguinis illius effuſio, hoc eſt liminũ & ualuarũ iniunctio, Chriſti effuſum ſanguinem præfigurat Quo ipſi oblití, declinamus in uitæ huius tenebris primogenitoꝶ exterminatorem qui hoc non ſunt ſanguine obſignati. Moyſes itaq; cũ credidiſſet, ſeruaturam oĩnõ primogenita ſanguinis unctionem, populo ut ritũ hunc perpetuo obſeruaret, mandauit. Tametſi agni eẽt hic ſanguis, alioqn quia Chriſti ſanguine͂ perferebat, tutandi Hebręos uim habuit uos aũt qui uero eſtis ſanguine deliburi, nõne confiditis hoc ipſo ſanguine cõmuniri? Ita quidem. Et paſcha inquit celebrauit, hoc eſt, agni & azimorũ & lactucarũ agreſtiũ eſum, & credidit ex Aegypto egredientem populũ ſaluum fore. Erat nimirũ cenæ illius modus, demigrãtibus accõmodatus, & cõgruens.

Liminũ & ualuarũ iniunctio Chriſti effuſũ ſanguine͂ præfigurabat.

FIDE TRANſierunt mare rubrum tanquã per aridam terram.) Ne forſan his dictis illi occurrant, quid enim uiros producis in medium, nobis non imitabiles? Populum detulit ut eſſet exemplo, hunc inquiens imitamini, qui tanta multitudine credidit haud quaquam ſeſe iri fluctibus intercluſum. Vnde & hi tam multi auſi ſunt incredibile facinus, ut mare medium ad unum omnes traijcerent pedibus, Deo confiſi, nec ſecus quam terra, iter ſe fluctibus habituros. Sic fides ipſa, facta cuncta reddidit facilia, quę fieri natura nil poſſe uidẽtur. Nec uobis itaq; eſt diffidendum quin fide certiore tenendum, euaſuros uos tandem hæc mala.

Fides omnia reddit facilia.

QVOD EXperti Aegyptij deuorati ſunt.) Neq; enim quis obijcere poterit ꝑſtigijs illud nõnullis, fuiſſe effectum, uel aquas illas nequaquam fuiſſe. Nam & illud pelagus fuiſſe & mare, Aegyptij ſunt teſtimonio, qui illud tranſnare conati, abſorpti mox ſunt, coeuntibus aquis, quæ pauloante traijcientibus Hebræis in muri ſpeciem conſtitiſſent. Quemadmodum & flamma tribus pueris iniecta, flagrantiſſima fuiſſe arguitur, quia ſit Babylonios illos depaſta. Itemq; & Danielis leones, feri fuiſſe ſunt crediti, quia calumniatores illos uoraſſent.

Miracula circa hebreos facta calumniari non poſſe.

FIDE MVRI Hiericho ceciderunt circuitu dierum ſeptem.) Deo enim iubente diſiuncta ſunt Hiericho mœnia, cum IESVS Naue, & populus dixere. Quid illud? Num tubarum clangor diſturbare lapides ualet, & munimenta? Credidere tamen ſic fore, & pro ipſorum per actum eſt fide.

Fide muri hiericho corruit.

Raab meretrix

FIDE RAAB meretrix nõ perijt cũ incredulis, excipiens exploratores cum pace.) Ecce quod ſuperius dixeram, nullis prorſus affectam honoribus perſonam producit, ut illos cogat uel ex eo pudere, ſi hae meretricula appareãt inferiores. Simul etiã ut fidei uim patefaciat, quæ proculdubio ingens ſit. Quandoquidem in his quæ ab hominibus improbantur, talia conficit. Fidem itaq; & illa tum præ ſe tulit, cum uiros quos explorandi gratia ueniſſe haud dubie credebatur, diligentiſſime conquiſitos occultauit. Nec ſane hos occuluiſſet, niſi certior effecta, crederet fore, ut ciuitas diriperetur, in qua habitaret. Sic enim illa effata eſt. Scio capturos uos ciuitatem, audiuimus enim opera ueſtra. Vnde quę audiuit, hæc utiq; credidit. Qui uero nullam Dei mirificis factis fidem adhibuere, perditi ſunt.

ET QVID adhuc dicam.) Cum in meretrice de fide diſſerendi finem feciſſet, ſatiſq; eſſet a perſonæ conditione hos conſolatus, demũ compendij gratia & breuitatis, priuatim nihil ediſſerit, ne forſitan in dicendo uideretur effuſior. Attamen neq; prorſus hæc ſilentio præterit. Et cũ uideatur pleraq; intermiſiſſe, nihil omiſit. Hoc pacto nec auditori parit faſtidium, & alioquin cõfirmat multis, quod animo ineſt.

DEFICIET enim me enarrantẽ tempus.) Quod tempus? Vel omne tp̃s. Quod & nos uſurpare conſueuimus, cũ rei magnitudinẽ uolumus, qua de dicturi ſumus, exprimere. Vel tempus dicit, ſe defecturũ, quod cõſcribendæ epiſtolæ ſat uideatur,

DE GEDEON, Barac, Samſon, Iepte, Dauid quoq; & Samuele & alijs Prophetis.) Quærunt nõnulli. Cur Iepte Samſon & Barac illum, inducit hoc loco. Quid uero id quærunt. Qui enim meretricem induxit, nonne & iſtos adijceret? Non enim horum nunc diſſerenda eſt uita, ſed utrum fide claruerint nec ne cogitandum, Fidei nanq;, non uitæ argumenta diſquirit hoc loco Apoſtolus.

Gedeon dux militiæ.

QVI p̃ fidẽ uicerũt regna.) Hi ſcilicet q̃ ſub Gedeone duce militiã exercuerãt,

OPERATI ſunt iuſtitiã.) Qui nam ſunt iſti? Nimirũ Samſon & cæteri quos dixerat ſupra. Hi nãq; ſui generis, & propinquorũ uindicarũt iniurias, quos haberent infenſos. Et erga iuſtos clementiores ſunt uiſi, iniuſtis uero ut hoſtibus obuiã ſe obtulere. Illud enĩ æquitatis eſt propriũ, unicuiq; pro meritis bona malaq; impartiri.

ADEPTI ſunt repromiſſiones.) Qualis & Dauid fuit. Iurauit enim dñs Dauid inquit. De ſemine uentris tui ponã ſuper thronum. Quod utiq; habuit ſenſibiliter in Solomone euentum, ſpiritaliter uero in IESV domino. Qui uero Solomon eſt & pacificus erit, & pax in eo uerſabitur. Solomon nanq; pacificus interpretatur.

OBTVRAVErunt ora leonum.) Quemadmodum Daniel & Samſon ille.

EXTINXErunt impetum ignis.) Quales tres pueri illi fuere, Nec ignem dicit hos extinxiſſe, ſed ignis impetum, q̃d plane difficilius eſt. Ignis enim ille, & ſi flagrãtiſſimus erat, haud tamen his potuit quoquam pacto officere.

EFFVGAuerũt aciẽ gladij.) Vti Iezauel ille et Dauid q̃ Saulis defugerãt gladios.

CONVALVErunt de infirmitate.) Vt qui ex Babylone redierant. Nihil enim, ut in Ezechiele legitur, a demortuis oſſibus differebant. Ezechias tamen in languorem incidens, uitæ acceſſionem accepit.

FORTES FActi ſunt in bello, caſtra uerterunt exterorum.) Hæc eadem uel ipſis ex Babylone redeuntibus, congruunt. Hi nanq;, cum proximæ nationes ſibi inuiderent, atq; his inſultarent, Dei uirtuti per fidem cõfiſi, hoſtes importuniſſimos debellarunt. Poſſunt hæc & Samſonis geſtis accommodari.

ACCEPERVNT mulieres de reſurrectione mortuos ſuos.) Vt Saraptia illa per Heliam & Sunamitis per Heliſeum.

ALII AVTEM diſtenti ſunt.) Id eſt præciſi capitibus, quemadmodum Ioannes & Iacobus Zebedei. Nonnulli uero diſtentos dixere fuſtibus cæſos.

NON SVSCIpientes redemptionẽ.) Poterant quidẽ hi abſtinere, ne alios caſtigarent ſermonibus, & hunc in modũ ab illatis ſupplicijs erui, haud tamen id uoluere.

VT MELIOrem inuenirent reſurrectionem.) Meliorem q̃ cæteri homines. Nã

ſancti cla-

ſancti claritate immenſa in aerem & nubem ſublati, prodibunt obuiam dn̄o. Quod alibi iteratam reſurrectionem appellat, & in uitam ſunt illi perpetuam reſurrecturi Cæteri ueri mortales in terris manebunt, & his erit ad ęterna ſupplicia reſurgendū.

Sancti per fidē diuerſa ſubiere ſupplicia.

ALII VERO ludibria.) Vt Heliſeus, cui a pueris munitioribus illudebatur. Siue ut Samſon ipſe, ab alienis fuerat illuſus, poſtquam ſibi effoſſi ſunt oculi.

ET VERbera experti ſunt.) Vt plurimi prophetarū & Petrus ipſe et Ioānes et alij pleriq;.

INSVPER uincula & carceres.) Vt Hieremias ille & Micheas, & in poſterum Apoſtoli ipſi.

LAPIDATI ſunt.) Vt Nabut ille & Stephanus.

SECTI SVNT.) Vt a Manaſſe Iſaias, quem & lignea ſerra ſectum ferunt, ut eo acrius eſſet illi ſupplicium, quo diutius excruciaretur.

IN OCCISIOne gladij mortui ſunt.) Vt Micheas ille & Zacharias, Ioannes inſuper & Iacobus. Aduerte aūt ex fide nōnullos gladij aciem effugiſſe, nōnullos gladio tranſuerberatos uel cæſos mortem oppetijſſe. Tanti eſt fides, quæ ut magna molitur, ita & maxima quædam & ingentia tolerat, & nil credit ſe ſuſtinere. Quo igitur pacto & uos cum nihil huiuſmodi, inquit, eſtis perpeſſi, animo concidiſtis.

CIRCVIErunt in melotis & caprinis pellibus.) Qualis Heliſeus fuit, & qui ſecū diuerſabantur. Tam prorſus hi erant præſentiū bonorum expertes. De Apoſtolis Paulus nil hic meminit, quia nondū aliquam de his fideles Iudæi pſumpſerant ſanctitatis opinionem. Vnde ut de his faceret mentionē fuit neceſſe, quorū ualeret plurimū apud hos authoritas. Quorū Helias fuit Propheta clariſſimus qui fuerat quondam in igneo curru arreptus. Cum aūt inquit circuierūt, plurimū hos diuexatos fuiſſe deſignat, & nuſquā potuiſſe conſiſtere. Quippe quem praui inſectarentur. Melota uero ouis eſt pellis, qua ſancti illi & priſci uiri, ut carnem tegerent, utebantur.

Melota ouilla pellis.

EGENTES.) Vti Helias fuit & Heliſeus, quos alerent mulierculæ.

ANGVSTIATI, afflictati.) Non eni parum Heliā, Iezauel inſectata afflixerat.

QVIBVS non erat dignus mūdus.) Non enī illud poteſtis obijcere, eorū ſceleribus ſuiſſe eos mala ꝑpeſſos. Quippe tales erant, ut maioris eſſent q̄ mundus, ut qui cœlo eſſent, nō mundo digni. Mundū autem hoīm nuncupat multitudinem, & terrarū orbis ſtructuram hanc dicit ſcriptura & utrunq; id, hoc loco cōplectitur. Nam ſi mūdi hanc machinā omnem & homines uniuerſos ex altera parte aſtituas, nihil inuenies quod horū uirorum æquiparet dignitatem. Excitat itaq; Paulus fideliū animos, ut eorū nihil conquirant, quæ mundo inſunt. Quandoquidem nequaq̄ hic ſanctis ſit dignus, perinde ac ſi dicat. Eſt enim uobis ad iacturā & iniuriam conceſſurū ſi quod in hac uita præmiū acceperitis. Id nanq; & plane argueret, nullius momenti rebus, dignos uos eſſe. Nam uel ſi uniuerſus hic mundus nequaq̄ eſt uel uiro aliquo uno, qui ſanctimonia polleat, dignus. Quas huius partes expetendas exiſtimabitis?

Mundus quid apud Paulum.

IN SOLITVdinibus errātes & in montibus & in cauernis terræ.) Sicuti Helias & Prophetæ pleriq;, qui in ſpeluncis ſeorſum, & locis abditioribus alebant̄. Cuiuſmodi loca nec ꝑ quietem licebat incolere. Quin ex his etiā, tanq̄ e latebris, alijs per ſequentibus & intentantibus mortem, fugabant̄. Et modo hac, modo illac diuagātes longis erroribus uexabant̄. His tn̄ malis affecti, in certiorē ſpem uenerāt, adepturos ſe tandem bona ꝑpetua, & idcirco errores hmōi anīo æquiori tolerabant & pœnas,

ET HI OMnes teſtimonio fidei probati, nō acceperunt repromiſſionem.) Cur inquit puſillo animo eſtis, ſi certando exagitati, nondū ſitis pro ſuſceptis laboribus mercedem adepti? Quandoquidem quos diximus ſancti, & ſi teſtimoniū per fidem ſunt nacti, Deo perplacuiſſe, nil tamen adhuc cœleſtiū promiſſorū ſint conſecuti. Tametſi fuiſſe conſtat nōnullos, ut Dauid regem, his terræ bonis affectos, haud tn̄ præſentia hæc ipſi requirimus, ſed quæ in cœlo ſunt, certiores & ueras ꝓmiſſiones.

DEO PRO nobis aliquid melius prouidente, ut non ſine nobis conſumarentur.) Hoc eſt, ut non ſine noſtro honore & gloria. Vt enim ne noſtra uideantur hi uendicare, ſi co-

care, ſi coronentur priores, unũ omnibus coronandis ſtatuit tempus. Nec quidem nc coronarenẽ dixit, ſed nc conſumarenẽ, id eſt ut pfectionem acciperent. Quo fit, ut perfecti tunc eſſe appareant, cũ coronas & palmã acceperint, habent tamen interea honoris et gloriæ certiſſimũ pignus. Quæret aliquis. Si enim hi nondũ ſunt pfectio nem adepti, & coronas illas promeritas cõſecuti, unde hæc illis opem ut ferant alijs

Vnde nobis auxiliũ ex ſanctis ſe inuocantibus, opitulandi tam prompta uirtus obuenit? Vnde inquis? Nimirũ ex fiducia certiori quã habent apud Deũ intercedendo. Perfectionem tamẽ & præmia cũ cæteris ſunt accepturi. Nõne erga hos nil æquum Deus ſe exhiberet, & hiſipſis uideretur inferre iniuriã, ſiquidem qui in tolerandis laboribus priores fuiſſent, in coronis tamen & præmijs capiendis, nos opperianẽ neceſſe ſit. Atqui pergrata illis iſtiuſmodi eſt, expectatio, ut cũ fratribus perfectionem & gloriã adipiſcãtur. Nam & corpore uno omnes cõſtamus, & ingens ſane corpori ex tam multis cõpacto affertur, cũ coronatur uoluptas. Eſt enim Deus erga genus humanũ charitate ſumma deuinctus. Hic uarios ſuſcepit & liberos, quorũ alij confectis operibus ex agris ad patrem ſequantotius receperũt, alij adhuc operantes foris uerſanẽ, obtulit pater his qui prius operi inſudaſſent, aliquid deguſtandũ, opperiri hos interea iubens & fratres alios, ut una cũ his opipare et ubertim ueſcanẽ. At hi ut fraterna charitate tenenẽ læti expectant, ut inter epulas illas inſtructiores gaudio inter ſe ineffabili expleanẽ.

CAP. XII. IDEOQVE ET NOS TANtã habentes impoſitã nubem teſtiũ.) Non eni obuolitantem, ſed impoſitã dixit, id eſt undiq; nos amplectentem. Teſtes aũt non ſolũ noui teſtamenti appellat, ſed ueteris etiã, quando & illos Diuinæ cõſtat perhibuiſſe magnitudini teſtimoniũ. Quemadmodũ tres illi pueri, Daniel, & Prophetæ cæteri. Nec quidẽ multitudinem dixit, ſed nubem, q̃d magis eſt p̃ſenti materiæ accõmodatũ. Nam cũ hi preſſurarũ æſtu flagrarint, refrigerabit nos inquit, hæc teſtiũ multitudo, qua undequaq; obducimur, tanq̃ nubecula aliqua roſcida æſtuãtibus circũfuſa.

DEPONENtes omne pondus.) Id eſt terrenorũ onus, & curarum ac ſtudiorũ deponentes hanc molem, quæ præſentibus rebus impenſa nil præfert, præter grauedinem & inanem tumorem. Cur ergo grauiter fertis, ut ab huiuſmodi liberemur?

ET FACILE circundans nos peccatũ.) Sic græcũ. Hoc eſt, quod haud difficulter nos circunſiſtit, uel quod facile poteſt diſcrimen ſubire. Eſt nanq; haud difficile, ſi modo libeat, praua quæq; ſuperare facinora, quibus leuiter diſcrimen incurrimus.

PER PATIENtiã curramus ad propoſitũ nobis certamen.) Non eni rem pugnis geramus dixit, uel inuicem colluctemur, ſed q̃d leuius eſt, currendi imponit officiũ Nec ad curſum eiuſmodi addamus aliquid intulit, ſed in eo pſeueremus et ad propo

Aliqui per cõtinentiam alii per eleemoſynam et alii per diuerſas uirtutes currunt ad brauium. ſitũ nobis certamen, curſum hũc intendamus, quod fieri per patientiã poterit. Siquidem per continentiã alij, per eleemoſynã multi et diuerſas uirtutes debent hunc curſum tenere. Vos uero p tolerantiã, q̃ utiq; uobis p̃cipue eſt, ut diximus, neceſſaria.

ASPICIENtes in authorem fidei, & conſummatorem IESVM.) Si enim inquit perdiſcere uolumus per patientiam decurrendi hunc mundum, IESVM haud ſecus ſpectemus, ac ſolent qui opificij alicuius fieri uolunt peritiores, opificem ipſum uel operantem attentius intuenẽ. Quod profectos & IESVS dicebat. Diſcite a me quia

Chriſtus eſt exemplar bene uiuendi. mitis ſum, & humilis corde. Et non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Author autem & cõſumator ideo dicitur, quia ut a principio nobis & fidem ipſe ingeſſit. Non eni uos inquit, me elegiſtis, ſed ego elegi uos. Ita & finem eſt ipſe impoſiturus.

QVI PROpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, cõfuſione contenta.) Poterat nec ppeti quod paſſus eſt, nec crucem ſubire. Quippe qui peccati eſſet prorſus immunis. Vnde nec morti erat obnoxius, quod & ipſe teſtatẽ. Venit, inquiens princeps mũdi huius, & in me non habet quicq̃. Non eni ſi libuiſſet, patibulo fuiſſet ille ſuffixus quod utiq; & ipſemet fatebatur. Poteſtatem habeo dicens, ponendi animam meam, crucem tamen ipſe ſuſtinuit. Nec mortem ſimpliciter, ſed ignominioſam & fœdam contempſitq; mortis huiuſce cõfuſionem & ignominiam. Nec triſtitiam inquit, hic

parui fecit,

parui fecit, cum minus hæc inuitus & mœrens, ſed uolens & gaudens, tulerit.

ATQVE in dextera Dei ſedet.) Vides quo patientiæ finis euaſerit. Quod & alibi dicit, propterea hunc Deus exaltauit, cũ de eius carne loquereſ aſſumpta. Quæ cum ita ſe habeant, poteſt hic quidẽ pro his quas nunc toleratis preſſuras mercedem dependere. Cum uero Patri ad dexterã aſſidere hunc dicit, Patri arguit parem.

RECOGITATE eñ eum, qui talẽ ſuſtinuit a peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionẽ.) Si conſeruorũ tormenta, quis ſecũ animo reputet, in ſuis maxime quæ ſuſtinet conſolaſ, quanto magis ſi dñi repetat contradictionẽ. Id eſt, irriſiones, obprobria, & faciẽ cæſam, et quæ illi bene monẽti obijciebanſ, & in conſpectu Pilati populũ aduerſum hunc clamitantẽ, & crucem demũ, quam ſubijt uolẽs. Cum aũt talem dicit, rem magis explanat. Perinde ac ſi dicat. Tam uehemẽs erat iſtiuſmodi contradictio, ut ad mortẽ uſq; traduxerit, quã a peccatoribus, hoc eſt, gentilibus & Iudæis illatã, cum noxijs & latronibus tulit, tam fœdo mortis genere affectus.

VT NON fatigemini animis deficientes.) Chriſtum nanq;, & eius tormenta mente peruoluere, animum uobis corroborabit, nec flacceſcere ſinet, neq; diſſolui, nec prorſus cum affligatur in deſperationem concidere.

NONDVM enim uſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus Peccatum repugnantes.) Duo quidem cum afferuntur, præcipue nos cõſolantur, cum grauia dicimur fuiſſe perpeſſi, & cum nondũ magni aliquid arguimur toleraſſe. Vtriſq; his itaq;, ut hos conſoletur, utitur Paulus. Nam cum dixiſſet ſuperius quã multa hos certando ſuſtinuiſſe, eſſetq; eos hortatus ut ſeipſum imitarentur, nunc longe aliter facit. Oſtendit nanq; nondum hos memorandũ aliquod & egregiũ facinus ſubijſſe. Quod eo intulit, ne efferantur & inſoleſcant. Sed quã prudenter id agat aduerte. Cum eñ ueteres illos cõmemoraſſet, qui ſanctimonia fuere præclari, & mala ingentia toleraſſent, & Chriſti domini mentionẽ feciſſet, tunc demũ aperit, nullius eſſe momẽti, quæ ipſi tulerint mala. Vtpote per quos nondum ad mortẽ uſq; & ſanguinẽ ſit peruentum, ſie perſecutiones duntaxat hos ſuſtinuiſſe, & præſentium bonorum direptionẽ. Chriſtum uero, eo tandem prouectum, ut & mortem obierit. Cum autẽ reſtitiſtis inquit; Peccata arguit acerrime hos impugnaſſe, & nõdum ab oppugnando deſiſtere. Hos uero, & ſi aliquanto ſummotos, urgeri quidem certando. Nondum tamen mortiferis, ſed leuioribus quibuſdam affectos eſſe vulneribus.

ET OBLITI eſtis conſolationis. Adeo, inquit, eſtis in ſegnitiem & torpedinem reſoluti, ut uel uerborum uos obliuio ceperit, ad animi ſeruandam magnitudinem cohortantium, tametſi nondum graue aliquod ſitis & urgens malum perpeſſi. Solent enim cruciatus immenſi præ acerbitate nimia & dolore intolerabili, uel carũ rerum memoriam tollere, quæ magnum in modum conducerent.

QVAE NObis tanquã filijs loquiſ dicens, Fili mi, noli negligere diſciplinã Dei.) Non modo eñ filios inquit, his Solomõ uerbis alloquebaſ, ſed uniuerſos qui poſſent eius dicta percipere, & uos ipſos pcipue his monitis caſtigabat ut filios.

NEQVE FAtigeris dum ab eo argueris.) Ingeruntur ergo & a domino tentationes, ſed nobis ut proſint, non ut officiant. Nam idcirco tentari plerũq; nos ſinit, ut & noſtram tolerantiam periclitetur, & coronis tandem condonet.

Deus nos tentari permittit, ut probet, & coronis tandẽ condonet.

QVEM ENIM diligit Deus, caſtigat. Flagellat autem oẽm Filium, quẽ recipit.) Fieri enim non poteſt, ut quiſpiam ſit & Deo acceptus, & uacet preſſuris, & nihil patiatur aduerſi. Dicet aliquis. Nõne & prædones & perditi homines affliguntur, erunt ergo et hi domini filij? Nequaquam. Non enim omnis qui flagellatur, inquit, eſt Filius, ſed filius omnis qui et uarijs modis tentatur, uel flagris afficitur. Latrones Itaq; non tanquam filij afflictantur, ſed quia pernitioſi ſunt cruciantur. Hic Paulus priori loco caſtigat poſuit, deinde flagellat ſubiunxit, ut in diſciplinam intelligas filijs hæc adhiberi, non in odij & malignitatis uindictam.

Non eſt deo acceptus qui nihil patitur aduerſi.

SI DISCIPLinam ſuſtinetis, tanquã filijs uobis ſe offert Deus. Quis enim Filius

quē non corripit Pater? Q; ſi extra diſciplinā eſtis, cuius participes facti ſunt oēs, ergo adulterini eſtis non filij.) Vel ex his quidē, quæ illi argumēto eſſe exiſtimabāt, ſeſe fuiſſe a Deo iam deſtitutos, oſtendit curæ hos Deo eſſe. Si eñ eſſetis inquiens, preſſurarū expertes, uideremini haud dubie adulterini & nothi, non filij. Quis eñ parens illegitimis filijs, erudiendis ornandisve ſtudet? Vos itaq; cum his eſtis malis oppreſſi, id ſane ex his lucri obuenit, ut uitā hanc non effuſe & indecore degatis, nec ſecus quidē quam iuſtiores illi & ſanctiſſimi uiri, quos paulo ante memorauimus, qui & Dei dicti ſunt filij, & cōprobati. Illud igitur perſpicuū erit, nec poterit quoquā pacto refelli, Deum & uobis ſeſe ut filijs obtuliſſe, habereq; item uos curæ & mēti, ne praui euadatis & nil eruditi, eoq; & exhæredet & tanq; adulterinos eijciat.

Adulterini & nothi filij.

DEINDE patres quidē carnis noſtræ habuimus eruditores, & uenerabamur eos. Nō multo magis obtēperabimus Patri ſpirituū & uiuemus?) Ex his rurſum quæ nobis natura ſuggeſſit officijs, arguit habēdam oīno eſſe hanc tolerantiā. Cum eñ, inquit, a parentibus ipſis, qui carnē hanc genuere erudimur, haud mediocriter iſtos reueremur, & caſtigantibus obluctari haud quaq; fas ducimus. Quin potius illorū auctoritate & reuerētia ducti, aīo æquiori & placido quæcūq; itulerint ſuſtinemus. Quāto magis erit neceſſe, ut caſtigantē deū feramus. Aduerte aūt, quēadmodū non ſuſtinebimus dixit, ſed ſubijciemur, ut græce habet. Arguens ſubſiſtētis eſſe & deo aduerſantis, nolle æquo aīo pati pſſuras. Patrem aūt ſpirituū uel donorū dicit, uel poteſtatū quæ corpore carent, uel qd proprius eſt animarū. Nam ut carnis genitores ſeiungeret, Spiritū Patri ſubiunxit. Et uiuemus adiecit, ut oſtendat inobedientē & contumacē, nec uiuere quidē, qui a Deo ſit alienus, qui uitam largitur.

Deo adverſantis eſt nolle æquo animo pati preſſuras

Inobedientes & cōtumaces mortui.

ET ILLI quidē in tēpore paucorū dierum.) Non eñ carnis, inquit, parētes ad perfectionē uſq; erudire nos poſſunt, quando quidē uel horū interitus, uel filij ætas prouectior, uel eorundē contumacia ſæpe & morū peruerſitas caſtigationi factura ſunt finē. At Deus, quia eſt ſempiternus, pfectiores poteſt caſtigando efficere.

SECVNDVM uoluntatē ſuam erudiebant nos.) Non eñ quodcūq; Patris arbitriū conducit & liberis. Nam & ad malas artes hos plerūq; erudiunt genitores.

HIC AVtem ad id qd utile eſt in recipiendo ſanctificationē eius.) Deus nanq; nobis ut cōferat, caſtigationē inducit. Nec a nobis ſibi ut aliquid uēdicet, ſed potius ſuā ut impartiat ſanctitatē, hoc eſt puritatē, ut ad eius bona excipienda aptiores reddamur. Eſt igitur nil aliud diuina hæc eruditio, niſi ſanctitatis participatio quædā. Quam qui fuerit adeptus, non ſolum ſibi, ſed alijs prodeſt. Animas nanq; factis dictisq;, ad Deum retorquet, nihil has ſinens terrenis in rebus demergi.

Diuina eruditio.

OMNIS AVtem diſciplina in præſenti quidem uidetur non eſſe gaudij, ſed mœroris.) Rurſum a cōmuni hominū opinione cauſas eruditionis deſumpſit, aitq;, Omnis quidem diſciplina, ut diuina, ſic & humana, nō gaudio uidetur afficere, ſed mœrore. Recte autem uidetur dixit. Non enim uerum affert illa mœrorem, ſed apparentē. Qui enim fieri id poſſet, quando iocunditatem in poſterum pariat? Sed noſtri gratia uidetur, appoſuit, qui ægre diſciplinam hanc ferimus.

POSTEA aūt fructum pacatiſſimū exercitatis per eā reddit iuſticiæ.) Quidnam ſibi vult cum pacatiſſimū dicit? Nimirū non turbulentū, ſed ſuauem & leuem. Nam qui mœrore afficitur, & animo obturbeī neceſſe eſt. Qui uero gaudio, & lenitatem aſſequitur, & trāquillior eſt. Fructus uero hmōi iuſticiæ erit. Deus eñ cum iuſtior ſit, his procul dubio qui in hac uita mœrore & malis afficiuntur, in ſutura quietē eſt allaturus. Aduerte autem quemadmodū exercitationem, quandam diſciplinam appellat. Vt potequæ fideles ipſos tanquam athletas quoſdā obfirmet, & ualidiores efficiat. Cur ergo inquit, hanc uos declinatis, quæ animis uires adijciat?

PROPTER quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite.) Haud ſecus ac apud Athletas aliquos concionaretur & certatores, ex Iudæis fidelibus iſta perſcribit. Et in his ſane Eſayam hic imitatur, arguens a proprioribus membris eſſe hos animo reſolutos.

Fructus pacatiſſimus cur.

ſolutos. Manus ſiquidem actionum præferunt argumentum, pedes motus. Deſpe-
rantis itaq;, in primis animi organa diſſoluuntur, deinceps & corporis, quæ ut attol
lant hortatur, & nil prorſus deſperent.

ET GRESSVS rectos facite pedibus ueſtris, ut nõ claudicans quis erret, magis aũt
ſanetur.) Hæc quidẽ tanquã ad curſores aliquos diſſerit, ſicuti & ſupius dixit. Per
patientiã curramus. Inquit igitur rectas facite τροχιάς, quod greſſus dixit interpres. *Trochia quid.*
Græce tñ τροχιὰ uel currus impreſſum humi ueſtigiũ eſt, uel tellus ipſa curſorũ pedi
bus conculcata. Perinde ac inquiat. Sint uelim uiæ ueſtræ leniores & planæ, hoc eſt,
nihil q̃d durũ triſteve ſit & tortuoſum, animis ueſtris inſideat, ſed leni gradu & ne-
minẽ offendente decurrite, ne quis claudicans erret. i. nemo ueſtrũ animo fuerit pu-
ſillo & intoleranti, cũ a Iudęis ducatis originẽ, qui iſtiuſmodi ſunt. Vel ne ſcilicet cir
ca futurorũ bonorũ ſpem & fidẽ e uobis quiſpiã ſit incõſtantior, & obliquis diſtor-
tisq; incedat pedibus. Nam ſi aliqua cuiquã fiat ad ingenitam timiditatẽ acceſſio, ita
ut nec ſeipſum ſuſtineat, ſed diffidentiæ ſe totũ permittat, oĩno clam neſcio quo pa-
cto procumbens, in deſperationis ſeſe præcipitiũ adiget, unde etui haud facile pote
rit. Quin potius itaq; incũbite inquit, ut ad ſanitatẽ redeat quodcunq; in uobis man
cum fuerit & claudicans. Id eſt, corrigite ſiqua inerat uobis ad id tẽporis diffidẽtia.
Non enim poteſt in eo qui toleranter ferat aduerſa, incredulitas reſidere.

PACEM SEquimini cum omnibus.) Quod antea hoſipſos monuerat, nolite
inquiens congregationes ueſtras deſerere, idipſum & hoc loco cõmonefacit, ut in-
ter hos mutuam conciliet charitatem. Quam ut non ſolum in domeſticos & beneuo
los ſeruent hortatur, ſed cum alienis & hoſtibus pacatiores ſint admonet. Ait itaq;,
cum omnibus gentilibus ſcilicet & Iudæis, uel his ipſis quos habetis infenſos. Perin *Pacem cum o-*
de ac ſi dicat. Quantum ueſtra intererit, cum uniuerſis hominibus pacem ſeruate. *mnibus eſſe ha*
Hac enim ſi mente fueritis, nil prorſus animo concidetis, cũ mala uobis intentabun *bendam.*
tur. Aduerte autem cum ſequimini inquit, illud præferre, uel ſi longe pax iſta abfue
rit, ut hanc comprehendatis enixe contendite.

ET SANctimoniam.) Id eſt, puritatẽ & celibatũ, ſiue quis uxore caruerit & uir
ginitatẽ tuetur, ſiue hanc habeat & continentiã ſeruet. Nec quia pro ſanctitate nu- *Honorabiles*
ptiæ habeanĩ, ſed quia ſanctimoniã ſit per Baptiſmũ adeptus incluibilem, ob legiti *nuptiæ.*
mam copulã. Sunt quidẽ honorabiles nuptiæ, non tñ ſanctimoniæ ſeruatrices.

SINE QVA nemo uidebit Deum.) Non enim aut fornicatores aut adulteri,
aut molles, aut marium concubitores, regnum Dei hæreditabunt. Et dominus in
Euangelio, beati mundi corde, quia ipſi Deum uidebunt.

CONTEMplantes ne quis deſit gratiæ Dei.) Tanquã hos peregre & longius,
& maximo cũ comitatu ꝓficiſcentes alloquiĩ & ſic inquiens, cõmonefacit. Cauete
ne quid per uos reliquũ fiat, uel aliquid ad iter neceſſariũ relinquaĩ, uel quiſpiã pro
ficiſcentiũ reſtet. Non eñ id ſolum depoſco, ut ipſi quo tenditis, tuto perueniatis,
ſed ut comites etiam obſeruetis, perdiſcatisq; utrũ uobiſcum iter faciant oẽs necne.
Quod plane ſolet imbecillioribus euenire, qui præcedentiũ ueſtigia ꝓſequi neque-
unt. Contẽplamini itaq; inquit, & oculis colluſtrate, & ſi quẽ cernitis poſt terga re-
lictũ, nequaquã hunc negligatis. Gratiam aũt Dei, Fidem dicit, & optimũ uiuendi
modum, & bona futura. Hæc nanq; omnia per Chriſti gratiam comparantur.

NE QVA radix amaritudinis ſurſum germinans, impediat uos.) Idipſum &
in Deuteronomio poſitum eſt, quod e quadam plantarum eſt deſumptũ metapho-
ra. Itidem fere & alibi ſcribit Apoſtolus, cum inquit. Fermẽti puſillum totam maſ-
ſam corrumpit. Quod dicere & hoc loco uidetur ſubinde inquiat, Nemo permitta-
tur in aliorum perniciem praue agere, ſed præcidenda eſt amaritudinis radix, id eſt,
Peccati, ne producat ramuſculos. Hoc eſt, ne alios ſui ſimiles reddat. Quod autem
ſit Peccatum amarius, uel potius, ꝙ nil magis quam hoc amareſcat, compertum ha- *Amaritudo*
bent & exploratum, qui ubi illud cõmiſerint, a conſcientia & macerantur & corro- *peccati quãta.*

 duntur.

duntur. Aduerte aũt, quemadmodum non radicem dixit amaram, ſed radicem amaritudinis. Poteſt nanq; uel radix amarior, ſuaues fructus producere.

ET PER illã inquinenẽ multi.) Nã uiros ſceleratos, cũ ſegniores quidã & ad malũ ꝓcliues ſpectarint prauis incũbere facinoribus, hos imitari admodũ cõcupiſcũt, Hoc pacto, corũ ingnãt aios. Quo circa, ne id eueniat, ſuccidẽdę ſunt radices hmõi.

Eſau primogenita uendidit.

NE QVIS fornicator aut prophanus, ut Eſau, qui propter unã eſcam uendidit primogenita ſua.) Arguit horũ nonnullos fuiſſe in fornicationẽ prolapſos. Nec tamẽ hos retegit, quin potius eius rei ignarũ eſſe ſe ſimulat, ut corrigantur nondum patefacti. Vel prophanũ dicit, ut Eſau, quaſi uentri deditũ, & huius ſæculi rebus addictum, & inquinantẽ quæ Spiritus ſunt & conculcantẽ. Eſau nanq; delatum ſibi a Deo primogenituræ honorẽ, alteri cibi gratia contulit. Eſt autẽ iſtiuſmodi inquinatio diuinorum contẽptus. Oſtendit præterea quam ſit uoracitas improba, & mala ſegnicies. Siquidem qui primatum obtinuiſſet, ſit inferior redditus, quia ferre nequiuerit cibi cupidinem, & nil prorſus eiuſmodi obſtiterit uoluptati.

Eſau à patre reprobatur.

SCITOTE eñ quoniã & poſtea cupiẽs hęreditare benedictionẽ, reprobatus eſt.) Tunc eñ Eſau fuit reiectus, cũ iſtiuſmõi locutus eſt Pater, ſi dominũ tuum illũ conſtitui, tibi qd faciã Fili? Nõnulli uero a Deo fuiſſe reprobatũ hunc dicũt, quia Dei inſtinctu deceptus ſit Iſaac, ut Iacob illi benedictionẽ prius impartiretur, et ſic Eſau reprobari ſit uiſus, qui eadem illa paulo poſt efflagitarit a Patre, uel a Deo & Patre. Eſt enim perſpicuũ Iſaac Patrem, Eſau Filium, pro Dei arbitrio reprobaſſe.

Eſau etiã cum lachrymis poſtulans exaudiri non meruit.

NON ENIM inuenit pœnitẽtiæ locũ, quanquã cum lachrymis quæſiuiſſet eam.) Dicet aliquis, tollit ergo e medio pœnitentiã Paulus? Nequaquã. Cur igiẽ, inquit, pœnitentiæ locũ non inuenit, quãuis lachrymans quæſiuiſſet? Primũ intelligas uelim pœnitentiã hoc loco benedictionẽ ſignificare, deinde benedictionẽ hãc petiſſe hunc quidem fateri Apoſtolum, ſed modum in ea petenda nullum ſeruaſſe. Quod enim eſſe poterit pœnitẽtiæ argumẽtum, cum Eſau ipſe hæc iactet. Appropinquet luctus dies Patris mei, & interficiam fratrẽ meum. Ob id itaq; pœnitentiã non inuenit, quia non ut oportuit, depopoſcit. Nam etſi lachrymas fuderat, haud tamẽ erant pœnitentię lachrymæ, ſed liuoris & odij, & animi exacerbati, qui minus æquo anio toleraret præferri ſibi germanum. Quemadmodũ nec mœror quidẽ, quem Cain ille vultu pertulerat, pœnitentis fuerat, ſed inuidentis. Vel forte pœnitẽtiæ locum non eſſe, prudenter Paulus dixit, ut eos qui nondũ eſſent in aliquod ſcelus prolapſi, terreret, cũ inquit. Nullũ eſſe grauioribus delictis pœnitẽtiæ locũ, diſpenſatiõe quadã id agens, ut in timore ſaltẽ hos ipſos fideles contineat ne labanẽ. Et ſi forſitan lapſos perſpexerit aliquos, a lapſu reuocet, ne prorſus deſperent, ſicuti & ad Galatas. Filij mei inquit, quos iterũ parturio, quouſq; formeẽ Chriſtus in uobis. Non itaq; hoc loco Paulus reijcit pœnitentiã, quippe quã ſæpe alias prædicarit, ſed fidẽtiores reddit ex Hebræis, qui Fidem acceperant, ne in poſterum cadentes procumbant.

NON ENIM acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum.) Oſtendit hos maioribus eſſe malis obnoxios, ſi minus ſe ꝑbeant patientes, & pollicenti Deo haud ſecus diffidant, quã priſci illi & ueteris teſtamẽti ſectatores. Aduerte autẽ, ut noſtra hæc ueteribus comparet, probetq; magis. Nam poſtquã hoc noſtrum, uetus illud excedere magnitudine pluribus patefecit, inducit nunc quæ & magna & mira uidenẽ, ſi priora illa ſpectemus. Quę & in Syna monte ſint geſta, decernitq; hęc puſilla admodũ fore, & infima quędam, ſi nouũ hoc ſpectes. Illis nanq; multæ & uariæ inerant rerum imagines, ut harum contẽplatione obſtupeſceret populus. Ille infanti ſimilis. Nam ignis eo offerebatur, ut legum latores indictas præferret pœnas, & terrorem ſtatim incuteret. Nebula uero & caligo teſtamẽtum uetus illud præfigurabat, opertum adhuc permanere, necdum fuiſſe tunc tẽporis reuelatum. Nam cum figuram noui præferret, liquet ſane aduſq; ueritatis & Chriſti aduentum, ſubobſcuras fuiſſe ſignificationes illas

formas. Et

formas. Et cum nondū eſſent pro earū ſignificantia intellectæ, ut quibus quod deerat, occultum, haud dum oculis pateret humanis, portendebatur. Caligo enim, inquit, ſub pedibus eius. At qui procella excitabat Hebræos, qui tardiores eſſent, ut Dei dictis & rebus mirandis intenderēt animos. Tubæ uero adeſſe regem & deum ſignificabant, quod ipſum erit & in ſecundo Chriſti aduentu futurum.

ET VOCEM uerborum. Quā qui audierūt, excuſauerūt ſe ne eis fieret uerbum.) Deus cū loquens exaudiebat̄, ut Fides latis iam legibus fieret, nec crederēt Moyſi uerba eſſe & uiri mortalis. Deo nāq; uox inerat horribilis quædā, ſonora & tonās. Moyſi uero gracilis & exilis. Vnde & uocē illi hmōi reformidātes, Deū ſe nolle loquentē audire fatebantur, & Moyſi dictitabant, loquere tu ad nos, & non deus nobis loquatur. — *Moyſi uox gracilis & exilis.*

NON ENIM portabant quod dicebatur.) Hoc eſt, quod a Dei ore prodibat, quia eſſet horriſonū, nequibant auribus ſuſtinere. Cauſam ergo hi obtulere, ut Deus appareret in carne, ut percipi poſſet ab his & intelligi.

ET SI BEſtia tetigerit montem, lapidetur, ita terribile erat quod uidebatur.) Demonſtrat hoc loco noui excellentiam teſtamenti. Vetus nanq;, & ſi nihil haberet quod ſui præcelleret magnitudine, nec ſimile quicquā quo nouū hoc potiretur, formidini tamen erat & terrori, & adeo, ut nec beluas fas eſſet montē attingere. Id eſt, bruta animantia, quæ populus poſſideret. Nouum uero cum perfectiora cōtineat, nihil præfert quod horridum ſit, ſed in eo cuncta ſunt mitia & periocunda. — *Beſtia tangens montem lapidabatur.*

MOYSES dixit, exterritus ſum & tremebundus.) Si Moyſes inquit, qui ſub caligine ſubijt montē, ita extimuit, cur non debuit populus terrore comprehendi.

SED ACCeſſiſtis.) Illi quidē monti nihil appropinquarūt, ſed procul aſtabāt. Vos uero ad hunc iam acceſſiſtis. Videtis ergo quanto hos interuallo præſtetis.

AD SYON montē & ciuitatē Dei uiuentis Hieruſalē cœleſtem.) Hoc eſt, Syna montē, qui & mente concipit̄, & ciuitatē habemus, quæ item & animo poteſt & ſenſu cōplecti. Hoc eſt, cœlum ipſum, non heremū aliquem ut illi adiuimus.

ET MVLTOrum milliū angelorū frequentia.) Pro populo. ſ. angelorū, nacti iam ſumus inumerabilē comitatū. Et pro timore ſumus læticiā aſſecuti. Id nāq; cum frequentiā inquit, expreſſit. Nā ubi uel hoīm aderit multitudo, ibidē & hilaritas adſit neceſſe eſt. Erit itaq; dies hic celeberrimus, qui tot angelorū frequētatur p̄ſentia.

ET ECCLEſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis.) Primitiuos fideles appellat, qui ut Deo iam dedicati, ſanctiores etiā euaſere, quorū nomina in libro uitæ cōſcripta ſunt, ſicut & dominus dicebat diſcipulis. Nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et quoniam Deus eſt omniū parens, huius & homines cōmuniter uniuerſi ſunt filij, cuius & primitiui, id eſt, primogeniti, quod græce habetur, erunt fideles digni quidem ſecūdum prædeſtinationē, aſciri in filios. Vel etiam credentes omnes dici filij poterunt. Primogeniti uero, qui Deo & Patri geſſerint morē, & apud eundem ſunt cum uerbo, tum uita ingentia dona promeriti.

ET IVDIcem oīm Deum.) Vel hoc loco eos ꝑterrefacit, cū inquit. Omniū eſſe, nec Iudæorū modo, ſed fideliū etiam futurū hunc iudicē. Quo circa & uobis cauendū erit. Oſtendit p̄terea quā ipſi priſcos illos anteſtent, cū illi nec deū quidē loquentem potuerint ſuſtinere, nec ꝓpius montē accedere. Ipſi uero uel iudicē ipſum, id eſt Chriſtū adierint. Pater quippe iudicat neminē, ſed filio iudiciū omne permiſit. — *Deus omniū futurus iudex.*

ET SPIRITVS iuſtorum perfectorum.) Id eſt, proborum animas qui ad perfectionem euaſere per Fidem. His eritis & uos haud dubie æternæ fœlicitatis conſortes, ſi eorum fueritis uitam ſectati.

ET TESTAmenti noui mediatorem IESVM.) Non enim Moyſem, qui fuit ſeruituti obnoxius, uos adijſtis, ſed IESVM dominū, qui noui mediator eſt teſtamēti.

ET SANGuinis aſperſione.) Hoc eſt, purificatione. Chriſti enim nobis ſanguis inſperſus & labibus plane deterſit, & ſanctos effecit.

MELIVS loquentē quam Abel.) Abel nanq; illius effuſus ſanguis, hunc eſt in

modum locutus. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vel ut diximus ſupra, & nunc ſanguis hic loquit̃, quia fama apud oẽs & nomine celebrat̃. Sed dñi ſanguis uocem clariorẽ emittit, & maioris ſignificantiæ, cũ ipſis ex rebus uniuerſis inclamet ſe ſanctitatem largiri. Vel alias quidẽ uocem hic edidit, cum mentẽ inuadit, quã integram reperit, eandemq; excitat & loqui cõpellit, Spiritus per gemitus quoſdam loquitur ineffabiles & ſuauiſſimos. Vel etiã ut nõnullis uidetur, Abel ſanguis in Germanum obclamitabat, Chriſti uero pro nobis Patrem affatur.

Cur melius loqui dicatur ſanguis Chriſti quã Abel.

VIDETE NE recuſetis loquentem uobis.) Tunc enim uidemini loquentem hunc recuſare, cum eius promiſſis nullam Fidem præſtabitis, & omnem ſpem amiſeritis. Quis eñ loquitur niſi Chriſtus ipſe? Nam eius ſi ſanguis uerba fecerit, longe magis & uiuere is arguetur.

SI ENIM illi nõ effugerũt recuſantes eũ qui ſup terrã loquebat̃.) Quid illi non effugerũt? Suppliciũ certe & perditionẽ. Super terram aũt loquentem Moyſi dicit, uel Deum ipſum deſcendentẽ e cœlo, ſed per Moyſem ad populũ concionantẽ. Eſt nanq; in Syna monte locutus, id eſt, quid eſſet Hebræis agendũ, loquendo iniũxit.

MVLTO MAgis nos qui de cœlis loquẽtem nobis auertimus.) Chriſtum uidelicet de cœlo nobis loquentem, id eſt, qui ubi fuit aſſumptus, legem nobis per Spiritum dedit. Nec quia diſcrepantem aut diuerſam tulerit legem, hæc Paulus dicit, perinde aliam quandam nobis, ubi eſt in cœlum ſublatus, ſtatuerit legẽ. Sed modus ipſe hanc ſtatuendi uidetur differre. Illam ſiquidẽ cum eſſet in terris induxit, hanc in cœlum ſubuectus, ut diximus. Quo fit, ut magis ſit ille extimeſcendus. Quod aũt minus fuerit prior lex illa ab inſequenti diuerſa, audi quæ ſubſequuntur.

CVIVS VOX mouit terrã tunc.) Vides ne eundẽ fuiſſe, qui tũc loquebat̃, & qui nunc nobis e cœlo ꝓfat̃. Vox eñ eius tunc tẽporis, cum lex ferebat̃, terrã concuſſit.

Terram bis fuiſſe cõmotam.

NVNC AVtem pollicet̃ dicens, adhuc ſemel & ego mouebo terrã, non ſolũ terrã, ſed & cœlum.) Bis terrã apud ſacras lr̃as legimus fuiſſe ſuccuſſam. Primũ cum in monte Syna lex ferebatur. Nam & terrã contremuiſſe Dauid teſtificat̃, cum inquit. Terra tremuit. Secũdo cum carnẽ Chriſtus aſſumpſit, & uenit in mũdum. Cõmota eñ eſt, inquit, oĩs Hieruſalem, & quatient̃ manufacta Aegypti, id eſt, ſublata ſunt, ne ſuos fallant cultores, & deiecta eſt illorum potentia. Cum aũt ſemel dicit, poſt ſecundam arguit & tertiã fore terræ quaſſationẽ. Hoc eſt, cum ſæculũ hoc euertetur, cum imutata omnia a corruptione ad imortalitatem deniq; transferentur.

Tertia terræ quaſſatio futura in fine ſæculi.

Q VOD AVtem adhuc ſemel dicit, declarat mobiliũ tranſlationẽ, tanq; factorũ.) Hoc eſt, corruptibilis naturæ imutationẽ, quæ mobilẽ in ſe naturã tanquã factorũ, id eſt, quæ ut aliquid eſſet, principiũ ſumpſit. Vnde & neceſſario finẽ ſit habitura. Quodcũq; enim conditũ eſt, liquido patet aliquãdo cepiſſe. Quo circa, quo ad eius naturam, & finem habet. Siquidem & angeli ipſi nequaquam ſunt natura perpetui. Quippe qui nec principio careant, per gratiã tamen ſunt immortalitatem adepti.

Angeli nõ ſunt per naturam perpetui, ſed per gratiam.

VT MANEant ea q̃ ſunt imobilia.) Id eſt, bona futura. Cum eñ corruptibilia iſta immutabunt̃, quæcunq; tñ ſunt ſanctis futura, nec corruptionẽ admittent, nec motũ. Quippe quæ nullã ſunt uel tranſlationẽ uel mutationẽ aliquando ſubitura.

Quæ ſunt ſanctis futura, nec mutationẽ admittent, nec motum.

ITAQVE immobile regnum ſuſcipientes habeamus gratiam.) Cum itaq;, inquit, tot bonis dignabimur, quæ nec transferri poſſunt nec immutari, & ſpiritalibus donis in pignus acceptis, immobile regnũ ſuſcipimus, habeamus gratiam. Hoc eſt, patienter aduerſa feramus, & nullus nos ſubeat dolor, ſi quam ſumus in rebus externis iacturam perpeſſi, ſed gratias illi dicamus, qui bona nobis hæc contulit, & maiora eſt propediem collaturus.

PER QVAM ſeruiamus placentes Deo.) Per quã gratiam ſcilicet, cum gratos nos prẽſtiterimus, tunc noſtra Deus oblectabit̃ ſeruitute, ſciemusq; eundẽ eſſe nos & dominum conſecutos. Sin aũt nullas illi, uti pro otio & rebus quietioribus, ita & pro aduerſis & quietẽ noſtram turbantibus egerimus gratias, nec eũ colere nec placare poteri

care poteri

care poterimus. Idipſum fere & Paulus idem alio in loco cõmemorat, cum nolite inquit obmurmurare. Et rurſum. Oia facite ſine murmuratione. Quinetiã Iſraelitæ illi, quia in Deũ obmurmuraſſent, ut impatientes & quæruli, in heremo cõciderunt.

CVM METU & reuerentia.) Nil inqt, uel imprudenter, uel petulanter loquamur Quin pferat uelim exterior facies erga hoĩes uerecũdiã, & in Deũ reuerentiã & pietatem.

Deus ut ignis conſumens.

ET ENIN Deus noſter ignis conſumens eſt.) Cum enim ueteris teſtamenti uniuerſa dixiſſet formidinis eſſe & terroris plena, noui uero longe ſecus, ne manſuetudinem negligant, cum metu & reuerentia, Deo inquit, per nos agendæ gratiæ ſunt. Siquidem qui preſſuris & malis afflictatur animus, ſi prorſus deſperet, facere impudenter uidebitur. Vel ueſter in Deum cultus, ut uerecũde & reuerenter exhibeatur, neceſſe eſt. Deus nanq; hic noſter, cum ignis ſit ſubinde conſumens, erit a nobis oino uerendus, ne ueluti cõtemptores & ſui nulla habentes rationem, tollamur e medio hoc igne abſumpti. His præterea dictis & hos cõſolatur, ſubinde diceret. Talem ſumus dñm aſſecuti, qui poſſit aduerſarios noſtros ut ignis abſumere.

CAP. XIII.

CHARITAS FRATERNITATIS maneat in uobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci.) Non enim hæc uobis dixit cõparate. His nanq;, ut apparet, potiti iam erant. Sed cum frequentioribus urgerentur preſſuris, in diſcrimen propemodum ueniebant, ne de cætero uirtutes huiuſmodi negligentius exercerent. Inquit igitur, maneat fraternitatis & charitas, & ſtabilis ſit, nec abſcedere a uobis hanc ſinite. Haud ſecus & hoſpitalitatis nolite obliuiſci. Fieri enim poterat, ut hi cum bonis fortunæ eſſent priuati, parcius forſam & raro, hoſpites & peregrinos exciperent. Et eos hortatur, ut prius ceperant, hoſpitalitatem hanc proſequantur.

Hoſpitalitas deo gratiſſima

Aliás excepiſſent.

PER HANC enim placuerunt quidã, angelis hoſpitio receptis.) Ignorauerunt græce habetur. Eo nanq; proceſſit hoſpitalitatis, inquit, officium, & libera peregrinorũ ſuſceptio, ut uel Abrahæ ipſi & Loth occaſionem præbuerit uel ignorantibus ut angelos domi exciperent. Non enim ſciebãt angelos eſſe qui fuiſſent per ſe excepti hoſpitio, alioquin honorifice hos ⁎ exciperet. Quod ſane factũ illos prouexit Nam ſi nõ ignari hoſpitio angelos admiſiſſent, nõ eo fuiſſent magnitudinis euecti.

Magnum charitatis uinculũ

MEMENTO te uinctorũ tanq̃ ſimul uincti.) Qui enim cuiquã uinctus eſt charitate & fide, uel uolens obliuiſci nõ poteſt initæ neceſſitudinis. Vel uinctorũ dicit, q Chriſti ob fidem uel in carcerem eſſent coniecti, uel alijs quibuſuis malis afficerent.

Aliás carcere

ET LABORANtium tanquam & ipſi in corpore commorantes.) Laborantes ſiue in carcere, ſiue eſurie, ſiue alia quauis preſſura. Nam qui reputauerit e patibuli ⁎ carne ſe eſſe abductum, ab eiuſmodi ſeſe eximet malis, ſi proximũ fuerit commiſeratus. Verebiturq;, ne & ipſe in eadem illa incidere permittatur.

Connubium nedum adoleſcentulis ſed & ætate prouectis honori eſt.

HONORABILE connubiũ in omnibus & thorus immaculatus.) Aduerte quotiens de continentia hic diſſeruit. Nam & ſuperius cũ ſanctimoniæ meminiſſet, hiſ ipſis utitur uerbis, & rurſum uſurus eſt cum de fornicatoribus & adulteris diſſereret, in omnibus inquit. Non quia nuptiæ ætate prouectioribus minus conueniant, adoleſcentulos uero admodum deceant, ſed cunctis ait honori ſunt. Vel in oĩbus hoc eſt quibuſuis modis & quouis tempore. Nec quidem quia mœrentibus & afflictis connubium illud ſit honorabile, ociantibus uero & proſperis iti rebus agentibus minime. Nec quia alteram in partem honoratius ſit, in alteram uero nequaquã, ſed paſſim & cunctis in rebus honore eſt dignum.

Cõnubium honoratur.

FORNICATOres enim & adulteros iudicabit Deus.) Vel hoc loco connubiũ honorem aſſequitur. Quippe quod adulteria interpellet, prohibeatq;. Iudicabit aũt Deus, id eſt condemnabit, & merito quidem. Nam ſi permiſſæ ſunt nuptiæ, nil poterit fornicarius aliquis uel adulter carnis illecebras excuſare, ſed iure excruciabitur.

SINT MOres ſine auaritia.) Neq; eni nolite bona hæc pſentia cõparare inquit, ſed ſi uel hæc eſtis iam cõſecuti, haud quaq̃ fueritis illorũ ſeruituti addicti. Sed ad liberalitatem bona hmõi habetote, & ita, ut ſi uel ex his eſt excidendũ, nil ægre feratis

Quod ipm & ſuperius dixit, direptionē ſcilicet ſubſtantiæ ueſtræ libēter ſuſcipite Et qm̄multi ubi corū fortunas exhauſerint, iterato ſarciendis incūbunt, excuſantes uelle ſe in alios eſſe beneficos, ſic ingt. Sint ſine auaritia mores, unde & ita ſubiūgit,

CONTENTI præſentibus.) Oſtendit quemadmodū hac ipſi poſſimus cupiditate uacare, ſi fuerimus ſcilicet contenti præſentibus, ſi nihil præter neceſſaria naturæ quæramus. Nam qui plura quam habeat conquiſierit, & acceſſionem facere rei familiari ſtuduerit, is plane auidior erit & pecuniæ cupidus.

IPSE ENIM dixit nō te deſerā neq; derelinquā.) Non enī, inquit, ille mentitur uel fallit. Poſſet quiſpiā his dictis occurrere, quid ergo nobis erit agendū, ſi neceſſarijs rebus carebimus? Ait itaq; ad hæc Paulus. Haud quaq̄ ita futurū eſt. Nam Deus per Eſaiā ſic fatur. Nō equidem te derelinquā, facturus eſt haud dubie quæ pollicet Poſſent prætere a ex Iudæis fideles, ad quos Paulus epiſtolā ſcribit, nec iniuria illud obijcere. Dic Paule, quibus nam præſentibus bonis cōtenti eſſe iam poſſumus, qui ſumus in prædā dati, ut quibus direpta ſunt oīa, & nihil ſit reliquū? Ait itaq; ad hæc Paulus. Licebit ſaltem uel ſatis hæc ducere quæ ſunt uobis relicta, etſi tenuia ſint & anguſta, cōtenti tamen his ſitis. Non enim uos ille qui dicit nequaquam te deſeram, deſerturus eſt Deus. Vel forte Apoſtolus de rebus ad uitā hanc neceſſarijs diſſerit,

ITA VT NOS confidenter dicamus, Deus mihi adiutor eſt, & nō timebo quid faciat mihi homo.) Cum ita q; iſtiuſmodi ſit Deus præfatus, certiora erunt omnino quæ loquitur. Is nanq; uobis eſt proſpecturus, ſi mala illata patienter tuleritis.

MEMENTO te præpoſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt uerbum Dei.) Vel Theſſalonicenſes talibus cōmonefacit, ut eos uel maximo in honore haberent, qui ſibi eſſent erudiendis præfecti. Et quemadmodū illi Euangelium ſibi prædicando impartirentur, ita & ipſi hos alerent. Id enim prætenditur, cū mementote inquit. Vel ut illos imitentur, quos habuiſſe præpoſitos ſuadet.

QVORVM intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem.) Hoc eſt, enixius contemplantes. Vtq; & pictoris diſcipulis, in exemplar aliquod ſibi propoſitū oculorum & ingenij intendit aciem. Sic & uos ſedulo exitum cōſiderantes, id eſt, eorum cōuerſationem & uitæ finem, qui ad fidem uos inſtruunt, quod optimus ſit futurus, imitamini illorum & fidem. A fide nanq; integer uiuendi modus emanat. Ni enim futuris bonis fidem hi præſtitiſſent, & nil hæſitantem, nunq̄ tam integre & ſine culpa uixiſſent. Lenit præterea & iſtorum intolerantiam, uel forte dogmatum fidem indicit his imitandam. Subſequitur itaq;.

Fidei uirtus.

IESVS CHRISTVS heri & hodie ipſe idem permanebit in ſæcula,) Apparet ex his fuiſſe nōnullos qui Chriſti fidem iam deprauarent, aſſerentes alium quempiam eſſe, non Chriſtum ipſum uenturū, uel eum quem ad id temporis Hebræi opperiuntur. Ait igitur. Chriſtū eundem eſſe heri, id eſt præteritis ſæculis, & hodie, id eſt in p̄ſenti, & in futura ſæcula & infinita. Nec alterum quempiam hunc præter aſſerit eſſe uenturum. Abijcite ergo errores huiuſmodi. Vel quemadmodum ille doctores ueſtros nunquā deſeruit, ſed tutatus eſt maxīe, ſic et uobis opem eſt allaturus. Eſt enim qui fuerat antea, ſemper, & præſenti permanet, & in æternum eſt permanſurus.

Doctrinæ peregrinæ quæ dicantur.

DOCTRINIS uarijs & peregrinis nolite abduci.) Variæ tunc quidem uidenť cum ab alijs item atq; alijs afferuntur doctrinę. Peregrinæ uero, id eſt a dogmatis rectitudine alienæ. Poteſt nāq; uaria eſſe doctrina, nec peregrina dici, eoq; nec improbanda. Cum uero uariæ fuerint, hoc eſt aliter atq; aliter illæ ingeſtæ, & peregrinæ, a ueritate ſcilicet ipſa dimotæ, tunc ſane erit magnopere ab ipſis cauendum. Veritas ſiquidem & ſimplex eſt, & in aliquod unum intendit. Abduci autem & circunferri, in leuioribus uſurpatur quibuſdam, quæ hac illac circunferuntur.

Iudaica ciborū obſeruatio uitanda.

BONVM EST enim gratia ſtabilire cor, nō eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eius.) Hæc ſunt profecto pregrinæ ille doctrinæ. Arguit autem eos qui Iudaicam ciborum abſtinentiā & obſeruationem induxerant. Eſtis eni uos inquiens,

gratia, hoc

gratia, hoceſt fide ſtabiliendi, reddendiq; certiores, nil eſſe prorſus immundũ, & q̃ pura eſſe credendũ oĩa. Eſt itaq; fides hæc, non eſcarum obſeruatio, neceſſaria. Qui enim a cibis præcauerint, id eſt, qui in eiuſmodi eſcarũ obſeruationem ſemper intendunt. perſpicuũ eſt nil hos profeciſſe. Vt qui extra ueros fidei terminos diuagentur, & legi inſeruiant prorſus inutili. Quid enim cõmodi ex ea obſeruatione aſſequebãtur? Quandoquidẽ adeo eſſent flagitioſi, ut nequirent ſacrificiorũ fieri participes.

HABEMVS altare de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.) Quoniam minus eſſe cibaria dixerat obſeruanda, ne & noſtra facile poſſent contemni, quia nihil huiuſmodi caueant inſtituta. Et nos inquit obſeruationem habemus, haud tamen in eſculentis hiſce, ſed in ara ſiue in hoſtia illa incruenta, & corpori uitã elargiente. Huius itaq; nil penitus licet ſacerdotibus legis participare, quã diu tabernaculo ſeruiunt, id eſt, legis inſtitutis & figuris iam diſſolutis & ſuperuacaneis redditis. Nam iſtiuſmodi aliquid, cum in tabernaculo dicit, prætendit.

QVORVM enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra, propter quod & IESVS ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.) Arguit quæ apud Iudæos pro ueris creduntur, rerum eſſe figuras, quæ ad fidem noſtram hanc faciant. Ait q; nullius fuiſſe momenti hoſtias, quarum populus particeps fieri prohiberetur Noſtri ſacrificij nec legis, participant Pontifices ipſi. Nam uetus illud, noſtrum hoc nouum præfigurabat. Et quemadmodum animantium ſanguinem, & quæ pro populi delictis offerebantur, in ſancta Pontifex deferebat, cadauera uero extra caſtra comburebantur. Sic Christus pro mundi peccatis perpeſſus, ſanguinem quidem ſuum ut Pontifex detulit patri, corpus uero patibulo eſt pro caſtris & extra urbem in ſutum. Ait igitur, Pontifices ueſtri qui immolationis huiuſmodi memoriam factitant, domini ſanguinem in ſancta quæ apud nos ſunt, in aram tanquã in cœlum important. & idcirco legis Pontificibus ipſis haud quaquam fas eſt ex hac hoſtia edere ut qui alienigenæ ſint, & mundi huius curam ſuſcipiant. Nos uero & mundum cõtemnimus, & hunc ut peregrini & aduenæ inhabitamus.

Sanguis animantiũ in ſancta deferebatur cadauera extra caſtra comburebantur.

EXEAMVS igitur ad eum extra caſtra improperiũ eius portantes.) Cum enim mortem ſit Chriſtus extra portã perpeſſus, concedamus & ipſi ad hunc extra caſtra Hoc eſt, extra mundũ improperium eius portantes, id eſt, eadem illa quæ ipſe ſuſtinuit, toleremus. Foris ille ut noxius quidã & latro cruci affigit̃, nec nos itaq; pudeat ex hoc mundo excedere, & honores & gloriã quæ mundi ſunt, deſtituere, uel ſi ad ignominiã nobis id cedere uideatur. Simul etiã hos adhortatur, uti tolerantius ferãt quæ ab ipſis ingeruntur Iudæis. Siue contumelias inferant, ſiue bona diripiant.

NON ENIM habemus hic manentem ciuitatem, ſed futurã inquirimus.) Quemadmodum ſit extra portam & mundũ hunc abeundũ, confirmat. Non enim quenq̃ habemus in hoc mundo participem, quippe qui manſurus non ſit. Erit itaq; nobis ex hoc, alio concedendum, & futura ciuitas, cœlum uidelicet, conquirenda.

PER IPSVM ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorũ confitentiũ nomini eius.) Per ipſum inquit, tanq̃ per carnem Pontificem, offeramus laudis hoſtiã Deo patri, hoc eſt gratiarũ actiones. Agendæ nanq; per nos ſunt gratiæ patri, quia filiũ eius tradiderit ut nobis ſanctimoniã largiretur. Hæc autem eorũ de cauſa intulit, qui infirmiores eſſent & imbecilli. Iſtiuſmodi itaq; laudis hoſtia & actio gratiarum, labiorum eſt confitentiũ fructus, id eſt, eorum qui illius nomini confitentur. Fit itaq;, ut neq; iſtiuſmodi immolationis liceat legis cuiquã participare Pontifici. Quippe qui nequeat pro Chriſti ſanguine gratias reddere, nec ex illo ſint ſanctitate donati, quãdoquidem in incredulitate perpetuo perſtent. Aduerte autem ut ad dicendũ has gratias Deo, hos ipſos compellat, ut nihil obmurmurent Prohibeatq; uel audax aliquod & temerarium uerbum, per impatientiam fundere.

BENEFICENtiæ autem & communicationis nolite obliuiſci.) Vbinam gentium ſunt

tiũ ſunt qui paupertatem excuſant, & nil quidpiam alijs impartiuntur? Intelligant uel ſumma inopia laborantibus, & bonis omnibus expoliatis, Paulum ſuadere, ne alijs benefacere obliuiſcantur, & eleemoſynam ſtipemq́ indigentibus tribuant.

TALIBVS enim hoſtijs promeretur Deus.) Gratiarum ſcilicet actionis & beneficentiæ. Conſtat enim eum qui gratus ſit, & liberalem eſſe, ut qui minus declinet conferre in alios bona, quibus ſit ipſe affectus.

Principibus etiã improbis obtemperandũ eſſe, modo fidẽ nõ obturbent. Hereticorum uerſutia.

OBEDITE præpoſitis ueſtris.) Hoc loco de Epiſcopis diſſerit. Nam cum prius eos ſic inquiens collaudaſſet. Fideles & dignos quos imitentur, & eis ut uitæ magiſtris intenderent, obedite adiecit. Num igitur omni erit principi obtemperandũ? Ita quidem, uel ſi nequior ſit ille & improbus, modo ne fidem obturbet, uel hanc ut deſeras cogat. In cæteris uero nequitiam exercenti parendum cenſuerim? Ait nanq; Quæcunq; dixerint uobis ut faciatis facite, ſecundum autem illorũ opera nolite facere. Idipſum & de his qui corruptiori ſunt fide, dixerat Paulus, cum illud intulit. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite circunferri. Quid ita? Quia qui praue duxerit uitam, & alios ut nequiter uiuant hortabitur (pudore enĩ offunditur) ſuorum ſcelerũ magnitudine, ut qui ſua occultare facinora quibus poterit modis nitatur, & latere exiſtimat eius flagitia, ſi alios ut ſe imitentur induxerit. Fit itaq;, ut qui in fide deliquerit & nequior ſit, aliquid aſſidue moliatur quod afferat, ut fidem impugnet. Idipſumq; deductũ in mediũ, populo promulgabit, ut & ille eodem implicet errore.

ET SVBIACETE eis.) Cum enim ſubiacete & ſuccumbite inquit, enixe maioribus obſequendum eſſe demonſtrat, & ad fidem nos inſtruentibus.

Quæ ſit prelatis habẽda cura

IPSI ENIM uigilant pro animabus ueſtris tanquam rationem reddituri.) Intelligant qui aliorum ſunt duces & cæteris præſunt. Quia quemadmodũ neceſſe eſt, ut populus obſequentem ſe præbeat & præſidibus ipſis morigerum, ita & ſacerdotem oportet ut aliorum animas curet, uel noctes ducat inſomnes, ut populi ſaluti inuigilet, ut qui rationem ſit pro populi facinoribus redditurus.

VT CVM GAVdio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit uobis.) Si præpoſitis inquit ſuccubueritis & his geſſeritis morem, leuabitis quidem id oneris quodcunq; ex ueſtri cura ſuſcepta hos præmit. Quippe qui ex ueſtra hac facili obſequentia hilariores reddentur. Sin uero contumaces uos præſtiteritis, etſi uobis inuigilare nihil deſiſtant, nec contumaciam hanc ueſtrã caſtigent, ingemiſcendo tamen ad Deum dolendoq; in uos proclamabunt, quod ſane ueſtræ ſaluti minus conduxerit. Aduerte autem quemadmodum haud quaquã aliter ſinat qui alijs præſunt niſi per lachrymas ſubditorũ in ſe ulciſci iniurias. Quippe quorum lenitatem & tolerantiã uult culpa uacare. At diſcipulis ipſis pertinax illa & incaſtigata inobedientia, maiorem ſupplicij pyram ſuccendit, ut qui ſeueriorem in ſe concitent iudicem, Deum uidelicet qui acerbiora eſt ſupplicia illaturus. Quocirca haud quaquã illud eſt ægre ferendum, quod diſcipulorum contumacia gemitũ afferat præceptoribus, & in cõtemptum his cedat. Sed uerendum id potius erit & deplorandum, quia Deo traduntur hi iudicandi, pœnas demũ acerrimas luituri.

Prelati nõ niſi lachrymis ſuas ulciſcantur iniurias.

ORATE PRO nobis, confidimus enim, quia bonam conſcientiã habemus in omnibus.) Cum ex Iudæis fidelibus pleriq; Paulum obtrectarent, quia deſtituendã eſſe priſtinam legem doceret, eo hũc & inuiſum habebant nõnulli, cuius odij gratia, nec eius nomen Apoſtolus initio Epiſtolæ huius adiecerat, præſertim cũ compertũ haberet hos ipſos, nec auditu quidem eius nomẽ laturos. Excuſans itaq; & quaſi odium purgans. Primũ illos precatur, pro ſe orent. Quod utiq; & ipſi ſolemus a beneuolis & fide coniunctis depoſcere. Deinde arguit ſe eſſe inſontem, nec quidpiã deliquiſſe. In omnibus uero, hoc eſt, non ſolum in gentibus ipſis, ſed alijs uniuerſis. Ait præterea conſcientiã ſe bonam habere, hoc eſt puram & nitidam, nec ſe conſciũ eſſe praui his quidpiam conſuluiſſe, nec malum aliquod attuliſſe, uel hos improbaſſe.

BENEVOLENtes conuerſari.) Hoc eſt, neminem ſtudentes offendere nec

diſſenſionũ

diſſenſionum cauſas ſerere. Nam etſi illud aſſeuerauerim ſuperuacaneã eſſe redditam legem, non ut legi infenſus id dixi, ſed legis potius induco nunc plenitudinem, & quæ illa præfiguraſſet, finem eſſe in Chriſto adepta. Quis ergo quod a lege defecerim me iure poteſt culpare, uel cur non potius beneficus dicor, qui uos ad perfectiora traduco, & ab umbraticis illis legis figuris, abegerim.

AMPLIVS aũt deprecor uos hoc facere, ut q̃ celerius reſtituar uobis.) Id ſane dictum, uehementiorem quandã præfert Apoſtoli in hos charitatem, ꝙ ita uelit pro ſe illos ardenter orare & omni ſtudio preces fundere, ut otius liceat ſeſe illis reſtitui adireq́;, & cũ ĳſdem uerſari. Simul etiã arguit cõfiſum ſe cõſcientiæ, percupere hos conuenire. Quod utiq́; haud quaquã optaret, ſi cuiuſpiam ſibi eſſet conſcius mali.

DEVS AVTEM pacis.) Cũ prius ab his preces efflagitaſſet, & honorem hiſ ipſis uel ex hoc detuliſſet, orditur & ipſe pro his deprecari, perinde ac ſi dicat. Cum enim conſtet Deum habere pacis uos authorem, nequaquam uos decet inimicitias ex temui auditione conceptas, in me exercere.

QVI EDVXIT de mortuis paſtorem magnũ ouium.) De reſurrectione factũ apud hos olim confirmat ſermonem, ex Eſaia Propheta dicendi modum hunc ſumens. Magnum autem dixit, quia & eſſe alios conſter inferiores, ſiquidem fuerint inſtructores plerįq;, unus tamen præceptor ſit & magiſter Chriſtus.

IN SANGVINE teſtamenti æterni dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM.) Hoc eſt, ex mortuis hũc excitauit. Qui & mortem obiuit, & eius ſanguinem fudit, ut nobis traderet teſtamentum, non diſſolutum aliquod & inane, quale legis eſt factum, ſed ſempiterne futurũ. Vel ſuſcitauit cum a mortuis, & in ſanguine teſtamenti æterni, id eſt illo iam reſurgente, eius nobis in teſtamentum datus eſt ſanguis.

APTET VOS in omni opere bono.) Oſtendit autem, ꝙ ſi bona ſint opera iam ipſi adorti, in his tamen ut perfectionem adipiſcantur, neceſſarium eſſe. Quod quidem ut aſſequantur, his comprecatur. Aduerte quemadmodum nobis neceſſe ſit ut demus ipſi rebus initium, a Deo deinceps & finem ceptis his depoſcamus.

VT FACIATIS eius uoluntatem.) Qui enim in omni opere bono perfectus deprehenditur, is ſane Dei exequitur uoluntatem.

FACIENS in uobis q̃d placeat coram ſe per IESVM CHRISTVM.) Fit itaq́;, ut cũ aliq̃d ipſi q̃d rectius ſit operemur, Deus in nobis id pagat, ꝑ CHRISTVM IESVM id eſt mediatore & cooperatore hoc uſus. Nec mirũ quidem, ſi iș qui ab initio nobis eſt opatus ſalutem, in actione ipſa uirtutũ mediator efficit̃, & patris exequitur uolũtatem, collatis nobis, ut quæ recta ſunt peragamus, & uiribus. Cũ uero q̃d placeat inquit, & ſe corã, ſtatim adiecit. Tunc enim haud dubie illis placemus, cũ in Dei cõſpectu boni uidemur, non hoĩm. Quod & Dauid teſtatur, ſic dicens. Secundũ puritatẽ manuũ mearũ in cõſpectu oculoꝶ eius. Et Eſaias. Auferte iniq̃tatem ab oculis meis. *Deo quando placemus.*

ROGO AVTEM uos fratres ut ſufferatis uerbum conſolationis.) Vides quod nulli ante hac ſcripſerat Paulus, in præſentiarum his ſcribere. Nec admonitionis dicit ſermonem ſed conſolationis uerbum, id eſt exhortationis ad tolerantiam. Quippe qui oppreſſos & malis pleriſq́; affectos alloqueretur.

ETENIM per paucis ſcripſi uobis.) Et ſi copioſius ſcripſit, per paucis tñ & breuibus abſoluiſſe ſe dicit epiſtolã, quia longe plura dicere cõcupiſceret. Perinde ac ſi dicat. Et ſi collapſi anĩo eſtis, ferte tamen adhortãtem me tolerantius. Neq́; enim q̃s poterit, & ſi prolixior hæc forte uideatur oratio, dicta mea hæc refutare. Quod illis uidemus contingere, qui moras nequeunt pati, & longiorem orationem faſtidiũt.

COGNOSCITE fratrem noſtrũ Timotheũ dimiſſum.) Eo Paulus his præfert Timotheum, quia hunc nihil odiſſent. Dimiſſum aũt dicit, uel quia in carcerem fuerat coniectus, & inde iam liberatus. Vel quia ex Athenis ubi antea fuerat, dimiſſus eſt.

CVM QVO ſi celerius uenerit, uidebo uos.) Vel id quidem ſat eſſe uidetur ad illorum ſedanda in Paulũ odia, ſi quidem promptior ſit cũ diſcipulo ſeſe ad eos conferre. Forte

ferre. Forte etiã fieri id poterat, ut ab urbe in Iudeam concederet, cum conſtet hunc fuiſſe dimiſſum, ut primum fuit a Nerone comprehenſus, quemadmodum in Epiſtolæ huius exordio diximus.

SALVTATE omnes præpoſitos ueſtros & omnes ſanctos.) Vide quanto hos proſequatur honore, cũ per illos & præpoſitis ipſis, & cęteris omnibus impartiatur ſalutem. Fuiſſet eni decentius, ut ſcriptis ad præceptores Epiſtolis, horum interuentu reliqs appellaret. Hic tñ uir prudentiſſimus, ut infirmiores hos, & lenit & curat.

SALVTANT uos de Italia fratres.) Adeo uos inquit charitate cõplector, ut nõ ſolum ipſe ſaluere uos iubeam, ſed alios etiam induxerim ex Italia fratres; & ex tanta locorum intercapedine uoſipſos ut colant obſeruentq;, & ſalutem impartiantur.

Gratia multis modis accipitur apud Paulum.

GRATIA cũ omnibus uobis AMEN.) Cum itaq; cõmunis ſit huiuſmodi gratia cõmuniter etiam tam præſidentibus q̃ ſubiectis Paulus hanc comprecatur. Gratiã autem cum peccatorum dicit remiſſionem, tum animi puritatem, tum ipſam SPIRITVS ſancti participationem. Verum quo pacto uobiſcum eſt hæc permanſura? Ni mirum ſi nulli iniuriam intuleritis, ſi dignam hac gratia ducetis & uitam. Tamdiu enim hæc apud nos gratia manet, quandiu operibus bonis incumbimus. Euolat autem ſtatim, & procul abſcedit, ubi eius inſtituta & leges, male uiuendo deſerimus q̃ nobis hanc contulit. Velim itaq; uos iſtiuſmodi gratia uitam ducere non indignam Nec ad illius iniuriam uiuere, qui nos tot bonis donarit. Quin recta potius operando, eundem collaudare. Vt pateat tandem ex noſtris optimis actionibus, & illatorũ malorum in nos tolerantia non ingratos hunc gratiam hanc contuliſſe. AMEN.

FINIS.

BERALDVS LECTORI.

COmmentaria hæc in Pauli Epiſtolas, quæ aliquot iam annos, ſub Athanaſij noĩe ac titulo ſunt circumlata, quidam Theophylacto, quem iam Vulgariũ nõnulli, quidã Bulgariũ a patria, aut diœceſi cui præfuerit, nominant, uendicant & aſſerunt. Nec dubito, quin optimis rationibus moueantur, potiſſimũ qui græca legerũt. Porro cum hæc nuper doctiſſimi ac multis nominibus obſeruandi patris Michaelis Bodeu Epiſcopi Lingonenſis iuſſu, domeſticis & ſtudijs & curis occupati recognoſceremus, inter alia nõnulla id etiam animaduertimus, in eis non ſemel citari Baſilium, quem Athanaſio poſteriorem fuiſſe ex Euſebio & Hieronymo facile eſt colligere. Cuius rei uiſum eſt Lectorem commonefacere, ne quis nos altum dormijſſe, aut hiſtoriæ temporũ parum peritos eſſe putaret. Vnum hoc ſatis conſtat, in his commentarijs pia eſſe omnia & orthodoxa, longeq; ab ijs diſſidentia, quæ Theologorum uulgus quotidie magno ſupercilio indoctæ plebis auribus inculcat. Vbiq; enim Apoſtolicum pectus non modo explicat operis huius author, ſed etiam refert, ſapit, ac ſpirat. Id quod quam paucis merito tribuendum ſit, facile intelliget, qui nouitios Theologos antiquis illis, cum Latinis, tum Græcis, compoſuerit. Vale.

ATHANASII ALEXANDRINI

EPISCOPI CONTRA GENTILES LIBER PRIMVS, AD MACHARIVM ALEXANDRINAE ECCLESIAE PRAESBYTERVM, PER AMBROSIVM MONACHVM E GRAECO IN LATINVM VERSVS

VEræ ac diuinæ religionis,pietatiſq; cognitio,non tam humano miniſte
rio indiget, q̃ ex ſeipſa hauritur & diſcitur. Quippe, quæ quotidie ope/
ribus clamat,ac per doctrinam Chriſti ſeſe clariorem ſole ingerit oculis.
Eius tamẽ ardore flagranti tibi,atq; de ea audire cupienti,pauca pro mo
do ingenij noſtri exponere inſtitui, Machari chariſſime. Qui cum hanc
ex diuinis libris & literis,affatim haurire poſſes,laudabili tamẽ diſcendi
ſtudio,docentes alios audire maluiſti.Sufficiunt quidem ſanctæ,ac diuinitus inſpiratæ
ſcripturæ,ad omnẽ inſtructionẽ ueritatis.Sunt præterea ſanctorꝫ patrum,magiſtrorꝫq;
noſtrorum,plurima ad eorum intelligentiã conſcripta monumẽta,quæ ſiquis ſtudioſe
perleget,& ſcripturarꝫ addiſcet interpretationẽ, & eam quam cupit,ueritatis notionẽ,
conſequeť. Verum,qa hæc illorꝫ opera ad manus modo non ſunt. Neceſſe eſt quę ab il/
lis de fidei/ac religionis noſtræ ueritate didicimus,ea tibi inſinuare pro uiribus.Ne quis
dogma noſtrum uile,aut contemnendum arbitreť,neu irrationabilẽ exiſtimet in Chri
ſtum fidẽ,ut faciunt gentiles,qui detrahendo ueritati,nos carpere atq; irridere non deſi
nunt.Nihil aliud obijcientes,q̃ Crucẽ Chriſti,qua ex re miſerandam merito quiſpiã il/
lorum cenſebit amentiã,quod cum uituperent Crucẽ,non uident eius uirtutem orbem
impleſſe uniuerſum,ac per ipſam Dei noticiã,diuinaq; opera oĩbus innotuiſſe.Nun/
quam enim profecto irridere auſi eſſent adeo diuinam rem,ſi ipſius deitati cõſpicandæ
animum digne intendiſſent.Verum agnoſcerent,& ipſi hunc eſſe Saluatorẽ omniũ,qui
Cruci fuerit affixus,crucemq; ipſam nõ labem humano generi,ſed remediũ,ſaluteq; cõ
tuliſſe.Nam ſi per Crucẽ,ſublato iam idolorꝫ cultu/omnis dæmonũ cõquieuit error,ſo
luſq; adorať Chriſtus,ac per ipſum Pater agnoſciť.Si aduerſarij contraire p̃ſumentes cõ
funduntur,iiſq; cõtradicentium indies animas inuiſibili poteſtate cõuertit, ac ſuæ fidei
ſubijcit.Qua tandẽ ratione ſuſpicari iam poſſunt,humanũ hoc eſſe opus, & non potius
fatemur eum eſſe Dei uerbum redemptorẽq; omnium,qui ſubierit Crucẽ? Idem uero
pati mihi uideñ,ac ſi quis Solẽ uituperet/cum nube tegitur,eiuſq; admireť lumẽ,omnẽ
ab ea creaturã illuſtrari cernens.Nam ſicuti pulchra lux eſt, multo tamen pulchrior qui
hanc humano generi indulget Sol.Ita cum ſit eximium & diuinum,ſcientia Dei reple/
tum eſſe orbẽ uniuerſum,neceſſe eſt auctorẽ ac ducem tanti operis Deum,ac Dei uer/
bum intelligi & dici.Aggredimur itaq; facultate qua poſſumus/imperitiã infideliũ pri
mo arguentes,ut deprẽhenſo mẽdacio,ueritas iam per ſeipſam eluceſcat. Bonoq; ſis ani
mo,O homo,te ueritati credidiſſe/Chriſtũq; cognoſcẽdo non eſſe ſeductum.Arbitror
autem eſſe cõuenientiſſimum tibi Chriſti ſectatori,de Chriſto diſſerere. Quippe huius
agnitione,ac fide,nihil eſſe tibi clarius,nihil gratius mihi ipſe perſuadeo. Principio qui/
dem nõ erat malum.Nam ne nunc qdem in ſanctis eſt,neq; iuxta eos omnino ſubſiſtet.
Cæterum hoc poſtmodũ homines excogitare cœperunt,atq; in ſeipſis exculpere,unde
& ſimulachra ſibi finxere,q̃ non ſunt eſſe arbitrantes.Nãq; uniuerſitatis cõditor/& Rex
omniũ Deus,qui omnẽ ſubſtantiã/omnemq; excedit humanã cogitationẽ,Quippe bo
nus/ac ſumme bonus,per uerbum ſuum Saluatorẽ noſtrum Ieſum chriſtum, humanũ
genus ad ſuam imaginẽ condidit,rerumq; omniũ ſpectatorem,ac peritum/per eam qua
illum honorauerat,ſui ſimilitudinẽ fecit.Indulta illi etiã æternitatis ſuæ intelligẽtia/atq;
notione,ut honorẽ ſibi p̃ſtitum ſeruans/neq; a Dei unq̃ cogitatiõe deſiſteret,neq; a ſan
ctorum uita/cõtubernioq; reſiliret.Sed fretus donatoris ſui gratia,ſuaq; ipſius,quã per

Chriſtus humani generis labẽ ſua cruce reparauit.

Humanum genus ad ſui ſimilitudinẽ Deus creauit

uerbum patris accæperat, uirtute ſubnixus/ exultaret iugiter, Deoq́ familiarius frue/
retur. Viuens fœlicem uere, & beatã/atq́ immortalẽ uitam. Cum eñ nullo a Dei cogni
tione/& ſpeculatione ꝑpediatur obſtacu●, cõtemplatur q̄dem ſemper ſingulari mun/
ditia imaginẽ patris/Dei uerbum, ad cuius etiã imaginẽ factus eſt, obſtupeſcitq́ uehe/
menter. Animaduertens ineffabilẽ ipſius, erga humanũ genus prouidentiã, ſenſibilibus
omnibus, omniq́ corporali imagine, ſuperior factus, cœleſtibusq́ & diuinis/atq́ intelli
gibilibus/animi uirtute cõiunctus. Humanus quippe animus, quando corporibus nul/
la familiaritate coniungiť, nihilq́ extrinſecus habet cõcupiſcentiæ carnalis admixtum,
ſed totum ſecũ, ut ab initio conditus eſt/& in ſe habitat, tunc ſenſibilia, & mortalia cun/
Humanæ mentis in Deũ erectæ uis magna cta tranſcendẽs, in auras ueræ libertatis euadit, & Verbũ intuens, in eo etiã ipſius Patrẽ
uidet. Atq́ hac ipſius contemplatione fœlix/per ineffabilẽ ad ipſum effectum renouať.
Quemadmodũ & primum hominẽ, qui etiã iuxta Hebræoꝝ linguam, Adam appella/
tus eſt, tradunt ſacræ literæ ab initio mentẽ ſingulari confidentia intentam in Deum ha
buiſſe, & cum ſanctis ſpiritibus in illa intelligibiliũ ſpeculatione fuiſſe commoratum, In
Adam per ſpeculationẽ cum angelis in paradiſo commoratus loco illo, quẽ & ſanctus Moſes figuraliter Paradiſum appellauit. Sufficit quippe mundi/
cia animi, etiam Deum, per ſeipſam ſpeculari. Sicut & dominus ait. Beati mũdo corde.
quoniã ipſi deum uidebunt. Sicut igiť, ut dictum eſt, humanũ genus creator inſtituit: &
permanere uoluit. Porro homines/cõtemptis potioribus, atq́ ad ea percipienda, per ſo/
cordiam nõ aſſurgentes, uiciniora ſibi quæſierunt. Eiuſmodi autẽ erant corpus/ & cor/
poris ſenſus. Vnde & aduerſo, ab intelligibilibus, ac ſpiritalibus animo/ſeipſos amare cœ
perunt, & corpori ac ſenſibus dediti. Atq́ in his/ueluti in ſua ſede locati, in ſui concupi/
ſcentiam corruerunt, corporalia diuinæ contemplationi ꝓferentes. His autem inuerſati,
atq́ uiciniora deſerere nolentes, animã ſuam uoluptatibus carnis cõcluſerunt, agitatam
cõcupiſcentijs omnibus/atque turbatã. Indultiq́ ſibi a deo, honoris penitus obliti ſunt.
Hoc autẽ etiã ex eo, qui primo formatus eſt homine, uerum licet aduertere. ſicut ſacra
de illo tradit hiſtoria. Et ille enim q̄diu animũ in Deum, & eius contemplationẽ intentũ
habuit, auerſatus eſt corporis ſpeciem. Vbi ṽo ſerpentis cõſilio amoto, a Dei cogitatio/
ne animo, ſeipſum cœpit inſpicere, tunc iam etiã in cõcupiſcentiam corporis corruit. Et
cognouerunt inquit, q̄a nudi eſſent, & cognoſcẽtes erubuerũt. Nõ autẽ ſe nudos agno/
uiſſent, niſi diuinaꝝ reꝝ ſpeculatione nudati, mentẽ ad ea q̄ ſunt aduerſa tranſtuliſſent.
Recedentes eñ ab unius & ueri dei conſyderatione/ affectuq́ in illum unico, in uarias
iam/& particulares corporis cõcupiſcentias prolapſi ſunt. Deinde, ut ſolet fieri, cum in
multa incidiſſent deſyderia, in eoꝝ iam habitum ſenſim tranſiere/ adeo, ut deſerere ipſa
metuerent. Hinc iam & formidines, & metus, & uoluptates in animam irrepſere, morta
liaq́ ſapere incœpit. Nolens eñ cõcupiſcentias relinquere, mortẽ metuit, ac ſeparatio/
nem corporis horruit. Rurſus eadẽ cupiens, ut uoti compos fieret, cædes exercere, atq́
iura uiolare didicit. Quo autẽ modo, & iſta faciat, rationabile uideť pro modo uirium
noſtraꝝ explicare. Abutens igiť infœlix anima corporalibus particulatim actionibus,
corporisq́ oblectata ſpecie, ac uoluptatẽ bonum ſuum eſſe arbitrans, falſa/ac ſeducta ho
neſto nomine, abuſa eſt. Ipſumq́ uerum bonũ uoluptatẽ eſſe putauit. Veluti ſi q̄s men/
te captus gladium cõtra quosq́ obuios experat, idq́ ſanẽ mentis indicium putet. Volu/
ptatis igiť amore detenta, uarijs hanc modis operari cœpit. Cum enim ſit per naturã mo
bilis, & ſi honeſta ſponte ſua refugit, nõ tamen a motu quieuit. Moueť itaq́ nõ iam qui/
dem ad uirtutem, neq́ ad uidendũ Deum. Sed q̄ non ſunt uerſans, uires ſuas peruertit,
Mens omnibus libera creata fuit, ut bonum ſibi, ſiue malũ eligeret abutens his ad eas, quas excogitauit cõcupiſcentias carnis. Eſt quippe cõdita libera, po/
teſtq́ bona, ut eligere, ita & auerſari. Cum igiť quod bonum eſt refugit, neceſſario con
traria cogitat. Quieſcere eñ a motu om̃ino nõ præualet, cum ſit, ut dixi, naturaliter mo
bilis. Agnoſcens ṽo arbitrij ſui libertatẽ conſpicit, ſe poſſe in utramq́ partẽ mẽbris cor/
poris uti, ſiue ad ea q̄ ſunt, ſiue ad ea/quę nõ ſunt. Sunt quippe bona, non ſunt autẽ mala.
Eſſe q̄dem bona idcirco dixerim, q̄a ex Deo, qui uere eſt, exempla ducunt, Nõ eſſe autẽ
mala, quoniã in adinuentionibus hominũ/cum nõ eſſent efficta, noſcunť. Nã cum ocu/

li idcirco

li idcirco dati ſint corpori, ut per eos intueamur creaturā, ac per huiuſmodi mirabilem
harmoniam, agnoſcamus opificem. Aureſq; itidem, ut eloquia diuina, & Dei leges au/
diamus. Manus item, ut eas ad neceſſaria quæq; moueamus, & in creatiōe ſupplices ten
damus ad dominū. Anima relicta bonoꝝ ſpeculatione, & agilitate, adeo motus ſui/ad il
la iam, quæ ſunt contraria/mouet̃ errans. Deinde uires ſuas iungens, ut dixi, & eis male
utens, animaduertit ſe etiā ad contraria quæq; mouere poſſe corporis membra. Atque
ideo oculum ad uidendū creaturā ſibi indultum, ad cōcupiſcendū magis aperuit, oſten/
dens ſe iſtud etiam poſſe, arbitransque ſi tantū moueatur, ſuam ſe ſeruare dignitatē, nec
peccare/ſi quod præualet faciat. Ignorans ſe nō ut moueat̃ ſimpliciter cōditam, ſed ut ad
ea q̄ oportet/moueatur. Quocirca apoſtolica quoq; admonet nos vox. Oīa licent, ſed
non omnia expediunt. At uero hominū ignaua temeritas, non q̄d expediat, aut deceat,
ſed ſolum quod poſſit inſpiciens, contra quam iuſſa fuerat agere, omnia cœpit, motuq;
contrario/manus armauit ad cædem, aures ad inobedientiā tranſtulit, & membra pro/
creandis legitime liberis accōmodata, perpetrare adulteria docuit, ac linguam ad bene/
dicendum, & laudes Deo referendas conditam, blaſphemijs, maledictis, ac periurijs pol
luit. Manuſq; rurſus ad furandum, ac ſui ſimiles homines cædendū. Atq; olfactum qui/
dem ad percipiendam amatorij odoris uariam ſuauitatē. Pedes uero ad effundendi ſan/
guinis celeritatē, & uentrem ad ebrietatē, ſaturitatemq; inexplebilem mouit. Quæ pro/
fecto omnia animæ uitium, atq; peccatum ſunt. Huiuſmodi uero malorum cauſa, ſola eſt
bonoꝝ auerſio. Sicut enim auriga in ſtadio, conſcenſis equis, ſi contemnat impellere ad
deſtinatum locum, paſſimq; præcipites quacunq; ualet, agat equos. Poteſt autem quo/
cunq; uelit, ac ſæpe in obuios quoſq; impetum faciat, ſæpe item per præcipitia impellat,
agaturq; quo ſe currentium equoꝝ pernicitas tulerit, atq; ſic currens arbitretur ſe nō ex/
cidiſſe deſtinatione propoſita, ſolum q̄ppe aſpicit curſum, nec uidet q̄ longe a deſtinato
loco temerarius ſe tulerit impetus. Ita & anima auerſata uiam, quæ ad Deū ducit, & mē/
bra corporis ad ea, quæ non decet impellens, imo ipſa quoq; cum ſubiectis membris im
pulſa peccat, malumq; ſibi ipſa effingit, nō intuens quantū a uia aberrauerit, & extra ue/
ritatis deſtinationē ſe deuius error abſtulit. Ad quā beatus Paulus, qui Chriſtū circūfe/
rebat, iugiter aſpiciens dixit. Secundum deſtinationē perſequor ad palmā ſupernæ uo/
cationis Chriſti Ieſu. Bonum igit̃ aſpiciens ſanctus, ac iuxta id currens malum nunq̄ fa/
ciebat. Cæteꝝ gentiles quidam de uia aberrantes, & Chriſtum dominū non agnoſcen/
tes, malum ſubſiſtere, ac ſeorſum ſubſtantiam eſſe definiunt, per duo iſta peccantes, ſiue
quod authorem omniū quæ ſunt, Deum eſſe negant. Neq; enim eſſet rerum dominus.
Siqdem ſecundum illos malum haberet, per ſe ſubſtantiam, & eſſentiam ſuam. Siue rur/
ſus creatorē illum omnium eſſe confitentes, neceſſario mali quoq; authorem fatebunt̃.
Cum inter omnia, ut ipſi autumant, malum etiam ſit. At iſtud quidem indignum ſimul,
atq; impoſſibile, nemo eſt qui ambigat. Neq; enim ex bono malum, neq; in eo eſt, neq;
per ſeipſum omnino ſubſiſtit. Alioqui bonum nō eſſet. ſi uel permixtam haberet cōtra/
riam naturam, uel cauſa eſſet mali. Porro hæretici, qui ab eccleſiaſtica doctrina excide/
runt, ac circa fidem naufragium fecerunt, & ipſi mali ſubſtantiā eſſe deſipiunt. Fingētes
ſibi præter uerum Chriſti patrem, Deum alteꝝ, & ipſum ingenitum authorem mali, &
maliciæ principem. Qui etiam creaturæ cōditor ſit. Veꝝ hos facile, & ex diuinis literis,
& ex ipſa humana ratione reuincere poſſumus, ex qua iſta per ſummā inſaniam finxere.
Dominus enim & Saluator noſter Chriſtus Ieſus, in ſuis euangelijs Moſi uerba confir/
mans ait. Dominus deus unus eſt. & Confitebor tibi domine pater cœli & terræ. Si autē
unus eſt deus, iſq; cœli ac terræ dominus, quomodo præter hūc Deus alius eſt? Vbi au
tem erit, qui ab illis fingitur Deus, cum unus ille, & uerus omnia impleat, quæ cœli, ter/
ræq; nomine compræhundunt̃? Quo item pacto erit alius eorum conditor, quorum
iuxta Saluatoris uocem Deus ipſe, & Chriſti pater eſt dominus? Niſi forte æqua lance,
boni Dei creaturaꝝ, malum quoq; potuiſſe fieri dominum dicant. Sed ſi hoc dixerint,
uide in quænam impietatis prærupta decidunt. Nempe inter eos quibus æqua poteſtas

Oculi corporei dati ſunt non ad terrenā cōcupiſcentiam ſed potius ad omnium rerū opificē ſpeculandum.

Mortalium temeritas non q̄ ſibi congruit, ſed potius q̄ contrariū eſt: frequenter eligit.

eſt, maius aliquid: aut excellẽtius, quo alterutrum ſuperent, nõ inuenitur. Nam ſi nolente altero, alterꝫ eſt, æqua amborꝫ uirtus, & infirmitas eſt. Virtus quidem, quod alterius, ut ſit uterqꝫ, ſuperat uoluntatem. Infirmitas ỽo, quod nolentibus eis, ac præter uoluntatem, utriuſqꝫ contingunt exitus rerum. Eſt enim & bonus præter uoluntatẽ mali, & malus itidem præter ſententiam boni. Et hoc p̃terea dicere ad illos poſſumus. Si quæ uidentur opera, mali ſunt dei creaturæ, boni quidnam opus eſt? Apparet quippe nihil præter ſolam conditoris creaturã. Quodnam ỽo erit eſſentiæ boni Dei documentũ, ſi non ſint eius opera, per quæ poſſit agnoſci? Ex operibus enim opifex noſcitur. Quo autẽ modo erunt duo cõtraria inuicem, aut quid hęc dirimit, ut ſeorſum ad inuicem ſint? Eſſe enim utrumqꝫ ſimul poſſibile nõ eſt, quod ſe mutuo perimant. Nec alterꝫ quidem eſſe in altero poteſt, quod impermixta ac diſſimilis ſit utriuſqꝫ natura. Tertium igitur quoddã apparebit, quod eos diuidat, & ipſum deus. Sed cuius id naturæ ſit, boni an mali, incertum relinquit. Nam amborꝫ illud eſſe poſſibile nõ eſt. Falſa ergo illorꝫ deprę henſa ſententia. Veritas iam neceſſario ſententiæ eccleſiaſticæ per ſe eluceſcet. Malũ ſcilicet neqꝫ a Deo, neqꝫ in Deo, neqꝫ ab initio fuiſſe, ne illam q̃dem ipſius mali eſſe ſubſtantiã. Sed homines per priuationem boni ſibi, quæ nõ ſunt. & quæ uolunt cœpiſſe conſingere. Sicut enim qui Sole rutilante, cunctaqꝫ radio ſuę lucis implente, clauſis oculis tenebras fingit. Iamqꝫ uelut in tenebris oberrans ambulat, & ſæpius cadit, ac per precipitia incedit. non lucem eſſe, ſed tenebras extimans, nihilqꝫ penitus uidens, & ſe intueri uideatur. Ita & anima humana, obſcurato, per quem Deum cernere poterat oculo, ſibijpſi excogitauit mala, quibus dum aſſiduo motu inuerſatur, aliq̃d ſe facere exiſtimans nihil ſe agere non uidet. Ea quippe ſibi fingit q̃ non ſunt, neqꝫ talis permanet, qualis cõdita eſt, ſed qualem ſe ip̃a uitiare perrexit. Creata eñ eſt, ut uideret Deum, atqꝫ ab ipſo illuſtrarerẽ. Ipſa ỽo pro Deo mortalia quęſiuit, & tenebras. Sicuti & ſpiritus ſanctus in ſcripturis ait, Deus hominem fecit rectum. Ipſi uero quæſierunt cogitationes plurimas. Maliciæ ergo inuentio, & excogitatio huiuſmodi hominibus, ita initio contigit, effictaqꝫ eſt. Quonam ỽo pacto in idolorꝫ inſaniã delapſi ſint, iam neceſſario dicẽdum, ut ſciant huiuſmodi inuenta nequitiæ non a bono, ſed a malo ſumpſiſſe principiũ. Quod autẽ peſſimo initio nitiẽ, in nullo unq̃ cenſeri poterit bonum, cum ſit penitus malum. Itaqꝫ nõ contẽta inuẽtione mali, infœlix anima cœpit paulatim ſe in deteriora porrigere. Nã cum didiciſſet uoluptatũ differentias, Deiqꝫ ſenſim obliuionẽ induiſſet, coporis uoluptatibus affecta ſuauiter, ſolaqꝫ p̄ſentia & tẽporalem gloriã intuens, nihil ultra ea q̃ obtutibus ſubiacẽt eſſe putauit, temporalia ſolum & corporalia bona ſua eſſe decernens. Sic autẽ auerſa & oblita, ſe ad boni Dei imaginẽ conditã, non iam per inſitam ſibi uim Deum uerbum per quod facta eſt, cernit. Sed extra ſe poſita, q̃ nõ ſunt cogitatione conſingit. Obducto enim quod in ipſa erat, ut ita dixerim, ſpeculo, per quod ſolum poterit cernere patris imaginem, corporaliumque uoluptatũ illecebris obſito non iam uidet, q̃ intelligere oportet animã, ſed paſſim huc, illucqꝫ circumferẽ, eaqꝫ ſola intuetur, q̃ hauſerit ſenſibus. Et eorꝫ opinione turbata, iam quẽ in mente oblita fuerat Deũ, hunc in rebus corporalibus ac ſenſibilibus, fingit his quæ ſub aſpectum cadunt, Dei tribuens nomen. Eaqꝫ ſola glorificans q̃ ipſa uult, quorumqꝫ ſuaui delinitẽ aſpectu. Præcedit igitur idolatriæ cauſa malum. Cum eñ didiciſſent homines malum quod nõ erat, ſibijpſis effingere. eos iidem, qui nõ erant Deos ſibi finxere. Ac ueluti ſiquis profundo gurgite merſus, nõ iam aſpiciat lucem, neqꝫ ea q̃ cernuntur in lumine, quod eius oculi inferiora tantũ mirenẽ, & aquarꝫ illi uis immineat deſuper, ſola ỽo quæ in profundo ſunt ſentiens, præter illa nihil eſſe arbitretur, Ipſaqꝫ ſibi conſpicua dominari omnibus putet. Ita & priſci illi ac ſtolidi hoĩes carnalibus cõcupiſcẽtijs imaginibusqꝫ ſubmerſi & obliti, uera de Deo cogitare atqꝫ opinari nequerũt, ſed cæca cogitatiõe, & irrationabili furore uiſibilia q̃qꝫ diuinis honoribus p̄ſecuti ſunt, creaturam potius glorificantes, q̃ creatorem, atque opera magis, q̃ ipſorꝫ authorem, opificemqꝫ Deum uenerantes. Sicut autem ut a propoſita ſimilitudine nõ recedamus, hi qui profundo merguntẽ, quanto ad inferiora deſcendũt, tanto uaſtiores, profundioresqꝫ tenebras

Ex operibus cognoſcimus opificem

Nequitia a malo ſumpſit originem

Anima uoluptatibus illecebrisque adherens non uidet que neſcire nõ oportet.

nebras offendunt, ita & mortaliũ genus. Non enim ſimplici idolatria cõtenti in eis per/
ſtiterunt, a qbus inchoauerãt, ſed quo magis prioribus immorabanť, eo uaniores ſibi ſu
perſtitiones adinueniebãt, neq; prioribus exſatiati/in alia rurſus incidebãt mala, in his q̃
ſunt turpiſſima proficientes, impietatẽq; ſuã in ulteriora propagantes. Hoc autẽ & ſcri/
ptura diuina teſtatur, quę dicit. Cum uenerit impius in profundum malorꝫ, contemnit.
Mox enim ut humanus animus a Deo exiluit/delapſi intelligentijs certis & notionibus
homines, primum cœlo, Soli & Lunæ, atq; ſyderibus diuinos honores tribuerunt. illos
non ſolum Deos arbitrantes, uerum & ſubſequentium authores eſſe autumantes. Inde
obſcuris cogitationibus ad inferiora deuoluti, æthera, & aerem, & quæ ſunt in aere De/
os appellarunt, atq; in malicia ꝓficientes, elementa quoq; & initia corporalis ſubſtantiæ
calidam ſcilicet, frigidam, aridam, humidamq; ſubſtantiã, Deos laudauerunt. Vt autem
qui omnino ruerunt, in morem terreſtris cochleæ circa humum repunt: ita & peſſimi;
impijſſimiq; mortaliũ cũ cecidiſſent, a Dei cogitatiõe, ac notione delapſi, iam hoĩes ꝗq;
hoĩmq; figuras, partim uiuẽtium adhuc, partim etiam uita functorꝫ, ut Deos coluerũt.
Tum ṽo deteriore cõſilio, atq; cogitatu iam ad lapides uſq; & ligna & repentia, aquati/
lia atq; terreſtria, irrationabilesq;, ac feras animantes, diuinam & ſacratiſſimã Dei appel
lationẽ tranſtulerunt, omnẽ illis honorem diuinitatis deferentes, Deumq; uerum, cuius
æterna ſubſtantia eſt patrẽ Chriſti auerſantes. Atq; ut hactenus tantũ, amentiũ audacia
progreſſa eſſet, neq; ultra impietati ſuæ adiecisſent. Vſq; adeo enim pleriq; mẽte corru/
erunt, atque animo intantũ obcæcati ſunt, ut ea etiam, q̃ nulla omnino ratione erant, ne/
q; inter creaturas apparebant, ſibi excogitarent, ac facerent Deos. Quippe ratione ꝓdi/
cta, irrationabili miſcentes, ac ꝑ naturã diſſimilia iungentes, quaſi Deos uenerantꝰ. Eiuſ/
modi ſunt apud Aegyptios Cynocephali, & Ophiocephali, & Onocephali. atq; apud li
bicos, Criocephalus Ammon. Alij rurſus corporis partes, caput, humerum, manum, pe
demq; ſeorſum diuidẽtes, ſingula in Deos retulerunt, atque ut Deos coluerũt, quaſi nõ
illis ſatis eſſet ex integro, ac toto corpore habere culturã. Alij inde maiore impietatis ſu/
rore cauſam adeo nephariæ inuentionis malitiæq; ſuæ uoluptatẽ/& cõcupiſcentiam fe
cere Deos, atq; uenerati ſunt. Cuiuſmodi eſt apud illos Amor, & quæ Paphi colitꝰ Ve/
nus. Alij quaſi deterioribus ex induſtria ſtudentes, auſi ſunt principes ſuos, atque illorꝫ
liberos in Deos referre. Siue pro honore principatus, ſiue pro tyrãnidis metu, ſicuti Cre
tenſis apud illos opinatiſſimus Iuppiter, & apud Archadas Mercurius, Indosq; Liber pa
ter, Aegyptios item Iſis & Oſiris/atque Orus, recentiorisq; memoriæ, Antinous Hadri
ani Romanorum regis delicatus puer. Quem licet hominem nouerit, & hominem mi/
nime pudicum, metu tamen imperantis colunt. Nam cum Hadrianus in ægyptum ali/
quando ueniſſet, illic uita functum ſuæ uoluptatis miniſtrum, coli Antinoũ iuſſit. Qua
ex re, licet poſt mortẽ quoque adamaſſe puerꝫ deprehendatur. certiſſimũ tamen contra
ſe, atque aduerſus omnẽ idolatriam argumentũ, ac documentum dedit: quod hæc apud
mortales haud quaq̃ aliter cœperit, inuentaque ſit, q̃ per cõcupiſcentiam impatientiãq;
fingentiũ, ſicut & ſapientia Dei proteſtatꝰ, dicens. Initium fornicationis idolorꝫ inuẽtio.
Neque ſane aliquid eſt cur admireris, aut fidem excedere/quod dicimus, putes, quãdo/
quidem & nõ multo ante, immo nũc uſq; Romanorum ſenatus quotquot illis ab initio
fuerunt reges, ſiue omnes, ſiue quos ipſi uoluerint atque decreuerint, intra Deorum nu
merum cenſeri autumant, atque Deos cõſecrant. Quos enim oderunt, eos ut hoſtes per
naturam conſitentꝰ, atque homines uocant. Quos autem in deſyderijs habent, hos pro/
bitatis ac uirtutis gratia, religioſe coli iubent, quaſi in illorꝫ arbitrio ac poteſtate ſit De/
os quos uolunt facere, ac de concilio deorum deturbare quos uolunt, cum ipſi homines
ſint, mortalesque eſſe nemo ambigat. Atqui oportebat, ut qui deos facerent, ipſi in pri/
mis Dij eſſent, ac diuinitate ꝓſtarent. Quod em̃ facit, eo quod ab illo fit excellentius ſit;
neceſſe eſt, & qui iudicat, ei qui iudicatur neceſſe imperat, & qui dat, omnino quod ha/
bet largitur. Sic deniq; rex omnis quod ſui iuris eſt præſtat, accipientibusque ꝓſtantior
& maior eſt. Si igitur ques uolunt ipſi, eos Deos eſſe decernunt, operæpræcium erat, &

Exemplum de Hadriano.

Antinous Adriani.

ipſos primum Deos eſſe. Sed mirabili profecto modo ipſi cum moriant̃, ut homines, fal/
lacem fuiſſe ſententiā ſuā de his quos Deos fecerant, arguunt. Porro hic mos, neq; no/
uus eſt, neq; a Romano ſenatu initiū cœpit. Sed porro ante p̄ceſſerat, excogitatūq; fue/
rat ad inueniendum ſimulachroꝝ cultū. Nam qui dudum apud gentiles pro Dijs habiti
p̄cipue ſunt, Iuppiter ſcilicet, Neptunus, Apollo, Vulcanus atq; Mercurius, & ex ſexu
fœmineo. Iuno, Ceres, Minerua, Diana, Theſei illius: cuius in hiſtorijs gentiū frequens
mentio fit, decretis, ut Dij dicerent̃, promeruerunt. Atq; illi q̃dem, qui eiuſmodi decre/

Gentiles Simulachrorum inuentores

ta promulgarunt, ut homines morieͤtes lugent̃. Quos autē decreuere, quaſi Dij adoran
tur. O incredibilē furoris amentiā, cum authorē eiuſce Decreti hominē nouerint, ei q̃s
ipſe Deos dici inſtituit, p̄ſerunt/atq; utinam, uel ad mares uſq; ſolū huiuſmodi ueſania,
ſtultaq; licētia, p̄ceſſiſſet, & nō ad fœminas quoq; diuinā appellationē deieciſſent. Nem

Mulieres a publicis conſilijs abdicabantur

pe enim & mulieres, quas neq; conſilijs publicis intereſſe tutū eſt, diuinis honoribus ue/
nerant̃. & colūt, ut ſunt, quas a Theſeo inſtitutas diximus, & apud Aegyptios Iſis, & pu/
ella, & adoleſcentula, & apud alios Venus. Aliaꝝ enim nomina ne referenda q̃dem ar/
bitror, cum ſint plena turpitudinis. Complures deniq; nō modo ueteres, uerumetiā æta

Iſis apud Aegyptios in forma puellæ colebatur.

tis noſtræ cum amantiſſimos quoſq; amiſiſſent, fratres, cognatos & uxores, plurimæ iti/
dem orbatæ uiris, quos omnes natura prodidit fuiſſe mortales, hos atq; has per immodi
cum affectum, atq; luctum pinxere. Sicq; pictis ſeu fictis hoſtias immolauerunt. Quos
ſecuta poſteritas ob elegantiā fictionis, artificiſq; peritiā, illos ut Deos coluerunt. Rem
profecto minime naturalē patientes. Quos enim parentes quaſi Dij non eſſent, lamēta/
ti ſunt. Neq; enim ſi Deos illos nouiſſent, quaſi pereuntes plangerent. Huius enī rei gra
tia nō ſolum Deos nō eſſe, uerum nec ſubſiſtere q̃dem omnino arbitrantes, eoꝝ imagi
nes finxere, ut q̃a iam nō eſſent, illoꝝ ſaltē ſimulachra, dum cernerēt conſolarent̃. His ta/
men ſtulti quaſi Dijs ſupplicāt, ac ueri Dei honorē imponunt. Nanq; in Aegypto mo/
do quoq; ſolennis amiſſi Oſyris, & Ori ac Typhonis, cæteroꝝque lamētatio agitur, &
dodonea æramenta, Cretenſesque Corybantes, Iouem Deū nō eſſe, ſed hominē docēt,
ipſumq; patre crudeli, ac filioꝝ necatore progenitū. Et quod omni admiratione digniſ/
ſimum eſt, ille ipſe, qui apud eos ſapientiæ gloria excelluit cæteris (Quippe de Deo ue/
raciter plurima in ſuis libris proſecutus Plato) cū Socrate deſcendit in Pyręum, effictam
hominis arte Dianam adoraturus. Has autē atque huiuſmodi plurimas inuentiones ido

Fornicatio idolis inuētis procreata eſt.

lorum cauſas/iampridem ſcriptura p̄docuit, dicens. Initium fornicationis idoloꝝ exco/
gitatio. Porro illoꝝ inuentio, corruptio uitę. Neque enim fuit ab initio, neque in ęternū
erit, uanitate quippe hominum uenit in mundum, atque ideo breuis illorum finis exco/
gitatus eſt. Acerbo enim luctu cum uexaretur pater, repente ſublati filij, imaginem fa/
ciens, eum qui tunc erat mortuus hominē, nunc quaſi uiuum honorauit, & ſubditis tra
didit myſteria ac ſacrificia. Inde proceſſu tēporis impia cōſuetudo roborata ſeruatur, ut
Lex, Et p̄ceptis tyrannorum, ſculptilia religioſe colebant̃, quos cum nequirent corā ho
norare, quod longe habitarent, longinquā figurantes effigiem, illuſtrē fecere honorati
regis imaginē, ut abſentē quaſi p̄ſentem adulatione mulcerent. In augmentū autē religi/
onis ignaros quoq; homines artifices prouocauit induſtria. Ille enī imperanti placere cu
piens, ſimilitudinē arte ſuperans mutauit in melius. At u͛o multitudo illecta artis gratia,
eum q̃ paulo ante in honore fuit hominem, nunc Deū arbitrati ſunt. Ex hoc factū fuerat
uitæ ad inſidias. Calamitati enī/aut tyrannidi ſeruiētes hoīes, unicum illud atq; nulli cō/
municabile dei nomē, lignis/lapidibuſq; impoſuerunt. Huiuſmodi igit̃ initijs idolorum

Adulteria Iouis neſana poematibus declarata a ſancta Theologia inculcantur.

inuētio, ſcriptura teſte, apud homines cœpit, hicq; illius fuere p̄uectus. Iam u͛o aduerſus
eā argumēta tibi inferenda neceſſario ſunt, eaq; nō tam a remotis, q̃ ab his, q̃ ii de illis ſen
tiunt, petenda. Nam ſiq̃s eoꝝ, qui dicunt̃ apud illos dij/ ut primum ab his q̃ ſunt infima,
initiū ſumam, actus inſpiciat, eos nō modo Deos nō eſſe, uerum hoīes nequiſſimos: tur/
piſſimoſq; fuiſſe cōperiet. Q̃ turpe enim, q̃ fœdum eſt cernere apud poetas amores, at/
q; impudicitias Iouis, q̃ impudicū audire ip̄um nunc q̃dem rapientem Ganimedem/fur/
tiuaq; aucupantē adulteria. Nunc u͛o trepidantē, ac pauore ſolicitum, ne p̄ter ſentēt am

ſuam

ſuam Troiæ pereant mœnia. Quale inquam eſt uidere ipſum in morte Sarpedonis filij
mærentem, uolentemq́ꝫ illi ferre opem nec ualentē, & inſidias perpeſſum à Dijs alijs, Mi
nerua ſcilicet, Iunone ac Neptuno, opem ſibi ferentibus Thetide muliere, centimanoq́ꝫ
Egeone euaſiſſe, ſuperatū a uoluptatibus, mulieribusq́ꝫ ſeruientem: atque illarum gratiā
in bruta animalia quadrupedia, & uolatilia ſæpe cōuerſum, ac per huiuſmodi imagines
periclitantē. rurſuſque hunc ipſum nunc quidem inſidiarum patris metu occultantem;
nunc uero Saturnum uincientem, patremq́ꝫ abſcindentē. Hunccine igitur digne Deum
quiſq́ꝫ ſuſpicetur, qui tanta & tam inaudita ſcelera perpetraſſe inſimulatur, quæ commu
nes quoq́ꝫ Romanorū leges, in quibuſlibet hominibus acerrime puniunt. Vt igitur ex
multis pauca cōmemorem. Quis illius in Semelem, & Ledam. Alcmenam, Dianam, at
que Latonā, Maiamq́ꝫ & Europam, Danaen, & Antiopam, ſtupra atq́ꝫ flagitia audiēs,
qui in ſororē ſuā audax facinus & ſcelus, eadem quippe fuit illi ſoror, & cōiunx nō eum ir
rideat: & mortis ſententia mulctandū cenſeat? Neq́ꝫ enim ſolum adulter improbus fuit,
uerum ex adulterio quoq́ꝫ progenitos liberos in Deos retulit, ut per huiuſmodi hono
rificentiā nequitiæ ſuæ uelamen obduceret. Ex his profecto ſunt Liber pater, & Hercu
les, & Caſtor Pollux, Mercurius, Perſeus, & Sotera. Quis inquam, intuens eorum, qui
dicunt Dij, inexorabilē aduerſum ſe apud Ilium contentionem Græcorū, ac Troianorū
gratia, nō illorū arguat infirmitatē, quod per huiuſmodi cōtrouerſias, hoies quoq́ꝫ aduer
ſum ſe irritauerunt? Quis uel a Diomede, Martem & Venerē, uel ab Hercule, Iunonem
& Hypoctonium, quē Deum Aidoneum uocant, uel Liberū patrē, a Perſeo uel ab Ar
chade Pallade uulneratos aſpiciat, Vulcanūq́ꝫ proiectum & claudicantē, naturę imbecil
litatē non intelligat, & reprehendat, erubeſcatq́ꝫ iam illos Deos dicere? Mortales quippe,
ac paſſibiles audiens, nihil eos aliud q̃ homines infirmos fuiſſe cognoſcet, uulnerantesq́ꝫ
merito magis, q̃ uulneratos admirabitur. Quis item adulterium Martis, & Veneris ui
dens, Vulcaniq́ꝫ cōtra utrumq́ꝫ cōcinnatum dolum, deosq́ꝫ reliquos ab ipſo ad ſpectacu
lum ſceleris accitos, ipſoſq́ꝫ uenientes, ac flagitiū ſpectantes intuens non rideat, ipſorūq́ꝫ
improbitatem reprehendat? Quis itidem riſum tenere poſſit, cum Herculis aſpicit ebrij
Omphaleſq́ꝫ concubitum? Voluptatis deniq́ꝫ ipſorū fœdos actus, & irrationabiles, illici
taſque cupidines. Atq́ꝫ ære, auro, argento, ebore, ferro, lapide, ligno, expreſſas fictæ ac fal
ſæ diuinitatis imagines examuſſim perſequendas nō arbitror, cum ſint res ipſæ per ſe ex
ecrabiles. euidentiſſimaque erroris indicia præferant. Quibus in rebus idcirco maxime
quiſpiam illorum errores miſerabitur. quod cum uxore ſua petulanter abeuntem adul
terum oderint, eiuſce flagitij magiſtros Deos facere non erubeſcunt? Cumq́ꝫ ipſi ſoro
ribus ſuis minime iungantur, tanti reos dedecoris adorant. Et cum fateantur puerorum
uiolationem eſſe execrabilem huic ſceleri obnoxios colunt. Atque ea, quæ ne homini
bus quidem licere permittunt leges, Dijs ſuis applicare nō pudet. Poſtremo cum ligna
& lapides diuinis proſequant̃ honoribus, nō animaduertunt ſe ſimilia calcare pedibus,
ignīq́ꝫ cōſumere, quorum partes diuina appellatione uenerant̃. Et q̃ paulo ante in uſum
habuere, ea per ſummam ſtoliditatē ſculpta colunt. Non uidentes, neque prorſus intelli
gentes, nō Deos ſe, uerum ſculptoris artem adorare. Quādiu enim impolitus eſt lapis, ru
diſque materia, ea pedibus calcant, ac miniſterijs ſuis, & uſibus ſæpe etiā uilioribus man
cipant. Vbi uero artifex his peritiæ ſuæ rationes & commenſiones addiderit, & uiri ſi
ue mulieris figuram in materia uenuſta arte formauerit: tunc agētes artifici gratias, eos
iam ut Deos colūt, p̃cio a ſculptore comparatos. Sæpe uero & ipſe ſculptor, quaſi oblitus
operis ſui, a ſe conditis uota perſoluit, & quæ ante paululum expoliebat, atq́ꝫ tundebat,
ea poſt impoſitā extremā artis manum, appellat Deos. Atque ſiquidem iſta mirari oporte
bat, periti inprimis opificis ars ſuſcipiēda fuit, nec fuerāt quelibet opera authori ſuo p̃fe
renda. Nec enī artē materia, ſed ars materiā potius ornauit. Longe igitur iuſtius fuit ar
tificem eos, q̃ opificiū colere, quod & prior erat is, q ex arte p̃dierunt Dijs, & eos ut uo
luit fecit. At nunc peruerſa ratiōe, ac iure uiolato peritiā atque artem contemnentes, ea
quæ peritia & ars efficit, uenerantur. Et cum author huiuſmodi homo moriat̃, quæ ab

Hic ſtupra a Ioue multa ꝛes commemorat.

Adulterinos filios ſuos Iupiter in cœlū ſublimauit, ut nephandæ ſuæ nequitię uelamē obduceret.

Narrat deos accitos in Martis, & Veneris ludibrium.

Non materia artem, ſed ars materiā exornat.

Oo iiij ipſo

ipſo facta ſunt ea,ut immortalia honorant.Quæ niſi quotidie curentur,tẽpore omnino per naturam deficiunt,& obſoleſcunt.Quis igitur in eo quoque non illorum miſereatur amentiam,quod uiſu ipſi præditi,non uidentes adorant.Et audientes non audientibus ſupplicant.Cumque ſint ipſi animati & rationabiles,eos qui prorſus non mouentur & inanimes ſunt,appellant Deos. Et quod mirum ſit,quos ipſi cuſtodiunt & in poteſtate habẽt,eis quaſi dominis ſeruiunt.Ac ne fruſtra me iſta proſequi exiſtimes,aut mentiendo qs putet,datur hæc haurire oculis,atque in promptu uolentibus,eſt huiuſmodi cernere.Sed pſtantius id teſtimoniũ eſt,quod ex diuina ſcriptura, de his mutuamus. Quæ iam pridem præmonuit,dicens. Simulachra gentium,argentum & aurum,opera manuum hominum.Os habent & non loquentur,oculos habent & non uidebunt. Aures habent & nõ audient,nares habent & non odorabunt.Manus habent & non palpabũt, pedes habent & non ambulabunt,non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant,qui faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis.Ne pphætica qdem nobis deeſt aduerſus hęc, & grauis quidem inſimulatio,dicente per Prophætiam ſpiritu ſancto. Confundent̃ qui finxerunt Deum,& ſculpunt omnia inania,& omnes unde facti fuerunt,exſiccati ſunt, & ſurdi ab hominibus.Congregentur omnes & ſtent ſimul,& reuereant̃ & confundantur ſimul.Faber enim acuit ferrum,& dolabra operatus eſt illud,& ſtatuit ipſum in brachio uirtutis ſuæ,& eſuriet,& infirmabit̃,& non bibet aquam. Lignum quippe eligens faber,ſtatuit ipſum in menſura,& in glutino compegit illud.& fecit ipſum ut formã uiri,& uelut ſpeciẽ hominis.Statuit ipſum in domo,& quod excidit de ſylua lignũ, quodq; plantauit dominus,& pluuia porrexit in altitudinẽ,ut eſſet hominibus in combuſtionem,ſumenſq; illud ex eo calefieret.Succẽdentesq; coxerunt in eo panes. & quod reliquum fuit,ex eo fecerunt Deos,& adorauerunt,cuius dimidium igni ſuccenderant,& in cuius dimidio aſſatis carnibus comedit, & ſaturatus eſt, & calefactus ait,dulce mihi eſt quod calefactus ſum,& ignem uidi,& reliquum ſimiliter adorabat,dicens.Erue me, quia deus meus es tu.Neſcierunt ut ſentirent,quoniam obſcurati ſunt ne uiderent oculis ſuis,& intelligerent corde.Nec reputauit corde ſuo,neque recogitauit anima ſua,neque agnouit ſenſu,quia dimidium eius combuſſit igne,& ſuper carbones eius coxit panes,& aſſans carnes comedit,ac reliquum eius in abominationẽ fecit,& adorant illud. Scitote,quia cinis eſt cor eorum,& errant,& nemo poteſt eruere animas illorũ. Videte & ne dixeritis,quia mẽdacium in dextera mea eſt.Quidni,ergo impij omnium iudicio habeantur,quos & diuina ſcriptura impietatis accuſat? An uero non ſumme infœlices ſunt qui tam aperte arguunt̃,inanimata pro ueritate adorare?Quæ nam autem his ſpes, uel quæ erit uenia,qui mutis & immobilibus fidunt,eaque pro uero Deo uenerantur & colunt?Vtinam enim uel abſque figura Deos illis fingeret artificis manus. Ne inſenſibilitatis euidens haberent argumentum.Nam ſimplici ore ita fortaſſe induxiſſent,ut idola ſentire putarent,niſi indicia & ſigna ſenſuum, oculos,aures,manus nares,atque os haberent,ocioſa atque immobilia,ad ſentiendi uſum,ſenſibiliumque ſuffragium.At nunc ea habentes non habent:& ſtantes non ſtant,ſedentesq; non ſedent.Neque enim ineſt illis horum operatio.Sed ut artifici placuit,ſic manent,nullumq; deitatis indicium præ ſe ferentes,ſtolidi atque inanimes iacent,id ſolum cõſecuti humanæ artis induſtria, ut aliqd eſſe uideant̃.Vtinam & huiuſcemodi falſorũ deorum pręcones,poetæ,ſcriptoreſq; reliqui,Deos illos ſimpliciter etiam ſcripſiſſent,non etiam illorum actus,qbus Dij non eſſe arguant̃,& actam fœdiſſime uitam monumẽtis tradidiſſent.Potuiſſem quippe ſolo deitatis nomine ueritatem quoq; ſubripere,imo plurimos a ueritate fallẽdo ſubducere.At nunc amores Iouis,impudicitiasq; narrantes,aliorũq; flagitia,& puerorũ uiolationes,& zelotypias fœmineas,uoluptatis cauſa ſuſceptas,metuſq; ac formidines,& perturbationes cęteras id imprimis efficiunt,ut non modo de Dijs,ſed ne de hominibus qdem honeſtis proſecuti uideant̃.uerum de turpiſſimis,ac lõge ab honeſtate remotis,fabuloſa finxiſſe.Sed fortaſſis impij ad poetica ſe figmenta cõuertent,dicẽtes Poetarũ eſſe proprium,quæ non ſint fingere,falſasq; fabellas ad uoluptatem audientiũ ſcribere. Huiusq;

Gentiles Simulachris quaſi dominis ſuis ſeruiebant

Quid Poetarum proprium

iuſq; rei gratia,iſta & de Dijs illos finxiſſe contendent. At hæc plane futilis ratio omniū
maxime illorꝝ confutabit errores.Nam ſi poetæ falſa & ficta conſcribunt,falſa profecto
erit,& ipſa Iouis,Saturni,Iunonis, & Martis,cæterorꝝq; appellatio. Forțaſſis enī,ut ipſi
aiunt,nomina quoq; ipſa ficta ſunt,neque omnino quicq̄ eſt Iupiter,Saturnus,& Mars,
Sed eos quaſi qui ſint ad audientiū uoluptatē,finxere poetę.Porro ſi quæ nō ſunt/ poetę
cōſingunt,quo pacto iſti deos qui ſint ita uenerant̄:An forte dicturi ſunt nomina qui/
dem ficta nō eſſe,geſta ūo fallaciter fuiſſe conſcripta.At iſtud quoque nihilominus eos
ęgre tuebitur,eſtq; plane imbecillis ratio.Nam ſi geſta mentiti ſunt,& nomina prorſus
ipſa mentiunt̄,quorꝝ eſſe facta dixerūt.Si autē illorꝝ tradendis nominibus ueraces ſunt,
neceſſario & operibus enunciandis ueri fuerūt.Præterea qui deos hos eſſe fabuloſe fin
xerunt,ſciunt profecto & quæ deos conueniat agere,nec hominū geſta unquam Dijs
applicarēt:ſicuti nec ignis opus,aquę quiſpiā aſcriberet,cū hic adurat,illa liqdæ ſubſtan
tiæ ſit. Si igit̄ digna ſunt Dijs opera,Dij utiq;, & qui illa geſſere ſunt. Si autē hominum
ſunt,& hominum turpium adulteria,& cætera quæ p̄diximus opera,homines nō Deos
eſſe, qui ea perpetrarunt,quis tam uecors ut nō intelligat:Quippe ſubſtantijs opera cō
gruere neceſſe eſt,ut & ex opere, qui patrauit teſtimonium habeat,& opus ex ſubſtan
tia queat agnoſci.Sicut igitur,qui de ignis & aquæ ſubſtantia diſſerit,aquam urere, &
ignem refrigerare non dicit.Qui item de Sole & humo diſputat,humum illuminare,ſo
lemq; herbā fructusq; ferre non aſſerit.quod ſi diceret,ſtolidus & dementiſſimus eſſet.
Ita & gentilium ſcriptores,& ille imprimis poeta,qui excellentiſſimus omniū eſt,ſi qui/
dem deos eſſe Iouem,ac reliquos ſciuiſſent,nunquā profecto eis huiuſmodi plenos fœ/
ditatis actus impingerent,quæ deos non eſſe conuincerent.Sed fuiſſe homines, eosque
parum pudicos aſſererent:quod ſi te authore illi,ut poetæ mentiti ſunt, cur & de ualen/
tia heroum mentiti non ſunt. Vt pro fortitudine,imbecillitatē,pro imbecillitate fortitu
dinem fingerent.Oportebat enī ſicuti in Ioue & Iunone fecerunt,ita & Achillem igna/
uum,timidumq; mentiri. Therſitæ cōtra uires ualentiamq; admirari. Vlyſſis item exco
gitare imprudentiam,& Neſtoris inſipientiam fingere. Atque Diomedis,& Hectoris
mulicbria facta,Hecubę uero fortia tradere.Quippe,ut ipſi uolunt,in omnibus poetæ
fictione & mendacio,uti debuerunt.An qui uera de hominibus ſcripſere, de his qui di
cuntur Dij mentiri nō timuerunt:Id quoq; aſſerere quidam ex ipſis ſolent,poetas cum
deorum flagitia dicunt,mentiri.In illorꝝ uero laudibus cum Iouem deorum patrem,&
ſummum & olympium atque in cœlo regnantem ſcribunt,non fingere,ſed uera profe
qui ſolitos.Hanc autem rationem aduerſus eos imprimis facere non ego ſolum,ſed qui/
libet facile intelligit.Nam rurſus prioribus demōſtrationibus ſeſe cōtra eos ueritas aſſe/
ret.Nam actus quidem homines illos fuiſſe cōuincunt,laudes uero humanę naturæ ex/
cedunt modum,ad utrumlibet horꝝ aduerſum ſe diſſidet.Neq; enim cæleſtium eſt pro/
prium iſta perpetrare,neq; qui talia gerunt,Deos ſupplicari fas eſt.Quid ergo intelligē/
dum reſtat,niſi laudes illas quidem falſas eſſe,atque ad gratiam fictas.Actus autem ad il
lorum perpetuum dedecus,ueraciter traditos. Atque hoc uerum eſſe facile cōſuetudo
docet.Ad utrumlibet horum aduerſum ſe diſſidet. Neq; enī cæleſtium eſt proprie iſta
perpetrare,neq; qui talia gerunt,deos ſupplicari fas eſt. Quid ergo intelligendū reſtat:
niſi laudes illas quidem falſas eſſe.atque ad gratiam fictas.Actus autem ad illorum perpe
tuum dedecus ueraciter traditos.Atque hoc uerum eſſe facile cōſuetudo docet. Nemo
enim fere eſt,qui cum aliquos laudat,eorum uitam ac mores inſimulet.Sed potius quo/
rum ſunt fœdæ actiones,hos occulendi probri gratia,extollunt laudibus,ut harum ma/
gnitudine ſeductis auditoribus,illorum obumbrent,operiantq; nequitiam. Veluti ſi qs
laudare quēpiā inſtituens,neq; ex uitæ bene actæ merito,neq; ex uirtute animi occaſio/
nem laudū ullam inueniens,alio illū extollat modo,& ei, quæ meritis ſuis maiora ſunt,
tribuat.Ita & poetæ apud illos admirabiles,reueriti turpia illorꝝ geſta,qui apud eos ap/
pellantur Dij,id nomen,quod ſupra hominem eſt,illis applicuerunt,ignorantes fore,ut
ex huiuſmodi uelamentis,non tam obumbrantur illorum humana facta, q̄ ex humanis
defectibus

Non acquiritur poëtis gloria, ſi debilem ſuperet ut probatur de Achille contra Therſitem.

defectibus,diuinos illis honoribus nõ congruere, cunctis innoteſcat. Equidem reor eis
præter ſententiam cõtigiſſe,ut eorum perturbationes,& geſta turpia dicerent. Nam cũ
dei appellationem nemini,ut ſcriptura ait,cõmunicabilem,honoresq; diuinos his q̃ nõ
dij,ſed mortales erant homines deferre ſtuderent,magnum profecto,atq; impium faci/
nus moliebantur. Quocirca inuiti,etiam ueritate impellente,coacti ſunt illorum expo/
nere uitia & perturbatiões,ut omnibus poſthac futuris ex eorum ſcriptis certum cape/
re liceret argumentũ,eos nõ eſſe deos,qui huiuſmodi patraſſent ſcelera. Quænam ergo
ratio,quæ demõſtratio huiuſce ſuperſtitionis ęmulis reliqua eſt,qua deos illos eſſe pro/
bari poſſint? Ex his eñ,quæ paulo ante p̃diximus homines deos, & q̃dem parum pudi/
cos fuiſſe probatum eſt. Sed forte ſe ab illa cõuertent,eaq; tumidi proferent,quæ ab illis
ad uitæ uſum utiliter inuenta leguntur,dicentes eoꝝ gratia, ipſos etiam deos exiſtimari,
quod hominibus utiles fuerint. Nam Iuppiter q̃dem figulinã inuenit artẽ. Neptunus gu
Artes a dijs antiquis repertæ bernatoriam, Vulcanus ęrariam,Minerua textoriam,Apollo muſicam,Diana uenato/
riam,Iuno ſtolæ cõfectionem,atque agriculturã Ceres,& alias alij reperiſſe tradũtur ab
his,qui illoꝝ geſta ſcripſere. Atqui iſtas huiuſmodi artes nõ illis ſolis,ſed communi na/
turæ mortalium homines aſſignare debuerãt,in quã intendentes illas inueniſſe referun
Ars quid. tur. Quippe artẽ plurimi naturæ imitationẽ eſſe diffiniunt. Si igitur illarum,quibus ſtu
duerunt,artiũ periti euaſere,non ideo dij exiſtimandi ſunt,ſed potius homines. Non eñ
ex eis artes emanauerũt,ſed in artibus & ipſi naturã imitati ſunt. Nam cum eſſent homi
nes per naturã diſciplinę capaces,iuxta hominis diffinitionẽ, quid miꝝ,ſi & ipſi huma/
no animo in naturã ſuam intuẽtes,huiuſmodi excogitarũt artes? Porro,ſi ob artiũ inuen
tionem ipſos appellatione diuina honorandos cenſent,quid prohibet aliarum quoque
inuẽtores artiũ deos appellare? Hac enim ratione,& illi huiuſcemodi promerent hono/
res. Nẽpe .n. literas inuenere Phœnices,Heroicũ carmẽ Homerus,dialecticã Zeno ele/
Alias Apiariorum ates,rhetoricã Syracuſanus corax. Apum,& † apiariã fructum Ariſtæus. Triptolemus
ſementem frugum. Legesq; Licurgus lacedemonius. & Solon athenienſis. At uero lite/
rarum conſtructionem numeros,menſuras,atque momenta Palamedes repperit. Et alij
alia. & uaria humanæ uitæ commoda inuenere: ſicut ipſi quoque teſtantur. Si igitur ar/
tes,ac diſciplinæ,deos faciũt,atque harum gratia ſculpuntur Dij,neceſſe eſt, ut qui poſt
illos,aliarum quoque inuentis claruerunt,& ipſi dij ſint. Quod ſi iſtis diuinos honores
detrahũt,eosq; mortales recognoſcunt,neceſſario Iuppiter,etiam & Iuno,& cæteri,dij
appellandi nõ ſunt,ſed ipſi quoque homines fuiſſe credantur,qui,ut prædiximus,ne ho
neſti quidem fuere. Ita ex ipſa quoque ſculptura ſignorum nihil aliud quam homines fu
iſſe conuincuntur. Quam enim illis ipſis ſculptores imponunt formam,niſi uirorum, ac
mulierum,& quæ his inferiora ſunt,mutoꝝ animalium,uolatilium,omnigenum qua/
drupedum,iumentorum,beluaꝝ,atque ſerpentum? Quæq; terra, & mare, omniſque
aquarum natura profert? Cum enim ad uitiorum, ac uoluptatum ſtoliditatem corruiſ/
ſent homines,nihilque amplius aſpicerent quam uoluptates,& concupiſcentias carnis.
quippe qui in irrationabilibus animum fixerant,in his diuinitatẽ quoque ineſſe cenſe/
bant,ac pro uarietate perturbationũ numeroſos ſibi finxere deos. Quadrupedum enim
imagines,atque ſerpentum,& uolatilium apud eos honorari uideas. Sicuti ait,diuinę,ac
ueræ pietatis,& religionis interpres. Euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum
eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt, & mutauerunt
gloriam incorruptibilis dei,in imaginem corruptibilis hominis,& uolucrum, & qua/
drupedum,& ſerpentum. Ideo & tradidit eos in paſſiones ignominiæ. Nam cum,ut
prædixi,animam irrationabilium uoluptatum perturbationibus ſubderent, ad huiuſ/
modi ſibi fingendos deos deuoluti ſunt,lapſiq; iam,atque a ueritatis ſoliditate deiecti,
quod illis Deus aduerſatus ſit, in his uolutantur miſeri, uerbique patrem deum in irra/
Philoſophi, tionabilibus fingunt. Qua ex re,& hi, qui apud eos Philoſophi dicuntur, & eruditi,
cum urgeri a nobis cœperint,nihil negant hominum,& mutorum animalium formas,
atque effigies eſſe, qui apud eos uidentur dij. Verum hanc afferunt rationem,idcirco

ſe illas

ſe illas imagines fingere,ut per eas ſibi deus reſpondeat & reueletur:non poſſe enim in/
uiſibilem aliter noſſe,quam per huiuſmodi ſigna atque teletas.Alij ſapientiora his,& al
tiora ſe dicere arbitrantes,aiunt,adeo hæc fingi,atq; formari,ut per ea cæleſtes inuocen
tur & appareant angeli,atque uirtutes. Sicq; apparentes/ueram illis dei inſinuent notio/
nem,Eſſe enim ea hominibus ueluti literas,quæ relegentes poſſint per eam,quæ ex illis
inſinuatur,cæleſtium ſpirituum reuelationẽ,Dei intelligentiã conſequi.Ita quidem illi
perquam ſane fabuloſe/neque enim logice dicunt.Nam profecto ſi quis eam rationẽ di
ligenti examinatione diſcutiat.animaduertet eorum opinionẽ nihilo minus habere fal/
ſitatis,quam quæ ſupra demonſtrata ſunt.Nam,ut eos percontemur ſubiudicio uerita/
tis,dicant quæſo,quo pacto per hæc,aut reſpondet,aut noſcitur deus. Vtrum per circũ/
poſitam illis materiam,an per inductam materiæ formam? Nam ſiquidem ob materiã;
quæ iam formæ neceſſitas,ut non prius etiam,quam iſta fingerent,per omnem prorſus
materiam apparuerit deus, fruſtra uero templa quoque iſti fabricati ſunt,includẽtes in/
trinſecus unum, uel lapidem,aut lignũ,aut quamlibet auri particulam. Cum hiſce ſub/
ſtantijs terra omĩs plena ſit.Porro,ſi ſuperducta effigies apparitiõis diuinæ cauſa eſt,qd
iam auro,cæteraq; materia opus eſt,ac nõ magis per ipſa uera animalia,quorum forme
ſimulachra ſunt,deus reuelatur? Nam clarius profecto Dei gloria iuxta eorum,quorũ
rationem innoteſceret,ſi per animata rationabilia & irrationabilia,quam inanimata,at/
que immobilia manifeſtaretur. Quibus in rebus,maximam impietatem in perniciem
ſuam operanẽ.Cum enim naturales animantes,ſiue quadrupedes, ſiue uolucres,ſiue ſer
pentes, ob illarum uel feritatem,uel immundiciam † exercentur,atque aduerſenẽ.harũ
tamen imagines lapidibus inſculptas,aut lignis,aut auro diuinis proſequuntur honori/
bus. Cum ipſas magis uiuentes,atque animatas uenerari,quam illarum effigies ſtolidas
debuerint. At fortaſſe nihil horum,neque forma ſcilicet,neque materia/diuinæ reuela/
tionis cauſa eſt,ſed ars ſola diſciplinę coniuncta,Deum euocat.Quippe quæ ſola eſt na
turæ imitatio.Sed ſi diſciplinæ cauſa ſculptilia deus implet,quænam rurſus materiæ ne/
ceſſitas eſt,cum ars,atque diſciplina in hominibus ſit?Nam ſi diſciplinæ gratia ſe reuelat
deus.atque idcirco ſculptilia quaſi dij honorantur,oportebat homines magis,ut artis au
thores coli atque adorari,quod & rationabiles ſint, & artem intra ſe incluſam habeant:
Enimuero ad ſecundam illorũ altioremq; rationẽ,iſta quoq; merito quiſpiam dixerit.Si
hæc ob dei reuelationẽ,O gentiles non facitis,ſed ob pſentiam illic angelorum,quid eſt
quã ob rem ſtatuas,per quas uirtutes ipſas cœleſtes inuocatis,pluriſq; ipſos angelos faci
tis?Cum eñ(ut dicitis)intelligendi dei gratia ſculpatis imagines,ipſiſq; ſimulachris ap
pellationẽ & honorẽ dei circũdatis.rem profecto minime honeſtã facitis. Nam cum fa/
temini dei uirtutẽ ſimulachrorũ uilia ſuperare figmenta,atque ideo nõ audeatis per ipſã
deum,ſed minores inuocare naturas,ipſi eas tranſilientes cuius pſentiam metuebatis:hu
ius appellationẽ lapidibus ac lignis imponitis,deosq; pro lapidibus,& humana arte co/
litis,& adoratis.Si enim iſta uobis uice literarũ ſunt,ad intelligentiã dei,ut mendaciter
dicitis,æquum profecto eſt,ſigna ei,qui ſignificatur in honore præferre: neq; eñ ſi quis
regis ſcribat nomen,id tuto præferret regi,ſed ob id facinus iudicium damnationis exci
piet,licet literæ,quæ regis nomen efficiunt: ipſius arte formatæ ſint.Ita & uos ſi quidem
integra ratione uigeretis,nunquam huiuſmodi diuinitatis inditia ad materiam deieciſ/
ſetis,ne ſculptile qdem ſculptori homini anteferetis. Nam ſi (ut dicitis)literarum inſtar
iſta dei pſentiam ſignant,atque ideo,ac ſi deum ſignificantia diuinis digna cenſentur ho
noribus,certe,qui ea ſculpſit,eiſq; effigiem dedit,rurſus enim id repetam, artifex multo
magis hos promerebatur honores. Quippe,qui illis longe ualentior eſt,atque diuinior
cum pro eius arbitrio ſecta illa fuerint,atque formata.Si igitur literæ ſunt dignæ mira/
culo,quanto ille,qui eas ſcripſit propter artem,atque animæ diſciplinã admiratione præ
cellit. Conſtat igitur ex his deos appellandos non eſſe.Rurſus eos percontari libet,qui
huiuſmodi ueſaniæ addicti ſunt,Cur queſo,ſimulachra hiſce formis inſculpitis? Si enim
quia humana ſit deus effigie,idcirco hominis liniamenta formatis,cur mutorũ quoque

Simulachra apud Gẽtiles colebãtur, sed tamen in eorum perniciem

Alias execrentur

animantiũ illi figuras impoſitis? Sin autẽ brutoꝝ animalium inſignitus eſt ſpecie, cur rationa/
li rationaliũ effigiem imponere maluiſtis? Quod ſi utrumq; ſimul eſt, & ex utriſq; cõpo
ſitis intelligitis deum, quod ſcilicet irrationaliũ, ac rationalium p̃ferat formas, quid con/
iunctã diſiungitis? brutorumq; & hominũ liniamenta diſtinguitis? nec illum ſemper ex
utriſq; cõponitis. Cuius nõ ſunt illa fabuloſa figmẽta Scylla, & Charibdis, & Hyppocen
Mercurius apud aegyptios colitur taurus, & apud Aegyptios Cynocephalus latrator Anubis? Oportebat enim ut ipſos ſo
los ſic gemina effigie pingi, ut ſi forma illis unica eſt, non alia quoq; in illoꝝ ignominiã
fingi. Rurſum ſi maſculæ ſunt eoꝝ formæ, cur fœmineas quoq; illis effigies addunt? Si
autẽ fœminę, quid falſo maſculinas imponunt? Sin ṽo utrumq; ſimul ſunt, quid eſt quã/
obrem cõnexa diſiungunt? Non eñ hac ratione dirimi iſta, ſed cõiungi debuerunt, ut fi
erent illoꝝ dij, Hermaproditi. Ne nõ ſolum impietatẽ & improbitatẽ, ſed riſum quoq;
cernẽtibus, tam fœda ſupſtitio illoꝝ exhiberet. Certe ſi corporea omnino ſpecie deum
eſſe arbitrant̃, uentremq; illi, & manus, ac pedes, ceruicemq;, & pectus, & genitalia hu/
mano more membra circũdare nõ uerentur, uide ad quæ impietatis p̃rupta illoꝝ mens
deuoluta eſt, quæ talia de deo cogitare nõ metuit. Sequetur eñ neceſſario, ut alia quoq;
corporeæ imbecillitatis pati dicat̃, ſi circumſcribat̃ hominum inſtar uarietate mẽbroꝝ,
ut ſcindi poſſit, ac diuidi, & rurſus ex toto interire. At qui hæc, & huiuſmodi in Deũ nõ
cadere, qs tam demens, quin uideat? Sunt eñ terrenoꝝ corporum propria. Deus eñ in/
corporeus eſt & incorruptibilis, immortalis, æternus, nulliuſq; omino indigẽs. Hæc au/
tem & corruptibilia ſunt, & corpoꝝ liniamẽta, q̃ & humana ope, atq; arte opus habent.
Nam ſæpenumero cernimus, ea, cum fuerint uetuſta, renouari. Et quæ uel æui diuturni
tas, uel pluuia, uel anĩal quodlibet forte uiolauit, ea denuo fingi. Qua ex re merito qui/
uis illoꝝ carpet amentiã, qui eos p̃dicant deos, quoꝝ ipſi authores inſtauratoresq; ſunt,
& quos ipſi ingenio, & arte cõponunt, atq; ne defluant firmiter ſtatuunt, ab eis ſalutem
petunt, quoſq; nõ ignorant ſua indigere prouidẽtia, & cura, de his ipſi quæ ſibi ſunt ne/
ceſſaria poſtulãt, & quos paruis ædibus includunt, eos cœli, ac terræ totius dominos di
cere nõ erubeſcunt. Non autẽ ex his ſolum impietatis illoꝝ ſcelus animaduertere poſſu
mus, uerum, & ex eo quod diſſona ſit illoꝝ de ſimulachris, uariaq; ſententia. Si eñ ſunt
ipſi dij, ut aſſerunt, qui de his philoſophant̃, cui ex his adhærebimus, aut quẽ maioris au
thoritatis arbitrabimur, ut Deum ſecuri, & cõſidentes adoremus, agnoſcentesq;, qui ṽe
deus ſit nihil hæſitemus? Non eñ ijdem apud oẽs appellant̃ Dij, ſed quot per orbẽ na
tiones ſunt, tot fere ſingunt̃ dij. Et ſæpe fit, ut una regio, & eadẽ ciuitas, in huiuſmodi ſi/
mulachroꝝ cultu aduerſum ſe magna ſeditione diſſideat. Nempe eñ Phoenices Aegy/
ptiorum deos penitus neſciunt. Aegyptijq; itidẽ Phoenicum ſimulachra ignorant. Scy/
thę itidẽ Perſaꝝ, & Syroꝝ Perſæ nõ ſuſcipiũt deos. Pelaſgi quoq; Thracum ſacra repu/
diant, Thraceſq; Thebanos ritus cultuſq; ignorãt, Indi p̃terea aduerſus Arabas, & Ara
bes cõtra Aethyopas, hiq; ipſi aduerſum ſe de religione diſſentiũt. Syri etiã Cilicũ deos
Alias minime adorãt, Capadocumq; genus, deos alios nominat. Sed & † Bithinij alios & alios
Bithinici Armenij ſibi finxere. Et qd me neceſſe eſt multa memorare? Epirotæ alios quã qui inſu
las habitant, hiq; ipſi alios quam Epirotæ deos uenerant̃. Deniq; omnis ferme ciuitas, o/
mnis pagus finitimoꝝ neſciẽs deos, præfert ſuos, hoſq; ſolos cæteris præfert. Aegyptio/
rum ſacra, ſacrilegia nihil referre opus eſt, cum ſint ante oculos omniũ, ut ſcilicet aduer/
ſum ſe urbes omnes de regione diſſideant. Studeãt ueluti dedita opera cõtraria ſibijnui/
cem, qui ſunt finitimi, colere. Nempe eñ Crocodilus apud alios, ut deus adorat̃, uicinis
Leo apud aegyptios pro deo colebatur alijs abominatio exiſtimat̃. LEo item qui apud alios pro deo colit̃, nõ ſolum a proximis
ciuitatibus minime ſuſpicit̃, uerumetiam ſi ab his reperiatur, ut belua immanis, occidit̃.
Piſcis etiã quem alij, ut deum uenerant̃, ab alijs in cibũ licenter aſſumit̃. Hinc apud illos,
& bella, & ſeditiones, & inuidiæ occaſiones, omniſque perturbatio, & uoluptas uiget.
Quodq; mirum ſit, Pelaſgi (ut tradũt) qui iſta ſcripſere, cum ab Aegyptijs deorũ nomi
na cultuſq; didicerint, Aegyptiorũ deos ignorantes, alios quã illi colunt. Cunctarumq;
prorſus gẽtium, quas idolorum ueſanus detinet cultus, aduerſa ſecumq; diſſidens eſt, de

religionis

religionis ſententia. Vt neque apud eaſdē, eadē inueniat̃. Et merito id qdem. Nam cū ab
unius ac ueri Dei intelligētia delapſi ſint, atq; a uero patris uerbo ſaluatore omniū Chri/
ſto defluxerint, mentē iure habent in multa uariaq; diſtractam. Et quēadmodum hi qui
auerſati Solem cum per obſcura oberrant loca, plurimos anfractus itineris circūeundo
cōficiunt, & cum p̄ſentes nō uideant̃, eos qui nō adſunt, quaſi p̄ſentes conſpicant̃/ uiden
teſq; nō uident. Ita, & qui auerſi a deo animæ incurrerint tenebras, animo nutante ſunt,
ac ſemper ambiguo. Et quæ nō ſunt ueluti ebrij, & nō uidētes cōſpicant̃. Sunt autē pro/
fecto iſta ſummę illorꝝ impietatis, per quā euidens aptumq; documentum. Nam cū ſint
uarij, ac diuerſi per regiones ſingulas, ac ciuitates Dij, & alter tollat alterius Deos, omēs
ab omnibus una tollunt̃. Qui em̄ apud alios cenſent̃ dij, deorum quos alij colunt ſacrifi/
cia fiunt atque libamina, aliorꝝq; item hoſtias, alij pro dijs uenerantur. Aegyptij bouem *Aegyptij bouem colunt.*
& apim, qui eſt uitulus colunt, hos Ioui alij litant. Et ſi em̄ non eos ipſos, quos illi fecere
Deos immolant, cum autē ſimilia mactent, eadē mactare uident̃. Lybici arietem, quem
Ammonem uocāt deum, habēt. At hic ab alijs in deorum ſuorum uictimā cedit̃. Indi li/ *In Libia aries colitur.*
berum patrē adorant, ipſum ſignāter uinum appellantes, hoc autē alijs cæteri libant. Alij
fontes atque amnes, & Aegyptij imprimis p̄ferunt, ac deos p̄dicant, Cæteri tamē illicoq;
ipſi religioſi cultores Aegyptij, & ſuas, & aliorꝝ ſordes undis diluunt, & quod ex his reli
quum fuerit, cum execratiōe proijciunt. Tota ferme Aegyptiorꝝ cultura, aliarꝝ gentiū
dijs ſacrificiū eſt, ut ab illis ipſis rideant̃, quod non deos, ſed quæ ſunt aliorum, & ſua pur
gamenta, & ſacrificia diuinis proſequant̃ honoribus. Iam ũo qdam in id impietatis ue/
ſaniæq; deciderunt, ut ipſos quoque homines, quorū colunt figuras atque formas, falſis
dijs ſuis mactent, & ſacrificiū offerāt. Nec animaduertunt fœlices, eas q̄ a ſe litant̃ hoſti/
as, primitiua eſſe exēplaria deorū, qui ab ipſis effecti ſunt,/ & adorant̃, & quibus offerunt
homines. Similia em̄ ferme ſimilibus, imo longe p̄ſtantiora deterioribus immolant. Ani
mata em̄ in animis mactant, & rationalia ſtolidis offerūt. Scythæ deniq; illi, qui tauri uo
cantur, deæ q̄ ab illis uirgo dicit̃, eos, qui naufragia euaſerint. & quoſcunq; cœperit Grę *Scythię populi Septētrionales.*
corum uictimas offerunt. Adeo aduerſus naturæ ſuę ſocios homines impie ſeuiunt. Ac
per id deos ſuos feros atrocesque denunciant, ut quos p̄uidentia marinis periculis eruit
atque ſeruauit, hos illis immaniter iugulent. Hi profecto cōtra prouidentiā aperta ferun
tur inſania, q illius beneficiū animi ſui feritate nitunt̃ obruere. Alij cum ex bello uicto/
res rediere, quos cœperint ex hoſtibus in cētenos diuidentes Marti, quotquot ex nume
ro illo centenario eligunt, mactant. Neque ſane Scytharum ſolū id facinus eſt, qui bar/
barica naturali feritate agunt̃. Sed ſimulachrorū dæmonumq; nequitiæ proprium eſt.
Nam & Aegyptij Iunoni, dudū huiuſmodi uictimas cedere ſoliti ſunt. Sed & Phœnices
& Cretenſes Saturnum, immolatis filijs, placant. Priſci quoq; Romani Iouem latiarium
mactatis, uenerant̃ hominibus. Atque aliter alij, omneſq; pariter, & inquinabant̃, & in/
quinabāt. Id qdem quod cedes perpetrarent, hoc autē quod ſua delubra hiſce ritoribus
uictimiſq; pollucrēt. Hinc iam profecto hominibus mali multū adiectum eſt. Cum em̄
cernerent his deos ſuos oblectari, cōtinuo & ipſi ſeſe ad imitandum eos cōtulerunt, uir/
tutis ſuæ intereſſe arbitrantes, p̄ſtantiores ut ipſi putabant, imitari. Vnde homicidijs, ac
parricidijs, omnibuſq; laſciuijs dedere manus. Nam om̄is ferme ciuitas omnibus nequi/
tiæ ſordibus plena eſt. Dum ſtudent, deorum ſuorꝝ moribus ſimiles fieri. Neq; inter ido
lorum cultores frugi aliquis, ac pudicus eſt. Iſq; ſolum laudat̃, qui omnes impudicitiæ
ſuę teſtes habet. Deniq; Phœnices mulieres, olim cum ſacra dijs ſuis facerent, ſeſe palam
proſtituebant. huiuſmodi corporꝝ ſuorum fœdo mercimonio Deam ſuam ſe placare ar
bitrantes, & per hæc ſcelera propitiā facerent. Viri quoq; ſexum ſuum abnegantes, nec
iam mares ſe eſſe recolentes, muliebrem molliunt̃ in ſexum, ut ex his gratificent̃, hono/
reſq; deferant Deum matri, omneſq; pariter fœdiſſime uiuunt, ac in deteriora quotidie
certatim ferunt̃. Et ſicut ait Chriſti ſummus ille miniſter Paulus. Mulieres eorum immu
tauerunt naturalem uſum, in eum qui cōtra naturā eſt. Similiter, & mares omiſſo natu/
rali uſu fœminæ, exarſerunt in cōcupiſcentia ſua, in alterutrum, maſculi in maſculos tur/

Pp pitudinē

pitudinem operantes. Enimuero illi dum hæc & his ſimilia faciunt, confitenť eos quoq;
quos appellant Deos huiuſmodi fuiſſe uita. Nam ab Ioue qdem ſtuprationes pueroꝝ,
atque adulteria. A Venere autẽ fornicationem, a Rhæa impudicitiã, a Marte cędes, alia/
q; ab alijs didicerũt, quæ Romanæ leges ſeueriſſime puniunt, pudicisq; omnibus in ex/
ecratione ſunt. An ũo dignum eſt eos arbitrari Deos, qui talia faciunt, an nõ magis bru
tis, longe ſtolidiores? Ergo ne qui eos colunt, homines exiſtimandi ſunt. Et non potius,
ut multis & inanimatis multo deteriores miſerãdi? Nam ſi ſenſum animæ ſuæ cogitarẽt,
nunq̃ profecto in hæc tam proni decidiſſent. uerumq; deum Chriſti patrẽ denegaſſent.
Enimuero, qd illi dicturi ſunt, qui iſtos rõne tranſcendũt, creaturæq; uehementer affixi
ſunt, reueriti tam euidentia execratiõis inditia, reprehenſibilia iſta & nepharia omnino
eſſe, nec ipſi negabunt. Ceteꝝ illam ſibi ſupeſſe inuictam irrefragabilẽq; rationẽ extima-
bunt, quod mundũ, ac mundi partes uenerant. Gloriabunť eñ, ut qui nõ lapides, non li

Nõ idolorum cultui, ſed diuinis operibus eſſe debent addicti Chriſti gene.

gna, figurasq; hominũ, & mutoꝝ animaliũ, uolatilium, ſerpentiũ, quadrupedũq; colãt.
Sed Solẽ & Lunã, cunctumq; ornatũ coeli. Terrã item, omnẽq; liquidam, fluidamq; na
turam uenerenť. Dicentq; nõ eſſe poſſibile, ut quis hos nõ eſſe naturaliter deos ueris ra/
tionibus probet. Cum cõſtet om̃ibus, ea neq; muta eſſe neq; irrationalia, ſed humanam
ſuperare naturã, quod in coelis alia, alia in terris ſint. Libet autẽ iſta quoq; intueri, ac per/
ſcrutari. Nam in his quoq; uerã cõtra eos rationẽ inuenire perfacile poterimus. Verum
anteq̃ ad argumenta ueniamus, iuuat creaturã ipſam contra illos citare teſtẽ clamantem
quodãmodo, & authorem opificemq; ſuũ Deum patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti apte
ꝓdicantem, quẽ inepti iſti ſapientes aduerſanť, cum ab eo cõditam adorent creaturã, ac
diuino honore proſequanť. Ipſam inquã creaturã adorantẽ, & cõfitentẽ dominũ, quem
illi ſui cauſa denegant, aduerſus illoꝝ amentiã citabimus. Ita eñ homines eius partiũ ad/
miratores, easq; Deos arbitrãtes, ipſaꝝ adinuicem cõſenſus atque uſus rite admonebit.
Nempe enim hæc ipſa conſtantia ꝓdicat, inſinuatq; patrem uerbi ſuum eſſe opificem, ac
deum, dum abſque ulla cõtradictione ipſius paret imperio. Sicut diuina quoq; Lex ad/
monet, dicẽs. Coeli enarrãt gloriã dei, & opera manuum eius annunciãt firmamentum.
Neque ũo obſcura eſt ea rerum Fides, ſed aperta ualde, atque conſpicua his, qui mentis
oculos nõ poenitus excecatos habẽt. Nam ſi quis creaturæ ſingulas aſſumens partes, eas
ſeorſum accipiat, ueluti uerbi gratia, Solem per ſe tantũ, Lunamq; ſeorſum, & terrã iti/
dem, & aerem, & calidam ac frigidam, & aridam, humidamq; ſubſtantiam diuidẽs a cõ
nexu, ac iũctura mutua, ſingula ſeorſum ſumat, ſeparatimq; diſpiciat. Inueniet profecto
nil ex his per ſe ſibi poſſe ſufficere. Sed omnia ſui mutuo egere, & ſuo uiciſſim uſu auxi/
lioq; cõſtare. Nam Sol quidem una cum coelo omni circumfertur, intusq; continetur, il
liusq; nunq̃ excedit orbes. Luna item, & reliqua ſydera lucentia teſtantur, quid enim au
xilij a Sole proueniat. Tellus item abſq; pluuijs fruges profecto non germinat. Pluuięq;
itidem ſine ope nubium, nunq̃ humum funderentur. Ne nubes quidem abſq; aere per ſe
apparere uel conſtare poſſent. Aer quoque non a ſeipſo, ſed ab æthere incẽditur, & a So
lis fulgore illuſtratur, & fontes, & flumina nunq̃ ſine humo cõſiſterent. humus item nõ
ex ſe ipſa ſolidata eſt, uerum ſuper aquaꝝ ſubſtantiam firmata cõſiſtit, continenturq;, &
ipſa intra ſuos terminos, medio ſcilicet orbe connexa. Mare quoq; & qui extrinſecus o/
mnem terrã aluit, oceanus magnis uentis agitatur, & fertur quocunq; illum uentorum
uehemens impulerit uis. Venti quoq; ipſi, ut tradunt, qui de rerum ſcripſere naturis, nõ
in ſeipſis, uerum ex incenſione, & caliditate ætheris ad aerem, in ipſo conſiſtunt aere, ac
per ipſum ubiq; ſpirant. Quid de quattuor elementis dicere neceſſe eſt, ex quibus natu/
ra corporum conſtat, calida ſcilicet, ac frigida, ſicca, humidaq; ſubſtantia? Quis tam ue/
cors & ita ſtolidus animi eſt, quin ſciat hæc ſimul quidem cõiuncta conſtare. Diſiuncta
uero ſeorſum ſingula ſibi mutuo, inferre perniciem, uincente ſemper quod in his abun/
dauerit magis. Nam calidum ui maioris algoris extinguiť, & frigidum maiore ui calo/
ris euaneſcit. Aridumq; ab humore liqueſcit, humidumq; ſiccať ab arido. Ita ergo quo
pacto dij erunt, quę ope ſua mutuo indigent? Aut qua ratione ab his aliquid petendum
eſt, cum

eſt, cum ipſa ab ſe inuicem auxilium petant. Si eñ cum de Deo agitur, is demum nullius
egens, ſibiq; ſufficiens, ac ſeipſo plenus, in quo uniuerſa cõſiſtant: quiq; ipſe om̃ibus tri/
buat eſſe diffinitur, quomodo Solem & Lunã, ac reliquas creaturæ partes, q̃ huiuſmodi
non ſunt, indigentq; foueri mutuo, Deos appellare fas eſt? At fortaſſis diuiſa ſeorſumq;
accæpta, egena eſſe & ipſi fatebunt̃, cum eius rei euidẽs probatio ante oculos ſit. Simul
uero cõnectentes omnia, & quaſi magnum aliquod cõſicientes corpus, id totum deum
eſſe dicent. Nam cũ conſtiterit totum, nulla iam ſingulis extrinſecus neceſſitas erit, Sed
totũ ſibijpſi ſufficere ad om̃ia aſſerent, qui ſe ſapientes extimant. Atq; hinc quoq; cõuin
centur, atq; hæc ipſa ratio impietatẽ ipſorꝫ, ſummamq; imperitiã nõ minus q̃ priora de/
clarabit. Si eñ coniuncta ſingula totũ implent, totũq; ex ſingulis cõſtat, totũ ergo ex par
tibus conſtat, & unumquodq; pars totius eſt. Hoc autẽ ab his, quæ pie de Deo ſentiunt̃,
longiſſime remotũ eſt. Deus q̃ppe nõ partes, ſed totũ eſt. Neque ex differẽtibus cõſtat,
ſed ipſe author eſt † cõſtantiæ omniũ. Iam ṽo inſpice, quantũ impietatis aduerſus Deũ,
qui ita loquuntur, enunciant. Si eñ ex partibus cõſtat, omnino uidebitur ſibijpſi diſſimi
lis: quippe qui ex diſſimilibus perficiatur. Nam ſi Sol eſt, Luna nõ eſt: & ſi Luna eſt, ter/
ra nõ eſt. Si autem terra eſt, non erit mare. Atque ita per ſingula accipiens, quam ſit hæc
eorum ratio impia, & inepta reperiet. Hoc uero ex humano item corpore colligẽs quiſ/
piam horum merito amentiã carpet. Sicut eñ oculus auris nõ eſt, neq; auris manus, ne/
que uenter pectus: neq; item ceruix eſt pes, ſed horꝫ quodq; ſuũ implet munus, & ex his
differẽtibus unum cõſiſtit corpus/cõiunctas ad uſum ſui habens partes. Diſiunctas, ubi
tẽpus aduenerit, quando natura, quæ cõiunxit iſta diremerit, pro diuinæ uoluntatis im/
perio. Ita (ſed det ſermoni ueniam ſummus ipſe deus) ſi creaturæ partes in unum conne/
ctentes corpus appellant Deũ, neceſſe eſt ipm̃ q̃dem in ſe ſibi eſſe diſſimilẽ, ut ſupra do/
cuimus, diuidiq; rurſus pro natura partiũ, quæ ut diuiderentur, accæperũt. Præterea ex
ipſius quoq; cõtemplatione ueritatis arguenda illorꝫ impietas eſt. Si enim incorporalis
eſt Deus per naturã, nec uiſui nec tactui ſubiacens, quo pacto deum corpus autumant,
& quæ obtutibus patẽt/manibusq; cõtrectantur, diuinis honoribus colunt. Rurſumq;
ſi, ut uera docet ratio deus ſumme potẽs eſt, nihilq; ipſum tenet, ſed ipſe tenet omnia, o/
mnibusq; dominat̃, quo modo qui creaturę diuinos honores deferunt, tam ſtolidi ſunt,
ut nõ animaduertant ipſam ab hac diuinæ diffinitionis norma ſecluſam. Vbi eñ Sol ſub
terrã abijt, lucẽ terra ne uideat̃ obducit, Luna: neq; interdiu Sol claritate ſuæ lucis extin/
guit. Terræ item frugibus grando ſæpius nocet. Ignisq; ſi uſpiam ſuccẽſus ſit, aquarꝫ in/
undatione reſtinguitur. Atq; nunc q̃dem hyemem arcet uerna temperies. Nũc uer ipm̃
æſtas nõ ſinit tranſgredi limites ſuos, ipſamq; rurſus, ne ſuas excedat tẽporis metas, coer
cet autumnus. Igitur ſi dij eſſent, par erat eos non ab inuicem ſuperari, neq; ſubduci. Sed
ſecum una ſemper eſſe, beneficiaq; pariter inferre cõmunia. Oportebat Solẽ atq; Lunã,
& reliquum aſtrorꝫ chorum, noctu, atq; interdiu lucere ſimul, cunctaq; ab illis una illu/
ſtrari. Æſtatem quoq;, ſimul & hyemem, autumnum, & uer oportebat indifferenter eo/
dem cõſtare tẽpore. Mare miſceri fontibus, cõmuneq; p̃bere omnibus poculũ. Oporte
bat ſerenũ, uentorꝫq; flatus, una fieri. Ignemq; & aquã ſimul cõmunem, & unum mor/
talibus p̃ſtare uſum. Nullus enim ex eis quando Dij iuxta eos ſunt, lædi potuiſſet. Nihil
quippe illi noxium, ſed utilia cuncta moliuntur. Cæterum ſi iſta fieri poſſibile non eſt,
quod ea ſibi inuicem cõtraria ſint, quomodo ſibi cõtraria & repugnantia, nec ſimul cõ/
ſtare ualentia, Deos appellare fas eſt, aut diuinis obſequijs colere. Porro quæ aduerſum
ſe mutuo per naturam diſſona ſunt, ea quo pacto petentibus pacem pręſtabunt, aut erũt
eis concordiæ præſules. Igitur neque Sol, neq; Luna, neque alia quælibet creaturæ por/
tio: multoq; minus quæ in auro, & lapidibus, & materia reliqua ſunt ſculpta ſimulachra,
ne illi q̃dem quos Poetæ fingunt, Iuppiter, Apollo, & cæteri dij merito dicendi ſunt, ut
uera oſtendit ratio. Sed hæc partim creaturæ portiones ſunt, alia inanimata noſcunt̃, alia
homines tantũ fuere mortales. Quo circa & huiuſmodi religio, deorꝫq; fictio non pieta
tis eſſe, ſed iniq̃tatis plane, ac totius impietatis inuectio, ingentisq; erroris argumentum,

Deus ſibi ipſi ſufficiens.

Alias conſiſtentiæ

Corpus ex ſuis parẽtibus conſtat.

Alter alterius ſenſus non fungitur officio.

ex unius,ac ſolius ueri dei patris domini noſtri Ieſu Chriſti ſcientia innotuit. Quoniam igitur ita ſe res habet,probatumq; eſt eam,quæ apud gentiles eſt,ſimulachrorum cultu/ram,impietatis omnino eſſe pleniſſimam,neque ad utilitatē,ſed ad ſummam perniciem fuiſſe humano generi inuectam. Age iam,ſicuti initio promiſimus, detectis & confu/tatis erroribus,ueritatis peragamus uiam,contemplemurq; ducem & conditorem re/rum,patris uerbum,ut per ipſum eius etiam intelligamus patrem. Sciantque Gentiles, quantum ſe a ueritate detorſerint. Ea quidem pręmiſimus,nihil aliud quam error huma ni generis fuiſſe cōiuncta ſunt. Porro ueritatis uia ad eum, q uerus deus eſt, diriget. Ad eam u͛o cognoſcendam,& exactiſſime intelligendam,nullius extra nos poſitę rei opem neceſſariam habemus. Neq; ſicuti deus ipſe ſuper omnes eſt,ita & uia, quæ ad illum du cit,longe,uel extra nos,ſed intra nos eſt,atque initium a nobis inuenire poſſibile duci/mus. Quemadmodum & Moſes docuit dicēs. Verbum fidei intra cor tuum eſt. Quod & Saluator ſua authoritate confirmans,Regnum (inquit) dei,intra uos eſt. Intus igit͛ in nobis fidem,ac regnum Dei habētes,celeriter inſpicere,& intelligere poſſumus,omniū regem,ſalutare patris uerbum. Nec eſt ſane cur occaſiones præferent gentiles idolis ſer/uientes,aut alius omnino quiſpiam ſeipſum fallat,quaſi hanc non habeat uiam,atq; ideo excuſationem ſuæ impietatis inueniſſe ſe putet. Omnes enim profecto hanc ingreſſi ſu/mus,& habemus,& ſi non omnes illam pergere inſtituunt. Sed prætergreſſi eam ſecus

Deus anima tā tum intelligi ac uideri po teſt.

tranſire malunt ob eas,quæ ſe exterius pelliciunt,blandas ſæculi uoluptates. Quod ſi qs interroget,quænam iſta ſit,uniuſcuiuſq; eſſe animam dixerim, atq; inſitam illam intelli gentiam. Per ipſam enim ſolam deus inſpici & intelligi poteſt. Niſi forte ſicuti Deū ne/gauerunt,ita animam quoque ſe habere impij inficiabuntur. Iuſtius id qdem quam cęte ra: Neque enim eorum eſt qui ſenſu præditi ſint,negare authorē ſuum/ & opificē Deū, Quod igitur unuſquiſq; hominū animam,eamq; rationalem habeat,ſimpliciores quoſ/q; paucis docendum puto,ob id in primis,quod non deſunt heretici, q & iſtud negent, arbitrantes nihil eſſe hominē,niſi apparentem corporis ſpeciem,ut hoc oſtenſo,apertius deinceps aduerſus idola,euidentiusq; documētum habeant. Primum itaque illud haud exiguum argumentū eſt,rationalem eſſe hominis animam, quod per eam ab irrationa/libus differat. Idcirco enim illa irrationalia uocare conſueuimus,quod humanum genus ratione ſit præditum. Deinde illud quoq; ad hoc non parum ualet,quod ſolus homo, q̄

Hominis & brutorū diſcri men.

ſunt extra ſe poſita cogitare,& abſentia uerſare animo queat. Itemq; ratiocinari,diſcre/tionisq; iudicio,quod præſtet,eligere. Nam bruta quidem ſola cernunt præſentia,& ad ea tantum appetenda feruntur, quæ oculis ſubiacent, quamlibet illa in poſterum noxia ſint. At homo non ad ea,quæ conſpicit/impetu ducitur, Sed quæ oculus hauſerit, ratiōe dijudicat. Sæpe nanq; appetitum ratione continuit,& cogitans denuo recogitauit. Nul luſq; eſt ueritatis amicus,quin ſentiat differre plurimum a corporis ſenſibus intelligen/tiam hominū. Idcirco nempe ipſa,quod aliud ſit,efficitur ipſorum ſenſuū iudex, & quæ illi adſumunt,iſta dijudicat & reminiſcitur,eiſq; quid ſit melius indicat. Nam oculi qui/dem ſolius uidere eſt,audire aurium,oris guſtare,narium percipere odores,& manuum tangere. Verum quæ uidere oporteat,quæ audire,guſtare,olfacere,contingere,nō iam ſenſuum munus eſt,ſed animæ/rationiſq; diſcernere propriū eſt. Quippe,& gladiū po/reſt manus accipere,& uenenum guſtare os. Sed neſcit quod iſta noceat,niſi animi di/ctante iudicio. Videturq; hoc,ut id interim in imagine inſpiciamus,lyræ eſſe ſimile,cō/cinnæ,ac bene diſpoſitæ,& muſico illā cum diſciplina tenenti. Sicut enim in fidibus lyrę quælibet ſonum habet proprium,alia grauem,acutum alia,& alia medium,alia acuti te/noris,& alia alium,eſtq; illarum indiſcreta cōcinentia/difficiliſq; ſine arte diſcerni. Tūc enim earum.& cōcentus oſtenditur,& recta connexio,cum is,qui continet lyram,pe/rite percuſſerit chordas,& cōgrue quāq; tetigerit. Eodem modo & ſenſibus in corpore. Lyræ inſtar aptatis,cum illis perita mens præeſt,tunc & anima quid agat/quidve opere͂, diſcernit,& nouit. Hoc autē eſt tantū hominū proprium,hoc humanæ animæ,ac ratio/nalis inſigne,quo illa utens,a brutis animalibus differt,atq; indicat ſe aliud eſſe, q̄ quod,

in

in corpore cernit᷑. Sæpe deniq; homo in terra cõſtitutus, cœleſtia rimat᷑ & cõſpicit. Sępe
item in q̃uieſcẽte corpe/& dormiente, domo agitat᷑ interius, & q̃ ſunt extra ſe cernit. Profe
ctus loco, atq; ambulans, & notis, ac familiaribus obuians, ac per hæc diurnos actus ſuos
crebro diuinans, ut ſic dixerim, atq; p̄noſcens. Hoc autẽ q̃d aliud eſt, q̃ rationalis ania, in
qua homo cogitat, & conſpicat᷑ q̃ ſupra ſe ſunt? Sed eñ illud quoq; certum erit aduerſus
eos argumentũ, qui adhuc ſe ad ſtoliditatis, & imprudẽtiæ plenã rõnem côuertũt. Quo
eñ pacto, cum ſit corpus mortale per naturã, homo uerſat animo ĩmortalitatẽ, ac uirtu/
tis gratia, mortẽ ſibi ſæpe cõſciuit? Aut quomodo cũ ſit corpus tẽporale, homo tamẽ cõ
ſpicat᷑ æterna, ſpretisq; p̄ſentibus, ad illa deſyderiũ trãſferat. Corpus nẽpe ip̄m talia nunq̃
cogitaret, neq; ea, q̃ extra ſe ſunt poſita uolueret, mortale eñ & tẽporaneum eſt. Aliud
igit᷑ ſit neceſſe eſt, quod cõtraria, & p̄ter naturã corporis cogitat. Quid ergo illud eſt ni
ſi rationalis/ĩmortalisq; ania? Ipſa etem̃ non intrinſecus plane, ſed extrinſecus, ſicuti l, ræ
muſicus, meliora corpori dictat, & inſonat. Rurſus ỽo, qua ratiõe oculus, cũ per naturã
uideat, & auris audiat, alia q̃dem refugiunt, alia eligunt? Quis oculũ ne uideat cohibet,
auremq; arcet auditu? Quis guſtu ad officia ſua naturaliter pronũ a naturali appetitu ſæ
pius cõtinet? Quis manum ad tangendũ effictam, quiddã contingere ſæpius prohibet?
Quis item olfactum ad p̄cipiẽdos odores inhiantẽ, a ſuo interdũ auertit munere? Quis
iſta contra naturalia corporis agit officia? Aut quomodo naturæ ſuæ corpus oblitũ, ad
alterius cõſilia uertit᷑, atq; ad illius regit᷑ nutum? Iſta profecto nihil aliud indicãt, q̃ ratio/
nalem animã p̄eſſe corpori. Neq; enim ſeip̄m corpus agere ſolet, ſed ab alio, & agitat᷑, &
fertur. Sicuti ne equus q̃dem ſemet ſubiugat, ſed a rectore ui poteſtatis impellit᷑. Idcirco
deniq; & leges hominibus bona q̃dem agere, malaq; declinare iubent, brutis ỽo bona, *Legibus homi*
malaq; diſcernere, datũ nõ eſt, quippe, q̃ ſunt mentis, ac rationis expertia. Igit᷑ ineſſe ho/ *nes reguntur*
minibus rationalẽ animã ex his, quę p̄diximus, cõſtare puto. Quod autẽ illa immortalis *ut bona ſecten*
quoq; ſit, id quoq; neceſſario in doctrina eccleſiaſtica ſciendum, pro cõfutationis idolo/ *tur, a malis ue*
rum certo argumento. Porro huius rei notio e uicino petenda eſt, ex agnitione ſcilicet *ro reſiliant.*
corporis, & ex eo quod a corpore differat, Nam ſi illam ratio aliud eſſe q̃ corpus oſten/
dit, eſt autẽ corpus natura mortale, cum nõ ſit anima naturæ corporeæ, neceſſe eſt hanc
cõtra quã corpus eſſe immortalẽ. Rurſum ſi mouet anima corpus, ut patuit, nec ab alijs
ipſa mouet᷑, ſequit᷑ cum a ſeipſa moueat᷑ anima, etiã corpore poſito, a ſe rurſus illam mo/
ueri. Nõ enim ania eſt, quæ morit᷑, ſed recedẽte illa, corpus extinguit᷑. Igitur ſiq̃dem ipſa
moueret᷑ a corpore, cõſequens eſſet, ut eo quod mouebat recedente ipſa, moreret᷑. Si au
tem ania mouet corpus, multo magis neceſſe eſt ip̄a ſe moueat. Ea ỽo ſi ab ſeipſa moue/
tur, neceſſario & poſt mortẽ corporis uiuit. Quippe motus animæ nihil eſt, q̃ uita ip̄ius.
Sicuti uidelicet, & corpus tunc uiuere dicit᷑, quãdo mouetur, & tunc mori, cum a motu *Motus animæ*
quieuerit. Hoc autẽ & ex effectu eius cum eſt in corpe, manifeſtius cernit᷑. Si eñ & cũ *eſt uita ipſius*
acceſſit ad corpus, ipſi quoq; connexa nõ ad corporis modũ contrahit᷑, ſiue redigit᷑, Sed *animæ.*
illo ſæpius in lectulo cubante, ac ueluti in morte quieſcẽte, ipſa naturali ui ſua uigilans,
naturã corporis tranſilit, & ueluti eius ſoluta nexibus, cum perſiſtat in corpe, quæ ſuper
terrã ſunt conſpicat᷑, & uidet. Sæpe ỽo & his, qui a terrenis corporibus remoti ſunt, ſan/
ctis, atq; angelis fungit᷑. Atq; ad eos per animi mundiciã penetrat, quo modo nõ multo
magis abſoluta corpore, quando is, qui eam illi colligauit, uoluerit deus, euidentiorẽ in/
tuita eſt, immortalitatis notionẽ. Si enim etiã connexa corpori extra corpus agebat ui/
tam, quanto magis & poſt mortẽ corporis uiuet, neq; unq̃ uiuere deſinet deo iubente,
qui ſic illam cõdidit per uerbum ſuũ, dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Ideo deniq; im
mortalia, & æterna ſentit, & cogitat, q̃a immortalis eſt. Et ſicut mortalis corporis ſenſus
nõ niſi mortalia cernũt, ita immortalia uidentem, & cogitantẽ animã neceſſe eſt immor
talem eſſe, ac ſemper uiuere. Nanq; immortalitatis cogitationes, & intelligentiæ, nunq̃
ipſam deficiunt manentes in ea, ueluti fomenta ignis in ea ueritatem immortalitatis exci
tantes. Idcirco deniq; & diuinæ ſpeculationis habet notionẽ, ipſaq; ſui efficit᷑ uia, nõ ex/
trinſecus, ſed ex ſeipſa dei uerbi ſcientiam & intelligentiam ſumens. Dicimus ergo ſicut

& antea diximus. Huiuſmodi homines ſicuti Deũ negauere, & inanimata uenerantur,
ita & rationalẽ ſe nõ habere animã exiſtimantes, ex eo iam ſuæ dementiæ pœnas expen
dere, quod inter bruta numerantur. Atque ideo, ut inanimes ſimulachra uana ſuperſti/
tione colẽtes, dignos miſeratione eſſe, alienoque regimine. Quod ſi ſe animã habere di/
cunt, ac de illius ratione gloriantur, quid quaſi nõ habeant animã, rationi contraria mo/
liuntur, & quæ non cõuenit ſentiunt, meliores ſeipſos deo quoq; facientes. Cum eñ im/
mortali ſint anima/neque ſibi uiſibili, deum his quæ uident/ & mortalia ſunt, aſſimilare
præſumunt. Cur autem ſicuti a deo receſſerunt, ſic ad illum non rurſus cõfugiunt? Poſ/
ſunt enim quẽadmodum a deo auerſi ſunt animo, & quæ nõ ſunt finxere deos, ita ratio/

Vix põt quis cõcupiſcentiæ ſordibus inuolutus ad deum conuerti.

ne mentis aſcendere, rurſusq; ad deum conuerti. Poſſunt inquam ad deum conuerti, ſi
quas induerunt totius cõcupiſcentię ſordes, deponant, ac ſe tãdiu lachrymis abluãt, quo
ad omne quod alienum inhæſerat animæ deſerant, ipſamq; ſolam, ut condita eſt, purãq;
nitantur ọſtendere, ut ſic demum in ea ſpeculari uerbũ patris, ad cuius imaginem ab ini/
tio facti ſunt, poſſint. Ad imaginẽ enim & ſimilitudinẽ dei factus eſt homo, ut ſcriptura
diuina ſignificat, quæ dicit ex perſona Dei. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudi/
nem noſtrã. Vnde & cum omnẽ adiectam ſibi peccati labem, ab ſe diluerit, puramq; in
ſe & integram dei ſeruarit imaginem, merito iam illuſtrata ueluti in ſpeculo uerbũ inſpi
cit imaginẽ patris, atque in ipſo patrẽ, cuius eſt Saluator imago, ſpeculatur. At ũo, ſi mi/
nus ſufficit animæ magiſteriũ ob ea, quæ extrinſecus illius intelligentiam turbant ne ui/
deat, quid præſtantius ſit, poſſumus & ex his quæ uidentur notionem dei cõprẹhende/
re? Creatura literarum inſtat per ordinem, & congruentia ſua dominum / opificemque
ſuum ſignificante/ & clamante. Quippe cum ſumme bonus, ac benignus deus ſit, curãq;
habeat conditarũ a ſe animarum, quia inuiſibilis per naturã, & incompræhenſibilis eſt,
omnemq; conditã ſubſtantiam tranſcendit, atque ideo humanũ genus cõſequi illius in/
telligentiam, notionẽq; non poterat, quod hæc ex nõ exiſtentibus ſint, ille autem æternã
ſubſtantiã habeat, huius rei gratia deus creaturã uerbo ſuo ita diſtinxit, atque cõpoſuit,

Artifex ex opere cognoſcitur.

ut quia ille eſt natura inuiſibilis, uel ex operibus agnoſci mortalibus poſſet. Sæpe eñ ar/
tifex ex operibus etiam cum non uidetur, agnoſcitur. Sicuti autem de ſculptore Phidia
traditur, quod ip ius opera ex commenſione quadã, & membrorum adinuicem propor
tione, abſente quoq; Phidiam cernẽtibus indicent, ita & ex mundi ordine, & ratione cõ
ſtanti, huius author, & conditor, deus intelligi debet, & ſi corporeo nõ cernitur intuitu.
Non enim inuidit nobis inuiſibilem naturam ſuam Deus, ne quis id poſſit obtendere,
aut ſe hominibus omnino demiſit incognitum. Verum, ut prædixi, creaturam ita diſpo
ſuit, ut & ſi ipſe in ſua natura uideri non poſſit, ex operibus tamen poſſit agnoſci. Neque
ego iſtud a meipſo nunc loquor. Sed quæ a theologis uiris didici, refero. Quorum unus
Paulus ad Romanos quidem ſcribens, ita ait. Inuiſibilia enim eius a creatura mundi per
ea quę facta ſunt/ intellecta conſpiciuntur. Lycaonibus uero conteſtans dixit. Et nos ho
mines ſumus ſimiles uobis paſſibiles adnunciantes uobis, ut ab inanibus conuertamini
ad Deum uiuum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt. Qui in
ꝓteritis generationibus permiſit om̃es gentes ire uias ſuas, quãuis nõ ſine teſtimonio re/
liquit ſeipſum, benefaciens de cœlo uobis, dans pluuias, & tempora fructifera, implens ci
bo, & læticia corda ueſtra. Quis enim intuens cœli ambitum, & Solis, ac Lunæ ordina/
tiſſimum curſum, aliorũq; ſyderum poſitiones, ac circuitiones, ortus, atque obitus, quæ
cum contrario motu ferantur, & uario, in ea tamen differentia ſimilem ſimul omnia or/
dinem ſeruant, nõ intelligit iſta non ſeipſa feciſſe, ſed alium eſſe, qui cuncta diſponat opi
ficem? Quis orientem quotidie aſpiciens Solem, Lunamq; noctu apparentem, eadẽq;
ſemper incrementa, & certo dierum numero indemutabili ſeruantem lege, ſyderaq; alia
diſcurrere, curſus ſuos uariantia, alia nunquã uagando moueri/ non ſtatim animaduer/
tit, quæ per naturam contraria ſunt/ connecti ſibi, & cõcinnam habere harmoniã, puta
calida frigidis, & humidis ſicca miſceri, neque aduerſum ſe bella, ſeditionesq; mouere,
unumq; ſimul omnia perficere corpus, nõ conſyderet extra hæc eſſe qui iſta coniunxit?

Quis

Quis hyemem ueri concedere æſtatiq; uer, & autumno æſtatem uidet, atidq; cum iſta ſibi contraria per naturã ſint, quippe aliud ex his frigus, aliud calorem inſert, aliudq; germina nutrit, & aliud perficit, ſimul tamen omnia æqualem, & innocuum hominibus p̃bere uſum. Nec ſtatim cogitat præſtantiorem his aliquem eſſe qui p̃ſtet omnibus æqualitatem, cunctaq; gubernet, & ſi hunc minime uideat? Quis cum uidet nubes in aere ferri, atque in nubibus aquas detineri graues, non huius opificis memoria tangit̃, cuius iſta imperio fiunt? Quis item intuens terram ipſam natura grauiſſimam inſidere aquis, ac ſupra fluidam materiam ſuam ſeruare ſit mitatem, non agnoſcat eſſe aliquem, qui iſta ordinauerit, & fecerit Deum? Quis cum aſpicit humum fruges ſuis ferre temporibus, & imbres cœlitus demitti, inundare flumina, ſonteſque profluere, animalia item ex diſſimilibus naſci, iſtaque nõ ſemper, ſed ſtatutis quæque temporibus fieri. Quis inquam in his, quæ diſſimilia & contraria ſunt, æqualem, ac diſſimilem perfici ordinem attendit, nõ cõtinuo cogitat unam eſſe uirtutem, quæ iſta diſtinguat, atque diſponat? Hæc enim per ſe nunquã profecto conſiſterent, aut apparere poſſent, quod naturaliter ſibiĳnuicẽ contraria ſint. Nam aqua natura grauis eſt & ima petit, nubes cõtra leues, & ſuperna ſemper appetentes, & tamẽ grauiores aquas ferri nubibus cernimus. Terra itidẽ grauiſſima eſt, ut ea aqua ſit leuior, ab his tamẽ, quæ leuiora ſunt, quod eſt grauius fertur, neque dilabitur, ſed ſtat immobilis terra. Maſculus item non idem quod fœmina eſt. Vtrumq; tamen in unum cogitur, & ab utriſq; generatio una conficitur ſimilis animantis. Atque, ut breuiter dixerim, calido contrarium eſt frigidum, humidũq; ſicco repugnat, ubi tamen ſimul cõuenere, nõ ſecũ diſſident, ſed cõſenſu mirabili unum corpus, omniũq; generationem p̃ficiunt. Nunq̃ igitur quæ ſibi per naturã contraria, & repugnantia ſunt in unum per ſe ipſa coirent, niſi præſtantior eſſet, ac dominus, qui illa cõiungit. Cui ipſa quoq; elemẽta famulant̃, ut domino, & prompte cedunt, & ſemper obtemperãt, nec horum quodlibet ſuam naturam inſpiciens alteri reluctat̃. Sed agnoſcunt iam iungentẽ dominũ, concordiam adinuicem ſeruant, natura q̃dem contraria, ſed ad regentis nutum, mirabili amicitiæ coniuncta fœdere. Nam niſi p̃ſtantioris poteſtatis impio facta eſſet omniũ una commixtio, quo modo uel graue leui, uel humido aridum, uel rotundum recto, uel calidũ frigido, uel humo humor, aut Lunæ Sol, aut ſydera cœlo, aut nubibus aer miſceri, & cõuenire potuiſſent? Cum ſit cuiuſq; ad alterꝫ diſſimilis omnino natura. Alias eñ fuiſſet, horum aduerſum ſe ipſa magna diſſentio. Et cum aliud refrigeraret, aliud ureret, & graue deorſum traheret, leue ſurſum ecõtra ferret, Solq; illuſtraret, & aer obnuberet, aſtra quoq; aduerſum ſe diſſiderẽt, quod alia q̃dem ſuperius, alia ſint inferius poſita, nox item diei nunq̃ cederet, ſed pugnare aduerſus illã, ac diſſidere p̃ſiſteret. Porro ſi ſic iſta contingerent, nõ iam mundũ cõpoſitum, ſed ſumma confuſione reꝝ, neque ordinẽ, ſed temeritatẽ, non cõſtantiam, ſed plane inconſtantiã, nõ modũ, ſed immoderationẽ uideremus. Vniuſcuiuſq; enim diſcordia, & pugna, aut omnia ſimul tollerentur, aut id ſolũ appareret, quod ſupaſſet. Idq; rurſus cõfuſa omnia, & incõpoſita oſtẽderet. Quippe ſolum relictum reliquoꝝq; uſu deſtinatũ, hoc omne incongruũ efficeret, atq; incõcinnum. Veluti ſi pes ſolus, aut ſola manus reliqua eſſet, totius corpis deſyderaret̃ integritas. Nam qualis quæſo, mũdus eſſet, ſi ſolus appareret Sol, aut Luna, ſola mẽſtruum pageret curſum, ſi ſola nox, aut dies ſola obtineret? Quænã rurſus eſſet cõgruentia, ſi uel cœlũ ſolum ſine ſtellis, uel ſolæ ſtellæ ſine cœlo eſſent? Quid ṽo utilitatis afferret, ſi ſolum eſſet mare, uel ſi ſola terra ſine aquis, aliĳſq; creaturæ partibus in ſuo iaceret ſitu? Qua autẽ rõne, uel homo appareret in terris, uel ullum om̃ino anial, ſi elemẽtis aduerſum ſe diſſidẽtibus unum ex his obtineret, neq; ad corpoꝝ conſtantiã ſufficere poſſet? Non enim ex ſolo calido, aut ſolo frigido, uel humido ſolo, uel arido quippiã om̃ino cõſtaret. Sed eſſent confuſa om̃ia prorſus & incõpoſita. Ne ipm̃ q̃dem q̃d ſupare uideret̃, ſine alioꝝ opitulatiõe cõſtare quiuiſſet. Ideo q̃ppe modo cõſiſtũt, quod ſe mutuo amplectunt̃, & fouẽt. Quoniã igit̃ nõ temeritas, ſed ordo mũdo ineſt, neq; imoderatio, ſed modus, neq; incõpoſitio fœda, ſed honeſtus ornatus, mũdiq; aptiſſima oĩno cõpoſitio, neceſſe eſt ueniat in mẽtẽ, co

Omnia certis temporibus ſuũ uigorẽ exercent, ueluti humus fruges, ac pluuias nubes, & ſic de ſimilibus.

Vniuerſi connexio.

gitationemq; noſtrã, is qui iſta cõiunxit, atq; cõnexuit, eoꝝq; cõcordiã molitus eſt do/
minus. Et ſi ẽm minime oculis cernit̃, aut ex ordine, magnoq; conſenſu eoꝝ, quæ per na
turam contraria inuicem ſunt, intelligere poſſumus, hoꝝ principem, & ducẽ, atq; regẽ.
Ornatus uniuerſi. Sicut ẽm ſi ciuitatẽ ex multis uarijsq; mortalibus cõſtantem, paruulis, magnis, opulẽtis,
inopibus, ſenibus, iunioribus, maribus, fœminis, ordinate inhabitari uideamus, eosq; q
intus ſunt, multos licet, & uarios in unã cõſpirare concordiã, neq; diuites aduerſum pau
peres erigi, nec magnos cõtra paruos, neq; aduerſum ſenes, iuniores moueri, ſed omnes
ſimul per ſummã æquabilitatẽ tueri pacẽ. Si inquã iſta uideamus eiuſce ꝑfecto cõcordię
cauſam cõijcimus principis eſſe p̃ſentiã, & ſi illũ minime cernamus. Neq; ẽm ſi eſſent plu
res creaturæ principes, ſeruari poſſet hic tantus reꝝ ordo. Sed eſſent cõfuſa omnia, dum
quiſq; arbitrio ſuo õnia traheret, atq; aduerſus aliũ diſſideret. Sicut ẽm dicebamus deo/
rum multitudinẽ id efficere, ut ſine deo ſimus, ita fateri cogimur, multoꝝ principatum,
uerum auferre dominiũ. Cum ẽm illud ſibi uiciſſim tollant, nullus iam erit princeps. Sed
principatus deſyderatio apud oẽs p̃ualebit. Vbi uero princeps nõ eſt, ibi omnino deſy
derat̃ ordo, Sicut cõtra unus multoꝝ ordo, atq; cõſenſus, unum etiã indicat principem.
Veluti ſiqs de longe audiat lyram ex multis, uarijsq; fidibus cõpoſitã, eaꝝq; cõſonantiæ
miret̃ harmoniã, quod nõ ſola grauis uox ꝑficiat ſonum, neq; acuta tantũ, neq; ſola me/
dia, ſed oẽs pariter modo parili unum efficiunt concentũ, prorſus intelligit, nõ a ſeipſa
moueri lyrã, aut a pluribus ipſam pulſari, ſed unum eſſe muſicũ, qui ſingulaꝝ fidium ſo/
num in unam cõgruã cõſonantiã artis peritia miſceat, licet eum minime uideat. Ita cum
ſit omino concinnus mundi totius ordo, neq; ab inferioribus ſupiora, neq; a ſupioribus
inferiora diſſideãt, ſed unum ſimul oĩa ꝑficiant ordinẽ, cõſequẽs eſt, ut nõ plures intel/
ligamus, ſed unũ creaturæ totius principẽ, & regẽ, qui ſuo lumine oĩa illuſtret, & mo/
ueat. Neq; ẽm plures eſſe creaturæ authores, & principes arbitrari fas eſt, ſed unum eius
Aſſerit q. ſi plures dij fuiſſent, plures etiam mũdos creaſſent. opificẽ fideliſſima pietate credere cõuenit. Hoc etiã creatura ipſa apte indicãte. Eſt ẽm
id ueꝝ profecto, certũq; documentũ, quod unus ſit, q hoc omne creauerit, quod nõ plu
res, ſed unus ſit mũdus. Nam ſiqdem plures eſſent dij, plures quoq; mundos eſſe oporte/
ret, ac uarios. Neq; ẽm deceret multos unum fabricare mundũ, neq; unum a multis fieri
propter illa, q̃ ex his ſequerent̃ indigna. Primũ quidẽ, quod ſi a multis unus fieret mun/
dus, ille illoꝝ ſugillaret̃ infirmitas, quod unum opus multi ꝑegiſſent. Atq; ex hoc haud
breue traheret̃ indiciũ impfectæ cuiusq; ſciẽtiæ. Si ẽm ſufficeret unus, nequaq̃ plurimi
ſinguloꝝ ſuppleret̃ defectus. At uero in deo mancum aliqd dicere, nõ modo impium eſt,
ſed omne ſupgredit̃ nephas, nã & in hominibus nemo ꝑfectum opificẽ dicit, q quoduis
unum opus nõ ſolus, ſed multoꝝ ſolatio, & ope ſubnixus effecerit. Si autẽ qlibet potuit
ꝑficere totũ, ſocialiter tamẽ id egiſſe oẽs referant̃, ridiculũ id ꝑfecto erit. Quod ſi glo/
riæ cauſa unuſquiſq; operatus eſt, ne quaſi impotẽs exiſtimaret̃, huiuſmodi uanitatem in
dijs dicere ineptiſſimũ eſt. Deinde ſi quilibet ad totius opificium potens erat, quid opus
eſt pluribus, cum unus ad omnia ſufficiens ſit? Præterea impium ſimul, indignũque ui/
detur, ſi cum opus unum ſit, authores eius plurimi, differenteſque dicunt̃. Eſt quippe na
turalis ratio, unum, atque perfectum, pluribus, differentibusque pręſtare. Ad hæc illud
quoque ſciendum, quod ſi a plurimis mundus eſſet effectus, differentes utique haberet
motus, ſibique diſſimiles. Nam cum ad ſingulos authores aſpiceret, uarijs etiã motibus
ageretur. At uero in ea differentia, ſicut antea diximus, fœda eſſet incompoſitio, rerumq;
uaga temeritas. Nẽpe ẽm nec nauis ſi regatur a multis, recto nauigabit curſu, niſi unus
ſit, qui clauum teneat gubernator. Neque lyra ſi pulſetur a pluribus, concordem efficiet
ſonũ, niſi unus hanc feriat artifex. Igitur cum ſit creatura una, unus mũdus, & eius ordo
unus, unum q̃q; illinc opificẽ, & regẽ intelligere neceſſe eſſe. Idcirco ẽm & ipſe cõditor
unum omino mundũ fecit, ne ſi multos cõdidiſſet, multi etiã putarent̃ opifices, Sed unius
magis operis, unus quoque author eſſe crederetur. Nõ tamẽ quia unus eſt mundus. Po
terat ẽm & alios mundos facere deus. Sed quia unus factus eſt mũdus, neceſſe eſt unum
quoque eſſe ipſius opificem, credere. Quis ergo erit hic talis? Neceſſario enim id quoq;
inſi/

inſinuandum,atque dicendũ eſt,ne huius ignoratione ſeductus quiſpiam alterum ſuſpi
cetur,& in eandem rurſus impietatis foueam corruat. Arbitror autem neminem de eo
quiſnam ſit poſſe dubitare.Si enim quos Poetæ deos dicunt,deos non eſſe conuincit ra
tio.Et eos qui creaturã diuinis proſequuntur honoribus errare oſtendit,prorſusq; ido/
latria gentium ſine deo eſſe,atque impium demonſtrauit.His omnibus ſublatis,neceſſa
rio iam reſtat religionem noſtram,piam,ſolam,ac uerã confiteri,eumq; qui a nobis præ
dicatur,& colitur,ſolum eſſe uerum deum,& creaturæ dominũ,& huic ſubeſſe omnis
opifices.Quis igitur hic eſt niſi ſanctiſſimus,& qui omnẽ conditã ſubſtantiã trãſcendit
Chriſti pater?Qui tanquã gubernator optimus,ſapientia ſua,& uerbo,domino noſtro
Ieſu Chriſto cuncta ſalubriter moderatur,regit,atque diſponit.Facitq;,ut faciẽda opti/
me ipſe cenſuerit.Ea ꝟo ſe habent optime,quæ & facta uidemus,& fieri cernimus.Hoc
enim & ipſe uult.Nec eſt quamobrem quiſpiam his deroget fidẽ.Nam ſiquidem ratiõe
careret creaturæ motus,& temere hoc omne ferretur,non iniuria fortaſſe quiſq; iſta nõ
crederet.Si autem ſapiẽtia & ratione,& ſcientia conſtat,omniq; ornatu inſignitum eſt,
neceſſe eſt præſulem iſtum,& illuſtratorem,non eſſe alium quam Dei uerbũ. Verbum
autẽ dico,non quod per ſingula quæ dicunt,innectitur,ſimulq; procedit,quod etiã ſe/
minale uerbum quidam appellare conſueuerunt,inanimatum,nihilq; cogitans,aut in/
telligens,ſed exteriore ſolum arte operans,pro arbitrio,& diſciplina uolentis,neq; qua/
le eſt rationalis generis uerbum,quod ex ſyllabis compoſitum in aere ſignificat. Sed bo
ni patris,& dei omniũ uiuum,& authorẽ deum ipſum uerbũ dico.Quod cum aliud q̃d
ſit,qua genita,& creata omnia,ꝓprium,ac ſolũ patris optimi ſubſiſtit uerbũ.Quod hoc
omne diſtinxit,atq; cõpoſuit,ſuaq; illuſtrat prouidẽtia. Quippe,cum patris boni bonũ
ſit uerbum,omniũ diſtinxit,ac diſpoſuit ordinẽ,cõtrarijs quidem contraria ſuæ maieſta
tis uirtute cõnectens,atq; ex his unam congruentiã moliens.Hoc dei uirtus,& dei ſapi/
entia eſt.Cœlum perpetuo uertit,terramq; ſuſpẽdens,in nihilo nutu proprio,& uolũta
te ſolidauit.Hoc illuſtrat Sol,ut orbi radijs ſui ſplendoris effulgeat. Hoc Luna mẽſtruis
uicibus uaria luce niteſcit.Per hoc & aqua libratur in nubibus,& imbres irrigant terrã,
mareq; ſuis terminis cingitur,& humus omnigenũ arborũ,frugum,herbarum,florum
uarietate diſtincta uireſcit.Quod ſiqs forte infidelis quærit ea,quæ dicta ſunt,an uerbo
dei ſint condita,inſanit quidem,qui eſt eiuſmodi de uerbo dei dubitare audens. Poteſt
tamen ex uiſibilibus rebus admoneri,euidenti ſatis documẽto,oĩa dei uerbo ſapiẽtia/
q; conſiſtere,neq; conditũ aliquid firmari potuiſſe,niſi uerbo factum eſſet,& uerbo dei,
ſicut dictum eſt. Verbum autẽ hoc non humano,ut dixi,more compoſitum ex ſyllabis. *Verbum patris quale.*
Sed patris ſui incõmutabilis imago eſt.Homines eñ cum ex partibus compoſiti ſint, &
ex nõ exiſtentibus conditi,cõpoſitum,ac ſolubile habẽt,& uerbum.At ꝟo deus,q ſem/
piternum eſſe habet,incompoſitus eſt,Idcirco & eius uerbum,quod pari ratione eſſe ha
bet,cõpoſitũ non eſt.Sed unus eſt,atq; unigenitus deus,qui ex patre ueluti ex fonte bo
no,bonus prodiens,cuncta diſponit,& continet.Cauſa ꝟo,per quam dei uerbum con/
dita omnia fecit,eſt profecto mirabilis,indicaturq; extra ea nõ potuiſſe aliter fieri. Nam
conditarum rerum omnium natura,quippe,quæ ex nõ exiſtentibus ſubſiſtit,fluxa eſt,
imbecillis,mortalis ſi per ſe inſpiciatur.At uero Deus omnium bonus,& ſumme bonus
per naturam eſt,Idcirco & clemens eſt,atque pijſſimus.Bonus ꝟo cum ſit,nullius rei in/
uidia tangitur.Vnde & nemini eſſe inuidit.Sed omnes eſſe uult,ut habeat erga quos be
nignitate uti poſſit.Cum igitur cerneret omnem genitam naturam conditionis ſuæ ra/
tione fluxam eſſe,atque diſſolui,uti ne iſtud pateretur,totumque hoc rurſus ſolueretur
in nihilum & eſſe deſineret,ſempiterno uerbo ſuo conditis omnibus,& in ſubſtantiam
prouecta creatura/nõ eam permiſit natura ſuapte ferri,atque iactari,neue rurſus pericli
taretur ad inane deuolui,eſſentiaq; priuari.Sed ut ſumme bonus uerbo ſuo,& ipſo deo
totam ſimul regit,atque conſtituit,ut uerbi principatu,& prouidentia,ac diſpoſitione
illuſtrata creatura permanere firmiter poſſit,utpote eius,qui uere ex patre prodijt,uer/
bi particeps facta,ac per ipſum,ut eſſe poſſit adiuta,ne patiatur,q̃d paſſa eſſet neceſſario

niſi

niſi leuaretur a uerbo,ſcilicet ne eſſe deſineret. Id autem eſt imago Dei inuiſibilis pri/
mogenitus omnis creaturæ,quoniam per ipſum,& in ipſo conſiſtunt omnia uiſibilia &
inuiſibilia,& ipſe eſt caput eccleſiæ. Sicut ueritatis magiſtri in ſanctis literis docent. Ipſe
Chriſtus caput eccleſiæ. deniꝗꝫ omnipotens ac perfectus,ſanctus patris ſermo inuectus omnibus/ & uiribus ſuis
omnibus in locis exertis,illuſtransꝗꝫ ſimul omnia uiſibilia & inuiſibilia. cuncta in ſeipſo
continet/atque conſtringit,nihil omnino relinquẽs ſua uirtute deſtitutum. Sed omnia,
& per omnia ſeorſum ſingula,& ſimul uniuerſa uiuificans/ & perfecte cuſtodiens. Ac
principia totius ſubſtantiæ uiſibilis,calidum ſcilicet & frigidum,humidum & aridum,
in unum coacta coniungens,ſecum non diſſidere facit. Sed unam & conſonam harmo/
niam omnia ſimul efficere. Per ipſum nempe,ipſiusque uirtute,neque calidum frigido,
nec ſicco humidum reluctatur. Sed amica,& ueluti cognata euaſere,quæ per ſeipſa inte
rim contraria fuerant. Conuenientiaꝗꝫ ſimul,& uitam uiſibilibus præſtant, & corpori/
bus,ut ſint principia,fiunt. Huic ſane deo/dei uerbo obtemperantia, & quæ terris ſunt,
uiuificantur, & quæ ſunt in cœlis conſiſtunt. Atque ideo mare quidem totum, & ma/
gnus oceanus,motus ſuos intra ſuos terminos cohibet. Tellus item omnis herbida ua/
rijs ueſtita floribus,omnigenisꝗꝫ,ut dixi,arboribus compta,lætam ſui faciem cernenti/
bus exhibet. Ac ne ſingulis immorer quę aperta ſunt,nihil eſt in rerum natura,quod nõ
ſit in ipſo,& per ipſum,& factum fuerit & conſiſtat,ut ait inclytus ille Theologus. In prin/
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Omnia per ipſum
facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil,quod factum eſt. Velut ſi muſicus lyra diligenter
inſtructa,grauia acutis,& alijs media per artis peritiã iungens,unum ex omnibus cõſo/
num efficiat melos. Ita & dei ſapiẽtia,hoc totũ,ac ſi lyram tenẽs,& terrenis aeria,aereisꝗꝫ
cœleſtia copulans,& ſingulis uniuerſa cõnectens,nutuque ac uoluntate circumagens,
mundũ unum,& unum eius ordinẽ pulchre atque aptiſſime conficit. Ipſe quidem apud
patrẽ immobilis permanẽs cunctaꝗꝫ ſua cõſtantia mouens,ut ſuo eſt libitũ patri. Quod
enim mirabile eſt ipſius diuinitatis inſigne,uno eodẽque ſuæ poteſtatis nutu,non ex in/
teruallis. ſed ſimul oĩa porrecta,rotũda,ſupiora,media,infima,liquida,frigida,calida,
uiſibilia & inuiſibilia pro cuiusque natura agit atque diſponit. Vno enim ipius nutu &
rectum recti iure,rotundũque rotundi circumagit lege,mediũꝗꝫ,ut eſt,mouetur,cale/
ſcit calidum,aridũque ſiccatur,& omnia iuxta naturæ ſuæ rationẽ,uitã ab eo cõſtantiã/
que pcipiunt. Ac per ipſum mirabilis quædam,& diuina profecto harmonia perficitur.
Similitudines aptiſſimæ. Atque,ut exemplo propoſito res tãta poſſit intelligi. Sit huius rei magnus quidem cho
rus imago. Sicut igit cõſtante choro ex diuerſis hominibus,pueris,mulieribus,iuniori/
bus,ſenioribus,unoꝗꝫ chori principe ſignificãte,qlibet pro ingenio ac uirtute ſua ſe ex/
ercet,uirꝗꝫ ut uir,& puer ut puer,ſenex item ut ſenex,& iuuenis ut iuuenis canit,oĩesꝗꝫ
unum efficiunt amœnum ſuauẽꝗꝫ cõcentum. Vel ſicut aĩa noſtra ſenſus corporeos in
puncto tẽporis,ſecundũ cuiusque officiũ mouet,ut pſente una re,ſimul oĩes mouean/
tur. Et oculus uideat,auris audiat,tangat manus,olfactus pcipiat odorẽ, & guſtus itidẽ
guſtet. Sæpe uo & alias corporis partes,ut pedes etiam ambulent. Siue,ut tertio ad hoc
ſignificandũ utamur exẽplo. Sicuti magna ædificata ciuitate,q̃ a conditore ſuo principe
ac rege adminiſtratur & regitur,pſente illo & imperante,& ad oĩa iaciente oculos,ſe/
quuntur omnes. Et alij qdem ad agriculturã,alij rigandi gratia,ad aquarum properant
ductus,alius frumentatũ proficiſcitur,& hic ad curiam uadit,ille eccleſiam ingreditur,
& iudex ad iudicandum,princeps uero ad danda iura legesque reſidet,pergitque con/
tinuo artiſex quidem ad ſuum miniſterium,nauta uero ad mare deſcẽdit,faber item ad
ſuum quiſque opus,ad curandũ medicus,cementarius ad ædes conſtruendas proficiſci/
tur,& ille quidem egreditur in agrum,ille ex agro regreditur,alij in ciuitate uerſantur,
alij urbem exeuntes,in eam denuo redeunt. Hæc autem omnia principis unius præſen/
tia,eiusque imperio,& conſtituto fiunt,atque conſiſtunt. Eadem ratione,& ſi exemplũ
ſit per exiguum in omni creatura,maiore tamen mente oportet intelligi. Nam ſub uno
momento nutus cuiuſque dei,uerbi,ſimul hoc omne pulchre diſponit,& a ſingulis,quę
ſunt

ſunt ſui muneris, fiunt, ac ſimul ab omnibus unus ordo perficiẽ. Nutu eñ ac uirtute re/
ctoris, & omniũ principis diuini paternicq; uerbi, cœlũ uertitur, aſtra mouenẽ, lucet Sol,
& Luna ſuos circulos pagit, ab ipſo illuſtraẽ aer, æther incendiẽ, ſpirant uenti, montes in
ſublime porrecti tenduntẽ, undis mare agitur, & q̃ in ipſo ſunt aĩalia nutriuntẽ, terra im/
mobilis permanẽs, ferendis frugibus ſemina ſuo cõſouet gremio, formatur homo, & ui/
uit & moriẽ, & oĩa prorſus aĩalia mouentur. Vrit ignis, aqua refrigerat, ſcaturiũt fon *Mira Athanaſij facundia.*
tes, & amnes inundant, tẽpora tranſuolant, adueniũt horæ, deſcẽdunt pluuiæ, nubes im/
plentur, grando demittiẽ, labitur nix, & in cryſtallũ glacies cõcreta ſolidaẽ, uolitãt aues,
reptilia ſerpunt, natant aquatilia, nauigatur Mare. humus aſpecto ſemine ſuis queq; tem
poribus uirentia ꝑfert, creſcunt arbores, atq; ex his aliæ uigent, fructusq; ferunt, a iæ ad
maturitatẽ prouehũt genitos, aliæ ad incremẽta ꝑuectæ ſeneſcũt, atque deficiunt: & alia
qdem pereunt, alia naſcunẽ, & in lucẽ prodeunt. Hæc autem oĩa, & multo plura his, q̃
pro multitudine numerare non poſſumus, mirabilis ꝑfecto, & mirabiliũ effector operũ
deus, dei uerbũ illuminãs atque uiuificãs, nutu ſuo mouet, ordinat, regit, unum efficiẽs
mundũ, nõ extra ſe inuiſibiles uirtutes, aut a ſua ditione extorres dimittẽs, has eñ illarũ
quoq; cõditor una cõplexus, inter oĩa cõtinet, ſuoq; uiuificat nutu, atq; ꝓuidentia. Ni
hilq; eſt, cur huic rationi fides derogãda ſit. Sicut eñ prouidẽtia ipſius augenẽ corpora,
& rationalis mouetur anima, rationẽq; ac uitam habet, idq; ꝓbatione nõ indiget, quip/
pe iſta cernimus fieri. ita rurſus dei uerbũ uno ac ſimplici nutu, poteſtatis ſuæ uiſibilem
mundũ, inuiſibilesq; uirtutes mouet & cõtinet, cuiq; propriũ diſtribuens munus, ut di/
uinæ qdem ille inuiſibilesq; ſubſtantiæ, diuinius moueanẽ, uiſibilia ꝟo prout cernunẽ,
agantur. Porro ipſum in oĩbus diuinũ uerbum dux, & principes, & rex, atq; cõſtantia
omniũ eſt, oĩaq; ad gloriã patris ſui operatur, quodãmodo per uiſibilia opera ſua nos
docens, & clamãs. Ex creaturæ magnitudine, & ſpecie, creator aſpicitur. Sicut enim in/
tendentes in cœlum/& ipſius intuentes ornatũ, & ſyderum lucẽ, cogitamus dei uerbũ,
quod iſta diſponit, ita neceſſario, & ipſius patrẽ intelligimus. Ex quo prodiẽs, ipſius me/
rito interpres & nuncius dicitur. Idque ex humanis rebus colligere poſſumus. Nam ſi
procedente ex hominibus uerbo, fontem eius animũ eſſe cogitamus, & hauſto uerbo,
ſignificantẽ animũ cogitatione uidemus, multo profecto maiore imagine, & excellẽtia
incomparabili, uirtutem uerbi intuentes, cogitatione ꝑcipimus, etiã ipſius patrẽ, ut ipſe
Saluator ait. Qui uidet me, uidet & patrẽ meũ. Hæc autem & omnis diuinitus inſpirata
ſcriptura, apertius & excellentius prædicat, ex quibus nos quoque diuinis literis admo
niti, tibi iſta conſcribimus. Eas uero tu relegens, poteris, quæ dicimus credere. Sermo
enim maiori authoritate roboratus, certum & irrefragabile habet documentum. Pri in/
cipio igitur ſermo diuinus de tollendis idolis, Iudæorum populum præmonuit, dicens.
Non facies tibi idolum, neque omnem eorũ ſimilitudinẽ, quæ in cœlo ſupra, & quæ in
terra infra ſunt. Cauſam uero, cur ea tolli iubeat, alio in loco ſignanter aperit, dicens. Si/
mulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum, Os habent & non *Simulachra gentium.*
loquentur, oculos habent & non uidebunt, aures habent & non audient, nares habent,
& non odorabunt. Manus habent & non palpabunt, pedes habẽt & non ambulabunt.
Neque uero omiſit nos de creatura quoque admonere. Sed illius non ignarus pulchritu
dinis, ac prẹuidens, ne qui forte illius ſpecie attracti, non ut dei opera, ſed ut Deum cole/
rent, ꝓmonuit homines, dicens. ut ne aſpiciens oculis, & uidens Solem & Lunã, omnẽq;
ornatum cœli, ſeductus adoraueris, ea quæ dominus deus tuus diſtribuit omnibus gen
tibus q̃ ſub cœlo ſunt. Diſtribuit autem, nõ ut ipſa illius eſſent dij, ſed ut eorũ miniſterio
admoniti, cognoſcerent gentiles creatorẽ omniũ deum, ut ꝑdictum eſt. Dudum eñ iu/
dæorum populus amplioris doctrinæ gratia reficiebatur. Quippe, qui non ſolum ex cre
aturæ operibus, uerum & ex diuinis literis dei ſcientiam hauriebat. Prorſus uero ho/
mines ab errore, & irrationabili phantaſia idolorum retrahens, ait. Non erunt tibi dij
alij præter me. Nec uero quaſi eſſent Dij alij, habendos eos prohibet, ſed uti ne quis, a
uero aduerſus deo, ſibi quæ nõ ſunt, deos inciperet fingere. Quales ſunt, qui apud poe/

tas & ſcriptores reliquos nominati ſunt. Quos ſupra nō eſſe deos oſtēdimus. Sed & ipſa dictio nō eſſe illos deos manifeſtat, qua dicit̃. Nō erunt tibi dij alij, quod in futuro ſignatur. Quod autē in futurū fit, tunc non eſt, cum fore p̄dicit̃. An uero ſublata gentili impietate deorum falſorū tacuit diuina admonitio, permiſitq; paſſim humanū genus abſque ueri dei tranſire noticia? Minime id q̄dem, ſed anticipat animū imbuens, ac dicēs. Audi Iſrael, Dominus deus tuus, dominus unus eſt. Rurſumq;. Diliges dominū deum tuum, in omni corde tuo, & in omni uirtute tua. Et iterū. Dominū deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies, & ei adherebis. Quod autē & uerbi per oīa & in omnibus prouidentia & diſpoſitio, ab omni ſcriptura diuinitus inſpirata, teſtimoniū habeat, ſufficiunt, quæ modo dicent̃, oſtendere, fidemq; uerbis noſtris facere. Sic eñi aiunt uiri illi inclyti, ſummiq; theologi. Fundaſti terrā & permanet, ordinatione tua perſeuerat dies. Et rurſus. Pſallite deo noſtro in cithara, qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiā. Qui producit in montibus fœnū & herbā, ſeruituti hominū. Qui dat iumentis eſcam. Per quē autem dat niſi per eum, per quē facta ſunt omnia? Per quē enim facta ſunt, eius neceſſario prouidentia cuncta regunt̃. Quis igit̃ hic eſt niſi dei uerbum? de quo & alibi dicit̃. Verbo *Omnia uerbo dei creata ſunt* domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius oīs uirtus eorū. Namq; oīa per ipſum, & in ipſo facta legunt̃, ſicuti nos admonet dicēs. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Ita & magnus ille per oīa Moſes in principio mundanæ creationis affirmat, exponens quod dicit̃, dum ait. Et dixit deus. Faciamus hominē ad imaginē noſtrā, ac ſimilitudinē. Nam & cœli, & terræ, & omniū conditionē inſtituens, uerbo dixit. Pater, Fiat cœlum, & congregent̃ aquæ. & appareat arida, & p̄ducat terra herbā, & omne animal. Ex q̄bus profecto teſtimonijs, Iudeos quoq; merito cōfutare & arguere cuiuis in promptu eſt, qui non recte ſcripturas intelligūt. Cui enim loquebat̃ deus, ubi & præcipiens loquitur? Si q̄dem his q̄ fiebant imperabat, & colloquebat̃, ſuperfluus erat ſermo. Nec dū enim illa erant, ſed futura. Nemo autē ei qui nō eſt, loquitur. Neq; ut fiat præcipit, & loquitur ei, qui nec dum factus eſt. Si eñi futuris imperabat, oportebat dicere. Eſto cœlū, & eſto terra, & procede herba, & fiere homo. At iſtud q̄dem non dixit, ſed præcipit, dicens. Faciamus hominē, & procedat herba. Ex q̄bus oſtendit̃ deus ad aliquē ueluti proximum de huiuſmodi loqui, cū quo & colloquēs faciebat oīa. Quis autem iſte ſit, niſi ipſius uerbū? Quomodo eñi dicemus loqui deū, niſi uerbo ſuo? Aut quis illi aderat facienti omnē ſubſtantiā conditā? niſi eius ſapiētia quæ dicit. Quando faciebat cœlū & terram, aderam ſimul cum eo. Appellatione autē cœli & terræ, quę in cœlo, & quę in terra ſunt condita cuncta cōplectitur. Pręſens autē una, ut ſapientia & uerbum aſpiciēs patrē, creabat hæc omnia. & conſtituebat atque diſponebat, uirtusq; exiſtens patris, cuncta ut eſſent roborabat, ſicut & Saluator ait. Omnia quæ uideo patrem facientē, & ego ſimili*Quod multi pater etiam filius & quid filius etiam pater.* ter facio. Et per ipſum autē, & in ipſo facta eſſe oīa, ſancti eius diſcipuli docent. Quodq; bonus ex bono genitus, & uerus exiſtēs filius, uirtus eſt patris, & ſapientia, & uerbum. Neque per participationē huiuſmodi eſt, neq; iſta illi extrinſecus accedunt, eorū inſtar qui eius participes ſunt, & per ipſum ſapientes fiunt, atque in ipſo fortes ac rationabiles euadunt. ſed ipſe ſapientia, ipſe uerbum, ipſe propria eſt potentia patris, ipſe lux, ipſe ueritas, ipſe iuſtitia, ipſe uirtus, ſed & figura expreſſa, ac ſplendor & imago: &, ut breuiter dicam, perfectus undiq; patris fructus exiſtit, & ſolus eſt filius imago incōmutabilis patris. Quis igitur, quis enumerans enunciet patrē, ut eius uerbi quoq; uirtutes inuenire, & explicare queat? Eſt enim ſicuti patris uerbum, & ſapiētia, ita & cōditis cōdeſcendēs, ut genitorem cognoſcere & intelligere queat, efficitur ipſe ſanctificatio, ipſe uita, ianua, paſtor, uia, Rex, atque Dux, & in omnibus Saluator, atque uitæ auctor, luxq; & prouidentia omniū. Huiuſmodi igitur bonū, & creatorē filiū habēs, ex ſeipſo pater, nō obſcurum eſſe mortalibus uoluit, ſed ex conſtantia uitaq; omniū, ipm omnibus quotidie reuelat. In ipſo autē, & per ipſum, etiā ſemet inſinuat, ſicut & Saluator ait. Ego in patre, & pater in me eſt, ut neceſſario in genitore appareat uerbum, genitusq; cum patre ſempiternus ſit. Cum autē hæc ita ſe habeant, nihilque extra illū ſit, ſed cœlū quoque & terra, &

quæ

quæ in eis ſunt ex eo pendeāt,mortales tamē ſtolidi huius abiecta notione,ac religione,
quæ non ſunt,illi in honore ꝓtulerunt. Ac pro deo q uerc eſt,quæ non ſunt,diuinis pro/
ſequuntur honoribus,creaturæ potius q̃ creatori ſeruiētes,rem patiētes ſtulticiæ,& im/
pietatis profecto plenā. Non ſecus,ac ſi quis artificis opera,non ipſum miretur artificē,
opificiaq; ciuitatis obſtupeſcens,eoꝝ conculcet opificem. Aut ſi qs muſicum laudet in/ *Si quis opifi-*
ſtrumentum,eum ꝟo,qui id compoſuit/ & inſtruxit,abijciat. Stulti omnino,& mentis *ciū,laudet etiā*
oculis excæcati. Quo enim pacto aliter noſſe potuiſſent,aut ædificium,aut nauem,aut *opificem.*
lyram,niſi hæc,uel nauium faber operatus,uel architectus,fabricatus eſſet,uel muſicus
compoſuiſſet? Quemadmodum igitur,qui iſta uoluit,inſanit,omnēq; ueſaniæ trāſcen/
dit modum,ita mihi uideri ſolent nō ſano eſſe animo,qui deum non agnoſcentes,ipſius
uerbum uenerari negligūt,redemptorē omnium dominū noſtrum Ieſum Chriſtum,
per quem pater omnia diſponit,& continet,& omnium prouidentiā agit. In quem tu fi/
deliter,ac religioſiſſime credens. O amice gaude,& bono eſto animo,nihil ambigens,
fructum huius in illum fidei,atq; pietatis,immortalitatē eſſe,ac cœloꝝ regnum,ſi modo
iuxta ipſius leges anima ordinata,& inſtructa fuerit. Sicut enim his,qui ex illius ſentētia *Præmiū bonoꝝ*
conuerſantur,præmium æterna uita eſt,ita & qui contrariā uirtuti pergunt uiam,cōſu/ *rum eſt uita*
ſio ingens,& ſine uenia periculum in die iudicij manet. Quod licet agnouerint uerita/ *æterna.*
tis uiam,contraria tamen his geſſere,quæ nouerant.

FINIS Libri Athanaſij Alexandrini Epiſcopi,
contra Gentiles.

EIVSDEM ATHANASII EPI-SCOPI, DE INCARNATIONE VERBI, EIVSQVE AD NOS PER CORPVS, ADVENTV, LIBER SECVNDVS INCIPIT.

SAtis quidem in his,quę pręmiſſimus,de execrabili errore,& ſuperſtitio/
ne Gentilium diximus,quo pacto ſcilicet initio ſimulachra inuēta ſunt,
quodq; ex malicia homines huiuſmodi ſibi nepharium inſtituerunt cul
tum. Sed & pauca per Dei gratiā de paterni Verbi deitate ſignauimus,
deq; illius in omibus prouidētia , atq; uirtute,ut ſcilicet bonus pater per
ipſum cuncta diſponat/& omnia moueanť ab ipſo,& in ipſo uiuificata,
lætentur. Age nunc Machari fideliſſime,quæ ſunt reliqua uideamus,ac religioſa deuo
tione de incarnatione Verbi,deq; diuino ipſius aduētu ad nos/pro uiribus diſſeramus.
Quem Iudæi quidem in ius uocant,gentiles irrident,nos autem ſupplices adoramus,ut
magis ex manifeſtata Verbi humilitate,maior,atq; auctior in ipſum ſurgat noſtrę deuo
tionis affectus. Eo enim maius habet ſuæ diuinitatis teſtimoniū,quo magis apud infide
les irrideť. Quia quæ homines nō capiunt,ceu impoſſibilia,hæc poſſibilia,ipſe mōſtra/
uit. Et quæ ut indecentia irrident,mundanæ profeſſores ſapientiæ,ea ipſe pietate ſua de/
centiſſima fecit. Et quæ ueluti humana arguti,irrident, hæc ipſe potentia ſua diuina de/
clarauit,dum ſupſtitionem idoloꝝ ea,quæ putatur,utilitate ſua per crucem deſtruit,ir/
riſoresq; illos,& incredulos inuiſibiliter,ut diuinitatē ipſius,& potentiā recognoſcant;
quotidie inducit. Cæteꝝ ad iſta explicanda/operæpꝛcium eſt priora recolere, ut etiā cau
ſam,cur tantū,ac tale dei Verbum in corpore manifeſtatū ſit,queas agnoſcere,ne putes
naturalis cōſequentiæ ordine Saluatorē corpus ſuſcepiſſe,ſed cum eſſet natura incorpo
reum dei Verbum,per ſummā tamē clemētiam,& bonitatē patris ſui,pro ſalute noſtra
nobis in humano corpore fuiſſe reuelatū. Sed em̄ priuſq̃ iſta eloqui aggrediamur,de cre
atione reꝝ,eiuſq; creatore deo,pauca dicenda ſunt,ut ſic eius quoq; innouationē ab eo
qui hanc ab initio c ›diderat,deo dei uerbo merito factam/digne animaduertere poſſi/
mus. Nihil enim profecto inconueniens uidebitur,ſi per quem illam condidit pater,in

ipſo eiusquoque ſalutem operatus ſit. Mundanæ molis ſabricam, eiusq; creationẽ multi

Epicurei omnia fortuito ẽe facta ſenſerunt ultro ſeu fortuito ac temere.

uarie expoſuerunt, & quiſq; prout ſibi uiſum eſt, ita de ea diffiniuit. Alij em̃ ſicut Epicurei, ultro ac fortuito facta dicunt omnia, hi etiã prouidentiã tollunt, ac ſeipſos deſtruũt, dum certis/manifeſtisq; rebus cõtradicunt. Si em̃ ſponte ſua & ſine prouidentia (ut ipſi uolunt) facta ſunt omnia, oportuit ea ſibi ſimilia, paſſim ac ſimpliciter fieri, nullamq; rerum eſſe differentiam. In mundo em̃, perinde atq; in uno corpore unum debuerant eſſe omnia, aut Sol, aut Luna, aut una quæuis reliquarũ partium, & in hominibus itidem totum eſſe debuit, manus, aut oculus, aut pes. At nunc non ita eſt, ſed uidemus aliud eſſe Solem, aliud Lunam, aliud t. rrã. Et in humanis corporibus aliud manum, aliud pedem,

Platonicorum error coarguitur ſuper rerũ creatione.

aliud caput. Porro hic tantus ordo, tamq; ſingularis diſpoſitio, non ultro hæc facta declarat, ſed cauſam præceſſiſſe ſignificat, per quam tanti operis principem & creatorẽ Deũ eſſe datur intelligi. Alij uero, quorum eſt princeps magnus ille apud eos Plato, ex ſubiecta inſectaque materia deum omnia feciſſe autumãt. Nõ enim quiuiſſe deum aliquid facere, niſi ante fuiſſet ſubiecta materia. Sicuti & fabro lignum oportet ſubiectum eſſe, ut poſſit operari. Non intelligunt, qui ſunt huiuſmodi, deum ſe imbecillum facere. Si enim non eſt ipſe materiæ author, ſed ex ſubiecta iam atque parata molitur om̃ia, infirmus eſt qui ſine lignis nihil rei neceſſariæ poſſit efficere. Hac nẽpe ratione, ſublata materia/deus nil fuiſſet operatus. Et quomodo iam conditor & author diceretur, qui facere accepiſſet ab alio, a materia ſcilicet? Erit autem, ſi ita ſit, deus tantum artifex/non etiam creator eſſentiæ. Siquidem per materiam ſubiectam operatur, nec eſt author ipſe materiæ. Nulla enim ratione creator dici poſſet, niſi condidiſſet ipſe materiam, ex qua etiam, quę ſunt

Aliis error ſuper mundi creatione.

condita, faceret. Alij ab hæreſi profecti/creatorem ſibi alium fingunt, præter patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Multum ſane, & circa ea quæ dicunt, cæcutientes. Nam dicente ad Iudæos domino, Non legiſtis, quia qui ab initio creauit, maſculum & fœminã, creauit eos, & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum/& matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una? Deinde creatorem ſignanter adijciens. Quos ergo (inquit) deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Quo modo iſti nouam, & a patre diuerſam creationem inducunt? Porro ſi iuxta Ioannẽ, qui cuncta comprehendit, inquiens. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Quomodo erit alius conditor/præter patrem Chriſti? In hunc mundum iſti delirant. At uero diuina doctrina, & Chriſtiana fides/hanc illorum uanitatem, ut impiam, exhorreſcit. Neq; em̃ ſponte ac fortuito, quod non ſint abſque prouidentia, neque ex præſubiecta materia, quia non eſt imbecillus deus, ſed ex non exiſtentibus, quæ nuſquam erant/omnia eſſe/iuſſiſſe deum/per uerbum ſuum nouit. Sicuti per Moſen dicitur, In principio fecit deus cœlum &

Liber paſtoris

terram. Ille quoq; paſtoris perquam ſane utilis liber/primo omniũ inquit. Crede unum eſſe deum, qui omnia creauit ac perfecit, & ex non exiſtentibus ad eſſe produxit. Quod & Paulus ſignificans/ait. Fide intelligimus, uerbo dei perfecta eſſe ſæcula, ut ex non apparentibus uiſibilia fierent. Deus enim bonus eſt, immo fons ipſe bonitatis. Porro au

Dei circa genus humanum clementia.

tem nullius rei inuidia ſubeſt. Ideo nemini eſſe inuidẽs per uerbum ſuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex non exiſtentibus om̃ia fecit. Atque inter omnia, quæ ſunt in terra condita, humanum genus miſeratus, uidensq; illud non ſufficere conditionis ſuæ ratione/ad permanendum ſemper, plus aliquid illi indulſit. Neque enim tantummodo, ut cætera bruta & terrena animalia, cõdidit homines, ſed ad ſuam eos finxit imaginem, uirtutis ſuæ illos participes faciens, ut uerbi ſui quaſdam ueluti umbras habentes, ratio

Arbitrii humani uertibilitas

Quæ fuerit primis parentibus in paradiſo diuerſantibus lex data.

nalesque facti, permanere in beatitudine poſſent, uiuentes ueram & fœliciſſimam in paradiſo ſanctorum uitam. Sciens item humanum arbitrium in utramq; partem poſſe declinare, indultam illis gratiam, & lege & loco præmunire curauit. In paradiſum enim illos inducens, legem eis dedit, ut ſiquidem ſeruarent acceptam gratiam, boniq; perſiſterent, haberent in paradiſo uitam mœrore omni, & dolore ac ſolicitudine uacuam, adiecta illis repromiſſione cæleſti, immortalitate fruendi. Sin autem trãſgrederentur legem, atque auerſi fierent mali, ſcirent ſe naturalem mortis corruptionem eſſe paſſuros. Nec

iam in

iam in paradiſo uicturos,ſed extra illum morientes,in mortem putredinemq; ſoluẽdos.
Hoc autem & diuina ſcriptura præſignat,dicẽs ex perſona dei. De omni ligno,quod eſt
in paradiſo,comedes,de ligno autem ſcientiæ boni & mali,non comedatis. Quacunq;
autem die comederitis,morte moriemini.Quid autem eſt aliud dicere,morte moriemi
ni,niſi illos non ſolum denunciare morituros,uerum & in mortis corruptione perman/ *Morte moriemini quomõ.*
ſuros? Miraris forte,quid/cum de incarnatione Verbi dicere inſtituerimus,nunc de na
turæ humanæ principio diſſeramus,ſed hoc a propoſito & intentione noſtra alienũ nõ
eſt.Neceſſe eſt enim,ut cum de aduentu ad nos Saluatoris noſtri dicimus,etiam homi/
num principia repetamus,ut ſcias ex cauſa noſtra deſcenſus illius occaſionem rationẽq;
fuiſſe,præuaricationemq; noſtram/ uerbi acceſſiſſe clementiam,ut ad nos quoque de/
ſcenderet, & appareret inter homines deus,Illius eñ incarnatiõis & humanitatis nos oc *Verbũ dei propter noſtrã ſalutem caro factum.*
caſio fuimus,& ſalutis noſtræ cauſa/dignatus eſt in humano corpore naſci,atq; appare/
re.In hunc igitur modum deus hominem fecit,& permanere immortalem uoluit. Ve/
rum homines per negligentiam atque contemptum auerſi a Dei cogitatu,adinuenerũt
ſibi mala,ſicut in priore libro docuimus,exceperuntq; prius intentatam ſentẽtiam mor/ *Homines auerſi a dei cogitatu.*
tis.Neque iam,ut conditi ſunt,permanſere,ſed pro cogitationum ſuarum uanitate/cor/
rupti ſunt,morsq; aduerſus illos pręualuit,regnans.Nam præuaricatio mandati,illos ad
naturæ ſuæ reuocauit originẽ,ut ſicut cum non eſſent,conditi ſunt,ita illius eſſentiæ ſuę
corruptionem pro tempore ſuſtinerent/& merito. Si enim, cum aliquando non eſſent
per naturam,p̃ſentia & benignitate Verbi/ad eſſe uocati ſunt,conſequens omnino fuit,
ut priuati dei cognitione homines, & in ea,quæ non ſunt,auerſi (Non ſunt enim mala,
ſunt autem bona,quandoquidem ab eo,qui uere eſt,deo facti ſunt) ſemper eſſe deſine/ *Mala non eſſe.*
rent,id eſt diſſoluti in morte, & corruptione perſiſterent. Eſt enim per naturam homo
mortalis,quippe ex non exiſtentibus conditus.Cæterum ſi illius ſimilitudinem, qui ue/ *Homo per naturam mortalis eſt.*
re eſt,ſeruaſſet,per cognitionem & contemplationem dei, naturalem corruptionem ſu
peraſſet,immortalisq; manſiſſet,ut ait ſapientia.Attentio legum eſt immortalis robora
tio,incorruptibilis autem perſiſtẽs,uixiſſet ut deus.Sicuti ferme & diuina ſcriptura hoc
indicans/ait.Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi omnes,uos autẽ ſicut homines,moriemini,
& ſicut unus de principibus cadetis.Deus enim nos non ſolum ex nõ exiſtentibus fecit,
ſed & ſecundum deum uiuere nobis indulſit/uerbi ſui gratia. Homines uero ab æternis
auerſi,& concilio diaboli ad corruptionis conuerſi opera,authores ſibi mortalis corru/
ptionis,effecti ſunt.Erant illi quidem,ut prædixi,natura mortales,uerum participatiõe
uerbi/naturæ tranſgreſſi limites,boni perſtitiſſent.Nam per conſortium ac preſentiam
uerbi,naturalis corruptio his minime appropinquaſſet , quemadmodum & ſapientia *Homo ad incorruptionem conditus ſua malitia mortẽ incurrit.*
dixit.Deus creauit hominem ad incorruptionem,& imaginem ſuæ æternitatis fecit il/
lum.Inuidia ꝟo diaboli mors introiuit in mũdum.Hoc autem facto, homines quidem
moriebantur.Iamq; aduerſus eos corruptio inualeſcebat/eo contra genus omne morta
lium præualens,quo & diuina comminatio contra eos ex mandati tranſgreſſione præ/
ceſſerat? Nanq; & in delictis homines/non uſque ad ſtatutos terminos ſteterãt,ſed pau/
latim progreſſi/iam in immenſum iniquitatis uerticem uenerant. Quippe qui ab initio
malorum inuentores/mortem aduerſum ſe,corruptionemq; prouocauerãt. Poſtea ue/
ro ad iniuſtitiam uerſi, nequitiamq; omnem ſupergreſſi,neque uno contenti malo,ſed
præteritis noua ſemper addentẽs,nullam peccandi ſatietatem capiebant. Erant eñ ubi/ *Vitia,ni cõpeſcantur,in ac teriora progredi.*
que adulteria,ubique furta,rapiniſque & cædibus omnis terra ſeruebat,nequitia & in/
iuſtitia,nullo legis coercebantur metu,ſed ſcelera omnia publice priuatimque impune
admittebantur. Vrbes aduerſus urbes bella gerebant,gẽtes in gentes inſurgebant,atq;
orbis totus ſeditionibus agitabatur ac pugnis,cum ſinguli ſtuderent cæteros ſuperare
nequitia,ne ab illis quidem abſtinebant,quæ præter naturam ſunt. Verum (ut ait Chri/
ſti teſtis Apoſtolus fœminæ illorum immutarunt naturalem uſum in eum,qui præter
naturam eſt.Similiter & maſculi omiſſo naturali uſu fœminæ/ exarſerunt in cõcupiſcen
tia ſua in alterutrum,maſculi in maſculos,turpitudinem operantes, & mercedem quam

oportebat erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Horum ergo gratia morte magis præua/
Humanum genus quomodo deperit.
lente, nequitiaq; in hominibus & contra homines perſeuerante, humanum quidem de/
peribat genus, defluebatque homo rationalis/ ad dei imaginem conditus, diuinumque
a deo, & illuſtre opus interibat. Etenim mors, ut prędixi, iam aduerſum nos per legem p̄/
ualebat, neque legem effugere fas erat, quod a deo præuaricationis gratia fuiſſet impoſi
ta. Eratq;, quod fiebat, indignum profecto, atque indecens. Indignum quidem, ſi in uer/
bis ſuis mentiretur deus, ac decernente illo mori hominem, per mandati præuaricatio/
nem, poſtquam præuaricatus eſſet, non moreretur, ſicq; ſententia diuina nutaret. Non
Nō decebat hominem peccato admiſſo nō mori.
enim eſſet uerax deus, ſi dicente illo moriturum hominem/ non moreretur. Porro inde/
cens erat, ut quæ ſemel ab eo fuerant condita rationalia, uerbiq; ipſius participatione ho
norata/ perirent, rurſumque per corruptionem ad non eſſe redirent. Neque enim com/
petebat diuinæ bonitati, ut quæ ab ipſo facta fuerant, per diaboli ſubdolam malignitatē
ſolueretur in nihilum. Ad hæc, indigniſſimum profecto fuit dei artē in hominibus ex/
terminari, ſiue per ipſorum negligentiam, ſiue per diaboli aſtum atque fallaciam. Deflu
entibus igitur rationalibus, & pereuntibus huiuſmodi operibus, quid oportebat facere
deum ſumme bonum? Num permittere corruptionem contra præualere, mortemq; ipſis
dominari? Et quid opus erat hæc ab initio fieri? Satius enim profecto fuiſſet non fieri, q̄
facta abijci, atque defluere. Quippe ex hac re dei magis infirmitas, quam bonitas noſci/
Satius erat hominem a principio nō fieri, quam perire, et omnino abijci.
tur, ſi factum a ſe opus negligat, ac perire ſinat. Præſtaretq; initio non feciſſe hominem.
Nam niſi eum feciſſet, nō eſſet unde illius cauſaretur infirmitas. Vbi uero eum fecit, at/
que ut eſſet, creauit, indigniſſimū fuit adeo præclarum eius opus, ante conditoris ſui pe
rire oculos. Non ergo permittere debuit, ut homines corruptione tenerent̄, quod id dei
bonitate indignum, atq; indecens eſſet. Verum, ut id fieri minime oportuit, ita & econ
uerſo. Rurſum obijcitur plenum fuiſſe rationis, ut deus in lege quam de morte tulerat,
uerax uideretur. Neque enim congruum erat, utilitatis conſtantiæq; noſtrę gratia, men
dacem apparere ueritatis patrem Deum. Quid igitur & in hoc deum facere decuit? Poe
nitentiam om̄ino præuaricationis cauſa ab hominibus exigere. Hoc enim dignum deo
fuit, ut ſicut ex præuaricatione in corruptionem lapſi ſunt, ita rurſus in incorruptionem
Penitentiæ uis & efficatia.
pœnitentiæ opere reſurgerent. At ūo pœnitentia ne ipſa quidem a deo arceret iniuriā.
Permaneret quippe non uerax, niſi detinerentur homines morte. Neque enim pœniten
tia ab his, quæ per naturā inuecta ſunt reuocat, ſed ſolum peccata quieſcere facit. Si qui/
dem igitur peccata tantum eſſent, nec fuiſſet ſubſecuta corruptio, rite omnino pœniten
tia haberet locum. Sin autem ex præcedente præuaricatione naturali corruptioni mor/
tales tenebantur obnoxij, gratiamq; imaginis diuinæ perdiderant, quid facto opus fuit
ad huiuſcemodi recuperādam gratiam? Illius ſanę, illius hoc opus erat, qui ab initio cum
non eſſent, condidit omnia, diuini ſcilicet uerbi. Ipſius enim intererat, corruptibile hoc
Deū eſſe ubiq; et implere omnia.
ad incorruptionem reuocare, ac pro omnibus rationabiliter patri ſatiſfacere. Verbū em̄
patris filius, cum ſuper omnes ſit, merito & om̄ia recuperare poterat ſolus, ac pro omni/
bus pati, ſolusq; ſufficiebat, patrem exorare pro omnibus. Huius rei gratia, incorporale
illud & incorruptibile, æternumq; dei uerbum aduenit in patriam noſtram, cum ne an/
te quidem longe eſſet a nobis? Nulla enim creaturæ pars illo uacua remanet, ſed omnia
prorſus impleuit ipſe, ſimul cum patre ſuo præſidens omnibus. Aduenit ūo noſtros mi/
ſeratus errores, ſuo ad nos clementi/ mitiq; proceſſu. Nam cum uideret rationale perire
genus, mortemq; in eos corruptionis ratione regnare, uideret item præuaricationis cō/
minationem in nos ex mortis præualere ſententia. indignumq; putaret legem ante, quā
impleretur exolui, inconuenientiam quoq; rei eſſe perpenderet, ſi quæ ipſe condiderat.
laberentur in nihilum, hominumq; præterea ſummam nequitiam, intueretur in eorum
perniciem ſenſim quotidie excreſcere, omneq; hominum genus per reatum obnoxium
morti, conditionem noſtram, infirmitatemq; miſeratus, ac mortalitati noſtrę condeſcen
dens, mortisq; non ferens dominatum, uti ne creatura periret, ocioſumq; patri ipſius fie/
ret opus, aſſumit ſibi corpus, idq; minime a noſtro alienum. Neque enim ſimpliciter in

corporę

corpore naſci,nec tantum apparere uoluit,& per quodlibet aliud præſtantius diuinam ſuam exhibere præſentiam,ſed accepit corpus noſtrum,& hoc non quomodolibet,ſed ex immaculata & intemerata,uiriq; neſcia uirgine,purum,ac ſine ulla admixtione uirili illibatum.Ipſe enim quippe potens & omnium opifex,corpus templi inſtar,ſibi in uirginis corpore condidit,ſibiq; illud peculiare domicilium fecit in ipſo ueluti in inſtrumento innoteſcens,atque inhabitans.Sicq; de maſſa corpus & noſtro per omnia ſimile ſumens,quod omnis corruptionis mortis eſſemus obnoxij,morti illud pro omnibus tradidit,deoq; obtulit patri.Id ſane clementiſſime ac prouidentiſſime,ut quaſi in ipſo mortuis omnibus ſolueretur in homines corruptionis lata ſententia.Quippe,in domini corpore impleta poteſtate omni,nullumq; iam habente contra homines ius. Vt autē in corruptionem reuerſos homines rurſus ad incorruptionis excelſa conuerteret,eosq; uiuiſicaret a morte obiectu corporis ſui,& reſurrectionis gratia/ mortem ab eis,neq; non ſecus quam ab igne ſtipulam tulit.Cum enim ſciret uerbum,non aliter ſoluendam hominum mortem,niſi pro omnibus ipſum moreretur,nec eſſe poſſibile ipſum mori uerbū, quippe immortalem patris filium,corpus ſibi,quod mori poſſet,accępit. Vt id uerbi,ꝗd eſt ſuper omnia,particeps factum/idoneum fieret pro omnibus mori.ac per inhabitans uerbum incorruptibile permaneret.Iamque corruptio fugaretur ab omnibus per reſurrectionis eximiam gloriam. Vnde,quod ipſe ſibi aſſumpſerat corpus,ac ſi uictimam & hoſtiam omni macula liberam in mortem offerens,ab omnibus cōtinuo ſimilibus/oblatione conſimilis,abegit mortē.Nam cum ſit ſuper om̄es dei uerbum,digne templum ſuum & inſtrumentum corporis animatum offerens deo,impleuit pro omnibus,quod in morte debebatur.Eoq; commercio,per id quod erat omnibus ſimile, dei incorruptibilis filius,merito omnes incorruptione ueſtiuit.Et ea quippe corruptio mortis non iam habet contra homines locum,uerbo per unum corpus in eis habitante.Ac ueluti cū magnus quiſpiam rex ingreſſus aliquā præclaram urbem in una ipſius ædium inhabitauerit,huiuſmodi ciuitas ingenti honore celebrat̄,nec iam hoſtis ullus aut latro illam tentare præſumit,omniq; potius digna cenſetur honore/ ob morantem in una ipſius ædium regem,ita & in rege omnium cōtigit.Nam cum ad noſtra ueniſſet,& in uno nobis ſimilium corporū inhabitaſſet,omnis iam hoſtium aduerſus homines inquietudo ceſſauit, mortiſq; corruptio,quæ dudum in eos conualuerat,eliminata eſt.Perierat enim humanum genus,niſi omnium dominus,ac Saluator dei filius mortis ſine cōſumatus eſſet. Id quippe magnum diuinumq; opus,diuinę imprimis bonitati congruebat .Si enim rex domum aut ciuitatem ab ſe conditam,cum per negligentiam inhabitantium oppugnata a latronibus fuerit,non ſpernit,ſed ut opus proprium ulciſci ac ſeruare pergit, non ꝗd habitatorum mereatur deſidia,ſed quid deceat intuens.Multo magis deus uerbum clementiſſimi filius patris,in corruptionem delapſum ab ſe conditū humanum genus non eſt aſpernatus,ſed eam,quæ cōtigerat,mortem,ſui corporis oblatione deleuit,noſtram negligentiā doctrina ſua corrigens,humanaq; omnia ſua uirtute corroborans.Hæc autem & ex ipſius Saluatoris diſcipulis uiris,quiſquis illorum legit ſcripta,facile diſcet,qui ſic aiunt.Charitas enim Chriſti continet nos/iudicātes hoc,quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt,ergo omnes mortui ſunt,& pro omnibus mortuus eſt,ut nos non iam nobiſipſis uiuamus,ſed ei,qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit a mortuis,domino noſtro Ieſu chriſto.Et rurſus.Eum autem qui paulo minus ab angelis minoratus eſt,reſpiciens Ieſum per paſſionem mortis,gloria & honore coronatum,ut gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. Deinde etiam cauſam,cur non alium,quam ipſum Dei uerbum incarnari oportuit,ſignificat dicens.Sicut non alterius erat a corruptione inuecta,eripere homines,quam Dei uerbi,qui & initio fecerat eos. Quod autem uerbum ipſum ſibi corpus aſſumpſerit,pro omnibus ſimilibus hoſtiam. Et hoc ſignanter inſinuat,dicens. Quia igitur pueri cōmunicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter particeps illorum fuit;ut per mortem deſtrueret eum,qui habebat imperium mortis,id eſt diabolum.Et liberaret eos,qui metu mortis per omnem uitam rei tenebātur ſeruitutis. Nanq; ſui cor/

Corpus Chriſti templum dei & peculiare domicilium.

Corpus Chriſti per inhabitans uerbū incorruptibile.

Vt urbs regis ingreſſum,ita humanum genus ingrediente carnem dei filio nobilitatur.

II.Corinth.V.

Hebre.II.

poris hoſtia,& finem noſtræ impoſuit legi,& uitæ nobis innouauit initium,ſpe reſurre/ctionis inducta. Quia em̃ ex hominibus in homines præualuit mors,ideo rurſus per in/carnationem uerbi mortis deſtructio facta eſt,& uitæ reſurrectio reddita,dicente uiro illo Chriſtifero.Quia em̃ per hominem mors,& per hominẽ reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto om̃es uiuificabuntur, & his ſi/milia.Non enim modo quaſi damnati morimur,ſed ut excitati communem omniũ re/ſurrectionẽ pręſtolamur,quã ſuis tẽporibus oſtendet,quoniã hanc opatus,nobiſq; lar/gitus eſt deus.

Quæ fuerit incarnatiõis uerbi cauſa.

Iſta qdem ſacræ incarnationis uerbi prima cauſa eſt. Verum ex his quoq; clementiſſimũ ipſius ad nos aduẽtum factũ rationabiliter liquet. Deus nẽpe,qui omniũ habet impium,cũ per uerbum ſuũ humanum faceret genus, naturã ipſorꝫ,imbecillita/temq; cõſyderans,ut illa nõ ex ſe ſufficeret ad agnitionẽ creatoris aſſurgere,aut omnino dei intelligentiã cape,quod ille quidem ingenitus,homines ꝟo ſint ex non exiſtentibus

Oportebat hominẽ ſui creatoris habere cognitionem.

cõditi.Et ille incorporeus,hi autẽ terreno effictí ſint corpore,multũq; illis deeſſe perſpi/ciens ad intelligendũ,agnoſcẽdumq; conditorẽ,miſeratus denuo genus humanũ,utpo/te benigniſſimus,nõ eos dimiſit agnitione ſua om̃ino deſtitui,ne inutilem habere uide/retur eſſentiã. Quæ em̃ eſſet utilitas conditis,niſi ſcirent creatorẽ ſuum? Aut quomodo rationales eſſent,ſi patris ignorarent uerbũ,in quo etiã conditi ſunt? Nihil em̃ profecto brutis excellerẽt,ſi nihil p̃ter terrena cognoſcerent. Quid ꝟo uel eos deus faceret, a qui/bus nollet agnoſci? Vnde ne id fieret,cũ ipſe ſit ſumme bonus,imaginis ſuæ domini no/ſtri Ieſu Chriſti,illis conſortiũ tradidit,fecitq; eos ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã,ut per huiuſmodi gratiã imaginẽ,ad quã effecti eſſent,intelligẽtes,uerbũ ſcilicet patris poſſint per ipſum & patris intelligentiã cõſequi,agnoſcentesq; creatorẽ,uiuant fœlicẽ ac beatã uitam.

Homo a deo auerſus in idolatriam cecidit

Sed em̃ infœlices ac ſtulti homines,ſic quoq; cõtempta ſibi indulta gratia,in tan/tum auerſi a deo ſunt,atq; adeo animã ſuam pturbarunt,ut nõ ſolum dei obliuiſcerẽtur notionem,uerũ & pro aliis ſibi alia fingerẽt.Nam ſimulachra pro ueritate formarunt, & q̃ non ſunt,uero deo in honore p̃ferentes, creaturæ potius q̃ creatori ſeruierunt. Et (q̃d eſt deterrimũ) ad ligna quoq; & lapides,omnemq; materiã,& homines ipſos dei hono/rem deiecerunt,& his etiã plura geſſere, ſicut in ſupiore libro dictum eſt. In tantum ꝟo ueſanæ impietatis proruperãt,ut iam dæmones quoq; adorarent,deoſq; p̃dicarent, de/ſyderijs eorꝫ ſatiſfacientes.

Victime ex mutis animalibus,

Victimas em̃ ex mutis anialibus,& hominũ cædes,ut ante di/ximus,pro illorꝫ honore litabant, ſeipſos magis ac magis huiuſcemodi ſacrilegis ſacris, eorꝫ inſtinctu uincientes. Idcirco deniq; & magicæ apud eos artes docebanť, & uatici/nia per loca homines fallebant,omneſq; generationis ac ſubſtantiæ ſuæ cauſas aſtris,cœ/leſtibuſq; om̃ibus aſſignabãt,nihil amplius,q̃ quæ uidebanť,cogitantes. Prorſuſq; cun/cta erant iniqtate & impietate plena. Et is,qui ſolus uerus Deus eſt,eiuſq; uerbum non agnoſcebanť,quanq̃ ſe mortalibus minime occultũ eſſe permiſerat,neq; exigua notionis ſuæ illis indicia dederat,ſed eam uarie, multiſq; explicuerat modis. Sufficiebat nẽpe in/dultæ imaginis gratia ad deum uerbum,eiuſq; patrẽ mortalibus inſinuãdum. Cęterum præſcius Deus imbecillitatis humanæ,illorum quoq; proſpexit ignauiæ,ut ſi per ſeipſos deum agnoſcere negligerent,poſſent eum uel creaturæ eius opera non ignorare. Quia ꝟo hæc ipſa negligentia paulatim in deteriora labebatur,prouidit iterꝫ deus huiuſmodi infirmitati,legem ac prophetas familiares ſuos mittens,ut ſi in cœlum oculos pigeret at/tollere,conditorẽq; cognoſcere,haberẽt e uicino magiſteriũ. Quippe homines ab homi/nibus p̃ſtantiora diſcere uicinius queunt. Fas ergo illis fuit/cœli attendẽtibus magnitu/dinem,& creaturæ cõgruentiã inſpiciẽtibus,eius authorẽ intelligere, patris ſcilicet uer/bum,quod prouidẽtia ſua per cuncta diffuſa,patrẽ om̃ibus indicat, atq; idcirco mouet omnia,ut per ipſum omnes agnoſcãt deum. Aut ſi ad hoc illos pigeret aſſurgere,uel ſan/ctis colloqui poſſent,ac per ipſos addiſcere opificem omnium deum,Chriſti patrẽ,ido/lorꝫq; culturã iniquitatẽ eſſe,omni impietate pleniſſimã. Licebat item eis accepta lege, ab omni nequitiæ labe deſinere,uirtutiſq; uitam uiuere.

Non eſt ob iudeos ſolum lex

Nõ em̃ ob Iudæos tunc lex tra/dita fuerat,neque ſola ipſorꝫ gratia prophætæ mittebanť;ſed cum ad Iudæos miſſi ab eis

repellerenť

repellerent,orbem terræ uniuerſum ſcholam ſacram acceperunt,in qua homines doce/
rent ſcientiam dei,animæq; uirtutes. Tanta igitur cum eſſet dei bonitas atque benigni/
tas,homines tamen præſentaneis uoluptatibus, & dæmonum pompis ac fallacijs uicti,
non ſeſe ad ueritatē exercuere,ſed pluribus ſe malis ac peccatis immerſerunt, ut nō iam
rationales uiderentur,ſed ſecundum morem irrationabiliter uiuerent. Sic itaque ratione
deſtitutis hominibus,& errore dæmonum omnia ubiq; obumbrante,uericq; dei occul/
tante notionem,quid deum facere oportuit? An ſuper huiuſmodi ſe continere, & ꝑmit
tere homines a dæmonibus falli,atq; in dei ignoratione perſiſtere? Et quid opus erat ab
initio ad imaginem dei hominem fieri? Preſtare enim uidebatur irrationalem fieri,quā
rationalem conditum,brutorum uiuere uitam. Quid item profuit illum a principio dei
ſuſcipere cognitionem? Si enim nec modo hanc meretur accipere, oportuit eam a prin/
cipio ne dari quidem. Quæ uero inde utilitas,quæ gloria authori deo proueniret, ſi con
diti ab eo homines ipſum non adorarent,alioſq; eſſe authores ſuos extimarent? Inueni/
retur nempe deus hos non ſibi creaſſe,ſed alijs. Deinde rex homo,profecto mortalis,cō/
ditas a ſe urbes alijs ſeruire non ſinit,neq; cōfugere ad alios,ſed eos literis admonet, ſæpe
ỹo & per amicos illis nuncios dirigit,& ſi opus fuerit,ipſe eo proficiſcitur præſentia de/
mum ſua illos cōtinens,uti ne alijs ſeruiant,iamq; ocio ſum ſit ipſius opus. Nonne multo
magis deus creaturis ſuis parcet,ne ab eo aberrantes,his qui non ſunt,perſiſtāt obſequi,
maxime cum error huiuſmodi,perditionis & exterminij cauſa illis atque occaſio ſit? At
minime oportuit perire,quæ ad dei imaginē fuerant condita. Quid igitur aliud fieri de/
buit,niſi ut imago iterū innouaretur,ac per eam poſſent illum homines rurſus agnoſce/
re? Hoc autem quo pacto fieri poterat,niſi imago ipſa dei Saluator noſter Ieſus Chriſtus
adueniſſet? Nam per homines quidē poſſibile nō erat,cum & ipſi eſſent ad imaginē cō/
diti,ne per angelos qdem. Neq; eñ uel ipſi imagines ſunt. Vnde per ſemetipm aduenit
dei uerbum,ut ueluti imago patris ad imaginē ſuā cōditam recuperare hominē poſſet.
Id aũt fieri nō quibat,niſi mors atq; corruptio ſublata eſſet,unde neceſſario mortale cor/
pus aſſumpſit,ut & mors in ipſo iam deſtrui poſſet,rurſusq; renouarent homines ad dei
imaginē conditi. Non igitur ad id perficiendū alio,quam imagine paterna opus fuit. Si/
cut eñ cum picta uſpiam imago exterioribus ſordibus ferme fuerit obliterata, rurſus il/
lum aduenire neceſſe eſt,cuius eſt forma,ut in eadē tabula poſſit imago renouari. Nam
pro honore picturæ ipſa quoq; materia minime abijcitur,ſed in ipſa denuo pingit. Ita &
ſanctiſſimus filius imago ſcilicet patris ad noſtra deſcendit,ut factum ad imaginem ſuā
hominem renouaret,ac per remiſſionem peccatorum antea perditum inueniret. Sicuti
& ipſe in euangelijs ait, Veni inuenire,& ſaluare quod perierat. Quocirca Iudæis quo/
que dicebat. Niſi quis renatus fuerit,nō carnalem profecto natiuitatem,ſicut illi arbitra/
ti ſunt,ſignans,ſed renaſcentē hominē,& ad imaginem Dei denuo proficientem/ ſpirita
liter indicans. Quoniam uero & idolorum ueſanus cultus/ & impietas ſacrilega orbem
continebat uniuerſum,deiq; cognitio occulta erat,quisnam oro,debuit orbem docere
de patre? Num homo? At homini poſſibile nō erat terram omnem peruagare,cum nec
per naturam ad tantū ſufficeret curſum,nec dignus,cui de re tanta crederet,haberi poſ/
ſet. Neque aduerſus dæmonum fraudes,atque fallacias per ſe quiret obſiſtere. Cunctis
quippe percuſſis animo,ac deceptiōe diabolica & idolorum uanitate turbatis, quomo/
do poſſibile fuit humanā mentem,atq; animū perſuadendo ad fidem inclinare eum,qui
cōſpicuus oculis eſſe non poſſet? Quem ỹo quiſq; nō uidet,quo pacto is aliquem in tan
ta rerum perturbatione inducere ad credendū poteſt? Sed forte dicat quiſpiam/ creatu/
ram potuiſſe ſufficere. Sed ſi creatura ſufficeret,nunquam tam multa mala,tam inaudi/
ta ſcelera admiſſa eſſent. Nempe enim creatura non deerat, & nihilominus homines in
eiſdē de deo uolutabantur erroribus. Quoniam ergo dudum opus fuit,niſi Dei uerbo,
quod & animam noſtram/ſenſumq; intuetur,& omnia ut creatura mouet,ac per ea in/
ſinuat patrem? Qui enim per ſuam prouidentiam,& diſpoſitionem omnium, homines
catenus de patre docuerat,eius profecto intererat eandem renouare doctrinam. Quo

data neque miſſi prophetæ.

Preſtabat hominem irrationalē fieri, quā factorem non agnoſcere, uel agnitum non adorare & amare.

Redemptionē noſtram per Chriſtum fieri oportuit.

Imago patris filius ad cuius imaginem nos facti.

Quid ſit renaſci.

modo igitur id factum eſſet? Fortaſſis enim putet aliquis/ad eam innouandam creaturæ
operibus(ut dudum)licuiſſe uti,at id minime tutũ fuiſſet. Id quippe magiſterij genus
iam antea ſpreuerãt homines,neq; iam oculos ad ſuperiora tollebant, ſed eos prorſus ad
inferiora depreſſerant. Vnde rationabiliter omnino mortalibus prodeſſe cupiens,adue

Verbũ diuinũ ut per corpus agnoſceretur, & per ipſum pater carnem induit.

nit ut homo,ſumens ſibi corpus/illis per omnia ſimile,atq; ex inferioribus uidelicet per
corporis opera,ſeſe inſinuauit hominibus,ut qui illum ex eius in omnia manente proui
dentia & gubernatione,intelligere & ſcire neglexerãt,uel ex operibus ab eo in carne cõ
ſumatis,uerbum dei agnoſcerent in corpore poſitum,ac per ipſum etiam patrem. Sicut
enim magiſter optimus diſcipulorum commodis caute proſpiciẽs eos,qui proficere ex
maioribus nequeunt,per ea quæ infima ſunt erudire nõ renuit. Ita & Dei uerbum fecit,
ſicuti & Paulus ait. Quia enim in ſapientia dei nõ agnouit mundus per ſapientiã deum,
placuit deo per ſtulticiam p̃dicationis/ſaluos facere credentes. Quia enĩ auerſi homines
a contemplatione dei,ac ueluti in profundo demerſi,oculis humi depreſſis,in genethlia/
cis,& ſenſibilibus deum requirebant,mortales homines,ac dæmones ſibimet fingentes
deos. Idcirco benigniſſimus communiq; redemptor omniũ deus, Dei uerbum ſibi cor/
pus aſſumpſit,& inter homines ut homo conuerſatus eſt,ſenſusq; mortalium rapuit, ut
qui in rebus corporalibus deum inquirebant,ex eis, quæ dominus per corpus operatus
eſt,intelligerent ueritatem,ac per ipſum ad intelligentiã patris aſſurgerent. Homines au
tem cum eſſent,nilq; niſi humanũ intelligerent,quocunq; ſuos uerterent ſenſus,ibi & ſe
cernebant a deo præueniri,& undiq; ſibi aperiri ueritatem. Siue enim creaturã miraren
tur/attoniti,uidebãt eam Chriſtum dominum noſtrum confiteri. Siue ad homines illo/

Omnis creatura Chriſtũ eſſe deũ cõfeſſa eſt.

rum raperetur intentio & cogitatio,ut deos extimarent. Saluatoris opera illis conferen/
tes ſolum inter homines deum,dei filium,ſaluatorem noſtrum agnoſcebãt,cũ apud illos
nulla huiuſmodi ſigna inuenirent,qualia per uerbum dei perpetrata ſunt. Si autem & ad
id rapti fuiſſent,ut dæmones crederent deos/uidentes eos a domino fugari,ſolum eſſe
deum,dei uerbum intelligere cogebantur neceſſario. Quod ſi ad mortuos confugeret
illorum mens,quippe qui heroas,& quos poetæ dicunt deos,colere cõſueuiſſent,reſur/
rectione Saluatoris admoniti,falſos illos & mendaces eſſe faterent,ſolumq; Deum uerũ
eſſe patris uerbum,quod etiam mortis haberet imperium. Idcirco nanq; natus eſt,& ap
paruit homo,mortuusq; reſurrexit,ut profecto obtunderet & obſcuraret operum ſuo/
rum gloria,quæq; mortales omnes unquam antea geſſerant,ut quocunq; incidiſſent ho
mines,inde illos educeret,ac doceret uerum patrem ſuum. Quemadmodum & ipſe ait,
Veni ſaluare,& inuenire quod perierat. Prolapſis enim penitus ad uiſibilia humanis ani
mis,uoluit per corpus apparere uerbum,ut in ſe,atque in amorem ſui traduceret homi/
nes,eorumq; in ſe raperet ſenſus,eisq; iam cernentibus ſibi ſimilẽ ex operibus perſuade/
ret,nõ hominẽ ſe eſſe ſolum, ſed Deum quoq;,& dei ueri uerbum, ac ſapientiam patris.

Quid per trinam dimenſionem intellexerit apoſtolus.

Hoc autẽ & Paulus ſignificans,dicebat. In charitate radicati & fundati,ut poſſitis com/
prehendere cũ oĩbus ſanctis,q̃ ſit latitudo & lõgitudo,ſublimitas & profundum. Sci/
re etiã ſupeminentem ſcientiæ charitatẽ Chriſti, ut impleamini in omnẽ plenitudinem
dei. Verbo enim ſeſe ubique exerente,& ſupra,& infra,& in profundo, & latitudine ſe
explicante(ſupra quippe in creatione rerũ,infra v̾o in humanitate ſuſcepta,in profundo
autem inferni,& in orbis latitudine oĩno diffudit)omnia dei ſciẽtia impleta ſunt. Quo
circa cum ueniſſet ad nos,non ideo ſacrificium ſe obtulit,tradens corpus in mortem, &
exſuſcitãs illud,ut per hoc ſe ipſe deijceret,ſed ut per id potius innoteſceret mundo,per/
ſiſtens in eo,& ea perficiens ſigna atq; opera, quæ illum nõ iam hominẽ, ſed deum deiq;

Quis ſit incarnationis uerbi fructus & utilitas

uerbum declararent. Vtrumq; enĩ Saluator ſumma benignitate molitus eſt,per incarna
tionis ſuæ ſacramentum. Nanq; & nos morte a nobis repulſa renouauit,& cũ occultus
eſſet atq; inuiſibilis,ſeip̃m opibus ſacris inſinuãs,oſtendit eſſe patris uerbũ,totiusq; mũ/
danæ machinæ principẽ ac regem. Non enĩ circumſcriptus erat corpore, neq; ita erat in
corpore,ut alibi non eſſet,neq; ita illud agebat,ut reliqua ipſius operationem prouiden
tiamq; deſyderarent,ſed modo om̃ino mirabili cum uerbum eſſet,a nullo cõtinebatur,

ipſumq;

ipſumq; cõtinebat omnia. Et ſicut cum in omni creatura ſit, extra omnia quidẽ per ſub/
ſtantiam eſt, in omnibus autem poteſtate diffunditur, diſponens omnia, & in omnibus
ſuam prouidentiam explicans, & ſeorſum ſingula, & ſimul uniuerſa uiuificans, conti/
nensque omnia, cum ipſum a nullo contineatur, ſed in ſolo ſit patre, totum in toto, ita &
in humano corpore conſtitutum, ipſumque uiuificans, merito etiam uiuificabat uniuer
ſa, & in omnibus, & extra omnia erat. Sed cum eſſet in corpore, per opera diuina noſce/
batur, neque ex effectu operum delitеſcere poterat. Nam ut animæ quidem officiũ eſt,
ea etiam quæ ſunt extra corpus, cogitatione perſpicere, non tamen extra proprium cor/
pus operari, tuaque ab eo longe ſunt, ſua mouere præſentia. Neque enim homo, cum
longinqua ac remota quęq; mente pertractat, ea iam etiam mouet ac transfert, nec ſi do/
mi ſedeat quis, & cœleſtia cogitet, iam etiam agitat Solem, cœlumq; cõuertit, ſed cernit
ea quidem moueri, ut ſunt condita, non tamen hæc ipſe ualet operari. Non ergo tale eſt
in homine ſuſcepto Dei uerbum, neque enim colligatum erat corpori, ſed corpus ipſum
continebat, ut & in ipſo una & in omnibus eſſet, & extra omnia exiſteret, & in ſinu pa/
tris accumberet. Quodq; excedit omnem admirationem, quaſi homo uerſabatur in ter/
ris, & ut uerbum omnibus uitam miniſtrabat, & ut filius cũ patre, & in patre erat. Vnde
neque pariente uirgine patiebatur, neque cum eſſet in corpore, inquinabatur, ſed ipſum
potius ſanctificabat corpus. Neque enim cum ſit in omnibus, fit omnium particeps, ſed
omnia uitam ab ipſo nutrimentumq; percipiunt. Si enim & Sol ab ipſo conditus, nobiſ/
que cõſpicuus, curſus ſui lineam in cœlo tenens, cum terreſtria tangit, nulla ſorde inqui/
natur, nulliſq; obtegitur tenebris, ſed ipſe potius omnia illuſtrat & mundat. Multo ſane
dignius ſanctiſſimum illud dei uerbum (cuius eſt Sol & opus & famulus) in corpore pꝛ/
ſens, nulla tãgi poterat labe, ſed cum eſſet incorruptibile, mortale uiuificabat corpus, at/
que mundat. Qui peccatum (inquit) non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Cum
igitur edere illum ac bibere ſolitum, & partu editum, theologi diuine aſſerunt, conſtat,
quia corpus quidem ipſum more corporis genitum, neceſſarijs reficiebatur alimentis.
Cæterum, Deus ipſe uerbum præſens in corpore diſponendo omnia, etiam ex his quæ
in corpore geſſit, non hominẽ, ſed deum declarauit. Dicũtur autem iſta de illo, quod ſci
licet & corpus, quod edere, & naſci, & pati poterat, non alterius cuiuſlibet, ſed domini
fuit. Neq; uero aliter, cum homo factus eſſet, de illo dici oportebat, ut corpore amictus
ueritas & non phantaſia putaretur, uerum ſicuti ex his agnoſcebãt corporaliter pręſens,
ita & ex operibus, quæ per corpus faciebat, filius eſſe dei noſcebãt. Vnde & Iudæos infi
deles clamabat, dicens. Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autẽ facio, &
ſi mihi nõ creditis, operibus meis credite, ut ſciatis & cognoſcatis, quia in me eſt pater, &
ego in patre. Sicut enim inuiſibilis exiſtens ex creaturæ operibus noſcitur, ſic homo fa/
ctus, & intra corporis anguſta receptus, ex operibus non eſſe homo cognoſcitꝰ, qui iſta
operatur, ſed uirtus dei, atq; uerbum. Nam profecto imperare dæmonijs, eoſq; ſuæ po/
tentiæ uerbo fugare, non humanũ opus, ſed diuinum eſt. Quis illum ſanare morbos o/
mnes aſpiciens, qbus ſubiectum eſt mortalium genus, hominẽ iam, ac non magis deum
arbitretꝰ? Leproſos enim mũdabat, claudos ambulare faciebat, ſurdoꝝ aperiebat aures,
illuminabat cæcos, morboſq; omnes ac languores ab hominibus poteſtatis ſuæ pꝛcepto
pellebat. Quibus ex rebus, nemo tam brutus, quin illius intelligere diuinitatem poſſet.
Quiſnam uidens id reſtituentem, quod per naturã deerat, cęciq; nati oculos apientem,
ſubiecta illi nõ intelligat humanæ iura naturæ, ipſumq; eius authorẽ atq; opificem eſſe?
Qui eñ, quod homo a natiuitate nõ habuit reddidit, liquet ſane eum humanę natiuita/
tis eſſe dominũ. Idcirco & ad nos principio deſcẽdens, corpus ſibi ex uirgine finxit, ut di
uinitatis ſuæ haud exiguum oĩbus pꝛberet indicium, Qui eñ id ſibi mirabiliter finxit,
ipſe alioꝝ quoq; cõditor eſt. Quis eñ abſq; uiro ſola ex uirgine corpus pgredi cernens
nõ reputet, q in illo appareat, eum eſſe alioꝝ quoq; conditorẽ, opificẽ, ac dominũ? Quis
aquarum immutari ſubſtantiã intuens, atq; in uinũ cõuerti, non agnoſcat qui hoc fecit,
eum eſſe aquarum omnium ſubſtantiæ conditorem. Idcirco enim quaſi dominus, pedi/
bus

Nota ſingularem Athanaſij facundiam.

Animæ officium.

Deus eſt in omnibus & extra omnia.

Apta ſimilitudo uerbi dei ad ſolem.

Deus in ſui corporis formatione ex uirgine agnoſcitur & aliorum cõditor.

Chriſtus prouidentiæ dominus ex euangelicis illis hominum refectione oſtenditur.

Triplex nobis incarnationis myſterio collatum beneficiũ.

Corpus Chriſti cur ut alia putredini obnoxium non fuit.

bus calcabat mare,& ueluti aridam perambulabat,ut indiciũ euidens dominationis ſuæ omnibus intuentibus exhiberet. Paſcens itaque ex pauculis eſcis tantam multitudinem, & inter humanæ cogitationis ambigua/ſuę poteſtatis opulentiam pandens,ita ut ex panibus quinq;/quinq; milia hominum ſatiarentur,ſupereſſetq; ingens fragmentorum copia,nihil ſe profecto aliud,quam prouidentiæ totius dominum docebat. Hæc autem omnia rite Saluatori facienda uidebantur,ut quia in omnibus erat prouidentia ignorata mortalibus,neque ex conditione rerum ipſius intelligebant diuina miracula,ſaltem ex operibus ab ipſo in corpore geſtis reſipiſcerent,ac per ipſum intelligentiam paternę notionis/acciperent,a ſingularibus,ut prædixi, pertingentem in omnia, ipſius prouidentiam recogitantes. Quis enim uidens ipſius aduerſus dæmones poteſtatem,ipſosq; dæmones fateri illum dominum ſuum/ambigere adhuc animo poterit,hunc eſſe Dei filiũ, ſapientiamq;,atque uirtutem? Neque enim uel creaturam ipſam facere permiſit, ſed ingenti ſane miraculo. Et cum moreretur,immo de morte trophæa in ipſa cruce referret, creatura omnis eum,qui patiebatur in corpore,non eſſe ſimpliciter hominem,ſed dei filium,& Saluatorem omnium confitebatur. Cum enim ſeſe auerteret Sol,& luminis ſui ſubtraheret radios,quateretur humus,monteſq; ſcinderentur,omnes territi ſunt. Porro ad hæc appenſum in patibulo Chriſtum/Deum eſſe clamabant,creaturamque omnem ipſius famulam metu atteſtati ſui præſentiam domini. Ita igitur Deus uerbum, per opera ſeipſum manifeſtauit hominibus. Iam uero tempus admonet,ut finem conuerſationis eius in carne,uitæq; clauſulam dicere aggrediar/& explicare,cuiuſmodi fuit ipſius corporis mors,maxime cum hæc ſumma ſit fidei noſtræ,& de ea omẽs prorſus homines iactant,ut appareat ex ea nihilominus,quam ex cæteris Chriſtum deum,ac dei filium noſci. Cauſam itaque aduentus eius ex parte,ut ipſi potuimus intelligere, diximus. Quod ſcilicet corruptibile noſtrum in incorruptionem uertere,ipſius erat,nõ alterius munus, qui ab initio ex non exiſtentibus condiderat omĩa. Nec poterat alius renouare in nobis abolitam peccatori imaginẽ Dei,niſi patris imago. Nec erat alterius mortale noſtrũ immortalitate donare,niſi uitæ ipſius domini,ſcilicet noſtri Ieſu Chriſti. Nec poterat alius nos docere de patre,dæmonũq; euacuare culturam,niſi quod omnia diſponit,uerbũ ſolius patris,uerus & unigenitus filius. Enimuero qa & quod debebatur ab omnibus,iam reddi oportebat/mori ſcilicet,eiusque rei gratia imprimis aduenerat. Poſt eius diuinitatis operibus oſtenſa documenta,ſacrificium iam pro omnibus obtulit,templum ſuum morte pro ſalute omnium tradens,ut omẽs a reatu antiquæ præuaricationis abſolueret, ac liberos faceret,ſeque oſtenderet mortis habere imperium,cum reſurrectionis omniũ primitias/immortale proprium corpus præberet intuendum. Et nihil ſane eſt,cur mireris ſi eadem ſæpe dicimus. Quod enim de Dei gratia loquimur,idcirco eundem ſenſum pluribus explicare contendimus. Ne igitur aliquid uideamur omittere,crimenq; nobis inuratur,qui minus plene diximus. Præſtat enim idem ſæpe repetere, prolixitatiſq; argui,quam ea relinquere,quæ ſcribi neceſſario debuerant. Ergo corpus ipſum eiuſdem ſubſtantiæ commune cum cæteris,corpus quippe erat humanum, & ſi nouo miraculo ex uirgine ſola conſtabat,mortale tamen nihil diſcrepando a ſimilibus moriebat̃. Verbi autem in illud immoratione,nõ iam iuxta naturam corpoꝶ ſolui in putredinẽ poterat, ſed inhabitatiõe uerbi dei corruptionis euaſit iniurias,contigitq; utrumq; in eodẽ mirabiliter fieri,ut ſcilicet omnium mors in domini corpore acciperet finem,morsq; & corruptio,per uerbi p̃ſentiam effugaretur. Mortis enim cauſa mortem illum oportuit ſubire pro omnibus,ut quod debebat̃ ab omnibus fieret. Vnde,ut prędixi,quia uerbũ ipm̃ mori poſſibile non erat. Quippe immortale corpus ſibi,quod mori poſſet,aſſumpſit,ut ipm̃ quaſi proprium pro omĩbus immolaret,& nõ ſecus ac ſi pateret̃ ipſe pro omnibus, illi inhærendo euacuaret eum,qui mortis habebat imperium,id eſt diabolum. Eosque liberaret,qui metu mortis per omnem uitam tenebantur obnoxij. Denique communi Saluatore omnium pro omnibus mortuo,non iam,ut olim ſecundum cominationẽ legis morte morimur,qui in Chriſto fideles ſumus. Ceſſauit enim huiuſmodi dãnationis

elogium

elogium,ſed corruptione ceſſante/& obliterata,in reſurrectionis gratia iam ſola corpo/
ris mortalitate,diſſoluimur tẽpore,quod ſingulis p̃deſtinauit deus,ut meliore frui reſur
rectione poſſimus.Nam in morem ſeminum,quæ iaciuntur in humum,nõ reſoluti peri
mus,ſed ut ſati reſurgimus,deſtructa per Saluatoris gratiam/morte.Idcirco nẽpe & bea
tus Paulus,reſurrectionis fideiuſſor omnibus factus ait.Oportebat corruptibile hoc in/
duere incorruptionẽ,& mortale hoc induere immortalitatẽ.Cum autẽ mortale hoc in/
duerit immortalitatẽ,tunc fiet ſermo,qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in cõtentione,
ubi eſt mors cõtẽtio tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? Cur ergo dicit quiſpiã,ſi quidẽ ne/
ceſſe erat illum pro om̃ibus corpus ſuum morti tradere,non ipſum ut homo,cõmuni na
turæ lege depoſuit,ſed ad crucem uſq; peruenit.Decebat enim corpus ipſum potius cũ
honore deponere,quam eiuſce cum iniuria perpeti mortem? Videamus ſane,quam ſit
hęc obiectio futulis.Nempe quod a ſaluatore geſtum eſt, diuinũ reuera fuit,ac ſua diui
nitate digniſſimum/pluribus ex cauſis.Primum quidẽ quod hominibus accidẽs mors,
ex naturæ illis imbecillitate contigit.Cum enim diu permanere nõ poſſint, tempore diſ
ſoluuntur ac defluunt.Ideo enim illis/& morbi proueniunt,feſſique languore moriun
tur. At uero dominus imbecillus non eſt,ſed Dei uirtus,& Dei uerbum,ipſaque uita re/
ctiſſime creditur.Siquidem igitur ſeorſum alicubi iuxta conſuetudinem hominum de/
poſuiſſet corpus in lectulo,& ipſe utiq; putatus eſſet,id ex naturę infirmitate perpeſſus,
nihilque habere amplius,quam homines cæteri.Quia uero & uita erat & Dei uerbum,
oportebatq; mortem pro omnibus fieri,idcirco & ut uita quidem ac uirtus,corpus in
ſeipſo roborauit.Quia uero mors fieri pro omnibus debuit,non a ſe, uerum ab alijs oc/
caſionem cõſumandi ſacrificij accæpit.Quia neque tentari morbo debuit dominus,qui
aliorum curauerat morbos,ſed neque infirmari corpus oportuit,in quo & aliorum in/
firma roborabat.Cur ergo non ab ſe mortẽ abegit,ſicuti abegerat morbum? Quia eius
cauſa corpus accæperat,indecensq; erat illam prohibere,ne per id etiam reſurrectio im
pediretur. Morti tamen præire morbum non decuit,uti ne infirmitas in corpore ipſius
fuiſſe putaret̃.An uero non eſuriuit? Eſurijt ſane/proprietatẽ corporis ſeruans,non tamẽ
mẽ ſame contabuit, præſentis,ferentisq; illud domini gratia.Quocirca,& ſi pro redptio
ne noſtra mortem ſubijt,corruptioni tamen non fuit obnoxium. Integrum enim reſur/
rexit,quippe quod non alterius,quam ipſius uitæ corpus erat.At inquies,inſidias Iudæ/
orum declinare debuerat,ut corpus ſuum prorſus immortale ſeruaret. Audiat,qui iſta
ſentit,& hoc fuiſſe indecens domino. Neque enim decebat,ut illatam ab alijs fugeret
mortem, ſicuti nec uerbo Dei,quod uita erat/ conueniens fuit,illam corpori ſuo ultro
conſciſcere,immo uero conuenientiſſimum fuit eam uſque ad interitum perſequi. Vn/
de rationaliter omnino neque per ſeipſum poſuit corpus,neque Iudæorum fugit inſidi/
as,ſed magis Saluatorẽ ſe,ac uitam ob id imprimis declarauit,quia mortem ad eam peri/
mendam tolerauit,inuectamq; ſtuduit pro omnium ſalute perferre.Præterea non ſuam
ipſius,ſed hominum mortem Saluator conſumaturus aduenerat. Vnde non ſua morte,
quam non habebat(uita enim erat)depoſuit corpus,ſed ab hominibus illatam/excepit,
ut hanc admiſſam corpore/prorſus extingueret. Ad hæc rationabiliter omnino eo fine
conſumatum/ita colligimus. Magna imprimis cura fuit domino de ea,quam facturus
erat,reſurrectione corporea. Id quippe trophæum de morte fuit/hanc omnibus decla/
rare ac perſuadere deletam a ſe/corruptionẽ noſtram,inuectamque iam incorruptionẽ
corporum,cuius ueluti pignus & futuræ in om̃es reſurrectionis indicium/ incorruptũ
ſeruauit corpus ſuũ.Siqdem igit̃ morbo (ut id repetã) permiſſum fuiſſet corpus, atque
in oculis omniũ a uerbo deſtitutum,indignum profecto uideretur,ut qui alioꝝ curaue
rat morbos,inſtrumentum proprij corporis morbis tabeſcere ſineret. Quando eñ cre/
ditus eſſet,alioꝝ fugaſſe infirmitates,ſi in eo infirmaret̃,eius ſanctificans templum. Aut
enim,ut qui morbum a ſe nequiuiſſet arcere,irriſus eſſet. Aut ſi id poſſe,nec feciſſe cre/
deretur,inhumanus & aduerſus alios putatus eſſet.Sin autẽ & abſq; morbo, & dolore
aliquo ſeorſum/ſolusque in angulo,aut deſerto loco,aut domi,ſeu alibi uſpiam ſolutum

Paulus reſurrectionis fideiuſſor.

Cur morbum Chriſtus ab ſe potius,q̃ famẽ, aut ſitim abegerit

oportebat Chriſtum pati & ita reſurgere.

in mortē,depoſuiſſet corpus,ac denuo repente uiuus apparens/diceret ſe ex mortuis re/
ſurrexiſſe,fabulas q̄dem proſequi,apud omnes putaret̃, multoq; illi magis derogaretur
fides,d ereſurrectione dicēti,cum nullus eſſet penitus mortis ipſius teſtis. Quippe reſur
rectionem p̄cedat mors,neceſſe eſt, quia neq; ſequeret̃ illa,niſi iſta præiret. Quocirca ſi
clam,& abſq; arbitris/mors illa corporis facta fuiſſet,cum obſcura eſſet mors, nulliſq; ce
lebris teſtibus,obſcura profecto,itidem,& ſine teſtimonio reſurrectio fuiſſet. Quid au/
tem erat cauſæ,ut qui reſurgens,reſurrectionis miracula mortalibus prædicare aduene/
rat,mortē obſcure uellet admittere? Vt q̄d enim,qui dæmones in cōſpectu omnium fu
Fugati dæmones.
garat,cæcum a natiuitate uidere fecerat,mutarat aquas in uinum,& cætera patrarat ſuæ
maieſtatis indicia,ut per ea dei Verbum crederet̃,is mortale corpus corā omnibus im/
mortale nō oſtenderet,ut uita quoq; itidem eſſe putaret̃? Quam ṽo fiduciā habuiſſent
diſcipuli de reſurrectione uerba faciendi,ſi dicere nō poſſent/illum prius fuiſſe mortuū?
Aut quomodo fides eis habita fuiſſet/dicētibus p̄ceſſiſſe mortē,ſecutamq; eſſe reſurrecti/
onem.niſi eoſipſos haberēt mortis eius teſtes,quos cum fiducia alloquerent̃? Si enim, &
quando in cōſpectu omnium celebris fuit ipſius mors,& reſurrectio,ne ſic q̄dem crede/
re Phariſei uoluerunt,eoſq; qui uiderant reſurrectionē,negare illā modis omnibus co/
gebant,ſi occulte iſta facta eſſent,quot illi infidelitatis occaſiones inueniſſent? Quo au/
tem pacto patuiſſet mortis finis,atq; uictoria,niſi prouocatam palam omībus mortem,
iamq; per incorruptionē corporis exinanitā/cōprobaſſet? Enímuero,q̃ ab alijs obijci ſo
lent,eis quoq; reſpōdere neceſſario debemus.Si corā omnibus (inquit)mortem obire
Chriſtus palā mori debuit.
illum oportuit,ut & reſurrectioni fides haberet̃,debuerat ſaltē glorioſam ſibi aliquā ex/
cogitare mortē,modo ignominiā crucis effugeret.Atqui,ſi hoc ageret,ſuſpitioni clam
locum dediſſet,quod nō aduerſus mortem omnem potentiā haberet , ſed ſolum contra
eam,quā ſibi elegiſſet/neq; ſane defuiſſet occaſio,nō credendę reſurrectiōis. Quocirca
non ſibi ipſi delegit mortē,ſed alioꝝ inſidijs iniectam tulit,ut quam ipſi intulerāt,neceſſe
ipſe aboleret.Atq; in morē Gnoſij luctatoris,prudentiaq;,& fortitudine præſtantis,qui
non ſibi ipſe cōparem elegit,ne formidare quēpiam exiſtimet̃,ſed id ſpectātium permit/
Congrua ſimilitudo.
tit arbitrio,maximeq; ſi illi inimici ſint,ut eo in humū eliſo,quem illi aduerſum ſe ad cer
tamen elegerint,cunctis præſtare credat̃. Ita quoq; omnium,dominus,ac Saluator no
ſter Chriſtus,nō ſibi corporis elegit mortem,ne quaſi genus aliquod mortis formidaſſe
uideret̃,ſed quam alij,& imprimis inimici inferebant,horrendā ſcilicet,ut illi arbitraban
tur,plenamq; iniuriæ,& ignorantiæ,hanc ipſe in cruce ſuſcipiēs toleraret,ut ipſa quoq;
deſtructa,& ille uita eſſe crederet̃,& mortis penitus euacuaret̃ imperium. Modo ergo
inſperato,atq; mirabili,quam ipſi pro ſumma inferebāt ignominia,ea cōtra mortē ipſam
Sicut corpus Chriſti indiuiſum ſeruari debuit,ita eccleſia.
trophæum fuit.Idcirco neq; in morē Ioannis cæſo capite,mortuus eſt, neq; ut Iſaias ſe/
ctus,ut & in morte integrū,& indiuiſum ſeruaret corpus,& diuidere eccleſiam uolenti/
bus,nulla daret̃ occaſio. Iſta q̄dem illis dicta ſunt,qui ſibi forinſecus rationes aſſeruant.
Porro ſi quis ex noſtris/nō contentioſe, ſed diſcendi ſtudio inquirat,cur non aliter,quā
cruce cōſumatus ſit,audiat & hic nō aliter nobis expediſſe, dominumq; propter nos,id
imprimis genus mortis pertuliſſe.Nam ſi maledictum,quod erat cōtra nos,portare ipſe
uenerat,quomodo maledictum ipſe factus eſſet,niſi mortē illā,quæ pro maledicto erat,
excepiſſet? Ea ṽo crux eſt.Sic eñ ſcriptum eſt.Maledictus omnis,qui pendet in ligno.
Prȩterea,ſi mors domini,redēptio omniū eſt, eiuſq; morte medius paries macerię ſol/
uitur,fitq; uocatio gentium,quomodo nos ad ſe inuitaret,niſi crucifixus eſſet? Sola eñ
in cruce expaſſis manibus quiſq; morit̃.Idcirco merito dominus hāc pati debuit,& ma
Chriſtus nō niſi in cruce mori debuit.
nus extendere,ut alia Iudæos,alia gētiles attraheret,amboſq; in ſeipſo cōiungeret. Hoc
eñ & ipſe dixerat,ſignificans,qua morte eſſet moriturus,omneſq; redēpturus. Cū exal
tatus(inquit)fuero,oēs traham ad meipſum.Ad hæc/ſi hoſtis generis noſtri,diabolus
e cœlo lapſus,circa hunc aerem inferius oberrat,ibiq; dæmonibus cum eo lapſis,ut per
inobedientiā ſimilibus imperās,eos qui falluntur illorum miniſterio,imaginibus ludit,
atq; ad alta tendentes impedire conat̃,de quo & Apoſtolus ait.Secundum principē po/
teſtatis

teſtatis aeris huius, qui nũc operat̃ in filijs diffidentiæ. Profecto & dominus idcirco ue/
nit, ut & diabolũ deijceret, & mũdato aere iter nobis ad cœlos aſcendẽdi præpararet. Si/
cut ait Apoſtolus. Per uerbum, hoc eſt, per carnẽ ſuam. Id ṽo oportebat per mortẽ fieri.
Qua autẽ morte, niſi q̃ in aere fieret, id eſt cruce? Solus em̃ in aere morit̃, qui in cruce cõ
ſumatur, ideo hãc merito ſuſtinuit dominus. Sic em̃ exaltatus, aerem ab omni diaboli ac
dæmonũ incurſione purgauit, dicẽs. Videbam ſathanã, quaſi fulgur cadentẽ, aſcẽſumq;
ad cœlos iter faciens innouauit, iuxta illud. Tollite portas principes ueſtras, & eleuami/
ni portæ æternales. Neq; em̃ ipſum uerbum aperiri ſibi ianuas opus habebat, qui erat o/
mnium dominus, aut creatori ſuo clauſa erat creatura ulla, ſed nos eo indigebamus, q̃d
ille in corp̃e ſuo ad ſuperna prouexit. Sicut enim illud morti pro om̃ibus obtulit, ita per
ip̃m rurſus uiam, qua ad cœlos aſcenderemus, aperuit. Fuit igitur congrua, atq; conue/
niens pro nobis ſuſcepta crucis mors, eiusq; cauſa per om̃ia plena ratiõis innotuit, iuſtiſ/
ſimeq; defendit̃/ nõ aliter, quã per crucẽ oportuiſſe ſalutẽ omniũ fieri. Nanq; nec ſic ob/
ſcurum ſe, neq; inteſtatum in cruce dimiſit, ſed ex abundanti & creaturã authoris ſui p̃/
ſentiæ atteſtari fecit, templũq; corporis ſui, nõ diutius ita iacere permiſit, ſed ubi ex con/
greſſu mortis mortuũ oſtendit, protinus die tertia illud ſuſcitauit, trophea atq; uictorias
contra mortẽ referens, incorruptionem atq; immortalitatẽ. Poterat nẽpe corpus ſuũ cõ/
tinuo a morte excitare, & uiuum rurſus oſtendere, ſed id facere Saluator noluit, & meri
to q̃dem. Dixiſſet em̃ quiſpiã/ ip̃m penitus nõ fuiſſe mortuum, neq; omnino mortem il
lud attigiſſe, ſi reſurrectionẽ continuo facta morte celebraſſet. Obſcuraq; item, & incer
ta maneret incorruptiõis gloria, ſi nihil interualli rem utramq; dirimeret. Vnde ut mor
tuum oſtenderet̃ corpus, & media die ſubijt mortẽ, & die tertia a uerbo excitatũ eſt. Ita/
q; ut mors oſtẽderet̃ in corpore, triduo exacto, illud excitauit. Et uti illud, poſtq̃ diutius
perduraſſet, mortuũ corruptumq; penitus eſſet, exuſcitans nõ ip̃m, ſed corpus aliud fer/
re crederet̃. Nõ enim defuiſſent, qui ob tẽporis moram apparẽti nõ crederent, p̃teritaq;
obliuiſcerent̃, nõ ultra triduũ iacere p̃miſit, nec eos diutius protraxit, qui fore ipſius re/
ſurrectionem crebro p̃ceperant. Sed tam recens adhuc eſſet in auribus eorũ ſermo, & ad
huc ipſorũ oculi p̃teritarum rerũ imagines cernerent, ſuſpenſoq; eſſent animo, uiuerent
quoq; illi ipſi interfectores in ipſo necis loco, ac teſtimonium p̃hiberent de morte domi/
nici corporis, ipſe dei filius tridui interpoſito ſpacio, mortuũ corpus immortale declara/
uit & incorruptibile. Patuitq; omnibus, nõ imbecillitate naturæ/ inhabitantis uerbi cor/
pus eſſe mortuũ, ſed ut in ipſo Saluatoris uirtute mors aboleret̃. Nam deſtructam q̃dem
mortem, & uictoriã aduerſus illã per crucẽ factam eſſe, nec iam poſſe aliq̃d, ſed eſſe reue
ra proſtratã, documentũ profecto magnum & certa fides eſt, quod ab omnibus Chriſti
diſcipulis ipſa cõtemnit̃, cunctiq; illã calcant. Nec iam eam expaueſcũt, ſed ſigno crucis
& fide chriſti, eam quaſi mortuã aſpernũt. Nam olim q̃dem, anteq̃ fieret diuinus ad nos
Saluatoris aduentus, erat ipſis quoq; ſanctis uiris terribilis mors, cunctiq; morientes, ac ſi
pereuntes lugebant. Vbi ṽo ſuum Saluator excitauit corpus, nõ iam pauenda mors eſt,
omnesq; qui in Chriſtũ credunt, ipſam ut in nihilum calcant. & mori milites malunt, q̃ fi
dem Chriſti abnegare. Sciunt em̃, q̃a moriendo nõ pereunt, ſed uiuunt, & ĩmortales per
reſurrectionẽ fiunt. At ṽo, qui dudum inſultarat morti, diabolus, ſolutis eius doloribus
ſolus reuera mortuus p̃ſtitit, Cuius rei certum documentũ eſt, quod anteq̃ in Chriſtum
crederent homines, territi formidabant mortẽ. Poſtq̃ uero ſe ad illius fidem doctrinãq;
cõuerterunt, ita eam cõtemnunt, ut illã prompte libenterq; ſuſcipiant, teſteſq; ſint reſur/
rectionis dominicæ aduerſus eam celebratæ. Nam & paruuli adhuc per ætatẽ feſtinant
mori, ſeq; aduerſus eam parant exercitatione iugi, non modo uiri, ſed & fœminæ. Adeo
enim infirma facta eſt, ut & muliebris ab ea ſeductus ſexus, eam modo perinde ac ſi mor
tuam, remiſſamq; deludit. Nam ſicuti, cum tyrãnus a uero rege debellatus, manus ac pe
des nexibus dederit, om̃es cũ tranſeunt, illudunt, cędentes illũ, ac pertrahẽtes, nec iam
ipſius ueſaniam ac feritatẽ timent, uictoris regis uiribus freti, ita & morte ſuperata, atq; a
Saluatore in cruce ſuffixa, & pedes manusq; reuincta, oẽs Chriſti fideles ipſam trãſcun/

Apoſtoli dictũ notandum.

Cur nõ fuerit corpus Chriſti cõtinuo a morte excitatum.

Cur triduo & non ultra in ſepulchro iacue rit.

Ante Chriſti aduentũ erat etiã uiris ſanctis mors terribilis.

do contemnunt,& eam Chriſto atteſtantes irrident,illudentes ei,& ea repetentes, q̃ du
dum cōtra illam ſcripta ſunt, Vbi eſt mors cōtentio tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? An
uero exiguum hoc argumentū eſt,quā ſit imbecilla mors,aut obſcura probatio cōſuma/
tæ aduerſus eam a Saluatore uictoriæ? Cum chriſtiani pueri,& teneræ uirgines,hāc ui/
tam cōtemnunt,& quotidie mori meditanť. Nempe homo per naturā expaueſcit mor/
tem,& reſolutionē corporis timet. Magno uero ſtupendoq; miraculo,q crucis induit fi

Homo naturaliter timet mortem.

dem,contēnit naturalia,& mortem,Chriſti gatia nō reformidat. Ac ueluti cū igni aſſit
per naturā urere,ſi quis aliqd eſſe aſſeueret,quod illius nō formidet incendium, ipſumq;
etiā probet infirmum,cuiuſmodi diciť apud Indos amianthus,qui dicenti nō credit,ex/
periri que quod diciť uult,ea ſe materia,quæ non uritur,inducet,medioſq; in flammarū
globos inuectus/ignis q̃ ſit imbecillus agnoſcet. Aut quo modo ſi quis tyrānum uinctū
uidere cupiat,ad uictoris omnino regis prouinciā, & impium tranſiens,uidet eum, qui
fuit aliquando terribilis,imbecillū factum. Ita & ſi quis infidelis eſt,& poſt adeo illuſtria
ſigna,poſt tam multos martyrū populos,poſt tantā rerum fidem,qua quotidie cernis ir/
rideri mortē,ab his qui Chriſtianā militiam legitime profitentur, Adhuc tamen nō du/
bius eſt,an euacuata ſit,finemq; accæperit mors. Rite q̄dem ille admirať magnitudinē

Inbecillitas mortis quomodo dinoſci queat.

rei,uerūtamen duritiā infidelitatis abijciat,neque aduerſus tantam euidentiā impudens
fiat. Cæterū ut is,qui cœpit amianthum,agnoſcit ſe non poſſe ab igne cōtingi,quiq; ty/
rannum uinctum cernere uult,ad uictoris trānſit impium,ita & qui mortis uictoriā fa/
ctam eſſe noncredit,accipiat Chriſti fidē,& ad eius magiſteriū tranſeat,uidebit profe/
cto infirmitatē mortis,& magnā aduerſus eam inſignemq; uictoriā. Cōplures enim qui
ante nō credentes iſta ridebant,cum poſtmodū crederent,ita cōtempſerunt mortem,ut
& Chriſti martyres fierent. Quod ſi crucis ſigno,mors & Chriſti fide peſſundať, cōſtat
ſub ueritatis iudicio alium non eſſe,q̃ Chriſtum,q aduerſum mortē trophæa ac uictori/
as tulerit,illamque infirmari penitus fecerit. Quanq̃ enim prius p̄ualeret mors, ac per id

Fide Christi et crucis ſigno mortē peſſundari.

terribilis eſſet,poſt aduētum tamen domini Saluatoris,& ipſius corporis mortem reſur/
rectionemq; contemniť,ut ex eo conſtet,mortē ab eo qui crucem ſubijt,eſſe ſupatam.
Sicut enim cum poſt nocturnas tenebras orto iam Sole atque rutilante,omnis ab eo ter/
ra illuſtrať,dubiū nō eſt quin Sol fuſis ubique lucis ſuæ radijs,& fugarit tenebras,& cun
cta ſua luce cōpleuerit. Ita & ex quo Saluatoris in corpore illuxit ſalutaris aduētus,finiſq;
crucis impletus eſt,cōtempta & cōcalcata morte manifeſtum eſt ipſum eſſe Saluatorem,
qui carne ueſtitus apparuit,mortemq; deſtruxit,qui & diſcipulis ſuis contra eā uicto/
rias quotidie trophæaq; largiť. Quis eñ,ſi uiderit homines per naturā infirmos,mortē
conſtanter appetere,neque ipſius expaueſcere corruptionē, neque deſcenſus ad infernū
formidine cōtrahi,ſed prompto animo illā prouocare,nihilq; metuendo,ſupplicia mor
temq; pro Chriſto fideli amplectendo cōſtantia,eam præſenti uitæ longe præferre. aut

Chriſtianorū conſtantia.

ſi inſpexerit uiros atque mulieres,iuuenes,paruulos,uirgines,ad mortem pro fide Chri
ſti ſubeundam,ardenti properare cōſtantia,quis inquā,ſi tantū mortis cōtemptū in ſexu
quolibet & ætate conſyderet,adeo ſit ſtolidus aut infidelis,quis ita excæcatus animo,qn
intelligat & reputet,Chriſtū ipſum,cui teſtimoniū perhibent homines,ſingulis aduer/
ſus mortē præſtare uictoriam. Illamq; infirmari facere in omnibus,qui illius cuſtodiunt
fidē,crucisque ſigno ſe muniunt. Nullus enim ſerpentē calcari intuens,cum priorē eius

Simile.

feritatem non ignoret,ultra iam ambigit mortuum & omnino infirmatū(niſi forte men
te auerſus ſit,neque ſalubritate ſenſuū uigeat) Ita & qui leonem ludibrio eſſe pueris cer
nit,intelligit protinus illum aut mortuum,aut omni uirtute ſua deſtitutum. Sicut enim
hæc uera eſſe datur oculis,ita & cum mors ab eis,qui in Chriſtum credunt & illudatur,
& contemnať,nemo iam ambigat,nemo incredulus ſit,illam a Chriſto fuiſſe deſtructā,
eiusque corruptione ſoluta/omnino deſijſſe. Quod igitur profligata ſit mors, & aduer/
ſus eam domini crux trophæa reportauit,nō minimo indicio ſunt ea,quæ dicimus. Por
ro eius,quæ iam peracta eſt,immortalis reſurrectionis in corpore a cōmuni Saluatore,
& uera uita omniū Chriſto certior fides,euidentiusq; documentū ex apertis rebus acci

pitur,

Mortis a Chriſto profligatæ indicia.

pitur,q̄ poſſit ex uerbis eis duntaxat,qui ſano uigent mentis obtuitu. Si enim euacuata eſt mors,ut ſuperius patuit,eamq; omnes pro domino calcant,multo ſane magis ipſe eā primus ſuo calcauit in corpore atque deſtruxit. Morte autē ab eo prorſus extincta,quid fieri oportuit,niſi ut reſurgeret corpus,eſſetq; aduerſus eam trophęum ipſa reſurrectio? Quo pacto enim apparuiſſet deſtructa mors,niſi dominicum reſurgeret corpus? Si aūt minus ſufficit hoc reſurrectionis eius documentū,uel ex his quæ fiunt iugiter ea aſtruatur. Nam ſi mortuus quiſque nihil operari poteſt,gratiaque tantū illi ad monumētum uſque perſeuerat,ſolum ꝟo uiuentium eſt opari & humana tractare,uideat qui uult,iudexque ſit,& ueritatē grate fateatur,uiſibilibus rebus admonitus. Cum enim tam multa Saluator operet̄ in hominibus,& tantā undique indies multitudinē ex Græcis & barbaris inuiſibiliter ad fidem ſuā tranſire,mirabili uirtute ſuadeat, om̄esq; (ut doctrinæ ſuæ obtemperent) ui ſuæ poteſtatis inducat,quiſpiam ne dubitare adhuc audeat factam eſſe a Saluatore reſurrectionē,& uiuere Chriſtum,imo ip̄m eſſe credentium uitam? An ꝟo mortui eſt immutare hominū mentes, ut abdicatis patris legibus,Chriſti obtemperent monitis? Quo autē pacto,ſi q̄dem nil operatur,quod mortui proprium eſt,ipſe operantes ac uiuentes actione cōpeſcit,facitq;,ut qui adulter fuit,non iam mœchetur, q cædes exercuit,non ultra homicidium ꝑpetret,qui iniurioſus fuit,iniurijs temperet, q impius pietatē colat. Quomodo ſi non reſurrexit,ſed mortuus durat,falſos deos (quos uiuere infideles dicunt,atque colunt dæmones ſcilicet) fugat ipſe,perſequit̄,deijcit? Vbi enim Chriſti nomen reſonat,eiuſq; tenetur fides,inde omnis idolorꝫ cultura deſtruit̄,om̄isq; dæmonum fallacia prętigioſa detegitur,ſanctumq; nomen nullus dæmonū tolerat,ſed eo audito,protinus labitur. Hoccine obſecro mortui hominis,& nō magis uiuentis dei opus eſt? Præterea ridiculum eſt fugatos ab eo dæmones,deſtructaque ſimulachra uiuere,aſſerere. Qui ꝟo illos fugat,& ſua uirtute ne apperere q̄dem uſpiam ſinit,quiq; dei eſſe filius a cunctis p̄dicatur,eum mortuum eſſe cōtendere. Magnū ꝟo contra infideles reſurrectionis indicium hæc præferunt. Quandoq̄dem Chriſtum,quē mortuum dicūt dæmones omnes,& qui ab his coluntur,dij non ꝑſequuntur,ſed eos magis omnes Chriſtus ip̄e perſequitur,ac mortuos arguit. Si enim uerꝫ eſt mortuū nil poſſe operari. Saluator autē tanta indies operat̄,trahens ad pietatē,imbuens ad uirtutē,de immortalitate docens,amorem cœleſtium cordibus inſerens,reuelans agnitionē patris,aduerſus mortem potentiā ſuæ inſpirationis ui indulgens,ſeip̄um ſingulis indicans,idolorꝫq; impium deſtruens cultum,nihilq; horꝫ facere poſſunt,qui apud infideles dij ac dæmones ſunt,magiſq; Chriſti p̄ſentia mortui dep̄hendantur,ocioſam inanemq; pompam p̄ferentes. Sin inquam ſigno crucis magica omnis pellitur ars,omne ueneficium tollitur,linquunt̄ idola,omniſq; irrationalis uoluptas arcetur,omneſq; de terra in cœlum ſuſcipiunt,quis iam mortuum talia patrantē aſſerat Chriſtum? Mortui quippe ꝓprium eſt non operari,& non illum magis,qui nihil agit,& iacet exanimis,quod eſt idolorꝫ ac dæmonū propriū. Nam dei q̄dem filius,& uiuus & efficax eſt,quotidieq; operat̄,& ſalutem omnium ꝑficit. Mors autem indies infirma dep̄henditur,& ſimulachra atque dæmonia mortua eſſe cōprobantur,ut ex hoc iam nullus de corporis ipſius reſurrectione ſit ſcrupulus. Porro, qui nō credit reſurrectionē dominici corporis,uirtutē diuini uerbi,ac ſapientię ignorare uidetur. Si em̄ ſibi corpus aſſumpſit,idque iuxta rationis conſequentiā ſibi proprium fecit,ut ſupra monſtrauimus,quid debuit de illo dominus facere,aut quē oportebat eſſe corporis finem,ab eo ſemel aſſumpti? Nempe nō mori illud poſſibile non erat. Quippe mortale,& quod pro omnibus offerebat̄ in mortē. Cuius rei gratia,ipſum ſibi Saluator aptauerat. Permanere item mortuum æque erat impoſſibile,quod uitę ipſius fuiſſet uenerabile templū. Quocirca mortuum eſt q̄dem,quaſi natura mortale,reuixit autē,propter immorantē in ſe omnium uitam. Suntque nota reſurrectionis officia. Si autē,quia non cernitur,etiā reſurrexiſſe nō credit̄,negabunt infideles,& quod ſecundum naturā eſt. Eſt em̄ dei propriū non uideri,uerum ex op̄ibus noſci,ſicut etiā ſuperius diximus. Si igitur nō aſſunt opera,recte ei,qui nō cernitur,fides derogat̄. Si ꝟo illa clamāt,& aptius

Miracula quę dā quæ indies Chriſti uirtute fiunt,ipſum reſurrexiſſe manifeſte comprobant.

Quæ ſit ſigni crucis uirtus & efficacia.

Reſurrectionis fides.

Proprium eſt dei nō uideri, ſed ex operibus noſci.

indicant, quid ſponte abnegant, a deo certam reſurrectionis uitam. Quandolibet enim mente cæcati ſint, uel exterioribus ſenſibus cernere licet, irrefragabilem Chriſti uirtutē atque deitatē. Nam & cœcus q̃uis non uideat Solē, eius tamen calore ſuſcepto, Solem ſuper terrā eſſe cognoſcit, ita & qui reluctantur nobis, & ſi nondum credunt, cæcutiuntq; hactenus ad ueritatis lucē, at uel credentibus alijs, uirtute dei cognitam nō negent deitatem, celebratamq; ab eo reſurrectionē fateantur. Conſtat enim, q̃a ſi mortuus eſſet Chriſtus, profecto dæmones nō inſequereẽ, nec ſimulachra ſua uirtute diſtraheret. Mortuo enim nunq̃ cederent homines. Quod ſi in eius nomine manifeſte pelluntẽ, liquet utique non eſſe mortuum, maxime cum dæmones, etiamq; homines nō intuenẽ, aſpiciant. Ne-

Nota.

que ignorare poſſint, ſit ne mortuus Chriſtus, cōſtetq; mortuo nunq̃ pariturōs. At nūc uident dæmones (quod impij credere nolunt) hunc eſſe deū, atque ideo fugiunt & adorant, ea dicētes, quæ cum eſſet in corpore, locuti ſunt. Scimus te, qui es ſanctus dei. Et dimitte, q̃d tibi & nobis eſt fili dei: obſecro te ne me crucies. Igitur cum fateanẽ dæmones, & opera teſtenẽ indicis, liquet profecto, nulluſq; contra ueritatem impudens ſit, Saluatorem ſuum excitaſſe corpus, deiq; eſſe filium, ex uero patre uerum, utpote uerbū patris, & ſapientiā, atque uirtutem. Qui nouiſſimis temporibus, pro ſalute omniū corpus accæpit, & orbem totū de patre docuit, mortemq; deſtruxit, cunctiſq; immortalitatem reſurrectionis repromiſſione largitus eſt, primitias eius ſuum filium corpus exſuſcitans, ac ſigno cru‑is oſtendens, mortem eiusque corruptionem eſſe ſupatam. Quæ cum ita ſe habeant, manifeſtaq; ſit probatio reſurrectionis, habitæq; contra mortē a Saluatore uictoriæ. Age nunc Iudæoꝝ quoq; incredulitatē, & irriſionem gentiliū arguamus. Hæc enī Iudæi quidem non credunt, gentiles ꝟo etiā irrident, cruci atq; incarnationi uerbi turpitudinem obijcientes. Verum nihil pigebit, contra utroſq; pugnare, maxime cum certa aduerſus illos nobis argumenta nō deſint. Iudæi nanq; de ſcripturis, quas & ipſi legūt, habent ſuæ infidelitatis interp̄tationem, cum omnis diuinitus inſpirata pagina iſta futura p̄nunciet, ſintq; dicta ipſa Sole clariora. Prophætæ nāq; dudum de miraculo uirginis, naſcituroq; ex illa filio, ita p̄nunciant. Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uo-

Chriſtū naſci de uirgine & pro nobis pati prophetarū uaticini s adſtruitur.

cabunt nomen eius emanuel, quod eſt interp̄tatum, nobiſcum deus. Moſes autē ille magnus ueraxq; apud illos habitus, de incarnatiōe Saluatoris dictum illud admodum probans, utrumq; cognoſcens, ita poſuit, dicens. Orietur ſtella ex Iacob, & homo ex Iſrael, & cōfringit duces Moab. Et rurſum, q̃ pulchræ domus tuæ Iacob tabernacula tua Iſrael, quaſi ualles obumbrantes, & quaſi paradiſi ſuper flumina, & quaſi tabernacula quæ fixit dominus, quaſi cedri iuxta aquas, egredietur homo de ſemine ipſius, & dominabiẽ gentibus multis. Rurſumq; Eſaias. Anteq̃ ſciat puer uocare patrē & matrē, accipiet uirtutē Damaſci, & ſpolia Samariæ, coram rege Aſſyrioꝝ. Quod igitur homo uēturus ſit, per hæc aperte p̄dicitur. Quod autem ſit uenturus omniū dominus, rurſus ita prænunciat. Ecce dominus ſedet ſuper nubem leuem, & ueniet in Aegyptum, & mouebunẽ ſimulachra Aegypti. Nam deinde pater eum reuocat, dicēs. Ex ægypto uocaui filium meum, ne mors quidem ipſius reticereẽ. Sed & nimis lucide in ſanctis exprimitur literis. Nam & mortis cauſam qui eam nō propter ſe, ſed pro omnium ſalute pertulerit, Iudæorumq; inſidias iniuriaſq; ab eis in illum irrogatas, dicere non timuerunt, ut nullus eoꝝ, qui iſta non audierit, erroris aut ignorantiæ excuſare ſe poſſit. Aiunt itaq;. Homo in plaga conſtitutus, & ſciēs ferre infirmitatem, quia auerſa eo facies eius, ignominia affectus eſt, nec reputatus, ipſe peccata noſtra fert, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum eſſe in dolore, & plaga, & afflictione. Ipſe autē uulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, liuore eius nos ſanati ſumus. Admirare clementiam uerbi, quia noſtri gratia inhonoraẽ, ut nos honorabiles ſimus. Omnes enim (inquit) quaſi oues errauimus, homo uia ſua oberrauit, & dominus tradidit illum peccatis noſtris, & ipſe, qui male tractetur, non aperit os ſuum. Quaſi ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus corā tondente ſine uoce, ſic non aperuit os ſuum, in humilitate ſua iudicium eius ablatum eſt. Deinde ne quis hominē eſſe commu

nem

nem ex paſſione ſuſpicetur, ſuſpitiones hominum præuenit, ipſiusq; potentiam ac natu/
ræ nobiſcum diſſimilitudinem prænunciat/dicens. Generationẽ autem eius quis enarra
rabit? Quia tollitur de terra uita eius, ab iniquitatibus populi ductus eſt ad mortem, &
dabo iniquos pro ſepultura eius, & diuites pro morte ipſius, quia iniquitatem non fecit.
nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, & dominus uult mundare illum a plaga. Sed forte pro/
phætias de ipſius morte loqui audiens/quæris etiam, ubinam de cruce ſignanter loquan
tur, addiſcere. Ne id quidem ab eis omiſſum eſt, ſed lucide nimis & euidẽter expreſſum.
Primus nanq; Moſes magna uoce prænunciat/dicens. Videbitis uitam ueſtram pende/
re ante oculos ueſtros, & non credetis. Et qui poſt illum fuere prophætæ, de hoc rurſus
præcinuere/dicẽtes. Ego autẽ quaſi agnus innocens ductus ad immolandum neſciebã,
ſuper me cogitauerunt malum dicentes. Venite & mittamus lignum in panem eius, &
conteramus eum de terra uiuentium. Et rurſum. Foderunt manus meas, & pedes meos,
dinumerauerunt omnia oſſa mea. Diuiſerunt ueſtimenta mea ſibi, & ſuper ueſtem meã
miſerunt ſortem. Porro ſublimis mors in ligno perfecta/alia non eſt, q̃ crux. Rurſumq;
in nullo mortis genere ſodiuntur manus & pedes, niſi in cruce ſola. Quod uero Saluato/
ris aduentu omnes undiq; gentes deum agnoſcere cœperint, ne id quidem intactum re/
liquerũt prophætæ, ſed huius quoq; rei memoria in ſanctis literis eſt. Erit enim (inquit)
radix Ieſſe, & qui exurget dominari gẽtibus, in ipſo gentes ſperabunt. Hæc interim pau
cis pro fide geſtorum. Cæterum ſcriptura omnis iudaicam caſtigat infidelitatem. Quis
enim unquam ex his, quos diuina tradit hiſtoria, iuſtis ſanctisq; prophętis & patriarchis
ex ſola natus eſt uirgine. Aut quęnam abſq; uiro mulier ad conceptum hominis idonea
fuit. Nonne ex Adam ortus eſt Abel? Enoch ex Iared. Ex Lamech Noe, Abraham ex
Thara, Iſaac ex Abraham, ex Iſaac Iacob. Nonne Iudas ex Iacob, Moſes & Aaron ex A/
braham? Nonne Samuel ex Helcana, Dauid ex Ieſſe? Nonne Salomon ex Dauid? Nõ/
ne Ezechias ex Achay? Nonne ex Amon Ioſias, Eſaias ex Amos? Nonne ex Elchia Hie
remias, & Ezechiel ex Buxi nati ſunt? Nõne ſinguli habuere patrẽ, & generationis au
thorem. Quis ille ergo eſt, quem ſola ædidit uirgo. Magna nẽpe huius ſignificandi pro/
phætæ cura fuit. Cuius autẽ ortum ſtella præcurrit in cœlis, natumq; ſignificauit orbi.
Natus nanq; Moſes, occultatus a parẽtibus eſt. Dauid natiuitas ne uicinis quidem agni/
ta eſt, quandoquidem nec magnus q̃dem ille Samuel ip̃um agnoſcebat, ſed ſciſcitabatur
an eſſet adhuc Ieſſe alius filius. Abraham, ubi iam meritis inſignis effulſerat, a uicinis eſt
cognitus. Enimuero Chriſti nati non homo teſtis, ſed ſtella in cœlo apparens fuit, unde
ille deſcenderat. Quis unquam genitus rex priuſquam patrem aut matrem uocare poſ/
ſet, regnauit, & accępit hoſtium ſpolia? Nonne Dauid cum triginta eſſet annorum, ſuſ/
cępit regnum, Salomonq; iam adultus regnare cœpit? Nonne Ioas annos natus ſeptem,
peruenit ad regnum? Nõne Ioſias æuo poſterior, ſed meritis clarior, ſeptem item anno/
rum imperium ſumpſit? Sed hi tamen eam agentes ætatem? patrem aut matrem uocare
poterant. Quis ergo eſt, qui ferme antequam naſcitur regnat, & ſpolia hoſtium diripit?
Quis huiuſmodi fuerit rex Iſrael, & Iuda/ dicant Iudæi. in quem ſperauerunt gentes o/
mnes, ac pacem habuerunt, illisque non ſint aduerſatæ undiq;. Quandiu enim ſtetit illa
Hieruſalem, bellum eis perpetuum fuit, omnesq; pugnabant contra Iſrael. Aſſyrij nãq;
premebant, perſequebantur Aegyptij, Babylonij uaſtantes urgebant, & quod mirabi/
lius ſit, finitimos Syros hoſtes/illi ſemper habuerunt. Nõne Dauid Moabitas oppugna/
uit. Syrosq; concidit? Ioſias nonne item uicinas obſeruauit nationes? Et Ezechias iactan
tiam Sennacherib regis expauit? Nonne aduerſus Moſem Amalech aciem inſtruebat,
& Amorrei, qui Iericho inhabitabant, Ieſum naue aduerſabantur? Nullaq; prorſus ami/
ciciæ fœdera gentes cum Hieroſolymis iungere poterant? Quis ſit igitur in quem ſpera
uerunt gentes, dignum reor inſpicere. Eſſe enim aliquem oportet, quia non poteſt pro/
phætia mentiri. Cuius item ſanctorum prophætarum, aut patriarcharum mors in cruce
pro ſalute omnium legitur facta? Aut quis uulneratus, ac pro ſalute omniũ occiſus eſt?
Quis igitur iuſtorum aut regum, in Aegyptum deſcendit, cuius deſcenſu Aegyptiorũ

Chriſtum cruci affigendum prophetæ teſtati ſunt.

Generationis uariæ.

Prophetias nõ niſi Chriſto cõgruere.

Nullum ante Chriſti aduentum inter Iudæos & gentiles fœdus initum.

idola manufacta corruerint? Abraham nempe illuc deſcendit, ſed tamen ad ingreſſum
Iudæorum error cõfutatur
eius idolorum minime cultura quieuit. Moſes illic natus eſt, neque tamē ſeruere impie/
tas/cultusq; ſacrilegus deſtitit. Quis teſtimonio ſcripturæ manus ac pedes perfoſſus aſ/
ſeritur, aut in ligno pependiſſe, ac pro ſalute omnium in cruce fuiſſe conſumatus? Abra
Quo genere mortis patriarchæ, cæteriq; prophetæ mortui ſunt.
ham enim lectulo decubans/ſancto fine quieuit. Iſaac & Iacob, extenſis pedibus/ & ipſi
moriuntur in lectulo? Moſes & Aaron in monte defecerunt, Dauid domi obijt, nullas
a populis paſſus inſidias. Et ſi enim inquiſitus a Saul fuit, illæſus tamen (deo protegente)
ſeruatus eſt. Eſaias ſectus quidem eſt, ſed non in ligno ſuſpenſus. Hieremias iniurijs affe
ctus eſt, nō tamē cruce damnatus interijt. Ezechiel paſſus eſt, non pro ſalute populi, ſed
qui aduerſus populum futura ſignaret. Deinde hi cum paterenť homines erāt, nullo cæ
teris natura diſſimiles. Qui uero per ſcripturas ſignificabatur pro omnium ſalute paſſu/
Soli Chriſto prophetarum uaticinia congruere.
rus, non homo ſimpliciter, ſed uita omnium dicitur, & per naturam hominibus ſimilis.
Videbitis enim, inquit, uitam omnium pendentē coram oculis ueſtris, & generationem
eius quis enarrabit. Nam ſi quis ſupiora repetens/quærat, inueniet per ſingulos ſanctos,
quis unde fuerit, ubique ſit natus. Eius uero qui uita eſt, generationem eſſe inenarrabi/
lem, ſcripturæ diuinæ ſignificāt. Quis ergo eſt de quo ſanctæ literæ loquuntur, aut quis
eius merita de quo prophætæ tanta denuncient? At alius nemo in ſcripturis inuenitur,
niſi cõmunis Saluator omnium deus, Verbum dominus noſter Ieſus Chriſtus. Hic eñi
Natiuitas Chriſti conuenienter per ſtellā ſignata eſt.
qui natus ex uirgine, & homo in terris uiſus, inenarrabilem habet ſecundum carnem ge
nerationem. Neq; enim eſt qui poſſit eius ſecūdum carnem ſe patrem dicere, cum ipſius
corpus nō ex uiro, ſed ex uirgine ſit ſola procreatum. Quēadmodum ergo Dauid Mo
ſi/patriarcharumq; reliquorum patres retexere per generationum ſeriem poſſumus, Ita
Saluatoris ſecundum carnem generationem, ex uiro enarrare, nemo eſt qui poſſit. Hic
igitur eſt, qui ſtellam ſignare fecit corpoream natiuitatem ſuam. Oportebat enim ut ꝗd
de cœlo deſcenderat, uerbum cœleſti quoq; ſignaretur indicio, prodiensq; ex utero cre
aturæ omnium rex, aperte toto terrarum orbe noſceretur. Denique in Iudæa natum/ex
Perſide ſupplices adorare uenerunt uiri. Hic eſt, qui & antequam naſcereť in carne, con
tra aduerſarias poteſtates uictoriam cœpit, trophæaq; aduerſus idolatriam tulit. Omnes
igitur ex gentibus undiq; confluentes, adiurata cõſuetudine patria, & impio idolorum
cultu, in Chriſto ſpem ponunt, eiq; ſeipſos deuouerunt. Id autem quotidiano experimē
to haurire oculis licet. Nunquā enim alias Aegyptiorum quieuit impietas, niſi cum do/
minus omnium corpore illuc deſcendit, ac ſi nube deuectus, profligatoq; errore idolo/
rum, omnes ad ſe, & per ſe ad patrem trāſtulit. Hic eſt crucifixus Deus noſter, Sole teſte
& creatura omni, eisq; ſibi impias iniecere manus, cuius morte ſalus omnibus quæſita,
& creatura omnis redempta eſt. Hic eſt omnium uita, qui quaſi ouis pro ſalute omnium
tradidit in mortem corpus ſuum, licet id Iudæi credere abnuant. Quibus, ſi ſatis iſta non
ſunt, uel ex alijs quæ apud eos itidem leguntur, ſacris eloquijs credant. De quo enim di/
cunt prophætæ. Manifeſtus factus ſum nō quęrentibus me, inuentusq; ab his, qui non
interrogabant me. Dixi, ecce ſum genti, qui non inuocauerunt nomen meum, expādi
manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Quis ergo eſt, qui manife
ſtus factus eſt, ut Iudæos percontemur? Nam ſiquidem prophæta eſt, dicant quando de/
lituerit, ut poſtea manifeſtatus ſit? Quis autem hic prophæta eſt, qui ex abditis manife/
ſtus apparuit, manusq; ſuas expandit in cruce? Iuſtorum profecto nemo. ſolus itaq; Dei
filius eſt. Qui cum ſit incorporalis per naturam, propter nos apparuit in carne uiſibilis,
ac pro ſalute noſtra paſſus eſt. At uero ſi ne iſtud quidem illis ſufficit, uel ex alijs admo/
neantur tam aperte ueritati non reluctari. Ait enim ſcriptura, Confortamini manus re/
miſſæ, & genua reſoluta roboramini, qui puſillo animo eſtis exhortamini, cõfortamini,
nolite timere, ecce deus noſter indicium retribuit, ipſe ueniet & ſaluabit nos, tunc aperi/
entur oculi cœcorum, & aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet claudus quaſi ceruus, &
diſerta erit lingua mutorum. Quid igitur & de hoc dicere poſſunt? An ad id quoq; con
tra obſiſtere audebunt? Prophætia nempe deum aduenire denunciat, ſignaq;, & aduen

tus eius

ſus eius tempus inſinuat,tunc enim fore ut aſpiciant cæci,claudi ambulant,audient ſur/
di,mutorumq; lingua ſoluaẽ,cum aduenerit dominus p̄dicant. Quando igitur in Iſrael
hæc facta ſunt ſigna,aut ubi in Iudęa tale aliquid cōtigit/dicant.Leproſus mundatus eſt
Naamā,ſed ſurdus minime audiuit,neq; claudus ambulauit.Mortuū ſuſcitauit Helias,
Heliſeus ſimiliter,ſed cæcus a natiuitate non uidit.Magnum quidem reuera eſt ſuſcita/
re mortuum,nō tamē huiuſmodi,quale eſt patratum a Saluatore miraculum.Nam pro/
fecto ſcriptura,quæ ſuſcitatum mortuum retulit,leproſumq; mundatum,ſi claudum am
bulare contigiſſet/cæcumq; reſpicere,id dicere non omiſiſſet.Quia uero iſta non retu/
lit,conſtat ea/neq; prius facta fuiſſe.Quando igitur hęc facta ſunt,niſi cum ipſe deus/dei
uerbum in carne ad homines uenit.Quādo enim aduenit ille,tunc ambulauerunt clau/
di,muti locuti ſunt,& ſurdi audierunt,cæciq; a natiuitatę uiderunt.Idcirco eñ & Iudæi
hæc ſigna uidentes,ut qui nunquam alias hæc facta comperer unt,admirati dicebant A
ſæculo nō eſt auditum,quoniam aperuit quis oculos cæci nati. Niſi eſſet hic a Deo/non
poſſet facere quicq̄. Sed forſitan & ipſi aduerſus tam aperta reſiſtere,& cōtraire non ua/
lentes,non quidem ſcripta negabunt,ſed expectare ſe iſta,nondumq; dei uerbum adue
niſſe aſſeuerabunt.Hoc enim ultro citroq; iactare nō deſinunt. Neq; erubeſcunt aduer/
ſus apertam ueritatem/eſſe impudētes.Sed enim hoc euidentius, q̄ de cæteris cōuincen
di ſunt,nō a nobis,uerum a ſapientiſſimo Daniele,qui & p̄ſens tempus,& diuinum Sal
uatoris p̄dicauit aduentum/dicens.Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper po
pulum tuum,& ciuitatē ſanctam,ut conſumaẽ peccatum,& ſignetur peccatum,& dele/
atur iniuſtitia,& propinetur iniquitas,abducaturq; iuſtitia ſempiterna,& ſignetur uiſio
& prophætia,& ungatur ſanctus ſanctoꝝ,& ſcies & intelliges,ab exitu ſermonis, ut di/
ſcernatur & ædificeẽ Hieruſalem. Vſq; ad Chriſtū ducem fortaſſis,in cæteris qualē in/
quam occaſionē inuenire poſſunt,& in futuꝝ tēpus differre,quæ ſcripta ſunt.Quid au/
tem ad hæc dicere,aut contra aſpicere audebunt,ubi & Chriſtus ſignāter exprimitur &
ungitur,nō homo ſimpliciter,ſed ſanctus ſanctoꝝ eſſe deſcribiẽ,& uſq; ad ipſius aduen
tum Hieruſalē conſtare prędiciẽ,ac deinceps quietura prophætia,& uiſio in Iſrael p̄nun
ciatur. Vncti quidem olim ſunt Dauid & Salomō,& Ezechias. Sed rurſus Hieruſalem
& locus ille cōſtabat,& prophætiæ futura p̄cinebant. Gad/Aſaph,& Nathan.& poſt il
los Eſaias,Oſeæ,Amos,& reliqui.Ad hæc illi,qui uncti ſunt,homines ſancti uocabanẽ,
nō ſancti ſanctoꝝ. At u͛o,ſi obijciant captiuitatē,ac per eam Hieruſalē non ſtare conten
dant,quid de prophætis quoq; dicturi ſunt?Nam cum olim populus in Babylonem du
ceretur,erāt illic Daniel & Hieremias,pphetabantq; Ezechiel,Ageus,& Zacharias.Fa
buloſa igiẽ Iudæi proſequunẽ,& adeſſe modo tēpus dudum p̄dictum,ſcire ac noſſe diſſi
mulant.Quando enim ceſſauit prophætia,aut uiſio ab Iſrael,niſi modo cum ſanctus ſan
ctorum Chriſtus aduenit?Signum eñ euidens,magnumq; aduentus ſui indicium eſt,
iam nō ſtare Hieruſalem,nec prophætiā ex Iudæis exurgere,neq; uiſionē eis reuelari,&
iuſtiſſime id quidem.Nam cum is qui ſignificabaẽ aduenerit,qui ultra opus eſt umbris?
Idcirco enim & illi tam diu prophetabant,donec uenit ipſa iuſtitia,& qui cunctoꝝ pec/
cata redimeret.Ideo & Hieruſalē diutius conſtitit,ut illic ſe prius ad ueritatis typos exer
cerent. Merito itaq; p̄ſente ſancto ſanctorum,ſignata eſt uiſio & prophætia,Iudæoꝝq;
deſijt regnum. Tādiu enim apud eos uncti ſunt reges,quo ad ſanctus ſanctoꝝ ungereẽ.
Moſes quoq; ad illum uſq; perſeueraturum regnum Iudæoꝝ prędicens ait. Nō deficiet
princeps ex Iuda,& dux de femoribus eius,donec ueniat cui repoſitū eſt, & ipſe erit ex/
pectatio gentium. Vnde & Saluator ipſe clamabat.Lex & prophætæ uſq; ad Ioannem
prophetarunt. Siquidem igitur apud Iudæos nunc aut regnum,aut prophætia,aut ui/
ſio,recte forſitan Chriſtum inficianẽ ueniſſe.Sin autē nihil hoꝝ penes eos inueniẽ,clau/
ſaq; iam & ſignata ſunt oīa,capta ciuitas,incenſum templum,quid in id præuaricatio/
nis impietatiſq; profluunt,ut cum facta omnia cernant,horum authorem Chriſtū Dei
filium negent?Cur gentiles idola deſerere,ac per Chriſtum in deum Iſrael ſperare cer/
nentes/abnegent eum,qui de radice Ieſſe(ſecundum carnem)iam natus eſt, Chriſtum?

Signa & miracula feciſſe Chriſtum quæ nemo alius fecit.

Euidentiſſima ſigna Chriſtū iam ueniſſe.

Iudæorum arguitur infidelitas & pernicacia.

Nam ſiquidem deum alium gentes adorarent, quã deum Abraam, Iſaac, Iacob & Moſi, non iniuria occaſiones obtenderent, negarentq; aduenıſſe deum. Porro, ſi eum, qui Moſi tradidit leges, & Abrahæ promiſſiones dedit, cuius uerbum ſpreuere Iudęi, hunc gentes colunt Deum, cur nõ agnoſcunt? immo cur ſponte deſpiciunt, auertuntq; oculos, ne uideant eum, quẽ ſcripturæ prophætabant, illuxiſſe orbi, atque apparuiſſe corporeũ, ſicut ſanctæ literæ continent. Dominus deus apparuit nobis. Et rurſus. Miſit uerbum ſuũ & ſanauit eos. Et iterum. Non legatus, non angelus, ſed ipſe dominus ſaluauit eos. Idem uero ferme patiuntur, ac ſi quis mẽte captus, terrã illuſtrari Sole cerneret, eiusq; illuſtrationis authorem Solem denegaret. Quid ẽm amplius is habet, qui ab eis expectaẽ, cum uenerit facere? Vocare gentes? At iam uocatæ ſunt. Finem prophetiæ ac regno, uiſioniq; imponere? hoc item factum eſt. Idolorum prophanos, impioſque cultus arguere? Et hoc iam pridem ille mirabili, diuinaq; uirtute operatus eſt. An uero deſtruere mortem? Deuicta q̄dem illa eſt, penitusq; deleta. Quid ergo reſtat faciendum, quod Chriſtum facere oportuit, quidue implendum reliquum eſt, ut Iudęi ſuam perfidiam tueri poſſint? Si enim, uti nunc cernimus, neque regnum, neque prophetia, neque ſacrificium, neque uiſio apud eos eſt, omnisq; orbis dei agnitione plenus eſt, omiſſaq; impietate gẽtiles ad deum Abraham, per uerbum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tota fide confugiũt, conſtat profecto (quantumlibet illi impudentes ſint) aduenıſſe Chriſtum, ipſumque omnes ſuo illuſtraſſe lumine, ac de patre ſuo ueritatem docuiſſe, rectiſſimamq; doctrinã tradidiſſe mundo. His igitur & huiuſmodi plurimis de ſcripturis ſanctis Iudæos arguere, & conuincere poſſumus.

Vocatio gentium.

Gentilium error coarguitur.

Gentiles uero quis non ſumme admiretur, ea ridentes, quæ minime ſunt irridenda, atque in ſuo errore perdurantes, quo ligna, & lapides pro deo miſerabili cæcitate uenerantur? Verum cum ſit ueritatis ratio, & cauſa probationibus non inferenda, age hos quoque probabilibus rationibus, his quoque nobis maxime conſpicuis, cõfutare ſtudeamus. Quid oro ineptum, quid riſu dignum apud nos eſt? An quod uerbum apparuiſſe dicimus carne ueſtitum? At qui hoc & ipſi iuſtiſſime factum confitebuntur, ſiquidem fuerint ſtudioſi ueritatis. Nempe enim ſi Dei uerbum eſſe negant, ſtulte omnino irrident, quod ignorant. Si autem uerbum deum eſſe confitentur, eumq; mundi principem, in quo pater cuncta creauit, huiusque prouidentia illuſtrari & uiuificari, & eſſe omnia, ipſumque ſuper cuncta regnare, ut ex prouidentiæ operibus ipſe noſcatur, & per ipſum pater, per quam ſane inepte contra ſe riſum, dum neſciunt mouent. Mundum hunc magnum corpus eſſe aiunt Gentilium ſapientes, uerıſſime id quidem, uidemus enim illum, eiusque partes noſtris ingerunt ſe ſenſibus. Si igitur in mundo, q̄d corpus non negãt, Dei uerbum eſt, cunctaque ipſius ſimul ac ſingula peruagatur, quid aut mirum, aut incongruum dicimus, ſi hominem quoque ipſum ſubiıſſe fateamur.

Non eſſe indignum uerbum patris apparuiſſe carne ueſtitum.

Nã ſi omnino indignum putant, ipſum in corpore apparuiſſe, indignum dicant & hanc omnem mundi machinam perluſtrare, & omnia ſua prouidentia mouere atque moderare. Corpus enim & hoc totum eſt. Si autem mundum ab eo perluſtrari, & in toto noſci ipſum decet, profecto & in humano ipſum apparere corpore, idque ab eo illuſtrari, atque ad operandum excitari non indecẽs erit. Pars enim totius, ipſaq; nõ uilis, genus humanum eſt. Et ſi partem inſtrumentum eius fieri, ad notionem deitatis mortalibus inſinuandam, indecens eſt, ineptiſſimum erit, & per totum ipſum inſinuari Deum. Sicut enim cum totum corpus ab homine agatur & illuſtretur, ſiquis indignum dicat, etiam in digito pedis hominis eſſe uirtutẽ ſtultiſſimus habetur, quippe qui in toto ipſum eſſe & operari fateatur, in parte deneget, ita & qui fatetur & credit Deum, dei uerbum in toto eſſe cunctaque ab eo & illuſtrari & moueri, non indignum arbitrabitur, humanum etiam corpus ab illo agi, atque moueri. Porro, ſi quia genitum eſt, & ex nõ exiſtentibus conditum genus humanum, idcirco indecenter nos aſſerere putant humanum ad homines Saluatoris aduentum, ipſum hac ratione a creatura quoq; omnium deturbabunt. Et ipſa enim ex nihilo per uerbum, ut eſſet, condita eſt. Si autem cum ſit facta creatura, indignum nõ eſt, in ea eſſe uerbum, ne in homine quidem eſſe, indignum erit. Nam q̄cunq;

de toto

ide toto cogitaueris,ea de parte quocꝫ intelligas/neceſſe eſt. Pars autē totius,ut prædixi, *Nota.*
& homo eſt,igitur in homine eſſe uerbum nulla ratione indignū eſt,omniaqꝫ ab ipſo &
in ipſo agi & moueri,atque uiuere,ſicuti ipſorꝫ etiā ſcriptores dicūt,q̄a in ipſo uiuimus,
mouemur,& ſumus. Quid ergo riſu dignū dicimus,ſi in quo eſt uerbum eo ad demon
ſtrationem ſui,ac ſi inſtrumento utitur? Nam ſi in illo non eſſet,uti profecto ipſo nequi
uiſſet. Si autē,ut ante iam dedimus,in toto,& in ſingulis eſt,q̄d mirꝫ aut incredibile dici/
mus,ſi uerbū in his,in q̄bus eſt,ſeipm̄ maniſeſtare fateamur? Quēadmodum in uiribus
ſuis/totus in ſingulis,atqꝫ omnibus p̄ſens,ſuauiterqꝫ diſponens omnia,ſi per Solē,aut Lu
nam,aut cœlum,aut terrā ueniſſet/aut aquā,nullus ipſum incōgrue uoce uſum eſſe di/
xiſſet,& ſe,ac patrē ſuū intimaſſe,cum ſimul contineret omnia/atqꝫ in omnibus, ita & in
ipſa parte eſſet,ac ſeipſum inuiſibiliter panderet,ita neqꝫ dici indignum poteſt,ſi cum diſ
ponat omnia,cunctaqꝫ uiuificet,ſeqꝫ per homines notum fieri uoluerit, inſtrumento hu
mani corporis,ad maniſeſtationē ueritatis,patriſqꝫ cognitionē/uti ſumma pietate uolu/
erit. Pars quippe totius,ut ſupra iam diximus,& homo eſt. Et ſicuti mens, cū in toto diſ/
fuſa ſit homine,ex parte tamē corporis, ideſt lingua,ſignatur. Neqꝫ tamen ideo quiſquā *Apta ſimilitu-*
mentis ſubſtantiā dicit imminui. Ita & uerbum,cum per omnia ſit, indignū aut indecēs *do.*
minime uideri debet,ſi humano uti uoluerit, ad ſe ac patrē indicandū inſtrumēto. Nam
ſi,ut iam diximus,indecens eſt,corp̄is uti inſtrumento,indecēs erit ip̄ſum & in toto eſſe.
Quod ſi obijciant,cur non per alias præſtantiores creaturæ partes apparere uoluerit? &
pulchriore inſtrumēto,Sole ſcilicet,aut Luna,aut ſtellis,uel æthere,aut igne uti, ſed tan/ *Cur in homine*
tum homine. Sciant dominū non oſtentandi,ſed curandi ac docendi homines gratia ue/ *potius quā in*
niſſe. Oſtentantis nanqꝫ erat apparere ſolū,p̄ſenteſqꝫ uirtute ac maieſtate terrere. Curan *alia quis crea-*
tis ꝟo,ac docentis nō modo aduenire,uerum indigentiū commodis utilitatiqꝫ proſpice/ *tura apparere*
re. Atqꝫ ita ut hi qui patiunt̃,ferre poſſunt/ſe p̄bere uiſibilē,ne ſi ſe ad patientiū non cohi *deus uoluerit*
beat modum,perturbet opis egentes,inutiliſqꝫ illis ſit aduentus dei. Nulla igit̃ creaturæ
pars/a diuina cognitione deuiauerat,niſi ſolus homo,uidelicet non ſol,nō luna, non cœ
lum,nō ſydera,non aqua,nō æther/ſuos immutauerunt ordines,ſed omnia opificem ac
regē ſuum deum uerbū agnoſcentia,ut ſunt condita,ꝑmanent,ſoli homines auerſi a ue/
ro,iam q̄ non erant,ſibi pro ueritate finxere,diuinoſqꝫ honores dæmonibus,atqꝫ homi/ *Solus homo*
nibus in lapidibus ac lignis,ſtulti amenteſqꝫ detulerunt. Vnde nō immerito,quoniā dei *ordinem ſibi a*
bonitate indignū erat tantā operis ſui nō curare iacturam,cum negrent homines in tota *deo datum per*
mundi machina gubernantē ac regentem cuncta cognoſcere,partē totius aſſumens ſi/ *uertit.*
bi,corporis ſcilicet humani inſtrumentū illud p̄cipue ſubijt. Vt q̄a ſe non poterant in to
to cognoſcere,uel in parte,illis ſe noſcibilē faceret. Et quoniā in inuiſibilē ipſius uirtutē
intendere nō ualebant,uel ex ſibi ſimilibus cogitare ipſum atqꝫ intelligere poſſent homi
nes. Quippe per cōditionis ſuæ corpus,eiuſqꝫ diuina opera,celerius atqꝫ uicinius ipſius
noſſe poterant patrem,cum animaduerterent,nō humana,ſed diuina eſſe opera,quæ ab *Rationes notā-*
eo gererētur in carne. Sin ꝟo,iuxta illos indignū fuit uerbum per opera corporis noſci, *de.*
indignum item ſit ipſum ex operibus creaturæ totius agnoſci. Sicut enim cum ſit in cre/
atura,nil habet cum creatura commune,ſed magis omnia uirtuti ipſius potentiæqꝫ com
municant,ita & corp̄is inſtrumento utens/nihil ipſius inquinationis attraxit,ſed ipſum
potius ſanctificauit corpus. Si em̄ Plato ille apud gentiles admirabilis ac ſummus,ait ge/
nitorem mūdi deum,cum ip̄m iactari fluctibus cerneret ac periclitari,in locum diſſimi/ *Mūdum a deo*
litudinis uergere,inſidentē gubernaculis animæ, tuliſſe opem, & emendaſſe peccata o/ *factum Plato*
mnia,quid iam nos incredibile dicimus,ſi oberrante humano genere/dei uerbum illi in/ *credidit.*
ſediſſe,hominemqꝫ apparuiſſe aſſeramus,ut iactatum fluctibus ſua gubernatione ac be
nignitate ſeruaret̃. At fortaſſe pudore cōſentient,dicent tamen oportuiſſe deum,cum
ſaluare homines & erudire decerneret,id ſolo nutu ꝑficere. Neqꝫ ipſius uerbum debuiſ/
ſe corpus attingere,ſicuti & pridem fecerat,cum ex nō exiſtētibus conderet omnia. Sed
hanc illorum obiectionem hac ratione refellimus. Olim quidem cum nihil unquā eſſet,
ad creanda omnia,nutu ſolo ac uoluntate opus erat. Vbi uero factus eſt homo,exegitqꝫ

Cũ creata ſunt omnis ſolo nu tu opus erat ex diuina uolũta te in reparatio ne uero etiam corporis aſſumptione.

neceſſitas,non ea quæ nõ erant,ſed q̄ iam fuerant creata/curare debuit Saluator,& medi
cus in his apparere,q̄ fuerant condita,ut & q̄ iam erant facta/curaret.Factus autẽ fuerat
homo,ideo & humano inſtrumẽto uſus eſt/corꝑe. Quonam ꝗ̄o modo alio præbere ſe
uiſibile debuit uerbum,cum uti inſtrumẽto decerneret?Aut unde hoc oportuit ſume/
re,niſi ex his,q̄ iam fuerant cõdita,erantq; ipſius diuinitate ſeruanda?Neq; enim, q̄ non
erant,ſalute indigebant,ut ſolo agere p̄cepto ſufficeret.Sed homo, qui iam conditus,in
corruptionẽ mortemq; defluxerat.Quocirca rectiſſime omnino humano inſtrumento
uti inſtituit,ſeq; in om̃ia Dei explicuit uerbum.Et hoc p̄terea ſciendum,quod ſemel in/
uecta corruptio nõ extra corpus erat,ſed ipſi potiſſimum acceſſerat corpori,eratque ne/
ceſſarium,uitam illi pro corruptione ſuccedere.Vt ſicuti in corpore cõtigerat mors,ita
in ipſo & uita cõtingeret.Si enim exterius erat corporis mors,extrinſecus uita quoq; illi
accedere debuit.Porro/ſi corpori cõgreſſa mors,illudq; complexa ſuperauerat, neceſſa
rio & uita debuit cõgredi corpori,ut corpus uita ueſtiret,mortemq; deijceret. Ad hęc,
ſi extra corpus,& non in ipſo fieret uerbum,mors ꝗdem ab eo naturali poteſtate uince/
retur.Quippe qui uitæ nequiret obſiſtere,nihilominus tamen ꝑmaneret in corꝑe ſemel
inuecta corruptio.Idcirco neceſſario omnino Saluator induit corpus,ut uitæ cõnexum
non iam quaſi mortale ꝑmaneret in morte,ſed ut iam immortalitate ueſtitum per reſur/
rectionis gloriã/immortale ꝑmaneret.Nam quod erat ſemel corruptione induium, nũ/
quã profecto reſurgeret,niſi indueret uitã.Præterea mors ipſa per ſe/ niſi in corꝑe appa
rere nõ poſſet,ideoq; induit corpus,ut inuentã in corꝑe mortẽ aboleret. Qua ẽm ratiõe
ſe dominus oſtenderet uitã,niſi quod mortale inuenerat,uiuificaret?Quẽadmodum ſti
pula cum ab igne corripiť,ſi quis ab ea ignis arceat impetũ,permanet nihilominus ſtipu
la,ignisq; expaueſcit naturaliter minas,a quo ſolet abſumi.Cæterꝫ/ſi ꝗs ſtipulam multo
illiniat amiantho,quod ignis impetum eludere fertur,non ignem nutrit ſtipula cõtraria
ui ſubnixa amianthi.Pari ratione & de corꝑe,& de morte dixerimus. Si enim ſolo iuſſu
ab illo eſſet prohibita mors,eſſet tamen rurſus corruptibile atque mortale iuxta rationẽ
corporꝫ,quod uti ne fieret,incorporale Dei induit uerbum,atque ideo iam nec mortẽ,
nec corruptionẽ pertimeſcit,cum ſit indutum uita/ omnium in illo corruptione deleta.
Pleno igitur rationis ordine,dei uerbũ corpus aſſumpſit,humanoq; inſtrumẽto uti uo/
luit,ut & uiuificaret corpus,& ſicut in creatura per opera noſciť, ita & in homine ope/
rareť,ac per id ubiq; noteſceret,nihil ſua diuinitate & ſciẽtia uacuũ relinquẽs. Rurſusq;
enim priora repetens/dicam.Idcirco Saluator hoc fecit,ſicut omnia ubiq; p̄ſens implet,
ita & om̃ia ſcientia & ſui agnitione cõpleret,ſicuti & diuina ſcriptura teſtať.Impleta eſt
omnis terra cognitione dei.Siue enim in cœlum quis intendit,eius ordinem diſtinctio/
nemq; miratur,ſiue id nõ ualens,in homines tantum intuetur,animaduertit per oꝑa dei
in hominibus incorporalem uim,agnoſcitq; hunc ſolum deum,deiq; uerbum eſſe.Siue
dæmones miratur attonitus,uidet ab ipſo illos effugari,illorumq; dominum iudicat.Si/
ue ad aquam deuolutus/lapſus cauſa deum exiſtimat, ſicut Aegyptij, qui illam colunt,
hanc ab illo immutari conſyderat,agnoſcitq; dominũ illius eſſe conditorẽ. Siue ad infe/
ros lapſus,illic heroas miratur ut deos,huius reſurrectionẽ atque aduerſus mortem ui/
ctoriam cognitam,reputat Chriſtum ſolum uerum eſſe dominũ ac deum. Omnes quip
pe creaturæ partes attigit dominus,omniaq; liberauit.Atque ut Paulus ait. Principatus
ac poteſtates exuit,& eas in cruce triumphauit,ne quis iam falli ac decipi poſſit,ſed ubi/
que uerum dei inueniat uerbũ.Ita enim undiq; concluſus homo, & ubiq; in cœlo,in in/
ferno,in homine,in terra,uerbi deitatẽ lucere cõſpiciens,non iam de Deo falliť,ſed hunc
adorat ſolum,ac per ipſum rite patrem agnoſcit.His gentiles quoq; probabilibus ratio/
nibus uicti,forte acquieſcent.Sin autẽ minus ea ſibi ſufficere exiſtimant,uel ex his, quæ
ante oculos omniũ apparent,eorꝫ quæ dicimus,eliciant fidem. Quãdo enim idolorum
cultum deſerere homines cœperant,niſi ex quo ſalutare Dei uerbum illuxit terris,& ho
minem induit?Quando apud gentiles falſa ubiq; uaticinia,deorumq; cõticuere reſpon
ſa,niſi cum ſe mundo Saluator oſtendit? Quando hi,qui apud poetas Dii heroesq; di/
cuntur,

Omnis creatu ra teſtimoniũ ꝓhibet uerbo Dei.

cuntur, homines fuiſſe mortales deprehenſi ſunt, niſi ex quo dominus trophæum retulit
mortis, & q̄d acceperat corpus, incorruptū ſeruauit, illud a mortuis excitans? Quando
item dæmonū fallacia/inſaniaq; cōtempta eſt, niſi cum dei uirtus uerbum, & hoꝝ, & o/
mnium dominus mortaliū, infirma miſeratus apparuit? Quando magiæ preſtigioſa ars
atq; doctrina, calcari ubiq; cœpta, niſi cum diuina uerbi apparitio inſinuata eſt mundo?
Quando deniq; gentiliū ſapientia ſtulta facta eſt, niſi cū uera dei ſapientia ſeſe terris appa/
ruit? Dudū eñ orbis om̄is, omniſq; locus, falſaq; dæmonū cultura tenebat̄, nihilq; aliud
q̄ ſimulachra Deos hoīes putabant. At nunc per omnē orbem idoloꝝ ſuperſtitionē homi
nes linquunt, atq; ad Chriſtū cōfugiunt, Deumq; ipm̄ adorantes, per eum etiam quem
ante nō nouerant, patrē agnoſcunt. Et quod eſt omnino mirabile, cum ſint uariæ & infi
nitæ culturæ, locaq; ſingula ꝓprium habeant deum, nec poſſit is, qui apud ſingulos dicit̄
deus/uicinos tranſgredi limites, ut proximos quoſq; ſe colere inducat, uix apud ſuos di/
uinis fruat̄ honoribus. Nullus eñi proximi cuiuſq; deum ueneraт̄, ſed quiſq; ſuū idolum
obſeruat & colit, ipm̄ eſſe omnium deum putans. Solus Chriſtus apud omnes unus, &
ubiq; adorat̄. Quodq; deoꝝ facere nequiuit infirmitas, ut uel uicinas nationes ad ſui in/
duceret cultum, id Chriſtus effecit. Qui nō uicinas modo regiones, ſed omnem prorſus
orbem ſuaſit, unum & eundem dominū colere, & per eum ipſius patrē uenerari. Ad hęc
olim q̄dem omnia falſis uaticinijs ubiq; plena erant. Delphis nanq;, Dodonæ, Bœotia,
Litia, Libya, Aegyptus, Cabiri, & Pithia huiuſmodi miraculis celebrabātur, erantq; in
admiratione & honore mortalibus. Nunc ꝟo quando ꝑdicatio Chriſti innotuit mūdo,
conticuere omnia, nec iam ullus apud eos uates, nulla furentiū uaticinatio eſt. Ac prius
q̄dem hominibus dæmones phantaſijs uarijs illudebāt, fontes, aut flumina, aut ligna, aut
lapides ꝑoccupantes, atq; ita prestigijs inanibus fallebant ſtultos. Vbi ꝟo diuinus reue/
latus eſt Saluatoris aduẽtus, inanis hoꝝ pompa ceſſauit. Signo eñ crucis tantū utens ho
mo, omnes hoꝝ fallacias pellit, & antea q̄dem quos poetæ dicunt deos, Iouem, Saturnū,
Apollinē, heroas mortales colebant, eoſq; uenerantes errabant. Vbi ꝟo mundo Salua/
tor apparuit, illi mortales fuiſſe deꝑhenſi ſunt, ſoluſq; Chriſtus hominibus innotuit deus
uerus, deiq; filius. Quid autē de magia dicimus, quā illi imprimis admirati ſunt? Praua/
luit illa q̄dem ante Saluatoris aduentū apud Aegyptios & Chaldæos, & Indos, intuen/
teſq; in ſtuporem uertit. Poſtea uero q̄ reuelata eſt ueritas, & uerbum caro factum eſt,
detecta illa penitus atq; deſtructa eſt. Porro de gentili ſapientia/philoſophoꝝq; magni/
loquentia, nihil opus eſſe arbitror uti rationibus noſtris, cum liceat omnibus id miracu
lum haurire oculis. Qui cum tam multa ſcripſerint Gentilium ſapientes, neque potue/
rint, uel paucis, ui illa ac tumore dicendi perſuadere immortalitatem, ac uirtutis uitam.
Solus Chriſtus paucis puriſq; uerbis, per homines ſimplices & imperitos, tam innume/
ros per orbem induxerit hominum populos, contemnere mortem, immortalia ſapere,
deſpicere temporalia, atque ad æterna aciem mentis intendere, nihilque æſtimare terre/
nam gloriam, & ſolis inhiare cœleſtibus. Hæc autem quæ dicuntur a nobis, non uerba
tantum ſunt, ſed habent ex experimento ipſo ueritatis teſtimonium. Aſſit enim q̄ uult,
atque in Chriſti uirginibus imaginem probitatis aſpiciat, admiretur adoleſcentiam, ful
gore caſtitatis illuſtrem, immortalitatiſq; fidem in illo innumerabili martyrū grege con
ſpiciat. Veniat qui harum rerum experimenta quærit addiſcere, ipſius ſcilicet dæmonū
pompæ, diuinationumq; fallaciæ, & magiæ mirabilium, utatur ſigno ridiculę, ut ipſi pu
tant, crucis, Chriſtum ſolummodo nominans, uidebit per ipſum fugari dæmones, uati/
ciniaq; conticeſcere, & magiam omnem, omneq; ueneficium deſtrui. Quis igitur, qua/
lis, quantuſque ſit Chriſtus, qui nomine ſuo atque præſentia hæc omnia operuit atq; fu
gauit, ſoluſq; ꝓualuit, & orbem totum doctrina ſua & ꝑdicatione repleuit. Dicāt nimiū
ridiculoſi, & ſine ullo uerecundiæ rubore gentiles. Nempe, ſi homo ille eſt, quo pacto
ualuit homo omnes deorum ſuorum uires excedere, eoſque nihil eſſe, ſua uirtute mon/
ſtrare? Sin uero magum illum dicunt, qua ratione potuit magis magiæ finem impone/
re, cuius erat muneris ea magis aſſerere? Nam ſiquidem homines uiciſſet magos, aut ad

Nato Chriſto preſtigia magicas artes, idolorum cultum & falſa uaticinia finem accepiſſe.

Magia apud Aegyptios, Caldeos, & Indos, ante Chriſti aduentū prœualuit.

Crucis ſigno uel ſolo Chriſti nomine mira fieri.

uerſus

uerſus unum ſolũmodo ꝓualuiſſet/recte hunc putarent artis eminẽtia cæteris excelluiſ/
ſe. Porro/ſi cõtra omnẽ magiam,ipſumq; magiæ nomen,crux eius uictoriam retulit,con/
ſtat,ꝑfecto Saluatorẽ nõ fuiſſe magnũ,quem acciti a magis alijs dæmones, ut dominum
fugiunt. Quis ergo iſte ſit dicant,qui ſoli irriſioni ſtudent gentiles? At fortaſſe dæmonẽ

Exploditur error dicentum Chriſtum in principe dæmoniorũ eiicere demonia.

& ipſum fuiſſe,atq; ideo in tantũ ꝓualuiſſe dicent,ſed ita quoq; ridiculi prorſus euadent.
Nam ſupiori ratione facile cõuinci poſſunt. Quo eñ modo dæmon eſſe aut dici poteſt,
qui dæmones fugat? Si eñ dæmones ſimpliciter pelleret,putari poſſet in dæmonũ prin/
cipe contra inferiores uiribus ꝓualere,quod Iudæi quoq; illi probro obijciebãt. Cæterũ
ſi omnis inſania dæmonum huius inuocatione ꝓpellitur,liquet & in hoc errare illos,ne/
ceſſe ut putant dæmonẽ dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Igitur ſi neq; homo ſolum,
neq; magus,neq; dæmon aliqs Saluator eſt,ſed omnia inſuper poetarũ figmenta,omnẽ/
q; dæmonum pompã,& gentilium ſapientiã diuinitate ſua preſſit atq; deſtruxit,conſtat
profecto,& apud omnes pro cõfeſſo habeẽ,hunc uere Dei filiũ,uerbumq;,& ſapientiã,
ac uirtutẽ patris eſſe. Idcirco ne humana qdem ſunt ipſius opera, ſed ſup hominẽ, Deiq;
reuera eſſe noſcunẽ. Quod cum ex rebus ipſis,tum ex hominũ collatione cognoſcimus,
quis eñ ex omnibus, qui unq̃ fuere mortalibus,ex uirgine ſola ſibi corpus effecit? Quis
unq̃ hominum eiuſmodi curauit morbos,qualis cõmunis omniũ dominus? Quis id,qđ
per naturã deerat,reddidit,& a natiuitate cœco reſtituit lumen? Aeſculapius apud eos

Aeſculapius q̃ medicinæ arte claruit pro deo habitus eſt

diuinis honoribus coliẽ,qui medicinæ arte claruerit,herbarũq; uiribus aduerſus incom
moda corporis ſit uſus,cum nõ ipſe eas ex humo ꝓduxerit,ſed naturali arte adinuenerit,
ſed iſta qđ momenti habẽt,ſi Saluatoris cõparenẽ opibus? Ille eñ nõ uulnus curauit,ſed
naturã effinxit,corpusq; reſtituit. Hercules apud eos adoraẽ,ut Deus,q aduerſus ęqua/
les homines pugnando ꝓualuit,ferasq; dolis & arte peremit. Quid hæc ad ea,q̃ a Salua/
tore patrata ſunt? Morbos eñ ille,ac dæmones,& mortẽ ipſam ab hominibus repulit. Li
bero patri cultum illi exhibent, q ebrietatis magiſter hominibus fuerit. Saluator noſter
dominus caſtitatis ac frugalitatis ꝑceptor irrideẽ ab eis. Sed ſunt ſane iſta illorũ opera qđ
ad reliqua ipſius diuinitatis inſignia. Quonam quęſo moriente homine obſcuratus eſt
Sol/terraq; commota? Ecce q̃ multi modo moriunẽ homines,& hactenus mortui ſunt,
quando aliqđ in eis eiuſmodi miraculum cõtigit? Atq; ut ea miſſa faciam,q̃ per corpus

Quæ fuerint poſt reſurrectionem corporis facta miracula.

effecit,& ea memorem, q̃ poſt ipſius reſurrectionẽ corporis ſunt facta miracula. Cuius
unq̃ hominũ doctrina a finibus ad fines terræ,per oẽs una eademq; propagatiõe ꝓualu/
it,ut per orbẽ uniuerſum ipſius religio,cultusq; manaret? Aut ſi homo,iuxta illos Chri/
ſtus eſt,& non dei uerbum,cur ab eorũ dijs prohibitus nõ eſt, ſuam ubiq; ꝓpagare cul/
turam,illorũq; per ſua decreta quorũcunq; loca deſtruere? Verbũ eñ ipſo aduẽtu ſuo at/
que doctrina,ꝓphano cultui finẽ indixit,omnẽq; dæmonũ fallaciã omino peſſundedit.
Plurimi eatenus fuerant reges,multiq; tyranni,apud Chaldæos,Aegyptios,& Indos,ſa
pientes & magi fuiſſe tradunẽ. Quis unq̃ horũ non dico poſt mortẽ,ſed uiuus adhuc,or
bem totum doctrina ſua implere ꝓualuit,tantãq; multitudinẽ a ſimulachrorũ uana ſup/
ſtitione cõuertere,quantã Saluator noſter ad ſe,ab idolis tranſtulit? Gentilũ philoſophi
uerborũ ui,ac dicendi arte inſtructi cõplura ſcripſere,qđ ergo omnis horum lis, ſi cruci
Chriſti conferaẽ,appareat? Vix enim illi paucis,quoad vixere argutijs ſuis ꝑſuadere po/
tuerunt,ſed quod poſſe uidebanẽ,admittebãt,dum & ſecũ ipſi diſſiderent, & aduerſum
ſe inuicẽ perpetua dimicatione cõtenderent. At cõtra/dei uerbũ,maximo profecto mi/
raculo,nudis,aptisq; dictionibus docẽs,ſapiẽtiſſimos illos,& dicendi acrimonia pollen
tes obtriuit,illorũq; inuẽta deſtruxit,cunctos ad ſe attrahens,& eccleſias ſuas fœlici ſem
per incremento multiplicans. Quis illud ſatis digne mireẽ,qui ut homo deguſtata mor/
te,ſapientũ illam magniloquentiã,in deorũ ſuorũ laudes pertonantẽ,tanta facilitate con
peſcuit,inaniſſimamq; monſtrauit? Cuius enim unq̃ mors dæmones expulit? Cuius in/
quam mortẽ dæmones,ut Chriſti,timuerunt? Vbi eñ Saluatoris nomen ediciẽ,inde dę
monia fugantur omnia. Quis unq̃ animarũ perturbationes tanta authoritate ſedauit ac
ſuſtulit,ut nequiciæ libidinis deditos/caſtimoniæ ſtudere, homicidas abijcere glad os,

& qui antea fuerant timidi,fortes iuberet & cõſtantes euadere? Quis unq̃ barbaras an/
tea,ferociſſimasq; nationes,naturalẽ feritatem ac ueſaniã ponere,pacemq; ſectari ꝑſua/
ſit,niſi fides Chriſti,crucisq; ſignaculũ? Quis alius immortalitatis fidẽ ita inſinuauit ho/
minibus,ut crux illa uenerabilis Chriſti, corporisq; ipſius reſurrectio? Nempe gentiles
quãlibet mentiri omnia ſoliti,nunq̃ tamẽ deoꝝ ſuorum reſurrectionẽ auſi ſunt fingere,
id penitus cõſpicari nõ ualentes,an poſt mortẽ poſſit eſſe iterum corpus. Qua in re illos
quiſq; nõ ingrate ſuſcipiat,qui ita ſentiẽtes,& imbecillitatẽ dijs ſuis applicarant, & Chri
ſto cõceſſere potentiã,ut ex eo quoq; apud omnes dei filius eſſe noſcat̃. Quis unq̃ homi
num,aut in uita,uel poſt mortẽ,uirginitatẽ ſeruare homines docuit, eamq; uirtutẽ pu/
tauit eſſe poſſibilẽ? At ꝗ Saluator noſter,& rex omnium Chriſtus,eam ita humanis affe
ctibus inſinuauit,ut & impubes pueri hanc tantæ excellentiæ uirtutẽ ſponte geſtiant to
ta animi alacritate profiteri. Quis unq̃ tantũ terraꝝ peragrare potuit,& Scythas,Perſas,
Armenios,Gothos,& qui ultra oceanũ,& Hircaniam eſſe dicunt̃,Aegyptios quoq;,&
Chaldæos penetrare gentes,& magicę in primis deditas,& ultra quã dici poſſit,ſuperſti
tioſas,ac ſingulariter feras,& de uirtute,de pudicitia,ueraq; religione,cõtra ſimulachro/
rum cultum p̄dicare,ut omniũ dominus, & dei uirtus Chriſtus Ieſus dominus noſter.
Qui nõ modo per apoſtolos ſuos p̄dicauit,uerum feros illoꝝ induxit animos,depoſita
feritate/deſerere primos deos,ipſumq; cognoſcere patrẽ,deum per ipſum,& cum ipſo ue/
nerari. Olim enim deoꝝ ſuoꝝ cultibus gentiles ac barbari dediti aduerſum ſe inuicẽ bel
la gerebant,& contra propinquos immanes erant,nec poterat quiſpiã,aut terras,aut ma
ria tranſire,niſi gladijs armaſſet manus,pro inexorabili cõtra ſe inuicem pugna,omneq;
illis uitæ inſtitutum per arma tranſibat,& erat illis pro baculo, omniq; adminiculo gla/
dius. Cumq;,ut prædixi,ſeruirent idolis,dæmonijsq; litarent,nihil tamẽ ex illa ſuperſti/
tione ad ingenitæ feritatis emendationẽ profecere. Vbi ṽo ad Chriſti ſe diſciplinã cõtu
lere,tũc iam mirabiliter profecto mutati,cõpunctiq; animo,depoſita immanitate cędiũ
nõ iam bella tractant animis,ſed pacifica ſunt illis omnia,amicitiamq; & charitatẽ, ad o/
mnes totis affectibus ſeruant. Quis ergo hæc fecit,aut quis alternis feroces odijs in pace
coniunxit,niſi filius dilectus patris,cõmunisq; ſeruator,ac dominus omniũ Chriſtus Ie/
ſus,qui omnia pro noſtra ſalute ſuſtinuit? Fuerant olim iſta p̄dicta,& de pace,quam ille
mortalibus cõtulit,ſcriptura ſignauerat/dicens. Concident gladios ſuos in aratra,& lan/
ceas ſuas in falces,nõ accipiet gens contra gentẽ gladium,nec diſcent ultra bellare. Eius
profecto prophætiæ fidem licet haurire oculis. Nam modo quoq; barbari ingenita feri
tate/q̃diu idolis immolant,aduerſum ſe inuicẽ ferunt̃ inſania,nec ſine gladio,uel unam
horã manere patiunt̃. Vbi ṽo doctrinam ꝑceperint Chriſti,cõtinuo omiſſo bellãdi ſtu
dio,ad agriculturã ſe cõuertunt,& manus quas olim armare ferro cõſueuerant,innocu/
as gaudent ad ſtudiũ orationis expandere,ac pro bello,quod cõtra ſe inuicẽ cõferebãt,
iam aduerſus diabolũ,ac dæmones arma corripiunt,eosq; caſtitate ac uirtute animi de/
bellare nitunt̃. Eſt autẽ hoc paternæ deitatis indiciũ,quod ab eo id didicerint homines,
quod ab idolis nequerant diſcere, Eſt item dęmonum atq; idoloꝝ infirmitatis ſingulare
documentũ,haud enim imbecillitatis ſuæ ignari dæmones,idcirco homines aduerſum
ſe inuicem pugnare ſuadebant,ne ſi mutua contentione deſiſterent,aduerſus dæmones
bella conſueſcerent. Deniq; Chriſti diſcipuli minime aduerſum ſe pugnantes,aduerſus
dęmones moribus uirtutisq; actibus dimicant,illosq; ꝑſequentes,eoꝝ principi diabolo
illudunt,ut in adoleſcentiæ feruore pudicitiã,in tentationibus patientiã,in laboribus to
lerantiam ꝑferant,iniurijs affecti taceant,nudatiq; rebus ſuis pro nihilo ducãt. Quodq;
mirabilius eſt,cõtemnant mortẽ,& Chriſti martyres fiant. Atq; ut unum illius diuinita/
tis p̄cipuum indiciũ dicã. Quis unq̃ homini,ſiue ille magus,ſiue rex,ſiue tyrãnus fuerit,
aduerſus tot hoſtes ſimul cõgredi potuit,cõtraq; omnẽ idololatriã,omnemq; militiam
dæmonum,& cunctam magiã,& totã gentilium ſapientiã,tam ualidam,hactenusq; ui/
gentem,ac mouentẽ plurimos quiuit obſiſtere,omniaq; ſimul uno momẽto debellare,
ſicuti dominus noſter uerus dei filius? Qui cuiuſlibet errores inuiſibiliter arguens,ſolus

Solus Chriſtus uirginitatem ſeruare homines docuit.

Diſcipulorum Chriſti uirtus & patientia.

ab om̃ibus ſpolia detrahit. Vt qui colebãt idola, iam ipſa cõculcent, qui magica inſignes erant, impiæ uanitatis libros incẽdijs tradant, ſapientia clari, euangelioꝝ interpretationem omnibus ꝑferant. Et quos antea colebant deos deſerentes, quem paulo ante crucifixum irridebant, hunc ſupplici uenerent̃ obſequio, Chriſtum deum eſſe uerum cõfitentes, & qui prius dicebant̃ dij, ſigno crucis effugiant. Cruci ũo Saluator affixus, toto orbe deus prædicatur ac dominus. Quoſq; gentiles adorabant deos, ut fœdi iam turpeſq; abijciant̃ ab ipſis cultoribus ſuis. Quiq; Chriſti doctrinã ſecuti honeſtius illis, & caſtius uiuunt. Hæc igitur & his ſimilia, ſiquidem humana ſunt, oſtẽdat qui uult priorum quoque huiuſmodi fuiſſe facta. Sin uero non hominum illa, ſed dei opera, & uident̃ & ſunt, quid adeo impij infideleſq; ſunt, ut non agnoſcant horum patratorem dominum ac deũ eſſe: Idem enim fere patiuntur, quod ii, qui ex creaturæ opificio ipſius creatorem deum intelligere nequeunt. Nam ſi ex uirtute eius cuncta diſponente, ipſius diuinitatẽ intelligerent, agnoſcerent profecto Chriſti quoq; in carne opera non humana, ſed Saluatoris omnium dei uerbi eſſe, ipſaq; agnitione freti, ut ait apoſtolus, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Quemadmodum igitur, ſi quis inuiſibilem per naturam deum, neminiq; conſpicuum uidere cupiat, ipſum ex operibus illius agnoſcit, atque compræhendit. Ita & qui mentis oculis nõ intuetur Chriſtum, uel ex operibus corporis ipſum addiſcat probetq;, humana ne ſint ipſius opera, an Dei, Ac ſi quidem humana deprehenderit, rideat. Sin uero diuina intellexerit, grate ſuſcipiat. Neque ea, quæ ſunt ueneratione digniſſima, irrideat. Magis miret̃, quod negocij tam utilis gratia, diuina ſeſe nobis aperuerint, & per ipſius mortem immortalitas in omnes emanauerit, ac per humanitatem uerbi rerum ſit prouidentia cognita, cuius author & opifex ipſe dei filius, patriſq; uerbũ ſit. Idcirco eñi hominẽ aſſumpſit illa maieſtas, ut nos efficeret deos. Atq; ideo ſe manifeſtare ꝑ carnẽ uoluit, ut nobis inuiſibilis patris intelligentiã largiretur, humanaſq; omnes tolerauit iniurias, ut nos immortalitatẽ hæreditario iure caperemus. Ipſe quidem nihil uiolatus eſt, quippe impatibilis, atque inuiolabilis deus, ac uerbum. Homines uero paſſioni obnoxios, quorum gratia iſta paſſus eſt, in ſuam tranſtulit beatiſſimam, ſecretiſſimãq; quietem. Prorſusque Saluatoris opera, quæ in carne geſſit, talia ac tanta ſunt, ut ſi quis enarrare uelit, eis merito conferri poſſit, qui maris uaſtum intuentes profundum, eius enumerare fluctus uelint. Sicut enim poſſibile non eſt, ut quis undas omnes oculis colligat (cum nouæ ſemper ꝑteritarum intercipiant ſenſum) ita & qui Chriſti opera in carne compræhendere cupit, omnino omnia nequibit cogitatione percipere, cum plurima ipſius intelligentiam fugiant, ex his etiam, quæ ſe intellexiſſe arbitratur. Satius igitur & melius eſt, eis omiſſis, quorum nec partem quidem digne quis enunciare poteſt, unius tantum meminiſſe, tibique omnia miranda relinquere. Cuncta enim ſunt digna miraculo, & quocunq; aciem uertas, inde ſe uerbi diuinitas aperit. Id igitur te poſt illa, quę diximus, conſyderare dignum eſt, ut finem iungamus initio, uehementerq; mirari, quod poſt Saluatoris aduentum, non iam idololatria creſcit, ſed quæ erat, indies minuitur, ſenſimq; deficit. Non ultra gentilium ſapientia proficit, & quæ prius erat, iam penitus labitur. Non iam dęmones pręſtigijs, uaticinijs, magiciſq; carminibus fallunt, ſed ſolo conatu confuſi, ſigno crucis abſcedunt. Atque, ut breuiter dixerim, inſpice Saluatoris doctrinam, quam ſe ubique diffuderit, feliciaq; incrementa percipiat, contraq; cultus omnis dæmonum, & omnia quæ fidei Chriſtianæ aduerſantur, iugiter minuant̃, infirmentur, ac defluant. Et ea cõſyderatione permotus, Saluatorem omnium, ac redemptorem Dei filium, toto pietatis affectu uenerare, & quæ ab eo indies minuuntur, & euacuant̃ a corde, & cogitatione tua longius abijce. Sicut enim Sole rutilante nihil iam tenebræ pręualent, ſed & ſicubi fuerint, ipſius radijs illuſtratæ fugantur, ita & diuino Saluatoris aduentu apparente, nihil iam idolorum obſcuritas ualet, ſed omnes orbis partes doctrinæ illius fulgoribus rutilant. Et quemadmodum rege aliquo ſe domi continente plerumq; nonnulli improbi eius captantes abſentiam ſe prædicant reges, mentitoq; habitu regio, ſimpliciores quoſq; decipiunt, ſolo enim nomine falluntur homines, audientes quidem eſſe regem,

Quę fuerit uerbo dei aſſumendi carnem cauſa uel occaſio.

Multa ſigna feciſſe Chriſtum quę non ſunt ſcripta.

regem, ſed illũ minime uidentes, ob id ſcilicet quod regiæ domus ſecreta penetrare non poſſint. Vbi autẽ uerus proceſſerit rex, tunc iam ipſius præſentia huiuſmodi ſeductores arguuntur, hominesq́; conſpecto rege uero/eos linquunt, qui ſe interim improba ſimulatione fefellerant. Ita & pridem fallebant dæmones humanos animos, dei ſibi honorem ac nomen imponentes. Poſtquam uero apparuit in carne dei uerbum, nobis inſinuauit patrem, dæmonum iam error omnis aboletur ac deficit, hominesq́; intuentes uerum deum, dei filium relictis idolis recognoſcunt. Hoc autem quod ſit Chriſtus deus uerbum, ac uirtus dei, præcipuum documẽtum eſt. Cum enim ceſſent humana omnia, Chriſtiq́; permaneat uerbum, quis iam ambigat, quæ deſinunt, fuiſſe temporalia? Qui ꝟo permanet, illum eſſe deum, ac dei filium uerum, unigenitum uerbum. Hæc ibi. interim paucis Machari chariſſime, pro inſtitutiõe tuo de Chriſtianæ fidei norma & diuino Saluatoris aduentu dixiſſe ſufficiat. Tu autẽ ex his occaſione ſumpta/ſi diuinas literas legeris/ eisq́; diligenter applicueris animum, diſces ex eis planius atque perfectius eorum, quæ diximus, ueritatem. Ille enim a theologis, ac Dei ſpiritu plenis hominibus conſcriptæ ſunt. Nos quæ ab ipſarum peritis doctoribus, & ijs qui Chriſti martyres fuere, didicimus, ea tuæ induſtriæ ac dilectioni grate cõmunicauimus. Diſces præterea ſecundum ipſius ad nos plenum gloriæ & maieſtatis aduentum, cum non iam in ſerui habitu, ſed in gloria ſua. Non in humilitate, ſed in maieſtate. Non ut patiatur, ſed ut crucis ſuæ fructũ omnibus reddat/adueniet, reſurrectionem ſcilicet, atq́; immortalitatem. Non enim ille ultra iudicabitur, ſed iudicabit omnes, retribuetq́; ſingulis, quæ geſſerunt in corpore, ſiue bona, ſiue mala. Vbi bonis quidem cœleſte regnum, & præmia æterna, malis ꝟo ſempiternus ignis, & exteriores reddẽt tenebræ. Ita enim & ipſe dominus ait. Dico uobis, amodo uidebitis filium hominis ſedentẽ a dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli, in gloria patris. Idcirco & ſalubriter admonens/ad illam nos diem ꝑparat, dicẽs. Eſtote parati, & uigilate, quia neſcitis qua hora dominus ueniet. Nam iuxta Pauli uocem, omnes nos aſſiſtere oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſq́; q̃d geſſit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum. Verum ad indagationem ſcripturarum, ueramq́; ſcientiam, neceſſaria eſt uitæ probitas, animæq́; mũdicia, & Chriſtiana pietas, ut præmijs ani mus quæ cupit, cõſequi poſſit, quantum humanæ naturæ fas eſt, de uerbi diuinitate cõprehendere. Nam abſque munditia animi, & uita ſanctitatis æmula, poſſibile non eſt ſanctorum dicta intelligere. Quemadmodum enim, ſi quis intueri Solis lucẽ uelit oculum purgat, clarioremque reddit ſeipſum, ferme ad eius, quem cernere cupit, ſimilitudinem mundans, ut ita lux effectus oculus, Solis lucem queat intueri. Aut quemadmodum ſi quis ciuitatem, aut regionem inſpicere cupiat, pergit ad locum inſpiciẽdi gratia. Ita & qui Theologorum conſequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atque detergere, & per uitæ morumque ſimilitudinem, ipſos adire ſanctos, ut uoto atque inſtituto illis coniunctus, ea etiam, quæ illis deus reuelauit/intelligat, & quaſi unus ex illis effectus/effugiat peccatorum periculum, & ignem eis in die iudicij præparatum, Recipiatque repoſita ſanctis in regnis cœleſtibus præmia, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ his parata ſunt, qui uirtutis ſequuntur uiam, diligentes deum, & patrem in Chriſto Ieſu domino noſtro/Cui eſt cum patre & ſpirituſancto, honor, & imperium in ſæcula ſæculorum.

Abſq; munditia animi ſanctorum dicta non poſſunt intelligi.

AMEN.

DISPVTATIONIS ATQVE

CONTROVERSIAE SVPER FIDE CATHOLICA, INTER DIVVM

Athanaſium prius diaconum, deinde quoq; Epiſcopum, coram Probo iudice gentili, a Conſtantino imperatore delegato habitæ, Præfatio, docens contemporaneos fuiſſe, inter quos lis acta dicitur.

CVm in manus ſtrenui lectoris, beatiſſime papa Materne, liber iſte a ca/
tholico ſacerdote, & probatiſſimæ uitæ beato Athanaſio contra hæreti
cos, id eſt, Sabellium, Fotinum, & Arrium diſputatus peruenerit, ilico
reſpondebit. Et quomodo fieri poteſt, ut cum ſancto Athanaſio ſucceſ
ſore beati Alexandri epiſcopi habuerit Arrius conflictum, cum con/
ſtet eum, ſicut in Eccleſiaſtica hiſtoria legitur, turpiſſima morte, id eſt,
exemplo Iudæ traditoris domini noſtri Ieſu Chriſti fuiſſe fuſum, ut quod fœtida mẽte
conceperat, fœtido terminaret fine. Sed ſi illud recolat, quod in Chronica ſua beatę me/
Arrii duo moriæ Sulpitius Seuerus poſuit, dicens. Duo Arrij, tanquam duo ſerpentes ex uno ore
ſibilabant, duos Arrios fuiſſe euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Arrio ſup/
ſtite, nõ cum illo qui fuſus eſt, aut cum aliquo Arrianita, ſanctum Athanaſium iniſſe cõ
flictum. Quapropter oportet opus, ut credimus, a domino impletum, a catholicis ſæpe
relegatur, ut cognoſcant qualiter hæreticorum poſſint uitare uenena, & fidem ſuã abſq;
ulla hæſitatione, domino auxiliante, ualeant cuſtodire.

EIVSDEM DISPVTATIONIS INTRODVCTIO, ORIGINEM

eius, & Arrij perfidiam declarans.

Nicenum concilium. DVm apud Nicæam urbem, a trecentis decem & octo epiſcopis, ex euangeli
cis apoſtolicisq; doctrinis, ſpirituali uigore præditis, fides eccleſiæ cõfirma/
tur, ibi Arrij perfidia, Conſtantino imperatore p̃ſentes detegitur. Et cũ eius
Arrius exulat. perfidiæ dogma eorũdem epiſcopor: ſententia refutatur, Arrius ab eccleſia
ſeparat̃, ne tam impia doctrina diu in eccleſia latens, cunctorum inficeret mẽtes. Sed ubi
imperator comperit integram ab epiſcopis ſidem eccleſiæ, ut eſt ab apoſtolis tradita, ſan
Gene. iij. ctius cõfirmari, præcepit eundem Arrium, ut rebellem ſacræ fidei, exilio relegari. Sed
Conſtantia Arriana. ſicut Euam ſerpẽs in paradiſo doloſis perſuaſionibus laqueauit, ita quoq; Conſtantiam
germanam eiuſdẽ principis, per quendam ſatellitẽ, Arrij perfidia irretiuit. Et latuit in ea
Conſtantinus fit Arrianus. diaboli uirus, donec tẽpus erumpẽdi, quo eam impleuerat, inueniret. Igitur cum in ul/
timo ſui obitus die frater uiſitatione eius perfruitur, ſtatim ab ea innocenti fratri ueneni
pomum uerbo porrigit̃. Et ilico, exemplo primi hominis, neſcius in pertranſgreſſionis
Arrius ab exilio redit. uiam dilabit̃, qui uiperinis expoſtulationibus ſenſum accõmodare uidet̃. Arrius er/
go, qui dudum ab eo tanquã ſacrilegus fuerat relegatus, ad necem fidelium animarũ ex
exilio reuocat̃, & fidẽ ſuã principi callidis ſeductionibus pandẽs, fruſtra ſe affirmabat, ab
Synodus Alexandrina. epiſcopis fuiſſe damnatum. Ea ſcilicet cauſa, idem imperator p̃cepit apud Alexandriam
Synodum congregari, ut ſi uera eius aſſertio doceret̃, uenia poſt ſententiam ſubſecuta,
eccleſiæ redderet̃. Et ut omnes de eius correctione gaudẽtes exiſterent, & exinde ad de/
Conſtantinus moritur. dicationẽ Hieroſolymitanæ eccleſiæ pacatius pergeret̃. Deniq; cum cauſæ eius ab epi
ſcopis diutius contrectarent̃, idem Conſtantinus imperator in ſuburbano quodam, cui
Nichomedia nomẽ eſt, finali ordine trigeſimoprimo imperij ſui anno/diem clauſit extre
Conſtantinus imperium init mum. Quã ordinationẽ prædicto ſatelliti tradidit/Conſtantio reſeruandam. Qui dum
poſt ſui genitoris obitum adueniens ſuſcepiſſet imperium, ſicut a Cõſtantino delegatũ
Arrius imperatori imperat. fuerat, ab eodẽ Cõſtantino teſtamẽto contradicit. Qui ob huius rei gratia/ in tãta apud
eum idem preſbyter familiaritate eſt habitus, ut non iam preſbyter, ſed pater imperijuo.
caretur. Et qui ob imperandũ imperator fuerat eleuatus, ſub huius preſbyteri impio ui/
debatur additus. Ad cuius iuſſionem Arrius eſt in eccleſiam reuocatus, cuius doctrinã

rudis princeps impijs ſenſibus retinens, fidem catholicā reſpuit, & a paternis traditioni/
bus ſacrilego more deſciuit. Qui tēporibus ſuis nō leuem eccleſiæ dei, uel ſacerdotibus
inſecutionē intuliſſe uidet̃. Quo etiā tempore plurimos martyres multoſqꝫ cōfeſſores ſe *Conſtantinus*
cerit. Alios quoqꝫ effoſſis oculis, ac poplitibus amputatis, ſemiuiuos reliquit. Nōnullos *perſecutor fi*
ꝟo rabido furore arreptus inſaniæ, proprijs ſedibus religando dānauit. In ꝗbus domini *delium.*
dictum uidetur eſſe cōpletum. Si me, inquit, perſecuti ſunt, & uos ꝑſequentur. Hic igit̃ *Ioan. XV.*
priuſquam Arimino uel Seleuciam ex uniuerſo orbe dolo cōgregaret domini ſacerdo
tes, totum unum facere cupiens, quēdam iudicē nomine Probum ſua authoritate ſufful
tum/arbitrum inter eundē Arrium, atqꝫ Athanaſium adeſſe p̄cepit. Illum utiqꝫ, quem fi
delem in regno ſuo, & omnium mundanaꝝ literarū, artiumqꝫ præ cæteris hominibus,
probauerat eruditum. Qui omnibus curis publicis procul amotis, iniuncta ſibi omni ce
leritate, maluit adimplere, ut iuſſis imperialibus pareret, & fidē ueraciſſimā ſuo examine *Probus iudex.*
comprobaret. Hic itaqꝫ cum apud Laoditęam urbem Syriæ ſecundo Conſtantij impe/
rij anno ueniſſet, pro tribunali in auditorio ſedens, turbis hinc atque inde aſtantibus,
Arrium atque Athanaſium his alloquitur uerbis.

ANTEDICTAE DIſPVTATIONIS LAODITEAE HABITAE
initium, in qua interloquunt̃ Probus iudex. Signabit̃ autē Prob. Atha
naſius pro quo Atha. Arrius pro quo Arri. Et interdum qui hęc tradu
xit author, pro quo Au. ſubſcribetur hoc modo. Prob.

GLorioſi ac pijſſimi impatoris Conſtantij epiſtola ſacra cōmonitus, p̄cepi in/
ter uos negociū fidei uentilari. Atha. Et ꝗs tam uecors audeat principalia p̄/ *Altercationis*
cepta renuere? Prob. Ergo uenerādi auguſti ſacra legat̃ epiſtola. Au. Et re/ *fidei initium.*
citata eſt Cōſtantinus Cōſtantius pius, ꝑpetuus uictor, ac triūphator ſemp̄
Auguſtus, Probo iudici ſalutē. Diuino munere paternum adeptus impium, illud eſt no *Epiſtola impe*
bis primitus enitendū, ut hęretica cōuerſatione deleta, ſacrę noſtrę fidei cōiunctus orbis *ratoris recita-*
gaudeat uniuerſus. Quoniā/quia ꝑuerſo itinere cōuertit impium, ſaluat animā eius, & *tur.*
ſuoꝝ multitudinē peccatoꝝ cooperit. Et quoniā nunc pleroſqꝫ repimus huius ſceleris
ſocios, hāc perfidiā ritu ſacrilego ꝓcolentes, aſſerētes ſe integrā fidei regulā retinere, qui
nō ſolū homines impia ſeductiōe fallētes, ueꝝ etiā & ingenitæ maieſtati iniuriā irrogan
tes, & filij creatā ſubſtantiā eius diuinitati iungētes. Monemus itaqꝫ, ut noſtrę maieſtatis
authoritate ꝓcepta, inter Arriū uenerabilē preſbyterū, & Athanaſiū eiuſdē authorē er/
roris diaconū huius negocij examen facias uentilari. Pręcipue ſuadēs, ut animi ꝑuerſita/
te depoſita, ueræ fidei ac ꝓbatæ colla ſubmittant. Hæ noſtræ māſuetudinis ac pietatis p̄/
cepta, ſolita temeritatis audacia cōtemnētes, ad grauē nos cōcitent iracundiā. Et licet hu
ius fidei munus necdū ꝓceperis, ſapiētia tamē, qua prę cęteris polles, cuncta te credimus
poſſe, ſine cuiuſq̄ ſuſceptiōe ꝑſonæ, fideliter definire, deo pluſq̄ homini placituꝝ (Et alia
manu) Optamus te bene ualere. Datum Cōſtantinopoli ſub die. xij. kalendas Ianuarij.
Prob. Venerādi principis ſacra, q̄ lecta ē, geſtis indat̃. Au. Et adiecit. Prob. Proſpiciēs in *Finis epiſtolæ.*
idoloꝝ cultura nullā ueri numinis maieſtatē cōſiſtere, chriſtianus memetipm̄ dogmati *Probus ſe fidei*
bus ſubijcere uolo, ꝗbus aſtruit̃ unus & uerus deus eſſe, q uniuerſa, q̄ uident̃, & q̄ nō ui/ *addicit.*
dent̃, uirtute ꝟbi ſui creauit. Et quoniā cū pl'es chriſtiani nominis titulo cēſeant̃, a uerita
te eius fidei, ꝓcul aberrare dicunt̃, diuerſa & uaria dogmatis inſtituta ſectando, ſcire nūc
magnope deſydero, q̄ ſit recti dogmatis fides, cui remotis dubietatibus, ambagibuſqꝫ o/
mnibus tenaciter inhęrere queam, ne erroris cæcitate exui cupiēs, maioribus tenebrarū
erroribus implerer, ſi paſſim, & ſine ullo examinis diſcrimine, alicuius ſectæ, q̄ primo oc
currerit, imitator exiſtā. Quæ utrū praua ſit necne, an ueritate ſuffulta, ignoro. Et ideo ſi
placet, imo ꝗa placere debet, unuſqſqꝫ ueſtrū in cōſpectu noſtro fidei ſuæ ſententiā pan
dat, ut examinatione habita, q̄ firmior cunctis & uerior rep̄ta fuerit, huic oēs iure creda/
mus, & huic indubitāter ſpreto falſitatis errore, obſequamur. Arri. & Atha. Quomodo
tanti myſterij ſecreta cōmittere poſſumus, & rei inexꝑtæ arbitrū collocare, cū nec dum

 genuli/

gentilitatis maculam ueri dogmatis ꝑceptione ablueris? Prob. Hoc eſt utiq̧/quod totis
uiribus cognoſcere cupio, q̄d ſit rectum & ueridicū dogma, in quo me oporteat occulti
myſterij ſacramēta ꝑcipere. Neq̧ em̄ modo mihi profunda myſterioꝝ arcana patefieri
deſydero, ſed illa nunc flagito demōſtrari, q̄ in ueſtra fide extrinſecus habent/& publice
p̄dicantur, id eſt, q̄d unus idemq̧ uerus deus, uiſibilium & inuiſibiliū cōditor ſit rerum.
Et qa hoc uos uno ore profiteri non neſcio, q̄ cauſa extiterit, ut in tam uarias diuidamini
ſectas, & q̄ ſunt uera, & q̄ ſunt falſa, intelligi a nobis om̄ino nō poſſint, priuſq̄ ueſtro cer/
tamine digno patientiæ moderamine habito, qd ſit cōgruum diligentius cognoſcamus.
Non mirandū de diuerſis in fide opinionibus. Atha. Cum ſis omni literarū genere imbutus, & philoſophicis diſciplinis admodū eru/
ditus, mirari uſq̧quaq̧ non debes, plurima penes nos, & uaria nouitatū dogmata extitiſ
ſe, cū apud uos tot ſententiaꝝ nouitates emerſerint, q̄t pene nomina ipſoꝝ cōtinent au/
thorum. Nā cū tres ſint in mūdo religiones, Iudæoꝝ, Paganoꝝ, & Chriſtianoꝝ, multis
Religio triplex. & longe diſcretis ſententiaꝝ diuerſitatibus unaqueq̧ religio a ſeipſa diſcedens, in uarias
ꝓpriȩ inſtitutionis ſectas diuiſa eſt, dū unuſquiſq̧ ſuauitate recentioris ſententiæ, nō ue/
ritatem, ſed ueritatis ſimilitudinē p̄ferentis, illectus, antiq̄tus a patribus traditā lineā dere
linquit, eo irremediabiliter per auia praue oberrans, quo nouitate pro uetuſtate utitur,
Apoſtolica doctrina preferatur nouæ. tanq̄ antiqui limitis, & a patribus traditi uiam incedēs. Aut em̄ multum ſentit, & minus
credit, & ideo mediū & rectum iter incedere neſcit. Hȩc idcirco p̄ſatus ſum, ut tibi clariſ
ſima ueritatis explorandæ indicia demōſtrarem, ut agnoſcere facillime queas, illū praui/
tatis errore inuolui, q̄ priſca apoſtolicæ fidei fundamēta deſerens, ipſe ſibi pro ſuȩ uolun
tatis arbitrio fidē, quā ſequi debeat, ſomniat. Arri. Optime Athanaſius errorem ꝑfidiȩ,
in abiectis/& nuper inuentis reꝝ nouitatibus cōſiſtere, ꝓfitetur, apoſtolico in hoc ip̄ſum
.I. Thi. VI. congruente teſtimonio, quo ait. Prophanas aūt uocum nouitates euita. Vnde obſecro,
ut ab hoc inq̄ſitionis tramite nō recedas, diligentius atq̧ attentius inueſtigādo, quis no/
uo, quisve antiquo utitur fidei ſacramēto. Prob. Vt hæc q̄ aſſeritis facile innoteſcant, &
ad lucē ueritatis remota, omni ambiguitatis caligine ueniant, antiquæ fidei regulā pan/
Regula fidei. dite, & ita ut eſt ab apoſtolis tradita, noſtris auribus intimate. Arri. & Atha. ſimul. Cre
dimus in deū patrem omnipotentē, & in Ieſum Chriſtū filium eius, dominū noſtrum, &
in ſpiritū ſanctum. Hæc eſt fidei noſtrȩ regula, quā coeleſti magiſterio dominus tradidit
Mat. Vltimo. apoſtolis, dicēs. Ite, baptizate oēs gentes, in noīe patris, & filij, & ſpirituſſancti. Prob. Ma
gno miraculi ſtupore attonitus hȩreo, tres a uobis deos p̄dicari cōſpiciēs, a q̄bus ad uni/
us dei ſingularis potētiȩ maieſtatē cōfugiendum eſſe crediderā. Vnde/q̄ ſit huius ratio/
nis fides, uel qd iſta trium rerum, triumq̧ uocabuloꝝ nomina indicent, nos breuiter in/
formare dignemini. Arri. Non quod tres deos in fidei numero, ꝓfeſſione fateamur, ſed
credere nos in patrē, & filium, & ſpiritū ſanctum fideliter cōfitemur. Prob. Satius fidem
Arrii fides. ueſtrā exponite, & q̄/uel qualis ſit in eadē ueſtra credulitate declarate. Arri. Ego enim
cōfiteor, ingenitum patrē, ante om̄ia tempora filiū ineffabiliter genuiſſe, per quem, & in
quo, uiſibiles creaturas, atq̧ inuiſibiles fecit. Qui nouiſſimis tēporibus, ꝓpter humani ge
neris ſalutē a patre miſſus, uerum hominē in mundo geſtauit, atq̧ inuiolabiliter de Ma/
ria uirgine ſine humani pudoris ꝑmixtione ſuſcepit. Quæ cū ſit creaturæ ſuæ dominus,
nō tamen poteſt genitori ſuo, aut in om̄ibus cōferri, aut in aliq̄ coæquari. Quē & deum,
& ſui originis ꝓfitemur authorem. Nec tamen ideo duo dij, qa & hic deus, nec ideo nō
deus, qa ſolus pater deus. Sicut nō ideo nō bonus, quia ſolus pater bonus, cum ſit & filius
nō ſolum bonus, ſed & bonoꝝ creator. Sed ſicut ei nō adimit̄ ne bonus ſit, cum ſolus pa/
ter ipſius filij ꝓfeſſione ſit bonus, ſic ei non auferē ut deus ſit, cum ſolus pater ſit deus. Et
ſicut bonitas filij non p̄iudicat ſingularitati paternȩ bonitatis, ſic eius deitas nō officit pa
tri, ne unicus ac ſingularis ſit deus. Et hoc modo unum deum ꝓfitemur, nō negando, ut
Fides Athanaſii. dixi, filium deū, ſed pene ſolum patrē unius diuinitatis authorē conſtituentes. Atha. Be/
ne patrē filium ineffabiliter ante om̄ia tēpora genuiſſe, Arrius ſua ꝓfeſſione diffiniuit.
Sed utrum filiū ex ipſa patris eſſentia uel natura, uel aliunde genitum uelit aſſerere, hæc
interim ſua ꝓſecutiōe reticuit. Ego em̄ patrē, & filium, & ſpiritū ſanctum unius eſſe ſub/
ſtantiæ,

ſtantiæ,uniuſq; naturæ cõſiteor.Ita ut nõ ex nihilo,neq; ex aliquo,ſed de patre filium,&
de patre ſpiritũ ſanctum credam ꝓcedere.Et licet tres in ſua ꝓprietate ſubſiſtentes/profi
tear eſſe ꝑſonas,hoꝝ tamen natura una eſt,unaq; diuinitas cõprobaẽ. Probus.Quanq̃
hæc uaria/& longe diſſimilis ſententiaꝝ ueſtrarum diuerſitas,magnã cõfuſionis caligi/
nem mentibus noſtris incutiat,tamen ut cito his ambagibus exuamur,& q̃ ſit ueræ fi/
dei ꝓfeſſio cognoſcamus,dignamini euidentioribus ſcripturæ diuinæ teſtimonijs aſſer
tionum ueſtraꝝ ſententias cõmunire.Et ne longo orationis ambitu ipſius ꝑmixtę diſpu
tationis cõfuſione procul euagemini,ſingillatim fidem ueſtrã,ut dixi,edicite. Sed nunc
Arrius ꝓſequatur,& ſuã fidem ueridicis teſtimonijs aſtruere non graueẽ. Arri.Quo/ *Deus ſimplicis*
niam me primitus cõgredi p̃cepiſti,Reſpondeat Athanaſius,utrum ſimplicis naturæ ſit *eſt naturæ.*
deus. Atha.Quis hoc impius negauerit? Arri.Reſpõdeat utrum etiã oĩa q̃ de deo
dicunẽ,ſecundum eſſentiã accipiẽda ſunt. Atha.Nõ temere ꝓnunciauerim,uniuerſa
quæ de deo dicunẽ ſecundum eſſentiã,debere accipi/propter nõnullos relatiuos nomi/ *Nõ omnia deo*
num caſus,ſecũdum uſitatum humani ſermonis eloquiũ probatos.Qui non proprie de *attributa,eſſen*
deo,ſed ꝑſonis & temporibus,uel qbuſcunq; rerum generibus coaptantur.Id eſt,cum ſe *tiæ eius con*
neſcire,uel ſe iterum cognouiſſe fateẽ.Aut cum rerum a ſe factarum pœnitudinẽ gerit, *gruunt.*
& nunc ſe iratum,nunc placatũ oſtendit.Quæ omnia,ſi ſecundũ eſſentiã uolumus acci
pere,paſſibilem ſine dubio,& improuidam diuinã profitebimur eſſe naturã, in qua aut
ignorantia,aut ex tempore orta cogitatio cadat,quã & triſtitia pœnitendo conficiat, &
lætitia ſubleuet uegetando.Quod qd aliud erit,niſi mutari ac perpeti,& inſtabili mobi
litate,huc illucq; defluere.Vnde manifeſtiſſime comprobatur,non omnia de deo ſecun
dum eſſentiam debere intelligi,ſed aliquanta diſpenſationi reſpõdentia/nõ naturę eius
cõuenientia,certo certius profitemur. Probus.Licet ſufficienter & doctius,laudabili/
terq; reſponderis,nõ omnia de deo ſecundum eſſentiam dici,latius tamen hæc abs te au
dire deſydero,cum tui loci diſputationis tempus affuerit.Nunc interim(ut antea faſſus
ſum) Arrius,ut cœperat,proſequatur. Arrius.Si ea quæ in principio proſecutus ſitm,
diligenter aduertas,illic omnem fidei noſtræ credulitatem inuenies. Athana.Subſiſte/
re ante ſæcula filium/ueraciter Arrius profiteẽ.Quod autem de patre natus ſit, ſono tan
tummodo uocis,& ſimulata uerborum confeſſione,non ueritatis profeſſione confidit,
dum eum a paternæ naturæ ſubſtantia ſeparat, & cõditione naturæ,non diſpenſationis
ratione/patri ſubiectum affirmat. Probus.Clariſſimum fidei ueſtræ indicium date, &
quemadmodum credatis recenti proſecutione ſignate,quo poſſit ad normam propoſitę
confeſſionis,diſputationiſq; materia coaptari. Athanaſius.Ne uos grauem oratiõe lon
giſſima ſenſus,fidem meã breui ſermone cõcludo.Patrem, & filium,& ſpiritũ ſanctum *Pater & filius*
deitate,poteſtate,magnitudine,natura unum eſſe proteſtor. Nec aliquid in hac trinita/ *et ſpiritus ſan*
te nouum,extraneumve,ac ſi antea non fuerit,poſtea uero adiectum ſit,aſſero:ſed,ut di *ctus unum ſunt*
xi,unius eam naturæ,uniuſque ſubſtantiæ credo. Arrius.Sicut tres ꝑſonas in ſua pro/
prietate manentes,ita tres ſubſtantias eſſe.patris,& filij,& ſpiritusſancti/ confiteor. Alia *Arrii hereſis.*
eſt enim patris,alia filij,alia ſpiritusſancti ſubſtãtia.Nec poteſt ullo modo ingenitæ ſub/
ſtantiæ,aut genita filij,aut creata ſpiritusſancti conferri natura. Vnde nec in poteſtate
æquales,nec magnitudine ſimiles,nec natura conſortes/a nobis fideli cõfeſſione credun
tur. Probus.Si hoc totum eſt,in quo a uobis inuicẽ diſſentire uidemini,id eſt,quod
unus diuerſas,alius trinitatis unam dicit eſſe ſubſtantiam,id nunc diſputationis ratio po
ſcit,ut aſſertiones ueſtras non ſubtilitate argumentorum, de induſtria dialecticæ artis
uenientium,ſed ſimplicibus & puris diuinæ ſcripturæ documentis,robuſtius fulciatis.

Arrius.Credo quod memoralibus prudentiæ ueſtræ ſenſibus Athanaſij proſecutionẽ
nequaq̃ ſubtraxit obliuio,qua id elegãtius perorauit illũ debere prauitatis errore nota/
ri,q noua & inuſitata uerboꝝ cõmẽta ſectatur/adijciens apoſtolicis dogmatibus,q̃d ab
eiſdẽ cõſtat traditũ non fuiſſe. Probus.Ita memini. Arrius.Ergo Niceni cõcilij decre
ta lectione pandanẽ,& agnoſces Athanaſium,uel eius authores, apoſtolicam fidem no/
uorum adiectione uerborum catenus corrupiſſe,eoſque qui antiquis patrum inhęſere

doctrinis, ambitiõe regia uſi, cenſuerint feralibus relegandos edictis. Prob. Si p̄ſentis ne/
gocij ratio poſtulat, ut decretū Niceni recitet̃ cõcilij, hoc quoq; Athanaſius ſua proſecu
Niceni concilii decreta ſuper fide Catholica.
tione deſignet, ut ex utriuſq; uoluntatis aſſenſu, ſi qd illud offert extrinſecus, recitetur.
Athana. Cauſæ cõgruit, ut reꝝ geſtaꝝ lectionis copia nõ neget̃. Prob. Ergo, ut deſyde/
rat, p̄fati decreti lectio, uentilet̃. Au. Et lectū eſt ita. Credimus in unum deū patrē omni/
potentē, uiſibiliū & inuiſibiliū factorē. Et in unum dominū noſtrū Ieſum Chriſtū filium
dei, natum ex patre unigenitū, hoc eſt, de ſubſtantia patris, deū ex deo, lumē de lumine,
deū uerum de deo uero, natū nõ factum, unius ſubſtantiæ cū patre (quod græci dicunt
homouſion) per quē facta ſunt om̄ia, ſiue in cœlo, ſiue in terra. Qui propter noſtrā ſalu/
tem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertia die, in cœlos
aſcendit, inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et in ſpiritū ſanctū. Eos autē, qui
dicūt, erat quādo nõ erat, & anteq̃ naſceret̃ nõ erat, quod & de nõ extantibus, uel ex alia
ſubſtantia, aut eſſentia, dicentes mutabilē, aut conuertibilē deum, hos anathematizat ca
tholica & apoſtolica eccleſia. Arri. Peruides uiroꝝ optime Probe, iſtius decreta conci
Sugillare non ſamare.
lij, in ſugillationē apoſtolicæ fidei, auſu temerariæ aſſumptiõis fuiſſe cõſcripta. Quid em̄
Homouſios cõſubſtantialis
opus erat, nouū hoc homouſion uocabulū antiquis dogmatū regulis inſerit̃? Nunqd em̄
apoſtoli, uel eoꝝ diſcipuli, atq; om̄es per ordinē ſucceſſores, q uſq; ad illud tēpus uiuen
tes in Chriſti cõfeſſione homouſion uocabulū ignorabant? Impietatis ſacrilegiū in fidei
ueritate ſecutos eſſe dicemus, ꝓ eo ſcilicet, q̃d huius nominis notione priuati, ſine ipſius
p̄dicationis aſſertione prexerunt ad Chriſtū. Si em̄ a nobis, ut iſti penitus mentiunt̃, no/
ua introducebat̃ contra apoſtoloꝝ ſtatuta doctrina, qd utiq; cõueniens erat, nouæ a no
bis ingeſtæ doctrinæ/antiquis apoſtoloꝝ obuiare doctrinis, & nouitatē uetuſtati p̄ſcri
bere, nõ uetuſtatē nouitate ꝑuertere? Vt qd mihi hoc nomē ſequendū imponit? Vt qd
me ad huius rei nouitatē uiolentius trahit? Vt qd hoc apoſtolicæ fidei ſupadijcit uerbū,
cuius nec prophetæ qdem, nec apoſtoli uſpiā faciunt mentionē? Quod illud quæſo no/
men eſt, ſine quo fides integra eſſe non poſſit, ſine quo Chriſtiani Chriſtianæ religionis
abdicant̃ honore. Vnum em̄ e duobus in hac cauſa ſequi neceſſe eſt. Si uera eſt homou/
ſij aſſertio, falſa erit apoſtoloꝝ p̄dicatio, q̃ ſine hoc nomine lõga per tēpora floruerat. Si
ỽo apoſtolica fides, huius nominis expers, uera eſt, ſicuti & eſt, hæc ſine dubio falſa erit,
quæ antiquæ fidei nominis nouitatē adiecit. Reuolue cuncta noui & ueteris teſtamenti
uolumina, utrum alicubi homouſion inditū paginis poteris reperire. Prob. Quid his
refert̃? Atha. Nominis tantū offenderis nouitate, an etiā ipſius rei uirtutē, quæ hoc eſt
ſortita uocabulum, refugis? Arri. Quid dicas, non ſatis intelligo. Atha. Quoniam res
antiqua, nouū nomen accepit, non uocabulo nouo nouæ rei uirtus acceſſit, hoc utiq; re/
quiro, utrum res, quæ antiqua eſt, ſimul a te cum nominis nouitate damnet̃? Arri. Res
loqueris tortuoſas, & omni ſtultitiæ miraculo dignas. Si em̄ homouſion nouum nomen
eſt, non dubiū, quin & res noua ſit, quam ſignificare uidetur. Atha. Ergo pariter rem,
nomenq; cõdemnas? Arri. Ita plane. Atha. Igitur ſi demõſtrauero rei antiquæ, & ab
apoſtolis traditæ nouū nomen attributum fuiſſe, uictum tandē fateberis? An etiam ſic
rem antiquā, ſimul cū nominis nouitate condemnas? Arri. Hoc non oſtendes. Prob.
Vocabuli immutandi ratio.
Et quæ ratio cauſæ flagitabat̃, ut res antiqua nomen accipet nouū? Nunquid enim pri/
uſquam huius nominis uocabulum ſortiret̃, ſine nominis ꝓprietate manebat? Hoc mihi
nullam rationis conſequentiā habere uidet̃. Arri. Optime. Atha. Eccleſiaſticæ ſemꝑ
moris eſt diſciplinæ, ſi quando hæreticoꝝ noua doctrina exurgit, cõtra inſolentes quę/
ſtionum nouitates rebus immutabiliter ꝑmanentibus, nominū uocabula immutare, &
ſignificātius reꝝ naturas exprimere, q̃ tamen exiſtentium cauſaꝝ uirtutibus cõgruant,
& quæ magis eaſdem antiquitus fuiſſe demõſtrent, nõ ortus nouitatē menſurent. Et, ut
quod dico, planius fiat, utor exemplo in ipſo Chriſtianæ religionis p̄dicationis nuncio.
Omnes qui credebant domino noſtro Ieſu Chriſto, non Chriſtiani, ſed diſcipuli tan/
tummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum authores extiterant, do/
ctrinæ obuiantes apoſtolicæ, om̄es ſectatores ſuos diſcipulos nominabāt. Nec erat ulla
nominis

nominis diſcretio inter ueros falſosque diſcipulos,ſiue qui Chriſti,ſiue qui Doſitæ,ſiue *Chriſtiani nominis origo.*
Theodæ,ſiue Iudæ cuiuſdam,ſiue etiã Ioannis ſectatores,qui ſe quaſi Chriſto,eccleſiæ
fatebanť,quin potius uno diſcipulorꝫ nomine cenſerentur. Tunc apoſtoli cõuenientes
Anthiochiam,ſicut eorꝫ (Luca narrante) teſtanť acta,omnes diſcipulos nouo nomine,
id eſt Chriſtianos appellãt,diſcernentes a cõmuni falſorꝫ diſcipulorꝫ uocabulo,ut & di
uini per Eſaiam oraculi ſermo impleretť,quo ait. Seruiẽtibus ꝟo mihi,uocabiť nomẽ no *Ex Eſai. lxij.*
uum. Hanc ergo ab apoſtolis traditã,nouis utendi nominibus formã,eccleſia tenẽs,con
tra diuerſos hęreticos,ut ſane fidei ratio poſtulabat,diuerſas ædidit nominũ nouitates.
Deniqꝫ patri nouũ innaſcibilitatis nomen eccleſia impoſuit. Cum eñ Sabelliana hæreſis *Innaſcibilitas patri dicitur*
genitum ex uirgine patrẽ uoluiſſet aſſerere,ingenitũ cõtra hanc confitendo eccleſia tra
didit patrẽ. Vtiqꝫ in diuinis ſcripturis ingenitũ nuſquam legimus patrẽ. Poteſt ergo Sa/
bellius audaciam ſuã in huius calumniæ obuertere q̃ſtionem, & ſimili,ut tu propoſitio/
nis genere uti,quo dicat. Cur diuinis ſcripturis ſine ullo proſpectu pudoris uiolentiã fa/
citis,profitendo innaſcibilẽ patrẽ,quod ſcriptũ oſtendere ualetis? Item/ qa eum non ſolũ
genitum,ſed & paſſum impio dogmate idem Sabellius profiteť,uobis in unum conue/
nientibus,inter cæteras quas promulgatis fidei ſanctiones,dixiſtis patrẽ impaſſibilẽ eſſe,
quod religioſe ſancteqꝫ uos ſtatuiſſe probamus. Sed hoc itidẽ ille proclamat. Ergo/uſqꝫ/ *Pater impaſſibilis dictus.*
quo ueſtræ licentiæ audaciã protendetis,profitẽdo,quod ſcriptũ non legitis,impaſſibilẽ
patrẽ,quod nec prophætæ tradiderũt,nec ſymboli autentici tradidit authoritas, ſed hoc
& ueſtra temeritate p̃ſumptum. Rurſus proſequunť ijdem ipſi,qui Syrmio cõuenerãt.
Et hanc religioſæ cõfeſſionis fidem/de filio ſtatuiſtis deum,eum dicentes ex deo,lumen
de lumine. Iam hic Fotino,qui ex humanæ generatiõis natura initium tribuit filio,quan
ta calumniandi occaſio pateat,ipſum te quoqꝫ metiri nõ pigeat. Cur eñ nõ ſimiles quę/ *Fotini hæreſis*
rimoniarꝫ cauſas intentat,cur nõ ſimili uociferatione ipſe quoqꝫ inſaniat,dicẽs. Quid di
citis,qd ſtatuitis,quid ſequẽdum ueſtro iudicio poſteris traditis,cõfitẽdo filium deum,
ex deo,lumen ex lumine? Oſtendite mihi,utrũ in eadẽ filij dei forma,id eſt, in autentico
ſymbolo,quod apoſtoli tradiderũt,hoc ſcriptũ legeretis. Sed cõtentus ſum,cum ibi ſcri/
ptum nõ fuerit,ſaltẽ mihi de prophætis legať,de apoſtolorꝫ literis oſtendať. Quis has uo
cum tulerit nouitates? Quis hoc rudis admittere ſenſibus patiať, quod neqꝫ prophætæ,
neqꝫ apoſtoli tradiderũt? Item ſimilẽ patri filiũ multis & creberrimis conciliorꝫ ueſtrorꝫ
decretis ſtatuiſtis. Exurgat nunc Eunomius,qui diſſimilẽ confiteť,& dicat. Vbi hoc le/
giſtis,ubi hoc repperiſtis,utrum ne pater,aut filius,hac de ſe uſus eſt uoce? Ergo tu Ar/ *Eunomii hæreſis.*
ri,qui me hodie tali cõſtringis articulo,ut homouſion proprie poſitũ in ſcripturis oſten
dam,aut facere cõtra inſolentes & furtiuas hęreticę intelligentiæ prauitates, quædã con/
feſſionis nomina nõ temere p̃ſumpta,ſed ex cõſequenti ratione collecta,fidei authorita
tibus fuiſſe inſerta,ita ut tot nouorꝫ uerborꝫ religioſo intellectui extiterint abſolutiões,
quot fuerint quæſitæ,uel ſubminiſtratæ pfidiæ occaſiones. Aut ſi id fateri nolueris,tuis
tecum obiectionibus agam. Oſtende mihi nõ ex cõiecturis,nõ ex ueriſimilibus rebus,
nõ ex ratione uicini ſermonis,nõ ad intelligẽdum prouocantibus rebus,nõ ad profiten/
dum pietate fidei ſuadente,ſed pura & nuda uerborꝫ proprietate,oſtende ſcriptum inge
nitum,aut impaſſibilẽ patrẽ uerum deum ex deo,lumen de lumine,aut patri filiũ ſimilẽ
eſſe. Nolo mihi dicas,hoc fidei ratio poſcit,hoc pietas docet,ad hãc me nominis ꝓfeſſio/
nem ſcripturarꝫ cõſequẽtia prouocat. Nolo inq̃ mihi talia obtendas, qa & in me ſimilia
de homouſij ꝓbatione reſpuis proferentẽ. Sed fero in manibus diuinorꝫ uoluminũ codi
ces, & eodẽ ſono/ijſdẽqꝫ ſyllabis p̃dictorꝫ uocabula nominũ indita lege. Aut oſtẽde ſcri
ptum filium patri ſimilem,aut fatere diſſimilem. Quo hinc erumpas,quo rurſus euadas?
ne tuis te obiectionibus implicitum propoſitiõis nexus enodandi tibi facultas nulla ſup
peditet,aut concede mihi/ex cõſequentibus probare homouſion,id eſt,unius ſubſtãtiæ
fidem,aut ſi concedere nolueris,neganda ſunt tibi uniuerſa,quæ ipſe fateris,qa ea nude
poſita inuenire,nuſquã uti poteris. Prob. Si eccleſiaſticæ cõſuetudinis mos eſt,ut ali/
qua uerborꝫ uocabula pro coercendis hæreticorꝫ motibus,in fidei authoritate nuda po

nantur,

nantur,q̃ tamen ratiõe conſequentiũ rerꝫ exiſtentiũ ueſtianť,dum eorꝫ ueritas,ex qua
originẽ ſumunt,diuinis cõtineri literis inueniť,quid dicis Arri,concedis homouſion,ſi/
cut Athanaſius dicit de diuinis ſcripturis per cõueniẽtes profeſſionũ qualitates ꝓbari an
nõ? Arri.Iſte neſcio qua ſyllogiſticæ artis uerſutia,obiectionem meã conať eludere.
Ego eñ hoc mihi oſtendi deſydero,utrũ homouſion in dominicę ſit lectionis authorita/
te cõſcriptũ,& ideo aut proprie poſitũ legat,aut ab eius cõfeſſione recedat. Prob.Vi/
des quẽadmodũ in te,tuã referat q̃ſtionem,& iiſdem te, q̃bus uteris,cõſtringat articulis,
profeſſionis tuæ manifeſtiore,ut ipſe exigis documẽto. Aut ei de canonicis literis nude
poſitũ oſtendas innaſcibilẽ,aut impaſſibilẽ patrẽ,aut deum ex deo,aut lumẽ de lumine,
aut patri filiũ ſimilem eſſe.Quæ oñia,ſi proprie poſita minime demõſtrare ualueris,ne/
gandi tibi neceſſitas imminebit,cui diſcrimini illa,ut uideť mihi,ſola poterit ratio ſubue
nire,ut cõcedatis uobis ea,q̃ in concilijs ueſtris nude ſunt poſita,de ſcripturarꝫ fontibus
emanaſſe. Nam hoc cõtentionis uitio deputabiť,ut documentũ nudi ſermonis exigas,
cui fidei ſenſum ſcripturis copioſius noueris redundare. Senſum igiť quere, unde uoca/
buli huius natura traxit originẽ.Et cũ ſenſum inueneris,nomen te inueniſſe pariter non
dubites. Atha.Quantiſcunq; rationibus agat,nullatenus poteſt ab hac intẽtione re/
moueri.Nouit eñ certiſſime,q̃a ſi ad hoc fuerit,remota huius nominis intẽtione deſcen
ſum,ut ex cõſequentia ſcripturarꝫ unam eſſe patris,& filij ſubſtantiã,q̃d eſt homouſion,
doceať,facillime ſe poſſe ſupari,& ideo diffidentię ac timoris periculo auectus,nudi ſer
monis flagitat documentũ.Sed ſuis eſt iterꝫ profeſſionibus cõſtringendus,Exigis a me,
ut unam patris & filij ſubſtãtiam,id eſt,homouſion ſcriptum oſtendam. Tu autem tres
uſias,id eſt,tres ſubſtantias cõfiteris. Oſtende igiť mihi,ubi legiſtis tres uſias.Si eñ ego
unum,hoc eſt homouſion,ideo negare debeo,q̃a hoc unde ſcriptũ non inuenio,tu quẽ/
Greci ouſias ſcribunt. admodum audes tres uſias cõfiteri,cum hoc ſcriptũ nuſq̃ poteris demonſtrare? Prob.
Si extat aliquod ex authoritatibus diuinis documentũ,proprie & ſpecialiter poſitũ,quo
approbeť patris,& filij,& ſpirituſſancti,tres uſias,tresq;,ut fateris,eſſe naturas,proferať.
Quo poſſit Athanaſius a confeſſione unius ſubſtantiæ,quod eſt homouſion,declinare.
Cum eñ triouſion proprie in ſcripturis oſtenderis poſitum,apparebit Athanaſium te/
meritate pertinaciſſimæ obſtinationis in homouſion cõfeſſione hactenus perdurare,q̃d
proprie poſitũ non potuit demõſtrare.Si ṽo,nec tu ipſe tres uſias demonſtrare ualueris,
pari mihi cõditionis neceſſitate aſtrictus eſſe uideris. Atha.Doceat tres uſias,proprie
Arrii argumẽtum. poſitas,& facio unius ſubſtantiæ,q̃ eſt homouſion,ceſſionem. Arri.Si tres ſunt,pater,
& filius,& ſpirituſſanctus,neceſſario tres ſunt ſubſtantiæ,in q̃bus unaquæq; perſona ſe/
paratim & diſtinctius proprie cognoſcať. Atha. Hic nulla proſunt argumẽta,hic ue/
ritas ex cõſequenti ratione colligiť,teſtimoniorꝫ proprietas flagitať, lege ſpecialiter tri/
ouſion poſitum,& noli conijciendo dicere,ſi tres ſunt,pater, & filius,& ſpirituſſanctus,
neceſſario ſunt tres ſubſtantiæ,quia & ego ſimili coniectura poſſum ueracius opinari,ſi
unum ſunt pater & filius,q̃a ipſe ait. Ego & pater unum ſumus, quomodo non eſt una
ſubſtantia? Sed hanc diſputationis uiam ingredi penitus noluiſti,dum a me ſpecialiter
poſitum homouſion demonſtrandum exigeres teſtimonium. Simili ratione,tres uſias
ſpecialiter,& proprie poſitũ ſitas doce.Si eñ ideo homouſij uocabulum negare debeo,
q̃a hoc ſcriptũ nude demõſtrare nõ ualeo,neceſſario tunc triouſion fateri debeo,ſi pro/
prie poſitũ,hoc te oſtendẽte cognouero. Arri.Subſiſtit proprie pater,an nõ? Atha.
Niſi mihi tres uſias ꝓprie poſitas legeris,nullũ tuis interrogationibus dabo reſponſum.
Quis eñ nõ uideat,quo tua intẽdat obiectio? Vis eñ argumẽto callidæ interrogatiõis
diuerſas approbare patris,& filij ſubſtantias.ſed hic argumẽtis,non opus eſt operiri,ubi
manifeſtiore teſtimonio proprietatis trium ſubſtantiarum exigitur documentum, ſed
ſi a proprietate teſtimoniorum,aut rerum cõſequentia tranſire deſyderas, hoc ipſum pu
blicæ cõſcientiæ innoteſcat,nõ te potuiſſe tres uſias proprie poſitas demõſtrare. Et cum
utrinq; hoc articulo ſolueris,obiectiõibus uel interrogatiõibus tuis ſatiſfaciã neceſſe eſt
Prob.Quantũ ueſtrę diſputatõis intẽtio mõſtrat,nec tu homouſion,nec iſte triouſion
proprie

proprie & ſpecialiter poſitum ualetis oſtendere. Vnde ne puerili cõcertatione in rebus ſupfluis diutius immoremini, ab hac exactione documẽti tandẽ utriq; deſinite, homouſion, aut triouſion de ſcripturaꝝ authoritate colligite. Non enim fas erit, de nominis appellatione dubitare, q̃d teſtimonioꝝ copioſa cõgeſtio firmius poterit roborare. Arrius. Quoniam hoc tua decreuit ſententia, debere nos rationum perſuaſionibus ex reꝝ conſequentium cauſis p̄dictorum nominum uirtutes colligere, nec id Athanaſio uideatur difficultate nudi me demonſtrandæ ueritatis uocabuli proprietatis documenta q̃ſiſſe, ita faciam, ut tui eſt decreti ſententia promulgatũ. Ego enim compendio magis uti uolebam, ne longius orationis intentio euagata, ambiguis ſenſibus ueritatẽ obumbret.

Athanaſius. Non poteſt fides uenire in dubium, quæ ueritatis fulta præſidio, craſſiora mendaciorum nubila, fulgidæ claritatis lumine diſſipat. Non enim poteſt proprijs carere uiribus, quæ non eget extrinſecus ſuffragiorum amminiculis adiuuari.

IN DIE SEQVENTI.

PROBVS IVDEX DICIT. Quoniam uos initi fœderis pacta indeclinabili ſententia ſeruare nõ dubito, quibus id uobis inuicem cõceſſiſſe uidemini, ut unius ſubſtantiæ, uel trium ſubſtantiarum profeſſionẽ, ex diuinarum conſequentium literarum luculento diſputationis examine comprobetis, omiſſa ſcilicet quæſtione puri uocabuli, atq; proprie poſiti, exigatis iam nunc, & ipſius placiti ratio poſcit, ut cuncta humanæ argumẽtationis cauillatione remota, de ſacris diuinaꝝ authoritatum uoluminibus, patris, & filij, & ſpiritusſancti, aut unam, aut diuerſas proferatis eſſe ſubſtãtias. Ad quam rei probationẽ, nõ tantũ (ut opinor) mea, ſed cunctoꝝ pene mortaliũ mens ita eſt pendula expectatione ſuſpenſa, ut ſi tanti negocij merita paterent̃, ſine ullius diei conferendi ratione, uel alicuius momẽti intercapedine, ad ſummã ueritatis, atq; ad calcem maniſeſtiſſimæ notionis deſyderet peruenire. Vnde ne tam religioſa fidelium, & ueritatis cupida fruſtret̃ intentio, omni lenocinio luxurioſæ orationis exploſo, de re, de cauſa, de cõpetentibus, de neceſſarijs agite rebus, omnẽ, ut dixi, uerborum ambitum, & procul a cauſa euagantes locutionum phaleras, leporemq; ſermonũ cautius euitantes, ut diſputationis ueſtræ narratio, ueritatis magis, q̃ cothurnato mẽtis ornetur eloquio. Athanaſius. Licet etiam dudum crebro ac ſæpius de unitate ſubſtantiæ citra acta diſputauerim, meaſq; diſputationes ſcripto mandauerim, q̃bus a me in hac diſputatione aliq̃d amplius addi poſſit, tamẽ q̃a hæc extrinſecus nullo eminus aduerſante dicta ſunt, neceſſe habebo hæc eadẽ rurſus repetere, & in hac publicæ actionis examine cõprobare, quo poſſit tui iudicij ſentẽtia cõprobare. Prob. Si nõ fuerint Arrij replicationibus tenuata, tũc ueſtra poterit firmari ſentẽtia. Arri. Vt q̃d hæ fraudũ tendiculæ proponunt̃? Vt q̃d in primordio nefandæ aſſertionis iudicis ſentẽtia prouocat̃? Agamus primũ quod nobis agendũ neceſſitas demõſtrandæ ueritatis imponit. Inculcet̃ humano auditui fidei noſtræ profeſſio, percipiant indicia, q̃bus modis, q̃busq; rationibus, quibus deniq; documẽtis noſtra fulciat̃ aſſertio, & tum demum promulgationẽ ſententiæ, quæ in noſtro utiq; nequaquã pendet arbitrio, de iudice poſtulabimus. Prob. Præfationis meæ nuper in hoc actionis principio habitæ, & ſponſionis ueſtræ dudum p̄teritis geſtis inſertę, meminiſſe oportet. Quibus id peroratum eſt, ut omiſſis ſupfluis, ad arcem negocij debere deſcendi, q̃d debetis tandẽ aliquando actitare. Arri. Doceat patrem, & filium, & ſpiritumſanctũ unius eſſe ſubſtantiæ, unius poteſtatis, unius dignitatis, unius gloriæ, unius maieſtatis, unius uirtutis, unius honoris, quod ſatis improuide, nimiſq; incauta profeſſione ſolet populus iactitare. Athanaſius. Profiteris filium uere de patre natum, an non? Arrius. Profiteris ipſe patrẽ alicuius deriuationis, uel diuiſionis iuicio ſubiacere nõ poſſe, an nõ? Atha. Valde profiteor. Arri. Ego q̃q; profiteor filiũ ex patre natũ eſſe. Athana.

Id eſſe

Id eſſe arbitraris natum ex patre,quod etiã de patre? Arri.Sufficit tibi quod ex patre
dixerim natũ,quod etiã facillime oſtendo.Quid callidis uteris argumẽtis? Cæterũ de pa
tre natum nuſq̃ mihi interim ad p̃ſens occurrere potuit.Ex patre u͛o ſcriptum eſſe reco/
lo,Ioanne apoſtolo dicente.Qui diligit patrẽ,diligit eum q natus eſt ex eo. Atha. Er/
go nihil intereſſe putas,utrum ex ipſo,an de ipſo natus dicat̃. Arri.Si mihi demõſtra/
re uolueris,proprie poſitũ filium de patre natum,tunc qd inde ſentire debeã/æſtimabo.
Verũ,quia in pleriſq; exẽplaribus uarie poſitũ eſſe non neſcio,ut in iiſdem locis, quibus
de ipſo legit̃,in aliis codicibus ex ipſo legat̃.Sed utrum hoc interpolantiũ fraude,an hu/
ius rei ſignificatiõe,id eſt,ut hoc ſit ex ipſo,quod etiã de ipſo factũ ſit,nõ ſatis uideo.Nec
hoc noſtrę fidei aliquod poteſt afferre p̃iudicium. Atha.In hac tua proſecutione dili

Filius de patre natus.

genti admodũ cura expoſita ratione aduerti.Sed q̃d tantũ noſtræ dixeris,& non utrorũ/
q; deſignaueris fidei non poſſe p̃iudicium in his uerbis afferri,ſatis miratus ſum,& arbi/
tror quod fidem tuã munire feſtinans ita poſueris,ſperans me exinde leuiter ſine aliquo
documento poſſe tranſire.In euangelio quoq; de Patre dominus dixit,Spiritus eſt.Et ut
ſe de Patre natum oſtenderet,ait. Quod natum eſt de carne,caro eſt.& quod natum eſt
dè ſpiritu,ſpiritus eſt,q̃a Deus ſpiritus eſt.Ego de deo patre exiui.Ecce filiũ de patre na/
tum,ipſo filio docente,oſtendi. Arrius.Satis callidis,& ſuſpitioſis uteris diſputationi/
bus,quo dicas quod ad fidei meæ munitionẽ hoc dixerim.Sed ut de ſenſibus tuis omnis
ſuſpitiõis ambiguitas auferat̃,ut ſupius fatus ſum,utrorũq; fidei,ſiue ex ipſo,ſiue de ipſo
natus dicat̃,nullum poteſt penitus afferre in aliquo p̃iudicium. Athanaſius. Generans
pater Deus ex ſe,id eſt.de ſeipſo filiũ,hoc genuit quod eſt ipſe,an aliud aliqd? Arrius.
Hoc utiq;,quod ipſe eſt,genuit, q̃a Deus deum genuit,lux lucem genuit,perfectus p̃fe
ctum genuit,omnipotens omnipotentẽ genuit. Athanaſius. Ergo non extrinſecus,
neq; ex nihilo,neq; ex aliqua p̃cedente aut ſubſequente materia,ſed ex ſeipſo genuit. Et
nõ aliud,q̃ id quod ipſe eſt,genuit. Arrius.Alius alium genuit. Athanaſius.Et nos

Alius alium genuit,dũ pater filium de eo quod ipſe eſt genuit.

cõfitemur,q̃a alius alium genuit,id eſt,Pater filium, Sed ſic de ſeipſo,id eſt,de eo,id eſt,
quod ipſe eſt/genuit,q̃a alterius ſubſtantiæ,uel diuerſi generis filius eſſe nõ poteſt,ac ſi
unius,atq; eiuſdem cum patre ſubſtantiæ erit. Arrius.Si noſſes in quantos perfidię er/
rores,unius ſubſtantiæ profeſſio uergat,nunq̃ profecto inter Patrẽ & filiũ huius nomi/
nis faceres mentionẽ.Nec diſputationẽ tuã,q̃buſdam interrogationũ gradibus inciſam,
tali concluſiſſes articulo,ut ad hunc impiæ profeſſionis deduceres finẽ. Athanaſius.
Quod ſit impiũ atq; ſacrilegum,diuerſas patris, & filii,& ſpiritusſancti profiteri ſubſtan
tias,& quod pium ſit atq; religioſum unius eos,religioſæ ac piæ ſubſtantiæ cõfiteri,ſcias
me o Arri/penitus ignorare nõ poſſe.Et hoc nõ humana opinione collectum,nec con/
iecturis & argumentis inuentum,ſed cœleſtis doctrinæ magiſterio traditũ demonſtra/
bo. Probus.Prius mihi uim qualitatemq; rerũ aſſignate,tum demum poterit demon/
ſtrari,utrum patri,filioq; cõueniat. Athanaſius.Subſtantia q̃dem duobus appellatio/

Subſtantia duplex.

num generibus diſtinguit̃.Et eſt q̃dem unius generis qualitas hæc,quæ exiſtentis natu/
ræ eſſentiã indicet.Aliud u͛o eſt ſubſtantiæ genus,quo ille,qui habet ab his, qui non ha
bent deriuat̃.Et ut planius fiat quod dico,manifeſta expoſitione aſſigno.Verbi gratia.
Homo generis ſui,ac naturæ ſubſtãtia eſt.Rurſus ſi quid illi eſt,quod extrinſecus eſt,id
eſt,in materia auri,uel argenti,aliarũq; ſpecierum poſſidendarũ,ſubſtantia eius dicit̃. Et
cum eiuſdẽ uocabuli una uideat̃ appellatio,duas tamen res ſignificare uidet̃. Sed nos de
illo ſubſtantiæ genere diſputamus,qua unaquæq; natura, ob id q̃d eſt uel ſubſiſtit,ſub/
ſtantia nuncupat̃.Et q̃cquid ex ſe de ſeipſa genuerit,non aliud eſſe poteſt,q̃ id quod ipſa

Alibi ab eo quod eſt.

eſt.Deniq; homo pater generans filiũ ſui generis,id eſt,ſuæ ſubſtantiæ hominẽ generat,
quia homo hominẽ generat.Et recte ſuæ ſubſtantiæ hominẽ generat,q̃a ueritas nouita/
tis ſubſtantiarũ diuerſitatem non recipit. Diuerſitas autẽ ſubſtantiæ eſt,ut exempli gra
tia dixerim,ſi homo pecudem gignat,uel ſi cuiuſlibet generis pecus,alterius generis pe/
cus,alterius generis pecudem generet,id eſt,ſi bos generet aſinum,uel ſi ouis generet ca
pram,quæ quoniã in diuerſitatẽ generis pergit, monſtruoſa generatio erit,ſuæ naturæ
proprietatẽ

proprietatem minime ſeruans. Rurſum in elementoꝝ qualitatibus, quæ ſit ſubſtantiaꝝ
diuerſitas uel proprietas, operæprçcium eſt aduertere. Verbi gratia, Vniuſcuiuſq; ignis
uel luminis natura, id ex ſe, quod ipſa eſt/miniſtrare uidetur, ut lux fulgorem, ut ignis in/
cendium, & in hoc officij ſui genere ſubſiſtens/ſubſtãtiæ ſuæ intemeratã uidetur ſerua/
re naturam. Si ꝟo lux ex ſe tenebras gignat, mutationi obnoxia erit, alterius a ſe generis
materiã tribuens, quia in hoc immutabilitatis ſuæ illibatã poterit ſeruare ſubſtantiam. Si
hoc quod ipſa eſt, miniſtret ex ſeſe. Cæterum ſi, ut dixi, id quod ex ſeſe tribuit, aliud erit,
q̃ ipſum quod tribuit, tunc alterius ſubſtantiæ dici poterit, quod omnino naturarum o/
mnium qualitas, uel ordo, uel ratio non admittit. Age nunc/ſi uidetur iam a terrenis ac
uiſibilibus, in ſupiora mentis oculum erigamus, ut ex his, quæ facta ſunt, infectę uirtutis
ſubſtantiã cognoſcamus, apoſtolicæ authoritatis edocti magiſterio, qui ait, Inuiſibilẽ di
uinitatis uirtutem, per ea quæ ſunt, intelligi debere. Dixit Arrius. Ergo filium ex patre Roma. I
natum eſſe, & Deus deum genuit, lux lucẽ, in qua profeſſione unum erit e duobus pro/
cul dubio retinendum. Aut eñ ex ſe ipſo generans, id quod ipſe eſt/genuit, & ob hoc fi
lius unius cũ patre ſubſtantiæ erit, aut ſi alterius a ſe generis deum genuit, uera natiuitas
dici non poterit, quæ proprietatẽ ſubſtantiæ generantis ſeruare non potuit. Et eo diſpu/
tationis ratio deducit, ut aut omnino natus non ſit, aut degener natus ſit, quod utrumq;
fateri per abſurdum & impium eſſe uidetur. Probus. Si quid ſibi cõtra hæc Arrius cõ/
petere nouit, edicere non moretur. Arrius, Simplicis atque immutabilis naturæ deum
eſſe, non reor Athanaſium ignorare, qui ſi, ut idem aſſeruit, de ſua ſubſtantia generauit,
mutabilis proculdubio erit. Neceſſe eſt enim ex ſeſe generando, aut partẽ ſubſtãtiæ per
deriuationis generationẽ perdidiſſe, aut diuiſionis uitium perpeti potuiſſe. Ego eñ dei
patris ſubſtantiã/neq; ex ſe aliquid dediſſe, neq; in partium qualitates deriuatã fuiſſe, ne/
que acceſſionis uel detractionis, aut aliquid huiuſmodi, quod ſit paſſioni obnoxium ſen
ſiſſe, uel ſentire potuiſſe confiteor. Athanaſius. Sed neq; nos paſſionum cõditionibus *Deus paſſioni*
diuinam credimus ſubiacere naturã, ſed impaſſibilem patrem impaſſibiliter ex ſeipſo, id *non ſubiacet.*
eſt deo, Deum, quod ipſe eſt, filium generaſſe fideliter cõfitemur. Nec nos diuiſionum,
uel deriuationum, ac partium/cunctarumq; rerum, uel paſſionum genera, quæ inani ſo
licitudinis timore auectus obijcere noluiſti, a profeſſionis ueritate deflectunt, ut nege/
mus Deum, ex ſe ipſo ob hoc generare non potuiſſe, ne uideatur his paſſionibus ſubia/
cere. Quid igitur religioſius, quidve ſanctius, ac diuinis ſit magis congruum legibus,
æqua obſecro uos o auditores iudicij lance penſate, erigite mentis oculos, & terrificũ fu
turi examinis diem metuentes, quid magis catholicæ & apoſtolicæ ueritati cõgruat, reli
gioſa mentis intentione reſpicite, utrum fateri omnipotentem deum impaſſibiliter ex ſe
ipſo filium generaſſe, an illud potius opinari debeamus, ne paſſionis uitio ſubiaceret ex
ſeipſo, id eſt, ex ſua ſubſtantia filium generare nõ potuiſſe. Ego enim id aſtruo, id clariſſi
ma uocis profeſſione aſſeuero, quod ſicuti Deus impaſſibilis, ita & omnipotens eſt. Cre
do ergo eum de ſua ſubſtantia potuiſſe filium generare, nec tamen alicuius paſſionis ui/
tio ſubiectum fuiſſe, quoniã diuiſio ac deriuatio, contractio, acceſſio, fluxus, uel ſi qua
ſimilia huiuſmodi eſſe poſſunt genera paſſionum, corporeis & contrectabilibus, atque
ex diuerſitate compoſitis conueniunt rebus. Deus ꝟo, qui nullis corporeis ſchematum *Deus non cir*
circumſcribit̃ ſignis, nec aliquibus diſtinguitur membroꝝ lineamentis, uitio ſubiacere *cumſcribitur.*
poteſt paſſionis. Et recte in eodem generationẽ profiteor, quia genuit, & recte impaſſi/ *figuris corpo*
biliter nihilominus confiteor, quia paſſibilis nunq̃ fuit. Arrius. Num igitur, q̃a in deo *ralibus, nec li*
omnipotente negari nõ poteſt, idcirco ea eum perpeti nõ poſſe fatendum eſt, q̃ omnino *neamentis.*
incorrupta eius diuinitatis ſubſtantia non recipit. Vnde ualde inhoneſtum, & ſatis im/
pietate plenum eſſe uidetur, ut per unius profeſſionẽ ſubſtantiæ, nec patrẽ proprie ſub/
ſiſtere, nec filiũ in ſua ꝓprietate extare credamus. Illuc eñi nephandæ pfidię huius uergit
intentio, ut permixtis, & in unius rei copulationẽ e diuerſo collectis atq; cõfuſis patris &
filij pſonis, in ſua (ut dixi) proprietatis ſingularitate minime ſubſiſtere ualeat. Illud etiam
nimis horrendum, & procul a fidelium mentibus emouendum, in hac tua profeſſionis

Tt pfidia

perfidia continet̃,inuiolabilem patrē de ſua ſubſtantia generando,corruptionis ac diui/ſionis uitium declinare minime potuiſſe. Athanaſius. Veritate diuinæ generationis, uelut modis inſolubilibus arctius obligatus,per(neſcio quæ)nephandæ intētionis moli mina,quæ diuinā certum eſt carere naturā,euadendi ſuffugiū quæris. An corruptionē incorrupto,paſſionē impaſſibili,impotentiā obijcis omnipotenti. Sed hæc crebro ac ſæ/pius repetens/nullatenus diuinæ maieſtatis reuerentia/ a tam nephandis obiectionibus arceris.ſed quantum uideo,ſine ullo pudoris intuitu,iniuriam uenerandæ filij natiuitati obuius properare contendis.Sed te effrenatius euagantē,& uelut undoſo æquoris gur/gite naturali quadā licentia fluctuantē,diuinæ authoritatis teſtimonio coercebūt, & in/ter certos diuinæ profeſſionis limites coarctatum,legaliū conſtitutionū metas egredi nō ſuſtinebunt.Inculcat igit̃ humanis ſenſibus ſacro illo profeſſionis ſuæ oraculo diuina ma ieſtas,ac ſe filiū de occultis ſubſtantię ſuę arcanis ineffabiliter genuiſſe teſtatur,& dixit.

Pſal.cix Ex utero ante luciferū genui te. Vnum eſt ergo in hac diuinæ profeſſionis cōteſtatione tenendum.Aut de ſua ineffabiliter ſubſtantia filiū incorruptibiliter genuit,aut ne cor/rumperetur/om̄ino nō genuit.Sed ego hanc integræ ſidei partē eligo,q̄ me religioſum conteſtanti de ſe Deo ſuadeat famulari,ne ulla humanæ paſſionis obſtacula,ex infideli/

Deus ſine cor ruptione ge nuit. tatis ſacrilegio defendat.Nullatenus em̄ potero reuocari,ut merito nō credā Deum ge/nerare potuiſſe,nec humanæ conſuetudinis more corruptioni potuerit ſubiacere,cum hoc mihi ſatis eſſe nō dubitem profitendū,de Dei ſubſtantia natum eſſe,quē conſtat de patris utero proceſſiſſe. Arrius,Quantū tuæ proſecutionis intentio monſtrat,compo ſitum nobis,& corruptioni obnoxium/uis introducere deum,qui etiā in eum corpora/lem uteri appellationem accipere nō metuis.Neceſſe ergo erit,ut aut membris compoſi tus ſit,ſi uterum habet,aut corruptioni,ut dixi,obnoxius,ſi de ſua ſubſtantia generauit.

Athanaſius.Recte hoc me ſenſiſſe argueres,ſi ego Deum habere uterum,propria te/meritatis p̄ſumptione,ſine ullo legis diuinæ teſtimonio affirmaſſem.At cum ipſe Deus ad refellendam credere nolentium inſaniā/hoc de ipſo pronūciare dignatus ſit,quo eui/dentius per uteri nuncupationem,nō extrinſecus,nō aliunde,ſed de ſeipſo,id eſt,de ſua ſubſtantia ſe filium generaſſe doceret,cur mihi uicioſæ credulitatis notam infigis,cū po tius deo dicere poſſis,ſi habes uterum,compoſitus eris,ſi de teipſo genuiſti,corruptioni obnoxius eris.Nam ita dei uterus ſine aliqua membrorꝫ cōpoſitiōe accipitur,ſicut ocu/

Vterus oculi, ac manus dei. li,& manus,& pedes,ſine ullis diſtinctionum lineamētis mere referunt̃.Sicut ergo ocu/los,qa omnia uidet,aures,quia omnia audit,manus,qa omnia operat̃,pedes,quia ubiq; eſt,ita uterum,quo de ipſo ineffabiliter genuit,accipere debes.Nec te oportet infideli/ter opinari,qa & ſi de ſeipſo genuit,corrūpi utiq; nō potuit,quem,ut omnipotentē & incorruptibilē generare potuerit, & ne hac ipa generatiōe corrūpi potuerit,fideliter cō uenit profiteri.Nam ſi mirabiliter ex uirgine contra rerum naturā incorruptibiliter cre

Chriſtus ſine corruptione ex uirgine na tus. ditur natus,quanto magis ex patre credendus eſt incorruptibiliter genitus.Si enim ſub/ſtantialis natura uirginis,q̄ ex ſeipſa utique corruptibilis natura conditione, paſſioni & corruptioni potuit ſubiacere,intemerata pudoris integritate, & infractis uirginalibus clauſtris,mirabili incorruptionis integritate filium genuit,cur nō magis, ut dixi,incor/ruptibilem deum,genito ex ſe incorruptibiliter filio,corrumpi nō potuiſſe credamus? Et ut nouum atq; infandum monſtruoſæ opinionis genus damnabile metuis fateri, uir/ginem partu nō potuiſſe corrumpi,& formidare deum,ne corruptiōis uitio ſubiaceret, ſi de ſua ſubſtātia generaret. Volente igitur deo,corruptibilis naturæ uirgo ſine ullo pu doris damno filiū generauit,& ipſe,qui incōparabiliter cunctis naturis incorruptibilior permanet,hoc ſibi p̄ſtare non potuit,ut de ſua ſubſtantia filiū incorruptibiliter generare potuerit? Ergo qa deum de ſeipſo filiū generaſſe,& diuinarꝫ ſcripturarꝫ reſtant̃ eloquia, & in ſua id Arrius ſupiori proſecutione faſſus eſt,iudica uirorum optime Probe,qs ma gis cum diuinis cōueniat ſcripturis,utrum ne ego,qui ob hoc unius ſubſtantiæ cum pa/tre filium eſſe confiteor,quod uidelicet ex ipſo,& non aliunde dignoſcitur natus,& ob hoc rurſus incorruptibiliter genuiſſe profiteor,quia excellentiſſima diuinæ maieſtatis

ſubſtantia per ſuã ineffabilem potentiã corruptioni ſubiacere nullatenus potuiſſet. An
iſte, q in tam ancipitis intelligentiæ diſcrimine poſitus, quo fidei ſuæ pedẽ referat neſcit,
Nollens enim cõfiteri deum, de ſua ſubſtantia incorruptibiliter genuiſſe, in ea cõfeſſio/
nis neceſſitate attrahiť, ut neget omnimodo genuiſſe. Sed hoc ipſum negare obuianti/
bus undiq;, & clara uociferatione exclamantibus, ſiue prophæticis, ſiue apoſtolicis uo/
cibus, nunq̃ ſine dubio poterit. Prob. Quicquid in hac proſecutionum ueſtrarꝫ aſſer
tione agnoſcere potui, ultima examinis noſtri ſententia retinebit. Nunc uero/ſi qua uos
adhuc de diuinis ſcripturis fidei ueſtræ cõgruentia ſupeſſe putatis, proferre dignamini,
quo facillime queamus proceſſu diſputationis, quid ueri ratio cõtineat indagare. Ar/
rius. Quod tam breuibus & exiguis quæſtionibus in omni illa diſputationis meæ narra
tione uſus ſum, Chriſtiani pudoris ac uerecundiæ fuit, ut diſputatiõis noſtræ trames le/
uibus inchoareť initijs. Sed qa uideo Athanaſium, pſpicuæ ueritatis robuſtiſſimã firmi/ *Aries mechina bellica.*
tatem qbuſdam arietãtium impulſionibus quatere, acrius cõtra eum & ualidius opinor
dimicandum. Dic ergo patrẽ, & filium, unius eſſe ſubſtantiæ. Sed illa intemerata ineffa/
bilisq; eſſentia, quæ pater eſt/nec redundans unq̃, in ſeipſa fuit, ut merito, quaſi exubera *Arrij argumẽtatio plures ſubſtãtias probans.*
tione quadã, ſine damno ſui, in eadẽ ſubſtantia genuerit filium, cum eius eſſentiæ, q̃ alijs
omnibus infinita, atq; immenſa ſit & incorporea, nihil eſſe poſſit exuberans. Siqdem de/
terminatorꝫ ſit exuberare, quod eſt quaſi extra ſe effluere. Deus autẽ, qui uniuerſa com
plectitur, nihil extra ſe habet, aut q̃d effluere poteſt, aut infinitus eſt, quo poterit redun/
dare, tunc qd effluere eorꝫ eſt, qui accipiunt incrementa. Qui ſi accipiunt, aliquãdo ne/
ceſſe eſt, ut ſemp accipiãt, & nihilominus pari exuberatione ſemper & generent. Si nau/
tem incrementa nõ accipit, quod ipſi etiã fatemur, nec effluit, nec redundat, quod equa/
le cum patre eſſe dicať, cum filiũ genuit ex ſeſe, ſubſtantiã utiq; diuiſit in filium, & pater/
nam tantũmodo ante ſubſtantiã pro rata parte ſecretã a ſeſe, ac reſectam, filium nomina/
uit, tantumq; ſibi detraxit pater, quantũ in filium cõtulit, quo tamẽ ipſo, quicqd eſt filius
aut hodie caret pater, & pfectus nõ eſt, aut eo ſi non indiget, quaſi ſuperfluo abundauit,
Quod utrumq; in deum non cadit, cũ & in hoc ipſo qdem patris, & filij nomen eſſe non
poſſit, ubi non habita generatio eſt, ſed potius facta diſciſſio. Tunc qdem neceſſe eſt, o/
mne quod diuidi poteſt/poſſe corrũpi. Quæ ſi, ut manifeſtũ eſt, in deo eſſe nõ poſſunt,
cur nõ potius uoluntatis & charitatis eſſe filium cõfitemur. Quæ qdem uoluntas Dei in
hominibus qdem nõ libera eſt, nedum in deo aliqua lege teneať. Qui ſi non eſt filius uo/
luntatis, ſupereſt, ut coactus deus, quaſi aliqua lege naturæ, filium edidiſſe uideať. In qua
quidem generatione id genitum, quod erat pater, q̃dam patris pars filius nominať, incer
tumq; eſt, qd pater, quid filius debeat nominari, cum in duas partes dei ſit diuiſa ſubſtan
tia. Illud ṽo, quod quaſi ad proprietatẽ ſubſtantiæ naturalis demonſtrandã paterni ora/
culi teſtimoniũ protulit, ut merito patrẽ ex eo, quod ipe eſt, filium generaſſe credamus,
quia dixit, ex utero ante luciferum genui te, quã id abſurdum, quanq; ineptum ſit, aper/
tiſſime demonſtrabo. Si qdem non ſolum aliquanta in ordine rationabilium creaturarꝫ
cõſiſtentia, ſed in ſenſabili elementorꝫ qualitate ſubſiſtentia de dei utero legimus proceſ
ſiſſe. Ait enim. Quis eſt pluuiæ pater, uel de cuius utero procedit nix? Num igitur, quia *Eſa. I.*
hæc rigentis & torpidi elementi qualitas diuino legiť utero pcedere, idcirco unius eiuſ/
demq; cum eo crediť eſſe ſubſtantiæ? Aut qa rurſus homines deum legimus genuiſſe,
ut ipe ait, filios enutriui & exaltaui. Et iterum, Primogenitus meus iſrael eſt. Ac rurſus, *Exo. IIII.*
Omnis qui natus eſt ex deo, non peccat. Idcirco rectius opinabimur homines cum deo
unius eſſe ſubſtantiæ. Aut qa idem apoſtolus totius creaturæ uniuerſitatẽ generali pro/
nunciatione cõprehendens/ex deo aſſerit eſſe, dicẽs. Quoniã ex ipſo, & per ipſum, & in *I. Ioan. III.*
ipſo ſunt omnia, ob hoc prudentius cõiiciemus, uniuerſitatẽ creaturæ hoc eſſe, q̃d deus
eſt, aut unius cum eo eſſe ſubſtantiæ, quod uidelicet ex ipſo legiť ſubſtitiſſe. Sic ergo, &
filiũ cum ex dei patris utero proceſſiſſe fatemur, nõ ad indicium unius naturæ, ſed ad in/
ueſtigabilium ſecretorꝫ arcana multum cõpetenter debemus accipere. Athanaſius.
In ludis theatralibus hi, qui figurarꝫ uarietate mutanť, diuerſi quidem alij apparent ocu/

lis intuentium.Nam idem ipſe,qui aptatæ imaginis ſpecie rigidius quondam inceſſerat,
iterum uultu in hoc ipſo aptato,alterius membrorū motibus ludens/in molliciem reſol/
uitur fœminarū,ita nunc uidetur mihi Arrius,quæſtionum imaginibus immutatis, ue/
lut diuerſa inijciens/ſimilitudinis uarietate formari.Nam hoc quod dudum comptis, &
breuiſſimis diſputationū obiectionibus intētauerat,ſub alterius ꝑtextu imaginis, iterū
ac ſępius repetēs,a ꝓprietate q̄ſtionis illatæ omnimodo nō receſſit.Neq; enī, quia nunc
latius & diffuſius perplexa uerborū ambage/ ſeriem ꝓpoſitionis extendit,idcirco aliud
egiſſe uidendus eſt,quā ſupius conuincitur actitaſſe.Dixit enī ob hoc patrem & filium
unius nō poſſe eſſe ſubſtantiæ,quod eadē paterna ſubſtantia,nec exuberatione ampliſſi
mæ deriuationis in augmenti copiā effluere poſſit,utpote,q̄ nullis metarum terminis au
cta,finalibus nequeat modis arceri,quoniā eius eſt exuberationis copia redundare,quę
certo,ut diximus,cōcludit̄ fine.Nec rurſus,uelut integram & intemeratā portionis de/
fectionem aliquā pertuliſſe.Sed hæc ōmnia paſſionis genera diuinæ naturæ nō cōueni/
Filius non ex entia,iam ſupius calumnioſus magis/ q̄ uerius dignoſcit̄ intentaſſe.Quibus nos religio/
ſubſtantia exu ſo fidei intellectu,cōpetenter cōſtat dediſſe rēſpōſum.Neq; enī exuberatione ſubſtāuæ
berante aut de redundātem filiū dicimus,neq; rurſus defectæ naturæ portiunculā nominamus,ſed per/
fecta genitus ē. fectum patrē,perfectum filiū,nō ex his q̄ in eo ſuperfluis exuberationibus redundabant
(quod dictu nephas eſt)ſed ex ſeipſo,ideſt ex eo,quod ipſe eſt,impaſſibiliter,indiuiſibi
Filius unius liter,incorruptibiliter,ſine diminutione,ſine diſciſſione,ſine affluentis copiæ redundati/
ſubſtantiæ cū one,ſine ullo omnino paſſionis genere/ineffabiliter credimus natū. Et idcirco fatemur
patre. unius eſſe ſubſtantiæ,qa non aliunde,nō ex nihilo,non ex ſubiacentibus,uel ꝑcedenti/
bus materiarū qualitatibus,ſed proprie deum de deo,lumen de lumine,uirtutē de uirtu/
Ioan.V. te,ſapientiā de ſapientia,extitiſſe fideliter fatemur.Nam ſi alterius ac diuerſæ ſubſtantię,
ut Arrius arbitrat̄,filius eſſet,non diceret, ſicut pater habet uitam in ſemetipſo,ſic dedit
& filio uitam habere in ſemetipſo.Nam ſicuti eſt pater,ita & filius. Et ſi idem habētes ſe,
Viuere & eſſe unius ſunt proculdubio ſubſtantiæ,Neq; aliud eſt uiuere patris,& aliud uiuere filij,ſed
in deo idem hoc eſt uiuere,quod & eſſe,id eſt nō aliud eſt ipſe pater,aliud uita eius, ſed uita eſſentia.
ſunt Alioquin cōpoſitus uidebit̄,ex diuerſitate ſubſiſtens,ſi aliud ipſe,aliud uita eius ſignifi/
care uideat̄.Quia ergo apparet uitam patris,hoc eſſe quod ipſe eſt. Sicut enī habet uitā
in ſe,ſic dedit filio habere uitam,id eſt,ſic eſt eſſe filij,ſicut eſt eſſe patris,non dubium eſt
patrē & filium,unius eſſentiæ,atq; unius eſſe naturæ.Nam & quod ait.Sicut nouit me
Vita patris & pater,& ego noui patrē,unitatem proculdubio uoluit indicare ſubſtantiæ.Quia ſecun/
pater un. ſunt dum ſupioris diſputationis intelligentiā,non aliud eſt noſſe patris, & aliud eſſe,hoc ipm
Ioan.X. enim,quod eſt nouit, & quod nouit eſt,qa non aliter nouit,& aliter eſt,& quia filius ſic
nouit patrē,ſicut pater eum nouit.Notionem ṽo/ in deo eſſentiā eſſe diximus,non du/
Noſſe,& eſſe bium,quod ſicuti eſt pater,ita & filius,acſi diuerſitatem non admittat,reſq; uno ac ſimili
patris unū ſunt modo ſubſiſtat.Deniq;,ut hanc patris & filij unitatis ſubſtantiā plenius noſceremus, q̄/
Notio in deo dam nobis diuinæ ſcripturæ rerum uiſibilium exēpla poſuerunt,quibus nos ad inuiſibi
eſſentia eſt. lium intelligentiā religioſius prouocarent.Nam paterni luminis ſplendorē,& bonitatis
eius imaginē filium poſuere.Non quod ad res diuinas metiendas corporalium ſatiſfaci/
Res diuinæ nō ant exempla ſpecierum,ſed qa ineffabilis illa natura exprimi non potuit, q̄dam ex his, q̄
metiuntur cor uidentur,ſimilitudinis proferunt̄ teſtimonia. Vt ſicut ſplendor & ignis,diuerſæ nō ſunt
poralium ſpe- ſubſtantiæ. Vel ſicut imago ab eo,cuius imago eſt,in aliquo differre nō poteſt,ne fictiū
cierum exem- in ſe aliquid,aut diuerſum retinens,perfecta & uera eſſe nō poſſit,ita pater,& filius,non
plis. diuerſæ,ſed unius credant̄ eſſe ſubſtantiæ.Et quia nonnulla,exēpli gratia,protulit teſti/
monia,qbus aſtrueret,ita eſſe omnia ex deo,ut non tamen de eius credantur proceſſiſſe
Imago. ſubſtantia.Interrogo,utrum ſic filium ex patre aſſeret extitiſſe,ſicut uniuerſa ex ipſo ex/
titiſſe narrantur.Quid ergo dicis?Sic ne debemus accipere filium/de patris utero proceſ
ſiſſe,uel ex patre genitum eſſe,ſicut homines ex deo natos,uel ſicut nix ex eius utero le/
gitur procedere,an longe aliter?Sed quæſo,unum e duobus reſpōdeas,aut ſimiliter,aut
non ſimiliter dicas. Arrius.Non ſimiliter uniuerſa ex deo extiterunt,uel genita ſunt,

ſicut

ſicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. Athana. Si filium longe aliter, quã
creaturã extitiſſe fateris, cur in eius natiuitatis generatione/ rerum factarꝫ exẽpla protu/
liſti? Hi ẽm, qui diſparibus modis propriæ originis ſumpſere principia, nõ æquo intelli/ *Fotini hereſis.*
gentiæ ſenſu corporati mihi uidenť. Quod q̃a illuc proſecutionis tuæ intẽtio uergit, ap/
paret te Fotiniani dogmatis errorẽ ſacrilegum defenſare. Nanq; & ipſe, cum filiũ dei de
patre genitum abnegaret, atq; talibus teſtimoniorꝫ documentis coarctareť, quibus luce
clarius demonſtrať filiũ dei, deum uere, & proprie de patris ſubſtantia genitum, illuc im
pietatis ſuæ molimina uertit, ut iiſdẽ modis, eodemq; rationis ordine/ filiũ de patre aſſe/
reret natũ, ſicut homines per adoptionis gratiã, in diuinæ generationis prolem legimus
conſecratos. Quo tu quoq;, licet aliis uiarum indiciis gradiens, ad eundẽ tamen infidelita
tis cõpitum peruenisti, aſſerens nõ ob hoc de illa ineffabili patris ſubſtantia filium natum
debere intelligi, quod ex deo genitus, uel ex patris utero legiť proceſſiſſe, cum ratiõe cõ
ſimili nõ ſolum homines ex deo natos, uerũetiam inſenſibilium elementorꝫ qualitates pa
terni uteri generatione proceſſiſſe leganť. Et licet etiam proſecutionis tuæ narrationes
unius ſermonis ꝓnunciatione diſſolueris, quod dixiſti longe aliter filium/ q̃ creaturam
diuinitus extitiſſe, tamẽ quia breuitate ſermonis obſcurius & perplexius probati, inten
tionem legentiũ tetris q̃buſdam nebulis obruiſti. Idcirco nunc ego lucidius & planius, q̃
obſcura ſunt/ & ueritatẽ obumbrant, in luce manifeſtiſſime clariſſimeq; proferã notio/
nis. Oſtendam igiť, quãtum ad ꝓprietatem diuinæ generationis ꝑtinet, hoc eſſe ex deo
naſci, quod eſt de ipſo generari. Et ut manifeſtioribus diuinarꝫ ſcripturarꝫ teſtimoniis *Naſci ex deo*
utar, euangelicũ proferam documentũ. Angelus ad Mariam loquiť dicens. Spiritus ſan/ *& generari*
ctus ſuꝑueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod naſcetur ex te ſan/ *ex deo idẽ ſunt*
ctum, uocabiť filius dei. Et item apoſtolus. Cum aũt uenit plenitudo tẽporis, miſit deus
filium ſuũ, natum ex muliere, factum ſub lege. Num igitur, q̃a angelus Mariam ſic affa/
tus eſt, ut non de ipſa, ſed ex ipſa gignendum diceret filium, & quia apoſtolus ex mulie/
re/ non de muliere natum aſſeruit filiũ, ob hoc in Chriſto ueri hominis natiuitatẽ nequa *Luce. I.*
quam ꝓfitebimur, aut extrinſecus, & nõ proprie, uirginali credemus utero proceſſiſſe?
Cernis igitur ſuꝑflue te in diuinæ generatiõis natiuitatẽ uiſibilium creaturarꝫ exempla
protuliſſe, cum euidentioribus teſtimoniorꝫ documentis appareat, id eſſe ex ipſo, quod *Gala. IIII.*
eſt etiã de ipſo generari. Vnde mirari me fateor, cum creaturæ nomẽ in filium refugias,
& nõ factum, ſed uere ſicuti eſt profitendũ, ex patre genitum credas, Fotini te quodam/
modo, & ſi non integris, ueriſimilibus tamẽ proſecutionum generibus impietatis fuiſſe
dogmata imitatũ. Arrius. Quis potius Fotini ſectetur ꝑfidiam, utrum ego, qui ea quæ
filius ad demõſtrandam diuinitatis ſuæ longe inferiorem, & nõ in omnibus ſimilem na/
turam locutus eſt, ſecundum ſuã deitatem dicta accipio, an ipſe tu, qui ponis cuncta hu/
militatis exempla, nõ fucatis uerbis, nec ſimulata operis efficiẽtia peractis, homini repu/
tans aſſumpto? Nanq;, ut nõ ſolum alterꝫ ſe, uerũetiam inferiorem patre oſtenderet/ a. t.
Pater maior me eſt. Qua profeſſione euidentius declarat, patris & filii diuerſas eſſe ſub/
ſtantias. Athana. Duas profiteris in Chriſto eſſe naturas, an nõ? Arrius. Quis hoc *Ioan. XIIII.*
impius negauerit, Chriſtum deum & hominẽ confitendum? Atha. Debemus igitur
eorum q̃ Chriſtus locutus eſt, aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati aſcribere, an ſi/
ne ullo partitionis diſcrimine, uniuerſa aut deo, aut homini aſſignare? Arri. Hoc non
ſolũ irreligioſum, ſed ſummæ putabiť eſſe dementiæ, ut omnia eum, aut ſecundum diui/ *verborũ Chri*
nitatem, aut ſecundum humanitatẽ locutũ fuiſſe putemus. Atha. Si ergo ſecundũ pro/ *ſti quædam di-*
feſſionis tuæ ſententiã, aliquanta diuinitati, nõnulla ṽo humanitati aſcribenda ſunt, cur *uinitati, quæ-*
non hoc, quod ait. Pater maior me eſt, humanitati, & ꝙd ait. Ego & pater unum ſumus, *dam humanita*
diuinitati reputamus? Nanq;, ut noueris, ſecundum id quod homo erat, eum dixiſſe, Pa *ti congruunt.*
ter maior me eſt/ ait. Si diligeretis me, gauderetis utique, q̃a uado ad patrem, quia pater *Ibidem.*
maior eſt. Rogo itaq;, cum filius ſecundum diuinitatis ſuæ potentiam uniuerſa impleat, *Ibidem.*
nec ſit aliquis locus eadẽ diuinitate uacuus, utpote, qui cœlum & terram, atq; inferna pa
ri omnipotentia impleat, quomodo ait, uado ad patrẽ, cum quo & ſemper erat, & a quo

nunq̃ receſſerat. Eius enim eſt ire,& uenire, qui aliquibus locoꝝ terminis circũſcribit,
Omnipotẽtia dei omnia implet. & eum in quo erat, deſerens locum, ad eum ubi nõ erat, ueniat. Niſi/quia utique de illo
quẽ aſſumpſerat homine/loquebat̃, quod erat iturus ad patrẽ, a quo & uenturus eſt iudi
care uiuos, & mortuos. Cæteꝝ uerbi diuinitas uniuerſa implens, nullis locoꝝ terminis
ſeparat̃, ſicut nihil eſt unde diſcedat, ita nihil eſt quo ueniat. Et hoc modo apparet, ſecun
Chriſtus ut homo, angelis inferior eſt. dum id, quod homo eſt, non ſolum patre, uerumetiã angelis minorẽ. Nam/ſi ſecundum
id, ꝗd deus eſt, eum minorẽ accipere uolueris, pari cõditionis neceſſitate etiã angelis, ſe/
cundum diuinitatis naturã minor eſſe uidet̃. Denicq; apoſtolus ait, necnõ & Pſalmogra
Hebre. II. Pſal VIII. phus. Minoraſti eum paulominus ab angelis. Si ergo nulla ratione admittit̃, ut ſecundũ
id, quo deus eſt, maior angelis habeat̃, apparet hoc minorationis officiũ, non deo uerbo,
ſed homini reputandũ aſſumpto. Prob. Vt tua in omnibus fulciat̃ aſſertio ueritate, cõ
uenit a tuis partibus, patrẽ, & filium, & ſpiritũ ſanctum diuinoꝝ teſtimonioꝝ lectione,
unius approbare ſubſtantiæ. Athana. Quoniã excellentiã tuam ꝓſpicio, huic rei in/
ſtãtiſſime ac fideliter innuere, ut patrẽ, & filium, & ſpiritũ ſanctum unius eſſe ſubſtãtiæ
demõſtremus, atq; filium de patris ſubſtãtia natũ, ex diuinis uoluminibus approbemus.
Quanq̃ omnium proſecutionum mearũ ſententia ita ſe habere monſtret̃, ut ſicuti homi
num, uel quoꝝlibet animaliũ genus ſuæ ſubſtantiæ ſimiles gignat, nec homo bouẽ, nec
bos hominẽ generet, ſed ad ſuã ſimilitudinem, id eſt, ſuæ ſubſtantiæ, unaquæcq; res pro/
creetur, mirari uticq; non debeo, deum potuiſſe de ſua ſubſtantia filiũ generare, cui totũ
poſſe ſubiectũ eſt. Sed, ut ſcripturaꝝ teſtimonio mea oratio peruaget̃, aggredior ipſius
opitulatione munitus, filiũ de patris ſubſtantia ineffabiliter natum eſſe/diuinis oraculis
approbare, ut dum luculento diſputationis tramite, nõ ex argumẽto philoſophicæ artis
ueniente, ſed, ut dixi, de diuinis ſcripturis demõſtrauero documentis, tum demum Ar/
Hebre. I. ſecundum aliam literam. rius obmuteſcat, cum filiũ de paterna ſubſtantia genitum, legalibus eloquijs me docen/
te cognouerit. Paulus apoſtolus de filio ad Hebręos ſcribens/ait. Cum ſit, inquit, imago
inuiſibilis dei, & figuram ſubſtantiæ eius gerens. Hieremias quocq; prudentiſſimus pro/
Hiere. XXiii. ſecundum aliã litteram, phætarum, de Dei patris perſona concionat̃, & dicit. Si ſtetiſſent in ſubſtãtia mea, & au
diſſent uerbum meum, auerterem eos ab ſtudijs eorum peſſimis. Et ut eum de filio dixiſ
ſe probaret, ſubiungit idem prophæta, & dicit. Quis ſtabit in ſubſtantia mea, & uidebit
Verbum eſt filius. uerbum meum. Verbum eñ eſſe filium de patris ſubſtantia Dauid prophæta teſtat̃/ di/
cens. Eructauit cor meum uerbum bonum. Ioannes quocq; euangeliſta ſciens apud pa/
Pſal. xliiii. trem uerbum, id eſt, filium in principio apud patrem eſſe, & a patre uerbum nunq̃ ſepa/
Ioan. I. ratum fuiſſe, in principio euãgelij, id eſt, annunciationis ſuæ poſuit/ dicens. In principio
erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Item alio loco ſcriptura
tradit, dicens. Initium opis uerbum. Non quod in creatione uerbi, id eſt, a filij creatione
cœteras cœperit facere creaturas, ſed qa per uerbum dei, id eſt, per filiũ omnia creata no/
Pſal. xxxii. ſcuntur. Vnde Dauid ꝓphęta ponit, & dicit. Verbo domini cœli firmati ſunt. Et ut ſpiri
tum ſanctum huius operis ſocium oſtẽderet, ait. Et ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum.
Multa ſunt enim, quæ de filio ſcripturæ diuinæ perhibent teſtimonia, quod de ſubſtãtia
patris, id eſt, de eo quod ipſe eſt, genitus demonſtret̃, de qua ſubſtantia non tantum ſimi
lis, ſed coæqualis patri filius comprobat̃. Hęc fides eſt quam Chriſtus apoſtolis tradidit,
& ab apoſtolis ad nos uſcq; peruenit. Nec poſſumus eam in aliquo immutare, quã cõſtat
nos debere ab initio, ut data eſt, fideliter cõſeruare. Arrius. E ſupiori proſecutiõe mea
ita exorſus ſum, quod Athanaſium perfidia cęcitatis pręcipitat in profundum. Dum eñ
uult facundiam ſui ſermonis oſtendere, neſcius in crimen uerſatur ſcripturæ diuinæ, eo
quod in ſubſtantia dei coęquet filium genitori, cum ipſe filius de ſe proteſtetur, & dicat.
Pater maior me eſt, & qui me miſit, ipſe mihi mãdatum dedit. Et nõ ego ueni, ſed ille me
miſit, & non ueni facere uoluntatẽ meam, ſed eius, qui me miſit, & ſicut dixit mihi pater,
ſic loquor, & quod dedit mihi ſeruaui, & omnia, q̃ dedit mihi nemo aufert a me, & roga/
bo eum, & exhibebit mihi pluſq̃ duodecim legiones angeloꝝ, & ſi hic calix non poteſt
tranſire niſi bibam illum, fiat uoluntas tua, & tranſeat a me calix iſte, non ſicut ego uolo,

ſed quod tu,& quæ ſunt ei placita facio ſemper,& ſedere ad dexterã meã uel ad ſiniſtrã,
non eſt meum dare uobis.Et dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Et exaltauit
puerum ſuũ,& propterea unxit te deus,deus tuus,& excitauit eum a mortuis,& ſedere
fecit ad dexterã ſuam,& multa his ſimilia,q̃ ſtudio breuitatis omitto.Si ergo maiorẽ ha
bet,ſi miſſus eſt,ſi ſpontanea uoluntate non uenit,ſi uoluntatẽ ſuã non fecit,ſi quod ei di
citur,loquitur,ſi ſibi data cuſtodit,ſi rogat,ſi pro calice deprecat̃,ſi nomen ab alio accæ/
pit,ſi ſedens diſcipulis petẽtibus propria poteſtate/non tribuit,ſi quæ ſunt patri placita fa
cit,& ab ĩpo a mortuis ſuſcitat̃,æquum non uidet̃,ut qui de ſua ſubiectione tanta ac talia
dicit,patri efficiat̃ æqualis. Prob.Si aduerſum tam copioſa diuinæ authoritatis teſti/
monia,q̃ ab Arrio de ſubiectione prolata ſunt,aliq̃d Athanaſio cõpetere uidet̃,edicere
non moret̃,ſupſtitione ſermonis excluſa,& ex diuinis potius uoluminibus,aut ſimilis,
aut diſſimilis patri filius,uel coæqualis demonſtret̃,ut agnita ueritate,quæ ſanæ fidei ac
rationi conueniunt,roborent̃. Athanaſius. Quantum uelit percurrat in elatione ſer
monis Arrij calliditas,& ſibi de authoritate diuinæ legis plaudat teſtimonijs. quibus ui/
delicet nititur ab æqualitate patris filium ſequeſtrare,& cuncta quæ ab eo prolixius in/
ſerta noſcuntur.iiſdem etiã teſtimonijs a nobis eius intentio abſq; ulla difficultate pro/
ſternetur.Chriſtus igitur filius dei in forma ſerui,quã aſſumpſit ex uirgine,patri dicitur
eſſe ſubiectus,apoſtolo Paulo nihilominus affirmãte. Vbi uenit,inquit,plenitudo tem *Gala.iiii.*
poris,miſit deus filium ſuũ natum ex muliere,factum ſub lege.Ille itaq; dicit̃ eſſe ſubie/ *Chriſtus deus*
ctus,qui ſub lege ex muliere noſcit̃ generatus,& in ea forma minorẽ iudicat patre,quã *angelis maior*
aſſumpſit ex uirgine.Nã in forma dei patris angelicus ei chorus probatur præbuiſſe mi/ *patri coæqua-*
niſterium.Ita enim in Euãgelio ſcriptũ eſt.Et diſceſſit ab eo diabolus,& uenerunt ange *lis eſt.*
li,& miniſtrabant ei.Obijcit quod uoluntatẽ patris fecerit,& nõ ſuam.In hoc magis lau *Math.iiii.*
dabilis huius uerbi dicto debet agnoſci.Quia/qui patris uoluntatem facit,æqualitatem
oſtendit,apoſtolo cõfirmante.Hæc enim uoluntas dei in Chriſto Ieſu.Nam,quia addi/
dit.Sicut dixit mihi pater,ſic loquor.Quis hominum genus,quod rectum eſt intelligẽs, *i.Theſſ.V.*
audito hoc ṽbo turbetur?Si enim aliter Chriſtus quam deus pater loqueretur,tunc ma
gis patri inæqualis uel diſſimilis diceretur.Si uero quæ loquitur pater,ea loquitur filius,
nunquam inæqualis patri,aut diſſimilis inuenitur. Quod dedit mihi,inquit,ſeruaui, &
omnia quæ mihi dedit,nemo aufert a me.Dona enim diuina hoc modo intelligẽda ſunt
filio attributa. Dedit enim filio pater omnipotens omnipotentiam,maieſtatem maieſta *Quæ pater fi-*
ti,uirtutem dedit uirtuti,prudentiam dedit prudenti,præſcientiã præſcienti,æternitatẽ *lio dederit.*
æternitati,diuinitatem diuinitati,coæqualitatem æqualitati,immortalitatẽ immortalita
ti,uiſibilitatem inuiſibilitati,regi regnum,uitam uitæ,& non aliam ab ea,quã habet de/
dit,& quantam habet tantam dedit,uel ſi qua alia,quæ pater filio indiuiſibiliter, & inſe/
parabiliter contuliſſe monſtratur.Sed hæc omnia naſcenti potius quam indigenti dediſ
ſe probatur,cui a filio dicitur,Omnia mea tua ſunt,& omnia tua mea ſunt. Si iſta omnia
quæ perhibetur pater filio cõtuliſſe,alia in eo,& alia uidentur eſſe in filio, mendacem ſi/
ne dubio facimus filium,qui dicit ſua eſſe quæ patris ſunt.Sed ſi in his,quæ dixit, mẽdax *Ioan.V.*
filius inuenitur,& Euangeliſta,qui dicit æqualem ſe faciens deo,omni ueritate falletur.
Ac ſi ita erit,ut nec pater filio integre,aut ueraciter aliquid contuliſſe monſtretur. Sed ſi
uera ſunt,ſicuti ſunt,quæ pater inſeparabiliter & indiſcrete contulit,conticeſcãt demen
tium hominũ linguæ,quæ nituntur filiũ a paterna ſubſtãtia ſeparare.Rogat filius patrẽ, *Cur filius pa*
ut hominem uerum ſe geſtare contendat.Nam ut diuinitatis ſuæ intimaret potentiam, *trem rogauit.*
mari imperauit,& uentis,& quinq; milia hominũ de quinq; panibus ſaturauit.Calicem
paſſionis,ut homo triſtis accępit,ut deus autem fontem aquæ uiuæ ſalientis in uitã ęter/
nam credentibus propinauit.Accępit nomẽ,ut in hoc nomine cœleſtia,& terreſtria,&
inferna,eum adorent.Exaltatus eſt de imis ad ſupiora,ideſt,de carne humanæ fragilita/ *Nomen Ieſu.*
tis,ad deum conſcendens,ſedet ad dexteram maieſtatis,ut eum non dubitet humana in/
firmitas ſequi,ubi caput ſuum uiderit gloriari. Vnctus eſt,ut chriſmatis ipſius unctione
malo prioris hominis delicto purgemur. Excitatus a mortuis eſt, ut nos exẽplo ſuæ re/

ſurrectionis,a mortuis aculeo liberaremur.Sed & diſcipulis petentibus,nō ſe poſſe dare
teſtaẽ,ne inter eos diuortiũ naſcereẽ.Nam, q ait.Nō eſt meũ dare uobis,ipſe iamdudum
diſcipulis duodecim iudicandi tradidit poteſtatẽ.Quę ſunt patri placita fecit,qa contra/
ria facere neſcit.Nam qui ait. Veni nō ut faciam uoluntatẽ meã,ſed uoluntatẽ eius,q me
miſit.Dixit ut faciã uoluntatem tuã deus meus uolui,& uoluntarie ſacrificabo tibi.Qui
ait,Pater maior me eſt.dixit,Ego & pater unum ſumus,& ſint in nobis unum, ſicut ego
& tu ſumus unum,& omnia mea tua ſunt,& tua mea ſunt,& creditis,quia ego in patre,
& pater in me eſt,& q̃ pater meus operaẽ iuſtiſſime,& ego operor, & ſicut pater ſuſcitat
mortuos & uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat,& qui me uidet,uidet & patrem,qa
ego & pater unum ſumus,& qui me odit,& patrẽ meum odit, & clarificat filium tuũ,ut
filius tuus clarificet te,& ego te clarificaui ſuper terrã,& manifeſtaui nomẽ tuũ homini/
bus.Et ut omnis humanæ cauillationis quieſcat intentio,Ioannẽ euangeliſtã cuius ſupe
rius uſus ſum teſtimonio,proferam teſtem,qui ait.In principio erat uerbum,& uerbum
erat apud deũ,& deus erat uerbũ.Si hæc tantæ diuinitati cōuenientia qbus patrem & fi/
lium unum eſſe docuimus perfidis non ſufficiunt,alia ſi uidetur ſupadijciam. Prob.
Si huic tam ualidæ,& certæ pſecutioni Arrius niſus fuerit obuiare,certum eſt eum non
rationẽ ſequi,ſed uerboꝝ irrationalium cãpos effrenatius euagari,qui uſq; nunc trium
ſubſtantiaꝝ rationẽ,ut ſuperius faſſus eſt,ſicut Athanaſius unius permultis docuit do/
cumentis,per(neſcio)quam nebuloſam caliginẽ circuiens aſſertionẽ ſuã nequiuerit de/
monſtrare. Arrius.Nunqd quia ex diuinis oraculis Athanaſius, neſcio qbus iam arti/

De ſpiritu ſancto an coæqualis ſit.

culis,filiũ unius ſubſtantiæ,& patri coæqualẽ eſſe,auſu temerario niſus eſt affirmare, &
ſpiritũ ſanctum,q patris uel filij miniſter eſt,iiſdem debet æquali cōfeſſione cōferre,cum
ipſe filius dicat, Ille me clarificabit,quia de meo accipiet, & mittã uobis ſpiritũ ueritatis,
& ſpiritus a me pcedet,& quem pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuoꝝ oſſa
dicit.Dabo ſpiritũ meum in uos,& uiuetis.Nunqd is,qui a patre mittiẽ uel pcedit, iiſdẽ
debet æquari,cum pphæta in pſalmo de eo teſtaẽ,dicens. Ecce dominus formans toni/
truum,& creans ſpiritũ,prorſus nunq̃ mihi ulla ratio poterit pſuadere,quod creatura po
terit coæquari creatori,aut una cum eodẽ poſſit poteſtate potiri. Atha.Si iudicis cle/

Spiritus ſanctus,nō eſt creatus ſed deus.

mentia pmiſſum tribuit & largiẽ,ex diuinis authoritatibus etiã ſpiritũ ſanctum nō crea/
turam eſſe,ſed Deũ & creatorẽ cum patre,& filio breuiter demōſtrabo. Prob. Vt tua
profeſſio cōtinet,approba breuiter qd ratio exigit documentum.Nō ex argumento ſer
monis,ſed ex diuinaꝝ ſcripturaꝝ teſtimonijs,ſpiritũ ſanctum patri,uel filio coequalem
eſſe,aut ſicut ipſe faſſus eſt deum,uel creatorẽ cōmuni operis eſſe oſtende. Vt dũ hęc ue/
ridicis teſtimonijs approbaueris,Arrius a ſua intẽtione ueræ fidei profeſſione cōuictus,
abſcedat. Athana.Priuſq̃ ſpiritũ ſanctum deũ eſſe pdoceam,eundem creatorem eſſe

Spiritusſanctus creator ẽ.

cunctoꝝ uerbis legalibus approbabo.Scriptũ eſt eñ. Verbo domini coeli firmati ſunt,
& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum.Et in Salomone.Et ipſe,inquit,creauit ea per ſpi
ritum ſuum.Et in pſalmo.Emitte ſpiritum tuum & creabuntur,& innouabis faciẽ ter/
ræ.Et in libro Iob.Spiritus diuinus eſt,inquit,creauit me. Et in libro Iudith. Tibi,inqt,
ſeruiet om̃is creatura tua,quoniã dixiſti,& facta ſunt,miſiſti ſpiritum tuũ,& ædificauit.
Tantæ enim poteſtatis,uel creationis ſpirituſſanctus oſtenditur,ut ipſo cooperãte cor/

Spirituſſanctus nō Chriſti pater.

pus domini Ieſu Chriſti,qui nobis in ſacramento fidei datus eſt,in utero uirginis forma/
retur,Euangeliſta dicente.Ne timeas Ioſeph accipere Mariam coniugem tuam, Quod
enim in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt.Et item,Priuſquam,inquit,conuenirent,in/
uenta eſt in utero habẽs de ſpiritu ſancto,nō quod Saluatoris noſtri pater dicẽdus eſt ſpi
rituſſanctus,ut duo credanẽ patres,ſed qd cũ patre,& filio idem ſpirituſſanctus coope/

Actuum.X.

rarius,& unius poteſtatis eſt,cum iiſdem ſocius inueniẽ,domino affirmante. Ite (inquit
diſcipulis) baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij,& ſpirituſſancti. Ergo ſi mi/
niſter eſt(ut tua ſacrilega continet profeſſio)quouſque eo in ſacramento fidei nihil con
fertur credentibus. Nam ſicut Dominus apoſtolos ad prædicandum deſtinauit, pari
etiam modo Spirituſſanctus facere declaratur, Ita enim in actibus apoſtolorum repe/
rimus:

rimus ſcriptum. Porro eũ cogitante de uiſione, dixit ei ſpiritusſanctus. Ecce uiri ꝗrunt
te, exurgens uade cũ eis nihil dubitãs, ꝗa ego miſi eos ad te. Et iterꝝ. Segregate mihi Bar
nabam & Paulum, in opus quo aſſumpſi eos. Et iterꝝ. Attendite uobis & uniuerſo gre/
gi, in quo uos ſpiritusſanctus cõſtituit epiſcopos. Nam & ſi uniuerſa cũ patre & filio, ut *Spiritusſanctus deus eſt.*
ſupius oſtenſum eſt, procreauit, in quo minoris uel miniſtri perſonam, ut ipſe fateri nõ
metuis, tanta maieſtas habebit. Sed & deum eſſe, ſicut ꝓmiſiſſe me memini, his teſtimo/
nijs approbabo, Dauid ꝓpheta dicente. Audiant quid loquat̃ in me dominus deus. Nul
li itaqꝫ dubiũ eſt, quod omnes ꝓphetæ, non niſi per ſpiritũ annuncient uel loquant̃, ſicut
in euangelio ſcriptũ eſt. Cum uenerit, inquit, ſpiritus ille ſanctus, quẽ mittet pater in no/
mine meo, ipſe uos docebit, & uentura annũciabit uobis. Et item per ꝓphetã dominus
dicit. Noluerũt audire ſermones meos, quos mãdaui in ſpiritu meo per os ꝓphetarꝝ pri
orum, dicit dominus. Sed nolo paſtifera prata, diuinę legis teſtimonio ꝑcurrẽtes, lõgius
a noſtra ꝓpoſitione euagemur, ad id, ꝙd promiſimus, reuertamur. Ad hebręos ꝙqꝫ Pau
lus gẽtium ꝑdicator ſcribens, ait. Teſtificat̃ autẽ nobis ſpiritusſanctus, & hoc eſt teſtamẽ
tum/ ꝙd diſpono ad eos, poſt dies illos, dicit dominus in actibus apoſtolorꝝ, ad Ananiã *Actuum. V.*
dixiſſe Petrũ meminimus, ut in ſubſequẽtibus dicit. Nõ es mẽtitus hominibus, ſed deo.
Et Paulus ad Corinthios. Diuiſiones autẽ donationũ ſunt, idem ỽo ſpiritus. Et diuiſio/
nes miniſteriorꝝ ſunt, idem ipſe dominus. Et diuiſiones oꝑationum ſunt, idem ỽo deus,
qui oꝑatur omnia in omnibus. Ecce ſpiritusſanctus ꝑdicante apoſtolo, idem deus, idem
dominus declarat̃. In euangelio, ſicut iam dictũ eſt, ipſe dominus dicit, Spiritus eſt deus.
Item ad Corinthios Paulus ſcribẽs/ ait. Dominus aũt ſpiritus eſt. Et ad Epheſios. Nolite,
inquit, cõtriſtare ſpiritũ Dei. Item ad Corinthios. Neſcitis, inquit, ꝗa corꝑa ueſtra, tem/
plum in uobis eſt ſpiritusſancti, quẽ habetis a deo. Et oſtendes eũ in humanis corꝑibus
habitantẽ, adiungit & dicit. Glorificate ergo, & portate deum in corꝑe ueſtro. Nam ut
deus, & dominus eſſe manifeſtiſſime Spiritusſanctus demonſtret̃, ad Mariã angelus di/
xit. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, propterea & ꝙd
naſcet̃ ex te ſanctum, uocabit̃ filius Dei. Ecce quantis diuinorꝝ teſtimoniorꝝ documen/
tis, Spiritumſanctũ deũ, & unius poteſtatis uel ſocietatis cũ patre & filio eſſe docuimus,
quid adhuc in ꝑfidis remaneat reſpõſionibus ignoro. Paulus itaqꝫ apoſtolus, Spiritũſan/
ctum cum patre & filio, unam ſocietatẽ habere aptiſſime demõſtraui, dicẽs. Gratia do/
mini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas, & ſocietas ſpiritusſancti, cũ omnibus uobis. Pro/
bus. Si poſt innumerabilia teſtimonia remanſiſſe aliꝗd Arrio uidet̃, proponere non gra
uetur. Quanꝗ (ut reor) nihil illi reſponſionis remanſerit, qua uidelicet poſſit Athanaſiũ
de unius ſubſtantiæ, id eſt, homouſij ratione depellere. Sed ne poſtmodum de aliqua op
preſſione cauſetur, a nobis nullus ei ad reſpondendum adimitur locus. Arrius. Nulli
dubium eſt, quin magicis artibus Athanaſius non deſinat iudicum peruertere ſenſus, ut
rectę fidei tramitẽ erga eos, qui eam religioſę ſectantur & colunt, tenere non poſſint. Et
idcirco quod in examine tui culminis explicare non ualeo, principis iudicio reſeruabo,
ubi ueritatis indago ꝑpollet, & magicas artes ob ueræ fidei obſeruantiã præualere non
poſſe credendũ eſt. Athanaſius. Qui ſuis aſſertionibus adeſſe non poſſunt, quibuſli/
bet fallacibus argumentis, uel cauillationibus excuſationẽ ſibi inuenire non deſinunt, ſi/
cut nunc facere Arrium plenius ueſtra ꝑſpicit magnitudo. Mihi ỽo ad om̃ia, quę ab eo
in culminis ueſtri p̃ſentia poſita ſunt, ueram fidẽ uendicanti, reſpondiſſe ſufficiat. Pro/
bus. Imperitioris/ & minus de ſcientia p̃ſumentis eſt, prauitati potius ſtudiũ dare, ꝗ ueri/ *Sententia iudicis.*
tati patientiam commodare, cum id aſſertoribus fidei cõueniat, ueritatem potius ſequi,
ꝗ erroris uel falſitatis compede ꝑpediri. Horum igitur mos eſt, qui cum ſuæ ꝑfidiæ cau/
ſam ad finem uſqꝫ uenire cõſpexerint, metuentes ne cunctis hominibus eorꝝ ꝑfidia inno
teſcat, ad potioris ſe cõſerre p̃ſentiam, ignorantes, quoniam & illic ueritati uictoria tri/
buitur, ubi potẽtiæ liberalis ſentẽtia promulgat̃. Fruſtra igitur Arrius uidetur de noſtro
iudicio ad principis appellare præſentiam, cum in conflictu certaminis, nihil aduerſus ſe
ſenſerit prauitatis, qui ſuam ignauiam/ quibuſlibet modis obtegere cupiens, niſus eſt ad
principis

principis cōſerre pſentiam, quē cōſtitit Athanaſium, ab homouſij defenſione, quod eſt unius ſubſtantiæ, diuellere penitus nō potuiſſe. Sed (ut eius ſuperflua decreuit intētio) eum ne faciat, nullo modo refrenabo. Ne uicti perſonam nō ſuſtinens, de adempto temporis ſpacio glorietur. Meæ uero ſolertiæ erit uniuerſa, quæ ab utriſq; in noſtra cognitione prolata ſunt, glorioſi ſenſibus principis intimare. Vt falſidicis ambagibus procul amotis, ad uictoriæ palmam Athanaſius, puræ fidei aſſertor, ualeat peruenire.

FINIS.

MAGNI ATHANASII IN PSALMOS OPVSCVLVM ANGE. POL. INTERPRAETE.

OMNIS quidem ſcriptura diuina magiſtra eſt, & uirtutis & ueræ fidei, ſed liber Pſalmorum habet etiam quodam modo imaginem ſtatus animarum. Vt enim qui adit regē, prius ipſe habitum uerbaq; componit, ne forte imperitus habeaſ. Sic diuinus hic liber currentes ad uirtutē, & eos qui uitā Saluatoris in corpore cognoſcere geſtiunt, admonet prius per lectionem motionum omnium, quibus anima afficitur, deinde uarijs format inſtruitq; ſermonibus. Poteſt igitur unuſquiſq; in Pſalmis motum ſtatumq; animę ſuæ deprę hendere, atque ita figuram quiſq;, diſciplinamq; ſuam, quibusq; uerbis placere Deo poſſit. Et quibus uerbis ſeſe corrigere ualeat, & deo agere gratias. Ne ſi prę terquam fas eſt dicat, incidat in impietatē. Non ſolum enim de operibus, ſed de omni ocioſo uerbo reddenda apud iudicem ratio eſt. Si igitur beatum aliquem dicere uelis, habes quomodo, & quāobrem, & quem dicas in pſalmis. i. Beatus uir/qui non abijt in conſilio impiorum. xxxi. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. xl. Beatus qui intelligit ſuper egenum. cxi. Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis, &c. cxxvij. Beati omnes qui timent dominum.

Si conqueri Iudæos contra Saluatorē uides, habes pſal. ij. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt, &c.

Si te tui perſequuntur, & multi inſurgunt aduerſum te, tertium pſalmum dicas. Domine quid multiplicati ſunt, &c.

Si autem ad hunc modum tribulatus inuocaſti dominum, & quoniam exaudiuit, agere uis gratias, canito quartum. Cum inuocarem, &c. cxiiij. Dilexi quoniam exaudiet dominus, uocem orationis meæ, &c.

Si uides inſidias tibi a malignantibus fieri, & auribus percipi cupis orationem tuam, canito pſalmum quintum. Verba mea auribus percipe domine, &c.

Si minas dei ſentis, & inde territum te uides, dicere potes pſalmum ſextum. Domine ne in furore. Et. xxxvij. Domine ne in furore. Quoniā ſagittæ tuæ infixæ ſunt, &c.

Si autem conſilium ineunt aliqui contra te, quemadmodum Architoſel contra Dauid/& hoc aliquis tibi nunciat, cane ſeptimum pſalmum. Domine deus meus in te ſperaui, & confide in deo, qui liberabit te, &c.

Cernens autē gratiam Saluatoris circūquaq; diffuſam, & reſtitutum ſaluti genus humanum, ſi alloqui dominum uis, cane octauum. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra.

Rurſus ſi canere uis pro torcularibus/deo gratias agēs, habes octauum. Domine dominus noſter. Et. lxxx. Exultate deo Saluatori noſtro.

Si coerceri inimicum uis, & creaturam ſaluari, non confidens in teipſo, ſed in Dei filio, dic nonum pſalmum. Confitebor tibi domine in toto corde meo.

Si quis te metu afficere uelit, tu confidens in domino, cane decimum pſalmum. In domino confido.

Si multoꝝ ſuꝑbiam & malitiã uides abundare, ita ut nihil ſit inter homines ſanctũ, confuge tu ad dominũ, & dic undecimũ pſalmũ. Saluum me fac domine, &c. Si diutius perſeuerent aduerſarioꝝ inſidiæ, ne teipſum negligas, quaſi tui dominus ſit oblitus, ſed inuoca dominũ, canens uigeſimumſextũ pſal. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, &c.

Si q̃s audis blaſphemantes contra ꝓuidentiã, ne ſis tu ꝗdem particeps impietatis eoꝝ, ſed ad deum cõfugiens, dic pſal. xiij. Dixit inſipiẽs in corde ſuo, nõ eſt deus, &c.

Si ſcire uis qualis eſt regni cœlorum ciuis, cane decimumquartum pſalmum. Domine quis habitabit in tabernaculo.

Si tibi oratione opus eſt propter reſiſtentes tibi, & circundantes animam tuam, cane decimumſextum pſalmum. Exaudi domine iuſticiam meam. Et. lxxxv. Inclina domine aurem tuam. Et. lxxxviij. Miſericordias domini, in ęternum cantabo, &c. Et. cx. Domine clamaui ad te, exaudi me, &c.

Si ſcire uis qualiter Moſes orabat, habes pſalmum octuageſimũnonum. Domine refugium factus es nobis.

Si euaſiſti ab inimicis, & liberatus es a perſequẽtibus te, cane tu quoq; decimumſeptimum. Diligam te domine fortitudo mea, &c.

Si miraris ordinem rerum creatarum, & diuinæ prouidentiæ gratiam, cane pſalmum decimumoctauum. Cœli enarrãt gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat ſciẽtiam, &c. Et pſalmus uigeſimusſeptimus. Ad te domine clamabo, &c.

Si tribulatos uides, conſolare eos, & pro eis orans, dic uerba pſalmi deciminoni. Exaudiat te dominus in die tribulatio. &c.

Si te cuſtodiri a domino uides, & proſpere agere, gaudens cane pſalmum uigeſimũſecundũ. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcue ibi me collocauit, &c.

Si cõtra te irruunt inimici, eleua animã ad deum, & dic pſalmum uigeſimumquartũ. Ad te domine leuaui animam meam, &c. Fruſtra eos inique agentes uidebis.

Si ꝑſeuerauerint inimici, & ſanguinolentis manibus abſtrahere uel occidere te quærunt, ne des homini iudiciũ, ſuſpecta eñ ſunt humana oñia, ſed deum iudicẽ poſtulans, ipſe cum ſolus iudex eſt, & dic uigeſimumquintũ. Iudica me domine, quoniam ego. & cxxxiij. Iudica domine nocentes me. Et. xlij. Iudica me deus, & diſcerne cauſam, &c.

Si autẽ ſęuius inſtent, & multitudo inſtar caſtroꝝ ſint inimici deſpicientes, quaſi ne uinctus ꝗdem ſis, nihil formidãs, cane. xxvi. pſalmũ. Oẽs gẽtes plaudite manibus, &c.

Si rurſus impudentes ſint qui inſidianẽ, minime eos curans, cane ad dominũ quę ſunt in pſalmo uigeſimoſeptimo. Magnus dominus. & laudabilis nimis, &c.

Si ſcire uis quomodo gratias acturus, accedere ad deum debes, intelligibiliter intelliges, cane pſalmum uigeſimumoctauum. Audite hæc omnes gentes, &c.

Deinde renouãs domũ tuã, & animã, quæ dominũ ſuſcipit, & ſenſibilẽ domũ, in qua corporaliter habitas, age gratias, & dic uigeſimumnonum pſalmum. Deus deoꝝ dominus locutus eſt. Et centeſimũ vigeſimũſextum. Niſi dominus ædificauerit, &c.

Si te odio haberi propter ueritatẽ ab amicis & ꝓpinquis uides, ne remitte ſtudiũ, neue aduerſantes extimeſce, ſed futura cogitãs, cane. xxx. pſalmũ. In te domine ſperaui, &c.

Si baptizatos uides a corruptibili generatione liberatos, diuinam benignitatẽ admirans, cane trigeſimumprimum pſalmum. Beati quoꝝ remiſſe ſunt, &c.

Si canere uis inter multos iuſtos uiros, & recte uiuentes, colligens cane trigeſimũ ſecundum pſalmum. Exultate iuſti in domino, &c.

Si incidiſti in hoſtes, & eos prudenter euitaſti, atque inſidias effugiſti, & ob id agere uis gratias, conuoca mites homines, & cum eis cane pſalmum trigeſimũtertium. Benedicam dominum in omni tempore, &c.

Si uides iniquos in multũ certare, ne putes ſecundũ naturã ineſſe illis peccatum, quẽadmodũ hæretici ꝗdam, ſed dic pſalmũ. xxxv. Dixit iniuſtus ut delinquat in ſemetipſo, nõ eſt timor dei ante oculos eius, & uidebis quod ipſimet peccandi cauſa ſunt.

Si malos

Si malos iniqua agentes cernis,& contra paruos ſuperbientes,& admonere uis aliquos, ne iſtos attendant aut æmulantur,quoniam cito extinguentur,dic tibi & alijs trigeſimũ ſextum pſalmum.Noli æmulari in malignantibus &c.

Si ſtatuiſti habere tui curam,& uides inſidiantem aduerſarium,maxime enim contra tales excitatur,ac uis tenet in eum parare,cane.xxxviij.pſal.Dixi cuſtodiam uias meas. Si multos uides pauperes & mendicos,ac miſereri uis,potes eos,& qui iam ſunt miſerti, probare.Et alios ut idem agant,hortari,dicens pſalmum quadrageſimum. Beatus q intelligit ſuper egenum & pauperem,&c.

Si deſyderium habes erga deum,inimicos audis exprobrantes,ne perturberis,ſed intelligens immortalem fructum,qui ex hoc deſyderio naſcitur,conſolare animam tuam, ſpe erga deum & hac reuelans,mitigãsq; uitæ dolores,dic pſal.vij.Quemadmodum deſyderat ceruus ad fontes aquarum,&c.

Si recordari frequenter uis beneficia dei,quæ patribus fecit,& in exitu de Aegypto, & in deſerto,Et quomodo deus quidem bonus,ipſi autem ingrati,habes.xliiij.Deus auribus noſtris audiuimus,Item.lxxvij.Attendite popule meus,&c.lxxxviij.Miſericordias domini inæternum cãtabo,&c. ci.Domine exaudi orationem meam,& clamor meus,&c.cv.Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculũ miſericordia eius, cvi.Confitemini domino,quoniam in ſæculum miſericordia eius,Et dicant centeſimũ octauum pſalmum.In exitu iſrael de Aegypto,&c.

Si cõfugiens ad deum,euaſiſti,quæ aduerſus te dicta ſunt,& gratias agere uis deo, & narrare eius erga te benignitatẽ,habes quadrageſimũquintũ pſalmum.Deus noſter refugium & uirtus,adiutor in tribulationibus,quæ inuenerunt nos nimis.

Si peccaſti,& cõuerſus penitẽtia afficeris,& uis miſericordiã cõſequi,habes cõfeſſionis ỽba in pſalmo qnq̃geſimo.Miſerere mei deus ſecũdũ magnã miſericordiã tuã,&c.

Si calumniã paſſus es apud malũ regẽ,& diabolum uides gloriantẽ,ſecede,& dic quę ſunt in qnquageſimo primo pſalmo,Quid gloriaris in malicia,q potẽs es iniquitate.

Si qui te perſequuntur & calumniant̃ prodere uolunt,ſicut phariſei Ieſum,& alienigenę Dauid,ne tedio marceſcas,ſed confidens in domino,cane quinquageſimumoctauum.Deus in nomine tuo ſaluum me fac,& in uirtute tua libera me.Et quinquageſimũ quintum.Miſerere mei deus,quoniam conculcauit,

Si autem concurrant perſecutiones,& non cognoſcens in ſpeluncam ingrediatur,in qua tu abſcõderis,ne metue,habes enim in hac neceſſitate utilia,cum ad conſolandum, tum ad memoriam recolendam ỽba in quinquageſimoſexto pſalmo.Miſerere mei deus,miſerere mei,quoniam in te cõfidit anima mea.Et.cxli.pſalmo. Voce mea ad dominum clamaui,uoce mea ad dominum deprecatus ſum.

Si obſeruari domum,qui inſidiatur,iuſſerit,ut effugeris,age gratias deo,& in tabulis animæ tuæ rem incidens,dic.xliij.Eripe me de inimicis meis deus meus.

Si exprobrent inimici,qui tribulant te,& loquacius detrahant qui amici eſſe uident̃, & in exercitatione tua labores aliquantulũ,potes inuocare tu quoq; Deũ,dicens,q̃ ſunt in quarto pſalmo.Cũ inuocarem exaudiſti me deus,in tribulatiõe dilataſti mihi.

Contra hypocritas,& in facie gloriantes,dic ad eorum conuerſionem quinquageſimumſeptimum pſalmum.Si uere utiq; iuſticiam loquimini,&c.

Si aſpere irruant in te,& capere animam tuam uelint,oppone illis ſubiectionem tuã ad deum,& bono animo ſis.Quo enim magis inſęuiunt illi,eo magis domino ſubijcientur. Dic autem pſalmum.xli.Nonne deo ſubiecta erit anima mea?

Si perſecutionem fugiens in deſertum conceſſeris,ne metuas,quaſi ſolus ibi ſis,ſed habens Deum,& ad ipſum diluculo ſurgẽs,cane ſexageſimumſecundum. Deus deus meus,ad te de luce uigilo,&c.

Si perterrefaciant inimici,nec ſtruere inſidias deſinant,& omnia ingruunt aduerſum te, etiam ſi plurimi ſint,ne ceſſeris.Sagittæ enim paruulorum erunt horum plagæ,ſi cecineris ſexageſimumtertium pſalmum.Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor,a timore

inimici eripe animã meam. Et.xlvij. Exurgat deus,& diſſipent̃ inimici,& fugiãt q ode/
runt eum a facie eius.lxix. Deus in adiutorium meum intende,domine ad adiuuãdum
me feſtina. Et ſeptuageſimum pſalmum. In te domine ſperaui,nõ confundar inæternũ,
in iuſtitia tua libera me,&c.

Si canere deum uis,habes.lxiiij.pſal. Te decet hymnus deus in Syon, &c.

Si quos imbuas reſurrectionis myſterio,habes.lxxix. Qui regis iſrael intẽde,&c.

Si miſericordias a deo petis,cane pſalmum ſexageſimum ſextum. Deus miſereat̃ no/
ſtri,& benedicat nobis,illuminet uultum ſuum ſup nos,& miſereatur noſtri.

Si uideas impios in pace proſperari,ne ſcandaliſeris,ut cõmouearis, dic tu quoq; ſep/
tuageſimum ſecundum. Quam bonus iſrael deus his/qui recto ſunt corde.

Si iraſcit̃ populo deus,habes uerba q̄bus hunc conſoleris,in,lxxiii.pſal. Vt quid deus

Si cõfeſſione tibi eſt opus,cane ſeptuageſimũ. In te domine ſperaui, (repuliſti.
&c.lxxiiij.pſal. Confitebunt̃ tibi deus confitebunt̃,&c.xci. Bonũ eſt confiteri in domi/
no in Pſal.&c.ciiij. Cõfitemini domino,& inuocate nomẽ eius.cv. Confitemini domi/
no,quoniã bonus,&c.cvij. Paratum cor meum deus.cx. Confitebor tibi domine in to/
to corde meo,cxvij. Cõfitemini domino quoniã bonus,quoniã in ſæculũ miſericordia
eius.pſal.cxxxv. Cõfitemini domino quoniam bonus,quoniã inæternum miſericordia
eius. Et.cxxxvij. Confitebor tibi dñe in toto corde meo,quoniã audiſti ỽba oris mei.

Si uituperare gentilem uis & hæreticos,ut apud quos dei cognitio nõ eſt,potes intel
ligendo canere & dicere,quæ ſunt in pſalmo octuageſimoquinto. Inclina domine aurẽ
tuam & exaudi me,quoniam inops,& pauper ſum ego.

Si occupauerint inimici effugia tua,& magno ꝑe tribuleris,q̃q̃ perturberis,ne deſpe/
ra,ſed ora. Et ſi clamãs exauditus fueris,age deo gratias,dicẽs q̃ ſunt in pſalmo ſeptuage/
ſimoſexto. Voce mea ad dominũ clamaui,uoce mea ad dominũ deꝑcatus ſum.

Si ꝑſeuerantes inimici irruerint,& polluerint domũ dei,ac ſanctos occiderint,& coꝝ
corpora uolatilibus cœli proiecerint,ne metuas illoꝝ crudelitatẽ,ſed cõpatiens patienti
bus,dic pſalmũ ſeptuageſimumoctauũ. Deus uenerunt gẽtes in hereditatẽ tuam,&c.

Si canere uis domino,in celebritate cõuocatis dei ſeruis,cane octuageſimumpſalmũ.
Exultate deo adiutori noſtro,iubilate deo iacob,&c.xciiii. Venite exultemus dño,iubi
lemus deo ſalutari noſtro,p̃occupemus faciem eius in cõfeſſione,& in pſal.&c.

Si rurſus inimici congregent̃ undiq;,& minentur domui dei conſpirantes cõtra pie/
tatem,ne te multitudo & potentia illoꝝ perturbet.habes uelut anchoram ſpei uerba,q̃
ſunt in.lxxxij. Deus quis ſimilis erit tibi,nec taceas,neq; con.dic,& tu.

Si uides domum dei,& æterna eius tabernacula,& deſyderium habes ad illa,ſicut ha/
bebat apoſtolus,dic & tu octuageſimumtertiũ. Q̃ dilecta tabernacula tua,&c.

Si ceſſauerit ira,& ſoluta captiuitas fuerit,habes quibus gratias deo agas.lxxxiiii.
Benedixiſti dñe terrã tuã,&c. Et pſalmũ.cxv. Credidi ꝓpter q̄d locutus ſum,&c.

Si diſcordiam catholicæ eccleſiæ aduerſus ſciſmata cognoſcere uis,& illos cõuertere,
potes dicere quæ ſunt in pſalmo octuageſimoſexto. Fundamenta eius in montibus ſan/
ctis,diligit dominus portas Syon,ſuper omnia tabernacula Iacob,&c.

Si exhortari teipſum uis,& alios ad religionem,ac perſuadere,quod ſpes in deum nõ
confidit,ſed intrepidam reddit animam,lauda deum dicens,quæ ſunt in pſalmo nonage
ſimo. Qui habitat in adiutorio altiſſimi.

Si canere uis ſabbato,habes nonageſimumprimum. Bonum eſt confiteri domino,&
pſallere nomini tuo altiſſime.

Si gratias agere uis dominico die,habes decimũtertium. Dixit inſipiens in corde ſuo,

Si canere uis in ſecunda ſabbati,habes,quæ ſunt in nonage (non eſt deus,&c.
ſimoquarto. Venite exultemus domino,iubilemus deo ſalutari noſtro,præoccupemus
faciem eius in confeſſione,& in pſalmis iubilemus ei,&c.

Si canere uis paraſceue,habes laudationem in nonageſimoſecũdo. Dominus regna/
uit,decorem indutus eſt,&c. Tunc enim domus ædificata eſt, q̄uis circuire conati ſunt

Vv hoſtes

hoſtes. Atque ideo triumphale carmen canendum eſt ipſi deo.

Si captiuata fuerit ac uaſtata domus, rurſusq; ædificata domus, cane quæ ſunt in nonageſimoquinto. Cantate domino canticum nouum, &c.

Si uexata terra fuerit ab hoſtibus, & deinde quieſcat regnante domino, habes que canas. xcvi. pſalmo. Dominus regnauit exultet terra, lætentur inſulæ multæ.

Si uis quarta ſabbati canere, habes nonageſimũtertium. Deus ultionũ dominus deus ul. Tunc enim traditus ulciſci mortẽ cœpit, & de ea triumphare. Quom igitur Euangelium legens/uideris iudæos conſilium ineuntes aduerſus dominum, & ipſum audacter ſtare pro nobis aduerſus diabolum, cane quæ ſunt in nonageſimotertio, ut ſupra.

Si uides prouidentiam domini in omnia, & dominium ipſius, & uis imbuere aliquos ipſius fide & obedientia, cum pſuaſeris prius ut confiteantur, cane nonageſimumnonũ. Iubilate deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia, &c.

Si poteſtatem iudicandi in eo cognoſcis, & quod miſericordiæ iudicium admiſcens iudicat deus, atq; accedere ad ipſum uis, habes ad hoc uerba centeſimi pſalmi. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi, &c.

Si propter imbecillitatem naturæ noſtræ, aſſiduis uitæ malis aliquando, ceu medicus, tędio afficeris, & conſolari te uis, habes pſalmum centeſimumprimum. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat, &c.

Et quoniã cõuenit ſemp, & in oĩbus agere deo gratias, quando ipſi benedicere uis, habes quomodo tuã animã adhorteris. cii. Benedic anima mea domino, & omnia q̃ intra me ſunt nomini ſancto eius, &c. Et. ciii. Benedic ania mea dño, domine. d. m. mag. (es uehementer.

Si laudare uis deum, & ſcire quomodo ob aliquod oportet laudare, & quæ uerba dicere laudans debet, habes. cxij. Laudate pueri dominũ, laudate nomen domini. cxvi. Laudate dominũ omnes gentes, laudate eũ omnes populi. cxlv. Lauda anima mea dominũ, laudabo dominũ in uita mea, pſallã deo meo q̃diu fuero. cxxxii. Ecce q̃ bonum, &c. cxlvi. Laudate dominum quoniã bonus eſt pſalmus. cxlvii. Lauda hieruſalem dominum, lauda deum tuum ſyon. cxlviii. Laudate dominum de cœlis, &c. cxlix. Cãtate domino canticum nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum. cl. Laudate dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius, &c.

Si habes fidem, quẽadmodum dominus dixit, & credis in his, quæ orans loqueris, dic centeſimumquindecimum. Credidi propter quod locutus ſum, &c.

Si te aſcendentem ſentis actionibus, ſic ut dicas his obliuiſcor, his autem qui p̃cedunt cõtendo, habes in unoquoq; proceſſu, quæ dicas quindecim graduum cantica.

Si captiuatus es alienis cogitatiõibus/& ſenſiſti te abduci, & pœnituit, deſine deinceps. Et manens ubi te peccantem deprę̄hendiſti, ſede, ac lege tu quoq;, quemadmodum fecit populus, dicens quæ ſunt in centeſimo trigeſimoſexto pſalmo. Super flumina Babylonis illic ſedimus, &c.

Si tentationes putas eſſe tui probationem, age poſt tentationes gratias deo, dicẽs centeſimum trigeſimumoctauum. Domine probaſti me, & cognouiſti me, &c.

Si teneris rurſus ab inimicis, & liberari uis, dic centeſimum trigeſimumnonum pſalmum. Eripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo eripe me, &c.

Si orare uis, & depræcari, dic quintum pſalmũ. Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. clx. Domine clamaui ad te, exaudi me. cxli. Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprę̄catus ſum. cxlii. Domine exaudi orationem meã auribus, &c. cxlv. Lauda anima mea dominum, laudabo deum meum in uita mea, pſallam deo meo quamdiu fuero.

Si inimicus tyrannus inſurrexerit aduerſus populum, tu quoq; ſicut Dauid Goliath ne timeas, ſed una cum Dauid crede, & canens dic. cxliii. Benedictus dominus deus, q docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Si bonitatem dei, & in te, & in omnes recolis, & benedicere deo uis, dic uerba q̃ Dauid dixit in octuageſimoquarto. Benedixiſti domine terram tuam.

Si cantare uis domino, habes quid dicas. xcv. Cantate domino canticum nouum, &c. xcvij. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Si paruus forte in aliquo uſu fratribus anteponeris, ne extollaris cõtra ipſos, ſed dans gloriam deo, pſalle tu quoq;. pſ. li. Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate, qui proprius dei es, alias. cl. Laudate dominum in ſanctis eius, &c.

Si canere uis obedientiam habentem Alleluia, habes centeſimumquartũ. Cõfitemini domino, & inuocate nomẽ eius. cv. Confitemini domino, quoniã bonus, quoniã in ſæculum miſericordia eius, quis loquetur p. d. cvi. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniã in ſæcu. miſe. eius. Dicãt nunc qui. &. cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo. cxi. Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius, &c. cxij. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. cxiij. In exitu iſrael de ęgypto. cxiiii. Dilexi quoniã exaudiet dominus. cxv. Credidi propter quod locutus ſum. cxvi. Laudate dominũ omnes gentes. cxvij. Confitemini domino, quoniã bonus, quoniã in ſæculũ miſericordia eius. Dicat nunc iſrael. cxviij. Beati immaculati. cxxxiiij. Laudate nomen domini. cxlv. Lauda anima mea dominum, &c. cxlvi. Laudate dominũ, quoniã bonus eſt pſalmus. cxlvij. Lauda hieruſalem dominum. cxlviij. Laudate dominum de coelis. cxlix. Cantate domino canticum, &c. Et. cl. Laudate dominum in ſanctis, &c.

Si ſeorſum canere uis de Saluatore, habes de eo in quouis pſal. Præcipue uero habes xliiij. Ad te dñe leuaui animã meã. cix. Dixit dominus dño meo, ſede a dextris, &c.

Indicantes ipſius ex patre legitimã generationẽ, & corporalem eius præſentiam. x. In domino confido. Et. lxviij. Saluum me fac deus. &c. Prædicentes de diuina Cruce, & quantum pro nobis inſidiarum ſuſcępit, & quam multa paſſus eſt. ij. Quare fremuerunt gentes. Et. cxviij. Beati immaculati. Significantes Iudæorum inſidias, & malignitatẽ, & Iudę Schariotis proditionem. xx. pſal. Domine in uirtute tua. xlix. Deus deorum dominus locutus eſt, &c. lxxi. pſal. Dominus deus iudici.

Oſtendentes regnum eius, & iudicandi poteſtatem, & eius p̃ſentiã in carne. xv. Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te, &c.

Indicat eius in carne reſurrectionem glorioſam. xxiij. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Et. xlvi. Omnes gẽtes plaudite manibus, &c. Annũciant eius in coelũ aſcẽſum. xcij. Dominus regnauit. xcv. Cantate domino canticũ nouum, cãtate domino omnis terra. xcvij. Cantate dño canticũ nouum, qa mirabilia fecit. xcviij. Dominus regnauit iraſcantur populi. Si leges, ſpeculari poteris, q̃ dominus nobis beneficia per paſſionẽ contulit.

Talis eſt igitur ſtilus, & character Pſalmorum
ad hominum utilitatem.

ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI LIBER DE EXHORTATIONE MONACHORVM.

ET ſi quid gloriari, in Chriſto licet, huiuſmodi principijs initiati, ut ſit inchoatio ueſtra perfectio, & ad ueram uiuẽdi frugem gradus interpoſitos præuolantes, apice ipſius culminis occupato, diſciplinæ ſummam teneatis, ut in uotis habere debeat, & imitari quiſq; uos q̃ poſſe credat. Inſtituti mihi tamen huius licentiã prærogatiue paternus aſcripſit affectus, & amplectenda mihi ueſtræ expoſtulatiõis exactio. Quidum me auditis, non ſolum libenter, ſed etiam auide, impudentem me ueſtro amore feciſtis. Præcedẽtes duco, & ultra menſurã meæ poſſibilitatis extenſus, quos ſequi cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitẽ uitæ ueſtræ, ut quaſi, qui primis literarum imbuatur elementis depictis, adumbratis p̃rogationibus, notas ſtilo imitatore calcabo, accedentibus ad ſperata beati inſtituti præmia, quæ ſequenda ſunt. Primum abſtinentię cura, ieiunij, patientiæ, orandi aſſiduitas & legẽdi, uel ſiquis adhuc literarum expers ſit,

audiendi ſit deſyderiũ cum cupiditate diſcendi. Hæc enim ſunt prima quaſi lactentiũ cu
nabulorum in dei agnitione crepundia, q̄bus homo admonitus, ortus ſui diuini tramitis
ingredi uiam, uelle incipiat, dum poſſe conſueſcat. Et quidem iſta tradens, non de uulgi
promiſcua ſide loquor, quod omnipotentis dei tantũ inſinuata confeſſio, & innocentiæ
ſingularis inſtillata doctrina, uenia ſola efficit eſſe contentum. Quanq̃ dominus noſter,
ſicut legimus, omnes uelit ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire, tamen quia p̃emi
nentis gratiæ cuncti capaces eſſe non poſſunt. Non enim om̃es, qui ex iſrael ſunt, iſraeli/
tæ ſunt. Nam & Iſmael a cõſortio fraternæ hęreditatis excludit̃, & compugnantes Iacob
& Eſau, unius uteri clauſtra ruperunt, uel contenti puteo aquæ uiuæ, nos in holocauſtũ
noſtri, hoſtiam uoluntariæ oblationis aptemus, deſyderãtes eſcas & parantes, ac prima/
tibus illis ad menſuram uiæ hanc ſententiã largientes. Omnis creatura dei bona, & nihil
abijciendũ quod cum gratiarũ actione ꝑcipitur, nos ad p̃mium gloriæ illo labore niten/
tes, bonum eſt nõ manducare carnem, neq; bibere uinum. Et rurſus. Omnis q̃ in agone
contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi q̃dem, ut corruptibilem coronã accipiant, nos
autem incorruptã. Abſtinentia enim cõtinentiæ nutrix eſt, quæ innupta ſiue nupta, faci
lius poſſibilitatis frenos patitur, ſi non deliciarum calcaribus incitet̃. Quam ſic eos, q̃ ad
ſumma nitunt̃, uel cupio uel mando colere, ne putent in alijs crimen eſſe nupſiſſe, ſciẽtes
ſcriptum eſſe. Bonũ eſt nubere, melius eſt non nubere. Qui hoc em̃ illicitum credũt, ipſi
p̃mium ſui laboris imminuunt. Illicitis enim cauere, iugum neceſſitatis eſt, permiſſa uin/
cere, munus arbitrij. Malis abſtinere, diſciplinæ merces eſt. Bona ſupgredi, libertas me/
riti eſt, non finis imperij. Illud legis indultum eſt terminis, hoc gratiæ reſeruatũ eſt incre/
mentis. Ieiuniorũ quoq; non ſit uolentibus certa menſura, ſed in quãtum poſſibilitas ua/
let, niſu laborãtis extenſa, quæ p̃ter dominicam ſemꝑ ſint ſolennia, ſi uotiua ſint. His ſeſe
Moſes beatiſſimus p̃parans, affatibus dei, dignus ingeſſit. His p̃dictas per Ionam Nini/
uitę minas, in placidam rurſus flexere ſententiã. His Getuliæ populus aſſyria obſidione
concluſus, & uſq; ad deditionẽ ſui, experta plurima uirtute cõterritus, ab Holofernis tu/
mentibus minis cõſtantis manu fœminæ meruit uindicari. His Mardocheus Aman cru
delem ſuperbia, p̃parato ſibimet ligno, acceptę pœnæ conuerſione ſuſpendit. His Ieſus
Saluator noſter in carne hominis quem aſſumpſerat, eruditus, ſuadelas diaboli tentantis
obtundit. Quas & ſi aliter potuiſſet expellere, docendos tamẽ populos uoluit hac imita/
tione formare. Orationibus u͛o ita frequenter inſtãdum eſt, ut uix eas aliquod tẽpus in/
terpollet. Scriptum eſt enim. Orationibus inſtate, uigilantes in illis. Et iterum. Querite,
& inuenietis, pulſate, & aperietur uobis. Per has amicus dormiens excitat̃. Et quamuis
omnem familiã ſopor altus obſederit, depromi tamen ſibi ac porrigi panes importunos
expoſtulator extorquet. Has, ſi fieri poteſt, ſola intercapedo diſrũpat. Cuius rei cura in
canonicis ponenda eſt ſalubriter monimentis. Non quod apocripha debeamus, p̃ſertim
ignorata, damnare, ſed quod ad ſcientiã dei digeſtam, canonis ſeriem putemus poſſe ſuf
ficere. Illa enim ſi conſentiunt, ſuperuacua ſunt. Si diſſentiunt, uitanda ſunt. Sine legendi
ſtudio neminẽ ad deum intẽtum, ſine autẽ legendi ſtudio nemo ad dominum eſſe uale/
bit intentus. Primum, quod huiuſmodi opera ab alijs actibus caducę occupatiõis addu/
cunt, & diuerſorũ exemplorũ inſinuata cognitio, uel bonorũ appetentiam, uel malorũ fa
ctam eſſe cautelam. Neq; enim alias Petrus apoſtolus admoneret nos, dicens, Parati ſem
per eſtote ad rationẽ reddendam, ad omnes poſcentes uos de uerbo ſpei ueſtræ, & fidei.
Et Apoſtolus. Non ceſſamus pro uobis orantes, ut impleamini agnitione eius in om̃i ſa
pientia, & intellectu ſpirituali. Et rurſus. Verbum Chriſti habitet in uobis abundãter in
omni ſapientia. Nam & in ueteri teſtamento ſimilem hominibus curam ſacræ p̃ceptiõis
inculcauit eloquium. Sic enim Dauid ait. Beatus uir, qui non abijt in conſilio impiorũ,
& in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini
uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et ad Ieſum naue deus loquitur.
Non recedet liber iſte de manibus tuis, & meditaberis in eo die ac nocte. His quoq; ne/
gocijs malarum cogitationum lubrica frequenter interſerunt. Et quamuis ipſa ſedulitas

animum ad deum prĕſtet intentum,efficit tamen in ſeſe mordax ſæculi cura ſolicitum.
Quod ſi hæc frequēter & importune patitur religioſo labori deditus,nunquā profecto
illis carebit ocioſus.Nam quoniam ſtudiorum mēbra digeſſimus,morum augmēta cu/
mulemus.Illud autem extra commonitionē puto,ut ſit uictus facilis,ueſtitusq; uilis,cū
hæc tegendi corpis gratia reperta ſint,non ornandi. Et illa ſuſtinendæ animæ potius,q̄
obruendæ. His ergo,quæ ſupra oſtendimus actibus mācipatus,omne odium deponat
inimici.Nec hoc tantū fine contentus,ſimultates amore commutet,iram patientiæ tem/
peret freno,auaritiam abſtinentiæ forti uincat imperio, & præcipue linguam cuſtodia
taciturnitatis obſepiat,ne in litigiū controuerſia feruescat,ne in maledictum procurrat,
ne in obtrectationem maledica ſerpat,ne in iurationem facilis prolabat̄,ne in mendaciū
ficta ſimulet,ne in circum uentione aſtuta calleat,ne in elationē ſuperba iactetur,ſed ob/
ſeruans tēpus tacendi,& tempus loquendi,omne uerbum ocioſum obnoxium ſciat eſſe
rationi.Nam ideo & Dauid beatiſſimus,ori ſuo cuſtodiam depoſcit.Et condiendum ſa
le,benedicti Pauli pagina ſacra,ſermonem cōſtituit.Et nullum indomabile membrum
eſſe quam linguam,teſtificata Iacobi prĕcepta ſignarunt.Sit igitur qui huiuſmodi uiam
ſcandit tacitus,mitis,benignus.Et quia charitatis inſolubilis habetur affectus,in ſtudio
parili ſemper alium indicans potiorē.Hoc enim freno aſtringit inuidiam,quā uicinæ ſi/
bi elationis ſæpius incitatam iudicio,dum gratias referendi ſibi honoris appetit,notā mi
ſeri liuoris incurrit. Nec primum adeo unuſquiſq; percipit,ſi ab hominibus id requirit.
Deus enim ſuperbis reſiſtit,humilibus autē dat gratiam.Qui cum de huiuſmodi ſtudio
diſcipulos erudiret,ipſum pronunciat maximū,qui minimus uelit eſſe cunctorum.Eſto
ab aliquibus frater tuus propenſius honoretur,nec illos quaſi minus amicos habeas,nec
hunc,quaſi æmulum prælatĕ uenerationis attendas. Quin imo iudica circa te augmen/
tum illius honoris accreſcere,ſciens ſcriptū,Si enim gloriatur unum membrum,cōgau/
dent oīa membra.Vos autē eſtis corpus Chriſti,& membra. Nam quicunq; aliquem
ueſtrum diligit,omnem dignitatē deo in quem uos coitis,aſcribit. In hoc ſilentium pla/
cet,in hoc affabilitas blanda diligit̄.Hunc rudis & innata ſimplicitas,hunc ſcientia eru/
dita cōmendat.Huius in ieiunij iugitate patientia,huius in abſtinentiæ uirtute contem/
ptus,huius lectionis aſſiduitate ſedulitas pro diuinorū munerū diuerſitate laudat̄. Hæc
autem ſicut ſcriptū eſt,operatur unus atque idem ſpiritus diuidens ſingulos prout uult.
Sicut enim corpus unum mēbra habet multa,omnia autē mēbra corporis cum ſint mul
ta,unum tamē corpus ſunt,ita & Chriſtus.Omnes enim nos in uno ſpiritu,in unū cor/
pus baptizati ſumus.Singuli uobis poteſtis omnium bonorū ſummā prĕſumere,ſi nul/
lus ſe incipiat in eo,quod altero præcellit,efferre.Sed enim uos inuicē nexu aſtrictĕ cha/
ritatis arctabitis,tunc eos,qui foris ſunt,& in ſæculari actu adhuc mundialibus uinculis
colligantur,nolite attentioris uitæ auſteritatē damnare,ſcientes ſcriptum. Nolo iudice/
tis,ne iudicemini.Et iterum.Tu quis es,qui iudicas alienum ſeruū? domino ſuo ſtat aut
cadit.Potens eſt enim ſtatuere illum deus.Magis benignitatis adhortationibus & illici/
ente blandimēto uia ueritatis oſtenſa,nubem erroris aperite,ut non trahi incipiat unuſ/
quiſq;,ſed ſequi præcedenti.Semper duriora plectenda ſunt,ne uiribus inclinata curua/
tio priuſquā in circulum ueniat fatiſcens,fragmen effundat. Huic enim ſæpius ſcandala
uulgi dicaciter gignuntur.Dum ad religionis iugum cenſorium arrogatur imperium,
uita noſtra iubeat,lingua perſuadeat,quia plus authoritatis geſtat exemplum,& ingerit
appetentiā ſui,morū lenis formatio.In omni igitur actu ueſtro quaſi ſpeculo relucente,
fulgete.Vbiq; circumſpecti,ubiq; ſoliciti,ne quid liuor inueniat,ne quid rumor uel fal/
ſus infligat.Fœminas probas & religionis ſtudio uero deditas,cum mēſura ueneratio/
nis honorate,ut nec auſteritas inhumana,nec ſedulitas ſit remiſſa.Acceſſus ad uos inui/
cem ueſter non ingeſtus ſit,ſed innatus,quem cauſa fecerit,non quē cauſa ſibi relaxarit.
Plures audite cum pluribus,aut ſi quando alterius ſexus frequentia deerit,uel annorum
cuiuſq̄ eſt probata grauitas,uel celebritas loci,uel ratio tēporis,id honeſte,q̄a prĕcipue
uobis ĕtas,hora,ſolicitudo,uitanda ſunt.Non quo mihi fas ſit,de his qui uere ſemel de/

uota deo pectora dicauerunt, ſecus æſtimare aliquid, ſed ut ex abūdanti ſic omne quod ſingi poteſt, tanq̄ poſſit & credi caueamus, ne in nullo famæ noſtræ uulnere ſerpat nata ab occaſione ſuſpitio. Ipſa famæ ſemina priuſq̄ linguis nutriantur, intereant. Non tamen nobis fides facti, ſed poſſibilitas etiam religanda mendacij. Beata enim uita eſt præclara, de qua nihil licet ſalſitati. Neq; enim ego hoc iudicium meum auſterus cēſor arripui, ſed cœleſte imperium monitor blandus aſſumpſi. Nam & ſic ait Apoſtolus. Zelans uos dei zelo deſpondi uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, ſciens ſcriptum eſſe. Ne ponatis offenſionē, uel ſcandalum fratri. Et iterum. Sine offenſione eſtote Iudęis & gentibus, & eccleſiæ dei. Et iterum. Nō ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Et iterum. Vt quid enim libertas noſtra iudicetᷣ ab infideli conſcientia. Et iterꝫ. Omnia autē ueſtra, honeſta fiant. Et iterum. Commendantes uoſmetipſos ad omnem conſcientiā hominū coram deo. Et iterum. Prouideamus bona nō ſolum coram deo, ſed etiam coram hominibus. Et iterum. Vt is qui ex aduerſo eſt, confundatur, nihil habes dicere mali. Neq; me pręterit ſęcularis laboris inuidia in obtrectationem ſemper religionis ardere, & mordacem malignis rumoribus dentem imprę ſſum dicacitatis inſigere. Vtatur ſua mūdus natura, dum nihil in noſtra inueniat diſciplina. Falſitas ex more iactetur, dum nec uериſimile quidem poſſit eſſe quod dicitur. Nemo ideo debet contemnere uulnus infamiæ, quia ſemper conſueuerit rumor ſimulare. Sed eo attentius p̄cauere, quod ſoleat etiam ficta cōponere. Nemo ab obtrectationis metu redditur obtrectandi ſolennitate ſecurus. Neque eſt negligentiæ cauſa ſolicitudinis continuata materia. Sit igitur pudoris ac reuerentiæ ueſtræ tuta ac circumſpecta cuſtodia. Neceſſarius e domo, & rarus egreſſus. Quem aut religionis ratio extulerit, aut ad ſubſtantiam uictus cauſa exercēdi operis ordinarit. Muneribus cunctis, niſi quæ ad quotidianum cibum annuumq; ueſtitum ſuppetāt, abſtinētes. Scientes ſcriptū eſſe. Habentes autē alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et iterum. Vt honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt, & nullius aliqd deſyderetis. Nec quidem p̄bendæ eleemoſynæ gratia ultra ſupradictos uictus ab ullo quippiam p̄ſumatis, ſcientes ſcriptum. Si enim uoluntas prompta eſt ſecundum id, quod habet, accęptum eſt, non ſecundum id, q̄d non habet. Sic illa Euangelici ſermonis diuina ſententia, anum pauperem, inter larga locupletum munera gemina tantū æra mittentem, magnifica accepta largitione ditauit. Quia nō poteſt parum eſſe, quod totum eſt. Neq; quiſq̄ amplius dedit, quam qui ſibi nihil reſeruauit. Hæc ſi cui præter uos nimium uidebuntur aſtricta, qui dei clauſtra pulſare tentauerit, prout ratio ſua tulerit, relaxabit. Ne quis forte, aut cōnexus ſit cōiuge, aut liberis impeditus. Habet præter hæc carta ſubſtantiæ plurima, quæ ſequatᷣ. Neq; ſe repulſum credat, ſed aditu alterius uocationis admiſſum, ſicut ſcriptū eſt. Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat. Non tamē ut propenſiorem curam patrimonio, q̄ religioni in caducis magis occupatus impendat, Agnoſcens ſcriptum eſſe. Et poſſidentes tanq̄ non poſſidentes. Si quem tamen poſteritatis compede felicior natura, ſi intelligatur, abſoluerit, cauſam hęrendi in mundo, niſi ignarus eſt dei munerum, non habebit. Cur eñ uiuendi uoluntate nō ſoluat, quod moriendi lege rumpendum eſt, faciens de ſorte mercedem, ut de neceſſitate uirtutem augeat. Quinimo, qui in ſua re familiari de paruis magna, de uilibus p̄cioſa, æterna facit de caducis, ſolus eſt poſtquam p̄uenerit, ni ſempiternus patrimonij ſui poſſit eſſe poſſeſſor. Si auarus non eſt, debet deſyderare perpetua, ſciens ſcriptum eſſe. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi tinea & rubigo exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autē uobis theſauros in cœlo, ubi neq; tinea, neq; erugo exterminant, & ubi fures nō effodiunt, nec furātur. Hoc enim ei, qui non caret filijs, hortamentum eſt, q̄ caret impium. Iſta uos cuncta cōgrua temporibus, apta p̄ſonis, referta exemplis, cōdita blanditijs, affatu illice, hortamenti mitis integritate, facilius poteſt perſuadere, qui facit. Neq; enim aliquo horum omnium fructu inuidi eſtis, cuiuſq̄ æſtimatione fraudendi. Erat uobis certe corpus firmum, ætas integra, rudes animi, q̄uis anguſta pro humani generis uarietate patebant, uel negociādi uſus, uel ſtudium militādi. Diuerſæ artes, innumera in actibus mundi augen-

di augendæ facultatis officia. Poſtremo nõ deerat, uel pauper uxor, quæ uiuendi pararet uoluptatẽ, & in iſta humanis ſenſibus pignorum blandimenta. Quę uos omnia quidem corpe, & caſtis ſenſibus, reſpuentes diuinæ ſententiæ formam religioſis actibus cuſtoditis, dicente ſcriptura. Quicunq; plus me fecerit domum, aut uxorem, aut filios, non eſt me dignus. Veſtra igitur intuentes exempla, nec illi de meritorum ſumma, anguſta ſui æſtimatione deſperent, qui ſubſtantia parili ad ſtudiũ uitæ huius aduenerunt. In hoc ergo filij chariſſimi uiuendi tramite conſtituti, uacate. Et uidete, quoniam ſuauis eſt dominus. Dies noctesq; lectionibus atque orationibus ducite. Et mei ſemper, quẽ inope & ſcientia abortiuum omnium ſacerdotum præceptorem uobis tanti habuiſtis eligere, mementote. Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite, confortamini, omnia ueſtra in charitate fiant, & deus pacis erit uobiſcum.

RELATIO MIRACVLORVM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, quæ per imaginem ipſius facta ſunt, in Beritho ciuitate, quinto Idus Nouembris.

APud Cæſarem Cappadociæ urbẽ permaximam, conuenientes de ſingulis urbibus Aſiæ ſanctiſſimi præſules, pro ſtabilimento ſanctę eccleſiæ inierunt conſilium. Si quidem apud eos, de cruore lateris domini noſtri Ieſu Chriſti non exiguus error exortus eſſe uidebatur. Qua ex re, ut præfati ſumus, in iam dicta urbe maximus congregatus eſt ſanctorum Epiſcoporum conuentus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed dum cuncti ex more in ſanctam eccleſiam ad reſidendum ſe contuliſſent. Petrus beatiſſimus Nicomediæ urbis antiſtes, in medio eorũ conſurgens, ita ad uniuerſos exorſus eſt loqui. Si placet, inquit, ueſtræ ſanctitati, o ſanctiſſimi patres, libellũ unum Athanaſij Alexandrinæ urbis magni Epiſcopi, me uobis referre delectat. Sãcta ſynodus reſpondit, Placet plane, & ut legatur, optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, & materiam ipſius tituli taliter aggreſſus eſt legendo.

INCIPIT LIBELLVS ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINAE VRBIS, DE PASSIONE IMAGInis domini noſtri Ieſu Chriſti, qualiter crucifixa eſt in Syria, in urbe quæ Berithus dicitur, temporibus Conſtantini ſenioris, & Hyrenæ uxoris eius.

DIlectiſſimi itaq; omnes filij ſanctæ eccleſiæ, mẽtis ueſtræ oculos ſimul & aures erigite, & conſyderantes admiremini rem geſtã, quã ad ueſtrã ſcientiã tranſmittere cupimus. Cernite cuncti infinita dei omnipotentis mirabilia, & ei laudes inceſſabiles reddite p̃ ſæcula. Contemplemini eius ineffabilẽ per cunctas generatiões benignitatis magnitudinẽ, multis modis luce clariorem, ſuper humanum genus reſplenduiſſe ſemp. Conſyderate ſublime diſpenſationis eius myſterium, & ideo ex nimia eius pietate permoti, aſſumite planctum, lachrymasq; amaras proferre mementote, ac ſingultibus ſuper tale miraculum in noſtra generatione patratum, quod pene omĩbus ſæculis eſt mandatũ. Deo qppe nihil impoſſibile, ſed etiã nec aliqd eſt difficile. Nam ſuper ea, q̃ ipſe modernis dignatus eſt patrare temporibus, omne cor obſtupeſcit, audientium fugit uiſus, hebetatẽ auditus. Sicut eñ in paſſione unigeniti ipſius expauit cœlũ, dei ęca imago eſt reddita, radij quoq; Solis luce obtenebrati ſunt, quinetiã terræ motus ſuo horrendo ſonitu abyſſi fundamẽta ualide exterruit, & mortuos plurimos quos tenebat, eructauit uiuificatos, ita & nunc ſecundo eadem ſigna pariter ſunt innouata. Igitur audientes intelligite, intelligẽtes obſtupeſcite, & ea quæ uobis intimare curamus, plena fide, & aure intenta cordis percipite. Eſt autem huiuſmodi ſeries narrationis.

Capitulum Primum.

EST quædam ciuitas in Syria, inter terminos Tyri & Sydonis poſita,
Berithus uocata, Antiochiæ uero ſubdita. In hac urbe innumerabilis
multitudo erat Hebræoꝝ, q̄uis eodem tẽpore ciuitas Metropolitana
obtineret dignitatẽ. Accidit autẽ, ut iuxta ſynagogam Hebrę orum, q̄
magna ualde habebat̃, quidam chriſticola a quodam ſuſcepiſſet cellu
lam, cenſumq; ei ex ea redderet. In qua dum ingreſſus eſſet ad habitan
dum icona domini noſtri Ieſu Chriſti, quam apud ſe habebat, fixit in pariete cõtra lectu
li ſui faciem, quæ etiam continebat in ſe integram domini ſtaturam. Euoluto deniq; nõ
paruo temporis ſpacio, iam prę libatus deicola perquirere ſtuduit in alio loco eiuſdẽ ur/
bis ſpacioſam domum ad habitandum. Quam cum repperiſſet, tollens cuncta, quæ ad ſe
pertinere uidebantur, egreſſus eſt de cellula. Domini autem prouidentia id agente, Ieſu
Chriſti domini noſtri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem domini occulto per/
actum eſt conſilio, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire,
ut oſtenderet cunctis ſe colentibus, ſuorum miraculorum uirtutem ad increpationẽ im
piorum, firmamẽtum quoq; ſuorum fidelium. Factum eſt autem poſt hæc, ut Hebræus
quidã eandem cellulam ſuſciperet ad habitandum. Quam ingreſſus, cum ſuis omnibus
cœpit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui dominicam iconam apud
ſe retinebat abſconditam. Die uero quadam idem Hebræus de ſuis contubernalibus in/
uitauit unum ad prãdium. Epulantibus illis eleuauit Hebræus, qui inuitatus fuerat, ocu
los, & uidit in interiori loco cellulæ eius iconam dominicam parieti cõnexam. Tunc ue/
hementi furore exardeſcens, cœpit fremere dentibus aduerſus eum, qui ipſum conuoca
uerat/ dicẽs. Tu Hebræus cum ſis, quomodo apud te Ieſu illius Nazareni iconam habes
repoſitam? Conuitia quoq; & opprobria tanta aduerſus dominum Saluatorem emiſit,
quanta nec aures fidelium ſufferre poſſunt. nec nos ſcriptis tradere prę ſumimus, ob iniu
riam noſtri redemptoris. Iudæus uero, qui illum maliuolum conuocauerat ad prãdium
ſatiſfacere illi cupiens, ſacramentis terribilibus profitebatur ſe aliquando minime, quam
præmonſtrabat, uidiſſe iconam. Ad hæc, qui inuitatus fuerat, ſiluit. Finito autem conui
uio abſceſſit, & abijt ad ſummos ſacerdotes & principes, & dixit eis. Notũ uobis ſit, quo/
niam Hebræus ille talis Ieſu Nazareni iconam apud ſe retinet clanculo. At illi hæc audi/
entes/ dixerunt ad eum. Nunquid poſſunt uera eſſe, quæ aſſeris? non credimus, niſi de/
monſtraueris. Ipſe uero affirmabat, quia ego in domo eius eam demonſtrare curabo.
Hæc illi audiẽtes, maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia iam hora incumbebat
ueſpertina, ſiluerunt. Mane uero facto, ſummi ſacerdotes, principes, & maiores natu ple
bis Iudæorum, aſſumentes ſecum illum, qui deum accuſauerat, ad domum ipſius uelo/
cius feſtinauerunt. Videntes autem uera eſſe, quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo,
qui hęc teſtificauerat, irruerunt in eum. Multiſq; contumelijs, ac uarijs cruciatibus affe/
ctum, extra ſynagogam ſemiuiuum proiecerunt.

Capitulum Secundum.

DEponentes autem domini noſtri Ieſu Chriſti iconam in terra, dixerũt
ad inuicem. Quoniam aures noſtras tetigit non exigua opinio, quod
Ieſum Nazarenum patres noſtri diuerſis modis illuſerunt, ita & nos
huic faciamus. Tunc cœperunt ſpuere in faciem imaginis domini Sal
uatoris noſtri, & percutiebant eum alapis, & inde dicentes. Quan ta
te Ieſu Galilæo noſtri genitores fecerunt, eadem & nos huic eius ima/
gini faciamus. Innumerabilibus itaque illuſionibus dominicam illuſerunt iconam. Ite/
rum dicunt, in eius paſſione ſcriptum eſſe agnoſcimus, quod eius pedes & manus in cru
ce confixæ ſunt, nos ṽo, quamuis moderniores tempore, nil prætermittentes, addamus
& hæc. Tunc crucifigentes iconam dominicam / clauos acutiſſimos adhibuerunt in
manibus

manibus,& pedibus illius imaginis. Poſt hæc permoti,magis ac magis fellis amaritudi/
ne dicunt inter ſe. Audiuimus quod patres noſtri Ieſu Galilæo acetum & fel in potum
cum ſpongia ꝓbuerunt,hoc & huic faciamus. Quod & ſic fecerunt,apponētes ad os ſan
ctæ icone noſtri redemptoris,acetū cum felle mixtum. Nec ſic itaq; cordis ſui maliciam
refrenantes,iterū dicunt. Didicimus quod noſtri maiores coronā cōtextam de ſpinis ca
piti illius crucifixi circūponebant,poſtmodum arundine percutiebant/ inſultantes ei,&
nos igitur nequaq̄ poſtponentes idipſum faciamus. Cumq; coronā ſpineam capiti illius
circūpoſuiſſent,accipientes arundinem,percutiebant caput imaginis illius,qui caput eſt
omnium ſanctorum. Ad extremum ṽo,cum inſaniam ſuę mentis tolerare non poſſent,
dixerunt,ſicut ueraciter didicimus,patres noſtri latus Ieſu lancea aperuerunt. Nos uero
ne aliquid minus feciſſe uideamur,& hoc ipſum adijciamus. Nullā ad hęc moram mediā
fecerunt,& afferri lanceam iuſſerunt,& ꝑceperunt cuidam hebræo tollere eam, & uali/
do ictu latus dextrum icone illius tranſfodere. Cumq; tam maximū facinus fuiſſet perpē
tratum,res mira & uehemēter ſtupenda,nulloq; unquā ſæculo unquā audita/ ibi repen
te eſt effecta. Nam ipſius uulneris locus,aqua & ſanguine ilico cœpit decurrere. Et ſicut
in paſſione dei filij Saluatoris mundi olim contigit cœlum expauiſſe,ita nunc quoq; pa/
riter deo præſtante,eadem innouanť ſiue reparantur. Vere enim in hoc facto,non ſolū
elementa mundi concuti potuere,ſed etiā uirtutes ſupernæ tale facinus exhorruere. Ti/
bi ergo Chriſte cum patre,ſpirituq; ſancto ſit gloria indeficiēs. Quis ēm eſt ſicut tu do/
mine,& quis eſt deus faciens mirabilia ſigna, & terribilia, & obſtupeſcēda in cœlo & in
terra? O admirabilis mediator dei & hominum,homouſion,mundi redemptor ac Sal/
uator,totius bonitatis & pietatis,fons & origo. O quantus es domine Ieſu in humilitate,
qui cum eſſes deus morticinium noſtræ carnis ſuſcipiendo,homo fieri dignatus es,pro
ſalute generis humani,quē impij & crudeles paulominus ab angelis minoratum cernen
tes,horribili morte plectere non erubuerunt. O quam magnus es noſter Saluator in pa/
tientia,qui in tēpore tuæ traditionis,tuo proditori ad te ueniendi oſculum præbere non
renuiſti, & ſeruo Malcho apoſtoli gladio abſciſſam auriculam reintegraſti,quando ad
paſſionis uictimam uelut ouis manſueta ducebaris. O quantus es in miſericordia Chri
ſte,ſpes unica mundi. Qui cum in cruce teipſum hoſtiā deo patri exhibuiſſes,ſanctā &
immaculatā,pro tuis crucifixoribus ueniam poſtulaſti,dicendo ad patrē. Pater,ignoſce
illis,qa neſciunt quid faciunt. Tunc q̄dem pro noſtra ſalute incuruatus,in eadem carne,
quā ex uirgine ſancta & immaculata aſſumpſeras,mortem ꝑtuliſti crudelem. Et q̄ eras
in ſubſtantia cum patre,ſanctoq; ſpiritu unus & impaſſibilis exiſtens,& inuiſibilis,con/
doluiſti humanam perire naturā. Et ideo in hanc lachrymarū uallem deſcendēs,pro no/
ſtris erratibus & piaculis,formā ſeruilem ſuſcepiſti,in qua te permiſiſti ab iniquis teneri,
flagellari,ad ultimum ṽo crucifigi. Nunc autē in ſancta imagine tua crucifigeris domi/
ne iterum ad cōfuſionē impiorum omnium fidelium,& ad corroborationē omniū in te
credentiū. Et ideo tibi omnipotenti deo,una cū patre,ſpirituq; ſancto gloria ſit,per cun/
cta ſæculorū ſæcula,decus,& fortitudo,uirtus,atq; uictoria. Amen.

Capitulum Tertium.

AVdite omnes Eccleſiæ filij cætera,quæ poſtmodum facta ſunt,ipſius
enim myſterij fuit diſpēſatio. Poſtq̄ enim,ut ſuperius dictum eſt,latus
ſanctæ imaginis illius lancea apertum eſt,continuo exiuit ſanguis &
aqua. Dixerunt autem principes ſacerdotum,afferatur uas ad locum
uulneris,& uideamus exitum rei. Qui ilico detulerunt hydriam,& ad
locum uulneris,unde ſanguis & aqua decurrebant,ſtatuerunt. Quæ
abſq; ulla mora ſubito repleta eſt. Dixerunt autē ad inuicē. Quoniā ſuſurrant Chriſtum
colētes,quod ſigna & mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, q̄ nemo alius potuit a/
gere. Accipiamus hunc ſanguinē,& aquā hanc,& deferamus ad noſtrā ſynagogam, &
cōgregemus uniuerſos,q̄ ſe male habēt,& ex hoc pungamus eos,& ſi uera ſunt ea, q̄ de
Chriſto dicunť,continuo ſanabunť. Sin alias,oſtentui habeantur a nobis cuncta,quæ a

ſuis

ſuis ſequacibus aſtruuntur de eo. Hæc dicentes, hydriam deferunt ad ſynagogam, æſti/
mantes ſe Chriſto Ieſu domino noſtro ęterni regis filio, maximam inferre poſſe iniuriã.
Congregauerunt igitur quoſcunq; reperierunt languidos, & in conſpectu cunctorum
Hebræorum introducti in ſynagogam, inter quos quidem prouectæ ętatis erat homo,
quẽ a natiuitate ſua grauiſſima poſſederat corpis moleſtia, q̃ græca locutiõe παραλυσισ,
latina ỹo diſſolutio membroꝝ dicitur. Hic dum primum ab eis fuiſſet perunctus, repen
te de ſuo grabato, quaſi ceruus exiliens, ad laudẽ filij dei incolumis redditus, ad propria
remeauit. Deinde adducentes cæcos nõnullos, loca eoꝝ luminum perungere ſtude/
runt. Qui ipſi ſtatim in Ieſu Chriſti nomine diſcuſſa cæcitate, poſt multos annos, lumen
amiſſum recipe meruerũt. Aegrotantes autẽ plurimi ad hoc ſpectaculum ſunt adducti,
manibus poſt terga reuinctis. Cumq; & illi fuiſſent peruncti, mirabili dei uirtute undiq;
perfuſi, ſenſu reintegrato priſtino, ad propria dum reuertunt̃ ſaniſſimi, laudes dei omni/
potẽtis filio Ieſu Chriſto domino Saluatori noſtro perſoluunt̃ ab omni populo. Tumul
tus autẽ exortus eſt magnus per totã eandẽ urbem cõcurrentibus omnibus, propter in/
numerabilia quæ fiebant miracula. Er qcunq; uarijs languoribus infirmos poſſeſſos ha/
bebant apud ſe, illuc eos deducentes pungebant, & ſtatim ſanitatem quã deſyderabant,
conſequebant̃. Omnes autẽ ad quoſcunq; peruenire potuit opinio, afferentes infirmos,
quos habere poterãt in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, ſurdos, mutos, & leproſos
ſiue aridos, deducebant eos ad ſynagogam Iudæoꝝ, ubi hæc fiebãt ſigna diuinitus. Sed
quamuis maxima eſſet hęc eadẽ ſynagoga, nequaq̃ tamen recipere poterat ſuperuenien
tium multitudinẽ. Infinitæ enim erant populoꝝ cateruæ, quæ undiq; illuc confluebant
propter innumerabilia miracula & prodigia, quę pro ſua nimia prolixitate ne faſtidium
generent, trãſgrediendo prætermittuntur. Omnes autẽ principes ſacerdotum, & ſenio/
res, & omnis turba Iudæoꝝ paruuloꝝ, ac maiorum, & mulieꝝ, uidentes quæ facta fue/
rant, crediderunt in dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, & dicebãt. Gloria tibi ſit æternę
deus, & omnipotẽs pater, qui nobis indignis, q̃uis ſero, reuelaſti unicum filium tuũ do/
minum noſtrũ Ieſum Chriſtum, quẽ ut Eſaiæ uaticiniũ cęcinit, uirgo cõcepit, & uirgo
peperit, ac poſt partum uirgo ꝑmanſit. Gloria ſit tibi Chriſte, quem patres noſtri uerum
deũ, & uerum hominẽ, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiã
a nobis iteꝝ paſſus es te in imagine tua cruci affigere. Gloria ſit tibi Chriſte fili dei, q tan
ta mirabilia nobis miſeris demõſtraſti. Te credimus, tu nobis eſto propicius, & nos ſuſ/
cipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atq; uirtute ad te confugimus. Hæc &
his ſimilia clamãtes dicebant, lachrymas autẽ amaras emittebant & ſingultus.

Capitulum quartum.

POſtquam autẽ curati ſunt cuncti, qui ęgritudine detinebãtur, occurrit
omnis multitudo Iudæorum ad domum ſanctæ eccleſiæ, quæ in eadem
urbe erat, ubi Metropolitanus. Cuius prouoluti ueſtigijs, ſe peccaſſe, ſe
grauiter deliquiſſe, magnis uocibus fatebantur. Qui cum ab eis perqui
reret omnẽ rei geſtæ ueritatem, ſanctam iconam domini Saluatoris ei/
dem demonſtrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant. Et
qualiter ab ictu lanceæ, ſanguis & aqua emanauit ex latere ipſius, necnon & de mirabi/
libus ab ea oſtenſis, illi retulerunt per ordinẽ. Ille ỹo interrogabat, qualiter icona ipſa ab
eis fuiſſet reperta, & ſi ab aliquo eam excepiſſent. At illi retulerunt ei. Quod qdam chri/
ſticola per obliuionem in cellula ſynagogæ proxima dimiſiſſet eandem iconam, dum ſe
ad alium locum transferret hoſpitandi gratia. Qui ſtatim iubetur inquiri, & repertus in
præſentia domini Metropolitani ſtatuntur. Cumq; ab eo ſtudioſiſſime fuiſſet interroga
tus, quomodo icona apud ſe deueniſſet, uel a quo tam mirabiliter polita eſſet, reſpondit
dicẽs, quod Nicodemus qui ad Ieſum nocte uenerat, proprijs manibus eam cõpoſuiſſet,
& moriens Gamalieli tradidiſſet. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδασκαλοσ,
cum diem ſibi cerneret adeſſe extremũ, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Symeoni, & Sy
meon

meon Zacheo,& ſic per ſucceſſores tempoꝝ in Hieroſolyma perdurauit, uſqꝫquo ſub/
uerſio illius urbis patrata eſt quadrageſimo & tertio anno poſt Aſcenſionē domini Sal/
uatoris ad cælos.Sed bienniū anteꝗ Titus & Veſpaſianus eandem ſubuerterent urbem,
admoniti ſunt a ſpiritu ſancto fideles atqꝫ diſcipuli Chriſti,ut relicta urbe,ad regnum ſe
transferrent Agrippȩ regis,quia ipſe tunc Agrippa Romanis fœderatus erat.Qui egreſ
ſi ab urbe,omnia q̄ ad cultum noſtræ religionis,uel fidei pertinere uidebantur,ſecū auſe
rentes,in has regiones trāſtulerunt ſe.Quo tēpore etiam icona,cum cæteris rebus eccle
ſiaſticis deportata,uſqꝫ hodie in Syria permanſit,quā ego ipſe a parētibus ex hac luce mi
grantibus mihi traditā,iure hȩreditario uſqꝫ nunc poſſedi.Hæc certa & manifeſta ratio
eſt de icona ſancta domini Saluatoris,qualiter de Syria in Iudeȩ partes deuenit. Auditis
his ſermonibus,reuerendiſſimus Metropolitanus,ualde hilaris redditus,cōuerſus ad po
pulum iſraeliticum,dicebat.Conuertere iſrael ad dominum patrē uniuerſorum uiuen/
tium,& adora nobiſcum eius filium, per quem ſunt omnia creata,& ſpiritumſanctum,
qui eſt uiuificator cunctorum uiuentium,& illuminator noſtrarum animarum.Feſtina
debitum abſoluere uotum.Omnis autem turba ſtirpis iudaicæ,clara uoce cœpit canta/
re,& dicere.Vnus deus pater/& ipſe ingenitus,Vnus filius/& ipē unigenitus Chriſtus,
quem patres noſtri crucifixerunt,& nos ipſum agnouimus uerum dominum.Vnus Spi
ritusſanctus/& ab utroque procedens,per quem ueraciter nos credimus eſſe ſaluandos.
Hæc dicentes,proſtrati genibus ipſius,ueniam poſtulabant de ſuis conſequi ſceleribus,
per baptiſmi remedium.Quos ſuſcipiens beatus antiſtes cum ſuis clericis,per dies pluri/
mos de diſciplina erudiuit chriſtiana.Ad ultimum ꝟo cathecuminos factos, & tridua/
no peracto ieiunio,ex aqua & ſpirituſancto regenerauit eos.

Capitulum Quintum.

POſtquā uero baptiſmum conſecuti ſunt,rogabāt enixius ſanctum ui/
rum,ut ſynagogam ſuam eccleſiam cōſecraret,in honore ſancti Salua/
toris mundi.Quoꝝ petitionē minime aſpernatus/ſynagogā illorum,
q̄ maior eſſe uidebatur,in nomine unigenitii dei filij redemptoris mun
di,cōſecrauit.Extunc itaqꝫ per diuerſas orbis terræ nationes & prouin
cias,mos inoleuit,ut baſilicas plurimas uel oratoria,pontifices chriſtia/
næ legis,in honore ſancti Saluatoris mundi condere,& dedicare non deſinant.Nam an/
tea antiquiores noſtri,uel maiores.hoc peragere minime præſumpſerunt. Sed ad narra/
tionis ueſtræ ordinem reflectamus articulum.Rogauerunt autem Metropolitani præ/
fatum uirum,ut cæteras ſynagogas eorum in honore quorūdam beatorum martyrum
conſecrando recōciliaret.Itaqꝫ & huic petitioni libenter animum accōmodauit,& quȩ
illi ſuggeſſerunt,dei iuuamine fretus,cuncta expleuit deuotus. Factum eſt gaudiū ma/
gnum in ciuitate illa,non ſolum de ſanitate corporum,quæ emanauerat maxima, ſed &
de tantis animabus,quæ ab interitu ſathanæ ad uitam æternam fuerant reuocatæ.

Capitulum Sextum,

VEnerabilis ꝟo & ſummus antiſtes,die noctuqꝫ uarijs fluctuabat cogi/
tationibus de hydria,quæ dominicum intra ſe retinebat cruorem. Val
de hæſitans,quid de ea opportunum fuiſſet peragere.Tandem autem
ſalubri reperto conſilio,omnium eccleſiaꝝ,quæ per orbem terræ,lon/
ge lateqꝫ conſiſtebant,inæſtimabile atqꝫ profutuꝝ prouidit cōſolatio/
nis remedium.Denique ampullas præcepit fieri uitreas,in quibus por
tiones miſit ſingulas de ſanguine & aqua,quæ de imagine domini Saluatoris noſtri de/
currerant,quas etiā per Aſiam,Affricam, Europam, per ſuos nuncios dirigens,cuncta
quæ apud urbem iam dictam ſuo tēpore contigerant,deueniſſe ſuis ſcriptis uel eloquijs
manifeſtiſſime uniuerſis ſanctæ eccleſiæ filijs uiriliter declarauit.Hoc inſuper ab eis efla
gitans,ut per annos ſingulos in menſe nouēbri,qui apud Hebræos eſt nonus,apud nos
uero menſis undecimus,nono die ipſius menſis,id eſt,quinto idus Nouēbris,nō minori
reuerentia,ꝗ Natalis domini,uel paſcalis,iſta dies præcipua obſeruatione colatur.

Capitulū

Capitulum Septimum.

HAec eſt uera & uehemēter credula ratio de cruore lateris domini noſtri Saluatoris,qui profluxit de ſancta imagine ipſius,quæ crucifixa eſt in Syria,in Beritho ciuitate.Hic eſt etiam ſanguis ille dominicus,qui apud plerosq; repertus eſſe dicitur.Nec eſſe aliter æſtimandum eſt a uere catholicis,pręter id quod ſcribitur a nobis,quaſi ex carne & ſanguine Chriſti aliquid poſſit in mundo inuenire,niſi illud quod in ara altaris per manus ſacerdotum quotidie ſpiritualiter efficitur. Hæc ergo ſciens amantiſſimi patres & fratres accelerauí declarare,uobis ad ædificationem animarū ueſtrarū,ad incrementum ueſtræ fidei,ut & in hoc ſcire ualeatis,quanta ſit uirtus & pietas domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.Idcirco in fide fortes eſtote,& congaudete ſuper magna & obſtupeſcenda eius miracula,quæ in noſtra generatione a deo ſunt patrata.Et date illi gloriā cum lętícia gaudentes,& cum nimia cordis compunctione eius maieſtati immēſas gratias agite,eo q̄d fidei ſuæ,& ſcientiæ dignos nos fecit eſſe. Ipſi Chriſto Ieſu Saluatori noſtro cum patre,ſanctoq; ſpiritu,gloria ſit,honorq;,laus etiā perennis.Qui ſempiternum,atq; indiuiſum abſq; initio & fine obtinet imperium.Amē.

FINIS.

INCIPIT ATHANASII EPISTOLA, ET AEGYPTIORVM PONtificum,ad Marcum papam pro exemplaribus Niceni concilij,quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

DOmino Sancto,& apoſtolici culminis uenerando Marco ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis,atq; uniuerſalis eccleſiæ Papę,Athanaſius & uniuerſi Aegyptiorum Epiſcopi. Ad uos perueniſſe nō dubitamus, quanta & qualia ab hęreticis,& maxime ab arrianis quotidie patimur. Quoniā in tantum ab eis pſequimur,ut etiam uiuere iam nos tædeat. *Arriani.* Nam inſtanti tempore,ſubito & inſperate in nos irruentes,nosq; iuxta p̄ceptum domini,qui ait,Si uos perſecuti fuerint in unam ciuitatem,fugite in aliam,fugiendo propter cladem populi eos declinantes,nos compręhendere non ualuerunt,ſed omnia noſtra depopulati ſunt.In tātum etiam noſtra uaſtauerunt,ut nec libros,nec ueſtimenta eccleſiaſtica,aliaque ornamenta,nec reliqua utenſilia nobis dimiſerint.Libros uero noſtros uſq; ad minimum incendentes,nec iota unum relinquentes,propter ueritatis fidem Nycenam ſynodum,qua clerus & populus imbuebatur,& maxime iam imbuti erant,in contumeliam noſtram,& omnium Chriſtianoꝝ incenderunt. *Nicenum concilium.* Quapropter precamur pater beatiſſime,quia non dubitamus apud uos plenaria eſſe Niceni concilij exemplaria,ut illa nobis,quæ ſanctæ recordationis p̄deceſſoris ueſtri Silueſtri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione.Nam quando p̄dictæ ſynodo cum pontifice noſtro,idest, Alexandrinæ magnæ ciuitatis epiſcopo in diaconatus interfuimus officio,ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio,per beatos uiros,Victorem & Vincentium preſbyteros,apoſtolicæ ſedis apocriſiarios,miſſa ſunt prędicto Papæ Silueſtro cum aſtipulatiōe ſubnexa capitula ſeptuaginta.Sane p̄ſentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata ſunt ſynodo ſemel,& quadraginta a græcis græca dicta lingua,& quadraginta a latinis ſimiliter dicta latina lingua.Sed uiſum eſt trecentis decem & octo partibus,ſancto ſpiritu repletis,in prædicto concilio congregatis,& maxime iam dicto Alexandro,& apoſtolicę ſedis apocriſiarijs,ut decem capitula adunarentur alijs,atq; congruis in locis infererent, & ad formam ſeptuaginta diſcipuloꝝ,uel totius orbis terræ linguarum ſeptuaginta,tanti & tam excellentis concilij fierent capitula,quæ omnem Chriſtianoꝝ informarent orbem,& omnes ſub ſacerdotali nomine,& Chriſtiano degētes,una fides, & una ſacerdotalis regeret norma,nec quiſquam a ſuo diſſideret capite.Nūc ergo,quia,ut prædictum eſt,inimici ſanctæ dei eccleſiæ,& maxime Arriani,a quibus quotidie expugnamur,& opprimimur,præfata ſeptuaginta Niceni concilij capitula,quæ præfata ſynodo iam fa-

cta, iubente domino meo Alexandro omnium Epiſcopoꝝ decreto attuli, quæ etiã co/
ram omnibus recitaui atq; tranſcripſi, ſunt igne combuſta, optamus ut a ueſtræ ſanctæ
ſedis eccleſiæ authoritate, quæ eſt mater & caput omnium eccleſiaꝝ, ea ad correctionẽ
& recreationem fidelium orthodoxorum ꝑcipere per p̄ſentes legatos mereamur, qua/
tinus ueſtra fulti authoritate, ueſtriſq; præcibus roborati, illęſi a memoratis æmulis ſan/
ctę dei eccleſiæ, & noſtris euadere, nobiſq; commiſſos eruere ualeamus. Vere nouimus
apoſtolatus ueſtri cor gratia Sanctiſpiritus intantũ eſſe accenſum, ut omnibus oppreſſis
ſuccurratis, quanto magis nobis. Qui licet exigui ordinis, tamen ueſtri ſumus, uobiſq;
obedientes cum omnibus nobis cõmiſſis, & ſumus, & eſſe ſemper uolumus. Ideo decet,
& oportet uos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ neceſſaria, iuxta ſapientiã quam uo
bis prę̄ſtitit altiſſimus, eſſe cognoueritis, abſq; tarditate præſtare, ut tantæ miſeriæ ſqua/
lores a fidelium mẽtibus detergantur, & quaſi uulnus corpori infixum, auditu tantæ mi
ſeriæ obſerato, ſalutari curetur antidoto, ut diuino freti iuuamine, ueſtraq; authoritate
atq; auxilio roborati, aduerſantium tergiuerſationes euadere ualeamus, atq; inconfuſo
uultu, non fraude cuiuſquam perculſi aſſiſtere, æterno iudici mereamur, & uocem au/
dire inquientem. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſup̄ pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te
conſtituam. Intra in gaudium domini tui. Et ſubſcriptio. Orantem pro nobis ſanctum
apoſtolatum ueſtrum ſuis dominus conſeruet temporibus.

RESCRIPTVM MARCI PAPAE, DE MISSIONE CAPITVlorum Niceni Concilij Athanaſio, & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis.

DOminis Venerabilibus fratribus Athanaſio, & uniuerſis Aegyptioꝝ
epiſcopis, Marcus ſanctæ Romanæ, apoſtolicæq; ſedis, & uniuerſalis
eccleſiæ Epiſcopus. Doleo fratres, & nimium contriſtor ſuper affli/
ctione ueſtra, ſed oppido cõſolor, quod uento agitata non eſtis harun/
do, ſed recti in fide, inter omnes procellarum & turbinum afflictiones,
inter omnes colluctationes, inceſſanter perduratis. Lectis ergo frater/
nitatis ueſtræ literis, uigorem conſtantiæ ueſtræ, quã olim noueramus, agnouimus. Cõ
gratulantes uobis, quod ad cuſtodiendũ gregem/paſtoralem curam uigilanter inſequi/
mini. Ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrarunt, beſtiali ſeuitia ſimplices quaſq; dilace
rent. Qui non ad hoc ſubintrarunt, ut aliqua correctione proficiãt, ſed ut ea, quę ſunt ſa/
na, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionẽ ueſtram, ut bonum quod cœ
piſtis, adminiculante diuina gratia, uſq; in finem perducere ſatagatis, ueritatis uoce mo/
nente. Beatus, qui perſeuerauerit in finem. Vnde enim beata p̄ſeuerantia, niſi de uirtute
patientiæ? Nam iuxta apoſtolum. Omnes, qui uoluerint pie uiuere in Chriſto, perſecu/ *Perſecutio bo*
tionem patientur. Quæ non in eo tantũ computanda eſt, quod contra Chriſtianam pie/ *norum.*
tatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunq; ſupplicijs, cum perſecutionũ ſæui/
tiam ſuppleant, ſed diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedietium, & maligna/
rum tela linguarum, quibus conflictationibus ut communia ſemper membra pulſant,
ut nulla piorum portio conflictatione ſit libera, ita ut nec periculis, nec ocio careant, nec
labore. Nam hæc, & omnia incrementa probabilium ſtudioꝝ, & in eis uſq; in finẽ perſe
uerantium, atq; bonæ uoluntatis incrementa, ad Chriſti gratiam ſemper ſunt referenda,
ut in omnibus quæ agimus, deus omni perfecte laudet̃ tẽpore. De capituloꝝ nanq; ue/
ritate & numero; Niceni concilij, quibus uos interfuiſſe literis ueſtræ fraternitatis ſignifi
caſtis, a noſtris, qui una uobiſcum interfuerũt, diligentioribus requiſiuimus collocutio/
nibus. Qui ita, ut ueſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnem nobis ordinem expoſuerunt, & ue/
ſtram epiſtolam per omnia ueram eſſe teſtati ſunt, non ut aliqd ſiniſtrum ueſtra ex parte
arbitremur, ſed nos & uos, illoſq; abſq; ulla in poſterum titubatione unum ſentire opta/
remus, & ſancta Romanã eccleſia, quæ ſemp̄ immaculata manſit, & domino prouiden/
te, & beato apoſtolo Petro opem ferente, in futuro manebit, ſine ulla hæreticoꝝ inſul/

tatione,firma & immobilis omni tẽpore perſiſtet.His itaq; peractis,diligenter requiren
tes,in ſancto noſtræ & apoſtolicæ ſedis ſcrinio,eadẽ quæ ſanctæ recordatiõis pdeceſſori
meo Siluestro ſunt directa,ſeptuaginta, ſicut ſignificaſtis capitula inuenimus. Ipſa autẽ
uobis,propter authoritatẽ & ſubſcriptionẽ tantorum patrum,& eius magni concilij,mi
nime miſimus,ſed per eadem,coramq; apocriſiarijs ueſtris,alia ſimilia,eundem numerũ,
eademq; uerba,& ipſam ſubſcriptionẽ continentia,uobis reſcribere,& ſub certa ſtipula
tione & cõfirmatione mittere curauimus.Et quis eſt,q fratribus talia negare audeat? Nã
non neganda nobis hæc Sancti ſpiritus dona dominus docuit,ſed fideliter exercenda,&
fratribus contradenda,& docenda diſtribuit.Hæc apoſtolorũ uiua traditio,hæc eſt ue/
ra charitas,quæ pdicanda eſt,& pcipue diligenda ac fouenda,atq; fiducialiter ab omni/
bus tenenda hæc ſancta & apoſtolica mater omnium eccleſiarũ Chriſti eccleſia,q̃ per o/
mnipotentis dei gratiã a tramite apoſtolicæ traditionis nunq̃ erraſſe probat̃,nec hæreti/
corum nouitatibus deprauanda ſuccubuit,ſed ut in exordio normam fidei Chriſtianæ
pcepit ab authoribus ſuis apoſtolorũ Chriſti principibus,illibata finetenus manet ſecun
dum ipſius domini Saluatoris diuinã pollicitationẽ,qui ſuorum diſcipulorũ principi in
Fides Petri nõ defectura. ſuis fatus eſt euangelijs.Petre(inquiens)ecce Sathan expetiuit,ut cribraret uos,ſicut qui
cribrat triticum,ego autẽ pro te rogaui,ut non deficiat fides tua,& tu aliquando conuer
ſus confirma fratres tuos. Conſyderet itaq; ueſtra excellens prudentia,q̃ bonum ſit per/
ſiſtere in diſpẽſatione uobis credita,& in fide recta,atq; hæreticis & æmulis Chriſti repu
gnare,& nunq̃ a ueritatis tramite declinare.Quoniã dominus & ſaluator omniũ,cuius
fides eſt,qui pro nobis mori non dubitauit,& proprio nos ſuo ſanguine redemit, q fidẽ
beati Petri nõ defecturam pmiſit,& confirmare eum fratres ſuos admonuit. Quod apo
ſtolicos põtifices meç exiguitatis pdeceſſores cõfidenter feciſſe,ſemp cunctis eſt cogni
tum.Quorũ & puſillitas mea,licet impar ſit & infima,pro ſuſcepta tamen diuina digna/
tione/miniſterio pediſſequa cupit exiſtere. Ve enim erit nobis, q huius miniſterij onus
ſuſceptum habemus,ſi ueritatẽ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,quã apoſtoli pdicauerunt,
pdicare neglexerimus. Ve etiam erit nobis,ſi ſilentio ueritatẽ oppreſſerimus,qui eroga/
re nũmularijs iubemur,id eſt,chriſtianos populos imbuere,& docere. Quid in ipſius
Chriſti futuro dicturi ſumus examine,ſi ſermonis eius ueritatẽ confundimur pdicare?
Quid erit de nobis,cũ de cõmiſſis nobis animabus,& de officio ſuſceptο,rationẽ iuſtus
iudex Chriſtus deus diſtrictam egerit? Ideo fratres,hortor dilectionẽ ueſtrã,obteſtor,
& moneo,ut qua debetis ſolicitudine,uigiletis ad inueſtigandos hęreticos, & inimicos
ſanctæ dei eccleſiæ,& a ſanis mẽtibus ne peſtis hæc latius diuulget̃,ſcueritate,qua pote/
ſtis pro uiribus extirpetis.Quantũ eñ habebit a deo dignę remunerationis pmium,qui
diligẽtius quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proſit,fuerit executus.Ita ante tribunal
domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare,quicunq; plebem ſuam cõtra ſacri/
legę perſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Data,viij.Kl.Nouembris,Nepotiano &
Secundo,uiris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA INCREPATORIA

IVLII PAPAE AD ORIENTALES EPISCOPOS PRO cauſis Athanaſij,& exceſſibus cõtra Romanã eccleſiã.

VEnerabilibus Fratribus uniuerſis orientalibus Epiſcopis Iulius. De/
cuerat uos fratres,alios eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis,& nõ talibus
arguere machinamentis,dicente Domino.Neminẽ concutiatis,neq;
calumniã faciatis,& reliqua. De qua re apoſtolus Paulus nos inſtruit,
dicens.Fratres,ſi poccupatus fuerit homo in aliq̃ delicto,uos qui ſpiri
tuales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis,cõſyderans teipm,
& ne tu tenteris,& reliqua. Et alibi Petrus apoſtolus ait. Omnes unanimes in oratione
eſtote

eſtote cõpatientes,fraternitatis amatores,miſericordes,mõdeſti,humiles. Non redderi/
tes malum ꝓ malo,uel maledictũ pro maledicto,ſed econtrario benedicentes. Quia in
hoc uocati eſtis,ut benedictionẽ hęreditare poſſideatis. Qui enĩ uult uitã diligere,& ui/
dere dies bonos,coerceat linguã ſuam a malo,& labia ſua,ne loquanť dolum. Declinet a
malo,& faciat bonũ,ingrat pacẽ,& perſequať eam,qa oculi domini ſuꝑ iuſtos, & aures
eius in ꝑces eoꝝ. Vultus autẽ domini,ſuꝑ facientes mala. Quid peius eſt fratres,ꝗ quod
ſacerdotes domini,qui ab omni mala coingnatione, & a nocumẽto omniũ Chriſtiano/
rum alieni debent exiſtere,quãto magis a fratrũ & coepiſcopoꝝ inſidijs, ꝗs tueri & ſub/
leuare debent,quos fouere & diligere,ſummoꝑe oportet,ꝑſequunť eos,eijcere & cõmu
ni re priuare decertant? Nec recordamini ſapientiam,quæ ait. Peruerſę enim cogitatio/
nes ſeparant homines a Deo,quãto magis opera iniqua. Quid enim nequius eſt,quam
illos,de quibus dominus ait. Qui uos tangit,tangit pupillam oculi mei,quiſquam euer/
tere,perſequi,deſtruere nitatur? Probata autẽ uirtus portat,pretegit,& conſolať oppreſ/
ſos,& docet inſipientes. Eſt enim teſtis humani cordis,ſcrutatorq; uerus ſingularum cõ
ſcientiarum,& linguarum ſingularum auditor,quoniam ſpiritus domini repleuit orbẽ
terrarum,& hoc quod continet om̃ia ſcientiam habet uocis. Et alias idem ipſe ait. Deus
charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis,quoniã filium ſuum unigenitum miſit
deus in mundũ,ut uiuamus per eum. In hoc eſt charitas,non quaſi nos dilexerimus deũ,
ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis
noſtris. Chariſſimi,ſi deus dilexit nos,& nos debemus inuicẽ diligere. Deum nemo ui/
dit unquã. Si diligamus inuicem,deus in nobis manet,& charitas eius in nobis perfecta
eſt. In hoc intelligimus,quoniã in eo manemus,& ipſe in nobis,quoniam de ſpiritu ſuo
dedit nobis. Et nos uidimus,& teſtificamur,quoniam pater miſit filium ſuum Saluatorẽ
mundi. Quiſquis cõfeſſus,quoniã Ieſus eſt filius dei,deus in eo manet, & ipſe in deo. Et
nos cognouimus,& credidimus charitati,quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt,
& qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo. In hoc ꝑfecta eſt charitas,nobiſcũ
ut fiduciam habeamus in die iudicij,qa ſicut ille eſt,& nos ſumus in hoc mundo. Timor
non eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras mittit timorem,quoniam timor pœnam
habet. Qui autem timet,nõ eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, quo/ *Timor non eſt*
niam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit,quoniam diligo deum,& fratrẽ oderit,men/ *in charitate.*
dax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum,quem uidet,quomodo deum,quem nõ ui/
det,poteſt diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo,ut qui diligit deum,diligat & fratrẽ
ſuum. Nam ipſa ſapientia ait. Lingua ſapientium,ornat ſcientiã,os fatuorum ebullit ſtul
titiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos,& malos. Lingua placabilis,li/
gnum uitæ. Quæ autem immoderata eſt,conteret ſpiritũ. Domus iuſti,plurima fortitu
do,& in fructibus impij conturbatio,labia ſapientium diſſeminabunt ſapientiã,cor ſtul
torum diſſimile erit. Victimæ impiorum abominabiles ſunt domino,uota iuſtoꝝ placa
bilia. Qui ſequitur iuſticiam,diligitur a domino. Item alibi, Labia iuſti conſyderant pla
cida,os impiorum peruerſa. Simplicitas iuſtorum diriget eos,& ſupplantatio peruerſo/
rum uaſtabit illos. Iuſticia rectoꝝ liberabit eos,& in inſidijs ſuis capientur iniqui. Iuſtus
de anguſtia liberabiť,& tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuũ,iuſti
autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas,& in ꝑditione impi/
orum erit laudatio. In benedictione iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas,& in ore impiorum ſub/
uertetur. Nec conſyderatis,qui fratres perſequi nõ ceſſatis,qualia Iob patientiſſimus in/
ter cętera exorſus,loquitur. Auris audiens beatificabat me,& oculus uidens teſtimoniũ
reddebat mihi,eo quod liberaſſem pauperem uociferantem,& pupillum,cui non eſſet
adiutor. Benedictio perituri ſuper me ueniebat,& cor uiduę conſolatus ſum,iuſtitia in/
dutus ſum,& ueſtiuit me,ſicut ueſtimento & diademate iudicio meo. Oculus ſui cęco,
& pes claudo. Pater eram pauperꝫ,& cauſam quam neſciebam,diligentiſſime inueſtiga
bam. Conterebã molas iniqui,& de dentibus illius conferebam prędam. Et paulo poſt.
Si negaui,inquit,quod uolebãt,pauperibus,& oculos uiduæ expectare feci. Si comedi

Xx ij buccellã

buccellam meam ſolus,& nõ comedit pupillus ex ea,qa ab infantia mea creuit mecum
miſeratio,& de utero matris meæ egreſſa eſt mecum. Nam ſi quis hæc recto omnia con
ſyderauerit oculo,nequaq̃ fratres nocere,ſed liberare feſtinabit. Quia nihil deterius eſt,

Synodus Nicena ad emendationem eccleſie facta.

q̃ ciues ciuibus inuidere,& fratres fratribus inſidiari,aut calumnias facere. Talibus eñ
ſuffragari uolentes inſidijs ſancti,ſynodum cõgregauerunt generalẽ in Nicæa,uitã cor/
rigere hominum cupientes in eccleſia cõmorantium. Licet dudum inſtituta ſanctorum
patrum multa eſſent conſcripta,poſuerunt leges,quos ſacros canones appellamus, qbus
multa pernecceſſaria ad ſtatum eccleſiæ ſanctæ Dei,& ſupplementũ calumniarum eius,
id eſt,epiſcopoꝝ,qui eam proprijs humeris geſtant, ut qui talia tentauerint,aut eis no/
cere pſumpſerint,ſiqdem clerici fuerint,a proprio gradu decident. Si uero monachi,aut
laici fuerint,anathematizantur. Quibus armati exemplis oportere arbitrati ſumus ab o/
mnipotente Deo inſpirati,ut hãc accenſam diſcordiæ flammam extinguere debeamus,
apoſtolica authoritate,& nõ concedere eam ulterius animas depaſci humanas. Quapro
pter una cum omĩbus apoſtolicæ ſubiectis regulæ ſancimus,ne quiſq̃ deinceps Chriſti/
anorum talia ppetrare,aut Epiſcopis talia aſſerere nocumenta,temere pſumat,cũ & do/
ctor gentiũ id ipſum prohibeat,dicens. Seniorem ne increpaueris,ſed obſecra ut patrẽ,
& reliqua. Bonum eſt nanq; proculdubio,& omĩbus timentibus Deũ deſyderabile,co
hibere diſſenſiones & altercationes,fratribus ſubuenire,& inuicẽ nõ inuidere, ſed adiu
uare. Audiať,inquit,iam dicta in Nicęa ciuitate ſynodus,cui & ego ipſe cõſcientię meę
cultũ decenter exhibui,nihil aliud uolens,q̃ concordiã omĩbus fabricare, & prę cunctis
arguere,& remouere hanc inſidiantium altercationẽ. Quas puidentes ſancti patres inſi/
dias & altercationes unanimiter in pdicta Nicæa ſtatuerũt ſynodo,ut nullus epiſcopus,
niſi in legitima ſynodo,& ſuo tẽpore apoſtolica authoritate cõuocata, ſup quibuſdã cri
minationibus pulſatus audiať,id eſt,iudicetur/ uel damnetur. Sin aliter prę ſumptum a
qbuſdam fuerit,in uanum deducať quod egerint,nec inter eccleſiaſtica ullo modo repu
tabuntur. Ipſi uero primæ ſędis eccleſiæ,conuocandarum generalium ſynodoꝝ iura &
iudicia epiſcopoꝝ,ſingulari priuilegio,euangelicis,& apoſtolicis,atq; canonicis cõceſ/
ſa ſunt inſtitutis,quæ ſemp maiores cauſæ,ad ſedẽ apoſtolicã multis authoritatibus re/
ferri pceptæ ſunt. Nec ullo modo poteſt maior a minore iudicari. Ipſa nanq; omĩbus ma
ior & plata eſt eccleſijs. Quæ non ſolũmodo canonum,& ſanctoꝝ patrum decretis,ſed
domini Saluatoris noſtri uoce ſingularẽ obtinuit principatũ. Tu es (inquiens) Petrus,
& ſuper hãc petrã ædificabo eccleſiam meã,& reliqua. Et quæcunq; ligaueris ſup terrã,
erunt ligata,& ſoluta in cœlo,& in terra. Porro dudũ a ſanctis apoſtolis,ſucceſſoribusq;

Concilia non eſſe celebrãda ſine ſententia Romani Pontificis

eorum,in præfatis antiquis ſtatutis decretum fuerat,quæ hactenus ſancta & uniuerſalis
apoſtolica tenet eccleſia,non oportere pręter ſententiam Romani pontificis Cõcilia ce
lebrari,nec Epiſcopum damnari,quoniam ſanctam Romanã eccleſiam primatẽ omniũ
eccleſiaꝝ eſſe uoluerunt. Et ſicut beatus Petrus apoſtolus primus fuit omnium apoſto/
lorum,ita & hæc eccleſia ſuo nomine conſecrata domino inſtituente,prima & caput ſit
cæterarum. Et ad eam,quaſi ad matrẽ atq; apicem,omnes maiores eccleſiæ cauſæ, & iu/
dicia Epiſcopoꝝ recurrant,eiuſq; iuxta terminum ſumant ſententiã. Nec extra Roma/
num quicq̃ ex his debere decerni pontificẽ,quatinus nõ,ita proterue,& pro libitu quiſq̃
ſuo proprio arbitrio quibuſq; metropolitanis,ſicut agere ſolebat,liceat inconſulto Ro/
mano pontifice,aut maiores eccleſię cauſas deturbare,aut Epiſcopos damnare,ſed com
muni ſanctæ Romanę ſędis Epiſcopi cõſilio,& concordi actione,quæq; ſunt Chriſti ze
lo agenda diſponant unanimiter,recteq; ſentiant,& ea quæ ſenſerint,non nobis ſibimet
diſcrepando,ſed Deo placita pficiant. Eſt etiã in iam fata Nicęa ſynodo concorditer ſta
tutum,ut accuſatores & accuſationes,quas ſæculi leges non admittunt,a ſacerdotali fun
ditus auertantur nocumento. Ecce inquit Prophæta. Q; bonum & q̃ iocundum habi/
tare fratres in unum. Illi ủo non in unum habitant,qui a fratrum ſe ſolatio ſubtrahũt,aut
fratribus inſidias pparant. Non aliter fratres uos patiamini peccato grauari,quia quod
neceſſe eſt,nos dicere ueremur,id eſt,nec cuius religio diſſipať,indignatio prouocetur.

Præ oculis habete,& tota mentis acie reuerenter aſpicite,beati Petri gloriã, & cum ipſo
cõmunes omnium apoſtolorꝫ coronas,cunctorumq; martyrꝫ palmas,q pro fratrum nõ
deſtructione,ſed cõfirmatione & ueritate in Chriſto paſſi ſunt.Nos ergo qui domini di
ſcipuli,& dici,& eſſe uolumus,portare crucem Chriſti,& cõpati fratribus debemus,&
nõ perſequi.Subtrahite rogamus,actus,cogitationesq; a talibus nocumẽtis,ſi nõ uultis
ipſam ſuſcipere in uos ultionẽ,quoniã talionẽ meretur, qui fratri foueam p̃parat. Et nos
ſcitote deinceps hunc typum non eſſe paſſuros,ut ea,quæ ad hanc ſpecialiter ſanctã per/
tinent ſedem,ſicut iudicia Epiſcoporꝫ,& maiores cauſas,ut paulo ſupius p̃libatum eſt,
uos patiamini nobis inconſultis inuadere abſq; ueſtri ſtatus periculo. Sed ſiqs ab hodier
na die,& deinceps Epiſcopum p̃ter huius ſanctæ ſedis ſentẽtiam dãnare, aut propria pel
lere ſede p̃ſumpſerit,ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe dãnatum, & proprio carere perpetim
honore.Eosq;/qui abſq; huius ſedis ſunt electi ſentẽtia,uel dãnati ſine huius ſanctę ſedis
authoritate,ſcitote priſtinã recipere cõmunionem,& in proprijs reſtitui ſedibus. Quo/
niam & prius a tẽpore ſcilicet Apoſtolorꝫ hæc huic ſanctę ſedi cõceſſa ſunt. Et poſtea in
memorata Nicęna ſynodo/propter prauorꝫ hominũ infeſtationes,atq; hereticorꝫ perſe
cutiones,& inſidiantium molimina fratrum ſunt concorditer ab omnibus corroborata,
ut magis ſinguli prouideant,ne talia audeant pperrare.Et caueant,ſi non propter domi/
num & amorẽ fratrum,tamen propter opprobriũ hominum ruborem ſuum,atq; cano/
nicam ultionẽ,ſaltem hæc timore,& uerecundia cõpreſſa ſilentio cõprimant,amputato
ſcilicet totius uſurpationis exceſſu.Quia nullus debet p̃ſumere,quæ ſibi non uident eſſe
conceſſa.Quã culpam potuiſſetis nullo modo incidere,ſi unde cõſecratiõnẽ honoris ac/
cipitis,inde legẽ totius obſeruãtiæ ſumeretis.Et beati Petri apoſtoli ſedes,q̃ uobis ſacer/
dotalis mater eſt dignitatis,eſſet eccleſiaſticę magiſtra ratiõis. Vnde ſicut nos multũ ea,
q̃ uobis pie recteq; ſunt acta lętificant,ita nimium ea,quę ſunt pperam geſta,cõtriſtant.
Quoniã neceſſe eſt poſt multarꝫ talium expimẽta cauſarꝫ,hæc in poſterꝫ ſolicitius pro/
ſpici,& diligẽtius p̃caueri,quatinus ea, q̃ ſunt ab apoſtolis,eorꝫq; ſucceſſoribus ſtatuta,
nulla deſidia negligant,nulla diſſenſione uiolent,nulla cõcertatione turbent.Nam ſicut
in uno corpe mẽbra multa habemus,omnia autẽ membra non eundẽ actum habent,ita
multi unum corpus ſumus in Chriſto.Singuli autẽ/alter alterius mẽbra,cõtextio totius
corporis,unam ſanitatẽ,unam pulchritudinẽ facit.Et hæc qdem contextio totius corpo
ris,unanimitatẽ requirit,ſed p̃cipue exigit concordiã ſacerdotum.Quibus & ſi dignitas
cõmunis nõ eſt,tamẽ ordo generalis eſt.Quoniã & inter beatiſſimos apoſtolos,in ſimi/
litudine honoris fuit q̃dam diſcretio poteſtatis,& cum omniũ par eſſet electio,uni tamẽ
datũ,ut cæteris p̃emineret.De qua forma Epiſcoporꝫ/q̃dam exorta eſt diſtinctio,& ma
gna ordinatione prouiſum eſt,ne omẽs ſibi om̃ia uendicarent,ſed eſſent in ſingulis pro/
uincijs ſinguli.Quorꝫ inter fratres haberet prima ſententia,& rurſum qdem in maiori/
bus urbibus cõſtituti,ſolicitudinẽ eius ſuſciperent ampliorẽ,per quos ad unam beati Pe
tri ſedẽ,uniuerſalis eccleſiæ cura confluerer,& nihil uſquam a ſuo capite diſſideret. Qui
ergo ſcit ſe qbuſdam p̃poſitum,non moleſte ferat aliquẽ ſibi eſſe p̃latum,ſed obedientiã,
quã exigit,etiam ipſe rependat.Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi,doctrinis ua/
rijs & extraneis,nolite abduci,at inſtituta Apoſtolorꝫ,& apoſtolicorum uirorum,cano
nesq; habẽtes,his fruamini,his circumdemini,his delectemini,his armemini,ut his freti,
circũdati,delectati,armati,contra cuncta inimicorꝫ reſiſtere ualeatis. Satis eñi indignũ
eſt quẽquam,uel põtificum,uel ordinum ſubſequẽtium hanc regulã refutare, quã beati
Petri ſedẽ ualeat,& ſequi & docere. Multũ enim cõuenit, ut totũ corpus eccleſiæ in hac
ſibimet obſeruãtiõe cõcordet,q̃ inde authoritatẽ habet,ubi dominus eccleſiæ totius po
ſuit principatũ,d.cẽte ſcriptura.Ordinauit in me charitatẽ.Et item. Omnia cum ordine
fiãt.Iterũq; Pſalmiſta p̃dicante. Circũdate ſyon,& cõplectimini eam,narrate in turribus
eius.Ponite corda ueſtra in uirtute eius,ut enarretis in progenies alteras,quoniã hic eſt
dominus deus noſter in æternum,& ipſe reget nos in ſæcula.Officij enim noſtri conſy/
deratiõe nõ eſt nobis diſſimulare,non eſt tacere liberũ,qbus maior cunctis Chriſtianæ

Inter Apoſtolos ſimilitudo honoris fuit, et diſcretio poteſtatis ut hic dicit.

religionis zelus incũbit. Ne per taciturnitatẽ, aut fauere, aut cõſentire uideamur fratrum nocumentis. Data Kl. Octobris Fœliciano, & Maximiano uiris clariſſimis cõſulibus.

EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM CAVSANTIVM, QVOD IN COMMVNIonem receperit Athanaſium, & cęteros quos ipſi damnauerant.

Domino beatiſſimo, & honorabili patri Iulio, apoſtolicæ ſędis uenerabili Epiſcopo, Euſebius, Theoginus, Theodorus, & Berinthus, una reliquis fratribus & coepiſcopis noſtris in Anthiochia cõgregatis. Licet circa omnes eccleſiam Romanam ſciamus eſſe munificam, & apoſtolicam habere curam, & matrem ſemper exiſtere pietatis, quãquam ab oriente ad eam prædicatores pietatis aduenerũt, tamen optaremus uos nobiſcum concordare, & quos a cõmunione ſuſpendimus, a uobis eſſe ſuſpẽſos. Et quos in ordine confirmamus Epiſcoporum, a uobis eſſe firmandos, nec nos ſecundo loco habendos, cum iis, qui ex his partibus ad uos uſq; dogmatizantes apoſtoli peruenerint. Nec enim nos uobis reluctati ſumus, quamuis hoc agere potuiſſemus, quando Nouatianus a Romana pulſus eſt eccleſia. Quoniam/uti iuxta uulgarem cõſuetudinem loquamur, inimicitias quęrit omnes q uult recedere ab amico. Nec crimine carere poteſt, qui alterius excommunicatum abſq; eius licẽtia, a quo cõmunione eſt priuatus, in communionem ſuſceperit, canonibus ſemel iubentibus, excõmunicatus ab alijs, ab alijs non ſuſcipiatur. Viuentibus illis, a quibus communione priuatus eſſe dinoſcitur. Nec ſolum in his nobis contumeliam irrogatis, ſed etiã in his quędam couſilia noſtra diſſoluitis, neq; ea recte definitis eſſe. Sunt nanq; a nobis, & maximę a totius orientis Epiſcopis dãnati, Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, Marcellus Aucire, Aſclepius Gaze, Lucianusq; Anopolites, pro certis criminibus, quibus aduerſarij ſunt apud nos inſcripti, quæ per præſentes huius epiſtolæ latores omnia, ſub certa relatione ueſtre innoteſcere nõ omittimus ſanctitati. Quibus agnitis, ſi noſtris placitis magis quam eorum machinationibus aſſentire, & ordinatos epiſcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem uobiſcum, & communionem habere uolumus. Si uero aliter egeritis, & eis amplius, quam nobis conſentire iudicaueritis, contraria celebrabimus, & uobiſcum deinceps nec congregari, nec uobis obedire, nec uobis, ueſtriſq; fauere uolumus, ſed per nos quicquid melius elegerimus agere conabimur. Nam nullus eſt in hac parte terrarũ ætatem habens, qui ignoret prædictorum uolumina ſeductorum. Propter eos eñ, multa ſunt mala peracta, multa concilia, diuerſis & aſperis temporibus celebrata, multę ſeductiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa, quæ enumerare perlongum eſt. Nam ſi his cõſentire eligitis, tunc liquet, quod nos perdere uultis, & non, ut pater filios fouere. Dicunt enim & affirmant, tam ciues iſtorum, quam conſacerdotes eorum, hos fouere uos uelle, homicidas, ſacrorum templorum euerſores, uirginũ ſtupratores, ſacrorum librorum incenſores, ſacrorumq; uaſorum, & cæterorum ſacrorũ miniſteriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter ſacerdotes maximam generantes diſcordiam, eo quod ſubſtantialitatis uocem, quæ ſcripta non inuenitur in fidei doctrina, poſuerunt. Quid plura enumerare neceſſe eſt, cum propter eos nobis, & cunctis regionis huius habitatoribus ſcientibus, tanta cædes hominum ſit perpetrata, ut amplius quam mille homines ſint proſtrati? Talibus autẽ fauere, quid aliud eſt, q̃ ſceleribus eorum cõſentire? Cum ſacra ſcriptura hæc prohibeat, dicens. Non ſolum qui faciunt, culpabiles exiſtunt, ſed etiam, qui conſentiunt faciẽtibus. Talibus enim uos obſiſtere totis uiribus optimum, ne inuoluamini peccatis eorum, ne excommunicationem eorum ſuſcipiatis. Tales enim a uobis procul abiicite, ne propter animoſitatem populi, ſacrilega diſſenſione diſpereant, itaq; optimũ uos improbis probę reſiſtere. Quapropter ſi neglexeritis deturbare peruerſos, liquet q̃d

Athanaſius excommunicatus

eorum

eorum protegatis errorem. Nec uero caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſte facinoribus deſinit obuiare. Decet enim uos ad arguendam proteruiam eorum linguam ueſtram exacuere, & uelut uenenoſos a uobis repellere, ne eorum ueneno uos, ueſtriq; in aliquo ſauciemini. Sufficiant hæ uobis querimonię contra eos delatę, quoniam derelinquet nos tempus, ſecundum quod ait Apoſtolus. Si uoluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæ nobis ſufficiant, quæ ſuperius dicta ſunt. Nec nobis neceſſe eſt iterum eorum diuulgare mala, cum ipſa per ſe prodeant, & maxime omnes orientales teſtes ſuper eorum malis exiſtant. In ore enim, iuxta quod ſcriptum eſt, Duorum uel trium teſtium ſtabit omne uerbum. Quanto magis in multitudine tantorum ſacerdotum, populorum, abbatum, uel monachorum, & ſcripto & uoce contra horum prauitatem quotidie acclamantium. Nos uero diu expectauimus eos, per multam patientiam, ut facerent uuas, ſed illi econtrario fecerunt labruſcas. *Labruſcæ uuæ agreſtes.* Vos ergo non optimum decætero negligere, & differre tales, ne (quod abſit) memorata crimina eorum ſubimitemini irrationabiliter Epiſcopos ponentes. Ipſi enim, niſi cito corrigantur, iuxta quod beatus Apoſtolus proteſtatur, ſecundum duriciā eorum, & cor impœnitens theſaurizant ſibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Qui corrigendi ſunt per temporalem delectationem, & per mendacia, atque figmenta ſua, uobis eis aſſenſum præbentibus, æterna perdant præmia, quæ per ueram pœnitentiam conſequi poſſunt. Nec hæc, quæ prædicta ſunt, ſolūmodo Athanaſio, & ſequacibus eius irrogamus, ſed etiam, quod cōtra regulam egerit, quam nos decreueramus. Quia non decreto communis Concilij Epiſcoporum recepit ſacerdotium, ſed ſibimet arrogando, eccleſiam fuit ingreſſus, & in ſede reſedit, cum dudum decretum fuiſſet, nullum a pauciore numero reſtitui debere, quam depoſitum fuiſſe conſtaret. Deinde quoniam eius aduentu ſit turba commota, plurimiq; ſeditione ſint mortui, & non ſolum hæc per eum, & propter eum ſint peracta, ſed etiam quidem a iam dicto Athanaſio cæſi, iudicibus dicunt̃ eſſe contraditi. Hæc, & alia innumerabilia ſunt ab eo ſuiſq; ſequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos communioni, ut audiuimus, contra regulā in contumeliā omnium orientalium ſociaſtis. Præfato itaq; debitæ ſalutationis officio, propter beati Petri honorē impenſe poſtulamus, ut deinceps ad ueſtras hinc uenientes aures, non tam facile admittatis. Neq; a nobis excōmunicatos ultra uelitis excipere, ne canonū tranſgreſſores inueniamini, ſed magis ſalua fraterna charitate, erratum hoc in poſterū minime patiamini. Et ſubſcriptio. Orantē pro nobis apoſtolicum ueſtrum dominus æuo cuſtodiat longiore beatiſſime pater. Amen.

RESCRIPTVM IVLII PAPAE

CONTRA ORIENTALES PRO ATHANASIO, ET CAETERIS.

IVLIVS Sanctæ Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopus, Euſebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, & cæteris orientalibus Epiſcopis. Decuerat uos aduerſus ſanctam Romanam & Apoſtolicam eccleſiam, limate, & nō Ironicę loqui. Quoniam & ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus eam decenter allocutus, ait, Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hāc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum. Habet enim poteſtatem ſingulari priuilegio ſibi cōceſſam, aperire & claudere ianuas cœleſtis regni, quibus uoluerit. Nam ſi ei detrahere, quæ domini ore ſacrata, atq; deſuper exaltata eſt, non timuiſtis, nec mirum ſi fratribus irrogare iniurias minime ceſſatis. Vnde iam ſilentio non teguntur, q̄ ueſtro Concilio turbulento, atque cum poteſtate decreta ſint. Apparet enim, quoniam quadam tumultuoſa indiſciplinatione ueritas eſt oppreſſa. Vobis quippe nō cōſyderantibus q̄ placent deo, propter iurgia, quæ cōtra proximos ueſtros habetis, uota ueſtra ineuitabilia eſſe cōtenditis. Sed erit opus diuina prouidentia, quatenus econtrario a parte

Athanaſius a Nicena ſynodo ueræ fidei cultor cõprobatus.

deprehenſa poſſint euacuari. Et quicqd illic cõuenientes, ſine ulla qualibet gratia, odio,
aut inimicitiarum cauſa geſſiſtis, funditus repelli. Quapropter cũ omni feſtinatiõe uos o/
mnes ad huius ſanctæ ſedis reuerentiã uolo cõcurrere, quatinus geſtorum apud uos inte/
gritatẽ per uoſipſos poſſitis oſtendere. Nam nec dubitare uos credo Athanaſiũ, ſacræ le
gis doctorẽ, non ſolũ a nobis, ſed etiã a Nicena ſynodo, ueræ fidei cultorẽ eſſe cõproba/
tum. Qui defuncto Alexandro mirabili ſene, qui Arrij proſtrauerat blaſphemias, poſt
qnq; menſes Niceni Concilij, Alexandrinorum eccleſiæ ſuſcepit p̄ſulatum. Aduerſus quẽ
eiuſq; ſectatores, multa mẽdacia texentes, & nudas ualde calũnias, quaſi ueras accuſatio/
nes cõponentes, nobis multorum malorum cum cauſam, tum caput eſſe perhibuiſtis. Et nõ
ſolum apud Aegyptum, ſed etiã apud Paleſtinã, & Phoenicem, uicinaſq; gentes ſcriptis
ueſtris illam p̄turbationem eſſe ſignificaſtis. Qua de re eccleſiaſticã ſequentes regulam,
uos & illos, Romæ regulariter ad iudicium die ſtatuta, non ſub anguſto tẽporis ſpacio,
ut excuſatio locũ non inueniat, literis & apocriſiarijs euocauimus. Illiq; uocatione ſuſce
pta, ad diem p̄ſtitutum uenere. Sed uos, ne ueſtris mendacijs caperemini, ueſtraq; calũ/
nia enudaretur, uenire diſtuliſtis. Nec his machinationibus ſolummodo contenti eſtis, ſed
etiã uidentes oues paſtoribus deſolatas, lupos pro paſtoribus ſuper eos poſuiſtis. Decu/
erat ergo, ut ad regularẽ ueniretis conuocationẽ, quo de his, & de alijs ueſtris p̄ſumptio/
nibus redderetis rationẽ. Quoniã occurreret ueritas, ſi falſitas diſpliceret. Et nullus dubi
tat, quod ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum cum innocens, ut abſoluatur,
requirit. Nec ſuſpitione caret, qui alium calumnijs obiurgat falſa dixiſſe, cum ipſe ad iu/
dicium, ut probet, quæ intulit, euocatus uenire diſtulerit. Vellem em̃ uos magis ad iam
dictam conuenire uocationem, ut coram uniuerſali Concilio redderetis rationem, cur
ſynodum ad ſtatum eccleſiarum, & fratrum in Anthiochiam ſubuertendum, & Niceni
magni Concilij deſtructionem feciſtis, aut cur nobis inconſultis epiſcopos ad eam con/
uocaſtis, ad quam nec maximus Hieroſolymitanus uenit, nec noſtra interfuit legatio ca
nonibus. Quippe in Nicena ſynodo iubentibus/non debere præter ſententiam Roma/
ni põtificis, ullo modo Concilia celebrari, nec epiſcopos damnari. Aut cur in prædicto/
rum loco fratrũ alios adulteros poſuiſtis, antequam penes nos. aut apocriſiarios noſtros,
eorum cauſa canonice eſſet examinata, finemq; perciperet rectum. Iſti enim, qui ad me/
moratam regulam uenere, uocationem uidentes, uos a prædictis ſubtrahere calumnijs,
multa aduerſus uos lachrymabilia, & doloribus plena referunt. Accuſantes uos & dicen
tes, multa ſe importabilia a uobis eſſe paſſos. Vos ergo refugientes uenire, illoſque per/
ſeuerãtes in uera ratione, ſuaſq; calumnias reclamantes, ſuper quibus & Aegyptiorum
epiſcopi literis nobis miſſis proteſtantur ſuis falſa eſſe, quæ cõtra Athanaſium, ſuoſq; ſe/
ctatores machinantur, cunctaque Arrianorum machinata blaſphemijs. Talibus nan/
que figmentis liquet eos eſſe inculpabiles, uoſque culpabiles. Quia ſi de uera confidere/
tis innocentia, nullo modo a iam dicta uos canonica ſubtraheretis euocatione. Quæ nõ
ſubito, ſed ſpacioſe denunciata eſt, Sed omni ſubducta apologia, abſq; tardatione ueni/
re, & cauſas reddere feſtinaretis. Quibus ita geſtis, ſcripſi uobis, & omnibus, qui in An/
thiochia contra apoſtolicam canonicamq; regulam nobis inconſultis fueratis. Arguens
uos primum de iniurijs literarum, demum, cur Athanaſium, ſuoſq; cõſectatores ad ue/
ſtrum concilium cõuocaſſetis canonibus ſemel præcipientibus, nihil extra Romanum
decerni põtificem. Cui hæc, & maiora eccleſiarum negocia, tam ab ipſo domino, quam
ab oĩbus uniuerſorum Conciliorum patribus ſpeciali ſunt, ut iam dictum eſt, priuilegio
tradita. Vobis ergo refugientibus, & ad Concilium toties cõuocatis adeſſe nolentibus,
illis quoq; in ſua reclamatione, & iuſta ratione p̄ſiſtentibus, ueſtraq; cognoſcẽtes crimi/
na, & illorum iuſtã examinantes rationẽ, omneſq; eos Niceno Cõcilio cooperantes, & no
ſtris apoſtolicis iuſſionibus obtẽperãtes, uiſum eſt nobis, ac uniuerſo Cõcilio, ut nos di/
uinis p̄ceptis, & apoſtolicis monitis informati, qui pro omnium eccleſiarum ſtatu impi/
gro uigilare debemus effectu, ſi quicquam reprehẽſioni uſquam inuenitur obnoxium,
celeri ſolicitudine ab ignorantiæ imperitia, aut a p̄ſumptionis uſurpatione reuocemus.

His

His taliter conſyderatis atque diſcretis, tãquam omnium curam gerentes, propter ſedis
propriæ dignitatem, ſuſcepimus eos in orationem, ſingulisq; cum authoritate huius ſan
ctæ ſedis rebus, proprias reddidimus eccleſias. Quoniam huic ſanctę ſedi propter priua/
torum hominum inſidias, ipſo domino inſtituente, & ſanctis apoſtolis, eorumq; ſucceſ/
ſoribus per ſingula concilia roborantibus, hoc ſemper licuit, licebitq; domino auxilian/
te in perpetuum. Vnde, qui ſcit ſe alijs eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquẽ ſibi eſſe
prælatum. Sed obtemperantiam, quam ab alijs requirit, gratis & ipſe rependat. Quapro
pter increpando, uobis ſcribo. Quia non recte tractaſtis uiros inculpatos, & a nobis mi/
nime examinatos de ſuis eccleſijs cõmunione priuatos pellentes, & eccleſiaſticæ diſcipli
næ iniuriam irrogantes, conſtitutũq; Niceni Concilij minime ſeruantes, talia indiſcipli/
nate agere non formidaſtis. Idcirco quoniam dudum uenire uocati renuiſtis, modo ad
certum diem, id eſt. xv. Kl. Nouẽbris, uos iterum regulariter literis, miſſisq; euocamus,
ut coram nobis oſtendamus nos iuſtam in eos protuliſſe ſententiam, & de cætero nõ ta/
lia eſſe paſſuros. Eſt etenim in antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum, ut qui aliena inuadit,
non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione reſtituat. Vnde & in Euãgelio ſcriptum
eſt. Quod ſi aliqd defraudaui, reddo quadruplum. In lege quoq; cautũ eſt. Maledictus *Maledict⁹ qui*
omnis, qui tranſfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus Amen. Quare miror *trãſfert termi*
uos tam audaces eſſe, & tam imprudenter egiſſe, & terminos, ac iura beati Petri apoſto/ *nos proximi.*
lorum principis inuaſiſſe. Sui enim, ut paulo ſuperius comprobatum eſt, iuris erat, ut
abſque eius ſanctę ſedis authoritate, nullus deberet, aut concilia celebrare, aut epiſcopos
ad ſynodum conuocare, uel damnare eos, aut proprijs pellere ſedibus, aut alios in eorum
loco ordinare, quæ om̃ia uos temerare non timuiſtis. Quid ergo aliud eſt talis prẹſum/
ptio, niſi quod apoſtolorum, ſuorumq; ſucceſſorum decreta tranſgredi, & maledictio/
nem ſuperius comprẹhenſam, in lege ſemel cautam, quam populus uno ore, conſonaq;
reſponſione per amen, ideſt fiat, confirmauit, ſuſcipere non timuiſtis? Necnon (ut reor)
talibus tranſgreſſionum funiculis cõſtricti noſtrum, ne ueſtra proderentur flagitia, ex/
amen declinaſtis, & ad ſupradictam uocationẽ uenire diſtuliſtis. Sane manifeſtum eſt,
ſuum eos confiteri crimen, qui toties euocati abſq; ineuitabili cauſa uenire diſtulerint, &
purgandi ſe uoluntate non utuntur. Nam ſi de ueſtris dictis cõſideretis, etiam in faciem
probare non diſtuliſſetis. Tales inſidiatores, ſpiritu præuidẽtes ſancti patres, in Nicea cõ
gregati, leges ſtatuerũt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis dãna/
rentur. E quibus nõnullas ſententias hic inſeri iudicauimus, ut tantorum patrum autho
ritate, noſtra roborareť epiſtola. Atq; omnes orientales ſint reliquarum partium epiſco
pi. Nec audientes in tãtam foueam non incidant, ne damnationem a patribus decretam
percipiãt. Sequuntur enim ex prædicto Concilio Niceno capitula, id eſt. xviij. xix. xxi.
xxiij. xxvi. xxvij. xxviij. xxxiij. xli, &. v. vijq;. &. viij. ac. li. lij. liij. liiij. lv. lvij. lviij. lix. lx. lxi.
lxij. lxiij. lxvij. Et om̃es epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, uel criminan/
tur cauſis, quoties neceſſe fuerit, libere apoſtolicam appellãt ſedem. Atque ad eam quaſi
ad matrem confugiant, ut ab ea, ſicut ſemper fuit, pie fulciantur, defendantur, & liberen
tur. Cuius diſpoſiuoni omnes maiores eccleſiaſticas cauſas, & epiſcoporum iudicia, an/
tiqua apoſtolorum, eorumq; ſucceſſorum, atq; canonum authoritas reſeruauit. Quoni/
am culpantur epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiuſdem ſedis Papæ fieri pla
cuerit. Placuit, ut accuſatus, uel iudicatus a cõprouincialibus, in aliqua cauſa epiſcopus,
licenter appellet, & adeat apoſtolicæ ſẹdis põtificem. Qui aut per ſe, aut per uicarios ſu/
os, eius retractari negocium procuret. Et dum, iterato iudicio pontifex cauſam agit, nul
lus alius in eius loco ponať, aut ordineť epiſcopus. Quoniã quanq̃ cõprouincialibus epi
ſcopis, accuſati corã eiſdem pontificis, acta ſcrutari liceat, non tamen definire inconſulto
Romano põtifice permiſſum eſt. Cũ beato Petro apoſtolo, nõ ab alio, q̃ ab ipſo dictum
ſit domino. Quæcunq; ligaueris ſuper terrã, erunt ligata & in cœlis. Et q̃cunq; ſolueris
ſup terrã, erunt ſoluta & in cœlis, Si quis putauerit ſe a Metropolitano grauari, apud pri *Nota ſtatutũ.*
matem diœceſeos, aut penes uniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur. Accuſa/
tores, &

tores,& accuſationes,quas leges ſæculi non aſciſcunt,& nos unanimiter ſubmouemus, ne fiat indiſtricta probatione impietas,cum recta ſit iudicij in electione ſentētia. Nullus Epiſcopus alterius parrochianū præſumat retinere,aut ordinare,abſq; eius uoluntate,uel iudicare.Salua tamen in omnibus apoſtolica authoritate.Quia ſicut irrita erit eius ordinatio,ita & diiudicatio.Quoniā cenſemus nullam alterius iudicis,niſi ſui ſententia teneri.Nam,qui eum ordinare nō potuit,nec iudicare ullatenus poterit. Si quis erga epiſcopum,uel actores eccleſiæ ſe propriū habere crediderit negocium,nō prius adeat iudices, q̃ ad eos recurrat,qui charitatis ſtudio,ut familiari colloquio cōmoniti ea ſanare debeāt,q̃ in q̃rimoniam deducunt̃.Quod ſi aliter egerit,cōmunione priuetur.Nemo pontificum deinceps aliquē Epiſcopum ſuis expoliatum rebus,aut a ſede pulſum,excōmunicare aut iudicare p̄ſumat,quia nō eſt priuilegium quo ſpoliari poſſit iam nudatus.Pari tenore decernimus,non credi accuſatori,qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit,atq; utriuſq; partis diſcuſſionē,nec accuſatores,uel teſtes ſuſcipi,qui nō ſunt idonei.Placuit, ut ſi accuſatus uel damnatus Epiſcopus,appellauerit Romanū pontificem,id ſtatuēdum quod ipſe iuſte cenſuerit.Et omnes,qui aduerſus patres armantur,infames eſſe cēſemus. Neq; eos,qui cum inimicis morantur,ad accuſationē,uel ad teſtimoniū recipiēdos. Placuit ſemper in accuſatione clericorꝫ,primo pſona,fides,uita,& cōuerſatio blaſphemantium perſcrutet̃.Nam fides/omnes actus hominis p̄cedere debet.Quia dubius infidelis eſt,nec eis omnino eſſe credendū,qui ueritatis fidem ignorant,nec rectæ cōuerſationis uitam ducunt.Quoniā tales,& facile,& indifferenter lacerant & criminant̃,recte & pie uiuentes.Ideo ſuſpitio eorum diſcutienda eſt primo & corrigenda.Neq; accuſatoribus ſuſpectis,& de inimicorꝫ domo prodeuntibus credendum. Quod non aliæ Metropolitanæ eccleſiæ,uel primates ſint,niſi illi,qui prius primates erant,& poſt Chriſti aduentū authoritate apoſtolica & ſynodali,primatū habere meruerunt. Reliquę nō primates,ſed Metropoles uocentur.Eorumq; epiſcopi non primatū,ſed aut metropolitanorꝫ,aut archiepiſcoporum nomine fruunt̃. Infames eſſe cenſemus omnes,qui ſuam,aut Chriſtianam p̄uaricantur legem,aut canonicā poſtponunt authoritatē,ſaluo in omībus Romanæ eccleſiæ priuilegio.Nullus metropolitanus abſq; cæterorꝫ omnium cōprouincialiū epiſcoporꝫ aſtantia,aliquorꝫ ex illis audiat cauſas,qa irritæ erunt.Immo & cauſam in ſynodo pro facto dabit.Alienis erroribus ſociatum,uel a ſui propoſiti tramite recedentē, aut ſacris canonibus inobedientem:ſuſcipere nō poſſumus.Nec impetere recte credentes,uel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus.Peregrina iudicia generali ſanctione prohibemus.Quia indignum eſt ut ab exteris iudicetur,qui prouinciales,& a ſe electos debet habere iudices. Salua apoſtolicæ eccleſiæ authoritate, nullus epiſcopus extra ſuam prouinciam ad iudicium deuocetur,ſed uocato eo canonice in loco omnibus congruo,tempore ſynodali,ab omnibus comprouincialibus epiſcopis audiatur,qui concordem ſuper eum,canonicamque proferre debent ſententiam. Quoniam ſi hoc minoribus tam clericis quam laicis conceſſum eſt, quanto magis de epiſcopis ſeruari cōuenit?Nam ſi ipſe Metropolitanum,aut iudices ſuſpectos habuerit,aut infenſos ſenſerit,apud primates dioceſeos,aut apud Romanæ ſedis pontifices iudicetur. Nemini de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum. Quoniam eius atque omnis rei profeſſio periculoſa,& admitti aduerſus quemlibet nō debet.Incerta nemo unquā pontificum iudicare præſumat.Quia quamuis uera ſint,non tamen credenda, niſi quæ manifeſtis iudicijs comprobantur,niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur,niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Criminationes maiorꝫ natu per alios ne fiant,niſi per ipſos, q crimina intēdunt.Si tamē ipſi digni,& irrep̄hēſibiles apparuerint,& actis docuerint publicis omniū ſe carere ſuſpitiōe atq; inimiciuia,& irreprehenſibilem fidē atq; cōuerſationē ducere.Et prouincialis ſynodus retractet̃ per uicarios urbis Romę epiſcopi,ſi ipſe decreuerit.Placuit,ut a quibuſcunq; iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos ubi eſt authoritas maior,fuerit ꝓuocatum,audientia non negetur. Si quis metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parrochiam, ſine conſilio &

Metropoles que.

lio & uolũtate omnium comprouincialium Epiſcoporum aliquid agere tentauerit,gra
dus ſui periculo ſubiacebit,& quod egerit,irritum erit & uacuum.Sed quicqd de com/
prouincialium epiſcoporum cauſis,ſuarumq; eccleſiarum,& clericorum,atque ſecula/
rium neceſſitatibus agere aut diſponere neceſſe fuerit,hoc cum omnium conſenſu com
prouincialium agatur pontificum.Non aliquo dominationis faſtu,ſed humillima & cõ
cordi adminiſtratione,ſicut dominus ait.Non ueni miniſtrari,ſed miniſtrare. Et alibi.
Qui maior eſt ueſtrum,erit miniſter ueſter, & reliqua. Similiter & ipſi cõprouinciales
epiſcopi cum eius concilio,niſi quantum ad proprias ꝑtinet parochias,agant iuxta ſan/
ctorum conſtituta patrum,& uno animo,uno ore,concorditer ſancta glorificetur trini
tas in ſæcula.Caueant iudices eccleſiæ,ne abſente eo,cuius cauſa uentilatur,ſententiam
proferant.Quia irrita erit,& rationem pro actione reddent in ſynodo.Et ut proditoris,
calumnia,nec eorum poſtea uox audiatur.Nemo enim debitorum amplius poteſt co/
gnoſcere,quam ille,qui iniuriam,eiusq; ſuſtinuit nequitiã.Si quis ſuper quibuſlibet cri
minibus clericum pulſandum crediderit,in prouincia,in qua ille conſiſtit qui pulſatur,
ſuas exerat exactiones.Nec exiſtimet qui eundem accuſat,alibi,aut longius protrahen/
dum ad iudicium.Ille ꝟo qui pulſatus fuerit,ſi iudices ſuſpectos habuerit,liceat appella/
re.Primates accuſatum diſcutientes epiſcopum,non ante ſententiam proferant damna/ Primates.
tionis,quam apoſtolica freti authoritate,aut reus per ſeipſum,aut per innocẽtes & cano
nice examinatos regulariter teſtes cõuincatur.Irritam eſſe iniuſtam Epiſcoporum dam
nationem,Idcirco a ſynodo retractandam,ita ut oppreſſo ab omnibus in cunctis ſubue/
niatur cauſis.Detractores,qui diuina authoritate eradicandi ſunt,& fautores inimico/ Detractores
rum,ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione.Similiter ne ſummorum quiſpiam, mino/ eradicandi.
rum accuſationibus impetatur aut diſpereat,neque in re dubia certa datur ſententia,nec
ullum iudicium,niſi prudenter habitum teneatur.Plura de his ideo hic non inſeruimus,
ne uacuare,uilemve facere prædictam ſynodum uideremur,aut faſtidium legẽtibus au
dientibusq; prolixa faceret epiſtola.Si quis autem de his ampliora atq; abundantiora ſci
re uoluerit,in ſacro noſtro ſedis eccleſiæ ſcrinio. Et ea quæ ꝑdiximus,inuenire poterit.
uerum me dicere,teſtis eſt diuinitas.De receptione ꝟo ſedis,& ſacerdotij,atq; honoris,
quæ dixiſtis Athanaſium abſq; Concilij decreto ſuſcipere,non ita inuenimus,ſicut calũ/
niati eſtis.Sed quorundam epiſcoporum Cõcilio atque decreto recepit ſuum,quod in/
iuſte perdiderat ſacerdotium,ac reſedit in ſede. Quod cum ſcripſiſtis,non poſſe eum a
pauciore numero Epiſcoporum reſtitui,quam depoſitus fuerat,non ita eſt.Nec hæc re/
gula orthodoxorũ ſanctæ eccleſiæ eſt epiſcoporũ, ſed Arrianorum,ſociorum uidelicet
ueſtrorum hæc adinuentio,ad perditionem orthodoxorum epiſcoporũ contexta eſt.
Nam ut nobis a ueracibus eſt teſtibus relatum,quando Antiochiæ pro dãnatione fidei,
& de conſubſtantialitate probata fuiſtis congregati,odio prædicti Athanaſij hanc regu
lam protuliſtis,quæ nullas habet uires,nec habere poterit.Quoniam nec ab orthodoxis
epiſcopis hoc cõciliũ actum eſt,nec Romanæ eccleſiæ legatio interfuit.Canonibus ꝑci/
pientibus,ſine eius authoritate cõcilia fieri non debere,nec ullum ratum eſt aut erit unq̃
conciliũ,quod nõ fultum fuerit eius authoritate.Igiť de fuga,ſup qua Athanaſiũ repræ/
henditis,nõ recte agitis,cũ ipſe dominus mãdatũ hoc nobis dederit.Cum ꝑſecuti uos fu
erint in unam ciuitatẽ,fugite in aliã.Et ipſe dominus per ſemetipſum exemplum nobis
demonſtrauit.Phariſei conſilium fecerunt,aduerſus eum ut eum occiderent.Sciens au/
tem Ieſus,diſceſſit inde.Et alibi.Tulerunt lapides Iudei,ut mitterent in eum.Ieſus autem
abſcondit ſe,& exiuit de templo.Et tranſiens per medium eorum abiuit,& ita diſceſſit.
Nec non & diſcipuli propter metum Iudæorũ receſſerunt,celãtes ſemetipſos.Et Paulus Paulus effugit
in Damaſco a principe quæſitus gentis,de muro in ſporta poſitus eſt,& manus quæren/ Damaſci.
tis effugit.Et alij quamplurimi & innumerabiles ſancti,tam in ueteri teſtamento,quã in
nouo,fugiſſe leguntť.Si ergo fugam improperatis fugientibus,erubeſcite potius ꝑſequi
& quieſcite inſidiari,quieſcentesq; continuo fugientes.Nam ſiue perimatis eos,mors con
tra uos ſemꝑ exclamat.Siue rurſus exilia ſuperponatis,ubiq; in uos mali memoriã deſti/

nare

nare noſcimur, & illi patiendo ſibi proficiunt. Vnde & Dominus ait. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã autẽ non poſſunt occidere. Sed potius eum timete, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. Multos enim cognouimus peſſimis machinationibus iniuſte depoſitos. Ideo ſummopere mihi, cui uice apoſtolorũ principis uniuerſalis eccleſiæ cura commiſſa eſt, prouidendum, auxiliante ipſo ſummo apoſtolo, ne deinceps talia fiant. Nempe huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ideo ſpecialiter ſunt conceſſa, de cõgregandis concilijs, tam de iudicijs, ac reſtitutionibus epiſcoporũ, q̃ de ſummis eccleſiarũ negocijs, ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant & talia ab improbis, ne præſumantur abſq; ultione, nec exerceant̃ abſq; ſua damnatione. Non ergo recte egiſtis, quod prædictos fratres calumniati eſtis, dicente domino. Non facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes eum. Non recte egiſtis quod nobis inconſultis concilium celebraſtis, eosq; ad conciliũ uocaſtis, & damnare præſumpſiſtis. Canonibus, ut p̃miſſum eſt, iubentibus nihil ex his, abſq; huius ſanctæ ſedis authoritate fieri debere. Non recte egiſtis, quod regulariter a nobis ad concilium uocati diſtuliſtis. Non recte egiſtis, quod de his rationẽ reddere, ut ueſtra erga eos, aut probaretur recta ſententia, aut improbaretur, non ueniſtis. Nec rationalẽ mandaſtis cauſam, propter quam hæc renuiſtis. His ergo omnibus perpenſis, manifeſtum eſt uos reos exiſtere, & illos innocentes remanere, & uos recte excommunicatos, illosq; iuſtos liberari. Noluit nanq; dominus tam leuiter ſuos tractari miniſtros, ſicut facitis, aut a uobis damnari, ſed ſicut memoratum eſt, ab hac ſancta ſede, cui commiſſi ſunt, aut ſuo reſeruari iudicio, ait enim. Qui uos contriſtabit, me contriſtabit. Qui fecerit uobis iniuriam, recipiet id quod inique geſſit. Et quanta pœna expectet eos, qui domini ſcandalizant diſcipulos, euangelium ſufficienter exponit, ubi de ſcandalizantibus diſcipulos loquitur. Nam quod a uobis non ſint damnandi, ſed aut hac ſancta, ut præfatũ eſt, ſede, aut ſibi reſeruandi, ipſe manifeſte dat exẽplum, quando peccantes ſacerdotes, quorum locũ modo in ſancta eccleſia epiſcopi tenent, non per alium, ſed per ſemetip̃m uẽdentes & ementes eiecit de templo, & mẽſas nũmulariorum primo euertit flagello, & eiecit de templo. Et ipſe alibi ait. Dominus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem, deos diſcernit. Et reliqua talia hisq; ſimilia. Et alibi, idem ipſe ait. Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nolite condemnare, ut non cõdemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quapropter non tam temere, ut uos facitis, quiſquam ſuam pręſumat euomere iniquitatem, ſed iudicantẽ oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitiõe diſcutere. Nec de illis quæ inconceſſa ſunt, ullo modo iudicium præſumere, interrogãdi ac proponendi audiendiq; patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata ſit pleniter. Nec prius litigantibus ſua uelit ſententia obuiare, quam illi peractis omnibus, iam nihil amplius habuerint in quæſtione quod proponãt. Nec oportet quẽquam iudicari aut dãnari, antequam ſuos accuſatores pręſentes habeat, locumq; defendendi accipiat ſpacioſum ad abluẽda crimina. Simile in tam fata ſynodo ſtatutum eſt, ut ultra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur, niſi ad hanc apoſtolicam fuerit ſedem prouocatũ. Ad quam omnes qui uoluerint, libere & abſq; ullo impedimento in quibuſdam agẽdis confluere debent. Similiter in præfixa ſynodo eſt decretum, ne ſuſpecti, infames, uel criminoſi, aut gratioſi, aut calumniatores, uel affines, aut ſcelerati, aut facile litigantes ſuſcipiantur accuſatores, ſed tales qui omni careãt ſuſpitione. Quia columnas ſuas dominus firmiter ſtare uoluit, nec a quibuſcunq; agitari. Similiter fata ſtatuit ſynodus, ut nullũ ſententia, non a ſuo iudice dicta cõſtringat. Iudices autẽ alij eſſe nõ debent, niſi quos ipſe, q̃ impetitũ, eligerit, aut quos ſuo cũ cõſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates, authoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint. In his aũt & alijs, q̃ tam in hac ſancta ſede, quã & ab apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus ſunt ſtatuta, nihil p̃fatis epiſcopis conceſſiſtis, ſed uim eis inferentes, iniuſteq;, ut ſupius commemoratum eſt, eos damnantes, aliquos abſentes expuliſtis, q̃d omi Chriſtianæ religioni eſt inimicũ. In quibus apparet, quod nec domino ſua ſeruaſtis iura, nec huic ſanctæ matri & apoſtolicę eccleſię, q̃ ut pręſcriptum eſt, ſuo iudicio

Statuta ſynodica.

Hic multũ tribuit Eccleſiæ Romanæ.

cio, aut huic ſedi noluit reſeruari, ne a tam prauis, ſicut eſtis, hominibus damnaretur aut eijceretur. In his omnibus uos ſtultos, & præuaricatores Euangeliorũ & canonũ eſſe, nulli ſane ſapientũ eſt abſconditũ. Nec his contenti eſtis in ueſtra p̄uaricatione, ſed etiã prius expulſos eos & ſuis expoliatos rebus, uocaſtis atq; damnaſtis, cũ nullus regulariter damnãdus niſi fuerit reſtitutus, & ſua omnia ei legibus ſint integerrime reſtituta. Eſt nanq; in ſæpe iam dicta ſancta ſynodo ab omnibus unanimiter decretũ, & auctoritate apoſtolica roboratũ, ut ſi quis Epiſcoporũ ſuis fuerit rebus expoliatus, & in accuſatione pulſatus, ordinatiõe pontificũ oportet & decet ſanctum propoſitũ prima fronte certare. Vt omnia quæ per ſuggeſtiones inimicorũ ſuorum amiſerat, legaliter primo poteſtati eius ab honorabili cõſilio redintegrant, & p̄ſul regulariter prius ſtatui priſtino reddat, et ipſe depoſitis ordinatisq; rebus ſuis, tunc ad tẽpus ueniat ad cauſam. Et ſi ita iuſte uidet, accuſantiũ propoſitionibus reſpondeat. Quare ergo tranſgreſſi eſtis terminos patrũ, iudicantes & damnãtes eos, quos non debuiſtis? Quare iudicaſtis eos, quos non regulariter approbaſtis, quod in regnorũ libro ſcriptũ eſt. Non quomodo uidet Deus, quia homo uidet in facie, Deus aũt in corde uidet. Et in Paralipomenis. Omnia corda ſcrutat Deus, & oẽm cogitatione nouit. Et alibi ſcriptũ eſt. Non poteſt humano condẽnari examine, quẽ Deus ſuo reſeruat iudicio. Hæc omnia ſummopere præcauẽda ſunt, nec accuſatio Epiſcoporũ facile eſt recipienda, dicente dño. Non ſuſcipias uocẽ mendacij. Et Apoſtolus inquit. Aduerſus præſbyterũ inſcriptionẽ non recipiendã abſq; duobus, uel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de preſbyteris, uel cæteris fidelibus ſunt præcauenda, quãto de Epiſcopis. Quibus cognitis, magis uos dominari uelle manifeſtũ eſt, quã conſulere funeribus, aut ſubſtentare eos. Quia honor inflat ad ſuperbiã & quod, puiſum eſt ad concordiã, tendit ad noxam. Decuerat nanq; uos iuxta præfatas regulas, ſi aliquid egiſſent contra ſuũ ordinem, mandare nobis, & expectare quid ad ueſtra conſulta reſcriberemus, in tantũ, ut ſi etiam quicquã graue intolerãdumq; cõmiſiſſent, noſtra expectanda cenſura, & nihil prius aut aliud decernere, quã ꝗ nobis placere cognouiſſetis, ita ut a regulis præſtitutis, nulla aut negligentia, aut præſumptiõe recederetis. Ceſſet huiuſmodi preſſa auctoritate præſumptio, uitent huiuſmodi nocumenta, quia nequaquã talia patienter ferre poſſumus machinamenta. Quoniam cõuenit nos paternarũ ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Merito nanq; nos cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Eſt inſuper in prædicta ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione. Nec illi, qui nos in ſua noluit recipere querela uel accuſatione. Cum nos ſuper illos ſciamus a domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut maior non poteſt a minore iudicari, nec ita colligari, quia eſt omne quod magnum eſt. Portemus onera omniũ, qui grauantur. Quinimmo hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, cuius uice fungimur legatione, & cuius regula infirmamur, quatinus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuo tueamur aduerſis. Data Calend. Nouembris Fœliciano & Maximiano uiris clariſſimis conſulibus.

INCIPIVNT DECRETA LIBERII PAPAE.

EPISTOLA ATHANASII, ET AEGYPTIORVM EPISCOPORVM AD EVNDEM PAPAM DE OPPRESSIONIBVS ARRIANORVM.

Domino beatiſſimo, & honorabili ſancto patri Liberio Papæ, Athanaſius, & uniuerſi Aegyptiorũ Epiſcopi, in unũ ſynodice apud Alexandriam congregati. Veſtræ beatiſſimæ paternitatis iura penes Deum ſint manifeſta, dum prædicationibus ſcilicet Apoſtolicis, & doctrinis ueræ Fidei cultura uniuerſa repleta ſit terra. Per diuinorũ tamen eruditionẽ eloquiorum, ueſtra inſtruente admonitione exhortatoria, ſuperædificatur

Orthodoxa Chriſti Eccleſia, Apoſtolica inſtitutiõe fundata, et a fidelibus patribus firmiſſime roborata. Ad quã omnes beatiſſimi Apoſtoli, pari honoris & poteſtatis conſortio præditi, populorũ agmina cõuertentes, pie ſanctecꝫ de tenebris ad lumẽ, delapſu ad uerã Fidem, de morte ad uitã homines diuinæ prædeſtinationis gr̃a præſcitos, ſalutaribus præceptis ac monitis perduxerũt. Quorũ ſanctorum Apoſtolorum ueſtra fraternitas honoranda ſequens merita, & perfectius implens exempla, Eccleſiam Dei morũ probitate & actuũ ſanctitate condecorat, & Fide ſacra, Chriſtianiſcꝫ moribus ingens, quæ fieri Deo placita præcipit, ſtudijs pontificalibus indeſinenter operatᷣ & perficit, ſeruans legis diuinę mandata. Quia non legis auditores iuſti ſunt apud Deum, ſicut narrat Apoſtolus, ſed factores legis iuſtificabũtur. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea, quæ a ſancta ſede ueſtra, Apoſtolorum eorumcꝫ ſucceſſorũ prædicatione ſuſcepimus, atcꝫ quæ in Nicæna ſynodo roborata cognouimus prædicare, & Arrianorũ blaſphemias, atcꝫ aliorum hæreticorũ repellẽre: Qui quotidie ab his perſequimur, & damnationi tradimur, atque morti deſtinamur. Qua de re precamur, ut ueſtris exhortationibus tam per uos, quã & apocriſiarios ueſtros adiuuemur. Ne dum illi creſcunt, & nos minuimur, uera Fides deſtruatur, & eorum hæreſis ultra Fidem noſtrã creſcat. Quoniã timeo, ut poſtquam abundauerit iniquitas, refrigeſcat charitas multorum. Pro qua re multa ueſtræ ſacræ doctrinæ, tam apud Deum, quã apud cunctos fideles, merces & laus repoſita eſt, ſi ueſtra reſecentᷣ auctoritate. Noſtrã enim Fidem, quã a ſanctis patribus accepimus & tenemus, atcꝫ docemus, ſubter inſeruimus. Vt ſi aliquis uobis aliter nos credere, aut docere, aut accuſando, aut muſſitando retulerit, uel detrahendo ſcriptis mãdauerit, per hanc manifeſte nos ita credere & docere agnoſcatis. Credimus nanque in unum Deum Patrẽ omnipotentẽ, omnium uiſibilium, necnon & inuiſibiliũ conditorem. Et in unum dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM Filium Dei natũ ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris. Deum ex Deo, lumen de lumine, Deũ uerum ex Deo uero, natũ non creatum, homouſion, hoc eſt, eiuſdem cum Patre ſubſtãtiæ. Per quem omnia facta ſunt, cœleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt, & homo factus. Paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlum, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus quando non erat. Et priuſquã naſceretur non erat. Et quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia uel eſſentia, dicunt eſſe conuertibilem, atcꝫ mutabilem Filium Dei. Hos anathematiʒat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hanc uenerabilem Fidem trecenti quidem decem & octo, et cognouerunt & amplexi ſunt, & conſonãtes & unanimes ſcriptis exclamauerũt. Sed modo quoniã contra hæc ex noſtris talia exurgũt, qualia non debent, uenite & uos dilectiſſimi fratres cum Deo, & deſcendamus ad uiſitationem, id eſt, inquiſitionẽ ſermonum eorũ, et confundamus per approbationẽ ueriſſimam, ibidẽ linguas eorũ eleuatas contra ſcientiã unigeniti Filij Dei, iniquitatem in altitudinẽ humanitatis eius loquẽtes. Diſrumpamus uincula eorũ per gladium ſpiritualem, quod eſt uerbum Dei, & proijciamus a nobis iugum ipſorũ, per expugnationẽ profani ſenſus illorũ. Tunc etenim ipſe quocꝫ dominus irridebit eos, & ſubſannabit, & tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos ſecundum beatum Hieremiam dicens. Falſo prophetæ iſti uaticinantur in nomine meo. Non eñ miſi eos, & non præcepi eis, necꝫ loquutus ſum ad eos, uiſionẽ mendacem, & diuinationem, & fraudulentiã, & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis. Ideo hæc dicit dominus. De prophetis qui prophetant, in nomine meo mẽdacium, erunt proiecti in uijs Hieruſalem, & conculcatio omnium pie confitentiũ me, & non erit qui ſepeliat eos. Nemo enim abſcondere poteſt quibuſdam ſubreptionibus cõmendaticijs, ſicut nec folijs fici, antiquus trãſgreſſor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguã inuerecunde nudatᷣ. Laqueus eñ fortis uiro labia eius & captus pro-

Symbolũ fidei Athanaſii.

Gladius ſpiritualis uerbum Dei.

prijs ſermo

prijs ſermonibus,& opera manuũ eius, retributio aũt laborum eius dabitur ei,& im
pietatis reprehenſio. Arguã te,inquit,& ſtatuã contra faciem tuã,exiſtimaſti inique,
ꝙ eſſem tibi ſimilis. Propterea, ſicut dicit dominus ad Gedeon. Deponamus eos ad
aquã ueræ diſcretionis, & probemus eos ibi regulari examinatiõe in idipſum,ꝓnos
corruentes,per oſtenſionẽ praui intellectus eorũ,utrum ne ſint apud ſe ſapientes di
uini uerbi ſcientiã ignorantes. Quoniã dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt,&
mutauerũt gloriam Catholicæ Eccleſiæ propria nouitate, ſiue per ea, quæ illicite in
eius defenſione geſta ſunt, hæreticam turbulentiã introducẽtes, illud cõpetenter ad
nos retinentes, quod bene ad IESVM Filium Sirachi dictũ eſt. Vſq; ad mortẽ certa
pro ueritate,& dñs pugnabit pro te. Huius rei gratia uniuerſalis uobis a CHRISTO
IESV cõmiſſa eſt Eccleſia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre nõ negli
gatis. Quia dum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace ſunt oĩa, quæ poſſidet.
Ideoq; tanta urgẽte neceſſitate, ſummopere cõprimite ueſtra ſumma auctoritate in-
feſtos, releuate oppreſſos, ut abſq; graui, domino opitulãte, difficultate ipſi gratan-
ter omni tempore ſacrificare mereamur illæſi. Et ſubſcriptio. Aeterna te ſeruet diui
nitas, per multos annos ſanctiſſime patrum Pater. Amen.

RESCRIPTVM LIBERII PAPAE AD EOSDEM.

Dilectiſſimo Filio Athanaſio, & omnibus in unũ congregatis, &
de Trinitatis Fide recte ſentientibus Aegyptiorũ Epiſcopis, Li-
berius Papa. Olim & ab initio tantam percepimus a beato Petro
Apoſtolorũ principe fiduciam, ut habeamus auctoritatẽ pro uni
uerſali Eccleſia ad rectam defendendam Fidem, quatinus nulli li
ceat ſtatum ſanctæ Eccleſiæ ★ cõmonere ad læſionem recte cre- * Aliás cõmouere
dentiũ, abſq; ſui periculo honoris. Epiſtolam ſiquidem ueſtram
nobiſq; directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes & perſecutiões, quas pro
recta Fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos una uobiſcum condolemus,
& laborare pro uobis, ut Pater pro filijs, parati ſumus. Fidem uero Nicæni concilij
in eadem Epiſtola rectã reperimus, ſuper qua & Deo gratias uberrimas retulimus.
Pro qua non ſolũ modo perſecutiões, & paſſiones ſuſtinere uobiſcũ parati ſumus,
ſed etiam ſi neceſſe fuerit, mori pro Chriſti nomine, inquantũ noſtra ſinit fragilitas,
non reſpuimus. Igitur prædictũ ſanctum, ut legimus, conciliũ definiuit Nicænum,
aliã Fidem nulli licere proferre aut conſcribere, uel cõponere, aut ſapere, uel docere
aliter, nec quicquã in Fide ſentire aut proferre, quod his patrũ regulis poſſit obuia-
re. Qui aũt præſumpſerit aliã Fidem cõponere, aut proferre, uel docere aut tradere
aliud ſymbolum, ad uiam ueritatis cõuerti deſiderantibus de quacũq; hæreſi, uel ex
Iudæis aut Paganis Chriſtianos ſe fieri uolentibus, hi ſi Epiſcopi fuerint aut clerici,
alienatos quidem Epiſcopos ab epiſcopatu, Clericos a clero. Si uero Monachi, aut
laici fuerint, anathemate feriri. Proteſtaẽ enim beatus Apoſtolus, dicens. Si quis cer
tat, non coronaẽ, niſi legitime certauerit. Et iterũ dominus ait. Qui aũt perſeuerauе
rit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis, pro
defenſione Catholicæ Eccleſiæ, magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omniũ bonorum
datore Deo, non deficiant manus noſtræ dilectiſſimi fratres per occaſionẽ cuiuſli-
bet deſidiæ diſſolutæ, ſed fratres efficiamur per gratiã domini, atq; uirtutem poten-
tiæ eius, quoniã perfecit pedes noſtros tanquã ceruorum, & ſuper excelſa firmius
ſtatuit. Per intellectũ ſummæ eius humanitatis propter noſtrã ſalutem, maxime ta-
men habentes impoſitã ſanctorum teſtiũ nubem. Deponentes ergo omne pondus,
& circumſtantẽ aduerſariorum nouitatẽ, per patientiã curramus aſpicientes in au-
ctorem Fidei, & conſummatorem IESVM, qui propoſito nobis propter eum nego
tio, Spiritũ ſuæ ueritatis condonet loquentẽ in nobis, atq; perhibentẽ magnalia Fi-
dei, per doctrinã ſanctorum patrũ, quos aduerſarij calumniaẽ quotidie. In prophe

Eccleſia catholica Syon.

tis nanq; habetur. Propter Syon non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediať ut ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius ut lampas, accendať. Profecto Catholica Eccleſia, quæ uera conſiſtit Syon, & ciuitaa Chriſti cœlorũ regis, per annorũ ſpacia expugnata ab aduerſantibus uerbo Fidei, qui neq; Deũ timent, neq; hominẽ reuerentur, ſed incaſſum perducentibus pias & canonicas de hoc uerbo doctrinas, dum a diuerſia tantisq; ſcripto, & ſine ſcripto conteſtationibus initiati fuiſſent, corrigere propriã & ſepelire hæreſim. Sicuti & per anteriorem cognitionẽ luculentiua demonſtratũ eſt, tam per libellos, quã per ſuggeſtiones reuerendiſſimorũ Sacerdotum, & uenerabiliũ Abbatum. Apoſtolo proteſtante nobis, ut hominẽ hæreticum, poſt primã & ſecundam correptionẽ, euitare debemua. Scientes, quia ſubuerſua eſt huiuſmodi, & deliquit proprio iudicio condẽnatus. Nullo modo oportet noa deinceps tacere aut quieſcere, ne quoquo modo iniqui iudicemur odibilem Deo ★ patrem amplectentes. Quoniã ſcriptum eſt. Zelaui in peccatoribus pacem peccatorũ uidens. Et dicatur etiam de nobia Sacerdotes mei contẽpſerunt meam legem, & polluerunt ſanctuaria mea inter ſanctum, & prophanũ non habuere diſtantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt, ſed conſurgere nos cõuenit cum Deo, conſiſtere prompte, induentes arma Spiritus aduerſus malignantes contra Fidem eius, ut approbemus Spiritus ſapientiæ, id eſt, uerba eorũ, ſi ex Deo ſunt. Scriptũ eſt enim in Hieremia. Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis uiam eorum. Multa nanq; nobis neceſſaria eſt uigilantia, & tanta diuinæ Sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quæ latet quodammodo & abſconditur, uixq; cõprehenditur doloſa exiſtens malicia pro eo, quod ſibi pietatem callide blandiatur, ut ualeat ſcrutantium mentem latere. Quod utique ſciens beatus Apoſtolus ait. Nam huiuſmodi pſeudoapoſtoli, & operarij ſubdoli, transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed non mirum, quoniam & ipſe Sathanas transfigurat ſe, uelut Angelus lucis. Et ideo non mirum ſi non miniſtri eiua transfigurantur, uelut miniſtri iuſticiæ, quoniam finis ſecũdum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmuniena noa ait. Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uoa in ueſtimento ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eoa. Ergo in idipſum ex toto corde ferentes ante omnia ſuper tali quæſtione deprecatiõem, & dicentes cum Dauid. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Lucerna enim pedibus meis uerbum tuum domine, & lumen ſemitis meis, quoniam ipſiua eſt. Sicut ait beatus Daniel propheta. Sapientia & fortitudo dat ſapiẽtiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Quia ſapientiam inquit, & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi, quæ rogaui te. Cum opera diuina uniuſcuiusq; perſonæ deſcripta, eorum qui pro nouitatis commento accuſati de uenerabili noſtro ſeruo obſecundantibus, & nobia ordinabiliter offerentibua, ſolertiua intendamus, ita ut qui hæc præſumpſerint præuaricati, primũ quidem ſubiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunq; regalem indignationem reuereantur. Per quam ſiquidem Epiſcopi, aut Clerici fuerint, a ſui ſacerdotij, ſiue a ſui cleri ordine modis omnibus excidant. Sin autem Monachi ſunt, ſegregentur, & alieni ſint a ſuis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Quòd ſi priuati ſiquidem nobiles conſiſtunt, ſuarum ſubſtantiarum præſcriptionem patiantur. Sin autem ignobiles conſiſtunt, non ſolum in corpore uerberantur, ſed exilio perpetuo caſtigantur, ut omnes timore Dei compreſſi, & comminata eia digna ſupplicia reuerentes, immobilem & ſine turbatione pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiant. Data. viij. Calen. Iunij. Aſclepio; & Deodato uenerabilibus. CC. Explicit. Gloria CHRISTO IESV domino noſtro. Pax uobis. Amen.

Aliâs partem

Angelus Sathanæ transfigurat ſe in angelum lucis.

EPISTOLA

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFICVM AD EVNDEM DE INFESTATIONIBVS ARRIANORVM.

DOmino ter beatiſſimo, & honorabili ſancto patri Fœlici ſanctæ
ſedis Apoſtolicæ urbis Romæ Papæ Athanaſius, & uniuerſi Ae-
gyptiorū Thebaidorū, & Libyorum Epiſcopi, in ſancta Alexan
drina ſynodo gratia Dei congregati. Veſtro ſancto ſuggerimus
apoſtolatui, ut noſtri more ſolito ſollicitudinē gerere dignemini,
iuxta ueſtram prudentiſſimā ſapientiam. Quæ omnibus luce cla-
rius manifeſta eſt, quia apoſtolicis ueſtra beatitudo uiſceribus cō
mota, ſuper tribulatiōe noſtra, nos omnes hortata eſt ad tuitionē catholicæ & apo-
ſtolicæ Eccleſiæ, in unum cōuenire, & de noſtra canonice oppreſſione, & unanimi-
ter tractare, dum conſtat nos una cum beato Paulo apoſtolo eadem compaſſibiliter
dicere. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?
Satagentes, ne aliqua de ijs, quæ uobis creditæ ſunt rationabilibus ouibus, a beſtijs
capiatur. Ideo Pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos a ueſtra apo
ſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus, & noſtri uos habere curam nouimus, præfa
tam apoſtolicam & ſummā expetimus, iuxta canonum decreta, ſedem, ut inde auxi
lium capiamus. Vnde prædeceſſores noſtri ordinationes & dogmata, atq; ſubleua- *Aliás.*
tiones ★ texerunt. Ad eam quoq; quaſi ad matrem recurrimus, ut eius uberibus *traxerunt uel*
nutriamur, quoniā non poteſt mater obliuiſci infantem ſuū. Sic & uos nolite obli- *tenuerunt*
uiſci nos uobis cōmiſſos. Quoniā non leuibus nos inimici noſtri implicuerunt, &
quotidie facere moliuntur afflictionibus. Et apprehendere, ac feris nos conſtringi
minantur, niſi eorū conſentiamus erroribus, quod nequaquā uobis incōſultis age-
re præſumimus, canonibus quippe iubentibus abſq; Romano pontifice, nos de ma
ioribus cauſis nihil debere decernere. Ideoq; ad propoſitū recurrentes, & ad brauiū
properantes, ueſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxiliū. Quia, ut credimus, non
deſpexit Deus preces cū lachrymis ſibi oblatas ſeruorū ſuorum, ſed ob id uos præ-
deceſſoresq; ueſtros, apoſtolicos uidelicet præſules, in ſummitatis arce conſtituit,
omniūq; eccleſiarū curam habere præcepit, ut nobis ſuccurratis, noſq; tuentes, qui-
bus omne Epiſcoporū iudicium eſt cōmiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris nō negli
gatis. Nam ſcimus in Nicæna magna ſynodo trecentorū decem & octo epiſcoporū, *Vide an hoc*
ab oībus concorditer eſſe roboratū, non debere abſq; Romani pontificis ſnīa con- *ſit reſum-*
cilia celebrari, nec ep̄os damnare licet, hæc & ſynodica capitula alia cōplura per ne-
ceſſaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nitunt̄, ut facilius nos ca
pere poſſint, ſint incēſa, nobiſq; ſublata. Qua de re hac inuēta occaſiōe, indifferen
ter omni canonica & ap̄lica poſtpoſita auctoritate, nos ui a proprijs, uobis incōſul-
tis, illicite expellūt ſedibus, oueſq; nobis a Chriſto dn̄o apoſtolica cōmiſſas gratia,
inuadūt, gradibus priuant. Et quod peſſimū eſt, & oībus Chriſtianis legibus inimi-
cū, interficere decertant. Vos ergo ut ſemp̄ ueſtræ ſedi ſanctæ cōſuetudo fuit, peri
clitātibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulantibus manū porrigite, taliaq; pro
hibete, & leges imponite, ut ap̄lica doctrina, quæ in Deo eſt, cito ad uictoriæ iudiciū
perducere ualeat noſtrū, noſq; Apoſtolorū principe ſuffragante Petro, ab īminenti
bus periculis liberare. Nouimus nanq; in iam fata Nicæna ſynodo generaliter eſſe
decretū, ut nullus paſſim, uageq; Epiſcopos, aut p̄ſumptiue lacerare, aut accuſare,
& qui nō ſunt rectæ Fidei uel bonæ uitæ, uel claræ cōuerſationis, infamare p̄ſumat;
Sed prius ſi erga epiſcopos, uel auctores Eccleſiæ quiſquā cauſam habuerit, eos cū
charitate manſuete cōueniat, ut ab eis vulnus unde agitur, recte ſanet̄. Aut ipſe, ſi ſe
cus egerit, accuſator excōmunicetur. Q; ſi ab eis nihil recte ualuerit percipere, tunc
primo ſummos adeat primates, & ipſi tēpore congruo canonice eos cōuocare debe
bunt. Qui ſi aut ſuis rebus expoliati, aut a proprijs ſedibus eiecti, aut exiliati, uel op

preſſi, aut inique tractati fuerint, primo eruant̃, & canonice reſtituant̃, atq; omnia ſibi ſublata integerrime eis legibus reddantur. Quoniam priuſquã hæc fiant, ut in prædicto conſtitutum eſt concilio, nec canonice cõuocari, nec diſtringi a quocunq; poſſunt. Quoniã nec ſæculi leges hæc fieri permittunt, quãto minus eccleſiaſticæ. Similiter & a ſupradictis patribus eſt definitũ conſonanter, ut ſi quiſquã epiſcoporũ, aut metropolitanũ, aut cõprouinciales, uel iudices ſuſpectos habuerit, ueſtram ſanctam Romanã interpellent ſedẽ, cui ab ipſo dño poteſtas ligandi, ac abſoluendi, ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa eñ firmamentũ a Deo fixum, & immobile præſepe, quoniam ipſam formã uniuerſorum titulorũ lucidiſſimam dominus IESVS CHRISTVS ueram apoſtolicã conſtituit ſedem. Ipſa eſt eñ ſacer uertex, in

Hic multũ tribuit Eccleſiæ Romanæ.

quo omnes uertunt̃, ſuſtentantur, leuant̃, & ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petro in Chriſto renouant̃ Eccleſiæ. Tu es eñ, ſicut diuinũ ueraciter teſtatur eloquium, Petrus, & ſuper fundamentũ tuum Eccleſiæ columna, id eſt, Chriſti, qui Eccleſiam ſuſtinere, & proprijs humeris portare debes, ſunt cõfirmati. Tibiq; claues regni cœlorum cõmiſit, atq; ligare, & ſoluere poteſtatiue, quæ in terra & quæ in cœlis ſunt, promulgauit. Tu prophanarũ hæreſium, & impetitorum, atq; omniũ infeſtantium depoſitor, & princeps, & doctor, caputq; omniũ Orthodoxæ doctrinæ & immaculatæ Fidei exiſtis. Igitur ne deſpicias patrum tuorũ Pater pietatem, bonãq; intentionem. Et ſicut illi patres, & prædeceſſores noſtros a multis liberauerũt oppreſſionibus & anguſtijs, ita nos liberare digneris. Nam fuit ſemper ueſtræ ſanctæ & apoſtolicæ ſedi licentia, iniuſte damnatos uel excõmunicatos, poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excõmunicauerũt, apoſtolico punire priuilegio. Sicut etiã noſtris, & anteceſſoribus cognouimus actum tẽporibus. Porro & ipſi primates, qui epiſcoporum & ſummorũ eccleſiaſticorũ cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicæna ſynodo ſunt dinumerati, ne in poſterum ex hoc cõtentio oriretur. O ſanctiſſime Pater patrum, abſcinde blaſphemias & iactantiã uaniloquorum, & inſidiantiũ infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimẽtium, atq; perdere uolentium, qui ad uos quaſi ad caput cõfugimus, ut ueſtro ſuffulti auxilio liberemur, & uobis nobiſq; Chriſti cõmiſſas oues a luporũ ore domino adminiculante, antequã deglutiantur, rapiamus. Nec eñ fas eſt ſupplicum apoſtolicæ ſedis ſcripto, aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere, ſed ut condecet, & priuilegiũ ueſtræ ſedis eſt, & nos, & illi canonicaliter cõuocemur, & ante uos de noſtris obiectionibus canonice cũ omni probitate concertemus. Sicut prædeceſſores noſtri penes ueſtros fecerũt anteceſſores, & ſicut canonica in prædicta ſancta ſynodo docent cõſtituta, & ueluti paleati uerbi per uentilabrũ canonicæ examinationis, plenã purgatiõem in cõmuni conſiſtentes auditorio, de maturis, et nutrientibus Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus, quæ cõfirmant cor hominis, participationẽ paternarum cõſequamur inſtitutionũ. Antiquis eñ regulis ſancitũ eſt, ut quicquid, quam-

Statutum, pro ſede Romana.

uis in remotis, aut in longinquis poſitis ꝓuincijs, ſuper epiſcoporũ querelis aut accuſationibus ageretur, non prius tractandũ uel accipiendum eſſet, quã ad noticiam almæ ſedis ueſtræ fuiſſet ꝓnuntiatio facta, qua infirmaret̃, aut firmaretur. Indeq; ſumerent normã, unde Eccleſiæ ſumpſere exordium prædicationis, ne paſſim ab inſidiatoribus columnæ euerterentur Eccleſiæ. Certum eſt enim eidem ſanctæ ſedi ueſtræ in honorem beatiſſimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuiſſe reuerẽtiam Dei, pro rebus inquirendis atq; determinandis, quas ſollicite decet, iuſteq; ab ipſo præſulum examinare uertice apoſtolico, cuius ſollicitudo ſemper fuit & eſt, tam mala damnare, quam probare laudanda. Quoniam humilimum ueſtro apoſtolico culmini perſoluentes obſequium, ut ipſe dominus præcepit, & ſanctorum decreta patrum ſtatuerunt, cum lachrymis ſuggerimus, quod ſine gemitu cordis reticere non ualemus. Nam in tantum a perſecutoribus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque inimicis perſequimur, ut magis nos uiuere, quam mori neſciamus. Vnde pro omnibus

fatemur, in

fatemur, in tantum cor eſſe noſtrū uulneratum, ut propheticum illud præceptū exo
ptemus, dicentes. Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis noſtris fontem lachryma
rū ut ſedentes ploremus die ac nocte? Ecce enī oues, quæ nimis infeſtātur, atq; a pra
uis amoueri hominibus impelluntur. Chriſtianorū uero uoces ac gemitus Epiſco-
porū longe, lateq; reſonant, nouitates inſurgunt, calumniæ creſcunt, ꝑſecutio graſ
ſatur, perditio fit populorū. Veſtrum eſt nobis manum porrigere, uobis enim com-
miſſi ſumus, ueſtrum eſt nos defendere atq; liberare, noſtrumq; eſt a uobis auxiliū
expetere, & ueſtris parere iuſſionibus. Pro nimio ergo dolore, atq; gemitu omniū,
quæ nos infeſtant, neceſſario recordari, uobiſq; ſignificare nequimus. Ideo almum
ueſtrum exoramus Apoſtolatum, ut ſuper his legem, quæ in memorata, Nicæna ſy
nodo eſt promulgata, quamuis prædictorum inſidiatorū, & aliorum malorum ho-
minum, quo faucibus Epiſcopos Dei miniſtros ualeant illaqueare, eſt ſuffocata, re
paretis. & quæ neceſſaria fore cognoſcitis, ueſtræ ſanctæ ſedis authoritate nos cun-
ctoſq; fratres informetis, ut malorum inſidias hominum ueſtra fulti authoritate illę
ſi, domino opitulante euadere ualeamus, quia inſidias luporū præuidere, non ouiū
ſed paſtorū eſt. Scimus enim quod id ſemper ueſtræ ſedis præſules, primo Apoſtoli
deinde ſucceſſores eorū fecerunt. Vos uniuerſalis eccleſiæ, & maxime Epiſcoporū
qui oculi domini propter contemplationem & ſpeculationem uocantur, curam ge-
rere, ac de reuelatione & lege noſtra aſſidue cogitare debetis, ſicut ſcriptum eſt. Bea
tus qui meditatur in lege domini die ac nocte. Quæ meditatio, non lectione per figu
ram literarum tantum conſpecta, ſed uberante in uobis Chriſti gratia in ueſtra co-
gnoſcitur conſcientia immobiliter inſita, & nullatenus de ueſtro corde recedente le
ge Chriſti Dei ſacroſancta, ſicut in pſalmis dicit Propheta. Os iuſti meditabitur ſa-
pientiā, & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde ipſius, nō attramen-
to, ſed ſpiritu Dei uiui ueſtris in archanis cōſcripta, neq; in tabulis lapideis, ſed in ta-
bulis cordis carnalibus, ſicut beatiſſimi Apoſtoli Pauli Ad Corinthios miſſa nos do
cet epiſtola. Quibus præmiſſis ſignificamus Deo placitæ fraternitati ueſtræ, die ſe-
ptimo Calendarū auguſtarum indictionis quartæ, noſtrā humilitatem Diuina gra-
tia, ſuo ut pręcepit munere ꝑueniente, ueſtris ſanctis ac Deo dignis precibus, in ſan
cta Romana eccleſia Pontificalis honoris accepiſſe conſecrationē et ſtolā, ut in quo
dignitatis faſtigio Deo omnipotente altiſſimo regamur, & a malis omnibus libere-
mur. Vt nō ſacerdotale nomen tantū, ſed Chriſti domini noſtri Dei protegente au-
xilio & meritū habeamus, ueſtris ſanctis, ac Deo acceptabilibus nos cōmendantes
orationibus, poſcimus quatenus & ueſtris deprecationibus pro nobis ad Deū effu-
ſis muniti, & eruditionibus bonis inſtructi, digni efficiamur cū omni nobis populo
Chriſtiano cōmiſſo illeſi, protegi uelamento diuino. Ad ſalutationem ergo ueſtræ
ſanctæ & honorandæ fraternitatis, uice noſtra. Benedictū humilem noſtrū fratrem
ueſtrum Epiſcopū, & Alexandrum preſbyterū. Criſpinum quoq; diaconū, ueſtros
famulos deſtinauimus. Propter quos poſtulamus celerius nobis a ueſtra beatitudi-
ne ꝑſolui, ut ueſtris cohortationibus roborati, ueſtris regulis inimicis uidelicet cō-
preſſis informati, ad proprias prudenter conſolati ualeamus eccleſias ante hyemem
dn̄o propitio remeare. Veſtrū eſt quippe, pater ſanctiſſime, canonica diſtrictiōe ſol
licite eccleſiaſticæ regulæ aduerſantibus, & fratrū inſidiatoribus obuiare. Nec per-
mittere nouiter dici, quod patrum uenerabiliū authoritas oīno non cenſuit. ★ Nō Aliâs Nôs
enim humiles corde, ſapientes adiuuante domino uno uinculo charitatis uobiſcum
ſumus cōſtricti, ueram fidem, ac religionem catholicam in omnibus fortiter defen-
ſantes. Studioſius itaq; a catholicis, improbis probe reſiſtere nitendū eſt, ne torpen-
tes, deſidia oppreſſi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxij, & quaſi fauorem impē
dentes iudicemur. Vnde & dictū eſt. Negligere cū poſſis deturbare peruerſos, nihil
aliud eſt q̃ fouere. Nec caret ſcrupulo ſacietatis occultæ, qui manifeſto facinori de-
ſinit obuiare. Manifeſta eſt doctor ſanctiſſime uenenoſa ſerpentū ſine ſimplicitate

 aſtutia, dū

aſtutia, dum manifeſta eſt doloſa inimicorũ fallacia. Succurrite quæſumus oppreſſis, liberate nos de manu perſequentiũ, ut cum beato Iob cantetis. Benedictio perituri ſuper me ueniebat, & cor uiduæ cõſolatus ſum, iuſtitia indutus ſum, & ueſtiuit me, ſicut ueſtimento, & diademete iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperũ, cauſamq; quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eorum auferebam prædam, & reliqua. Nos eni quos tua maxima expectat cura, id eſt Epiſcopi omnes, præcipue tuũ debemus mœreri iudicium, & non ab alijs deuorari. Merito ergo nos ſacerdotes domini cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiuſmodi, nec ſit liberũ eis pro uoluntate habere iudicium, deſinatq; nouitas inceſſere uetuſtatem, deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes Metropolitani, uel reliqui Epiſcopi, ſua odia aut uindictas in reliquos Epiſcopos exercere nõ ualeãt. Ideo nominatim in Nicæna ſynodo expreſſi ſunt primates, qui reliquos Epiſcopos audire & iudicare debeant, ne ulla fraus in iudicio Epiſcoporũ poſſit irruere. Vos ergo qui in ſummo ſpeculo gratiæ Dei eſtis depoſiti, attendere eos, & opprimere oportet, q in fratres ſeditiones, & ſcandala excitant. Ideoq; exoramus, ut minime deſpiciatis humilitatis noſtræ, & omnium orientalium orthodoxorum ſacerdotum, & populorum afflictiones & damnationes, cum lachrymis oblatas. Sed ſicut luminaria uniuerſo mundo, uerbum uitæ retinentes, introductas extinguite tenebras, nefandiſſimorum inſidiatorũ temporibus etiam noſtris procaciter germinatas, quatenus fun ditus extincta huiuſmodi caligine, Lucifer nobis reſplendeat p uos ſanctiſſime pater, & dogmatica definitio ubiq; omẽs lætificans, qua glorioſi ſancti patres per propria pijſſime dogmata in æternæ uitæ firmã hæreditatem prædicaſſe noſcuntur. Et ſubſcriptio incolumen te, & beneplacitum Deo ſanctiſſime pater patrum orantem pro nobis dominus cuſtodiat in æuum. AMEN.

RESCRIPTVM FOELICIS PAPAE AD EOSDEM.

Reuerendiſſimis atq; dilectiſſimis fratribus Athanaſio, & uniuerſis Aegyptiorum, Thebaidum, Lybiorumq; Epiſcopis in ſancta Alexandrina ſynodo congregatis. Felix almæ Romanæ urbis & uniuerſalis eccleſiæ Epiſcopus, & ſancta ſynodus, quæ in urbem Romã conuenit in domino ſalutem. Sacram ueſtram ſynodicam epiſtolam per gratiã SPIRITVS ſancti, & Deo placitum ſtudium conſcriptã, ueſtræ a Deo honorandę ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atq; inſtanter noſtra in ſynodo recitare per ſingula iuſſimus, & omnes intente eius colligere uerba præcepimus. Super quæ dum lætari ſperabamus & cupiebamus, uerſa eſt in luctum cithara noſtra, & cantatio in plorationem, & oĩno totius ſynodi gaudium in mœrorem tranſlatũ eſt, quia non decuerat, ut ij qui corpus Chriſti quotidie proprio cõficiunt ore, tantam paterentur perſecutionem. Quoniam dominus Deus noſter ſalutem prouidens generis humani mandauit perſecutiones nõ fieri, neq; fluctuationes inferri aut inuideri laborãtibus in agro domini neq; diſpen-
Nicæna ſynodus. ſatores magni regis uexari, aut expelli. Quieſcite, inquit, ſancta magna Nicæna ſynodus, & nolite perſequi eos, qui Deo perfectæ miniſtrant, & ſincera uoluntate ſuperni Dei mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiuganť. Quia nec decet nec ordo patitur, ut iniqui & carnales, ſpirituales perſequanť. Omnis enim qui reſiſtit alicui, nunc uertendo, nunc cælando ueritatem, mentiť aduerſus eum cõtra quem litigat. Et qui infeſtus eſt alicui, omnia ſicut hoſtis agit, & inſuper loqui cõtendit. Vos enim monemus fratres in ſpeculis eſſe debere, ut inquantũ eſſe poteſtis & dominus auxilium dederit, talibus noſtra Apoſtolica ueſtraq; authoritate reſiſtatis, nec quiſquam ueſtrum a fratris auxilio ſe ſubtrahat, ſed pro uiribus adminiculum præſtet.

Quoniam

Quoniam licet pauci ſitis, ſi unanimes fueritis, nullatenus, iuſtitia ſuffragante, do-
mino quoq; opem ferente, ſuperabimini. Quia funiculus triplex difficile rumpitur
Nam ſi officijs ſecularibus humana lex ſubuenit, quanto magis eccleſiaſticis, & do-
mini ſacerdotibus, maximeq; Pontiſicibus, qui pupillæ oculorũ domini appellan-
tur, Diuina atq; canonica lex ſuffragari debet. Ait enim diuinum de Epiſcopis elo-
quium. Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et ſi ſæculares homines humana
multipliciter explorantur lege, & requiſitiones atq; induciæ illis multorum menſiũ
cõceduntur, ne iniuſte damnentur, quanto magis Epiſcopis, qui proximiores ſunt
Deo, & ſuper eos ſunt conſtituti, poſitiq; in cœleſti militia, quæ impenſius ponde-
randa eſt, tempora ſunt cõcedenda multo ampliora, ne a quibuſdam grauentur aut
opprimantur, uel ſubito damnent̃. Inſpiciamus ergo adiuuante Deo & ſancto Apo
ſtolo Petro, per quem & Apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto cepit exordium, q̃
plures ſæpe emerſerũt cauſæ, quæ in quibuſdam nõ erant cauſæ, ſed crimina. Quia
magis, ut comperimus, iniquitate fratribus ſunt impoſitæ, quam charitate. Et ut de
cætero ſollicitudo ſit, ne talia deueniãt, capitula quædã, quæ a ſanctis patribus, tam
in Nicæna ſynodo, quam in hac ſede conſtitua ſunt, ponamus. Quibus fratres & co
epiſcopi noſtri fulti, inſidias inimicorũ domino auxiliante ualeant euadere, & pro-
ut dominus dederit poſſe, paucioribus tantorum malorũ uerbis imitemur compen
dium, & ſtructim quæ in uolumen literarũ ueſtrarum cõperimus, rectractemus, &
alia nõnulla inſtantis temporis neceſſaria prout petitis ponamus. Eſt nanq; ſynodi-
cis decretum inſtitutis, ut nemo Epiſcopũ penes ſæculares arbitros accuſet, ſed ad
ſummos primates. Si quis aduerſus Epiſcopũ cauſam habuerit, nõ prius alios Epi-
ſcopos adeat, ut eum accuſet, quã familiariter ei ſuam indicet quærelam, & ab eo aut
iuſtam emendationem, aut rationabilem percipiat excuſationem, ipſa nos inſtruen
te ueritate. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ. Si *Vide hæc.*
te nõ audierit, adhibe duos uel tres tecũ. Et ſi nõ audierit, dic eccleſiæ, i. ★ hac cau- *Aliâs*
ſa eum publice, & non prius, & reliqua. Si quis Epiſcopũ poſthac elegerit accuſare, *accuſa eum pu*
ſummis primatibus Epiſcoporũ ſuam indicet cauſam, & nõ ſæcularibus. Qui ma- *blice, & non*
gis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent, ut charitas in omnibus & ab om̃ibus *priuatim*
cuſtodiatur. Si primates accuſatores Epiſcoporum cum eis pacificare familiariter
minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice conuocatam,
non infra anguſta tempora canonice conuocent, & non priuſquam eis perſcripta ſi
gnificent, quid opponitur, ut ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut ui,
aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad ſynodum
poſſunt, nec reſpondere æmulis debent, anteq̃ canonice reſtituantur, & ſua eis om-
nia legaliter reddantur. Si quis Epiſcoporũ ſuis fuerit rebus expoliatus, aut a ſua ec
cleſia ui aut timore expulſus, quod omni Chriſtiano nomini eſt inimicum, oportet
& decet Epiſcoporũ præpoſitum ſemper prima fronte ſollicitũ eſſe, ut omnia, quæ
ei ablata ſunt, poteſtati eius legaliter reddãtur, & præſul prius reſtituatur. Et poſtea
non ſtatim, ſed diu & per ſpacioſa tempora, ſuis poteſtatiue depoſitis, & ad ſuam ne
ceſſitatem præparatis, ad tempus ueniat ad cauſam. Et ſi iuſte uiſum fuerit, accuſato
ribus reſpondeat ſuis. Nulli infami atq; ſacrilego de quocũq; liceat negotio, aduer- *Hic Romano*
ſus religioſum Chriſtianum, quamuis humilis ſeruiliſq; perſona ſit, teſtimoniũ di- *Epiſcopo mul*
cere, nec de qualibet actione uel inſcriptione Chriſtianum impetere. Si qui Epiſco- *tum tribuit.*
pus legitime accuſatus, & ſupradicto ordine ad concilium canonice cõuocatus fue
rit, abſq; trepidatione ire debebit. Et ſi ire nõ potuerit, pro ſe legatum ad ſynodum
mittat. Nullæ cauſæ a iudicibus eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continen-
tur, uel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur. Si quis aliter non adquieuerit, niſi ut Epiſco
pum accuſet, ſupratàxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata nõ poteſt accu-
ſatio exiſtere, tunc primo accuſati cauſam accuſator apud primates canonice defe-
rat. Nam a communione prohibeatur accuſatus, niſi ad electorum iudiciũ canonice
conuocatus

conuocatus infra tres aut ſex, uel plures menſes pro ſuis ratione̅ rediturus uenire diſtulerit. Quod ſi probare potuerit, quod nō noluerit, ſed nō potuerit uenire, nihil ei nocebit. Ille uero, qui ui, aut timore a ſede pulſus, aut ſuis rebus expoliatus fuerit, nō prius uocetur ad ſynodū, quam ei omnia legibus redintegrent̃. Et tamdiu in ſede ꝓpria pacifice & poteſtatiue cuncta diſponens reſideat, quandiu expulſus, uel expoliatus carere uiſus eſt rebus. Cum aũt ad iudiciū uenerit, ſi uoluerit & neceſſe fuerit induciæ ei petenti a patribus conſtitutæ, abſq; impedimento concedant̃, & iudices a ſe electi tribuant̃, ut in loco, unde eſt ille qui accuſatur, aut ſi alibi alicuius temerarie multitudinis, uim metuerit, locum ſibi congruū eligat, quo abſq; timore ſuos ſi neceſſitas expopoſcerit, teſtes habere, & abſq; impedimento ſuam canonice ſententiā finire ualeat. Quia multa ꝑ ſubreptionem euenire ſolent, illis teſtificādi uel accuſandi licentia denegetur, qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem, & ſuæ legis uel ſui propoſiti normā, aut regulariter prohibita, neglexerint. Multum derogatio præualet, quādo derogato creditur. Ideo uarijs detractionibus atq; accuſationibus nō decet labefactari primatem, ſed magis patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter ſuſcipere accuſationes pręſumat, dicente domino. Non ſuſcipias uocem mendacij, ſed prius probare debet ſuſpitionem & cauſam, aut quo animo hoc faciat & poſtmodū ſuſcipere, quia ueritatis profeſſione̅ propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odij, & cupiditatis intentio, impedire, & aduerſa fratribus irrogare ſolet. Perſonæ accuſantiū tales eſſe debent, quarum fides & cōuerſatio & uita probabilis & abſq; reprehenſione ſit, & quæ omni careant ſuſpitione. Quia & hoc te p̄ſente, ut bene noſti, in Nicæna ſynodo propter malorum hoīm infeſtationem ab om̄ibus eſt definitum, licet prauorum hominū, inſidijs ſine hæc & alia complura deleta. Primates illi, & non alij ſunt, quam qui in prædicta Nicæna ſynodo ſunt conſtituti. Reliqui uero, qui Metropolitanas tenent ſedes, Archiepiſcopi uocantur, & nō primates ſalua in oībus Apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo domino eſt conceſſa, & poſtea a ſanctis patribus roborata. Primo ſemper in omni Epiſcoporū accuſatione, ꝑſona, uita, & couerſatio accuſantium, enucleatim inquiretur, & poſtmodum ea quę obijciuntur fideliter pertractentur. Quoniam nihil aliter fieri debet, niſi imperitoꝝ prius requiratur fides, perſonæ, hoīm pernicie uolentium uitam lacerari innocentium. Sane ſæpiſſime boni a malis perſequuntur, qui non ceſſant ſuis calamitatibus alijs derogare. Ideo ſummopere præuidendū eſt, ne hæc fiant. Nullus ſeruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad cauſandū uel detrahendum eſt facilis, nulla infamis perſona, necnon & uniuerſi quos ad cauſanda publice cōuiuia leges publice nō admittunt, permittatur Epiſcopos accuſare. Quoniā accuſatores et accuſationes, quas leges ſæculi nō recipiunt, qua ratiōe ſacerdotalis eas recipere debeat ordo inuenire nequeo, cū hæc & in Nicæna ſynodo prohibita ſint, & illi magis ab iſtis, non iſti ab illis iudicari debeant, cū Apoſtolus dicat. Spiritualis iudicat omnia, ipſe uero a nemine iudicatur. Hæretici, a quibus nimiū opprimimur, excommunicatiq; homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, uenefici, adulteri, & qui raptū fecerint, uel falſum teſtimoniū dixerunt, ſeu qui ad ſortilegos, magoſq; contulerint nullatenus ad accuſationem, uel ad teſtimoniū erunt admittendi. Non ita in eccleſiaſticis agendum eſt negotijs ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus, poſtquam legibus uocatus, & in foro decertare cēpit aliquis, nō licet ante peractam cauſam recedere. In eccleſiaſticis uero, dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe pergrauari uiderit. Quotienſcunq; Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus, ſi tales fuerint accuſatores, qui iuſte & canonice recipi debeant, legitima in ſynodo ſuo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui ſunt in prouincijs Epiſcopis. Quod ſi legitimi nō fuerint accuſatores, non fatigetur Epiſcopus. Quia ſacerdotes ad ſacrificandū uacare debeant, nō ad litigandum. Nec illi, qui throni Dei uocantur

Accuſatores quales eſſe debeant uita & moribus.

prauorum

prauorum hominum inſidijs turbari debent, ſed libere Chriſto domino famulari. Quanq́ꝫ prouincialibus Epiſcopis, una cum eorum Metropolitano ſuæ prouinciæ cauſas Epiſcoporũ, liceat charitatiue & cõcorditer agitare. Non tamen, ſicut in prædicta te præſente conſtitutũ eſt ſynodo, licet diffinire, abſq́ꝫ Romani Pontificis authoritate. Quod ſi ſecus a quibuſdam præſumptũ fuerit, ipſi qui hoc egerunt, ſuæ præſumptionis ſuſcipiant damnũ. Et illi, qui ab eis perperam excõmunicati aut dãnati fuerint, authoritate huius ſanctæ ſedis, & beati præceptoris noſtri clauigeri Petri poteſtate ſoluantur atq́ꝫ reſtituantur. Ipſe enim ait dominus. Quæcunq́ꝫ ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in terra & in cœlis. Quoties epiſcopi ſe a ſuis comprouincialibus, uel a Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanã appellant ſedem. Ad quam eos abſq́ꝫ ulla detentione, aut ſuarum rerum ablatione, obedire liceat. Et dum ad prædictam Romanã matrem appellauerint Eccleſiam, aut ab ea ſe audituri expopoſcerint, nullus eos, aut excõicare, aut eorum res auferre, aut aliquam uim inferre eis præſumat, antequã horum cauſa Romani Pontificis authoritate finiatur. Quod ſi aliter a quoquam pręſumptum fuerit, nihil erit, ſed uiribus carebit. Nam nec hoc perperam præſumimus, ſed & ipſum in Nicæna ſynodo conſtitutũ, & anteceſſores noſtros egiſſe, bene Athanaſi noſti, quando tu & Paulus Conſtantinopolitanus, Aſcepius, Gazæ, & Lucianus, Anoplites, ab epiſcopis orientalibus inconſulto ſanctæ memoriæ Iulio prædeceſſore noſtro dãnati eſtis, et ad eum, quaſi ad totius orbis caput, ut ſemper huic ſanctæ ſedi licitũ fuit cõfugiſtis. Cognita eorum nequitia, & ueſtra iuſtitia, uos in cõmunionem ſuſcepit & omnium ueſtrum curam gerens, propter ſedis propriæ dignitatem ſuas ſingulis reddens eccleſias, orientalibus ſcripſit, culpans eos quod nõ recte tractaſſent, uiros inculpabiles de ſuis eccleſijs expellentes, & conſtituta Nicæni concilij minime cõſeruãtes. E quibus ad certũ diem nõnullos ſibimet adeſſe pcepit, ut de talibus præſumptionibus certam redderent rationem, & coram eis oſtenderet, iuſtum ſe ſuper eis protuliſſe decretum. ★ Interminatũ eſt etiam, non talia deinceps fratres eſſe paſſuros. Et niſi ab huiuſmodi præſumptionibus ceſſarent, a proprijs eſſe gradibus eos receſſuros.

Aliás Determinatũ

Tali enim huius ſanctæ ſedis priuilegio, & tu & fratres tui proprias recepiſtis eccleſias, cum omnibus ad uos pertinentibus. His enim & alijs q̃plurimis documentis, manifeſtũ eſt, nullum damnari, aut ſuis expoliari rebus debere Epiſcopũ qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit, aut ſibi defenſatricem aſciuerit, donec iudiciũ de eo noſtræ Apoſtolicæ authoritatis, hoc eſt, principis Apoſtolorũ Petri agnoſcat.

[redacted]

Quia ſolum CHRISTVS IESVS huic ſanctæ ſedi, id eſt Apoſtolicæ hoc facere cõmiſit. Vtpote quoniam ſolus, atq́ꝫ præ omnibus præfatus princeps Apoſtolorũ creditus eſt, atq́ꝫ percipere meruit a rege regum Chriſto claues regni cœlorũ.

Princeps Apoſtolorũ Petrus ut hic dicitur.

De inducijs uero Epiſcoporũ ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas a patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & concilia Epiſcoporum atq́ꝫ amicorũ quærenda, annum aut ſex menſes mandauerunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus uero quam ſex menſes nõ reperi, quia a laicis hæc indulta ſunt, quãtomagis domini ſacerdotibus. Nam & a noſtris anteceſſoribus, atq́ꝫ reliquis ſanctis patribus multoties inhibitum eſt, ne quis domini ſacerdotibus detractiones irroget, quãtomagis accuſationes nõ ex radice charitatis prolatas. Quieſcite inquiunt, & nolite perſequi eos, qui Deo pfecte miniſtrant. Quorũ orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentiũ a Deo angelorũ pelluntur incurſus, quiq́ꝫ omnes dæmones, qui corrupti ſunt, præcum aſſiduitate cõfundunt. Induciæ nanq́ꝫ nõ ſub anguſto tempore, & ſub longo ſpacio ★ cõſcendendæ ſunt, ut accuſati ſe præparare, & uniuerſos cõmunicatores in prouincijs poſitos cõuenire, & teſtes præparare, atq́ꝫ cõtra inſidiatores ſe pleniter armare ualeant. Iudices enĩ, & accuſatores tales eſſe debent, qui oĩm careant ſuſpitione, & ex radice charitatis ſuã deſiderent

Aliás comedendæ

deſiderent promerere ſñiam. His igiẽ tam legaliter, quã & canonice prolatis, etiam omniũ Chriſtianorum reuerentiam congaudere depoſcimus ſpiritali intercedente dilectione, & timore dñico, per quẽ humana remouetẽ offenſio, & Eccleſiarũ ædificatio præponiẽ uniuerſis, ut magis uniuerſi ad ædificationẽ fratrum laborent, quã ad damnationẽ, quoniã ait dominus. In hoc cognoſcent oẽs, quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis ad inuicẽ. Iam enim formã dedimus, & a prædeceſſoribus noſtris datã eſſe cognouimus, ut ſi quis ſe agnouerit Chriſtianũ, illud ſeruet, quod ab Apoſtolis noſciẽ eſſe traditũ, dicente Apoſtolo Paulo. Si quis uobis annuntiauerit, p̄ter quã quod accepiſtis, anathema ſit. Chriſtus eñ Dei Filius dominus noſter, humano generi propria paſſione ſalutem pleniſſimã condonauit, ut nos liberaret. Vt ſi in tantũ nos dilexit, ut etiã proprio Filio ſuo non parceret, ſed pro nobis omnibus illũ traderet, ut nos liberaret, ut quid nos non diligimus fratres, aut eos temere iudicamus? cum prædictus dicat Apoſtolus. Nolite iudicare inuicẽ, ſed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculũ fratri uel ſcandalũ. Nam ſi illi, qui fratres diligunt, ex Deo nati ſunt, & uident dominũ, quid ergo erunt illi, qui eos perſequunẽ, & eos detrahendo, machinando, accuſando, infeſtando, damnare moliũtur? Si illi filij dei, proculdubio filij ſunt diaboli, qui ut ſemp ſicut leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret, ita fratres inſequunẽ, ut perdant. Qui uero adiuuare fratres refugiũt, maius peccatorũ onus acquirũt, & ✶ fraternitatis ſolatio rei exiſtũt. Ve inquit propheta, qui potum dat amico ſuo, miſcens fel ſuũ. Et iterum ſapientiſſimus Solomon ait. Quoniã qui loquiẽ iniqua nõ poteſt latere, nec præteriret illũ corripiens iudicium. In cogitationibus ergo impij interrogatio erit. Sermonum aũt illius ad Deum præmeditatio, ad correptionem iniquitatũ illius, qui auribus ʒeli audit oĩa, & tumultus murmurantiũ non abſcondeẽ. Hæc enim ſi amplecti uoluiſſent, ꝓprio & ſano ſenſu, ad reprobũ ſenſum minime laberenẽ, ſed per Dei timorẽ ſermonum ſuorũ præcauentes cuſtodiã, piam ſanctorũ patrum diffinitionẽ ſine quadam præſumptione nocumenti utriq; cõſeruarent, quoniã dicit ſacrum eloquiũ. Conſilium bonũ conſyderabit te, & mens bona cuſtodiet te. Non eñ de fontibus ſalutiferis ſpiritualiter ad acquiſitionẽ æternæ uitæ procedunt, tales accuſatores, & ✶ detractiones, atq; ideo cõpetenter nos beatus Paulus Apoſtolus admonens ait. Non debere plus ſapere, quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem in definitione pietatis perdurãtes. Qui eñ hanc prætereunt, non tantũ læſi decidentes a corroboratione ſua, ſed inſipientiæ ſuæ derelinquerunt domibus memoriã, ut in his, quibus peccauerũt, minime latere potuiſſent. Gloria enim & contumelia in loquela, & in lingua hominis caſus illius eſt. Ideoq; conueniens eſt hanc oſtentationem, & reprehenſionem illorum noſtris actibus inſeri, ne ulterius iam talia patiamini, ſeminantibus eis zizania, & ſcandala, ſed lætari in officijs & dogmatibus ueſtris mereamini. Igitur erubeſcant talia, & huiuſmodi blaſphema ſubtrahere feſtinant, ſi noluerint a ſacerdotali noſtro collegio ſegregari, & a totius Chriſtiani populi ſocietate diuelli. Licet nanq; de his plura & perneceſſaria, quæ in decretis ſedis Apoſtolicæ, & ab Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus noſtris ubilibet prædeceſſoribus ſtatuta inueniuntur, dicere & cõſcribere potuiſſemus, tamẽ melius nobis uiſum eſt, ut epiſtolã oratione claudamus. Deus omnipotens, & unus unigenitus FILIVS, & Saluator noſter IESVS CHRITVS, uobis tribuat incitamentũ, ut omnibus fratribus & coepiſcopis noſtris, quibuſcunq; tribulationibus laborãtibus, totis ſuccurratis uiribus, & cũ eis compatientes, crucẽ eiuſdem domini Saluatoris portetis, ut ueri ipſius diſcipuli corã omnibus appareatis. Vt & uos, & qui uobiſcum ſunt, hic, & in futuro meliora poſſideatis, quę oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, Per dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM. Per quem, & cũ quo omnipotenti Deo patri gloria in ſæcula ſæculorũ Amen. Valete uos opto fratres chariſſimi. Data Idibus Februarij, Agathio, & Iuliano uiris clariſſimis conſulibus.

Recte hoc Paulus & contra corruptam eccleſiam.

Aliás fraterni ſolatii

Aliás detractores

LIBER SANCTI ATHANASII ALEXANDRINAE ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI, DE VARIIS QVAESTIONIBVS AD ANTIOCHVM PRINCIPEM DE GRAECO IN LATINVM NVPER TRADVCTVS A IOANNE REVCHLIN, QVI ET CAPNION DICITVR.

QVAESTIO PRIMA.

QVicunq; in Trinitatem conſubſtantialem, ſeu coeſſentialem credentes & baptiʒati aſſerimus Deum eſſe Patrem, ac ſimiliter Deum eſſe Filium, itidemq; Deum eſſe Spiritum ſanctum. Quomodo non tres deos, ſed unum ſolumq; Deum affirmamus? Deniq; ſi unũ quidem adoramus Deum, certe manifeſtum eſt, ꝙ in Monarchiam credentes Iudęos imitabimur. Sin autem tres deos, tum plane pateſcit, ꝙ græcos ſequimur, deorum multitudinem introducentes, ac non unum ſolum Deum pio cultu adorantes.

RESPONSIO.

Facilis eſt hæc ratio. Quippe religioſæ pietatis modus, Fide ſola, nulloq; ſcrutinio cognitus, ob idq; honorandus. Deus enim cõprehenſibilis, non eſt Deus. Nam ſi nec angelos, nec anias noſtras, quæ ſunt rés creatæ, apprehendere ualemus, quanto magis decet ipſum illorum conditorem fore incomprehenſibilem. Proinde quod in arcanis reconditur, dum fit cognitum, non ultra erit admirandum. Id igitur Chriſtianorum Fides eſt, quorum Triſypoſtatus, id eſt, triſubſiſtentialis Deus, nec unus eſt Anthropomorphus, id eſt, hominiformis, ut græcorum pueri fabulantur. Nec tamen tres Dij, tanquã a ſe diſtantes, (Abeat in malam rem fabuloſus gręcorum iſte ſermo) Indiuidua uero eſt in tribus ſubſiſtentijs unius eſſentiæ deitas. Hoc aũt cognitu per neceſſariũ erit, ꝙ nec uerbis, nec enthymematis, ſeu cogitationibus apprehendere, uel enũtiare de deitate aliquid humana mens queat. Sane omnes quotquot Deum cõprehendere ſtuduerũt, ſuam ipſorũ umbram perſecuti ſunt. Et quotquot extiterunt, qui de eſſentia Dei dicere ſtatuerunt, abyſſum pugno ſuo menſurare conati ſunt. Quodcũq; item profunde ſcrutari ſunt auſi, tandẽ in prauas cogitationes, & hæreſes diuerterunt. Ille nanq; Pater, & Deus, non ut ego, creatus Pater eſt, generans, ut ego, creatũ Filium. Neq; Filius, & nec Spiritus ſanctus, tanquã hominis Spiritus circũſcriptus, hoc eſt, incluſus & perceptibilis. Sed eſt ineffabile ac inexpombile ſanctæ Trinitatis myſteriũ. At tu ne dixeris qualiter? Eſt eñ ſupra omne quale. Neq; dixeris quomodo? Eſt enim ſupra oẽm modũ, diuinus modus. Non etiã dixeris qua rõne, nam ſupra rationẽ eſt diuina ratio. Sed crede in Patrem, non ſcrutando eum. Adora Filiũ, non tam impertinẽter ſollicitus circa illius generationẽ. Hymnis lauda Spiritum ſanctum, & inquirere noli ſanctæ Trinitatis myſterium. Egredere ad Iordanem, & uide reuera dilucidæ, ſanctæ, ac conſubſtantialis, ſiue coeſſentialis Trinitatis uirtutem. Patrem quidem deſurſum teſtificãtem. Filium autem inferius baptiʒatum, Spiritumq; ſanctum in ſpecie columbæ deſcendentem. Cui gloria & imperium, & adoratio nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

QVAESTIO SECVNDA.

Qua poſſet autem coniectura homo ætate uirili prouectus deprehendere? Num fuerit conſummate baptiʒatus, & tum Spiritum ſanctum in ſacro lauacro acceperit, cum paruulus fuiſſet & infans.

RESPONSIO.

Dominum Iſaias propheta ſermone hoc alloquitur. Propter timorem tui domine in utero concepimus, & parturiuimus Spiritum ſalutaris tui. Quo igitur modo concipiens in utero mulier, ab infantis intra uuluam ſubſultationibus, agnoſcit cer-

to certius ꝙ do nata fœtu eſt. Hoc pariter & animus ueri Chriſtiani non tam ob uerba parentum, ſed ab operibus & exultatione cordis, tum maxime cum ſtata feſtiuitatum tempora ingruunt, ut illuminationum quam natiuitatem Chriſti, & Epiphaniæ, quem trium regum appellamus diem: Communionis deniq; quam ſanctiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem, aut ut alij non pauci tranſitum ſiue paſcha uocant, ſatis compertum habet ſingulari tum gaudio, tum lætitia, ꝙ Spiritum ſanctum cum baptiſmate accepit.

QVAESTIO TERTIA.

Quando, unde, & quomodo facti ſunt Angeli?

RESPONSIO.

Nec certe unde, neque quomodo ſint facti, natura ualebit humana proferre, niſi hoc tantum, ꝙ de non ente ad eſſe producti ſunt. Ad id autem quod rogatur. Quando? Solent alij quidem reſpondere primo die. Alij autem, ante primum diem. At ille cum inter ſanctos Pater noſter, tum miraculorũ etiam operator Epiphanius Cypri Archiepiſcopus, in libro contra Paulum Samoſatenſem, cui titulus extat Panaria, latius expoſuit. Aſſerens una cum cœlo & terra illos eſſe creatos, nequaquam uero prius. Tum illos qui dixere contra, multis ſubuertit rationibus. Et in altero uolumine quodam ſuo idem recte approbat.

QVAESTIO QVARTA.

Dic uelim, unde palam fiet, ꝙ creati ſunt Angeli? Cum ne par quidem aliquid in toto Geneſeos libro uideatur adduci, quo poſſit hoc aperte conſtare.

RESPONSIO.

Quando prænouerat Deus cum multorꝫ hominũ, tum profecto maxime Iudæorum in Idola & plures deos amorẽ, eius gratia occultauit in Geneſi quã tradere poterat de Angelis rationẽ, ne & illos inter deos referrent, qui etiã uitulum, & alia finxerunt diuorũ nomine adoranda. Quod creati ſint autẽ Angeli, audi Spiritum ſanctum in propheta loquentẽ. Laudate dominũ omnes Angeli eius, Laudate eum oẽs uirtutes eius. Quoniã ipſe dixit & facti ſunt, ipſe mandauit & creati ſunt.

QVAESTIO QVINTA.

An uero de eſſentia luminis ſui exiſtant, aut alterius cuiuſdam naturæ?

RESPONSIO.

Quantũ Sol a ſtella differt, tantũ Angelorꝫ diſtat eſſentia ab oĩni uiſibili creatura.

QVAESTIO SEXTA.

Quantus igitur Angelorũ numerus erit, ſupra conditionis humanæ numerũ.

RESPONSIO.

Sunt qui arbitrentur Angelorum partes ad numerũ hominis eſſe nonaginta nouem, iuxta domini parabolam de centũ ouibus. Alij nouem pro illa de decem drachmis parabola. Reliqui uero coæquales & eiuſdem numeri putant eſſe Angelos & homines, id teſtimonio afferentes quod ſcribitur. Conſtituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei.

QVAESTIO SEPTIMA.

Quid differt inter Dæmonum & Angelorum eſſentiam?

RESPONSIO.

Non eſt diuerſa illorum eſſentia, ſed propoſitum & uoluntas.

QVAESTIO OCTAVA.

Quot ſunt ordines, & quo ſubſtantiæ Angelorum?

RESPONSIO.

Subſtantia certe ut hominũ, ſic angelorꝫ eſt una. Ordines aũt ſunt, ut ille magnus in theologia Dionyſius ait, nouẽ. Qui more ſuo ita nominanẽ. Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominatiões, & ſex alarũ Seraphim, & multoculi Cherubin, atq; Throni. Porro de una Angelorũ ſiue ſubſtantia, ſeu eſſentia, pariter. S. Gre-

act. S. Gregorius ille Nyſſenus ſcribit capite. xvij. libri ſui de homine.

QVAESTIO NONA.

Cœli quot ſunt?

RESPONSIO.

Dubia multis eſt hæc quæſtio, Duos enĩ cœlos liber gñationis inſinuat. Sanctus uero Paulus tertium uidit cœlum. At Dauid propheta quatuor enumerat cum ait. Laudate eum cœli cœlorum. Hoc tamẽ non eſſe prætereundum arbitror; cõplures fuiſſe opinatos, ꝙ ſanctus Paulus non in tres fuerit raptus cœlos, ſed in tertiũ cœlũ. Sicut enim hominũ natura dici ſolet unus homo & plures homines, ita cœlorum natura tum unum cœlum, tum plures cœli in ſcriptura ſacra nominãtur.

QVAESTIO DECIMA.

Quando & quam ob rem cecidit diabolus. Quoniam aliqui fabulantur, ꝙ Adæ non permiſerit adorare, eo tum ceciderit?

RESPONSIO.

Hominũ eſt inſipientium ea ★ reſponſio. Cecidit enim diabolus priuſquã Adã fieret. Eſt autem manifeſtum, ꝙ propter ſuperbiam ſuam abiectus eſt diabolus, ut inquit Iſaias propheta, cum id ſecum ſtatuiſſet dicens. Quoniam ponam thronum meum in nubibus, & ſimilis ero altiſſimo. *alias quæſtio.*

QVAESTIO VNDECIMA.

Cur itaꝗ permiſit illi Deus, hominum genus perſequi & impugnare?

RESPONSIO.

Vt diligentes Deum manifeſti fiant, & dediti uoluptatibus reprobentur. Nullo enim ſe opponente aduerſario, non probabuntur regis ingenui milites. Diligentibus igitur Deum, fit cauſa diabolus uictoriæ, coronæ atꝗ præmiorum.

QVAESTIO DVODECIMA.

Quũ e cœlis diabolus ceciderit, quo modo in Iob ſcriptũ legitur. Quando uenerunt Angeli Dei, ut aſſiſterent coram dño, affuit & diabolus in medio illorũ?

RESPONSIO.

Non dixit ſcriptura, ꝙ in cœlis uenerit diabolus in medio angeloꝝ. Conſtabit ergo ꝙ in terra. Siquidẽ ubicunꝗ fuerint ſancti angeli, ſemꝑ inibi Deo aſſiſtunt. Hoc uero dignũ ſcitu eſt, ꝙ Deus per aliquẽ ſanctum angelũ diabolo colloquebatᷣ. Quẽadmodũ & rex quilibet per mediũ hominis cuiuſdã ad condemnatũ loquitur.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Nunquid ualet incantatio & ueneficium occidere hominem?

RESPONSIO.

Iuſtum certe nequaquã, peccatorem autem nõnunquam, Deo permittẽte, cum nẽ contra porcos habeat poteſtatem, ſicut in Euangelijs audiuimus.

QVAESTIO DECIMAQVRTA.

Qualem ne orationem aut quod uerbum ex omnibus orationibus atque uerbis, plus timent dæmones & diabolus?

RESPONSIO.

Narrauerũt nobis Spirituũ ſtudioſi, homines Fide digni, ꝙ aſpectu ipſo & de facie aliquando apparuerit eis diabolus, & petitus hanc ab ipſis quæſtionẽ, reſponderit his uerbis. Non exiſtit in toto tam ueteri quã nouo teſtamento uerbũ terribilius, atꝗ magis noſtrã diſperdens poteſtatẽ, quam initiũ ſexageſimi ſeptimi pſalmi, quã primũ enim uerbo dicto. Exurgat Deus, & diſſipentᷣ inimici eius, mox ululans euaneſcit, & diſparet diabolus, factis oſtendẽs huius orationis uirtutẽ & operationẽ.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

Vnde mouentur in corde hominis cogitationes & meditationes contumelioſæ, execrabiles atꝗ nephariæ, quæ ſæpius in Dei iniuriam tendunt, & quas nec anima uellet proferri, nec hominis lingua nominare?

RESPONSIO.

Huius author eſt & operator Diabolus, ille iſta nefanda in hominis animam ſubminiſtrat, loquens contra Deum uerba, quo poſſit in deſperationem adducere hominem. Sed non ex hoc præciſe condemnatur homo. Abſit. Talis nanq; cogitatio ex leui ſuſpitione ſurrepit homini, ſed ab eo diſcedit, dum cogitabit ſeipſum eſſe terram & puluerem, non admodum reſeruans talem cogitatiōem. Sed diabolo dicens. Blaſphemia tua ſit in caput tuum Diabole. Ego enim dominum Deum meum adorabo, nec eum unquā blaſphemabo. Secure igitur eſt intēdendum his dictis. Complures nanq; hominū ab huiuſcemodi cogitatione uicti, partim ſeipſos in præcipitium egerunt, partim in deſperationem uenientes perierunt.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

Conſequens arbitramur, poſt ſermonem de Deo & Angelis, tertio loco de animarum conditiōe in medium proferre. Multa enimuero apud homines de illo ipſo quoq; & quæſtio eſt & dubitatio. Vtputa quæ ſit res, anima hominis, & unde ipſa conſtet in corpore, & quando ac qualiter a corpore ſeparetur, & quid tunc uſque ad reſurrectionem agat. Nullus enim ex mortuis ad uitam profectus, illa nobis denuntiauit aut patefecit. Idcirco rationem hanc de anima tanquam multis incomprehenſibilem a tua ſanctimonia petimus diligenter.

RESPONSIO.

Hominis anima, eſt ſubſtantia intellectiua, incorporea, impaſſibilis, immortalis. Porro nunquā Angelus fuit aliquādo anima, ut Origeniſtæ fabulantur, nec animæ fuerunt ante corpora ſua, ut Manichæi ſentiunt. Sed ſicut lapide ac ferro cōtuſis & cōtritis, ex utriſq; naſcit̃ ignis. Ita ex utriuſq; & uiri & mulieris cōplexu, deſyderat conſtitui corpus & anima. Id tibi perſuadeat ſanctus Apoſtolus dicens. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale, uidelicet in reſurrectione.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

Vnde nam ſit manifeſtum ꝙ mortis tēpore, non cōmoritur corpori anima, hoc enim quidam putauerūt.

RESPONSIO.

Dei Filius & uerbum IESVS CHRISTVS nos docet aperte, mortalitatē corporis, & animæ noſtræ imortalitatē, dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus, aīam aūt non poſſunt occidere. Vnde liquido apparet, ꝙ imortalis ſit & impaſſibilis.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Fidelis ſermo et omni acceptiōe dignus. Quo aūt modo tandē ſeparat̃ a corpore.

RESPONSIO.

Ex quatuor elementis humanum corpus conſtare credimus, ſcilicet e ſanguine, uiſco, bili, & pituita. Vtputa ex calido, & frigido, & ſicco, & humido. Id eſt, ex igni & aere, terra, aqua. Nam ſanguis tanquam calidum & uitale elementum, ſcilicet ab igne. Viſcum autem ab aere. Bilis uero quippe ſicca, patet ꝙ de terra eſt, & pituita frigida ex aqua. In his quatuor, ceu intra quatuor parietes, tanquam in domo corporis, inſtar columbæ, recluſa eſt anima. Igitur mortis tempore ſecedunt inuicem diuina diſpenſatione quatuor elementa, ut ſi diceres, ꝙ diſſoluuntur quatuor parietes domus, & euadit recluſa intus columba, hoc eſt, anima. Et primo quidem abit ſanguis, id eſt, calidum. Vnde nihilominus corpora mortua fel habent, poſt mortem, & uiſcum, ſanguinem autem non habent.

QVAESTIO DECIMANONA.

At ubi nam dicere uolumus ꝙ futuræ ſint prius receptæ hominum animæ.

RESPONSIO.

Aliena eſt & horribilis quæſtio, & hominibus abſcōdita. Non em̄ permiſit deus redire quenquā inde, qui adnuntiaret, ubi, aut quomō ſint illæ a nobis ꝑfectæ animæ. Tamen ex ſcripturis dicimus, ꝙ peccatorū animæ inferius omni terra & mari exiſtant, ut inquit Pſalmus. In tenebris & in umbra mortis, et in lacu infimo. Atq; in Iob ſcriptum eſt. In terram tenebroſam & opertā mortis caligine, in terram tenebra

rum æternaliū, ubi non eſt uidere, neq; lumen, neq; uitam hominibus. Iuſtorum aūt animæ poſt Chriſti aduentum & mortem, id quod de latrone in cruce didicimus, in Paradiſo ſunt. Non eñ propter ſolam latronis animam Chriſtus Deus noſter Paradiſum aperuit, ſed etiam ob reliquas omnes ſanctorum animas.

QVAESTIO VICESIMA.

Nunquid igitur receperunt iuſti bona ſua, & peccatores pœnam?

RESPONSIO.

Nequaquam. Attamen gaudium nactæ ſunt ſanctorum animæ, & iſta eſt fruitio earum particularis. Sicut & triſticia, quam peccatores habent, eſt particulare ſupplicium. Quomodo enim accerſit rex amicos ſuos, ut ſecum prandeant. Sic & damnatos ut puniantur. Illi autem, qui ad prandium ſunt uocati, gaudent & lætantur coram rege in palatio uſq; ad horam prandij. Damnati autem in carcere clauſi, manent in mœrore & triſticia, uſq; dum ueniat Iudex. Ita tandem intelligere oportet etiam de animabus, quæ iſtuc a nobis migrauerunt.

QVAESTIO VICESIMAPRIMA.

Quid igitur quando nemo ſecundum ea, quæ locutus es, neq; in regnum, neq; in gehennam introiuit, quomodo de diuite contra Laſarum audimus, q̄ in igne & tormentis exiſtens, ad Abraham loquitur?

RESPONSIO.

Dominus omnia de Laſaro & diuite parabolice locutus eſt, ſicut & de decem uirginibus & alijs parabolis. Non enim res geſta Laſari exemplum. Ideoq; non uident peccatores in gehennam exiſtentes iuſtos, qui cum Abraham in regno ſunt. Nec uiciſſim cognoſcit aliquis proximum ſuum, illic in tenebris habitans.

QVAESTIO VICESIMASECVNDA.

Qualiter hoc? Etenim terribilis eſt ſermo & alienus, q̄ nõ cognoſcamus inuicē. Sed ignoti inter nos tū fratres fratribus, tū patres filijs, et amici amicis cõſtituemur?

RESPONSIO.

Agnitio ex corporalibus ſignis apta eſt fieri. Sed incorporeæ aniæ ſibimet ipſis prorſus ſimiles ſunt ſcd'm oēm modū. Sicut multitudo aliquarū immaculoſarū & ſibi ſimiliū columbarū, ſiue apum, nõ altera differt ab altera, nec inſigni quadā nota, nec ulla magnitudine, ſed per oīa in ſimilitudine inter ſe exiſtunt. Hoc aūt dico de ijs, quæ apud inferos ſunt animabus damnatis peccatorū, q̄ ſeipſas non agnoſcant. Nam iuſtorum animabus hoc bonum, ſcilicet agnitionē Deus dono dedit.

QVAESTIO VICESIMATERTIA.

Concedatur nunc iuxta tuum ſermonem, q̄ animæ ſe inuicem nõ agnoſcant modo. Sed num uel neq; in reſurrectiõe cognoſcituri ſint peccatores inter ſe uidelicet, qui eiuſdem patriæ, domus, & familiæ ſunt?

RESPONSIO.

Neq; tunc etiam in reſurrectione.

QVAESTIO. XXIIII. Quare?

RESPONSIO.

Quoniam omnia ex corruptione ac ſeminatione noſtris accidentia, ſiue illa figuræ ſint ſeu notæ, aut ſigna, uel paſſiones, per quæ alterutrum nos hic cognoſcimus, ea in reſurrectione mortuorum cum ſeminatiõe ac corruptione diſſoluūtur & euaneſcunt. Et ſicut ab initio Deus unum hominem fecit, ita in regeneratione tanquam unus homo reſurgemus, id eſt, tota hominis imago ſimilis Adæ imagini, tam formatione quam magnitudine atq; figura. Propterea non eſt in reſurrectione diſcretio, neq; parui, neq; magni, neq; nigri, neque albi, neq; fuſci, neq; rubei, neq; uariæ ſunt formæ, ſeu ſpecies, ſiue perſonæ. Omnia enim illa ex ſatione & corruptione prouenientia, ſimul cum corruptione reſoluūtur, & euacuantur. Et quomodo deinceps, dic mihi, agnoſcet pater filium infantem mortuum, & tamē annorum triginta per-

fectum hominem reſurgentem, ſecundum ꝙ Chriſtus triginta annorum baptizatus eſt. Aut quomodo cognoſcetur mortuus Aethiops, reſurgens albus? aut mortuus mutilatus, ac læſus, reſurgens ſanus. Si autem incredibilia hæc tibi uideantur, audi dominum Saducæis dicentem, ꝙ in reſurrectione mortuorum neque nubent, neq; nubentur. Non ꝙ neq; uiri, neq; fœminæ reſurgant. Nam in reſurrectiōe, ipſi quidem uiri reſurgent uiri, ipſæ autem mulieres reſurgent mulieres. Sicut & ipſa [illegible]. Sed erunt, inquit, ſicut Angeli. Ergo ſicut Angeli unius ſpeciei ſunt & figuræ, ita credimus de noſtra natura, in reſurrectione per incorruptionem demum fore, ut quemadmodum Deus ſpicam fecit ab initio, & ex ſpica natum eſt granum, & rurſus poſtquam ſeminatur, denuo reſpicatur ſpica. Ita & homo factus eſt a Deo cuſtodiens mandatum, immortalis. Seminatus autem per mortem, & occatus ſeu aggere obrutus repullulat, ſicut erat ab initio immortalis.

QVAESTIO XXV.

Nunquid autem uitam conſiderant hinc profectæ hominum animæ, an non?

RESPONSIO.

Nequaquam. Audi enim prophetam Dauid de morientibus hominibus dicentem. Homo ſicut fenū dies eius, ſicut flos agri ſic efflorebit. Quoniam Spiritus pertranſiuit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum. De animabus autem ſanctorum non oportet dubitare.

QVAESTIO XXVI.

Q; ſi hæc ita ſunt, quomodo apparēt ſancti multotiens in ſuis tēplis & tumulis?

RESPONSIO.

Extranea hæc eſt & paradoxa quæſtio, ac ad rñdendū fideliſſima indigens aĩa. Attamen ſi es capax audi, non uacillans rõne. Illæ quæ apud templa & tumulos ſanctorū fiunt adumbratiões & uiſiones, nõ per animas ſanctorū fiunt, ſed per ſanctos Angelos tranſſiguratos in ſpēm ſanctorū. Quomodo em̃ (cedo mihi) una exiſtens beati Petri, aut Pauli anima, poteſt in eodē momēto apparere in ſuo monumēto, & in mille templis ſuis per totū mundum. Hoc em̃ nec Angelus unus facere poſſet aliquando. Solius enim Dei eſt in duobus locis & per totū mundum in eodē momēto inueniri. Cum & ipſæ intellectuales uirtutes oĩno derelinquūtur ab ea quæ in cœlis eſt glorificatione, quatenus demittuntur in miniſterium ſuper terram.

QVAESTIO XXVII.

Quid differt ſubſtantia Angeli a ſubſtantia humanæ animæ?

RESPONSIO.

Tres inuenimus ſubſtantias ab hominibus incōprehenſibiles, quas nemo ne unquam quidē uidit, neq; uidere ſupra terrā poterit. Sicut ſunt, uidelicet Dei & angelorum & animarū. Attamen cõiecturam facimus, ꝙ quantū differt a Luna Sol, tantum præcellit ac ſplendet Angelorum præ animarū humanarum ſubſtantia.

QVAESTIO XXVIII.

Et quomodo prophetæ dicuntur ſæpe dominum uidiſſe?

RESPONSIO.

Poſt omnes prophetas, & poſt ipſam etiã apparitiõem Chriſti dixit ſanctus Apoſtolus Euangeliſta, & Theologus Ioannes, ꝙ Deum nemo uidit unquã, & ut credatur tanquã horribile ac alienum hoc uerbum, ſuperaddidit. Q; unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ille enarrauit. Vnde & ſanctus Apoſtolus Paulus inquit. Quē uidit nullus hominū, neq; uidere poteſt. Itaq; nullus mortaliū nudam dei eſſentiam uidere poteſt, nequaquam. Sed quo ad humanam imbecillitatem Deus condeſcendendo prophetis figuratus apparuit, incorporeus tunc exiſtens, ſæpe ut homo illis repræſentatus eſt corporalis. Quo notum fit, ꝙ non eſſentiam Dei uiderunt, ſed gloriam. Quod & in Angelis & animabus ita oportet intelligere. Sola uero ſancta Dei mater nudam ſubſtantiam, ſicut reuera eſt Gabriel, ipſa uidit.

QVAESTIO

QVAESTIO XXIX.

Quid igitur? An non angeli ſecundum eſſentiam apparent hominibus in terra?

RESPONSIO.

Nequaq̃. Nec enim poteſt corruptibilis oculus uidere eſſentiã incorruptibilem. Inde luculenter cognoſcere datur, ꝙ non ſecundũ ſubſtantiam apparent nobis angeli, cũ non in una figura ſuper terram uiſuntur. Sed alij quidem in adoleſcentum, atq; iuuenum forma. Alij uero in ſpecie militũ. Et in ſumma, uariæ illorum quo ad nos transfiguratæ ſunt formæ, una uero ſolum eorum eſt eſſentia, ſiue ſubſtantia.

QVAESTIO XXX.

Quæ autem erit diffinitio ſubſtantiæ angelorum?

RESPONSIO.

Angelus eſt ſuppoſitum uiuum, rationale, hymniſonum, immortale.

QVESTIO XXXI.

Quod autem eſt opus ſuper cœleſtium uirtutum?

RESPONSIO.

Hymnus indeſinens, & laus irrequieſcens magnificentiæ Dei. Forte aũt & oratio permanens pro noſtra ſalute. Cum uero hi ordines etiã militiæ dicãtur, oportet tum intelligere ordinem doctrinalem, ordinem tutelarem, ordinem procuratorium ordinem miniſterſalem, ordinem auxiliarem, ordinem animarum receptiuum ordinem in alijs aſſiſtentem. Sicut igitur differentias ordinum in ſuperioribus poteſtatibus nouimus, ita etiam ſtatus & intelligentiæ. Throni nãq; Cherubim & Seraphim immediate a Deo diſcunt tanq̃ omnibus ſuperiores, & Deo proximi. Hi uero docent ordines inferiores, & ita deinceps ſemper ſuperiora docent inferiora, infimi autem omnium ordinum ſunt angeli, qui hominum ſunt doctores.

QVAESTIO XXXII.

An memoriam noſtri habeant abeuntes animæ, ſicut & ſancti angeli ſunt memores noſtri.

RESPONSIO.

Aĩæ quidem ſanctorum oĩno, peccatorꝝ autem nequaq̃. Continuã enim ꝑcipientes pœnam, recte circa eam ſolũ manent ſolliciti, nullius rei alterius curã habentes.

QVAESTIO XXXIII.

Quæ ergo nunc eſt operatio hinc demigrantium animarum?

RESPONSIO.

Anima depoſito corpore, neq; bonum aliquod, neq; malũ operari poteſt. Viſiones enim quas cernimus de eis illic, diſpenſatiue Deus oſtendit ad cõmoditatem. Sicut enim lyra ſi nõ habuerit pulſantem, uana uidetur, & otioſa. Ita & anima, & corpus a ſe utrinq; ſeparata, nihil operari poſſunt. Sanctorũ igitur animæ a ſancto SPIRITV incitatæ, cum angelis in regione uiuorum Deum laudant, & tripudiant.

QVAESTIO XXXIIII.

Quid ergo? Num ſentiunt aliqua beneficia etiam peccatorũ animæ, cum ſuper illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum, & oblationum.

RESPONSIO.

Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utiq; in cura, & exequijs fieret cõmemoratio. At ſicut uitis floreſcit extra in agro, & odorem eius ſentit in uaſe uinum recluſum, ſicq; cõfloreſcit etiam ipſum. Ita intelligimus peccatorũ animas participare aliqua beneficentia ab exangui imolatione, & gratificatione pro ipſis facta Sicut ſolus ordinat & p̃cipit, qui uiuorum & mortuorũ poteſtatem gerit Deus nr̃.

QVAESTIO XXXV.

Nunquid eſt poſſibile nos cognoſcere, cuius rei gratia nõ permiſit Deus animã alicuius ex illis, qui præceſſerunt, remitti ad nos, ut exponeret nobis ad cõmodum noſtrum, quomodo ſint negotia illa in inferno, & quæ neceſſitas illic immineat.

RESPONSIO.

Multus inde error in uita proueniret. Multi nanq; dæmonũ, transfigurandi ſe oc caſionem ſumerent in figuras hominũ mortuorum, & dicturi eſſent ex mortuis ſe reſurrexiſſe, & ſic multa falſa dogmata, & negotia de ijs, quæ illic gerantur diſſemi nare poſſent; nobis ad errorem, & perditionem.

QVAESTIO XXXVI.

Multi opinantur ꝙ prodeſſet homini, prænoſcere diem obitus ſui.

RESPONSIO.

Si Deus omnia ut prodeſſet fecit, certe neq; hoc nobis inconſyderate occultauit. Si enim præſciuiſſet homo diem obitus ſui, totam uitam ſuam ſine timore, in peccatis peregiſſet, & ſolum ante duos, uel quandoq; tres dies ante mortem ſuam dediſſet ſe ad pœnitentiam. Audiens illud Prodphetæ dicentis. Quod in quo te inuenio in eo te iudico. Et qualis ultra dic mihi gratia eſſet, quando centum homicidia feceris contemnens Deum, & duos tantum dies ceſſares a malo.

QVAESTIO XXXVII.

Quare nos Chriſtiani adoramus uerſus orientem, & Iudæi ad meridiem?

RESPONSIO.

Non eſt una & conſimilis de hoc reſponſio & demonſtratio. Aliter enim Iudæis eſt defendendũ, & aliter a græcis interpretandũ. Præterea certe aliter & Chriſtianis declarandũ. Iudæis nanq; dicimus, ꝙ huius grã nos fideles adoramus uerſus orientem ſancto SPIRITV nos inſtituente per Dauid Prophetam cum dicit. Adoremus ad locum ubi ſteterunt pedes tui domine. Et Propheta Zacharias docet nos dicens. Et ſtabunt pedes domini in monte oliuarũ contra Hieruſalem. Et hæc ſit Iudæis per compendiũ reſponſio. Ad græcos autem ſic dicimus, ꝙ non, & quaſi in oriente circumſcriptus ſit Deus, inde uerſus orientem adoremus, Sed cũ Deus ſit, & nominetur lux uera, ob id reſpiciendo ad lucem creatã, iam non quidem illam ipſam, ſed factorem eius adoramus. Videlicet ex lucidiori elemento ipſum, qui eſt ante omnia elementa & ante omnia ſæcula illuſtriſſimũ Deum honorantes. Fideles autem audiãt & diſcant, ꝙ hac de cauſa beatiſſimi Apoſtoli fecerunt Chriſtianorũ eccleſias intendere uerſus orientem, ut ad paradiſum reſpicientes, unde cecidimus, ſcilicet ad uetere patriam et regionem noſtrã, petamus Deum, & dominũ noſtrum reducere nos illuc, unde eiecti exulamus. Ad auſtrum uero intendere Iudæis Prophetæ præceperunt, ꝙ ex auſtro, quo ad Hieruſalem, ſcilicet ex Bethleem naſciturus erat dominus Ideo dixit Propheta, Deus ab auſtro ueniet, hoc eſt a Notho, qui dicitur Theman.

QVAESTIO XXXVIII.

Quare cum Chriſtus ſit circuncifus nos non ſimiliter circuncidimur?

RESPONSIO.

Chriſtus certe Dei FILIVS uenit ad implere legem, ne putaretur contra Deũ facere, aut Deo, qui dedit legem rebellis eſſe. Nã talem eſſe Iudæi eũ hinc inde diuulgabant. Cum aũt ipſe pro nobis, quæ ſunt in lege adimpleuerit, iam nõ reſtabat ultra ꝙ nos eſſemus ſub lege, ſed ſub gratia. Ideo per Paulũ ad nos Chriſtus loquit. Si circuncidamini Chriſtus uobis ad nihil erit utilis. Vnde clare cognoſcimus ꝙ alieni a Deo ſunt omẽs qui circunciduñt, ſiue fideles, ſiue infideles, Iudæi, ſeu greci, qui gloriantur in lege Moſaica, nõ ſequentes Chriſtũ. Sicut eni omnes, qui per ſanguinem irrationalium animaliũ putantes Deo immolationem eſſe offerendã, Chriſti exangue ſacrificiũ corrumpũt, & abominabile faciũt, ita omnes qui carnem circuncidũt ſpiritalem circuncisionẽ ſcilicet ſanctũ baptiſma, uilipendũt & euertunt. Et rurſus aliud ſimile. Nõ in lege Chriſtus diabolũ euacuauit, & dæmones, neq; in ea ſalutem operatus eſt, ſed in Cruce. Vnde legem qdem uidentes dæmones, nõ tremunt, neq; timent. Crucem aũt uidentes, ſæpe tremũt, fugiunt, euaneſcũt, et pſecutionẽ patiunt.

QVAESTIO XXXIX.

Quare omnes fideles nos, cruces quidem conformes cruci Chriſti facimus, ſacræ

autem lan

autem lanceæ, uel arundinis, uel ſpongiæ conformia nõ fabricamus. Sunt enim ita ſancta ut Crux ipſa.

RESPONSIO.

Crucis certe figuram ex duobus lignis cõponentes adoramus. At ſi quis infideliũ nos accuſet, ꝙ lignum adoremus, facile poſſumus ea duo ligna ſeparare, & formam crucis deſtruentes quaſi inania hæc ligna reputando, eidem infideli perſuadere, ꝙ non lignum colimus, ſed crucis figuram. De lancea autem & arundine, & ſpongia hoc facere, ac oſtendere non poſſumus.

QVAESTIO. XL.

Quomodo manifeſtum eſt, ꝙ meliorem omnibus ſub cœlo fidem nos Chriſtiani credimus. Omnis enĩ fides ſeipſam eſſe alijs diuiniorem, & magis piam exiſtimat.

RESPONSIO.

Varius de hoc ſermo eſt, & longa de Chriſtianorũ fide reſponſio. Attamen duo quædã uidentur penes nos ſigna, quæ pietatem noſtrã, & Dei erga nos dilectionem ac protectionem demõſtrent. Primũ quidem, ꝙ nõ inuenimus ab initio ſæculi gentem aliam inter om̃es gentes tot, & tantis temporibus impugnatã, & tamen nõ deletam, præter hanc ſolã Chriſti fidem. Quæ certe nõ manſiſſet indelibilis ab omni natione impugnata, niſi manus Dei cuſtodiuiſſet, & cuſtodiret indelibilem. Secundũ autem ꝙ nullus rex Chriſtianorũ aliquibus barbaris infidelibus traditus eſt in mortem, etiam tot nationibus ac gentibus aduerſus regnũ bella gerentibus. Quinimmo nõ ſolum regem nõ opprimere, ſed nec imaginem ſuã de monetis, & nomiſmatis delere cũ cruce ualuerũt, etiam quibuſdã Tyrannis ad hoc laborantibus. Tu uero noli hanc rem uilem & facilem putare. Niſi enĩ ſuper omnem fidem Deus hanc noſtram elegiſſet & dilexiſſet, nõ utiq; ipſam in medio gentiũ tanq̃ luporũ creſcentem cõſeruaſſet indemnem, & inuulnerabilem. Sed neq; ꝑmiſiſſet Deus errãtem fidem ubiq; dominari poſt incarnationem filij eius & Dei noſtri IESV CHRITI uſq; ad omnes fines terræ. Vnde & ipſum hoc ſcilicet ꝙ in omni gente creditur Euangeliũ Chriſti eſt teſtimoniũ infallibile, ꝙ non ſit alia fides uerior ſub cœlo.

QVAESTIO XLI.

Si hæc ita ſe habent, cur Satanas nõ diſſipat, & euertit aliam fidem in terra, niſi fidem Chriſtianorũ.

RESPONSIO.

Tanq̃ contrariã ei ſcilicet & eum euacuantem. Qualis enĩ ſollicitudo (dic mihi) aut quę cura debeat eſſe Satanæ, ut expugnet Iudæos, uel Samaritas, uel Gręcos aut eos diuidat in hæreſes, & diuerſam fidem. Omnes enĩ illæ gentes ſuæ ſunt. Et Satanas nunq̃ quæ ſua ſunt expugnaret, ſed quæ Dei. Itaq; ſi qs uoluerit, uel ex hoc ipſo diſcere poterit, ꝙ nõ ſit alia fides pia, & Diuina in terris, niſi ſolũ ea q̃ eſt in Chriſtũ, qui cũ Deo PATRE & SPIRITV ſancto uiuit, & regnat Deus unus, in ſęcula ſæculoꝝ.

FINIS LIBRI SANCTI AHTANASII DE VARIIS QVESTIONIBVS.

BEATISSIMO EVGENIO PAPAE quarto Ioannes Aretinus.

NOn ab re futurũ arbitror, Eugenij pater beatiſſime, ſi uiri admirabilis Athanaſij Alexãdrini Epiſcopi uitam ex græcorũ codicibus in noſtrũ ſermonem cõſcribens, eamq; tuæ beatitudini dedicaturus, cauſas prius aperiã, & quid me potiſſimũ ad hoc ip̃m impulerit explicem. Nam cũ nouerim, & non quidem ego ſolus, ſed uniuerſus pene orbis ꝑſecutiones innumeras, quas iniuſte tua ſanctitas hactenus eſt ꝑpeſſa, nõ poſſum nõ uehementer admirari quoſdã, qui inſtar amicorũ Iob, iuſtum ſanctũq;, ac legitimũ Pontificem maledictis q̃nq;

laceſſere nõ

laceſſere nõ dubitant, quaſi mente capere nequaꝗ̃ poſſe uideantur Chriſtianorum principem, & Chriſti uicariũ huiuſmodi poſſe tribulationibus concuti. Sed pro tanta eorum iuſtitia atq; ignauia facile abijci & reijci poſſunt, ſi Pontificũ priorum geſta, & maxime prædeceſſorũ tuorum inſpicere uelint. Quorũ nemo fore iuſtus cõpertus eſt, qui nõ innumeris admodũ fuerit perturbatiõibus conquaſſatus. Et ut ex multis unum in medium proferam, meminerint Gregorij præceſſoris tui, cuius profecto memoria in benedictiõe eſt. Cuius equidem geſta, ſi diligenter inquirant, eiſdem pene tribulatiõibus, & quod amplius eſt eodem ipſo ordine idem ille ad regna cœlorum eſt perductus. Quid referam alios, quos orientalis eccleſia ſuæ olim ſalutis authores appellat Baſilium, Gregorium Nazanzenum, Ioãnem Chryſoſtomũ, & cæteros, quos perſecutionum procella per uarios caſus, & multa rerum diſcrimina diſpulit. Quorum (ut innumeros alios prætermittã) ſi geſta & illatas perſecutiones, uel breui oratione perſtringere uelim, latiſſimus mihi ac maniſeſtiſſimus in maledicorum cõfuſionem campus pateret. Sed ex omnibus his ſolum Athanaſiũ inſpicere, atq; eius uitam ex græcis codicibus in latinũ ſermonem cõſcribere libuit, ut diſcant uirum ſanctiſſimũ, & omnibus ſæculis miris laudibus celebratũ, talia paſſum, quibus ſi reliquorũ cætera cõparentur, parua penitus, ac penitus nulla eſſe uideant. Nec minus tua beatitudo ex illius geſtis uoluptatem aſſumat, cõſpiciatq;, ut quemadmodum nec illi cõſolationes ſuæ defuere, quin & multa pro Dei Eccleſia ſe perfeciſſe gauderet, & pacem demũ & eccleſiæ ſuæ Alexandrinæ, & toti Aegypto multo tempore conſpiceret. Sic nec tibi beatiſſime pater cõſolationes tuæ tibi diuinitus in tot anguſtijs datæ deficiant. Nam in inueteratum græcorũ ſchiſma, atq; inueteratius Armeniorum ad firmiſſimã unionem, quod ex pręceſſoribus tuis multi ſumme optauerũt, tua ſola beatitudo infinitis pene impenſis, & ſummis laboribus reduxit. Videſq; ex græcis in cardinalium tuorum cõſiſtorio uiros clariſſimos tibi aſtantes, & pro Romana eccleſia (etiam ſi oportuerit) mori paratos. Nec dubiũ eſt, quin magnorum tuorũ laborum, multarumq; anxietatũ fructum capias maximũ, atq; etiam in hoc mundo conculcatis hoſtibus, pacem ſuper Iſrael ante diſceſſum tuum, & longo quidem tempore cõſpicias. Quæ oẽ͂ia, quia pari modo tuæ beatitudini, ut Athanaſio noſtro cõtingunt, qui Romanis Pontificibus præceſſoribus tuis, & tuæ ſedi deuotiſſimus atq; obedientiſſimus fuit, ab illaq; ſemper defenſus (ut in ſequentibus apparebit) ipſius uitam clariſſimã nulli cõgruentius iudicaui dedicandã, ꝗ̃ tuæ beatitudini. In cuius lectione, ſi parum acquieſcere poteris, nõ dubito, quin & cõſolatio tibi, & amor ingens, atq; deuotio ſanctiſſimo Athanaſio augeatur.

INCIPIT VITA BEATISSIMI ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI.

CVm poſt perſecutionem Diocletiani & Maximiani Imperatorũ crudeliſſimorũ pax Chriſtianis & quies data fuiſſet, & fœcunditas eccleſiæ fructus exhiberet ampliſſimos atq; cõfeſſorum inclytis meritis gauderet, cõfuſus dæmon, aſtu callido noua contra eccleſiã bella, atq; prioribus perſecutionibus peiora excogitauit. Et cũ creatoris diuinus cultus quotidie per orbẽ terrarũ excreſceret, nec aperto bello ut expertus fuerat, cõprimi potuiſſet, ſed quanto maiores ꝑſecutiones inferebat, tanto maior eccleſię gloria, & Chriſtianorũ uictoria reſultabat, noua machinatus nõ iam aperte, ſed ex his, qui noie potius, ꝗ̃ re Chriſtiani dici poterãt aliquos occulte circumueniens ad diſſidiũ fidei, & eccleſiæ Dei, ac ueri cultus perſecutionem adduxit, atq; magnã gentem in priſtinũ redegit errorem, ut creaturam potius ꝗ̃ creatorem adorari contenderent, Chriſtũ ſcilicet IESVM, quem creaturam omnino profiteri nõ uerebantur. Sed Chriſtus ipſe, qui Petri nauiculam

ſubmergi

ſubmergi non patitur, dedit ſapientiã ſanctis ſuis. Qui cũ in illius ſplendoris radios aciem oino intendiſſent, uero lumine illuſtrati, pro Euangelica pdicatione, ac ueri cultus pietate ad mortem uſq; decertarũt, atq; diaboli machinas cõterentes, ſerpentis antiqui caput fortiter contriuerunt. Inter quos pcipuus Apoſtolicæ gratiæ particeps magnus Athanaſius fuit Alexandrinæ celeberrimæ ciuitatis antiſtes. Qui uelut margarita præfulgida, feruens ſpiritu & cœleſti amore ſaucius, diutiſſime magiſtratibus plurimis, atq; etiã regibus, hæreticorũq; ducibus per totũ orbem pro tuenda recte fidei puritate ardentiſſime obſtitit. Et Diuina uirtute fretus aduerſus impiorum tubã maximis periculis undiq; agitatus, uictoriã penitus reportauit. Cuius tanta, & tam pclara contra hæreticos in beata eccleſia pro fidei integritate fuere certamina, ut etiã de ipſo id dictũ eſſe uideatur quod ſcriptũ eſt. Ego eni oſtendi illi quãta eum pro noie meo oporteat pati. Nam in eius pſecutiones non quadraginta uiri, ſed uniuerſus pene conſpirauit orbis. Cõmoti ſunt principes terræ & gentes, & regna, atq; exercitus cõtra illum cõuenerunt. Sed ipſe Diuinũ eloquium opere implebat, quo dicit. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nõ timebit cor meũ. Si exurgat aduerſum me plium, in hoc ego ſperabo. Verũ tanta illius, ac talia ferunt geſta, ut uel certamina exponere, uel uariã in Diuinis eloquijs differendis ſapientiam, quæ in libris ab eo relictis Sole clarius eluceret, enarrare nemo quantalibet facundia præditus digne p meritis poſſet. Nec nos id efficere pollicemur, ſed p uirili noſtra eius quædã geſta quæ apud græcos conſcripta cõperimus, in latinũ fideliſſime conuertemus. Addemuſq; alia quædam, quæ apud latinos, ac probatiſſimos authores legendo didicimus. Atq; in primis quænam fuerit pueri indoles, & uitæ tam mirabilis indicium, paucis explicemus. Cum poſt fœlicem cõſumationem beatiſſimi martyris, atq; Alexandrinæ eccleſiæ præſulis Petri, & poſt eum Achillas ſanctæ memoriæ Alexander ipſius ciuitatis ordinatus eſſet Epiſcopus, apud Alexandriã Petri martyris ſolennem diem agebat. Et cũ poſt expleta ſolennia cõuenturos ad conuiuiũ ſuum clericos domi expectaret, in loco mari uicino cernit ex æditiore pte domus pueros ludũ ritu eccleſiaſtico inire, atq; ea, quæ in eccleſia geri conſuetũ fuerat, peragere. Erat aũt domus aſpiciens mare, in cuius litore ipſi ludebãt pueri. Inter quos puer Athanaſius ſimulatus erat Epiſcopus, & alij coæui partim preſbyteri, partim diaconi deſignati, offerebant iſti Athanaſio cathecumenos pueros baptizandos. Quos ille omni eccleſiaſtico ritu ſeruato, baptizabat. Stupefactus aũt in his, quæ fiebãt Alexander, ac illico perturbatus, uocari ad ſe clericos iubet, atq; eis quod eminus ipſe uiderat, oſtendebat. Tamen abire eos, & cõprehenſos ad ſe pducere omnes pueros imperat. Cumq; adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, uel quomodo, perſcrutatr. Illi (ut talis habet ætas) paulo de negare primũ ceperunt. Sed ut cognitos ſe nouerũt, rem omnino geſtam per ordinem pandunt. Cum Alexander diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerunt, ſimul & ab Athanaſio quid interrogauerat, ubi uidet ſecundũ religionis noſtræ ritum cuncta conſtare, allocutis clericis, cũ conſilio clericorum ſtatuiſſe traditur illis, quibus integris interrogationibus, et reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari baptiſmũ non deberi, ſed Chriſmate eos inungens ſignaculo Chriſti cõfirmauit. Et conuocatis Athanaſij parentibus ac illorũ quos uel preſbyteros habere uiſus fuerat, uel miniſtros ſub Dei obteſtatione tradidit eccleſiæ nutriendos. Atq; cũ pauco peracto tempore grammaticã ſufficienter Athanaſius, atq; integre perdidiciſſet, tanq̃ fidele domini cõmendatum a parentibus Epiſcopo Alexãdro reſtituit. Qui ab eo, uelut alter Samuel, in templo dñi nutriendus accipit, ut ſi in ſenectute bona ad patres a dño uocari cõtingeret, ad portandũ poſt ſe ſacerdotale Ephod eligatur. Interim cũ ſucceſſu tempori mirabiliter diuinis literis eruditus euaderet, & acrimonia ingenij, atq; integritate uitæ cæteris pſtaret, inſtituẽte Alexãdro, Archidiaconus Alexãdriæ ordinat eccleſiæ. Cuius ingenij, fides ac pietas in eccleſiaſticis negotijs, q̃ta fuerint apud Nicænã in æcumenico

ſeu uniuer-

ſeu uniuerſali concilio ob cauſam congregato, ad quod cũ Epiſcopo ſuo conuene-
rat, omnibus palam fieri cepit. Verum quoniã omnes Athanaſij perſecutiones, &
geſta ob Arrij hæreſim principaliter deſcribuntur, quæ præ cæteris hæreſibus ante
illã excogitatis miſerabilius & crudelius in Chriſti cultores graſſata fuit, uiſum eſt
anteq̃ ad reliqua Athanaſij geſta procedamus, huiuſcemodi hæreſes uſq; ad ſynodũ
Nicænam, & progreſſum atq; ſynodũ ipſam preclaſſimã quam breuiſſime dabitur
explicare. Igitur per id tempus apud Alexandriã preſbyter quidam Arrius nomine
erat, uir ſpecie, & forma magis quam uirtute religioſus, & gloriæ, laudiſq; nouitatis
improbe cupidus. Qui ab Achilla prædeceſſore Alexandri Diaconus ordinatus, &
ut Theodoricus author eſt, nouitatibus captus, ab eccleſia primũ pulſus eſt. Demũ
fidelium rogatu denuo ad miniſteriũ ſuſceptus fuerat. Is cũ Alexandrum uirum cla-
riſſimũ Pontificatus gubernacula ſuſcepiſſe liuido oculo cerneret, nam eo tempore
in ordine quidem preſbyterorũ Arrius erat, & diuinarũ ſcripturarum expoſitionẽ
uidebatur habere cõmiſſam, rem hanc ferre non potuit, ſed in rabiem quandã impa-
tientiæ deiectus, litis quærebat initiũ. Porro laudabilem uidens Alexandri cõuerſa-
tionem, nequaq̃ in eum calumnias cõtexere præualebat. Nec tamen illũ quieſcere in-
felix permittebat inuidia. Quamobrem diabolica ſuggeſtione deuictus, praua quæ-
dam de Chriſti fide proferre, atq; in eccleſia tempeſtatem exagitare adortus eſt. Et
aperte Alexandri doctrinæ derogare atq; reſiſtere nõ formidauit. Et ob hoc ea pro-
ferre cepit, quæ antea nunq̃ in quæſtionem uenerant. Nam cũ Alexander ea quæ in-
dubitata uidebantur populo exponeret, & filium ſcilicet cũ Deo genitore æqui ho-
noris atq; eiuſdem ſubſtantiæ eſſe doceret, Arrius contra, & ueritati obſiſtens crea-
turã filium facturãq; dicere audebat. Et ab illa æterna ineffabiliq; ſubſtantia Dei pa-
tris uel natura, filium ſeparare conabatur, quæ res plurimos in eccleſia perturbabat.
Sed cũ Alexander Epiſcopus natura lenis & quietus, aſſiduis admonitionibus Ar-
rium cuperet a prauo incepio & aſſertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex ſen-
tentia procederet, & pleroſq; iam malum peſtifere contagionis inficeret, non ſolum
apud Alexandriam, uerum etiã per alias urbes prouinciaſq; diſperſa, pernitioſum
fore iam credidit amplius diſſimulare, a talibus. Ob quod ut ex ipſius Alexandri epi-
ſtolis habetur, centũ fere epiſcopos ex Aegypti, & Libyæ partibus congregare cu-
rauit. Quibus cauſam Arrij ſigillatim exponens, maturoq; ſuper hijs conſilio adhi-
bito, epiſcoporũ omnium conſenſu illum ſacerdotali ordine priuauit. Quibus non
aſſentiens Arrius, ſed in peruerſitate ſuperbe perſeuerans, iubente Epiſcopo Alexã-
dro Alexandria urbe depellitur. Quod quidem impatientiſſime ferens, excogitare
cepit modũ, quo Alexandrum a ſede ſua amoueret, & ſe epiſcopũ erigeret. Ob quã
rem perficiendã cum complicibus ſuis propria celebrabat concilia, & modum quo
hæc executioni demandare poſſet, conquirere nõ ceſſabat. Quod præuidens Alexã-
der, ne ex ſacerdotibus quiſquã eiuſdem fallacijs caperetur, omnibus catholicæ ec-
cleſiæ Epiſcopis, ipſius impietatem enarrans, ſuis epiſtolis quæ uſq; in hæc tempo-
ra apud græcos comperiuntur, indicauit. In quibus eos primũ ad ſeruandum rectã
eccleſiæ catholicæ fidem, & uinculum unionis, & pacis hortatur. Deinde quemad-
modũ in dioceſi ſua ſurrexerũt uiri iniqui, & Antichriſti præcurſores, quibus etiã
Euſebiũ Nycomediæ Epiſcopũ adhærere, & aperte patrocinari cõmemorat. Quã-
obrem ab eo cauendũ admonet, & literas illius quibus Arrium, & complices apud
quoſcũq; laudare ſolebat, minime ſuſcipiendas eſſe, totis affectibus hortatur. Poſt
hæc epiſcopos aliquos a recta fide deuiantes, atq; Arrio adhærentes, nominatim cõ-
numerat, exponitq; deinde eorũ perfidiã in hæc uerba. Ea uero quæ profitentur hu-
iuſcemodi ſunt. Non ſemper inquiunt, Deus pater fuit, nõ ſemper fuit *Dei* uerbũ,
ſed fuit quando Deus pater nõ fuit. Dei autem uerbum ex nõ exiſtentibus, factum
fuit. Exiſtens enim Deus non exiſtentem ex nõ exiſtente fecit. Quapropter aliquã-
do fuit quando nõ fuit. Creatura eſt enim & factura filius. Neq; ſimilis eſt patri ſe-

cundum

eundum ſubſtantiam,neq; uera Sapientia eius eſt,neq; uerum naturaliter Patris uer
bum eſt, ſed uerbum abuſiue ac ſapientia dictum. Vnde & cõuertibilis eſt,ac per na
turam ut rationalia quæq; animalia mutabilis,peregrinũq; extraneum, & remotũ a
paterna ſubſtantia eſt uerbum,atq; inuiſibilis eſt Filio Pater. Neq; patrem perfecte
Filius nouit aut perfecte uidere poteſt,nec ſuam quidẽ ſubſtantiã nouit filius ſicuti
eſt. Qui propter nos factus eſt,ut per eum ueluti per inſtrumentũ, nos ipſos Deus
formaret. Et hæc ſunt fere blaſphemi Arrij,& ſequatiũ quas in ipſa eadem Epiſtola
pluribus auctoritatibus,& argumẽtis Alexander ipſe deteſtatur. Vbi etiã enarrat,
illos ſe pluries cõuiciſſe atq; rurſus ut camaleontes in nouã ſpeciem cõmutari. Vlti-
mo deprecat̃,ne eos ſi forte ad illos aduentare tẽptauerũt, ſuſcipere oĩno uelint,ſed
ut ipſi Chriſtiani,illos Chriſtum ſaluatorẽ noſtrum blaſphemantes,omni indigna-
tione deteſtentur penitus & abhorreant. Per idem tẽpus alius Alexander,uir multa
ſanctitate præditus,apud Conſtantinopolim epiſcopatũ gerebat. Cui Alexandri-
nus Alexander ſimilẽ pene Epiſtolam ſuperiori direxit. In qua copioſe & ſubtiliter
pluribus ratiõibus & incõuincibilibus diuinæ ſcripturæ auctoritatibus, oẽm Arrij
perfidiã deſtruxit, atq; ueram Fidem manifeſtiſſime declarauit. Hortaturq; eum ad
concordiam,& defenſionẽ ueræ Fidei,& ꝙ bellum & certamẽ pro Chriſti nominis
defenſione cõtra aduerſarios, & blaſphemos inire non formidet. Similiter & aliam
huic conſonã direxit Epiſtolam, Philogonio Anthiocenæ ſedis Antiſtiti, & aliam
Euſtachio,qui apud Bergam epiſcopalem cathedrã gubernabat,alijsq; cõpluribus,
quos integros & apoſtolicorum dogmatum defenſores dinouerat. Verum Arrius,
neq; ipſe quieſcebat,nec minus ſtudebat ad cõplices ſuos literas ſcribere,& ad Euſe
biũ maxime. Cuius fauore & auctoritate ſe plurimũ prǫualere ſperabat. Cuius unã
fere totã deſcribemus Epiſtolam, quã & græci plures in ſuis cõmentarijs deſcripſe-
runt, ut ipſiuſmet uerbis omnibus eius perfidia ĩnoteſcat. Domino deſideratiſſimo
uiro Dei fideliq; & Orthodoxo Euſebio Arrius qui ob ueritatẽ, quam tu quoq; de- *Aliás*
fendis,perſecutiõem a Papa Alexandro, iniuſte perfert ✶ ſiculũ in dño. Cum Pater *ſalutem*
meus Armonius Nicomediã aduentaret, dignũ quoq; putaui ad te literas in pignus
noſtri amoris dare, quã ſingulis diebus erga fratres intuitu Dei, & rebus ipſis te ex-
hibere cognouimus. At nos Epiſcopus noſter uehementer opprimit & inſequit̃, &
ueluti Deo rebelles ciuitate priuauit, & animũ etiam cuiusq; alias benigniſſimi con
tra nos cotidie excogitando literis ſuis exaſperat, propterea quia ei cõſentire nolu-
mus publice prædicanti. Semper Deus Pater, ſemper Filius. Simul Pater, ſimul &
ſilius Ingenito Deo ſemp̃ genitus Filius coexiſtit, atq; ab ingenito genitus, & quod
neq; cogitatione, neq; athomo Deus Filiũ ex Deo procedat. Et quoniã frater tuus
Cæſarienſis Euſebius, atque Theodoricus Laodicie, & Paulinus Tyri Gregorius
Beriti, & Erius Lydie Epiſcopi, atq; per orientẽ alij fere omnes, ſine principio Deũ
Filio præexiſtere affirmãt ab eo Anathemati traditi ſunt. Solis Philogonio Anthio
cie, & Helladio Tripoleos atq; Machario Hieroſolimorũ Epiſcopis eis conſentien
tibus, hominibus ineruditis atq; hæreticis. Quorũ alij quidem Filiũ eructationem
aſſerunt, alij præpoſitionẽ, alij congenitũ. Quas ſane impietates, & ſi ĩminere ab hæ
reticis mortes cõminentur, audere non ualemus. Sed quoniam dicimus, ſapimus, &
docemus, Filiũ non eſſe ingenitũ nec ingeniti partẽ, aut ex ſubiecto aliquo, ſed uni-
genitũ conuertibiliter, ipſumq; antequã generaretur, aut crearetur, aut prædeſtina-
retur, aut fundaret̃, non fuiſſe, perſecutiões patimur. Similiter autem, & cum aſſera- *et merito.*
mus. Quoniã principium habet Filius, Deus autem ſine principio eſt, atq; Filius ex
non extantibus eſt, quod intelligere uolumus ſecundũ ꝙ Dei pars, & non ex aliquo
exiſtit ſubiecto, perſecutionibus quatimur. De cætero tu noſti, & te noſtrarũ tribu
lationũ memorem in domino ualere peropto. Quã Epiſtolam cum Euſebius ſuſce-
piſſet, aliam ad Paulinũ Epiſcopum Tyri ipſe conſcribens, ſuæ impietatis uenenũ
euomuit. Idem cũ Arrio aſſerens, Filium factũ quidem a Patre, nec eiuſdẽ ſubſtan-

 tię eſſe poſſe,

tiæ eſſe poſſe, atq; ſimilia diuerſis Epiſcopis orientis ſcribens hortabatur, ne Alexandri Epiſtolis conſentirent. Alexandro uerò frequenter ſcribebat, ut Arrium & complices ſuſcipere uellet. Quod ille abhorrens penitus deteſtabatur. Verum cum ob moram quã apud Nicomediam Imperator ducere cõſueuerat, Euſebius ei familiaris effectus, & inter omnes fere orientales Epiſcopos potentiſſimus haberetur, a pluribus timebatur ac uerebatur Epiſcopis, quibus cotidie ſcribens, ſubſcriptiõem impietatis Arrij ab ipſis faciliter impetrabat. Sicq; ipſe, & eius complices Epiſcopi, duces ac præceptores Arrianæ impietatis eſſe cœperunt, & ex aduerſo rectæ Fidei, quam Alexander uiriliter defenſabat, qui conſentientes erant, ſe ſubſcribere omnino curabant. Vnde omnis iam pene orientalis Eccleſia turbatur. Et non ſolum Eccleſiarum principes inuicẽ concertabant, ſic dira per incautum ſerpebant contagia uulgus, atq; in tantum hæc ſubcreuerat contentio, ut in uicis & theatris Chriſtianitati, & diuino nomini, publice derogaretur. Nec tamẽ deſiſtebat Euſebius Alexandrum ipſum ad cõmunionem Arrij exorare. Sed ſentiens tandem Alexandrum inclinari non poſſe, ira atq; indignatione percitus, in fauorem Arriani dogmatis palam, & penitus ſe cõuertit. Et concilium in Bythinia congregari procurans, ſcribit Epiſcopis uniuerſis, ut complicibus Arrij, tanquam Orthodoxis cõmunicare uelint. Atq; illos exhortatur, ut Alexandrum ad ipſam eandem Arrij communionem ſtrictiſſime conuocent. Quo cum fruſtrati fuiſſent nequaquam Alexandro id conſentire uolente, ad alias machinationes ſe & complices contulerunt. Nam Euſebius ipſe odio in Alexandrum uehementiſſime ferebatur, quod grauiter eum in Epiſtola ad Epiſcopos nominauerat. Sicq; creſcente indies peſte, latius crebreſcebat diſſentionis ſermo, uſquequo ad aures religioſi principis Conſtantini, pleniſſime innoteſceret. Quo ille perculſus pariter & afflictus, uehementer indoluit. Quippe qui omni ſtudio & diligencia inſtabat, Chriſtianam religionem excreſcere, & illam diſſentionibus longe minui præuidebat. Ob quod culpans Arrium, pariter & Alexandrum, cõmunem ambobus ſcribit Epiſtolã. Eis impingens, ꝙ quæſtionẽ quam abſcondere debuerant, in populos palam protulerint. Quã nec quærendam ab initio, nec excogitandã enarrat, & excogitatã potius taciturnitate tegendã. Quæ Epiſtola in libris Euſebij Pamphili, quos de uita Conſtantini ſcripſit, inſerit̃. Cuius partẽ in latino ſtilo uertendo, ut tanti principis pietas cognoſcat̃, in hoc libro interſeremus. Victor Conſtantinus Pius maximus, Alexandro, & Arrio, & infra ſubdit. Didicimus præſentis quæſtionis initiũ tunc ſumpſiſſe, cum tu a preſbyteris Alexander, uana magis quæſtione quã neceſſitate cõmotus inquirebas, quis nam intellectus eſſet loci cuiuſdam in lege deſcripti. Ad quod tu Arri pertinatius magis ea, quæ neq; excogitare, neq; excogitata in medium proferre oportebat, improuide obieciſti. Ob quod inter uos exorta diſcordia id effecit, ut diuina contẽnantur myſteria, & populus diuiſus cõmunis corporis congruenti cõmunione ſeparet̃. Verbis igitur noſtris aſſenſum præbete, atq; his obedite, quæ conſeruus ueſter iuſte admonet. Has rogo deponite contẽtiones, & carũ ſcilicet rerum, quas nec requirere, nec de his quærentibus reſpondere condignũ eſt. Nam inutiles illæ quæſtiões habent̃, quæ nulla legis neceſſitate, ſed inani quadam contẽtione a ſacerdotibus inducunt̃. Quæ & ſi cauſa exercicij cuiuſpiam naturalis proueniant, intra ſenſus intimos illas cohibere, et non prompte in cõuenticula deportare, debemus. Nam quis huiuſcemodi quæſo imperſcrutabilia digne cognoſcere poterit. Quod ſi fieri poſſet, quæ nam eſſet illa populorũ particula cui id perſuadere recte poſſetis, aut quis huiuſcemõi ſubtilitatẽ abſq; lapſus ſui periculo contrectabit. Fugienda ergo in talibus multiloquia, ut quod noſtræ naturæ infirmitas explicare nequit, diſcentiũ mẽtes tardiore forſitan intellectu percipere nõ ualentes, in blaſphemias aut ſchiſmata ꝓlabant̃. Quamobrẽ & incaute interrogatiões, & reſponſiones improuide, æquã alterutris ueniã tribuant. Nec pro prauis uaniſq; contentiõibus & cauſis, tantũ Dei populum diſſidere decet, quẽ ue-

ſtris oratio

ſtris orationibus & prudentia cõuenit gubernari. Et ut paruo quodam exẽplo ueſtram cõueniam ſapientiam. Noſtis philoſophos, qui uni ſe ſectæ addixerunt, & in unũ dogma conſentiũt, ſi in quadam ſentẽtiæ parte diſcordent, licet in eo diſciplinæ ipſius uirtute ſeparẽtur, ad inuicẽ tamen dogmatis & ſectæ unitatẽ cõſpirant. Cum hæc ita ſint, quãto iuſtius uos magni Dei miniſtros in uolũtate religionis decet eſſe concordes. Nec dignũ eſt uanis ſermonũ certaminibus, fratres fratribus inſultare. Et infra ſubdit. Reuertimini ergo uiri prudentiſſimi ad mutuam inter uos amicitiã, & amorẽ reddite, Chriſtiano populo ueſtros optatos amplexus, & ueſtras animas expiantes, inuicẽ uoſipſos rurſus agnoſcite. Suauiores enim ſunt crebro amicitiæ poſt inimicitiarũ cauſas deletas ad concordiã reſtitutæ. Reddite ergo, & mihi tranquillos dies, & ſecuras noctes. Iam enim tempus eſt, o magni Dei ſacerdotes, tantos populos cõſeruos meos ueſtris altercationibus, iniuſte diuiſos, ad Chriſti unitatem congregare. Nam ad orientẽ ego properare feſtinans, cum Nicomediam aduentaſſem, fama tantæ rei perterritus penitus detentus ſum. Nec patitur animus ad ea loca procedere, ubi illa uidere cõpellerer, quæ nec fore auditui poſſibilia iudicaueram. Quapropter ueſtra concordia, mihi orientis uiam aperite, quã diſcordia & contentione, claudere potuiſtis. Hæc igitur & plura quæ in eadem Epiſtola continẽtur, Alexandro & Arrio pijſſimus ſcripſerat Imperator. Nunc illos arguendo, nunc pro uirili admonere procurans. Sed hanc peſtem priuſquã in alios diffunderet, ſe poſſe præoccupare pius princeps cõſiderans, uirum quẽdam, quẽ iuxta ſe Fide & charitate inſignem habebat, & prioribus temporibus pro Chriſtiana religione cõfeſſionibus cõprobatum, nomine Oſium Cordubæ ciuitatis Hiſpaniæ Epiſcopum, ad Aegyptum direxit, qui ſua auctoritate & ſapientia, tumultuantes populos conquieſcere faceret. Verum cum eius auctoritas apud hæreticos præualere non poſſet, ſed cotidie magis ea peſtis inualeſceret, præter ſpem principis re infecta reuerſus eſt. Cum pijſſimus Imperator, uidens grande periculum Chriſtianæ religioni imminere, & totis uiſceribus cupiens tantis malis obſiſtere, conſilio grauium uirorum ſuſcepto, concilium apud Nicænam urbẽ congregari iubet, & ex omni pene orbe Epiſcopos conuocans, magna diligentia, & regia largitate ſumptus omnes oportunos, quam magnificentiſſime exhiberi iubet. Et ut Euſebius Pamphilus libro tertio uitæ Conſtãtini deſcribit, uehicula publica per diuerſa loca cõduci ſtatuit, muloſq; & equos, camelos & aſellos, prout loci opportunitas cõmodius exhibebat. Nauesq; in portubus præparari mandat, cibaria pro eorum uoluntate, non Epiſcopis ſolum preſbyteris aut diaconis, clericis & eorum ſeruis, ſed alijs etiam quibusq; & cuiusq; generis hominibus, ad huiuſmodi congregatiõem uolentibus aduentare largiſſime præcepit exhiberi. Veniunt ergo ex omni pene, Europa, Libya, & Aſa, ſacratiſſimi patres. Qui ueluti beatorum chorus, uirtutibus miris in illis relucentibus, uidebantur. Sicq; decimo octauo imperij Conſtantini anno, Pontificatus uero Syluestri decimo quarto, ut ueriſſime computauit Euſebius, In Nicæna urbe congregati ſunt. Et ut ipſe Pamphilus eodem libro tertio de uita Conſtantini enarrat, libebat tunc aſpicere Syros ſimul & ⋆ Sylicos ſacros Antiſtites, Phænicesq; & Arabes atq; Paleſtinos, Aegyptios etiam & Thebeos, ac Libicos, ſimul & qui ex Meſopotamia oriuntur, atq; etiam ex Perſide uenit Epiſcopus. Nec a Scythia defuerunt. Ponthus ſimiliter & Aſia, Phrigia & Pamphilia, uiros probatiſſimos præbuerunt. Aderant & Thraces, Macedonesq;, & Achiui, & hi qui Epyrum inhabitant, ut ſermo ille completus iam uideretur, quem in actibus Apoſtolorum Lucas enarrat. Qꝫ conuenerant Hieroſolymis ex omnibus gentibus quæ ſub cœlo ſunt, uiri religioſi inter q̃s erant Parthi, & Mædi & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam Iudæam, & Capadociam, Ponthum & Aſiam Phrigiam, & Pamphileam, Aegyptum, & partes Libyæ, circa Cyrenem & Aduenæ Romani, Iudæi quoq; & Proſeliti Cretes, & Arabes. Verum tamẽ ut Euſebius ſubdit. Non magni Dei ſacerdotes & miniſtri illi, ut

⋆ Aliâs Cilicos

noſtri cõuenerant,& ſequit̃.Erat ſiquidẽ in præſenti choro Epiſcoporũ multitudo
numerũ tricentorꝝ exuperans,quos ex preſbyteris,diaconis & acolitis innumerabi
les pene cõſecuti fuerant.Quibus omnibus Imꝑator ſingulis diebus cibaria largiſſi
me pro eorũ uoluntate exhiberi parauerat.Cõuenerunt ergo ex parte Syluestri Ro
mani pontificis,ut in Epiſtola ad Marcum Papam Athanaſius memorat,Victor,et
Vincentius preſbyteri ipſius,apoſtolicæ ſedis legati.Cõuenerunt etiã ex principa-
libus alijs ſedibus Epiſcopi,Alexander primũ Alexandrinæ Eccleſiæ antiſtes,cui
maxima pars ſynodalis curiæ imminere uidebat̃. Qui & duxit ſecum Athanaſium
Archidiaconũ ſuum.Cuius diligentia & ſapientia,plurimi hæreticorũ doli atq; fal-
laciæ,detegebant̃.Adoleſcentẽ annis,ſed ſcientia & ſapientia canũ. Ex Anthiochia
uero uenit Euſtachius,uir magnus & admirabilis.Qui poſt mortem Philogonij,de
quo ſupra meminimus,ad eius Eccleſiæ regimen inuitus,& renitens omniũ prouin
cialium Epiſcoporum decreto,aſtrictus fuerat Ab Hieroſolymis etiã adfuit Macha
rius eius ciuitatis Epiſcopus,multarũ uirtutũ fama plurimũ decoratus.At ex Con-
ſtantinopolitana urbe,quæ uir ſautiũ tunc dicebatur, Alexander uir ſanctitate mi-
rabilis,ſenio grauatus,intereſſe nõ potuit. Et præter hos alij cõuenerunt Epiſcopi.
Quorũ quidam diuinarũ ſcripturarũ ſcientia præfulgebant,quidam ſanctitate præ
ſtabant,quidã uero in utriſq; his mirabiliter probabant̃. Nam aderat & Oſius Cor
dubenſis,qui & una pluribus qui ſecũ erant præſidebat Epiſcopis. Habebatur etiã
inter eruditiſſimos Euſebius Pamphili Cæſarienſis Epiſcopus, qui Eccleſiaſticam
hiſtoriam, uſq; ad Conſtantini tempora mira uarietate, & rerum peritia deſcripſit.
Compoſuit etiam librum de temporibus, neceſſariũ quidem, & infinita pene cura
digeſtum.Quorum illum quidem Rufinus,hunc uero Hieronymus in latinum ſti-
lum traduxit.Scripſit etiam libros quatuor de uita Conſtantini. Quorum tertium
ex omni pene Græcia uix comperire ualui. Inſuper & innumera pene uolumina de
noſtra religione,ut idem atteſtatur Hieronymus, conſcripſit. Aduenerat ſimiliter,
& Iacobus Anthiochiæ Migdoniæ Epiſcopus, qui mortuos homines fertur ſuſci-
taſſe,& uiuos diuerſis curaſſe languoribus,atq; alia innumerabilia,ut refert Theo-
doricus græcus ſcriptor,per eum Deus operatus eſt mirabilia. Adfuit & Nicolaus
Myrreæ urbis Ciliciæ Epiſcopus,uir admirabilis & omnibus uirtutibus conſpicu-
us. Cuius uita inclita apud Græcos & Latinos, notiſſima eſt.Similiter & Paphun-
cius Aegyptius Epiſcopus, in ſuperiori Thebaida adfuit Confeſſor, ex illis quos
Maximianus dexteris oculis effoſſis, & ſiniſtro poplite ſucciſo,ad metalla damna-
uerat.In quo tanta uirtutũ inerat gratia,ut Rufinus in his libris quos ad Euſebij hi-
ſtoriam addidit,ſigna per eum non minus quam dudum per Apoſtolos fuiſſe facta
confirmet.Nam & dæmones uerbo tantũ fugabat, ægros ſola oratione curabat,cæ
cis uiſum dicitur reddidiſſe,& paraliticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe.Quem
Conſtantinus in tanta ueneratiõe & affectu habuiſſe ſcribitur, ut ſæpius eum intra
palatium euocatũ complecteretur, & illum oculum qui in confeſſione Fidei fuerat
euulſus,auidioribus oſculis demulceret.Aduenerat & ex confeſſoribus alius Pau-
lus Neoteſariæ,quæ iuxta ripas Eufratis ſita eſt,Epiſcopus.Is (ut Theodoricus re-
fert) lixarũ rabie cõpreſſus, ignito ferro ligatas manus cumburi ſibi ac deſecari ob
Chriſti religionẽ conſtantiſſimo animo paſſus eſt. Aderant & Epiſcopi quidã alij,
ſimplicitate quadam admirabili,ac ſanctiſſima decorati. Inter quos & Spiridon Cy
Alias. prius enarrat̃.Qui cum paſtor ouium fuiſſet,etiã in epiſcopatu poſitus permãſit.Et
ut laqueos tunc quadã nocte cũ ad caulas fures ueniſſent, ⁎ & improbas aditũ educendis oui
bus facerent extendiſſent,inuiſibilibus quibuſdam uinculis reſtricti,uſq; ad lucem,
uel ut traditi tortoribus,permãſerunt.At ſenior cũ oues ducturus ad paſcua matuti-
nus ſe ageret,uidet iuuenes abſq; humanis uinculis caulis pendere diſtrictos,& no-
xæ cauſa cõperta,ſermone abſoluit,quos mente uinxerat.Et ne eis inanis nocturna
cederet occupatio,tollite inq̃t o iuuenes unũ uobis arietem,ne ſine cauſa ueniſſe ui-
deamini.

deamini. Quã melius prece quã furto quæſiſſe cõuenerat. Aliud & de eo fertur mi-
rabile. Nam hic filiam habebat Hirenem. Quæ cum eis bene miniſtraſſet, defuncta
eſt. Poſt cuius obitum, quidã aduenit dicẽs ei, ſe quoddam depoſitum cõmendaſſe.
Rem geſtam ignorauerat Pater, perquiſitũ in tota domo nuſquã quod poſçebatur
inuentũ eſt. Perſiſtebat ille qui cõmodauerat, fletuq; ac lachrymis ⋆ purgebat, &
uitæ ſuæ ſe illaturum exitium, niſi cõmodata reciperet, teſtabatur. Permotus lachry
mis ſenex, ad ſepulchrum filię cum illo properat, atq; eam nomine clamitat. Quæ de
ſepulchro reſpondens, locum ubi depoſitũ foſſum fuerat, illo petente edocuit. Et ut
dixit, cõpertum fuit. Alia eius geſta & mirabilia feruntˉ, ſed hæc enarraſſe ſufficiat.

Aliás poſcebat

Verũ fama tantæ congregatiõis & opinione cõmoti, plurimi philoſophi, opinatiſſi
mi & nobiles dialectici, ex diuerſis urbibus confluxerũt, optantes cum his ſacratiſſi
mis uiris diſputationes de religione & diuino cultu inire. Inter quos, ut etiam Rufi-
nus in dictis libris cõmemorat, Inſignis quidam philoſophus, per ſingulos dies con
flictũ ſummi certaminis cũ noſtris agebat epiſcopis, uiris quidẽ ad ea quæ moneret,
nõ mediocriter eruditis. Et cõuenientibus ad audiendum doctis & literatis uiris, in-
gens fiebat ſpectaculũ, nec ullo diſputandi genere philoſophus a quoquã concludi
poterat, aut conſtringi. Sed ubi maxime putabatur aſtrictus, cauta dicendi arte ob-
iectis quæſtionibus occurrens, uelut anguis lubricus laberetur. Sed ut oſtenderet
Deus, quia non in ſermone regnũ Dei, ſed in uirtute conſiſtit, aſtitit ex confeſſori-
bus quidam ſimpliciſſimæ naturæ uir, nihil aliud ſciens, niſi Chriſtum & hunc cru-
cifixũ. Qui cum inter cæteros auditores epiſcopos adeſſet, & uidiſſet philoſophum
inſultantẽ noſtris, & callida ſe diſputationis arte iactantem, poſcit ab omnibus lo-
cum, uelle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Tum noſtri qui ſimplicitatẽ uiri
& imperitiam in ſermone duntaxat nouerant, pauere, & uelut pudorem quendam
pati cœperũt, ne forte apud callidos homines riſui fieret, ⋆ ſancta ſimplicitas per-
ſiſtit. Tamẽ ſenior & huic mouit ſermonis exordiũ. In nomine inquit IESV CHRI-
STI philoſophe, audi quæ uera ſunt. Deus unus eſt qui cœlũ fecit & terrã, quiq; ho
mini, quẽ de terræ limo formauerat, Spiritũ dedit, uniuerſa quæ uidentˉ, & quæ non
uidentˉ, uirtute uerbi ſui creauit, & Spiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc illud
uerbũ & ſapientia eſt, quẽ nos Filiũ dicimus, qui humanos miſeratus errores, & per
paſſionẽ mortis a perpetua nos morte liberat, ac reſurrectiõe ſua æternã nobis con-
tulit uitam, quẽ & expectamus iudicem omniũ quæ gerimus eſſe uenturũ. Credis
hæc itaq; eſſe philoſophe. At ille uelut ſi nunquã ullum cõtradicendi ſermonẽ didi-
ciſſet, ita ſtupefactus, uirtute dictorum mutus ad omnia hoc ſolum potuit reſpon-
dere. Ita ſibi uideri, nec aliud uerum eſſe, quam dixerat. Tum ſenior, ſi hæc (inquit)
ita eſſe credidiſti, ſurge & ſequere me, ac dominicũ, & huius Fidei ſignaculum ſuſci
pe. Et Philoſophus ad diſcipulos ſuos, uel ad eos qui audiendi gratia cõuenerant.
Auditę inquit, o eruditi uiri. Donec uerbis mecum res geſta eſt, uerba uerbis oppo-
ſui. Et quæ dicebantˉ, dicendi arte ſubuerti. Vbi uero pro uerbis uirtus proceſſit ex
ore dicentis, nõ potuerunt uerba reſiſtere uirtuti, nec homo aduerſari potuit Deo.
Et ideo ſi quis ueſtrũ potuit in his, quæ dicta ſunt ſentire, quæ ſenſi, credat Chriſtũ,
& ſequatur hunc ſenem, in quo locutus eſt Deus. Et per hunc modum philoſophus
Chriſtianus effectus, congratulatus eſt ſe fuiſſe cõuictum. Interea cum Epiſcoporũ
cõuentus per dies ſingulos agitari deberet, admirabile quoddam pijſſimi principis
factum a diuerſis ſcriptoribus enarratur. Etenim cum Epiſcopi cõueniſſent, atq; di
uerſis ex cauſis (ut fieri ſolet) inter ſe iurgia quædam detuliſſent, interpellabatˉ fre-
quenter Imperator, atq; magis proferebantˉ culpæ, & offerebantˉ libelli, quam ad id
pro quo uentum fuerat, animos darent. At ille perpendens, ꝙ per huiuſmodi iurgia
ſummi negotij cauſa fruſtaretur, diem certam ſtatuit, qua unuſquiſq; Epiſcoporũ,
ſi quid querimoniæ habere uideretur, deferret. Et cum reſediſſet, ſuſcipit a ſingulis
libellos, quos ſimul omnes in ſinu ſuo cõtinens, nec in eis quid cõtineretˉ aſpiciens,

Aliás neue ſancta ſimplicitas perſiſteret.

 ſic ad Epi-

ſic ad Epiſcopos locutus eſt. Cum uos Deus ſacerdotes conſtituerit, poteſtatẽ tradidit iudicandi de nobis, & ideo nos a uobis recte iudicamur. Vos aũt cũ nobis a Deo dij dati ſitis, ab hominibus iudicari non poteſtis. Ob quod ſolius magni Dei inter uos ſpectate iudiciũ, & iurgia ueſtra quæcunq; ſint ad illud diuinũ reſeruentur examen. Nam cõueniens non eſt, ut homo dijudicet deos, ſed ille ſolus de quo dictũ eſt. Deus ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio aũt deos dijudicat. Et ideo his omiſſis, illa quæ ad Fidem Dei pertinent, abſq; ulla animorum contentiõe diſtinguite. Et cum hæc dixiſſet, ne ulli hominũ ſacerdotum ſimilatio innoteſceret, omẽs ſimul libellos querimoniarũ iuſſit exuri. Quæ omnia cũ ſacerdotes intellexiſſent, ad ſeipſos conuerſi, abijcientes reliqua rem Fidei tractare cœperũt. Verum intrans aliquando ſynodum Imperator, tantæ pietatis erat (ut refert Euſebius Pamphili) ꝙ ſacerdotibus Dei non poſſe ſufficere credebat, ſi ſe æqualẽ præberet, niſi eos & longe præferret, & ad imaginẽ quandam ueneraret̃ diuinæ præſentiæ. Quamobrem ſibi in concilio ſedem collocari iuſſit, ut ſcribit Theodoricus, ſedibus omniũ aliorum Epiſcoporũ depreſſiorẽ, nec ſine eorum iuſſu cõuenire, aut ſedere audebat. Et interim cum iam per ſingulos dies agitaretur conuentus, nec aliquid facile aut temere de re tanta ſtatuere auderent Epiſcopi. Euocabatur frequẽter Arrius in concilium, & aſſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur, & quid aduerſum hæc teneri & ſtatui deberet ſumma cum deliberatiõe quærebatur. Et cum per dies multos quæſtio uerteretur, nõnulli (quanquã pauci) & uiri quæſtionibus callidi, & ob id ſimplicitati Fidei aduerſi, diuerſa ab alijs ſentire, & magna calliditate cœptis Arrij fauere uidebantur, ipſiusq; blaſphemiam nõ aperte defendere, ſed uerbis pugnantibus cõtegere conabantur. Quorũ aſtutias & peruerſitates, Athanaſius Archidiaconus, præcipuus inter cæteros, detegebat. Diſputabatq; acriter cõtra eos, nec in aliquo eorũ calliditatẽ præualere ſinebat. In tantũ, ꝙ eius & aliorũ, uerbo Dei potentiũ, diſputationes præualebant, ꝙ fortiſſimis ſcripturis ueritas ipſa palam omnibus, nedum pontificibus, & alijs Chriſtianis, ſed etiã gentilibus (ut a quibuſdã refertur) certa appareret. Nam (ut aliqui ferunt) & nos ipſi eam diſputatiõem legimus, iubente Impatore, Probus Romanus Patritius, & uir illuſtris, ac philoſophus iudex a Conſtantino inter Athanaſiũ & Arrium cõſtitutus, aliquãdo fuit. Qui ambobus longa diſputatiõe concertantibus intellectis, ueritatẽ in Athanaſio, & illam cõformem cõſequentemq; ſcripturis, quas ambo inducebant, eſſe diffiniuit. Et ob id tandẽ in Catholica Fide Chriſtianus euaſit. Poſt diuturnũ igitur multũq; tractatum, placet omĩibus ac uelut uno cunctorũ ore & corde decernit, homouſion ſcribi debere, id eſt, cõſubſtantialem patri filium cõfiteri, idq; firmiſſima pene omniũ ſententia ꝓnũtiatur. Decem & ſeptẽ ſoli tunc fuiſſe dicunt̃, quibus Arrij Fides magis placeret, extrinſecus creatum Dei Filium ex nullis extantibus & non ex ipſa Patris deitate progenitum cõfirmantes. Defertur ad Conſtantinũ ſacerdotolis concilij ſententia. Ille tanquã a Deo ꝓlatam ueneratur. Cui ſi quis tentaſſet obniti, uelut contra diuina ſtatuta uenientẽ, in exiliũ ſe ꝓteſtatur acturũ. Sex ergo ſoli cum Arrio ſe patiuntur expelli. Reliqui uero undecim, conſilio inter ſe habito acquieſcunt, ad ſubſcribendũ manu ſola, non mente. Cuius ſimulatiõis præcipuus auctor extitit Euſebius Nicomediæ Epiſcopus. Qui poſt hæc omnẽ in Eccleſia ſeditionẽ innouauit. Interea pijſſimus Imperator, per epiſtolam, quam omnibus Epiſcopis & populis dirigit, malignum Arrium execratur, eumq; comparat impio Porphirio. Qui ſeptem uolumina cõtra religionẽ noſtram euomens, dignam promeruit pro geſtis ſuis ultionem cõſequi, ut obprobrio omnibus & execrabilis haberetur, Arriumque deinde & complices Porphirianos uocat. Mandat inſuper, ut ſi qua conſcriptio ab eo compilata reperiri contigerit, igni tradatur. Et contemnentibus capitalis ultionis præponit edictum. Ad exemplum expoſitionis Fidei habitæ in tanto concilio, ſi quis noſcere uoluerit, tale eſt (ut ex hiſtorijs eccleſiaſticis & concilijs Iulij Papæ Romæ ſuper cõfirmatione huiuſcemodi

Fidei cele-

fidei celebrato habetur.)Credimus in unum Deũ patrem omnipotentem, omnium uiſibiliũ,& inuiſibiliũ factorem, & in unum dominũ noſtrum IESVM CHRITVM, Filium Dei de patre natum unigenitũ, hoc eſt de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerũ de Deo uero, Natũ non factũ, homouſion patris, hoc eſt, eiuſdem cũ patre ſubſtantiæ, per quem oïa facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terris. Qui propter nos, & propter noſtrã ſalutem, deſcendit. Et incarnatus eſt de SPIRITV ſancto, & homo factus paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos Inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et in SPIRITVM ſanctũ &c̃. Eos aũt qui dicunt erat aliquando quando nõ erat, & anteq̃ naſceretur, non erat. Et quia ex nullis ſubſtantijs factus eſt, aut ex alia ſubſtantia dicunt eſſe aut cõuertibilem uel cõmutabilem Filium Dei, anathematizat catholica & Apoſtolica eccleſia. Et præter hanc fidei expoſitionem, ſeptuaginta canones huiuſmodi concilium compilaſſe teſtatur Athanaſius in epiſtola, ad Marcũ Papam, qui Syluestro ſucceſſit, deſcripta. Et ipſe beatus Papa Marcus in alia ad Athanaſiũ epiſtola id idem ſua authoritate cõfirmat. Idem & Papa Iulius in epiſtola ad Euſebiũ, & alios orientales Epiſcopos plura illorum capitulorũ recenſenda enarrat. Quod quia apud quoſdam horum canonũ numero poſtea cõtentio non parua ſurrexit, quemadmodũ id ſecutum ſit, placuit explicare. In concilio ſiquidem Carthaginenſi, Fauſtinus Potentinæ urbis Epiſcopus & Romanę eccleſiæ legatus, capitulũ quoddã Nicæni cõcilij in mediũ profert. Quo lecto Allipius Cateſtenen. Epiſcopus id q̃ maxĩe ſe admirari dicit, quoniã in græcis exemplaribus id minime cõpertum ſit. Q̃obrem placuit ſynodo Cõſtantinopolim ad Epiſcopũ ſcribere, ubi autenticũ id conſilium eſſe dicebatur. Necnon & Alexandrinum Epiſcopũ & anthiocenũ, ut de hijs autentica ſecundũ ea quæ tenerent, mitterent exemplaria. Quibus in tempore ſuſceptis, id capitulũ minime compertũ fertur. Nec ſeptuaginta in his exemplaribus capitula, ſed tantũmodo uigintiduo conſcripta habebant. Quod quemadmodũ eſſe potuerit, ex præfata Athanaſij epiſtola manifeſte potuit iudicari. Nam cũ perſecutionũ procellis eius libri ab Arrianis lacerati & cõbuſti fuerunr, ſynodũ Nicænã, qua clerus & populus(ut inquit)imbuebat̃ & maxime iam imbuti erant, in contumeliã noſtram & omniũ Chriſtianorũ, incenderũt. Hæc ille. Similiter cũ Conſtantinopolitana eccleſia, & Antiocena longis temporibus fuerint ab hæreticis occupatæ, qui nedũ libros, quos facillime carpe potuiſſent, ſed etiã ſacerdotes, & plures laicos hanc fidem obſeruãtes, ad mortem uſq; perſequebant̃, non ueriſimile et palam oĩbus uideri poteſt, illam ſynodũ non integram ſed laceratam & confractã apud eaſdem remanſiſſe eccleſias. Vnde & apud ſolã Romanam eccleſiam, quæ impollutam ſe præſeruauit, huiuſcemodi ſynodi ueritatem potuiſſe cõperiri conſtat. Hos ergo ſacros canones, & antiquã de obſeruatione paſchæ regulã, per quã nulla de reliquo uarietas eccleſijs orietur, cũ ſacratiſſimus ille cœtus ſtatuiſſet, uiſum eſt oĩbus diſſoluendum iam fore conciliũ, & ad propria remeandũ. Quãobrem omnibus iam rite diſpoſitis; pax atq; fides in orientis, & occidentis partibus, una atq; eadem ſeruabatur. Interim Helena religioſi principis mater, per idem fere tempus diuinis admonita iuſſionibus, loca dominicę paſſionis ſacratiſſima, quæ a gentilibus Idolorũ ſpurcitijs polluta fuerant & deturpata, diligentiſſime expurgari procurat. atq; lignũ comperit ſalutiferę Crucis, et clauos quibus dñs noſter fuerat affixus, & in eo loco mirificum templũ regia ambitione conſtruxit. Verum cũ non multũ poſt ex hac luce diſcederet, octuageſimo ætatis ſuæ anno(ut Theodoricus tradidit) Conſtantia Cõſtantini ſoror, quæ Lixini fuerat uxor fratris Auguſti ſolatijs utebatur. Hinc accidit preſbyterũ quendam uenire in notitiam, latenter partibus Arrij fauentem, qui de his nihil primo apud ſororem principis aperuit. Verum ubi multa familiaritas copiam tribuit paulatim ſermonem cepit aſpergere, inuidiam dicens Arrio generatam, & pro ſimultatibus priuatis Epiſcopũ eius rem contentioſe exagitauiſſe, æmulationis ſtimulo confixum, q̃ Arrius apud

plebem ſatis charus haberetur. Hæc atq; huiuſmodi talia frequentius ſuggerens, animos Conſtantiæ, ſuos effecit. Quæ cum quarto pene anno (poſt diſſolutiōem concilij obitura) uiſitaretur a fratre, atq; ab eo blande religioſeq; compellaretur, extremã dicitur ab eo gratiam popoſciſſe, ut preſbyterũ in familiaritatem reciperet, & quæ ſibi ab eo proſpere & pro ſalute ſuggerentur, audiret. Nam de ſe quidem iam ex luce diſcedente nihil curare, ſed pro fratris ſtatu eſſe ſollicitã, ne forte pro innocentiũ pœnis, regni ſui pateretur excidium. Quibus ille monitionibus a ſorore ſuſceptis, & fidelem pro ſe germanæ ſollicitudinem credens, accōmodauit aurem preſbytero & Arrio in exilium conſtituto, mandat, ut quemadmodũ de fide ſentiret, exponeret. Tum ille nouitatem ſermonũ, quos prius adinuenerat, declinans, explanationẽ aliam ſimplicibus contexuit uerbis, quæ nō quidem ſenſum noſtrum, tamen uerba fere noſtra continere, profeſſionemq; uidebantur. Et illa Diuina authoritate cōfirmans, iuſiurandũ adhibuit id ſe credere, nec quicquã aliud uel mente ſapere, uel intelligere. Cuius explanationis ſeries hæc a Theodorico explicat̃. Pijſſimo, Deoq; acceptiſſimo Imperatori maximo Conſtantino Arrius, & alij preſbyteri in exilium conſtituti. Quemadmodũ tua pietas præcipit clementiſſime Imperator, fidem noſtrã per hæc ſcripta explicamus, atq; talia credere Deum ipſum obteſtamur. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, & in dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM, filium eius, qui ex eo ante omnia ſæcula natus eſt Deum uerbũ per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra, qui uenit, & carnem aſſumpſit, & paſſus eſt. Qui reſurrexit, & aſcendit in cœlos, & iterũ uenturus eſt iudicare uiuos & mortuus. Et in SPIRITVM ſanctũ, Carnis reſurrectionem, & uitã uenturi ſæculi, & regnum cœlorũ. Et in unam ſanctã eccleſiam catholicã Dei, quæ a finibus uſq; ad fines eſt. Quã quidem fidem ex ſanctis Euangelijs cōcepimus, dicente domino diſcipulis ſuis. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noīe PATRIS, & FILII, & SPIRITVS ſancti. Et ſi nō credimus, atq; ſuſcipimus uere PATREM, FILIVM & SPIRITVM ſanctũ, quemadmodũ catholica ſuſcipit eccleſia, & ſanctæ edocent ſcripturæ, quas in omnibus ſequimur. Iudex noſter ſit Deus, & nunc in futuro die. Quobrem pijſſime Imperator, cum uiri eccleſiaſtici ſimus, & fidem atq; intellectum eccleſiæ, ſanctarumq; ſcripturarũ teneamus, abiectis ſuperfluis, atq; inanibus quęſtionibus, unioni ſanctæ eccleſiæ pacificos nos, & gratos tua pietate reſtitue, ut acceptabiles Deo orationes, pro pio pacificoq; tuo Imperio, atq; genere, mente libera om̃es communi cōcordia celebremus. At Imperator cũ huiuſmodi libellum ſuſciperet, admiratus quidem uehementer eſt, & putauit unã, eandemq; in ipſius & concilij dudum geſti expoſitione ſententiã contineri. Ob quod illum accerſiri de exilio iubet. Et ut apud Græcos, magnæ authoritatis ſcriptor Metaphraſtes enarrat, ſtatim eum cum honore ad Alexandriam remiſit, ubi tũc quoq; om̃e illius fruſtratur inceptũ. Nam cognito dolo, ab Alexandro Epiſcopo minime ſuſceptus eſt, incitante atq; ad id maxime impellente Athanaſio, ipſius Alexandri Archidiacono. Quæ res turbulentiam iterum per Aegyptum excitauit & latentem hæreſim diſcooperuit, nec literis etiam Imperatoris Alexander, & Athanaſius, ad ſuſceptionem Arrij inclinari potuerunt. Interim Alexander beatiſſimo fine, ex mortali hac & corruptibili uita ad præſtantiorem immortalemq; tranſlatus eſt. Et Athanaſius Alexandria, & Aegypto uniuerſa cōſentiente, Epiſcopalis curæ gubernacula ſuſcepit. Qui cũ uir eſſet acerrimi ingenij, q̃ uigilantiſſimus in eccleſiaſticis negotijs iam tunc hæreticis innotuerat, cũ ad concilium Nicænum cũ Epiſcopo ſuo ſene Alexandro cōuenerat. Cuius ſequentem uitã & querelam, eiuſq; geſta præfatus Metaphraſtes apud Græcos diligenter exequitur, quem fideliſſime traducendo, nos oīno ſequimur, ubi alios nō induxerimus authores. Statim ergo, ut eum hæretici Epiſcopũ factum cognouerũt rati quod res indicabat, ſua id negotia per illius ſollicitudinẽ non facile ꝓceſſura oībus modis quærere aduerſum eũ machinas deceptionũ parabant. Et eo tp̄e amplam

commoditatem nacti, ꝙ contra eum indignatus uidebatur Imperator, quia Arrium
nõ ſuſcepereat concilio inito, ut aduerſus Chriſtum Iudæi cogitabant, quemadmo
dum eum de terra auferre poſſent. Quo ſublato, Arrij hæreſim omnino præualere
putabant, quãobrem apud principem omnimode Athanaſium, tanquã indigne ad
Epiſcopatum promotũ inſimulare aggrediuntur. Et ſcelerum ſuorũ miniſtros ali-
quos de hæreſi Meletij ſibi adiungere curauerunt, Yſionem ſcilicet, & Fœlicem cal
linicum, & alios diuerſos, qui commenta contra eum conſingerent. Primũ quidem
ꝙ Epiſcopatum aſſumens, indixit Aegyptijs ueſtimenta linea Alexandrinorum ec
cleſiæ conſerenda. Similiter & aliud grauius, quoniã literis & mandatis quibuſdam
Imperialibus contradicens, loculum auri plenum cuidam amico direxit, ut quod cõ
tra principis iuſſa perpetrare demolitus fuerat, ille exequeretur. Tertium, quod gra
uius impingebat, tale quidẽ fuerat. Quod uir Mareothidos nomine, degebat Yſchi
ras, qui nondum ordinatus ſe gerebat pro preſbytero, atq; ſacra fuerat auſus cele-
brare myſteria. Quod cũ Athanaſius a quibuſdam ex Mareothide perdidiciſſet, mi
ſit Machariũ Alexandrinæ eccleſiæ preſbyterũ, qui hęc exacte an uera eſſet, perqui
reret. Quod pſentiens Yſchiras, inde aufugiens, Nicomediã ad Euſebiũ & compli-
ces ſe cõtulit. Quem cũ odio in Athanaſiũ ferri cognoſcerent, nullius inuidiã atten-
dentes, ut preſbyterum ſuſceperunt, promittuntq; ei Epiſcopatus honorem, ſi con-
tra Athanaſium crimina commentetur. Quibus ille quã libentiſſime annuens, con-
finxit Macharium Alexandrinæ eccleſiæ preſbyterum miſſum ab Athanaſio in ec
cleſiam ſuam, impetum primũ feciſſe, deinde altare, & ſacram menſam confregiſſe,
abſtuliſſeq; inde calicem, & ſacros libros cõbuſſiſſe. Quibus Imperatorem ad iram
cõtra Athanaſium plurimũ incitare conabantur, & ꝙ ſacris iuſſionibus obedire cõ
tempſerat, nec Arrium (ut mandauerat) ad communionem ſuſceperat. Quę audiens
Imperator, in ſtuporem adductus, licet ſidei normam firmiſſime teneret, iubet tamẽ
iterum congregari concilium. Non ut de fide iterum diſputetur, ſed ut cõtentiones
omnes, & rixæ iuſto iudicicio totaliter penitus delerentur. Verum cum Hieroſoly
mis ad dedicationem eccleſiarum ibidem nouiter conſtructarum ex omni pene or-
be coire ſacerdotes inuitarentur, ſcribit ad eos, ut quæ contra Athanaſium inducta
ſunt, diligenti excutiantur iudicio. Et de Arrio, ut ſi expoſitionem fidei eius cõpro-
barent, & eum uel per inuidiam (ut aſſerebat) tunc circunuentũ dinoſcerent, uel nũc
ab errore correptum clementi erga ipſum iudicio uterentur. Quandoquidem tanta
fuerit concilij moderatio, ut non in perſonã eius, ſed in dogmatũ prauitatem fuerit
lata ſententia. At ſi inuidia cauſa fuiſſet, curent pacem inter illos cõponere. Quod
ſi fieri nequit, ueniat Arrius Alexandriã, & ibidem ſuper hoc diſcutiatur iudicium
Et cum apud Tyrum congregari primũ deberent Epiſcopi, iubet Imperator, cauſas
has ibidem diſcuti, ut abſq; ſchiſmate & contentione Hieroſolymis ſacra tractarent
myſteria. Igitur trigeſimo Imperij Conſtantini anno, ex diuerſis urbibus apud Ty
rum Epiſcopi cõuenerunt, numero ſexaginta. Dionyſio uiro conſulari illos cõgre
gante. Quibus congregatis & ſedentibus, una comes prouinciæ, & plures alij, Ma-
charius Alexandrinæ eccleſiæ preſbyter uinctus cathenis manu armata cõducitur.
Nec multo poſt & ipſe cõuocatur Athanaſius, contra quem inſtant accuſatores, pe-
tentes primũ diſcuti quod de lineis ueſtimentis fuerat obiectum. Sed hanc quidem
calumniam, atq; aliam de loculo auri ad amicum miſſo, Apis, & Macharius preſby-
teri Alexandrini apud Nicomediam coram Imperatore omnino expurgauerat, ob
quod literis ſuis Imperator accuſatores grauiter increpauerat, & Athanaſium ad ſe
uenire ſuadet. Quæ cum in principio audientiæ a tabellarijs Deo operante oblatæ
fuiſſent, in Agoniam & dedecus Euſebium, & complices deduxerunt. Quamob-
rem his præmiſſis ad obiectum de Machario ſe transferunt. Sed ad hæc primũ qui-
dem Athanaſius, quos inimicos ſibi manifeſtos probare poterat, nominanter de-
ſcribit. Deinde declarari petit, an accuſator Yſchiras (ut in eius libello ſcribebatur)

preſbyter eſſet. Ad quod iudices nec minimũ quidem uerbum reſpondent, ſed con
tra Macharium proclamantes, ſtatuũt mittendos quoſdam aduſq; Mareothem, qui
de dubijs informati, quæ compererint referant. Quod cum accuſatores ſuos Atha
naſius deſignari uideret. Togmum uidelicet, & Marem, Theodorum, Macedoniũ,
Vrſatium proclamans de iniurijs, & iniuſtitia proteſtatur, ut quos inimicos & accu
ſatores nouerat, ſibi iudices conſtituere uelint. Nec iuſtum eſſe Macharium detine-
ri in uinculis, & accuſatorem liberum eſſe. Ad quæ cum nec conſulem Dionyſium
ſuper his uerbum habere uideret, ſubtrahens ſe a ſynodo, & ſecreto diffugiens, Cõ
ſtantinopolim ad Imperatorem ſe contulit. Interim qui ad Mareothem miſſi fuerãt
commentaria ſibi pro uoluntate confingunt, & ſynodus ne reditum quidem illorũ
expectans, tanquã quæq; inſimulata uera fuiſſent, excommunicationis ſententiam
in Athanaſium ferunt. Et abinde cum ſtatim Hieroſolymã ſe conferrent, aduenien
tem Arrium, & Euſebium in una, & complices libere ſuſcipiunt, licet (ut quidam tra
dunt) ex catholicis nõnulli eum recipere abnegauerunt, diffinientes ipſum in con-
cilio apud Alexandriam audiendum fore. Quæ cum ſic apud Hieroſolymam gere
rentur, Athanaſius adito Imperatore petit, ut quæ in Tyro turbulenter & incõtinue
geſta ſunt, apud eius præſentiam examinentur. Quibus annuens Imperator, has li-
teras ad Ẽpos qui in Tyro conuenerant, dirigit. Victor Conſtantinus, Epiſco
pis apud Tyrũ collectis. Ignoro equidem, quæ in ueſtro concilio turbulẽter & tem
peſtuoſe geſſiſtis. Et ut manifeſte uidetur, ob lites & iurgia, quæ contra nos & pro-
ximos noſtros inceſſabiliter geritis, iuſtitia, & ueritas in Dei contemptum per dies
ſingulos conculcatur. Et ideo Diuina prouidentia opus eſt, ut patefactis altercatio
nibus ueſtris, palam nobis ueſtræ inimicitiarum cauſæ innoteſcant. Quãobrem qui
buſcunq; alijs omiſſis, omni feſtinatione ad noſtram præſentiam contendite, quate
nus per uoſipſos, quæ apud Tyrum geſſiſtis, ſeriem oſtendatis. Et ſubdit in eadem
epiſtola. Quemadmodum æquum aſcendens, repente cum ſacerdotibus quibuſdã
quos circum ſe habebat, adfuit Athanaſius. Quem prima fronte cum non agnoſce
ret, ex nobilibus ſuis quidam enarrauit quis eſſet, & quemadmodum apud Tyrum
ab Epiſcoporum concilio fuiſſet iniuſtitiam paſſus. Verum depoſcenti ſe audiri,
aſſentire nolebat. Immo cũ pene eum amoueri iuberet, maiori cũ fiducia nihil aliud
quam Epiſcoporum poſtulaſſe aduentum, enarrat, ut Imperatore & illis præſenti-
bus, quæ paſſus fuiſſet, explanaret. Quod cum rationabile eſſe, & temporibus con-
gruum annuens, has literas ſcripſit, & circa finem epiſtolæ in hæc uerba ſubſequit̃.

Nam per me fidelẽ Chriſti ſeruũ, feræ nationes & barbaræ, Deum uerum time
re, & adorare didicerunt. Et uos, qui eius diuinitati pro nobis ſancta debetis offerre
myſteria, nihil niſi quod ad contentiones inducat & odia & ut uerius dicam, ad hu-
mani generis interitum operamini, & conamini. Feſtinate igitur ad nos uenire, quo
niam uiribus totis ſtatuimus operari, ut quæ in lege Dei ſunt, ſine aliqua titubatio-
ne ſeruentur. Nec locum mala ſuperſtitio poterit obtinere ſacratiſſimæ legis inimi-
cis exterminatis penitus, & contritis, qui ſub ſanctitatis figura blaſphemias uarias,
ac contentiones inijtiunt. Verum cum e Hieroſolymis plures Epiſcopi ad propria
remeaſſent, & Euſebius atq; eius complices Theognius, Mares, Patrophilus, Vrſa-
tius, Valens, & reliqui, qui uix ibi remãſerant, cũ eiuſmodi Impatoris literas ſuſce-
piſſent, in Agoniam deducti reſcribunt, ut quamprimũ temporis commoditas da-
bitur, ſe aduenturos. Interea illis tardantibus, & cognita apud Imperatorem Atha-
naſij innocentia, ad Alexandriam illum cum honore remittit, ſcribente etiam ad
Alexandrinorum Eccleſiam, falſa ac commentitia ea fuiſſe, quæ contra eorum Epi
ſcopum Athanaſium inſimulata ferebantur. Verum Arrius poſtquam apud Hie-
roſolymam ab Epiſcopis fuerat receptus, cum epiſtolis ſynodi ad Aegyptum, &
Alexandriam proficiſcens ex ſententia ſynodi, & teſtimonio Imperatoris, qui eius
etiã fidem comprobare uiſus fuerat, ad communionem ſe recipi petit. Quæ res non
paruam

paruam quidem per Aegyptum totam, & Thebaidam, ac Libyam cõmotionem excitauit, atq; etiam multorum ſubleuauit animos, qui ſententiam ſynodi reuereri uidebantur. Quod cõperiens Athanaſius, & magno dolore perculſus, iterum ad Imperatorem cum feſtinatione redire procurat, ſignificans ei Arrij hæreſim, iterum per Alexandriam & Aegyptum repullulare, ob quod ad Conſtantinopolim & Arrius ipſe cõuocatur. Qui iter agens per comitatum ad Cæſariam primũ deuenit, ubi Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum, & plures ex complicibus adeſſe præſenſerat. Et cum ipſis diebus nõnullis conſilia iniens, nouam contra Athanaſium calumniam, ut ipſum ſua ſede depellant, machinantur. Et præmiſſus Arrius, ad excuſandum ſe Imperatori ipſi Conſtantinopolim ſubſequuntur. Quibus ab Imperatore uocatis, de geſtis ſynodi apud Tirum diligenter interrogantur. At illi cõtra ſacrum Antiſtitem Athanaſium iam calumnijs armati, in hæc uerba reſponderunt. Nos & alij, qui aderant in ſynodo Epiſcopi, piiſſime Imperator, non tantam de his, quibus primũ accuſatus fuerat Athanaſius diſcuſſionem fecimus, quantam de ſubuerſione altaris apud Mareothem, de ablatione calicis, de libro rum combuſtione, quæ certiſſima commentarijs teſtantibus (ut uidere poteris) comperta ſunt, ſed etiam de his quæ coram pluribus Epiſcopis contra tuæ pietatis uoluntatem comminatum fuiſſe deprehenſus eſt. Aiebat enim prohibiturũ ſe frumẽta ab Alexandria Conſtantinopolim (ut ſtatutum, conſuetumque fuerat) ſolenniter deportari, hocq; audiuiſſe ad Amancium, Arnobium, Arbethionem, & Petrum Epiſcopos compertum eſt, a quibus cum reprehenſus fuiſſet, timens tum de hoc, tum de alijs iudicium ſe ſubiturum aufugit. Hæc, & ſimilia falſi ſacerdotes Imperatoris auribus callide ingerentes ad iram illum, atq; furorem contra Athanaſium tantum impellere ualuerunt, ut eum apud Treuerim galliarum urbem exilio deportari mandaret. Ex quo quis clare proſpicere poteſt quantum inſimulationes, & calumniæ, maxime ſi ab his, qui fide digni habiti ſunt, inferantur, etiam contra innocentes ualeant operari. Quæ res mœſtitiam toti pene Alexandriæ, & Aegyptiorum Epiſcopis, ac Libyæ, qui modeſtiã & ſanctitatem nouerant Athanaſij, intulit. Quidam tamen ſcribunt hoc ideo Imperatorem feciſſe, ut eccleſiæ per eius abſentiam penitus unirentur, putans Athanaſiũ qui Arrio & complicibus minime communicare uolebat, huiuſmodi eccleſiarum ſchiſmatis cauſam eſſe. Quo ſublato facile uniri poſſe putabat. Ducit ergo uir ſanctus & innocens ob iuſtitiam per diuerſa & multiplicia locorum interualla ad Treuerim, honorifice a Maximino Treuerorum Epiſcopo ſuſcipitur. Quod quidem non paruum in eo exilio ei ſolacium adfuit. Interim per Alexandriam Aegyptum, & Libyam debacchabatur Arriana peſtis, atq; uim patiebatur uera religio. Cõſtantinus uero Imperator, cum trigeſimumprimũ annum Imperij ſui ageret, ætatis uero ſexageſimumquartum, apud Nicomediam in Achyrone ſuburbana uilla diem functus obijt. Et extremo uitæ ſuæ tempore (ut ſcribit Hieronymus) ab Euſebio Nichomediæ Epiſcopo baptizatus, in Arrianum dogma declinauit. Cauſam uero dilationis baptiſmatis deſignans, Theodoricus, eam dixit. Quod in Iordane fluuio hoc ſe poſſe cõſequi peroptabat, & teſtamento confecto tres liberos ſuos Conſtantinum ſcilicet nomine patris uocitatum, Cõſtantium & Conſtantem, in ſucceſſione Romani orbis hæredes ſcripſit. Et magnum Athanaſium ab exilio reuocari, & in ſede ſua Alexandrina reponi, Euſebio pro uiribus diſſuadente (ut idem enarrat Theodoritus) iuſſit. Quo tempore, quoniãquidem Conſtantius, cui orientis regnũ decreuerat, præſens nõ erat, dicitur ſecrete aduocaſſe preſbyterum, quem a ſorore cõmendatum ſupra diximus. Et exinde familiaritet habitũ, atq; tradidiſſe ei teſtamentum quod ſcripſerat. Et obteſtatus ſub ſacramento, ne ulli, niſi Conſtantio cũ ueniſſet in manus traderet. Cui Enuchi, qui erãt in palatio, fauebant. Et arte iudicio de Imperatoris morte ſuppreſſo, uſq; ad Cõſtantij præſentiã, cõpteſſis multis noua tentãtibus res tutæ integræq; manſere. Cũ uero Conſtantius adfuiſſet, depoſitum preſbyterũ

reſtituit.

reſtituit. Cuius beneficij gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus eſt, ut qui cunctis imperare cupiebat, ab illo ſibi imperari æquanimiter patiebatur. Sed Euſebius, qui apud Nicomediam erat, amplam iam temporis occaſionem nactus, & principi per preſbyterũ familiaris effectus, reuoluere omnia, atq; irrita Nicæni concilij geſta cõducere, ſi Athanaſius ab exilio nõ reuocaretur, ſe ſperans, ut hæc conſequi poſſit, preſbytero utitur cũ miniſtro, & Euſebium quendã ★ eunicorum palacij p̄poſitum, Imperatoris intimũ in Arrianam callide ſuaſere perfidiam. Ex quo cæteri enuchi eadem ſapere pauculo in tempore ſunt illecti. Nec his contenti, uxorem Imperator cũ enuchis preſ byteri artificijs aggredientes, in Arrianũ dogma præcipitãt. Quid plura? Poſt paululum & ipſe Imperator natura alias, & animo regio, dum his ſatis indulget in perfidiam a peruerſis decipitur ſacerdotibus. Ob quod eorundem ſuggeſtione, Arrium apud Alexandriam cõmorantem, ſtatim Conſtantinopnlim aduentare iubet, atq; conciliũ denuo cõgregari, ad quod illi ut plurimũ conuenere qui Arrium, atq; Euſebiũ ſectabantur. Quorũ ſtudium præuidens ſenex Alexander Conſtantinopolitanus Epiſcopus, conabatur eorũ audaciam, & conatus reprimere, & Arrium ueri Dei hoſtem, excecrabatur. Quippe qui fidei Nicæni concilij peruerſe obſiſteret. Verum cũ iuberet Imperator Epiſcopos nolentes Arrio acquieſcere, inuitos cogi, denuntiat Alexandro certã diem Euſebius, ut uel ipſe Arrium ſuſcipiat, uel ſi reniteretur ſe eccleſia pulſo, & in exilium truſo, alio eum ſuſcipiendũ dinoſcat. Cum ille noctem, quæ ad cõſtitutã intererat diem, ſub altari iacens, atq; in oratione & lachrymis totam peruigilem ducens, eccleſiæ cauſam domino cõmendabat. Cumq; lux fuiſſet exorta, nec tamen Alexander ab oratiõe ceſſaret, Euſebius cũ ſuis omnibus, uelut hæretici belli ſignifer, domũ Arrij matutinus accedit. Cumq; propere ſequi ad eccleſiam iubet, proteſtatus q̊ Alexander, niſi præſens acquieſceret, expulſus cederet loco. Igitur omniũ ſumma expectatio, quo uel Alexandri perſeuerantia, uel Euſebij, Arrijq; ſententia declinaret. Cumq; cunctorũ animi eſſent (ut in tali re ſolet) expectatione ſuſpenſi, Arrius ad eccleſiã pergens, Epiſcoporũ & populorum frequentia cõſtipatus, humanæ neceſſitatis cauſa, ad publicũ declinat. Vbi cũ ſederet, inteſtina eius, atq; omnia uiſcera in ſeceſſus cuniculũ defluxere. Itaq; in tali loco dignam mortem blaſphemiæ, & fœtidæ mentis exoluit. Quod poſtea in eccleſia nuntiatum eſt Euſebio, atq; his qui una ſecum ſanctũ & innocentem uirum Alexandrum, de Arrio recipiendo fatigabant, ſuperati pudore & cõfuſiõne, diſcedũt. Tunc cõpletus eſt ſermo ad gloriã domini, quem in oratione ſua Alexander ad dominũ proclamauerat, dicens. Iudica me domine inter & Euſebij minas, & Arrij uim Sed hæc ad præſens quidem paululũ pudoris habuerunt. Cõuenientes uero inter ſe hæretici, ueriti ne forte ſi (ut res geſta eſt) integre ad Imperatorem Conſtantiũ perueniſſet, nõ ſolum a perfidia eorũ, in qua callide irretitus tenebatur, abſcederet, uerum & in authores deceptionis ſuæ ſeuerius aliquid de regia authoritate decerneret, cõponunt per eunuchos, quos iam in perfidia deceptos tenebant, uti de Arrij morte Imperator quã fieri poſſet, cõpoſite & comiter noſceret. Neq; aliquid, quod Dei uindictam ★ iudicare uideretur, audiret. Quibus ita geſtis, de cauſa fidei & potiſſimũ in diſcutione cuiuſdã libri editi a Marcello Epiſcopo Ancyræ galanæ proſequunt. Interea Alexander cõfectus ſenio, & plenus annis, trigeſimo Epiſcopatus ſui anno & nonageſimooctaun ætatis ſuæ, moritur. Vir omni uirtute, & ſanctitate præditus de quo & hoc aliud mirabile fertur. Conſtantinũ patrem cũ ſemel Byzantiũ aduentaſſet, philoſophi quidã adierunt, exprobrantes religionem noſtrã, quam maiores eius Romani principes, ueluti falſam & inanem abiecerant, idq; ſe uelle coram eo, & alijs palam Epiſcopo Alexandro cõcludere. Verũ Imperator, licet noſceret Alexandrũ huiuſmodi uerborum exercitatione inexpertũ, tum in uiri ſanctitate confidens, iubet eum cũ philoſophis certamen inire. Ille neceſſitate coactus, & Deo fiſus proceſſit in mediũ. Et cum conueniſſent, ut unus ex philoſophis cæteris tacentibus,

Aliás eunuchorum

Aliás iudicare

cum eo primū loqueretur. Incipit Alexander in hæc uerba. In nomine (inquit) domini IESV CHRISTI impero tibi philoſophe, ne loquaris. Qui nullis conatibus, omniū fere circumaſtantiū experientia concitus, niſi poſt longā horam, ex abſolutione Alexandri, loqui potuit. Magnū hoc quidem miraculū & Alexandro dignū, nec ex alijs philoſophis quiſquā auſus eſt aliquid contradicere. Poſt huius igitur Alexandri mortem Paulus Cōſtantinopolitanus preſbyter, a Catholicis ordinatur Epiſcopus. Quam ordinationē Imperator Cōnſtantius ægre ferens, non multo poſt tempore Conſtantinopolim ueniens & ex cōplicibus Euſebij conciliū congregans, Paulum ſede ſua priuauit, & Euſebiū Conſtantinopolitanū fecit Epiſcopum. Qui iam glorioſus in palatio, ut alius Auguſtinus incedens, putabat oīa per Eunuchorū medium ad ſuū poſſe effectū conducere, ſi ab exilio Athanaſiū non euocari cōtingeret. Quamobrē totis conatibus cum cōplicibus ſuis, apud Alexandriā Arrianum cōſtituere Epiſcopū conabatur. Idq; feciſſet, niſi diuina pietas, malignas eius, & ſequaciū præſumptiones præueniſſet. Nam per id tēpus Athanaſius fretus literis & adiutorio Conſtantini iunioris, qui apud Heſperiæ partes regnabat, Alexandriā reuerſus, ſedem ſuā cum iubilo & gaudio pene omniū Alexandrinorum, & totius Aegypti ſuſcepit. Literæ uero, quas ad Alexandrinos Cōſtātinus direxit, hæ ſunt.

Victor Cōſtantinus Catholicæ Eccleſiæ, & populo Alexandrino. Non puto uos ignorare dilectiſſimi, Athanaſiū magnum diuinæ legis prædicatorē, pro tempore apud Gallias ex eo directū, ne crudelitas impiorū inimicorum eius ſacro capiti cum periculo imineret, aut malignorū callida infeſtatione qua tunc tēporis premebatur, deteſtabile aliquid paterent. Et nobis iubentibus ſic degit, ut neceſſaria illi non deeſſent. Verū talis eſt eius præclariſſimæ uirtutis religio, & ipſe tam diuinis fretus ſolatijs, ut fortunæ caſus etiā moleſtiores magnificentiſſimo anio deſpiciat. Quē cum beatæ memoriæ Conſtātinus, pijſſimus Pater meus, ſuæ ſedi reſtituere proponeret, ſi morte præuētus nequiret, cōſequens fuit me uoluntatē diui Imparatoris noſtri implere. Illum ergo, licet de ſeparatione ſua mœſtiſſimi, tamē ad propriā ſedem, ad uos eius oues remittimus. Nec unquā tanti uiri imago ſacratiſſimūq; eius nomen, de noſtro pectore labi poterit in æternū. Diuina prouidentia uos cuſtodiat amātiſſimi.

Recepto igit̃ in ſede ſua Athanaſio, epiſcopalia tractabat, & populū prædicationibus & exhortationibus ad ſeruandā rectam Fidem & purā mentem exhibendam Deo, ſingulis pene diebus inſtruebat. Nec quicquā ex his omittere uidebat̃, quæ ad paſtoralē curam ptinere poterāt. Nam ſcribebat etiā frequēter ad diuerſarū urbium Epiſcopos, ſuadens Fidē rectam ſeruare, & Arrianorū impietatem deteſtari, ut eſt illa Epiſtola, quā ad uniuerſos Catholicos in hæc uerba direxit. Omnibus ubiq; fratribus ueræ Fidei ſalutiſq; æmulis, & his qui per Aegyptū, et Syriam, & Ciliciam, ac Phœnicem, & Arabiam ſunt, Orthodoxis Epiſcopis Athanaſius, & qui mecū ſunt Epiſcopi, in dño ſalutē. Quicunq; impietatē inſpicitis inſurgentē, imminentēq; pietati, per apertas uocū nouitates, & per ſimulationes ſubdolas, perq; ſeditiones, ac tumultus fœtidos plagaſq; & uulnera, & neces, debetis ueluti ex tēpeſtate quadam, ac turbine ſubtrahi, ſalutiſq; fidiſſimā occupare ſtationē. Vt neq; illis impietate iungamini, qui ſanctæ trinitatis unam ueramq; deitatem irritare pſumunt, & a Patre diuidunt Filiū, atq; a Filio ſecernūt Spiritum ſanctū. Neq; illorū turbidis motibus, ſceleribuſq; miſceamini. Ita enim & nos ſaluti ueſtræ cōſulentes, & eorū qui nobis obtēperant, diutius iam apertam Arrij impietatē, eorumq; ſimulationē, qui fictis uerbis ſimpliciores quoſq; decipiunt, arguere non deſiſtimus, atq; ab omni illorū temeritate ſeparamur lugentes quæ ab illis impie in Deum admittunt. Quia nomē ſanctum blaſphemantiū linguis exponūt, cupimuſq; ſeruari in uobis, & in his qui ſunt uobiſcum, Fidei rectæ ac modeſtæ cōuerſationis normā, uoſq; id idem facere hortamur. Quodq; iam idem arripuiſtis inſtitutū, et qui huiuſcemodi zelo nondū excitati eſtis aut Chriſtianā religionem deſtrui ab his minus aduertiſtis, et aſtu callido diabolum

Eccleſiam oppugnare, ac ueluti nauē ſubmergere non intellexiſtis. Quod ſi etiã ad
nos ſcribere, nobiſcũq; de his rebus tractare uolueritis, libētiſſime ſuſcipiemus una
nimitatē, conſenſumq; ueſtrũ fratres. Orationũq; conſortia quantalibet locorũ in-
tercapedine diſſeparemur, fraternitati ueſtræ ſignificãtes. Quia & ſi peſtis hæc iam
cuncta occupare uideat̃, tamen in plurimis populis perſeuerat, apoſtolicæ Fidei bo
num, atq; in multis Epiſcopis, licet populũ quidam partim ui, partim uerbis ſallenti
bus teneant, & Epiſcoporũ multitudo, tum ob eorũ metum, qui in urbibus potenti-
ores ſunt, tum propter tantã ſimulationē ea quidem quæ ſentiunt, imprimũt. Quæ
uero non ſentiũt, ſimulant. Quippe qui nunquam iſtis nefarijs dogmatibus dedere
manus, paucisq; tantũ uerbis expreſſam ueritatem norunt. Q; ſcilicet neq; creatura
Dei deus, Deique Filius eſſe poſſit, neq; Spiritus ſanctus inter creaturas numerari;
Deiq; apparitionē non creaturæ alicuius aduentũ ſuſcepimus. Neq; enim in aduen
tum ſerui credidimus, diuiniq; Spiritus gratiam ſuſcepimus, per quã etiam dij effici
mur, & templa Dei ſumus. Hæc eñ paucis licet expreſſa, omnibus Chriſtianis aper
ta & cognita ſunt. Quippe quæ prædicatã ab initio ueritatem Fidei cõtinent, in qua
permanētes æternas excipimus ſpes. Noſtræ igitur Fidei ſymbolum conſubſtantia
lis eſt Trinitas, Deus uerus homo, ex Maria factus, & qui his nõ congruit, Anathe
ma ſit. Hæc enim & magnæ Nicenæ ſynodi continēt ſcripta, Conſubſtantialem Pa
tri eſſe Filiũ, & Spiritum cum Patre, & Filio conglorificari, Deum uerũ Dei Filium
incarnatũ eſſe, paſſum eſſe, ac reſurrexiſſe, & in cœlos aſcendiſſe, ac inde uenturum
Iudicē uiuorum & mortuorũ, Cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

INterim Arriani, qui apud Alexandriã degebant, quotidianas con
tra Athanaſiũ ſeditiones concitare non ceſſabant, ut occaſionem
præberent Euſebio & cõplicibus, rurſum cõtra eum malignandi.
Nec minus diuerſas in populo ſeminare zizanias, omni fraude ꝓ-
curabant. Aliquando etiã mentientes alijs ſuadere conabant̃ An-
thoniũ Monachum uirum ſanctiſſimũ, ita ut ſe, in Chriſti Fide te-
nere & credere. Quorũ impietatē ipſe Anthonius admiratus (ut
in eius uita refert Athanaſius) & iuſti doloris ira cõmotus, rogatus ab Epiſcopis, &
uniuerſis fratribus Alexandriam deſcendit, ibiq; Arrianos ſermone publico con-
demnauit, ultimã hanc eſſe hæreſim, & præcurſorē Antichriſti affirmans. Prædica-
bat in populos Filiũ Dei, non facturã, non ex ullis exiſtentibus, ſed propriũ Filium
unius cum Patre ſubſtantiæ. Impium eſſe dicens, uel mente concipere, quando non
erat. Cum uerbũ Dei ſemper Patri ſit coæternus. Vnde aiebat. Cum Arrianis ſit uo
Aliás Filium — bis nulla cõiunctio. Quænam ſocietas lucis ad tenebras, uos ⁎ fidelem credentes,
Chriſtiani eſtis? Illi uero Filiũ, qui ex Patre eſt, creaturã dicentes, nullo interuallo a
Gentilibus ſeparant̃. Qui ſeruierũt creaturę potius quã creatori, qui eſt Deus bene
dictus in ſæcula. Ipſa mihi credite, iraſcunt̃ elemēta, & omnis contra Arrianũ furo-
rem ſecundũ Apoſtoli dictũ congemiſcit creatura. Q; ſibi dominũ ſuum, per quem
omnia, & in quo oïa facta ſunt, uideat aggregari. Hæc tanti uiri prædicatio (ut præ
fato libello ꝓſequit̃ Athanaſius) exprimi non poteſt, quantũ ad Fidem populũ ro-
borauerit. Lætabantur quippe fideles, hoſtilem Chriſto, & inimicã hæreſim anathe
matizari ab Eccleſiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus ſexus, domi remanſit. Taceo
de Chriſtianis, Pagani et ipſi Idolorũ ſacerdotes cõuolabant dicentes. Vadamus, ut
hominē Dei uideamus, quia hoc apud uniuerſos erat nomē Anthonij. Ambiebant
quoq; ſaltē fimbriam ueſtimēti eius attingere, multũ ſibi, & tactum prodeſſe creden
tes. Et ſubdit. Quot tunc diabolica obſidione, & uarijs infirmitatibus liberati, quot
etiã ſimulachris erepta ſunt ſpolia, quanti ab errore Gentiliũ retracti noſtro iuncti
ſunt gregi. Tanti certe, ut paucorũ dierum ex Idolorũ ſuperſtitione cõuerſio oēm

per annum

per annum credẽtium cõuocat turbam. Hæc in præfato libello (ut diximus) de Anthonio retulit Athanaſius. Cum quo magno Dei glutino deuinctus fuerat, & ei pallium donauit, in quo corpus poſtea Pauli primi heremitæ, religioſe ipſe Anthonius obuoluit. Nam ut Hieronymus in uita quã de ipſo Paulo deſcripſit, enarrat. Cum per octuagintaquatuor annos Paulus degiſſet in deſerto, nec uiuentẽ hominẽ aſpexiſſet, anno ſcilicet ætatis ſuæ centeſimo, diuina inſpiratiõe ab Anthonio cõpertus, & diem reſolutiõis ſuæ inſtare enarrans, de ipſo Athanaſio in hæc uerba mentiõem fecit. Quamobrẽ quæſo Anthoni perge, ne ſit moleſtũ, & pallium quod tibi Athanaſius dedit, ad obuoluendũ corpus meum defer. Et ſubdit. Stupefactus ergo Antonius, quod de Athanaſio & eius pallio audierat, quaſi Chriſtum in Paulo uidens, & in pectore eius Deum uenerans, ultra reſpondere nihil auſus eſt.

MORITVR CONSTANTINVS. CONSTANS;

PEr id fere tempus Conſtantinus bellum Conſtanti fratri ſuo inferens, iuxta Aquileiam ab ſe tertio anno regni ſui occidit. Verum dum tanta cura gregem Chriſti Athanaſius paſceret, Euſebius & cõplices, liuore & odio cõtra eum cõciti neq; patiẽtes ſe in cœptis deſiſtere uictos, innouãt iterũ contra Athanaſiũ bellum, & ducẽ unum. ſ. Perinthium ſtatuũt, qui Heracliæ dicebat Epiſcopus, & inter alios eloquẽtior uidebat, ut Athanaſiũ coram principe inſimulare debeat, oſtendatq; per eius reditũ, ſcandala plurima ſingulis diebus exoriri. Et non ſolũ conquaſſari eius literis Aegyptũ, totam Paleſtinã iam & Phænicem, uicinasq; prouincias penitus cõturbatas eſſe. Inſuper nec illũ ſedem Alexandrinã iuſte poſſidere. Quin præter Epiſcoporũ ſententiã, reuerſus ab exilio, illam tantũmodo ſua auctoritate receperit, q̃d ex canonibus quos illi cõfecerant. Ne minori Ep̃orum numero, quis in ſede reponi poſſit, quã ex ea deiectus fuerat, ille ſedẽ ſuam recipere nõ poterit. Quibus & ſimilibus Imperatorẽ laceſſentes, facile ad ſuã prauam uoluntatẽ conduxerũt, & ſuadere curauerũt, ut rurſum Alexandrina Eccleſia Athanaſius pelleret. Et ut illi oẽm defenſionis uiam præcluderent, per literas primũ conati ſunt eum apud Iulium Romanũ pontificem, de hmõi calumnijs inſimulare. Quod præſentiens Athanaſius, nõ minus ipſe innocentiã ſuam defendere conabat. Quamobrem Iulius, ad quem, ut Metaphraſtes in uita Athanaſij, & cæteri Græci eccleſiaſticã hiſtoriã deſcribentes, enarrãt, ob ſedis proprie dignitatẽ, ut uerbis eorũ utar, Eccleſiarũ omnium iudiciũ ſpectabat. Nec præter Romani pontificis ſnĩam concilia celebrari oportere, ſacros canones imitatus, iuſſit Euſebium, Theognium, Theodorũ, Berinthum, & cæteros cõplices, una & Athanaſiũ ad ſedis ſuæ præſentiã cõuenire, ut differentiarũ inter ſe iudiciũ, apud ſedem Apoſtolicã proferatur. Et eis certũ condecentẽ quæ ſtatuit terminũ. In quo ſi adeſſe contẽnerent, iuſtum ipſe in tanta cauſa proſequeret iudicium. Veruntamẽ in præfixo termino cũ adfuiſſet Athanaſius, calumniarũ inuẽtores, & ueritatis inimici, hac euocatiõe ⁎ ſuſcepta, formidantes id quod facile eueniſſet, ne ſua detegerent mendacia ſe a tali profectiõe oĩno abſtinuerunt. Nec aliã ſuæ cõtumaciæ cauſam reddentibus, Iulius elapſo termino, cauſam canonice diſcutit, & Athanaſiũ diffinitiua ſedis apoſtolicæ ſentẽtia, ab omni criminatione innocentẽ fuiſſe declarat, & ab omni contra eum lata ſententia, indemnẽ atq; immunẽ reddidit, & ſedi ſuæ oĩno reſtituendũ indicit. Contigit eo tẽpore & Paulũ Conſtantinopolitanũ Epiſcopum, & alios quoſdam ſuis Eccleſijs expulſos, Romã ad Iuliũ ſimiliter confugiſſe. Quorũ caſus cum ſimili modo examinaſſet, & compeiiſſet eos in omnibus Nicæno concilio concordare, in cõmunione ſua Romæ ſuſcepit, & ad eorum Eccleſias literas dirigens, ſingulis propriã ſedem reſtitui mãdauit. Nec non etiã ad orientales Epiſcopos decretũ ſuum mittere curans, Athanaſium &

Aliás contempta

 alios Epi-

alios Epiſcopos, ad Eccleſias proprias remittit. Qui reuerſi & ſedes ſuas adepti, lr̃as & decretũ Iulij ad orientales Epiſcopos dirigunt. Verũ hæc impij homines ægreferentes, nullatenus patiunẽ hos conquieſcere, ſed rurſum illos expellere curauerunt. Nam per eos in irã concitus Conſtãtius, et in furorẽ pene cõtra Paulũ deductus, per Philippum uirũ excelſum, Paulus ipſe fraudulenter a ſede ſua iterũ expellit. Similiter nulla uia Euſebius & cõplices ferre ualentes Athanaſiũ in ſede ſua degere, noua ac terribilia contra ipm̃ iterũ confingũt crimina. Eumq; apud Imperatorẽ inauditis criminibus adinuentis inſimulare nõ deſiſtũt, uſquequo humani corporis brachiũ loculo delatũ, Imperatori oſtendũt. Quod ab Athanaſio exciſum magicæ artis gr̃a, de Arſenij cuiuſdã corpore confirmabãt. Sed & alia quã plurima criminoſa, ſimul et flagitioſa cõponunt. Quibus ex cauſis Impator iubet, cõuocato iterũ concilio apud Tyrum Athanaſiũ condẽnari, & de ſede ſua expelli. Nam Euſebius & cõplices quieſcere nõ poſſe uidebanẽ, quouſq; Nicæni concilij Fidem oĩno ſubuerterent, quod cõſequi non poſſe putabãt ſuperſtite Athanaſio. Quamobrẽ egerunt cũ Impatore, ut ſub occaſione dedicatiõis Eccleſiæ admirabilis, quã apud Antiochiã Syriæ qnq; annis ante mortẽ ſuam conſtruere incœperat Conſtãtinus, & anno quarto imperij Conſtãtij pene cõpleta fuerat, quę ut Hieronymus ſcribit dñicum aureũ dicebatur, congregareẽ conciliũ. Et ut liberius eorũ machinationes apud Antiochiam exequi poſſent, Ep̃os primũ apud Tyrum cõuenire ſtatuunt, & cauſas tractare Athanaſij, illũq; ſede ſua oĩno priuare, ac uinculis & carceri mancipare diſponũt. Quo pacto in concilio apud Antiochiam celebrato, Nicænã Fidem penitus ſubuertere cogitabant. Miſſo igiẽ ab Impatore ad urbẽ Tyri uno ex comitibus, de latere ſuo, qui Epiſcopos congregaret, atq; etiã adueniente Archelao, tunc quoq; comite orientis, nec non & eo qui Phœnicem prouinciã gubernabat, & conuocantibus ibidem Epiſcopos pro dedicatione apud Antiochiam dominici aurei, conuocatur & una Athanaſius. Qui huiuſmodi machinationes ignorans, pergit ad Tyrum. Interim loculus cum humano Brachio circũfertur, crimen contra Athanaſium diffamatur, & inuidiæ horror non ſolũ religioſas, ſed & uiles animas peruadit. Is Arſenius, cuius brachium dicebatur exciſum, Lector aliquando Athanaſij fuerat, & ob culpam correptionum ✶ ueritur frequẽter ſeſe ſubtraxerat. Cuius latebras opportunas ſibi ab huiuſcemodi conuentu flagitioſi homines rati, initio compoſiti criminis, occultatum eum apud quendam, quem fidiſſimum ſceleribus ſuis crediderant, retinebant. Ad quem adhuc in latebris poſitum, antequam qui conuenire debebant congregarentur Epiſcopi, fama peruenit, quid ſuo nomine criminis intentaretur Athanaſio. Et ſiue eum ipſa humanitatis contemplatio, ſiue diuina pertulit prouidentia, clam per noctis ſilentia euadens clauſtris, peruenit Tyrum. Et pridie quã cauſæ dicendæ adeſſet ultimus dies, Athanaſio ſeſe Arſenius obtulit, utq; ſe rerum geſtarum ſeries haberent, edocuit. Ille domi eſſe hominẽ, nec innoſcere cuiquam, de eius præſentia iubet. Interea concilium cogitur, in quo plures concinnatę calumniæ conſcij, immo pene oẽs infenſo animo præiudicatoq; aduerſus Athanaſium cõueniũt. Per idem tempus Paphuntius confeſſor, de quo ſupra memorauimus, ſenio iam cõfectus, ad dedicatiõem ſe pergere putans aderat. Et ſimili modo confeſſor alius dictus Maximus, tunc Hieroſolimorum Epiſcopus. At Paphuntius cum uidiſſet Maximũ, qui una ſecum effoſſo oculo, & poplite ſucciſo, confeſſor extiterat, & pro nimia ſimplicitate nihil de ſcelere ſuſpicantẽ conſediſſe cum cæteris, quos factionis macula ſociauerat, mediũ conſeſſum adire nõ ueritus, te (inquit) o Maxime, cũ quo mihi unum atq; idem confeſſionis inſigne eſt, cum quo mihi pariter mortale lumen effoſſum, clariorem diuini luminis conciliauit aſpectum, Te inquam non patiar ſedere cum concilio malignantium, & cum iniqua gerentibus introire. Iniectaque manu, eleuans eum de medio eorum, receſſit. Et Athanaſio abinde cõmunione ſe ſociauit.

Alias. Pharetro

PRIMA ACCVSATIO CONTRA ATHANASIVM DE MVLIERE QVAE SE DICEBAT OB EO OPPRESSAM.

SEd interim cauſa dicitur, & primo introducitur accuſatio mulie-
ris cuiuſdam, quæ ſe diceret aliquando hoſpitio Athanaſium re-
cepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem, uim corruptionis eſſe
perpeſſam. Introduci ad hæc iubetur Athanaſius, & ingreditur
cum Timotheo preſbytero ſuo, eumq; monet, ut poſtea quã mu-
lier dicendi finem feciſſet, ſe tacente ipſe ad ea quæ dixerat, pero-
raret. Timotheus conuerſus ad eam, uere inquit mulier, ego man-
ſi apud te aliquando, aut uim tibi ut aſſeris feci. Tum illa, ut mulierum ſe talium pro
cacitas habet, obiurgans Timotheum, tu inquit mihi uim feciſti, tu in illo loco ma-
culaſti caſtitatem meam, ſimul & conuerſa ad iudices, obteſtari Fidem Dei cœpit,
uera ſe dicere. Tum oẽs ridiculo ſuo pudor habere cœpit, ꝙ tam facile tacente reo,
factio cõpoſiti criminis patuiſſet. Nec tamẽ permiſſi ſunt, ut iudices haberẽt de mu
liere quæſtionẽ. Nam apud illos iudicandi libertas fuerat, qui accuſatores erãt. Hinc
tranſit ad aliud crimen, proferẽ facinus ſæculis inauditũ. Hoc eſt, inquiunt, ubi ne-
mo poſſit uerborũ præſtigijs decipi. Res agiẽ oculis, uerbis ceſſantibus. Brachium
hoc te aiunt Athanaſi accuſat exciſum, hæc Arſenij dextra, quã tu quo modo, uel ad
quos uſus excideris, iudicato. Tum ille, quis eñ ueſtrum Arſeniũ nouerat, ut hanc
ipſius dexterã eſſe cognoſcatis. Exſurrexerũt aliquanti, qui ſe dicerẽt optime ſciſſe
Arſeniũ, in quibus nõnulli erant abſq; conſciẽtia. Orat dehinc a iudicibus Athana-
ſius, ut hominẽ ſuum, quẽ negotium depoſceret, iubeat introduci. Cumq; introdu-
ctus eſſet Arſenius, eleuato eius uultu, Athanaſius concilio & iudicibus ait. Hic eſt
Arſenius, & eleuãs eius nihilominus dextrã, hæc eſt inquit etiã dextera eius, hæc eſt
ſiniſtra. Hæc aũt quã iſti offerũt manus unde ſit, uos requirite. Tum uelut nox quæ
dam, & tenebræ accuſatorũ oculis infuſæ, quid agerent, quo ſe uerterent, neſciebãt.
Ipm etenim eſſe Arſeniũ teſtes quĩ paulo ante ſcire ſe dixerant, cõfirmabãt. Verum
quia nõ iudicandi, ſed opprimẽdi hominis cauſa conciliũ gerebatur, fragor omniũ *Aliâs*
repente attolliẽ, ★ magiſtrũ eſſe Athanaſiũ, & decipere intuentiũ oculos, acclama *magis reum*
tur, nec debere ullo modo ultra talem hoiem uiuere, factoq; impetu, ſuis eum diſcer
pete manibus parant. Sed Archelaus qui cum cæteris ex ꝑcepto Imperatoris conci-
lio ꝑſidebat, ereptũ eum ex diſcerpentiũ manibus, per occultos exitus eduxit, ac fu-
ge admonuit, qua poſſet cõmendare ſalutẽ. Concilium tñ rurſum cõueniens, tanq̃
ſi nihil oĩno deprehenſum fuiſſet, ut cõfeſſum de tantis criminibus Athanaſiũ con-
demnat. Et geſta per hunc modũ ficta per orbẽ terræ mittentes, ad ſceleris ſui cõſen-
ſum Impatore agente, cæteros Epõs impulerunt. Hinc iam toto orbe ꝓfugus agitur
Athanaſius, nec ullus ei tutus ad latendũ ſuperat locus. Tribuni præpoſiti comites,
exercitus quoq; ad inueſtigandũ eum mouenẽ, edictis impialibus ꝑmia delatoribus
proponunẽ. Si quis uiuũ maxime, ſin ★ unus caput certe Athanaſij detuliſſent, ita *Aliâs minus*
totis regni uiribus, fruſtra aduerſus eum cui Deus aderat, certabaẽ. Interea ſex con
tinuis annis ita latuiſſe fertur, in lacu ciſternæ nõ habentis aquã, ut ſolem nunquã ui
derit. Sed cum per ancillã, quæ ſola conſcia dñorum officijs, qui ei latebras præbue
rant, ★ iudicatus fuiſſet, tanquã Dei Spiritu admonitus, ipſa nocte qua ad eũ com *Aliâs indicatus*
prehendendũ cum iudicibus ueniebaẽ, poſt annos ſex emigrauit ad aliũ locum. Ita
illi qui uenerant fruſtrati, dñis quoq; in fugã uerſis, de ancilla ut falſa iudice, pœnas
ſumunt. At iſti interim Euſebius, & iniquitatis cõplices Epiſcopi, quæ oẽs numero
nonaginta poſt Anthiocenæ Baſilicæ cõſecratiõem, generale ſe uelle celebrare con
cilium indicunt. Ad quod neq; legati Iulij Romani pontificis cõuenire ſunt uocati,
nec aliqua eius affuit auctoritas, nec Maximus Hieroſolimitanus, nec Paphuncius

 præfati, ne

præfati, ne damnationi Athanaſij ſe ſubſcribere cogerentur, adeſſe uoluerunt. Sed
ſolus Conſtantius Arrianorum princeps, hm̃oi concilio præſidebat. In quo damna
tionẽ primo Athanaſij confirmãtes, Euſebiũ quendam Emeſenũ Epiſcopum, ad ſe
dem Alexandrinã transferunt. Qui cum Alexandriã pergere formidaret, hanc ſedis
tranſlationẽ non admiſit, ac illi Gregoriũ quendam aliũ Alexandrinæ Eccleſiæ or-
dinarunt Epiſcopum. Deinde aliam Fidem cõponentes, nec ullam de Fide Nicæna
mentionem habentes, ſperabant per alia concilia quæ ſucceſſiue celebrare intende-
bant, Arrij impietatem paulatim ſubinducere. Cui diffinitioni Euſebius, Emeſe-
nus, & Gregorius iam uocatus Alexandrinus, ſe ſubſcripſerunt. Demũ Gregorius
potentia imperatorum ſuffultus, armata manu Alexandrinã occupauit Eccleſiam.
Quæ omnia ſentiens Iulius Romanus Pontifex, intimo cordis dolore tactus, gran-
dem Epiſtolam Euſebio, & alijs apud Antiochiam congregatis, direxit. Arguens
eos ex pluribus, & quod concilium ſine ſua auctoritate auſi fuerint celebrare, atq;
iniuſte Athanaſium per orbem profugum exagitaſſent. Quæ Epiſtola apud Lati-
nos etiam reperitur, cuius initium tale eſt.

VEnerabilibus fratribus uniuerſis orientalibus Epiſcopis, Iulius.
Decuerat uos fratres alijs Eccleſiaſticis inſtrui diſciplinis, & non
talibus argui machinamentis, dicente domino, Neminẽ concutia-
tis neq; alicui calumniã faciatis, & reliqua, atq; infra ſubdit. Quid
peius fratres, quã ut ſacerdotes domini, quos ab omni cõmunica-
tione, & ab omni Chriſtianorũ nocumento alienos eſſe decet, Epi
ſcopos quos tueri & ſubleuare debẽt, inſidijs impetãt. Et quos fo-
uere & diligere ſummopere oporteat, inſequant̃. Contra quod plurimas auctorita
tes ſcripturæ ſacræ, pulcherrime & longo proceſſu deducit, & ſubdit. Nam ſi quis
hæc oĩa recto conſiderauerit oculo, nequaquã fratribus nocere, ſed liberare feſtina
bit. Quia nihil deterius eſt, quã ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus inſidiari,
aut calumnias facere. Talibus eñ ſuffragari uolentes inſidijs, patres ſancti Synodũ
congregauerunt generalẽ in Nicæa, uitã corrigere hoĩm cupientes, in Eccleſia com
morantiũ. Nam licet dudum inſtituta ſanctorũ multa patrũ eſſent conſcripta, poſue
runt tamẽ leges, quas ſacros canones appellamus. In quibus multa per neceſſaria ad
ſtatũ Eccleſiæ, & ſupplementũ columnarũ eius, id eſt, Epiſcoporũ, qui eam proprijs
humeris geſtant, ſunt decreta. Et econtrario nocumẽta multa ꝓhibita, ita ut qui talia
agere tentauerunt, aut eis nocere p̃ſumpſerint, ſiquidẽ clerici fuerint, a proprio gra
du recedãt. Si uero Monachi aut Laici, anathemati dent̃. Quibus armati exẽplis, ar-
bitrati ſumus, ab omnipotente Deo inſpirati, ut hanc accenſam diſcordiæ flãmam,
Ap̃lica auctoritate extingui oportere, nec ꝑmittere ulterius aĩas depaſci humanas.
Quapropter una cum oĩbus Ap̃licæ ſubiectis regulæ ſancimus, ne quiſq; deinceps
Chriſtianorũ talia perpetrare, aut Ep̃is temere nocere p̃ſumat, cum & doctor gentiũ
idipſum ꝓhibeat dicens. Seniorẽ ne increpaueris, ſed obſecra ut Patrem, &c̃. Et ſub
dit. Quod p̃uidẽtes ſancti patres in Nicæna Synodo ſtatuerũt, ut nullus Epiſcopus
niſi in legitima ſynodo, & ſuo tẽpore, Ap̃lica auctoritate cõuocata, ſuper quibuſdã
terminationibus pulſatis, audiatur & damnet̃. Quod ſi ſecus præſumptũ a quibuſ-
dam fuerit, inuanũ deducatur quod egerint, nec inter Eccleſiaſtica ullo modo cõpu-
tentur. Ipſa uero prima ſedes cõuocandarũ generalium ſynodorũ iura detinet, & iu
dicia Epiſcoporũ ſingulari priuilegio, illi ſedi Euangelicis & Apoſtolicis atq; cano
nicis conceſſa ſunt. Inſtitutis. Ita ut ſemper maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicã refe
rantur, nec ullo modo poteſt maior a minori iudicari. Ipſa nanq; omnibus maior, &
prælata eſt Eccleſijs. Et infra ſub dit. Nã ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit
omniũ Apoſtolorum, ita & hæc Eccleſia eius nomine conſecrata, domino inſtitu-
ente, primatũ & caput tenet cæterarũ. Et ad eam quaſi ad matrẽ atq; apicem, omnes
maiores Eccle

maiores eccleſiæ cauſæ, & iudicia Epiſcoporũ recurrant, eiuſq; iuxta terminum ſumant ſententiã. Nec extra Romanũ quicq; ex ijs decerni debere Pontificem. Et infra. Qui agnoſcit ſe quibuſdam præpoſitũ, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe rependat. Et infra. Satis enim indignum eſt, quenquã uel Pontificum uel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedes, & ſequi iuſſerit & doceri. Multum cõuenit, ut totum corpus eccleſię in hac ſibimet obſeruatione cõcordet, quæ inde authoritatem habet ubi dominus eccleſiæ totius poſuit principatũ, & cætera. Ex quibus omnibus concludere uult Iulius, illos inique atq; iniuſte Athanaſiũ ſede ſua priuaſſe. Nec eorum in illum præualere ſententiam indicat, cum huiuſmodi cognito terminũ in Epiſcopos ad eos minime ſpectare habeat, nec eorum ſynodũ authoritatem ullam habuiſſe quoniam ſine Apoſtolicæ ſedis authoritate celebrata fuit. Quibus literis apud Antiochiam ubi congregati erant, ſuſceptis, & ubi Conſtantius Imperator morã trahebat, inito inter ſe concilio, Iulio Papæ in hunc modum reſcribunt. Domino beatiſſimo, et honorabili patri Iulio Apoſtolicæ ſedis uenerabili Epiſcopo Euſebius, Theognius, Theodorus, & Berinthius, una cum reliquis fratribus & coepiſcopis noſtris in Antiochia cõgregatis. Licet præ omnibus Romanã eccleſiam magnificam Apoſtolicamque & pietatis matrem noſcamus, ab oriente tamen ad eam pietatis prædicatores adueniſſe legimus. Quamobrem optaremus uos nobiſcum concordare, & quos a cõmunione ſuſpendimus, a uobis eſſe ſuſpenſos. Et quos in Epiſcopali ordine cõfirmamus, a uobis & ipſi cõfirmarentur. Nec nos poſteriori loco habendos cum ex his partibus ad uos uſq; prædicantes Apoſtoli peruenerunt. Nam neq; nos ſententijs ueſtris obſtitimus, quamuis id agere potuiſſemus, cum Nouatianus a Romana pulſus eſt eccleſia. Et ſubditur. Nec crimine quidem carere poteſt, qui ab alio excõmunicatum, abſq; eius licentia ad communionem ſuam ſuſcepit, cum hoc ſacri prohibeant canones. Et ſubditur. Neq; in his ſolum nobis contumeliã ingeritis, ſed quod deterius eſt, concilia ueſtra diſſoluitis, nec rata firmaq; eſſe ſinitis. Nam ob diuerſa ſcelera & crimina, Athanaſius Alexandrinus, Paulus Cõſtantinopoltianus, Marcellus Ancyræ, Aſclepius Sazæ, & Lucianus Anopolites a nobis, & totius fere orientis Epiſcopis damnati fuerunt. Quorum aduerſarij apud nos inſcripti habent & quæ ſub certa relatione, ueſtræ ſanctitati mittimus cognoſcenda. Quæ cũ cognoueritis, ſi ſententiæ noſtræ, potiuſquã eorum machinationibus aſſentire uolueritis, pacem uobiſcum & cõmunionem habere uolumus. Sin uero aliter, & ipſis magis q̃ nobis cõſentire iudicaueritis, & nos contraria celebrabimus. Nec uobiſcũ deinceps congregari, uobiſq; obedire, aut ueſtris fauere mandatis, oĩno curabimus, ſed quæ melius peragenda nouerimus exequimur. Nã in his partibus nemo ætatem habens reperiri poſſet, qui præfatorum ſeductorũ molimina ignoraret. Nam eorum culpa multa perpetrata ſunt mala, crebra concilia, diuerſis & aſperis temporibus celebrata, multæ nobis paratæ ſeditiones, machinationes, atq; obprobria illata. Quãobrem ſi iſtis cõſentire uultis, certum eſt, uelle nos perdere, ut illos teneatis, nec ut pater nos filios uelle fouere. Nam eorummet ciues & conſacerdotes, uos iuuare homicidas affirmant, ſacrorum templorũ euerſores, uirginum ſtupratores, ſacrorũ librorum incenſores, uaſorũ ſimiliter ſacrorum, & myſteriorũ quorumq; fraudatores, officiorũ neglectores, Imperatorũ infidos, gentis & * prime proditores, & inter ſacerdotes maximas indies adducentes diſcordias, eo quod conſubſtantialis patris uocem, quæ in ſcripturis minime reperit̃, in fidei doctrina poſuerunt. Quid plura. Nam ob eorũ ſcandala & diſcordias, in his regionibus pluſq̃ mille homines ſunt interfecti. Talibus ergo fauere quid aliud eſt, q̃ eorum conſentire ſceleribus. Et infra ſubditur Nec tantũmodo hæc Athanaſio impingimus, ſed etiã quod contra regulã, q̃ feceramus, contrarie auſus eſt. Et non cõmuni Epiſcoporũ authoritate, ſed ſuamet ſacerdotiũ ſibi aſſumpſit, atq; in ſede reſedit. Cũ dudum decretũ fuiſſet, nullũ a pauciore

Aliàs patria

Alias excitatus

numero reſtitui debere, quam depoſitũ fuiſſe conſtaret. Demũ eius aduentu tumultus nõ paruus ⁎ grauatus, in populo plures ſeditione interfecti, & ab ipſo Athanaſio quidã cæſi, iudicibus dicuntur, eſſe contraditi. Quem nos tamen, & eius complices, contra canones, & in orientaliũ Epiſcoporum contumeliam, ueſtra olim cõmunione aſſociaſtis. Verum nos ob beati Petri honorem, debito ſalutationis officio ueneramur. Poſtulamusque, ne deinceps huiuſmodi uiros, uobiſcũ admittere uelitis ne canonũ dicamini tranſgreſſores. & Deum pro nobis orate. Quas literas ut ſummus Pontifex ſuſcepit, eorũ apertam iam uidens impietatem, reſcribens denuo, illos penitus damnat, & ſententiã quam pro Athanaſio tulit, iuſte prolatã, ac iudiciũ totum rectiſſimũ fuiſſe demonſtrat. Cuius epiſtolæ initiũ huiuſmodi eſt. Iulius ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopus, Euſebio Theognio, Theodoro, Berintho, & cæteris orientalibus Epiſcopis. Decuerat hos aduerſus ſanctã Romanam & Apoſtolicam eccleſiã, limate, & nõ Ironice loqui, quoniã & ipſe dominus noſter IESVS CHRISTVS, eã decenter allocutus ait. Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meã, & portę inferi nõ præualebunt aduerſus eam, tibique dabo claues regni cœlorũ. Habet enim poteſtatem ſingulari priuilegio ſibi cõceſſam, aperire & claudere ianuas cœleſtis regni, quibus uoluerit. Nam ſi ei detrahere quæ domini ore ſacrata atq; ſuper exaltata eſt nõ renuiſtis, nec mirũ ſi fratribus irrogare iniurias minime ceſſaſtis. Et infra. Nam nec dubitare uos credo, Athanaſiũ ſacræ legis doctorem, nõ ſolum a uobis, ſed etiam Nicæna ſynodo, uere fidei cultorem eſſe cõprobatum. Qui defuncto Alexandro, mirabili ſene, qui Arrij proſtrauerat blaſphemias, Alexandrinorũ eccleſiæ ſuſcepit præſulatum. Aduerſus quem multa mendacia texentes, nobis eum multorũ malorum cauſam & caput eſſe perhibuiſtis. Et non ſolum apud Aegyptum, ſed etiam apud Paleſtinam. & Phœnicem, uicinaſque gentes, ſcriptis ueſtris illum perturbatorem eſſe ſignificaſtis.

QVa de re eccleſiaſticam ſequentes regulam, uos et illum Romæ regulariter ad iudiciũ die ſtatuta, non ſub anguſto temporis ſpacio ut excuſatio locũ nõ inueniret, literis & Apochripharijs euocauimus, illumque uocatione ſuſcepta, ad diem præſtitutum ueniſſe, ſed uos ne ueſtris mendacijs caperęmini, ueſtræq; calumniæ nudarentur, uenire diſtuliſtis. Nec his machinationibus ſolũmodo cõtenti fuiſtis, ſed etiam uidentes oues paſtoribus deſolatas, lupos; paſtoribus ſuper eas poſuiſtis. Et infra ſubdit. Vellem enim uos magis ad iam dictã canonicam cõuenire uocationem, ut coram ſimili concilio redderetis rationem, cur ſynodum in Antiochia ad ſubuertendũ eccleſiarum ſtatum, fratrũq; & Nicæni magni concilij deſtructionem feciſtis. Aut cur nobis inconſultis, Epiſcopos in eam cõuocaſtis, ad quam nec Maximus Hieroſolymitanus uenit, nec noſtra interfuit delegatio. Canonibus quippe in Nicæna ſynodo iubentibus, nõ deberi præter ſententiam Romani Pontificis ullo modo concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari. Aut cur in prædictorũ locorum fratrum alios adulteros poſuiſtis, antequam penes nos, aut noſtros legatos, eorum cauſa canonice eſſet examinata, finemq; perciperet rectũ. Et infra. Cum multa contra illos, & quædã de poteſtate Romanæ eccleſiæ enarraſſet, ſubſequitur. Quare miror tam audaces eſſe, & tam impudenter egiſſe, ut terminos ac iura beati Petri, Apoſtolorum principis, inuaſiſſetis. Et infra refert, in eadem epiſtola. Plura capitula ipſius Nicæni concilij, quorum primũ eſt, quod in ordine omnium dicitur. xviij. Vt omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, uel criminãtur cauſis, quotiens neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atq; ad eandem quaſi ad matrem fugiant, ut ab ea ſicut ſemper fuit, pie fulciãtur, defendãtur, & liberentur. Cuius diſpoſitioni omnes maiores eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporũ iudicia, antiqua Apoſtolorum, eorumq; ſucceſſorũ, atq; canonũ

authoritas

authoritas reſeruauit. Decimũnonum uero eſt. Placuit ut accuſatus uel iudicatus a comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopis, licenter appellet, & adeat Apoſtolicę ſedis Pontificem. Qui aut per ſe, aut per uicarios eius tractare negotiũ procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuã agit, nemo alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus. Aliud uero capitulũ eſt. Q; a prouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam ſcrutari liceat, nõ tamen diffiniri inconſulto Romano Pontifice permiſſum, cũ beato Petro Apoſtolo, nõ ab alio quam ab ipſo domino dictũ ſit. Quæcũq; ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlis. Et proſequit̃ idem ſummus Pontifex Iulius recenſendo plura ipſius Nicæni concilij capitula. Quæ ſi quis legere uoluerit, ſatis ſit deſignaſſe authorem, & eius epiſtolã, quæ in libris noſtris conciliorũ inſeritur. Et poſt hæc ſequitur Iulius in eadem epiſtola. Si quis aũt de his ampliora atq; abundantiora ſcire uoluerit, in ſacro eccleſię noſtræ ſedis ſcrinio, & ea quæ pdiximus inuenire poterit.

Poſt hæc cũ in concilio apud Antiochiã cõgregato, Euſebius & alij Epiſcopi culpare auſi fuiſſent Iuliũ, tanq̃ non iuſte de Athanaſio olim iudicaſſet, atq; eũ ſuæ ſedi reſtituiſſet, probat Iulius in ea epiſtola, ſe canonice & iuſte in omnibus proceſſiſſe, per hæc uerba. De receptione uero ſedis, & ſacerdotij atq; honoris, quæ dixiſtis Athanaſium abſq; concilij decretis ſuſcepiſſe, nõ ita inuenimus, ſicut calumniati eſtis ſed quorundam Epiſcoporũ concilio atq; decreto, ſuum iuſte recepit, quod iniuſte perdiderat ſacerdotiũ, & reſedit in ſede. Quod enim ſcripſiſtis nõ poſſe eum a pauciore numero Epiſcoporum reſtitui ✕ de quo poſitus fuerat, non ita eſt. Nec hæc regula Orthodoxorũ ſanctæ eccleſiæ eſt Epiſcoporũ, ſed Arrianorum, ſociorũ uidelicet ueſtrorũ, hæc adinuentio ad perditionem Orthodoxorũ contexta eſt. Nam uti nobis a ueracibus eſt teſtibus relatum, eo tempore cũ apud Antiochiam pro dãnatione fidei de cõſubſtantialitate prolatæ, fuiſtis congregati, odio prædicti Athanaſij hanc regulam protuliſtis, quæ nullas habet uires, nec habere poterit. Quoniã nec ab Orthodoxis Epiſcopis hoc conciliũ actum, nec Romanæ eccleſiæ legatio interfuit. Et ſubdit. Igitur de fuga ſuper quã nunc ultimo Athanaſiũ reprehenditis, nõ recte egiſtis, cum ipſe dominus mandatũ nobis hoc dederit. Cum perſecuti uos fuerint in unam ciuitatem, fugite in aliam. Et ipſe dominus per ſemetipſum exemplũ nobis demonſtrans, quando Phariſei conciliũ fecerunt aduerſus eum, ut occiderent. Sciens autem IESVS diſceſſit inde, & alias proſequitur ſuper hac re Euangelij & Apoſtolorũ authoritates. Et deinde ſubdit. Si ergo fugam improperatis fugientibus, potius erubeſcite perſequi quieſcentes. Et plura alia uſq; ad finem proſequitur in excuſationẽ Athanaſij, & accuſationem ipſorũ, atq; ſanctæ ſedis Romanæ authoritatẽ. Quibus literis ſuſceptis, quid ipſi reſponderint, neq; apud græcos, neq; apud latinos ſcriptum comperi. Verum Athanaſius, dum hæc per Iulium tractantur, ne graues alicui latebræ ſuæ fierent, & occaſio calumniæ innocentibus quæreret̃, nihil ſibi ultra iam tutum in Conſtantij regno præſumens, ad Conſtantis partes profugus abſcedit. Romamq; ueniens, a Iulio ſummo Pontifice, honorifice & religioſe ſuſceptus eſt. Sed eius cauſam Iulius cum iam amplius eccleſiaſticis ſanctionibus defendere non ualeret, ad Conſtantem retulit. Qui licet fama & coniecturis rem ipſam prius concepiſſet tunc tamen diligentius cognita, ad fratrem ſuum Conſtantium literas exoratorias ſcribit, ut Athanaſium magni Dei uerum ſacerdotem, in ſede ſua Alexandrina recipi iubeat, eumq; ob ſingulares uirtutes apud ſe & Romanũ Pontificem Iulium, magna reuerentia degere. Quod quidem Conſtantius ad fratris preces inclinatus, cum id facere uellet, ab impijs ſacerdotibus prohibitus, penitus denegauit. Verum Conſtans ubi hæc cognouit, exhortationibus Athanaſij & Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi qui ſimiliter a ſede ſua expulſus. Romam ad Iulium confugerat, ſcripſit iterum fratri Conſtantio, rememorans religionem & pietatem patris eorum Conſtantini, qui hac uera iuſtitia tyrannos fortiſſimos deuiciſſet,

Aliàs quàm

& Romanę

& Romanæ ditioni gentes barbaras ſubiugaſſet. Quam pietatem hæreditario iure
conſeruare hortabatur, nec ſacerdotes Dei uiros, iuſtos & innocentes ob fallati-
um hominum inſimulationes perſequi uellet. Quamobrem hortatur, ut locum eli-
gat orientalibus & occidentalibus Epiſcopis cõgruentem. Quo pariter conuenien
tibus omnibus, generale celebretur conciliũ, & Athanaſij atq; aliorũ, qui ſe iniuſte
expulſos profitentur, iudiciũ canonice uentiletur, idq; Athanaſium expetere, nec
quicq̃ aliud. Quibus literis cõmotus Conſtantius, elegit Sardicam urbem, illirici lo
cũ omnibus commodũ, ubi orientales mandar cõgregari Pontifices. Conſtans ſimi
liter ex heſperijs ſuis ſupremis partibus Epiſcopos trecentos (ut ſcripſit Athanaſi-
us) Sardicã miſit, in quo Oſius Cordubæ, & Protogones Sardicenſis Epiſcopus, le
gationem Iulij gerebant. Qui uero ex oriente cõuenerant (ut Sabinus refert) ſeptua
ginta ſex numero fuerũt, inter quos et Yſchiras, quem Athanaſij accuſatorem ſupra
deſcripſimus, ad Epiſcopatũ Mareothis, ut promiſerant, euectus cõnumerabatur.
At reliquorũ cum alij ualitudinem corporis, & alij breue tempus allegarenr, ſe excu
ſare maluerunt. Igitur apud Sardicã urbem, cũ orientales conueniſſent Epiſcopi, ad
conſpectum occidentaliũ deuenire ſe cõtinuerunt. Nec ſecum cõuenturos prædica
bant, niſi Athanaſiũ & complices, de eorum cõſortio amouerent. Quod cũ occiden
Aliâs thratia
tales Epiſcopi nõ admitterent, orientales ipſi ſubito diſceſſerunt. Et uenientes Phi-
lippolim urbem ★ trachiæ ſeorſum celebrauere conciliũ. In quo aperte cõſubſtan
tialitatem filij cũ patre damnantes, hæreſim inæqualis ſubſtantiæ, epiſtolis conſcri-
bentes, quocunq; dirigere curauerunt. At qui in Sardica occidentales Epiſcopi re-
manſerant, primũ quidem eorum ueſaniã dãnauere. Deinde Nicæni concilij fidem
cõfirmantes, conſubſtantialitatem Patris & Filij, latius expreſſerunt. Inſuper Iulij
ſententiã pro Athanaſio, ut canonice latam cõfirmauere, atq; accuſatores eius digni
tatibus priuauerunt, & epiſtolã grandem uniuerſis Epiſcopis, & cõminiſtris ſanctę
& Apoſtolicæ eccleſiæ conſcripſerunt. In qua enarrantur Epiſcoporũ orientalium
factiones, perſecutioneſq; iminere, quas Orthodoxis Epiſcopis induxere. Et quem
admodũ legitime atq; canonice illos pluries uocauere, ſed facinorũ ſuorum cõſcien
tia perterriti fugæ remedium pro criminibus elegerunt. Demũ in ea latiſſime fides,
Aliâs incenſores uel incitatores
atq; apertiſſime declaratur. Quæ omnia cũ Conſtanti innotuerunt, doluit quidem
fratris leuitatem, atq; aduerſum huiuſcemodi malorũ ★ intentores infremuit. Qua-
obrem duos ex Sardicenſi concilio delegit Epiſcopos, quos una et Salmianũ uirum
clariſſimũ ad Conſtantium fratrem cũ literis duxit, mittendo ſignificans, pro certo
ſe comperiſſe, q; ſacerdos Dei ſummi Athanaſius, iniuſte fugas & exilia pateretur.
Hunc itaq; recte faceret, ſi abſq; ulla moleſtia loco ſuo reſtitueret. Si id nollet, ſibi
curę futurũ ut ipſe adimpleret, regni eius intima penetrãs, pœnas digniſſimas de au
thoribus ſcelerũ ſumeret. Quibus ſcriptis perterritus Conſtãtius, q; poſſe facere ea
quæ minabatur cõſcius erat, ſimulata benignitate, ultro uenire ad ſe Athanaſiũ iu-
bet, atq; illi in hæc uerba deſcripſit. Conſtantius Victor Auguſtus Athanaſio Epi-
ſcopo. Diu te errare atq; tempeſtatibus per diuerſa æquora uectũ, amplius circun-
ferri noſtrę pietatis clementia nõ permittit. Nec proprijs te rebus, atq; patria priua-
tũ, per inuia ferarum loca, atq; deſerta uagantem, noſtra cura nõ deſpexit. Verum cũ
ultro te ad nos uenturũ, & laborum recõpenſationem exigere ſperauimus, uſq; ad
hoc ipſum tp̃s tibi noſtras literas dare diſtulimus. Sed quoniã forte quædã detinuit
formido, ne de cætero hoc p̃ſumas, noſtras has literas, pleniſſima largitate inſignes
tuæ ſanctitati deſtinare curauimus, ut abſq; ullo metu, ſeu formidine, libere & ſecu
re noſtris te aſpectibus p̃ſentare non differas. Quatenus ad tua oĩa reſtitutus noſtrã
experiaris clementiã, atq; in patria propria maximũ gratiæ noſtrę pignus poſſideas
Nec multo poſt alias eodem pene tenore Athanaſio direxit epiſtolas. Et paulo poſt
alias, atq; una Archytũ Alexandrinũ diaconũ miſit, qui eum ad plenũ de eius diſpo-
ſitione informare ualeret. Oſtenderetq; publica ſibi parata uehicula, atq; illũ ſua oĩa
receepturũ.

receptutū. Quas omnes literas, cum apud Aquilegiam relicto Sardicenſi concilio Aliás
Athanaſius morā trahens ſuſcepiſſet, confeſtim Romā pergens, Iulio ★ aſcendere oſtendere
nō diſtulit. Qui ob hæc credens Imperatorem Conſtantiū uelle iam ueram fidem te
nere, uehementer gauiſus eſt, ac Romā cum eo pene tota. Quamobrem literas ſcri-
bit preſbyteris diaconis, & toti plebi Alexandriam habitantibus, congratulatus pri
mū eis de reditu Athanaſij, & quemadmodū e tot, tantiſq; perſecutionibus, ut aurū
examinatus euaſerit. Cuius laudes nec ipſe ſe tanti putat, quod illas explicare uale-
ret, quem omnium clariſſimū & admiratur & obſeruat. Tandem Chriſtum precat̃,
ut hoc eius gaudium præſeruet in æternū. Athanaſius igitur iter agens, cum ad Con
ſtantiū perueniſſet, leui increpatione perſtrictus, ad eccleſiā ſuam permittit̃ ire ſecu
rus. Sed Imperator prius ab impijs conciliarijs admonitus, hæc ad Athanaſiū loqui
tur. Non eſt, inquit, magnū Athanaſi, quod Epiſcopi de te poſcunt, ut unam ex mul
tis, quæ ſunt apud Alexandriā eccleſijs, concedas populis eorum, qui tibi communi
care uolunt. Tum ille, Deo ei ſuggerente, paratum in tempore concilium repetit. Et
quid eſt (inquit) Imperator quod poſcenti tibi liceat denegari, qui poteſtatem habes
omībus iubendi. Sed unum eſt, quod oro, uti meam petitiunculā libenter admittas.
Cumq; ſe omnia quæ uellet, etiā ſi eſſent difficillima, promitteret præſtaturū, ſi hoc
unum eis concedere uellet, ait Athanaſius. Hoc eſt quod rogo, ut quia etiā hic (nam
apud Antiochiam res agebatur) ſunt noſtri populi qui iſtis cōmunicare uolunt, unā
eis tenere concedatur eccleſiam æquiſſimū ſibi uideri, & ualde præſtandū lætus re-
ſpondit Imperator. Sed cū rem detuliſſet ad eos, quorū concilijs utebatur, neq; ibi ſe
uelle accipere eccleſiam, neq; hic dare reſpondent, ita Imperator admiratus eius pru
dentiā properare otyus ad ſuſcipiendā ſuam eccleſiam iubet, literaſq; in eius fauo-
rem in hunc modum deſcripſit. Conſtantius Victor Auguſtus Epiſcopis Aegypti
preſbyteris, & populo Alexādrino. Eccleſiæ catholicæ reuerendiſſimus Epiſcopus
Athanaſius Dei fauente gratia minime eſt derelictus. Nā licet ad breue tp̄s humanis
fuerit caſibus agitatus, Diuina tū̃ prouidentia non abiectus, iterū patriæ ſediq; ſuæ
atq; trāquillitati reſtitutus eſt. Cui noſtrā adeſſe pietatem oportunū uidetur, ut oīa
quæ cōtra eum, aut contra cōmunicantes ei geſta fuerint, noſtræ manſuetudinis de-
creto oīno aboleantur. Sancimus liberū eſſe de cętero Epiſcopis quibuſcūq; atq; cle
ricis, pariter & cleris & laicis, cū eo pro libito conuenire, & tanti uiri (ut melius noue
rint) participatione gaudere, ut illius orationibus ſuff. lti, poteſtatem uobis ad cœle
ſtia firmiſſimū fabricare poſſitis. Et ne tumultus, aut ſeditiones quo quō apud uos
oriantur, pręſidi & iudicibus apud uos degentibus, literis noſtræ manſuetudinis in
iungimus & mandamus, quatenus omnia hæc ſumma uigilantia & cura fieri prohi
beant, omnēſq; ſeditioſos ſine reſpectu aliquo, legitime tradāt uindictæ. Vos ergo
pręfatum uirū omni reuerentia & honore colite, atq; orationes cū eo pro nobis ipſis
tum pro noſtra clementia omnipotenti Deo offerte. Tunc beatus Athanaſius per
Syriam iter aggreſſus, & exinde per Paleſtinā tranſiens Hieroſolymā ad Maximū
eius urbis Epiſcopum uenit, illicq; indicans geſta concilij Sardicen. & quemadmo-
dū eorū decreto Cōſtantius Imperator aſſenſerat, perſuadere facillime ualuit, ut ex
Epiſcopis oībus Syriæ, & Paleſtinæ Maximus conciliū cōgregaret, atq; in eo Sardi
cen. concilij geſta cōfirmauit, cōmunionem Athanaſio reſtituit. De quibus omni-
bus, Epiſcopis Aegypti & Libyæ epiſtolam, clericiſq; & plebi ea ſynodus ſcripſit.
Quæ, ut noluerunt Vrſatius & Valens, qui ex ducibus Arrianæ perfidiæ extiterāt
facto libello pœnitentiæ, & Romā ad Iulium profecti, ueniā promeruere, atq; Atha
naſio p̃ literas ſe cōmunicare oībus profeſſi ſunt. Athanaſius uero e Hieroſolymis
diſcedens, p̃ Peluſium iter ad Alexandriā ducens, & diuerſas intrans ciuitates popu
los quoſcūq; conſubſtātialitatis fidem arripe magno Dei feruore edocebat. Et cū ca
tholici nō adeſſent Epī, ordinatiōes aliquas celebraſſe deſcribit̃, quod occaſionē ma
liuolis cōtra eū malignandi p̄buiſſe in ſequentibus enarrabit̃. Veniens igit̃ Athana-
ſius in

ſius in Aegyptũ & intrans Alexandriã undecimo Conſtantij anno, tanta lætitia, imo uero geſtienti exultatiõe a catholico populo exceptus eſt, ut ab eius ingreſſu ob ingentem lætitiã plures dies feſtos, ſolennesq; agerent. At beatus Athanaſius curã Epiſcopalem gerens, primũ Epiſcoporum Aegyptiorũ ſynodum congregauit. In qua apud Sardicam geſta & apud Hieroſolymã confirmauit, ipſi etiã confirmarunt & abinde læta pace diſceſſerunt, Poſt hos quos nouit per Aegyptũ Arrij ſectatores Epiſcopis a ſede depoſitis, cõſecrauit catholicos, & Nicæni concilij fidem omnino cuſtodiri mandauit. Ipſe uero prædicationibus publicis incumbens, cũ rectam fidem explanabat, cũ Arrianorum hæreſim fortiſſime deſtruebat. Quamobrem catholica creſcebat eccleſia, & catholicus populus diebus ſingulis religioſa lætitia exultabat. Deinde per diuerſa loca eccleſias ſuæ prouinciæ ſolenniter circumiens, plebem ſalutari doctrina, & uera Chriſti fide inſtruere ſatagebat. Et cũ ad locum Thebenenſiũ ſemel nauigio perueniret, idq; Pachunius miræ ſanctitatis monachus cognouiſſet, q regula ab angelo ſuſcepta, in ea loca monaſteria ſummæ religionis inſtituerat, ſtatim cũ uniuerſis monachis, in eius præparauit occurſum. Omnesq; gaudentes & exultantes, cũ pſalmis & hymnis magnũ ſuſcepere Pontificem. Et erat ingens multitudo fratrum, qui omnes de aduentu eius lætabantur in dño, quanq̃ Pachunius ſe Athanaſio non propalauerit, cum ſciret Teuthyriorũ Epiſcopum apud Athanaſiũ inſtitiſſe, ut ſe ad preſbyteratus honorem ordinaret. Quãobrem inter monachorũ agmina deliteſcens quouſq; pteriret Epiſcopus, ſe abſentauit, quem intimũ Pachunius uenerabatur, ut nullũ præſtantiorem ipſis temporibus hominem diceret. Com parat enim ſanctã uitam eius, & perſecutiones innumeras, quas ab Arrianis pro uera Chriſti cõfeſſione pertulerat. Charitatem quoq;, quã erga uniuerſos & maxime monachos exhibebat, intento mirabatur animo. Cumq; toto cordis uenerabat affectu, atq; hæreticos omnes penitus exhorrebat. Per idem fere tempus adhuc uiuens Antonius, mirabilis monachus, de quo ſupra meminimus, & longo iam ſenio cõſtitutus, dum circa ſe ſedentibus fratribus, ipſe etiã ſuis manibus operaret, intente oculos defixit in cœlum, gemens atq; ſuſpirans. Et poſt aliquantulũ ſpacium reuelationis inceptæ nimio dolore cõtremuit, & ſtatim genibus flexis, ante Dei uultũ prouolutus orat, ut ſua clementia futurũ auerteret ſcelus. Succedũt orationi lachrymę, metus ingens inuadit, præſentes obſecrant, ut tantæ calamitatis exponeret uiſionem. Singultus occupant uocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu, ſermo gemitu interrumpit, uix cum uociferatiõe luctuoſa ait. Melius erat, o filioli, impendens piaculũ cita morte lucrari, ſic incipiens, rurſum lachrymis uincit, & inter ægra ſuſpiria, tandem pectori accõmodans uocem. Magnũ, inquit, quoddam & uniuerſis ſæculis inauditum nimium nefas, magno fides catholica turbine ſubuertetur, & homines iumenti ſimiles, Chriſti ſacra diripient. Vidi enim altare domini mulorũ circundatũ multitudine, quæ crebris calcium ictibus omnia diſſipabãt. Hæc eſt cauſa gemituum meorũ, quos audiſtis. Et facta eſt uox domini ad eum dicens. Abominabit altare meũ. Nec mora (ut ſequitur Athanaſius referens hæc in uita beati Antonij) uiſionem ſequitur effectus. Nam poſt annos duos ſæua Arrianorũ erupit inſania. Tunc eccleſiarũ, tunc diuinorum temerarie uaſorum, tunc pollutis iniquorũ manibus, ſacra polluta ſunt myſteria. Et alia plura abominanda enarrat Athanaſius quæ in ſequentibus per eius, quã ad Orthodoxos de his rebus ſcripſit epiſtolã, diffuſius innoteſcent. Nam poſt duos annos, cũ Magnentij tyranni ſcelere, Imperator Conſtans haud longe ab Hiſpania in caſtro cui Helenæ nomen eſt, regno ſimul & uita fuiſſet exemptus, anno ætatis ſuæ.xxx. & Imperij.xiij. rurſum in Athanaſium ueteris illi falſorum criminũ intentores, principis odia reſuſcitare cœperunt. Nam ſuggerebãt Imperatori omnem per eum Aegyptũ & Libyam ſubuerſas fuiſſe, eũq; contra eccleſiaſticos canones in alienis diœceſibus ordinationes celebraſſe. Et ut in odium illius Imperatorem magis ac magis impellerent, ad memoriã reuocare nõ deſiſtebant,

ſiſtebant, quaſi ille idem fuiſſet, qui fratrẽ ſibi inimicũ fecerit, ac pene ad bella cõtra
ſpm impulerit. Quibus leuis Imperator facile cõmotus, & omniũ quæ prius ſibi pla-
cuerant oblitus, nedũ expelli Athanaſium a ſede ſua, ſed interfici penitus imperat.
Tunc Euſebius, Theognius, Narciſſus, Cylex, Patrophilus, & cõplices apud An-
tiochiam numero triginta congregati, Georgium quẽdam Capadocem Alexandri
norũ ordinauere Epiſcopũ. Et cum Sebaſtianũ quendam Manicheum præfectũ mi
litũ iuſſu principis mittũt, qui cũ pluribus quã quinq; millibus armatis Alexandriã
uenientes, Philagriũ adeunt Aegypti præfectũ, uirum quidẽ peſſimum, & qui Euſe
bij partibus fauere cõſueuerat. Is principis Conſtantij præceptis, & Epiſcoporũ de
creto ſuſcepto, honorifice Georgiũ excipiens, oẽs eius uoluntates ſe executurũ ala-
criter pollicet, nec id minus opere impleuit. Nam quanta ſtrage in Dei Eccleſias, &
fidelem populũ una cum Georgio debacchatus fuerit, horret animus ſcribere, & ea
referre, quæ diligentiſſime Athanaſius in præfata Epiſtola ad Orthodoxos copio-
ſiſſime atq; eloquẽtiſſime enarrauit. Quã nos infra totã fere, ut apud Græcos iacet,
in latinũ ſtilum uertentes ſubijciemus. Verũq; modum, quo de inimicorũ manibus
euaſerit Athanaſius, ipſe idem latius in eo libro, quẽ de ſatiſfactione ſuæ fugæ con-
ſcripſit, enarrat. Non pigebit eius rei ſeriem per eiuſmet uerba ſubijcere. Nam cũ in
Chriſti populos diebus ſingulis Arrianus Georgius graſſaret, quærebat oportuni
tatẽ et modũ, quo Athanaſium cõprehendere poſſet. Cõtingit poſt Paraſceuem dñi
ad quandã Eccleſiam fidelẽ ſolitus erat habitare, atq; nunc una adorat, & magno cũ
populo uigilias celebrat, ſequenti .f. die collectã celebraturus. Quod cũ innotuerit
Georgio & Philagrio p̃fecto, cõtinuo affuit dux cũ militibus, excedentibus nume-
rum quinq; miliũ, quos armatos ſtatuens in circuitu Eccleſiæ, cum gladijs enudatis,
arcubusq; & ſagittis atq; diuerſorũ generũ telis, ita illos ſibi cohærẽtes diſpoſuit, ut
nemo egredientiũ ab Eccleſia eorũ manus poſſet euadere. Et ut ipſe de ſeipſo loquẽs
proſequit. Ego quidẽ (inquit) irrationabile iudicans populũ derelinquere, & non
potius ante illos ſufferre pericula, reſidens in ſede, iuſſi diaconũ pſalmũ legere, atq;
populũ reſpondere, quoniã in ſæculũ miſericordia eius. Et ſic per unã portarum Ec
cleſiæ exeuntes, oẽs in domũ ſuam abſq; aliqua reluctatiõe abierunt. Verũ ingredi
ente duce cũ aliquibus militibus ut nos caperet, quidã clerici, et qui ibi adhuc reman
ſerãt populi clamitabant poſcebantq;, ut nos una cũ populis diſcederemus. Ego aũt
magis cõtra affirmabã non uideri cõueniens, niſi prius oẽs ſigillatim exiſſent, nos a
loco diſcedere. Ne ꝓpter nos in populũ aliqua fieret irruptio. Affirmãs melius eſſe
me periculis ſubiacere, quã aliquam uel minimã propter me læſionẽ pati. Igiť egre-
dientibus plurimis et reliquis ſubſequẽtibus, clerici quidã ad nos accedentes de ſede
traxerũt. Et (teſtis eſt ipſe Deus, qui nobis hoc ſua pietate donauit) ꝙ militibus ſa-
crariũ circumdantibus, & alijs per Eccleſiã diſcurrẽtibus, per ipſos medios nos fugã
tenẽtes, pericula euitauimus, Deũ in oĩbus glorificãtes, qui populũ ab impiorũ ſtra
ge liberare, & nos de ꝑſequentiũ manibus eripere dignatus eſt. Fugiens igiť Atha-
naſius apud aliã quandam Eccleſiã in Alexandria delituit. Nec aliud iam ualens in
agro Chriſti operari, diuinis lectiõibus & oratiõibus incũbens, ſcribebat freq̃uẽter
ad Orthodoxos oẽs & potiſſimũ Epiſcopos, q̃s ad tolerãtiã perſecutionũ pro recta
Chriſti Fide, exhortãdo ne frangi uelint, aut cõmiſſas ſibi oues ꝓ uiribus a lupis di-
lacerari, deuorariq; permittant, totis uiribus p̃dicabat. Inter quas p̃fata eſt illa Ep̃la
magna atq; pulcherrima, quã ad oẽs ubiq; Orthodoxos diligẽti cura direxit. In qua
Arrianorũ perſecutiões, quas apud Alexandriã ipſe ſimul cũ tota perpeſſus fuerat
Eccleſia enarrans illius calamitates miſerabiliter deflet, quæ talis eſt. Om̃ibus ubiq;
Orthodoxis Athanaſius Ep̃us ſalutẽ in Chriſto. Ea quidẽ, quæ perpeſſi ſumus, gra
uia ſunt & itolerabilia, & quæ digne nõ queant explicari. Vt aũt celerius & facilius
eorũ acerbitas atq; imanitas poſſit agnoſci hiſtoriã de ſcripturis oportune recenſen
dam arbitratus ſum. Quidã Leuita aliquando ob uxorẽ nefaria iniuria oppreſſam,

CC uiolatus,

uiolatus, eamq; contumeliã indigne ferens (Hebræa enim erat mulier, atq; ex tribu
Iuda) cõmotus magnitudine ſceleris in ſe admiſſi, ſicut ſacra iudicum teſtatur hiſto
ria, conciſam in fruſta mulierem, miſit per ſingulas Iſraeliticas tribus, ne in ſe ſolum,
uerum & in omnes huiuſmodi nequitia admiſſa uideretur. At ſiquidem eos moue-
ret indignitas rei, ulciſci in reos pergerent, ſui uero negligerent, ac ſi ſcelus ipſi ad-
miſiſſent, erubeſcerent. Et hi quidem, qui miſſi fuerant, cunctis rei geſtæ ſeriem an-
nuntiabant. Illi uero audientes, flagitijq; iudicia cernentes, dicebant nihil unquam
tale contigiſſe. Ex qua die aſcenderant ex Aegypto filij Iſrael. Deniq; cõmoræ ſunt
omnes tribus filiorũ Iſrael, omnesq; non ſecus ac ſi uiolati eſſent, contra ſceleris au-
ctores cõuenire, tandẽq; uiolatores illi expugnati ſunt, & apud oẽs anathema facti.
Non eñ qui aduerſus eos cõuenerant, q eſſent cognati intuebanĩ, ſed ſolam iniqui
tatis magnitudinẽ aſpiciebant. Noſtis hiſtoriam fratres, & quæ de hac re ſcriptura
ſignificet, non ignoratis. Non itaq; ſcientibus plura ingerenda ſunt, cum ea quæ no
bis modo contigerunt, illis profecto duriora ueſtræ unanimitati potius inſinuanda
ſint. Idcirco enim huius hiſtoriæ meminimus, ut illa, quæ tũc geſta ſunt, cladibus no
ſtris cõferentes, & noſtra illorũ atrocitatem ſuperare cernentes, amplius uos modo,
quã illi tunc aduerſus iniquitatis auctores indignemini. Nempe eñ & perſecutiõis
acerbitas in nos graſſata, omnẽ excedit imanitatis modum. Et quæ tunc contigere
Leuitæ, eis cõparata, quæ modo Eccleſia perpeſſa eſt, nulla ſunt, magisq; iſta nunq̃
audita ſunt in toto orbe contigiſſe, tantasq; clades nemo unquã expertus memoraĩ.
Tunc eñ mulier una uiolata eſt, unusq; Leuites affectus contumelia. Nunc autẽ o-
mnis uiolata eſt Eccleſia, totumq; ſimul ſacerdotiũ contumelijs affectũ eſt. Et quod
maius eſt, pietatẽ inſectatur impietas, Actum quidẽ mulieris unius quælibet tribus
aſpiciens partẽ dolore cõmota eſt. Nunc autẽ cernitis totius Eccleſiæ mẽbra diuiſa,
partimq; ad uos & partim ad alios mitti, qui nuntient iniuriã & contumeliã, quam
pertulerũt. Moueat ergo & uos obſecro cõmunis cladis miſeratio, ac ſi uos ipſi eadẽ
nobiſcũ pertuleritis, ſinguliq; ueluti paſſionis ſocij, ferte opẽ, ne ſenſim eccleſiaſtici
Alias canones, atq; Eccleſiæ Fides uioleĩ. Nam periclitaĩ utrunq;, niſi per uos deus errata
patiatur. corrigat, & ultro ne ⋆ potiaĩ Eccleſia. Non eñ nuper regulæ Fidei ac formæ ſunt
Eccleſijs datæ, ſed a partibus nr̃is, optimæ atq; firmiſſimæ traditæ. Neq; modo cœ-
pit Fides, uerum a dño per diſcipulos ad nos uſq; emanauit. Nec igiĩ quæ ab initio
in Eccleſijs ad nos uſq; ſeruata ſunt diebus noſtris cõuellanĩ, & quæ nobis credita
ſunt, requiranĩ a nobis. Mouemini fratres, tanq̃ diſpenſatores optimi myſteriorũ
Dei, neq; ab alijs quæ uobis credita ſunt, rapi patiamini. Audituri quidẽ eſtis a tabel
larijs ac nuntijs plurima breuiter, tñ ea uobis a me indicanda putaui, ut reuera poſſi-
tis aduertere cõtra Eccleſiam talia nunq̃ contigiſſe, ex qua die Saluator aſſumptus
diſcipulis mandat dicens. Euntes docete oẽs gentes, baptiʒantes eos in noĩe Patris,
& Filij, & Spiritus ſancti. Quæ igiĩ aduerſum nos, aduerſumq; Eccleſiam impie ad
miſſa ſunt, ita accipite fratres. Cum de more pacatis rebus, quiete & cum diſciplina
dñi cõueniremus, lætantibus populis, ac ꝓficientibus in Fide, & in operibus bonis,
ſacerdotesq; ac miniſtri dñi per Aegyptum Thebaidem, ac Libyam pacẽ inter ſe ac
uobiſcum haberent, mutuaq; charitate aſtricti teneremur, repente p̃fectus Aegypti
literas in morẽ edicti propoſuit, publice Georgiũ quendam ex Capadocia ex præ-
cepto ingredi, qui mihi ſuccederet, ſignificantes. Hæc primũ fama perturbauit oẽs.
Erat quippe id nouũ, et nunc primũ auditum. At uero populi ſtudioſius ad Eccl'ias
cõueniebant, cum p̃ſertim aniaduerterent, neq; ſeipſos, neq; Epiſcopũ aliquẽ, neq;
preſbyterũ, neq; oĩno aliquẽ aduerſum nos unquã aliquid ꝓpoſuiſſe, ſolosq; cũ illo
Arrianos aſpicerent, ipm̃ Arrianũ ſcirent Arrianis ab Euſebio Epm̃ miſſum. Non
aũt ignorantes fratres Euſebiũ, atq; illius cõplices, duces ac p̃ceptores eſſe Arrianæ
impietatis, qui nobis ſemp inſidiati ſunt, noſtræq; in Galliã peregrinationis aucto-
res fuerunt. Propterea eñ & populi merito indignabanĩ ac recidiuabant, iudicesq;
alios teſtes

alios teſtes citabant, ac totã ſimul ciuitatẽ conturbabant, nulla unq̃ ab Eccleſiaſticis
querimonia ꝓpoſita, ſoliſq; Arrianis hæreticis iſta cõtra nos concinãtibus, hmõi no
uitates & iniquitates aduerſus Eccleſiã fieri. Sed & ſi qua in uos querimonia inualu
iſſet, oportuiſſe nõ Arrianum hoiem de uobis ferre ſniam, ſed iuxta Eccl'iaſticos ca-
nones, ac ſcdm Pauli monita, congregatis populis & Spiritu ſancto dictante, cũ uir
tute dñi noſtri IESV CHRISTI oia canonice examinari atq; diſponi, ꝑñtibus ac po
ſtulantibus ppl'is & clericis, nõ extrinſece ab Arrianis ſceleratis nũdinis mercãtibus
Epĩ nomen, ad eos qui nõ poſtularent, neq; ⋆ nollent, neq; oino ⋆ contigerit, ſci — *Aliâs uellent, ſed*
rent ſeipſum exteriorũ iudicum ptãte ac iuribus fretũ, improbe nimis inijcere. Solui — *Aliâs*
ex hoc Eccleſiaſticos canones, genteſq; ad blaſphemandũ impelli, atq; ad putandũ, — *cuperent*
nõ diuinis legibus, neq; ſcdm iura maiorũ, ſed execrabilibus nũdinis, ac per uim Ec
cleſiæ ꝑſules ſtatui. Hæc fuit nefaria Georgij ꝓmotio, atq; hmõi initiũ habuit. Cæ-
terũ ipſius in Alexandriã ingreſſus, quæ ſcelera effecerit, quantarũq; cladium cauſa
fuerit, poteritis partim ex his q̃ ſcribimus, partim ex his qui ꝓficiſcunt ad uos, inter
rogando ꝑdiſcere. Indignãtibus ppl'is, ac moleſte ferẽtibus, atq; ad Eccleſias idcirco
confluẽtibus, ne per huiuſcemodi nouitatẽ Arriana ꝑfidia Fidei Eccleſiæ miſceret,
Phylagrius, qui & dudum Eccleſiam eiuſdẽ uirginis temerare ꝓ̃ſumpſerat, & nunc
Aegypti præfectus erat, ꝓ̃uaricator impius, Georgij ſodalis, omni pollutus ſcelere,
præceptore utens Euſebio, atq; ideo contra Eccleſiã ſtudens inducit Gentiles atq;
Iudæos, & indiſciplinatos quoſq;, ac pollicitationibus illectos. Quos etiam poſtea
reddidit, ut una cum Arrianis, ut & ipſi Arriani crederent, ad Eccleſias pergant. Si-
militer & armatos gladijs ac fuſtibus repente in Eccleſias fidelibus populis plenas,
imittit. Quid ex eo contigerit, non iam dici facile poteſt. Neq; eñ digne illud expri-
mi fas eſt, nec abſq; ſingultibus & lachrymis ex his, uel pauca perſtringere poſſu-
mus. Quæ eñ apud ueteres lecta eſt hanc noſtrã exæquaſſe calamitas. Aut quid tale — *Aliâ*
nunquã in bello & perſecutione ⋆ paratũ eſt. Eccleſia enim, ſanctũq; baptiſteriũ, — *patratum*
inſectis ignibus uritur. Eiulatibus & lamẽtationibus, ac luctibus cõtinuo ciuitas re
ſonat. Indignantibus & ciuibus in his quæ fiebant, & reclamãtibus, uimq; teſtanti-
bus. Nam ſacræ & imaculatæ uirgines nudatæ ueſtibus, ea patiebant, quæ nefas eſt
dici. Reluctantes iniuriæ periclitabant, conculcati Monachi moriebant. Ex plebe — *Aliâs*
uero alij ⋆ patiebant prædæ, alij ferro ac fuſtibus perimebant, alij vulnera, cædes — *patiebant*
alij referebant. At uero ſupra ſacro ſanctum altare, quid impietatis, quid ſceleris ad
miſſum ſit, hæreret animus dicere. Aues enim & nucleos quoſq; imolabant, ſimula-
chra laudantes ſua. Et in ipſis Eccleſijs dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM blaſ-
phemãtes ſempiterni Patris Filiũ. Sacræ aũt ſcripturæ libros, quos in Eccleſia inue-
nerũt, incenderũt. Locũ uero ſancti baptiſterij (me miſerũ) Iudæi dñi interfectores
ac gentiles impij, paſſim abſq; ulla reuerentia ingreſſi, adeo obſcœna gerebant & lo
quebant, nudos ſe ingerentes, ut ea uel dicere erubeſcamus. Pleriq; aũt ex impiorũ
numero imanitatẽ perſecutionis imitati, uirgines & continẽtes cõprehenſos pertra
hebant, & contumelijs affectos blaſphemare cogebant, & negare dominũ noſtrum,
renuẽtes, concidebant uerberibus, & conculcabant. Hic admirabilis atq; præclarus
fuerat Arriani Georgij ingreſſus, inter quæ merito gloriari ac tantis malis gratula-
ri poterat. Verum hmõi tam ſceleratæ uictoriæ, ueluti præmiũ ac mercedem, Iudæis
atq; Gentilibus, & cæteris noſtræ cladis auctoribus præbens, Eccleſiam in prædam
dedit. Hac uero illis licẽtia nequiſſime permiſſa, ꝑturbatis oibus, atrociora hoſtibus
ac latronibus moliebant. Alij eñ obuia quæq; rapiebãt, alij depoſitũ quorumlibet
ſibi diuidebant, uinũq; quod permultũ erat, aut exhauriebant, aut bibebant, aut aſ-
portabant, repoſitũq; oleum diripiebãt, poſtes atq; cancellos, ueluti ſtercora, prout
cuiq; libitũ erat, deferebãt. Candelabra parieti affixa, & eccleſiæ cæreos, incendebãt
idolis ac per oẽm Eccleſiã cædes, prſus ac rapinæ feruebãt. Neq; his cõtenti, quæ fie-
bant Arriani impij, deteriora his atq; atrociora addũt. Preſbyteri nanq; & laici con-

 cidebant,

cidebant̃,uirgines nudatæ ad tribunal præſidis abducebant̃; atq; in cuſtodiã mitte-
bantur. Alij publice uirgis cæſi ſunt. Miniſtrorumq; Dei ac uirginũ conſueta anno
na ſubducta. Hæc autẽ ipſis ſacræ quadrageſimæ diebus circa paſchalem ſolemnita
tem contigerũt,quando ieiunãtibus fratribus, præclarus Georgius Cayphæ in mo
rem cum Pylato præſide contra Chriſti famulos debacchabat̃. Ingreſſus deniq; una
cum præſide atq; Gentilibus in unam Eccleſiam die ſancto Paraſceue,ubi uidit po-
pulos uiolentũ ingreſſum ipſius aduerſari, impulit crudeliſſimũ præſidem una ho-
ra quadraginta & quatuor uirgines coniugatas, & ingenuos uiros publice flagellis
cædere,& in carcerẽ mittere. Inter cęteras notam uirginẽ quandam,obſiſtere liberi-
us audentem, pſalteriumq; adhuc tenentẽ manibus cædi publice iuſſit, direptoq; a
Carnificibus libro,uirgo ipſa carceri incluſa eſt. Neq; his contenti quieuerunt. Ve-
rum & in alia Eccleſia,in qua illis maxime diebus habitabam,eadem facere intende-
bant,ſtudentes & illa in Eccleſiã ueſaniæ ſuæ frena laxare,ut me perimerent. Quod
& factum eſſet, niſi Chriſti præueniſſet gratia,ut uel ſic effugiens, pauca ex his an-
nuntiare poſſim. Ego enim cum eos cernerem ſumma rabie ferri,reputans,ne Eccle
ſia per me læderetur,ne uirgines in illa paterentur,cædesq; denuo fierent, ac ſecun-
do populi uiolarentur,meipſum caute ſubduxi,memor domini dicentis. Si uos per-
ſecuti fuerint,ex una ciuitate fugite in aliam. Conijciebam enim illos ex his,quæ in
alia Eccleſia patrauerant,ſceleribus,nihil in ea quoq; imanitatis omiſſuros. Quãdo-
quidem ne ipſam quidem dominicã,ſanctamq; ſolemnitatẽ reueriti fuerant,cum in
ipſa quoq; Eccleſia homines in uincula coniecerant,in qua dominus omnes a nexi-
bus mortis abſoluit. Cum uero Georgius,& qui cum ipſo erant, ac ſi contra domi-
num Saluatorem pugnarent,poteſtate [illegible]æſidis freti libertatis diem , ſeruis Chriſti,
lugubrem fecerũt. Nam Gentiles quidem illum diem in lætícia agebant. Georgius
uero Euſebij fortaſſis obtemperans monitis, Chriſtianos conſtrictos uinculis,lu-
gere cogebat. Hoc igitur modo præſes per uim Eccleſias rapuit, raptasq; Georgio
tradidit Arrianorum principi. Et hi quidem,qui abiecti a nobis fuerant, impietatis
merito Eccleſiarum rapinis gloriantur. Dei autem populus, & Eccleſiæ Catholicæ
clerus, aut hæreticorũ impietate & cõmunione inquinari cogũtur, aut ingredi non
permittunt̃ Eccleſias. Nam & nauium gubernatoribus,ac reliquis mare nauiganti-
bus,non minimã uim ac neceſſitatem imponit Georgius, præſidis auctoritate alios
crucians,alios carceri mancipans,uti ne quid ipſius iniquitati cõtra ire audeant. Sed
& literas ab eo percipiant. Ne his quidem contentus (ut noſtro cruore ſatietur) fe-
cit ſæuiſſimũ ſuæ iniquitatis miniſtrum præfectũ, qui decretum, quaſi ex perſona
Aliâs· ſcribentis populi contra me ✶ ſcribere pijſſimo Conſtantio Auguſto, machinatus eſt, inui-
dioſis plenum uerbis. Ex quo non modo non euadere,uerum & mille mortes expe-
ctare poſſumus. Atq; is quidem, qui decretũ conſcripſit,tranſgreſſor eſt,ut ex Chri-
Ailâs ſubſcripſere ſtiano Gentilis impudens ſimulacra colit. Qui uero ✶ ſubſcripſiſſe, Gentiles &
templorũ editui, & una cum ipſis Arriani. Et (ne ſim in ſcribendo prolixior) perſe-
cutio hic uiget, & talis perſecutio, qualis antea nunquã in Eccleſia fuit. Nam in præ-
terita quidem perſecutione, uel fugiens quiſpiam, orare poterat, occulteq; baptiza-
ri. Quæ uero modo graſſatur, ſæua tempeſtas, Babylonicam impietatem imitatur.
Sicut enim illi tunc aduerſus Danielem, ita & modo mirabilis Georgius intra do-
mos orantes, apud Præfectum inſimulat, miniſtrosq; Dei contumelioſe obſeruat,
adeo ut hac obſeruatione uiolenta pleriq; ſine baptiſmate periclitentur. Multi item
abſq; uiſitationis obſequio infirmentur & doleant morbo, duriorem eam calamita
tem arbitrantes. Cum enim Eccleſiæ miniſtri perſecutionem patiantur, populi im-
pietatem Arrianorũ execrantes, malunt ita morbis cõtabeſcere ac periclitari, quam
Arrianorũ manus ſuis capitibus imponi. Arrianus itaq; Georgius eſt, atq; ab Ar-
rianis miſſus. Nullus enim præter ipſos illum ordinari expetijt, atq; ideo quaſi mer-
cennarius atq; alienus, Catholicæ Eccleſiæ populos, ut qui ſui non ſunt, diris & gra-

uiſſimis incõmodis præſidis ope ſubnixus afficit. Quia enim Gregoriũ, quem Euſebius Arrianus Epiſcopum conſtituerat, acceptis literis de illo noſtris, uos omnes Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi, ſcitis quã iuſte ob impietatem anathemati ſubiectum abiecistis. Idcirco eiſdem Arrianis nuper Georgiũ miſit, ac ne ſecundo etiã confunderetur, ſi rurſus contra illũ ſcriberemus, ideo exterius contra nos uſus eſt iuribus, ut Eccleſiarũ potiti Arrianæ hæreſeos opinionẽ uiderentur effugere. Verum & in hoc ſua illos fefellit opinio, quoniã ſoli illi cõmunicant hæretici, & iuſtis ex cauſis eiecti, & quinꝗ alij per neceſſitatem præſidis ſimulant. Eſt autẽ hæc Euſebij factio. Iſta dudũ quidem Euſebius, & qui cum eo ſunt, meditabanẽ atꝗ cõcinnabãt. Nunc aũt & in opus proferre potuerũt calumniarũ cauſas, quibus nos inſimularent apud regem, nec ſic quidem quieſcunt. Verum quoniã quoꝗ nos occidere quærunt, ueſtrisꝗ neceſſarijs terribiles iminent, adeo ut omnes effugerint, mortẽꝗ ab illis quotidie expectent. Sed non ideo uos illorũ improbitas perterrere debet, uerũ magis & ulciſci cõuenit, & indignari in huiuſmodi iniquitatis auctores. Si enim dum unum membrũ patitur, compatiunẽ & omnia membra. Et iuxta beatũ Apoſtolum, oportet flere cum flentibus, affecta huiuſmodi iniurijs Eccleſia, & talia tantaꝗ patiente, unuſquisꝗ ac ſi ipſe patiatur, uindex eſſe pro uiribus ſtudeat. Cõmunis nanꝗ Saluator eſt qui blaſphematur ab ipſis, cõmunesꝗ omniũ canones, qui ab ipſis conculcãtur. Quo circa indignari nos cõuenit, & grauiter ferre, ne ſi iſta negligitis, ſenſim in ſingulas Eccleſias huiuſmodi clades excurrat, iamꝗ uenalis fiat antiſtitis dignitas. Non ignoratis dilectiſſimi, Arrianorum perfidiam. Quippe quorũ impietatem priuatim ac publice omnes crebro damnaſtis. Noſtis item Euſebium eiusꝗ complices, eiuſdem, ut prædixi, hæreſis æmulos, cuius gratia nobis etiam pridem inſidiati ſunt. Quæ uero propter eos atꝗ ab eis geſta ſunt, bellis omnibus immaniora indicaui uobis, ut iuxta eam quam uobis propoſuimus hiſtoriam, aſſumpto zelo optimo, auerſatique malum, tollatis de medio eos, qui contra Eccleſiam tam nefaria ſcelera tanta improbitate perpetrarunt. Si enim etiam ⋆ præterito hi qui Romæ ſunt fratres, cum iſta necdum contigiſſent, priorũ tantum cauſa Synodum fieri mandarũt, Aliā propterea
ut illa quoꝗ uindicarentur, eamꝗ ueueritus Euſebius ac ſocij Eccleſiam perturbare aggreſſi ſunt, & nos punire inſtituerũt, uti iam licito quæ uellent agerent, neminem habentes qui ſe argueret impietatis, quanto magis huiuſmodi ſceleribus indignari uos debetis, eaque ueſtra damnare ſententia, quæ prioribus illi addiderunt. Nolite oro negligere, neꝗ permittatis famoſiſſimam Alexandrinam Eccleſiam calcari ab hæreticis atꝗ peſſundari. Idcirco nanꝗ merito, & populus, & clerus ſeorſum ſunt, præfecti, quidem metu reticentes, cæterum Arrianorum impietatem execrantes. Si igitur ad uos Georgius ſcripſerit, uel alius pro eo quiſpiam, nolite fratres ipſius ſuſcipere literas, ſed ſcindite, atꝗ huiuſmodi tabellarios, ut impios iniquitansꝗ miniſtros, aduerſamini. Quod ſi etiam pacifice præſumpſerit ſcribere, ne ſic quidem illas ſuſcipite. Metu enim præſidis, qui eas accipiunt, perferunt. Quoniam uero, & Euſebium de eo uobis ſcripturum præſumimus, ideo uos præmonere curaui, ut & in hoc Deum imitantes, qui perſonas non ſuſcipit, huiuſmodi oĩno nuntios abijciatis. Hi enim ſunt qui nuper perſecutiones & uiolationes uirginum, ac neces rapinasꝗ Eccleſiarum, & incendia atꝗ blaſphemias, Arrianorum gratia a Gentilibus ac Iudæis fieri curarunt. Neꝗ uero impius inſanusꝗ Georgius Arrianũ ſeſe denegabit. Arguetẽ enim ex ſubſcriptione literarũ ſuarum, eas quippe ſubſcribit Amen.

Dudum quidem a beato Alexandro prædeceſſore meo, multorum criminum impietatisꝗ hortatus, abiectus de Eccleſia eſt. Nobis igitur omnino reſcribite ipſiꝗ hos execramini & inſectamini literis, ut et qui modo ſuperſunt miniſtri populique fideles, Fidei ueſtræ ſinceritatem, cœlumque iuſticiæ cernentes, gratulentur ueſtræ Fidei unanimitate. Qui uero talia contra Eccleſiam & tam iniqua præſumpſere, ueſtris literis coerceantur, nec uel ſero pœnitentiam agere ualeant uel reſipiſcere. Sa-

lutate fratres qui uobiſcum ſunt. Vos omnes mecum fratres, omni officio ſalutant incolumes, ac noſtri memores dñs noſter omnipotens tueatur dñi deſideratiſſimi.

Verum dum huiuſmodi Epiſtolæ per Athanaſium ad diuerſos diriguntur, rurſus contra eum principis edicta conſurgunt, præmiaque & honores reuelantibus, per omnem locum ponuntur, ſic rurſus uitam illam in latebris ducere cogebatur. At ipſe conſtanti & inuincibili animo omnia perferens, lectionibus plurimum & orationibus coram domino pro Chriſtiano populo diebus ſingulis inſtabat. Nec multo ante Athanaſij expulſionem, Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, in exilium deportari iuſſus, apud Cucuſum Armeniæ oppidum, crudelitate Philippi præfecti, & Arrianorũ factione ſtrangulatus fuerat. Simili modo Marcellus de Eccleſia Ancyræ deiectus, ſedem rurſus Arriano Baſileo occupandam reliquit. Lucius etiam apud Adrianopolim ferro uinctus, in carceribus miſerabiliter diem obijt. Interea Conſtantius contra Magnentium exercitũ mittens, belli euentum apud Syrinium expectabat. Nec minus ipſe contra ueros Chriſti cultores bellum aliud præparabat. Nam iubet ibidem eo præſente, Epiſcoporum concilium congregari. Ad quod artificijs quibuſdam Oſius Cordubẽſis, inuitus attractatus & ui compulſus, diffinitioni eius concilij nõ ſine infamia ſe ſubſcripſit. Sed interim interfecto Magnentio Tyranno, & ſic uindicta necis fraternæ peracta, Conſtantius cum iam regni parte ſolus potiretur, ad occidentis partes deueniens, aggreditur occidentales Epiſcopos fatigare, atq; per præceptionem illos ad conſenſum Arrianæ hæreſeos cogere. Et primum condemnationem Athanaſij, ut uelut obicis ualidiſſimæ obiectione ſublata, faciſlime progrediatur, ad reliqua omni diligentia * fieri parabat. Interim Iulius cum quindecim annis Romanam rexiſſet Eccleſiam, ad meliora tranſlatus, deceſſit, & Epiſcopalem ſedem Liberius ei ſuccedens adeptus eſt. Quo tempore Conſtantius apud Mediolanum concilium aliud congregari iubet, ad quod ex orientalibus non multi conuenire potuerunt. Alijs ob ſenectutem ſeu itineris longitudinem ſe excuſantibus. Ex occidentalibus uero pluſquam trecenti mandato principis confluxerunt. Concilio igitur congregato, orientalium Epiſcoporum decretum, in Athanaſij condemnationem latum, primum proponitur, ut eo per occidentales Epiſcopos confirmato, aditus ad Alexandriam ei penitus concludatur. Cui ex occidentalibus plures ſe ſubſcribentes, decœpti ſunt. Sed Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus, & Euſebius Vercellenſis, Paulinus Galliarum Metropolitanus, & Lucifer Caralitanus inſularum Sardiniæ Metropolitanus, dolum eſſe in negotio alta uoce proclamantes, quia aſſerebant ſubſcriptionẽ in Athanaſium, non aliam ob cauſam, quam deſtruendæ Fidei moliri, in exilium truſi ſunt. Quibus ſimiliter additur Pancratius preſbyter, & Hilarius diaconus Liberij, & Apoſtolicæ ſedis legati. cæteris uel ignorãtibus uel non credentibus fraudem, decœptis. Sed ob delendam ueram Fidem, dolo & fraude id fuiſſe geſtum, rei exitus docuit. Nam illis de medio ſublatis, continuo magna Synodus apud Arrianum octingentorum fere Epiſcoporum, præcepto Conſtantij congregatur. Vt ibi ſecundum ea quæ orientales Epiſcopi apud Seleuciam Iſauriæ, paulo ante non ualentes ad occidentales partes conuenire, iuſſu Imperatoris congregati compoſuerant, ipſi occidentales Epiſcopi confirment. Quos ſimplices & imperitos, hac calliditate & uerſutia circumuenerunt. Hoc modo proponendo eis, quem magis colere & adorare uellent, omouſion an Chriſtum. Illi uero uirtutem uerbi quid omouſion ſignificaret ignorantes, uelut in faſtidium quoddam & execratiõem deducti, Chriſto ſe credere, & non omouſion confirmarunt. Sic multorum animi decepti, contra ea quæ patres apud Nicæam conſcripſerant uenientes, omouſion quaſi ignotum & ab ſcripturis alienum ſermonem, aufferri de Fidei expoſitiõe decernunt, & cõmunionem ſuam cum hæreticorũ ſocietate cõmaculant. Ob quod facies Eccleſiæ fœda admodum & turpis erat. Nec iam ab extraneis, ſed a proprijs uaſtabatur. Ara nuſquam

Aliàs ferebatur

nec immolatio munda, ſed præuaricatio erat, & lapſus ac ruina multorũ. Nam per
idem tempus Liberius Romanus Pontifex, habita ſolenni diſputatione cũ Conſtã-
tio, nec eius uoluntati aſſentire acquieſcens, in exiliũ traditur. In cuius locum Felix
diaconus ſuus ab hæreticis ſurrogatur. Et nõ tam ſectæ diuerſitate, q̃ cõmunionis
& ordinationis cõuiuentia, maculatur. Hieroſolymis uero Cyrillus poſt Maximũ
cõfuſa ordinatione, ſacerdotio ſuſcepto, aliquando in fide, & ſæpius in cõmunione
uariauerat. Apud Alexandriã uero Georgius procaciter, Epiſcopatũ gerens, magis
conſulũ faſces, q̃ ſacerdotiũ adminiſtrare uidebat̃. Similiter apud Antiochiã multa
admodũ confuſe geſta ſunt. Nam defuncto Eudoxio cum multi diuerſarũ urbium
Epiſcopi ad illã ſedem ambitiõe niterentur, ad ultimũ Melecium Sebaſtiæ urbis Ar
meniȩ Epiſcopum, illuc cõtra decreta conciliorũ hæretici traxerunt Epiſcopũ. Nec
multo poſt, cum nõ Arrij, ſed noſtram contra eorum opinionem cepit fidem prædi
care, ab ipſis in exilium deportatur. Hoc etiam tempore Hylarius Epiſcopus Picta
uienſis, uir ſummi ingenij, & magnæ ſanctitatis, factione Saturnini Arelatenſis Epi
ſcopi, reliquorũq; qui cũ eo erant Arrianorũ, in Phrigiam pulſus, libros de noſtra
religione cõſcripſit. Interim cũ plures ab Imperatore Alexandriam mitterentur, qui
Athanaſiũ inueſtigarent, & eũ uel caperent uel occiderent, tandem cõpertum fuit eũ
in eccleſia, quæ uocabat̃ Theone cælari. Tunc ab his qui ad hæc miſſi fuerant, cõuo
cato præfecto libicæ regionis, cũ armatis inopinate in eccleſiã irruitur, & fractis ia-
nuis, oĩa colluſtrantes, eũ minime reperire ualuerũt. Nam diuino nutu pericula plu
ra effugerat, & hoc p̃cedenti nocte præuidens, atq; ad domũ uirginis cuiuſdam ſan-
ctiſſimæ cõfugiens, per ſex fere annos uſq; ad mortẽ Conſtantij, nemine alio quicq̃
penitus cognoſcente, delituit. Quæ per omne id tempus neceſſaria illi oĩa ſubmini-
ſtrans. Codices etiã ſacros, & quos alias optauerat, illa parabat. Quo in tempore illũ
libros plures pro noſtra religione, & cõtra perfidos Arrianos, & alios de ſatiſfactio
ne ſuæ fugæ ſe cõpilaſſe ſcribit. Poſt hæc Conſtantius Imperator, dum contra Iulia-
nũ quem Cæſarem apud Gallias reliquerat, & dignitatem Auguſti ſibi ſponte præ
ſumentem, armis ire obuiam parat, uiceſimoquarto Imperij ſui anno, & ætatis qua
drageſimoquinto, apud Mopſocrenem oppidum, inter Ciliciam & Capadociã mo
ritur. Et principatũ Iulianus execrabilis tyrannus, ſolus quem prius p̃ſumpſerat, ut
legitimũ obtinet. Qui uelut geſta Cõſtantij arguens, Epiſcopos iubet de exilio rela
xari. Sed Liberius Romanus Pontifex, Cõſtantio iubente regreſſus fuerat. An ue-
ro hic quidem acquieuerit uolũtati ſuæ ad ſcribendũ, an ad populi Romani gratiã, a
quo proficiſcens Cõſtantius fuerat exoratus, indulſerit, p certo a ſcriptoribus non
firmat̃. Similiter Hylarius anno ante mortem Cõſtantij, cũ apud Conſtantinopolim
librũ pro ſe, Imperatori porrexiſſet, ad gallias redijt. Interea cũ Georgius apud Ale
xandriã gentilibus effectus fuiſſet infeſtus, et princeps Cõſtantij authoritate, eos in
dies oppreſſiſſet principatu Iuliani, ſeditione exorta capit̃ & occiditur. Quos Iulia-
nus p literas ad Alexandrinos miſſas culpare nõ deſtitit. Verũ eis ob reuerentiã Se-
rapis, Dei magni ciuitatẽ protegentis, & Macedonis Alexandri, eius urbis cõditoris
atq; Iuliani auunculi ſui ibidem habitantis, uiri in Deos religioſi, necnõ ob odium
in galileos (ſic eni Chriſtianos uocabat) culpã ſe remittere dicit. Nam licet Chriſtia-
nos ſe abominari & odio habere fateret̃, perſecutionem tñ publico edicto cõtra eos
ſuſcitare nõ audebat. Sciens ex anterioribus pſecutiõibus, uictorioſiores glorioſio
reſq; ſemp euaſiſſe. Et inſimulans ſe clementem, etiã iurgia ab Epiſcopis ſibi inferri
paſſus eſt. Nam de Nare Epiſcopo Calcedonen. ſcribit̃, q cũ impium eũ atq; apoſta
tã uocitaſſet, nihil aliud reſpondit; q̃ neq; galileus Deus tuus te curare potuit. Nam
hic Nares caligantes ob ſenectutem oculos habens, ducatu alterius ducebat̃. Ad q̃
Epiſcopus. Ego inq̃t pro cæcitate gratias Deo meo ingentes refero, qui ob hoc po-
tiſſimũ me luminibus priuauit, ne te Imperatorem impiũ conſpicere poſſem. Cui ni
hil reſpondens Imperator abſceſſit. Hoc tempore Athanaſius ſeipm manifeſtans, ab

Alexandrinorũ populo mira lætitia exceptus eſt. Similiter Lucifer caralitanus Epi
ſcopus, & Euſebius uercellenſis ab exilio reuocati, cogitabant quemadmodum ec-
cleſiaſticum ſtatum penitus deturbatum reſtaurare poſſent. Nam a Iulio ultra fines
Thebaidos, uicinos Aegypto, relegati fuerant. Et Lucifer cum exoraretur ab Eu-
ſebio, ut ad uidendum Athanaſium Alexandriam pergeret, & ibidem cõmuni tra
ctatu cum his ſacerdotibus qui ſuperfuerant de ſtatu eccleſię decernerent, per ſe ip̃m
ire abnegauit. Sed diaconũ ſuum pro ſe accedere iuſſit, atq; ipſe intento animo An-
thiochiam pergit. ibiq; diſſidentibus adhuc partibus, non modo cum Arrianis, ſed
inter ſe propter ſequaces Meletij. Cui tanquam catholico præſuli adhęrentes, a con
Aliàs nolentibus ſortibus ⁎ uolentibus illi ex eo communicare, quia ab Arrianis ibidem ordinatus
fuerat Epiſcopus, ſeceſſerant. Sed in unum illos reuocari poſſe ſperabatur, ſi talis eli
geretur Epiſcopus, erga quem non una plebs ſed utraq; gaudio afficeretur. Verum
Lucifer catholicum & ſanctũ uirum Paulinum, qui preſbyter fuerat Euſtacij, olim
eius urbis Epiſcopi, & qui ſe nunquã hæreticorum cõmunione polluerat, ut ſcribit
Hieronymus, ac per omnia dignum Epiſcopum collocauit. Sed tamen in quem ac-
quieſcere plebs utraq; non poſſet. Pergit interea Euſebius Alexandriam, ibi confeſ
ſorum concilio congregato, non quidem multi numero, ſed fide integri, & meritis
Aliàs procellas & perfidia præualentes. Quo pacto fides uiolata ſeruetur, & poſt hæreticorum ⁎ procellas,
& perfide turbines, tranquilitas reuocaretur eccleſiæ, omni cura & deliberatione di
ſcutiunt. Et primũ Nicæni concilij inſtituta corroborant, deinde quod in quæſtio-
nem per diuerſos hæreticos deductum fuerat, SPIRITVM ſanctũ PATRI & FILIO
cõſubſtantialem eſſe diffiniunt, & aperte trinitatem nominantes profitentur. Quæ-
ſtionemq; de ſubſtantia, & ſubſiſtentia, quæ turbabat eccleſias, determinãt. Et ſub-
ſtantia ipſam rei naturã rationemq; qua conſtat, deſignari. Subſiſtentia uero uniuſ
cuiuſq; perſonæ hoc ip̃m quod extat & ſubſiſtit oſtendi. Ideoq; propter Sabellij hæ
reſim tres eſſe ſubſiſtentias cõfitendas. Non tamen tres ſubſtantias, ſed unã. Deter-
minãt etiam Dei uerbũ, uero homini, hoc eſt ex anima & corpore, unitum fuiſſe. Et
hæc de uera fide. Quæ omnia poſtea Athanaſium in eo ſymbolo famoſiſſimo, cu-
ius initium eſt. Quicunq; uult ſaluus eſſe, complexũ fuiſſe deprehenditur. Poſt hæc
cum aliquibus fidei calore feruentibus, in ea ſynodo uiſum fuerit, nullum ultra in ſa
cerdotium debere recipi, qui ſe utcunq; hæreticæ communionis contagione macu-
laſſet, placuit hoc etiam diſcutere. Nam alij, quorũ ſententia obtinuit, Chriſtũ imi-
tantes, qui cum eſſet omnium uita, pro ſalute cunctorum humilians ſe deſcendit in
mortem, quo ſcilicet inueniri poſſet & in mortuis uita. Dicebant melius eſſe humi-
liare ſe paululũ propter deiectos, et inclinari propter ęlyſos, ut eos rurſus erigerent
Nec ſibimet ſolis puritatis merito cœlorũ regna defenderent, ſed eſſe glorioſius ſi
cũ pluribus illud mererentur intrare. Et ideo rectum ſibi uideri, ut tantum perfidiæ
authoribus amputatis, reliquis ſacerdotibus daretur optio, ſi forte uelint abiurato
errore perfidiæ, ad patrum fidem ſtatutaq; conuerti, nec negare aditum redeũtibus
ſed potius de eorum conuerſione gaudere. Vt Euangelicus ille iunior filius, pater-
næ depopulator ſubſtantiæ, in ſemetipſum reuerſus, non ſolum ſuſcipi meruit, ſed
& dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recipit, & ſtola circun-
datur, per quam nil aliud quam ſacerdotij declarantur inſignia. Nec probabilis ex-
titit apud patrem ſenior filius, quod inuidit recepto, nec tantum meriti habuit non
delinquendo, quantum notę contraxit nõ indulgendo Germano. Quas ſententias
ex Euangelica authoritate prolatas, ordo ille ſacerdotalis & Apoſtolicus, approba
uit. Atq; ex concilij decreto Aſterio, & cæteris qui cum ipſis erant orientis Epiſco-
pis, huiuſmodi iniungitur procuratio. Occidentis uero Euſebio decernitũ. Et Ruffi
niano Epiſcopo de his Athanaſiũ ſciſcitanti, in hæc uerba reſpondit, ut ex epiſtolis
Athanaſij traduximus. Dño filio ac deſyderatiſſimo cõſacerdoti Ruffiniano Atha
naſius in domino æternam ſalutem. Tu quidem quæ filio chariſſimo congruunt ad
patrem ſcri

patrem ſcribis. Ego uero per literas appropinquantem toto affectu te amplexatus ſum,amantiſſime omniũ Ruffiniane. Cumq; tanquam filio ſcribere poſſem,in ipſis initijs,& medio ac fine continui me,ne ex literis commendatio teſtimoniũ quę de te meum,agnoſcatur. Tu mihi es epiſtola,iuxta quod ſcriptũ eſt,quæ in corde cognoſcitis,& recitatis. Sic igitur affectus uelim credas,ſaluto te ac ſcribere hortor. Magna nanq; lætitia nos afficis id faciens. Quoniam uero ſtudioſe & eccleſiaſtice,hoc enim rurſumq; decet religioſum inſtitutum tuum,de his interrogaſti,qui neceſſitate adacti ceſſere quidem,non tamen recte fidei corruptionem admiſerunt,idq; poſt illa quæ de his in ſynodis decreta ſunt. Scito mi domine amantiſſime,quia initio quidem cum ceſſaſſet improba hæreticorum uis,facta eſt ſynodus præſentibus remotiorum partium Epiſcopis. Facta eſt item & apud illos,qui Græciam inhabitant,fratres & coepiſcopos noſtros in Hiſpania quoq; itidem,& Gallia. Vnaq; fuit & concors oim ubiq; ſentẽtia,lapſis ſcilicet,atq; impietatis ducibus effectis,ignoſcendum quidem pœnitentibus. Cleri tamen illis gradum non permittendum. Eis uero qui ceſſiſſent quidem ui ac neceſſitate compulſi,non tamen fuiſſent præſules impietatis,præter indulgentiam,cleri quoq; locum non denegandũ. Præſertim cum eum excuſatione rationabili niti uideantur, feceruntq; id cauta quodãmodo diſpenſatione. Aſſerunt enim nunquam ſe impietati conſenſiſſe. Cæterum ne peſſimi quiq; illorũ ✻ uitæ conſtituti,eccleſias dogmatum falſitate corrumpent,elegiſſe magis tempori cedere ac ſubire onus,quam plebes amittere. Iſta dicentes, uera proſequi nobis uiſi ſunt,cum in primis obtenderent. Aaron Moyſi fratrem,in deſerto plebis præuaricationi conſenſiſſe,excuſationemq; habuiſſe,ne populus reuerſus in Aegyptum, in idololatrię errore perſiſteret,ueriſimileq; putaretur,ſi manerent in heremo,poſſe ab impietate quieſcere. Sin uero in Aegyptũ reuertiſſent, impietati ſubiecturos. Huius ergo rei gratia facile illis uenia, clerusque conceditur, qui uel ſeducti ſunt, uel uim perpeſſi. Hæc autem deuotioni tuæ inſinuanda putaui, confidens a tua ueneratione ſuſcipienda. Statutaq; patrum,qui idcirco conuenere,comprobanda. Ea uero tam clero quã pplo qui ſub te eſt,legere dignare,ut ipſi quoq; admoniti,te circa huiuſmodi ita affectum,in ius uocare nõ audeant. Indecens enim eſſet,ſi illis ipſe ſcriberem,cum poſſit religio tua noſtrum circa huiuſmodi lapſos affectum,eis nunciare,& ea ſupplere quæ deſunt. Gratias domino qui te impleuit omni uerbo & omni ſcientia. Qui ergo pœnitentiã agunt, aperte Anathematizent, & nominatim Eudoxij,& Euzoy perfidiã. Ipſi enim cum Dei Filium creaturã eſſe blaſphement. Arrianæ hæreſis propugnatores ſeipſos euidenter oſtendunt. Confiteantur autem cõfeſſam a ſanctis patribus Nicænæ ſynodi fidem,nullamq; aliam ſynodũ hinc ſe præferre permittant. Saluta fratres qui tecum ſunt. Te qui mecum ſunt omnes in domino ſalutant. Inſuper,& librum a ſe olim de ſatiſfactione ſuæ fugæ conſcriptũ,in eadem ipſa ſynodo coram omnibus Epiſcopis ipſe Athanaſius legit. Poſt hæc Euſebius uercellenſis, pergens Antiochiam,cum ibidem inueniſſet a Lucifero contra pollicitationem ordinatum Epiſcopũ,pudore ſimul et indignatione compulſus,abſceſſit. Neutri parti cõmunionem ſuam relaxans. Quoniam digrediens ab eo promiſerat ſe acturum in concilio, ut eis ordinaretur Epiſcopus, a quo pars neutra deſiſteret. Ac Luciferus ad Sardiniæ partes reuerſus,uita haccito diſceſſit. Euſebius uero circũueniens orientem atq; Italiam,medici pariter & ſacerdotis fungebatur officio, & ſingulas quaſq; eccleſias infidelitate abiurata,ad ſanitatem recte fidei reuocabat. Et Hilarium in Italia tunc degentem,hoc idem moliri repperit. Qui cum uir eſſet naturalenis & placidus,ſimulq; eruditiſſimus, & ad pſuadendum cõmodiſſimus,rem diligentius & apertius procurabat, atq; libros de fide noſtra nobiliter conſcriptos edidit. Quibus, & hæreticorũ uerſutias,& noſtrorũ deceptiones, & male credulam ſimplicitatem ita diligenter expoſuit,ut & pſentes & longe poſitos,quibus ipſe p ſe diſſerere uiua uoce nõ poterat, pfectiſſima inſtructione corrigeret. Ita duo iſti uiri, uelut ma-

Alias nice

uelut magnifica mundi lumina Illyricum, Italiã, & Gallias ſuo ſplendore radiarunt.
Interea audiens Iulianus prædicationibus Athanaſij, plures ex paganis ad Chriſti fi
demconuerti, atq; ex Idolorum ſacerdotibus nõnullas uxores habere Chriſtianos,
Alibi. indicantibus filioſq; & ſeruos, in fremuit ira. Nec fictæ temperantiæ imaginem continere potuit
★ iudicantibus maxime ipſis magis, nihil ſuis artibus ſucceſſurũ, niſi prius Athana
ſium uelut horum omniũ obſtaculum ſuſtuliſſet. Ob quod iterũ mittitur exercitus
iterum duces, iterum oppugnaẽ eccleſia. Verum cum mœſti & flentes populi circun
ſtarent, prophetico apud eos uſus ſermone prohibetur. Nolite, inquit, o filij pertur
bari, quia nubecula eſt, & cito pertranſibit. Et cum diſceſſiſſet, ut refert etiam Rufi-
nus, & naui per nilum fluuium iter ageret, comes qui ad hoc ipſum miſſus fuerat, co
gnito eius itinere, inſtanter eum inſequi cepit. Et cũ forte Athanaſij nauicula ad lo-
cum quendam applicuiſſet, comperit a prætereuntibus poſt tergũ eſſe percuſſorem
ſuum, & iam iam niſi proſpiceret, imminere. Conterriti omnes qui ſimul aderant ſo
cij, heremũ ſuadebant ad fugæ præſidium petendam. Quibus ille. Nolite, inquit, o
filij deterreri. Eamus magis in occurſum percuſſori noſtro, ut ſciat, quia longe ma-
ior eſt qui nos defendit, quam qui perſequitur. Et conuerſa nauicula iter agere ob-
uiam ei qui ſe inſectabatur aggreſſus eſt. Ille qui nullo pacto ſuſpicari poterat in oc
curſum ſibi uenire, quem quæreret, tanquã quoſdam prætereuntes interrogari iu-
bet, ubi uidiſſent eſſe Athanaſium. Et cum reſpondiſſent ſe uidiſſe eum a longe eun
tem, tota celeritate pertranſiens, in uanum feſtinans, capere properabat, quem ante
oculos poſitum uidere nõ poterat. Ille uero Dei uirtute munitus, Alexandriã redijt
Ibiq; tuto latebras, uſquequo perſecutio ceſſaret, exegit. Interim ſecundo anno Im-
perij ſui Iulianus in Perſas profectus, noſtram poſt uictoriã Dijs ſanguinem uoue
rat, ut ſcribit Hieronymus. Sed inconſultius cum a ſuorum erraret agminibus, for-
te ab obuio hoſtium æquite, ilia perfoſſus interijt, anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecun-
do. At Calixtus, qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, Heroico uerſu, eius
uitam græca lingua deſcribens ait, eum a dæmone uulneratũ occubuiſſe. Cuius lau
des Libanius rhetor, magnæ etiam nunc famæ apud græcos, conſcripſit. Qui & illi
in gloriam tribuit, lectitaſſe nocte libros, ut enixius contra aſſerentes Paleſtinũ ho
minem Deum Deiq; Filiũ, præliaretur. Poſt eius igitur mortem, ſequenti die Ioui-
nianus ex primicerio domeſticorum, Imperator ab exercitu factus eſt. Qui compo-
ſita pace cum barbaris, prout tempora depoſcebant, ad Romanũ regreſſus ſolium,
rem publicam totam poſt nimias quaſi procellas, omni ratione reparare aggreditur
Atq; eccleſiarũ curam, & ueram religionem in primis habere. Nec id incaute, ut Cõ
ſtantius egerat, ſed ipſius lapſu admonitus, Athanaſium, quem conſtantiſſimũ &
omnium prudentiſſimũ ſenſerat, honorificis, & officioſiſſimis literis requirit, ut
ab ipſo formam fidei, & eccleſiarum reponendarum normã, ſuſcipiat. Cui a aliqui
bus creditum eſt, illi ſymbolum illud pulcherrimum deſtinaſſe. Quicunq; uult ſal-
uus eſſe. Alij uero, ut Theodoricus affirmat, Athanaſium illi ſimplicem. Nicæni cõ
cilij fidem miſiſſe. Ad quem apud Antiochiã degentem, Athanaſius deueniſſe ſcri-
bitur, & magno illi amore deuinctum ſuaſiſſe, ut legem ferret. Ne quis, non dicam
rapere, ſed attentare ſacratas uirgines in matrimoniũ de cætero auderet. Et hoc ideo
quia Iuliani temporibus, quidam apud Alexandriam atq; alia diuerſa loca, huiuſ-
modi ſacras rapuerunt uirgines, & matrimonio ſibi coniunxerunt. Poſt hæc remit-
tens Athanaſiũ Alexandriam, curam diſponendarum eccleſiarum, atq; omniũ po-
pulorum Aegypti ei commiſiſſe Sozomenus ſcripſit. Sed hæc tam pia tanquã læta
principia, mors immatura corrupit. Poſt octo etenim menſes Imperij ſui, & ætatis
anno quadrageſimoquarto apud Ciliciã diem obijt. Poſt quem Valentinianus Im-
perium ſuſcepit. Qui, ut Rufinus ſcribit, pro fide noſtra a Iuliano militia fuerat ex
pulſus. Sed cõpleuit in illo dominus, quod promiſit, plus etiã quã centuplũ in præ-
ſenti ſeculo reſtituens ei, ut qui militiã pro Chriſto reliquerat, recepit Imperiũ. Qui

ut ſcribit

ut ſcribit Theodoricus, non modo fortitudine, ſed prudentia, temperantia, iuſtitia,
& uera religione, atq; corporis magnitudine & pulchritudine præfulgebat, regius
pariter, & urbanus. Qui, cũ exercitus ei conſortem Imperij ſociare tentaſſet, reſpon
diſſe, fertur. Veſtrum, inquit, fuit o milites Imperatore non exiſtente, mihi, Imperiũ
tradere. Verum ubi hoc ſuſcepi, mẽum iam, nõ ueſtrum eſt, de rebus cogitare com
munibus. Cuius prudentiã admirati milites, omnẽ eius perſecuti ſunt uoluntatem
Verum quod non debuit, in cõſorcium regni Valentem fratrem aſſumpſit, & ſibi
quidem occidentis partes delegit, illi autem orientales reliquit. Valentinianus igit̃
Italiam pergens, omnia pie & religioſe diſponebat. Cuius Imperij anno primo Au-
xentio Arriano Epiſcopo, apud Mediolanũ defuncto, Ambroſius ad Epiſcopatũ
aſſumitur, & om̃es ad fidem rectam in Italia conuertit. Et ſequenti anno mortuo Li
berio, Romanæ eccleſiæ gubernacula ſuſcepit Damaſus. Quo anno Valentianus
legem ſtatuit, de ueræ fidei, & ſanctæ trinitatis obſeruatione. Quã & ſuo & Valen-
tis fratris nomine, atq; filij gratia, quem Imperatorem ſimiliter fecerat, promulgauit
Et Valens cũ in initio Imperij recta fide incederet, ab uxore, more Adam, ſeductus
Quæ prius ipſa ab Eudoxio Conſtantinopolitano Epiſcopo Arrij perfidia imbuta Aliâs
fuerat, in eius impietatem prolapſus eſt. Nam & Valens cũ contra Gothos qui hy- Thratiam
ſtrum pertranſierant, & ⁎ Trachiam peragrans proficiſci intenderet, ne ſine ba-
ptiſmate pergeret, ab Eudoxio Baptizari uoluit, a quo iuramento aſtrictus fuit, ne
dogmatis Arriani impietatem, quo aduiuet et abnegaret, atq; omnes cõtra ſentien-
tes, undiq; inſequeretur. Quãobrem fauendo hæreticis, omnem orientis perturba-
uit eccleſiã & Epiſcopos catholicos preſ byteroſq; atq; diaconos, & monachos plu
res in exiliũ exegit. Verum cũ in cęteros principis perſecutio debaccharetur, ab Ale
xandria, & tota Aegypto ob Athanaſij reuerentiã, uelut quadã Diuina uirtute pro
hibitus, abſtinuit. At beatiſſimus Athanaſius longo iam tempore in eccleſia ſua, &
tota Aegypto pacem cernens, quadrageſimo & ſexto anno ſacerdotij ſui, poſt mul-
tos agones, multaſq; patientiæ coronas, ad ueram uitã tranſlatus, requieuit in dño.
Anno quarto Imperij Valentiniani. A tpe uero quo aſſumptus fuerat Alexander,
ad Epiſcopatũ Alexandrinũ, computari poſſe uidentur, anni fere ſexaginta. Quo
anno ſanctus Epiſcopus uiderat Athanaſiũ gerentem ludum eccleſiaſticũ, qui ueri
ſimiliter octo & nouẽ aut decem ætatis ſuæ annos gerere poterat. Ex quo ætas eius
uſq; ad ſeptuageſimũ annũ, uel circa extendi potuiſſe uidetur. Verũ ſciſcitatus Atha
naſius de ſucceſſore, Petrũ Archidiaconum Alexandrinũ tribulationum ſuarũ par
ticipem & ſociũ, delegit. Sed lucius ab Arrianæ partis Epiſcopis, ad eandem ſedem
Epiſcopus ſimiliter ordinatus, ueluti lupus rapax Alexandriã aduolat, & potentia
regia Petrũ de ſede expellit. At ille nauem conſcendens, Romã ad Damaſum Pontı
ficem maximũ profugit. Qui ſua uirtute & ſapientia pacem eccleſijs reddi procura
uit. Donante dño noſtro IESV CHRISTO, qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum,

AMEN.

ARGENTINAE APVD [redacted] ENSI MAR.
TIO. ANNO M. D. XXII.

Lectori.

Verum qui ſtricto callem contingerẽ curſu
Poſſis, in Paulum Bulgarus apte docet.

INDEX
IN PRIMAM PAVLI AD
ROMANOS EPISTOLAM ANNOTATA MARGINEA, AC SENTENTIAE MAGIS CELEBRES, HOC INDICE PATEBVNT. QVIBVS DILIGENS LECTOR (VT CVIVSQVE CAPTVS EST) COMPLVRA ANNECTERE POTEST.

APOSTOLVS APVD GENTILES ob eloquentiam Mercurius dictus 1.a
Epiſtola ad Romanos, cur prima in ordine eodem.
Petrus dictus cæphas eodem.
Chriſtus græce, latine unctus eodem
In ueteri lege Deus ſolis Iudæis erat notus 1.b
Euangelij nomen Dauid & Eaſaiæ notum eodem.
Duplex filij ortus. eodem
Paulus & Barnabas ſegregati eodem
Apoſtolorum officium eodem
In Sophiſtas Theologos eodem
Paulus quomodo dicat in cunctis gentibus gratiam accepiſſe 2.a
Gratia Euãgelij ad oẽs pertinet eodem
Romanorum inſolentia eodem
Gratia præcedit pacem eodem
Deus cur dicatur deus Abraham, Iſaac, Iacob eodem
Dei cultus ſpiritalis 2.b.
Multi modi Deo ſeruiendi eodem
Non ægreferendum ſi precando nihil conſequimur eodem
Pauli in ſcribendo prudentia eodem
Nõ eſſe curioſe quærenda facta Dei 3.a
Ciuitas Romanorum inſignis & conſpicua eodem
Paulus omnibus debitor eodem
Prædicandi officium eodem
Iudæus Græco præponitur, ordine non gratia eodem
Euangelium quibus ſalutiferũ eodem
Ira Dei in hoc ſæculo quantum differat ab ira futuri ſæculi 3.b
Impietas ab iniuſtitia quid differat eo.
Dei cognitio hominibus indita, & a gentibus deprauata eodem
Inuiſibilia Dei quæ eodem
Gentes inexcuſabiles 4.a
Commutare gloriam Dei eodem
Aegyptij ibin, Crocodilũ, Cercopithecum colebant eodem
Tradidit in reprobũ ſenſum quid eo.
Deſtitui a Deo quid ſit eodem
Naturalis uoluptas facilior ac ſuauior 4.b
Tradi a Deo eodem
Incõpoſiti qui, & quõ intelligendi 5.a
Iudicare quam ſit periculoſum eodem
Iudicium Dei eodem
De tolerantia quibus ſalutaris. eodem
Animo nõ eſſe concidendum 5.b
Non in fide tantum, ſed etiam in bonis operibus ſpes habenda eodem
Iudæus qui plus diſciplinę ſuſcepit, plus puniendus eodem
Iudæorum inſolentia eodem
Deus opera, nõ genus diſquirit 6.a
Græci mitius punientur, quã Iudæi eo.
Tres legum ſpecies eodem
Natura humana etiam ſine lege prouidentia fulta eſt, & fuit eodem
Occulta ſolus Deus iudicat eodem
Iudas & Iudæus quid hæbraice 6.b
Proſelitus latine aduena, et pegrinus eo.
Circunciſio 7.a
Circunciſionis ſpecies duæ eodem
Spiritalis circunciſio eodem
Circũciſio cur tradita Iudęis ĩ ſignũ eo.
Caute ad Iudæos loquitur Paulus eo.
Circunciſio cordis eodem
Iudæi honorati ſunt plurimũ a Deo 7.b
Obiectio pulcherrima eodem
Deus iuſtus eodem
Græci mendaces 8.a
Iudæi a Deo electi, poſtea ingrati, & ob id iuſte damnati eodem
Inutilis redditur, qui a bono diuertit eo.

Virtus bonum eſt naturale eodem
Iudæorum inſolentia deprimitur 8.b
Acrius puniť qui ſciens delinquit eodē
Iuſtitia Dei ad om̄es uenit ꝑ fidem eo.
Propiciatorium arcæ eodem
Fide iuſtificabimur eodem
Lex iuſtificandi uim non habuit 9.a
Iuſtificatio non ex operibus legis eodē
Fides legem nō deſtruit, ſed ſtatuit, eo.
Abrahā ex fide nō lege iuſtificatus eo.
Gloriari in Deo quō quis dicatur eo.
Abrahā ꝓputij & circūciſionis pr̄ 9.b
Abrahā ſi iuſtificatus cur circūciſus eo.
Abraham credidit reſurrectionem mortuorum eodem
Promiſſio facta Abrahæ eodem
Abrahæ fides 10.a
Abrahā cunctorū pater cur iudicať eo.
Iſmaelitæ ex Abraham per naturam, nō per fidem eodem
Sarra ſenio & ſterilitate affecta eodem
Abrahę fides· Gratia q̄ ex baptiſmo 10.b
Patientia Chriſtianorū propria 11.a
Spes humana fallax eodem
Spes bonorū cœleſtiū non cōcidit eo.
Chriſtus nos per mortem quomodo iuſtificauit eodem
Pauli gloria eodem
In Adam om̄es deliquiſſe quomodo dicantur 11.b
Adæ præuaricatio eodem
Vetuſtus Adam eodem
Adam forma Chriſti eodem
Delictum unius. Vnius iuſtitia eodem
Gratia ſuꝑabundauit per Chriſtū 12.a
Gratia ſuſtulit iniuſtitiam eodem
Abſit quando dicatur a Paulo eodem
Mori peccato quid ſit eodem
Virtut sreſurrectio 12.b
Vetus homo, id eſt nequitia eodem
Chriſtus quomodo peccato mortuus dicatur eodem
Manendum in morte peccati eodem
Voluptates corporis quales eodem
Mortalitas īducta corpori ꝑ delictū 13.a
Manichæi arguuntur eodem
Corpus per ſe non eſt iniquum eodem
Peccati Imperium in nos nullū eodem
Doctrinæ forma eodem
Immunditia, Peccatorū nexus 13.b
Pudor immūditiæ fructus. Stipendium peccati. Stipendium quid eodem
Iudæi lege ceſſante, legis poteſtate ſunt exempti eodem
Lex Iudæorum interijt. Lex nihil facit ad corporis uitia uitanda 14.a
Aīa cythariſtæ mēbra cytharæ loco eo.
Nouitas ſpiritus literæ uetuſtas eodem
Lex peccatum non eſt eodem
Iners & corrupta uoluntas 14.b
Mica Pauli theologia. Lege nō exeunte non imputa delictum eodem
Lex antiquæ impotentia. Lex a mandato quomodo differt eodem
Marcioniſtæ, Manichæi eodem
Pctm̄ quō interdū accipat Paulus 15.a
Humana natura nō niſi a Chriſto ſanari poterat, In eos q carnē obtrectāt eo.
Homo ex duobus cōſtat, Velle aliquid ſimpliciter Dei opus eſt 15.b
Velle malum mentis eſt uitiū eodem
Imꝑfecta, & manca oratio in Paulo eo.
Lex peccati in membris cur ita dicať eo.
Legum quatuor ſpecies eodem
Lex naturalis inſufficiens eodem
Lex ſpiritus 16.a
Lex peccati eodem
Similitudo aptiſſima eodem
Legis iuſtificatio ī nobis finē nacta 16.b
Carnis prudentia quid ſit, Pauli immutatio, Vita carnis eodem
Peccati tyrānis per Chriſtū extincta eo.
Subſtantiā uocat quæ a græcis hypoſtaſis dicitur Reſurrectio bonoꝝ, & malorum quomodo differat 17.a
Chriſtus noſtri inquilinus, Viuere ſecū dum carnem eodem
Corpus non eſſe morte conficiendum, ſed corporis opera eodem
Spiritus ſeruitutis litera legis 17.b
A Chriſti menſa qui repelluntť, Abba pater uerbū Iudaicū. Spūs adoptiōis eo.
Paracletus & nō paraclitus eodem
Hæredes, & filij eodem
Paſſiones huius temporis breues 18.a
Mūdi machina in melius cōmutabiť eo.
Prophetæ rebus inſenſibilibus, & inanimatis uiuentiū ꝑſonas imponunt eo.
Cœlum uetuſtate confectū indiget mutatione, Terrę machina decorāda eo.
Adoptati nos alterā adoptionem expectamus lytroſis redemptio latine 18.b

Quæ cernuntur non proprie dicuntur ſperari . . eodem.
Inutilia ſæpe poſcũt hoĩes, & noxia eo.
Diaconus cuius figurã præferat 19.a.
Dei cultores cur moleſta interdum patiantur eodem.
Agnitio p̃cedit prædeſtinationẽ, Quid prædeſtinatio eodem.
Subinde pro frequẽter more ſuo eod.
Patris in nos beneficia 19.b.
Manichæi ſtulte garriunt Chriſtum corpus depoſuiſſe eodem.
Mori quotidie uolũtate poſſumus non natura eodem.
Victoria perfecta 20. a.
Iudæi Deũ colũt, ſed nõ in Chriſto eo.
Anathema quid eodem.
Conuicia Iudæorũ in Deum eodem.
Chriſtus Deus uocatur a Paulo 20.b.
Beneficia Dei in Iudæos eodem.
In Arrium eodem.
Iſraelis nomen uenerandũ eodem.
In Iſaac uocabitur tibi nomen, quomodo intelligendum 21. a.
Eſau, & Iacob pari ſorte uſi eodem.
Gentes Iudæis prælatæ ibidem.
Multa eſſe hominibus occulta, et ſoli nota Deo eodem.
Paulus nõ ſuſtulit liberũ arbitriũ 21.b.
Deus mortaliũ corda qñ obdurat eo.
Cur honorẽtur alij, alij deijciantur non eſſe quærendum 22. a.
Pharao uas iræ eodem.
Eccleſia eodem.
Sodomo, & Gomorra 22. b.
Cur Gẽtes ſuſcepti, Iudęi ỽo reiecti eo.
Chriſtus lapis offendiculi Iudæorũ eo.
Zelum habentes non ſecundum conſcientiam ibidem.
Iudæi cõtẽtioſi, et cupidi pricipatus eo.
Chriſtus p̃fecit, q̃d lex nõ p̃fecerat 23.a.
Fidei quid interdũ aduerſetur eodẽ.
In Fide os cordis, & cor oris officio indiget eodem.
Ob paucorũ incredulitatẽ nihil iacturæ patiſ Euangelica ueritas 23. b.
Ex auditu Fidem conſtare eodem.
Eſaiæ teſtimonium 24.a.
Pp̃ls Iudæus cõtumax, & icredulus eo.
Helias, eodem.
Iudæi prophetas primo, & inde Chriſtum e medio ſuſtulerũt eodem.
Nota diligenter 24.b.
Iſraelitę iuſtificatõem nõ aſſecuti ſ eo.
Cõpunctio quid apud Paulũ eodem.
Ex Iudæorum lapſu, ac diffidentia ſalus obuenit gentibus 25. a.
Paulus Apoſtolũ ſe gentiũ uocat eo.
Patriarchæ delibatio uocanẽ eodẽ.
Inſertus non plantatus eodem.
Gẽtiles fidei bñficio Iudęis ſ p̃lati 25.b.
Gentiles inſitij, & inductitij, quia in Iudæorũ honorẽ ſucceſſerunt eo.
Secundum naturam, & præter naturam quid apud Paulum eodem.
Eſaiæ uerba a Paulo citata ibidem.
Paulus Iſraelitas confirmat 26.a.
Altitudo diuitiarum Dei eodem.
Paulus ſemper perorat cum gratiarum actione ibidem.
Rõnalis ſeruitus q̃ dicaẽ a Paulo 26.b.
Reuerenda Spiritus innouatio eodẽ.
Cui rei conducat mentis innouatio, quã poſtulat Paulus ibidem.
Teſtamentum nouum quo modo a lege differat eodem.
Sapere pluſquam oportet quid ſit apud Paulum 27. a.
Fides noſtra duplex eodem.
Prophetia ibidem.
Adminiſtratio donum quoddam ſpiritale dicitur 27.b.
Negligentia in prælatis eodem.
Dandum cum hylarirare eodem.
Non ſufficit amare, niſi manus porrigatur egenti 28. a.
Spes de futuro eo. Eleemoſyna eo.
Non delitijs, ſed neceſſitatibus ſuccurrendum eodem.
Gaudere cum gaudentibus animi eſt ab omni inuidia liberi 28. b.
Superbiæ morbo laborabat Roma eo.
Moyſes ſoceri conſilio iuuabaẽ eodẽ.
Impios odio non eſſe habendos, ſed impietatem eodem.
Cõgerere carbones ĩ caput inimici quomodo ſit intelligendum eodem.
Non omnis princeps a Deo 29.a.
P̃tãs oĩs a deo inſtituta q̃ late pateat eo.
Princeps iuſticiam exercens eſt Dei miniſter 29. b.
Princeps quam ſit neceſſarius eodem.

Tributa principibus eſſe pendẽda eo.
Timor duplex eodem.
Totam legem implet, qui proximum amore proſequitur ibidem.
Per charitatẽ reliq̃ uirtutes cõſtant 30.a.
Nox ſæculum hoc exprimit, dies futurum iudicium eodem.
Paulus non prohibet potum, ſed uini intemperantiam ibidem.
Mala temulentiæ eodem.
Carnis cura quomodo ſit habenda, & quatenus 30.b.
Infirmitatis eſt in cibis delectum Iudaicum facere eodem.
Neophytis parcebat Paulus, & indulgebat 31.a.
Vita quæ Fide conſtat eodem.
Iudaicos ritus obſeruantes tacite reprehendit eodem.
Nihil ciborum immundum 31.b.
Perfecti ſua pfectiõe non abutanť eo.
Iuſticiæ nomine omnes uirtutes amplectitur ibidem.
Athanaſius ſiue Vulgarius eodem.
Et ſi munda ſunt omnia, infirmi tamen ſcandaliſandi non ſunt 32.a.
Intẽpeſtiua obiurgatiõ nihil ędificat eo.
Deus patientiæ & conſolations cur dicatur 32.b.
Gentiles ex Dei mĩa ſalui facti eo.
Chriſtus cur circũciſionẽ admiſit eo.
Sacerdotale officium Euangelium prædicare 33.a.
Gentes cum Iudæis crediture eodẽ.
Odium inter Gentiles & Iudæos ibi.
Romani tumidi, & ideo ſermone blandolenienti eodem.
Sanctitas non ex Fide tantum, ſed ex bonis operibus 33.b.
Prodigium & ſignũ differunt eod.
Illyricum confiniũ Vulgariæ eodẽ.
Pauli beneuolentia in Romanos 34.a.
Eleemoſyna cur a Paulo dicatur communicatio eodem.
Paulus tribuit Romanis quædam, ut illi eadem aſſequi niterenť 34.b.
Paulus ex opificio uictitabat. Nam texebat tentoria 35.a.
Nuptiæ ĩpedimẽto uirtuti nõ ſunt eo.
Fœmina aplĩco fungẽs officio eodẽ.
Paulus priuatã fœminæ inſtructionem permittit nõ publicam eodẽ
Olympia 35.b.
Oſculum ſanctum eodem.
In Eccleſiam concordem nõ ſubire ſcandala ibidem.
Ventri addictus deo ſeruire nõ põt eo.
Sathanas in tenebras tradendus 36.a.
Tertius, ſiue (ut alij Terẽtius) hanc Epiſtolã ſcripſit Paulo dictante eo.

AD CORINTHIOS.

Corinthij qui, Corinthij 36.b.
Chriſtus apoſtolatus dignitatẽ ſibi non quæſierat eo. Eccleſia quid eo.
Fideles oẽs unam faciũt Eccleſiã 37.a.
Verbũ ſine ſcia, Scientia ſine uerbo eo.
Aduentus ſecundus Chriſti cur reuelatio dicitur ibidem.
Fratres uocat Paulus Corinthios, licet præuaricatos 37.b.
Factiones uitandæ, quales ſunt eorum, qui fratres uocantur eodem.
Chriſtus non diuiſus 38.a.
Euangelij prædicatio onus grauius eſt, quã Baptiſmi prouincia eo.
Diuinitas Chriſti ſyllogiſmis probari non poteſt eodem.
Inquiſitores qui 38.b.
Crucẽ cur inſipientẽ Paulus uocauerit eodem. Areopagita 39.a.
Paulus Euangelij preco nulla humana ſapientia inſtructus ad prædicandum uenit 39.b.
Hominũ ſapientia uocatur a Paulo eloquẽtia, & uis perſuadendi 40.a.
Eloquentes, & oratores Paulus principes huius ſæculi uocat, Myſterij definitio eodem.
Pylatus & Iudæi qui Chriſtum crucifixerunt, quem ignorabant eſſe Deum, qua ratione errati ueniam promereri potuerunt 40.b.
Mundi Spiritus quid eodem.
Spiritalibus ſpiritalia cõparare qd eo.
Animalis homo quis 41.a.
Miracula iterdũ p indignos geruntť eo.
Euãgelij miniſtrũ ſe uocat Paulus 41.b.
Paulus architectus 42.a.
Chriſtus fundamentum eodem.
Caſtitas auro comparatur ibidem.

Caſtitas

Caſtitas auro comparatur, nuptiæ argento eodem.
Dies domini quis ibidem.
Peccatum nihil eodem.
Humana ſapientia contemptibilis apud Deum 42.b.
Adam cur mortalis effectus 43.a.
Myſteria cunctis aperienda non eſſe, ne ꝙ paſſim eodem.
Homis dies quid in ſacris lr̄is ſit ibi.
Iudicium humanum fallitur 43.b.
Diſcipulorum perfectio præceptoribus optabilis 44.a.
Infirmitas quid apud Paulum eodem.
Paulus reprehendit lucri cā p̄dicātes eo.
Peripſema quid 44.b.
Timotheus a Paulo miſſus eodem
Rem habens cum nouerca 45.a.
Paulus græce ſapientiæ ignarus ſperebatur ibidem
Horrendum ſcelus eius, qui cum nouerca miſcebatur eodem.
Corpus affligendum 45.b.
Quid iuris habuerit ſathanas in Iob eo.
Vetus fermentū quid apud Paulū ibi.
Azima quid uocet Paulus eodem
Idolothyta 46.a.
Gentiles qui foris ſunt ibidem
Improbi e medio tollendi eodem.
Angelos dæmōes appellat Paulus 46.b.
Melius tolerare iniuriā quā inferre eo.
Molles qui 47.a.
Ex gula fornicatio eodem
Futuri ſæculi conditio ibidem
Delitiarū finis eſt fornicatio eodem
Fornicationis immunditia 47.b.
Inuidia animi pturbatio, nō actus eo.
Liberum arbitrium a nobis non auffert Paulus 48.a.
Non eſſe abutendum nuptijs per intemperantiam eodem
Maritus & uxor ſibi inuicem ſeruiunt, & dominantur eodem
Coitus orationem interpellat ibidem
Paulus indulgēter quædā pmittit 48.b.
Celibatus Dei donum eſt eodem
Infidelitas adulterio peior ibidem
Fidelis cum infideli matrimonio nō copulatur 49.a.
Quæſtio ſingularis eodem
Connubiū diſſoluendū magis quā pietas, ac Dei cultus dimittendus eo.
Aduerte. Circūciſi, Libertus 49.b.
Liber, Libertas, Virginitas eodem
De uirginitate nihil ſtatuit Paulus ibi.
Nexus connubij 50.a.
Matrimonij cura eodem
Vxores habentes ſint tanquam non habentes eodem.
Procacitas uxoria 50.b.
Vera uirginitas eodem
Secundæ nuptiæ 51.a.
Conſiliū Pauli quale ſit accipiendū eo.
Idolothyta eodem
Charitas potior eſt ſcientia ibidem
Idolorum uanitas eodem.
Deus unus, Græci 51.b.
Paulus Chriſtū cur raro Deū uocet eo.
Dij commentitij eodem
Idolothyta manducantes eodem.
Paulus optimus præceptor 52.a.
Paulus a diſcipulis nihil accipiebat eo.
Paulus abortiuus 52.b.
Fœminæ locupletiores ſequebantur Apoſtolos ibidem
Ioannes, & Iacobus fratres dn̄i cur eo.
Apoſtolatus militia quædam eodem
Paſtor de lacte comedit, non lac totum abſorbet eodem.
Apoſtoli aratoribus, & triturantibus comparantur eodem
Adulterini præceptores 53.a.
Leuitæ eodem
Mos ueterum ſociorm 53.b.
In Sacerdotes, uel Prædicatores mercaturam exercentes eodem
Volūtaria libertas gloriā promeret eo.
Paulus diſpenſator eodem
Paulo multis, non cunctis prodeſſe licuit 54.a. Proſeliti eo.
Aeſculapius apud Athenienſes, Paulus concionatus eodem
Brauium uictoriam 54.b.
Paulus ſe in exemplū adducit eo.
Corporis aduerſus animā tyrannis eo.
Baptiſmi figura, baptiʒati i Moyſe. 55.a.
Chriſtus lapis ſpiritalis eodem
Hiſtoria Madian 55.b.
Iudicium Dei pro foribus adeſt eod.
Humana tentatio quomodo accipiatur a Paulo eodem.
Sacramentū euchariſtiæ, Cōio 56.a.

Carnis natura prior prauis facinoribus corrupta eodem.
Menſæ myſticæ participes Deo ſodales ſunt eodem
Proximi quærenda utilitas 56. b.
Venale quicqd eſt manducandũ eo.
Conſcientiam non offendamus ibi.
Libertas quid Paulo eodem.
Paulus anathẽa eſſe cupit,ꝓ frĩbus 57. a.
Philoſophi barbam promittebant, id eſt creſcere ſinebant eodem
Paulus non oĩa mandata ſua lrĩs mandauit eo. Chriſtus ecclĩę caput. eo.
Vir cur caput mulieris 57. b.
Caluitium dedecet fœminam eodem
Indecorꝫ fœĩę ſi caput detexerit orãs eo.
Vir cur præſtet fœminæ 58. a.
Mulier eſſe debet uelata, ut ſit ſeruitutis inſigne eodem.
Mulier ex uiro ibidem.
Ignominia eſt uiro, ſi comã nutriat eo.
Probleuma eodem
Vetus eccleſiæ mos oĩa cõmunicãdi eo.
Chrĩani primũ una cibũ capiebãt 58. b.
Oportet quomodo eodem
Vt particula quomodo ibidem.
Cœna dominica conuictus eodem.
Mos Iudæorum, Pauli mos in diſputando. 59. a.
Immaturæ mortes propter indigne ſumptum corpus Chriſti 59. b.
Superbi ob Spiritusſancti gratiã 60. a.
Vaticinator, et ꝓpheta quõ differũt eo.
Cathecumeni qui ĩſtruunť in Fide eo.
Dæmones quãdo dñm confitenť eo.
Sophia 60. b.
Linguarũ gratia apoſtolis data eodẽ.
Chriſtus caput Eccleſiæ, Eccleſia corpori perſimilis 61. a.
Membrorũ uices, & officia eodem
Membrorũ auxilia ſunt mutua 61. b.
Genitalia membra neceſſaria eodẽ
Oculi neceſſarij ibidem
Inhoneſtũ nil natura uel turpe 62. a.
Membrorũ bona, et mala cõicabilia eo.
Prophetæ etiam in nouo teſtamento, & qui tales fuerunt eodem
Aduerſarijs, id eſt, dæmonibus corpora obſidentibus eodem
Lingua angelorum quid ſit 62. b.
Miracula uel ỽbis, uel oꝑe cõſtare eo.
Macrothymos quis 63. a.
Magnanimitas quæ eodem
Perperos & perperam quid ibidem
Charitas liuore nõ tenet, nõ elatiõe eo.
Charitatis opera 63. b.
Charitatis ſimplicitas eodem
Charitas in futuro ſæculo alijs ceſſantibus permanſura eſt eodem
Facie ad faciẽ quõ exponi debeat 64. a.
Fide in omnes diffuſa prophetiæ euacuantur eodem
Linguarũ & prophetiæ diſcrimẽ 64. b.
Reuelatio ſpẽm habet, ꝓphetiæ eodẽ
Prophetia eodem
Linguarum uarietas 65. a.
Baſilij meminit, qui fuit Athanaſio poſterior eodem
Baſilius, Montani hæreſis eodem
Prudentia ſerpentis, Simplicitas columbæ 65. b.
Fideles ſignis non egent eodem
Linguarũ grã, Nabuchodonoſor 66. a.
Chriſtiani proprium quid ſit eodem
Prophetæ ſileant, ſi uelint 66. b.
Mulier ſileat, & uiro obediat eodem
Sileant fœminæ eodem
Reſurrectio caput eſt, & principium noſtræ Fidei 67. a.
Chriſtianitatis tota uis in reſurrectionis dogmate ſita eſt eodem
Reſurrexit ſecundum ſcripturas cur dicatur 67. b.
Figuræ reſurrectionis eodem
Chriſtus quomodo apparuit undecim Apl'is, & quomodo Mathiæ eo.
Abortiuus Paulus cur eodem
Paulus Fidẽ ſuis dictis conciliat 68. a.
Ex Chriſti reſurrectiõe probatur, & adſtruiť reſurrectio mortuorũ eo.
Reſurrectio mortuorũ adſtruitur ibi.
Corpus etiã glorificandum 68. b.
Reſurrectio mortuorũ deſtruiť eodẽ.
Manichei negabant reſurrectionẽ mortuorum eodem
Regnũ duplex in ſacris literis 69. a.
Donec particula quomodo eodẽ
Baſilius ibidem
Pauli mos in ſcribendo 69. b.
Gregorius Nyſſeus eodem
Marcioniſtarum mos ueſanus eodẽ
Paulus ſemper mori paratus 70. a.

Incredulitas

Incredulitas futuræ reſurrectionis expe
ctandi licentia eodem
Corpus ſplendidius reſurrecturũ 70.b.
Iuſtorũ corpora quantũ differant a cor-
poribus ĩpiorũ in reſurrectõe eo.
Stella a ſtella differt 71.a.
Aniale corpus, Spiritale corpus eo.
Origenis error eodem
Primus Adam, Nouiſſimus Adam 71.b.
Adam quid eodem
Apollinaris error ibidem
Actões carnes nõ hæreditabũt cœlũ. eo.
In ictu oculi quomodo 72.a.
Per tubam in iudicio qd ſignificet eo.
Corruptõ a mortalitate quõ differat. eo.
Scorpius animal 72.b.
Corinthij de reſurrectiõe ſubdubij eo.
Virtutũ faſtigium eleemoſyna eodẽ
Vna ſabbati eſt dies dominicus eo.
Gratia quomodo 73.a.
Paulus ſuam Corinthijs beneuolenti-
am oſtendit eodem
Timotheus promptus ad pericula ſub-
eunda ibidem
Apollo Timothei frater 73.b.
Achaia Græcia eodem
Paulus artis ſcenofactoriæ peritus. 74.a.
Maranatha uox Syra eodem
Officium præceptoris quod eodem

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS.

Paulus ĩ hac Epl'a morã ſuã purgat. 74.b
Paulus Timotheũ nunc filiũ, nunc adiu
torem, nunc fratrẽ uocat eodem
Dauid cantus poſt adeptã uictoriã. 75.a.
Apoſtolorũ, et Prædicatorũ officiũ eo.
Paſſiones huius ſæculi eodem
Preſſuras Dauid portas ĩferi uocat. 75.b.
Sermo vulgaris eodem
Paulus ex conſcientiæ puritate glo-
riatur 76.a.
Sophiſmatum perplexiones eodẽ
Gloriari licebit bonis in die iudicij, 76.b.
Spiritu trahitur Paulus, nec poteſtatem
habet, quo uelit abeundi eo.
Dei promiſſa firma 77.a.
Sacerdotes, & reges oleo ungebant eo.
Ad Fidem nemo cogitur 77.b.
Paulus ſeſe hominum affectibus accom
modans eodem,
Suorum profectu lætatur Paulus 78.a.
Paulus Corinthios prudenter demul-
cens eodem
Suſcipiendi, & conſolandi peccatores,
ne deſperent 78.b.
Paulus obſecrat q̃ poterat iubere eo.
Troades eodem
Euangelium odorum & ſuaue 79.a.
Mulſum ſues, ac cancros p̃focat eo.
Pſeudoapoſtoli eodem
Moyſes ueteris legis miniſter 79.b.
Paulus nouæ legis doctor eodem
Lex ſpiritalis cur ibidem
Litera occidit, Spũs uiuificat quõ eo.
Legis ueteris & nouæ differentia eo.
Cõparatio nõ cadit inter diſſilia 80.a.
Iſraeliticus populus rudis eodem
Teſtimonia quibus Lex uetus erat diſ-
ſoluenda 80.b.
In lege iugũ, In lege noua libertas eo.
In pſeudoapoſtolos 81.a.
Falſi Apoſtoli ſunt etiã qui mali eo.
Infideles euãgelij fulgore excecant eo.
In Marcioniſtas & Manicheos 81.b.
Infidelibus ſenſus excecati eodem
Trinitatem aſſerit Paulus 82.a.
Vas fictile corpus mortale eodem
Via regia ibidem
Mos Pauli in docendo eodem
Apl'i falſi dei gratiã ſibi uendicãtes 82.b.
Exterior homo, homo interior eo.
Inuiſibilia æterna eodem
Corporis incorruptio e cœlo 83.a.
Ineffabil' animi erga corpus affectus. eo.
A peccato oritur corruptio eodem
Non abſtinendum tantũ a malo. ſed ab
omni ſuſpitiõe, & ſpecie mali. 83.b.
Primitiæ noſtræ 84.a.
Secundum carnem uiuere qui dicantur,
& Chriſtus quomodo ſecundum
carnem dicatur uixiſſe eodẽ
Mira mutatio ueteris legis 84.b.
Mira Dei clementia eodem
Apl'us Chriſti loco legatiõe fungit̃ eo.
In Fide ſola non conſiſtit iuſticia, Tem-
pus acceptabile 85.a.
Nemini danda offenſio eodem
Plagis & carcere afflictus Paulus ibi.
Animus adamantinus 85.b.
Non adeundæ tentationes, ſed ſi offe-
rantur tollendæ eodem

Vxoris cõuitia permoleſta eodem
Gaudiũ in æternũ, & ſpiritale ibidem
Omnibus abundat, qui bonis uitæ huius non inhæret 86.a.
Obiurgandi fiducia charitatis eſt indicium eodem
Belial quis ibidem
Infideles idolorum eodem
Deus in pijs habitat, inambulat, obambulat 86.b.
Immũdicia duplex corpis & animi eo.
Sanctificatio quid ibidem
Dei ſola reuerentia libidinis furorem reſoluit eodem
Pecunias ſub obtẽtu prædicatiõis nullas Paulus ſubtraxit eodem
Attende Pauli doctrinæ cõſtantiã 87.a.
Titus eodem. Epipotheſis uox græca, q̃ ſignificat deſideriũ eo.
Præceptor obeſt, ſi peccantibus diſcipulis non cõuiciatur 87.b.
Contritio peccati medela eodem
Inuicem fornicantes, mutua ſe iniuria afficiunt 88.a.
Præceptores Pauli in diſcipulos charitatem imitentur eodem
Timor charitatis expers ibidem
Macedonũ in pauperes liberalitas eo.
Macedones 88.b.
Opes pietatis religionis 89.a.
Macedones ijdem, & Theſſalonicenſes 89.b.
Aequalitas bonorum quomodo fiat inter Chriſtianos eodem
Manna colligentes Hebræi ibidem
Titi laus eodem
Prædicationem Barnabæ Euangelium uocat 90.a. Barnabas eodem
Infirmorum conſcientiam Paulus ueretur offendere eodem
Exẽplis ad bonũ ducũtur hoĩes 90.b.
Fructus eleemoſynæ 91.a.
Eleemoſynã ab inuito extorquẽs eo.
Eleemoſyna confert ad bonorum abundantiam 91.b.
Iuſticiæ noĩe pietas ſignificat̃ eod.
Quomodo utendũ opibus ibidem
Donandum ijs potiſſimum, qui cæteris ſunt meliores 92.a.
Pauli ſancta iactantia eodem
Præceptor ſit ad puniendũ tardus eo.
In ſyllogiſmos Areopagita Pauli conuerſus 92.b.
In falſos, & inſolentes Apl'os 93.a.
Paulus ſeipſum ſuo modo metit̃ eo.
Pſeudoapoſtoli eodem
Diſcipulorum profectu præceptoris fama creſcit, & ampliatur ibidem.
Paulus cur ſe tantopere laudauerit eo.
Serpẽtis aſtutia, Aeuæ ſimplicitas 94.a.
In fallaces Apoſtolos eodem
Sermonis lenocinium ibidem
Paulus ſermõe non ſcia impitus 94.b.
Simulatio ac duplicitas in falſis Apoſtolis eodem
Paulus nemini oneroſus fuit 95.a.
Paulus a donis abſtinens eodem
Cur dona acciperet Paulus ibidem
Diaboli cũ qd ad oñtationẽ gerit̃ 95.b.
Paulus petit ſe tolerari ac ſuſtineri eo.
Inſipientes, qui carnalia iactant ibid.
Corinthij falſis Apoſtolis ſuccumbentes & ſeruientes 96.a.
Non omnes Hebræi Iſraelitæ eod.
Apoſtoli labores eodem
Pauli perſecutiones ibidem
Dominus undiq; Paulo certamina proponebat 96.b.
Paulus nudus & famelicus eodem
Paulus non expreſſit numerũ eorꝫ quos ad Chriſtum cõuerterat ibi.
Areta ſocer Herodis 97.a.
Paulus humanæ ſalutis ardore incenſus mortem fugiebat eodem
Reuelatio pluris eſt quã uiſio ibi.
Paradiſi celebre nomen Apoſtoli tempore 97.b.
Primum cœlum quid ſit, quid ſecundũ, quid tertium eodem
Pauli raptus explicatio eodem
Pauli corpus a dæmone non diuexabatur 98.a.
Angeli Sathanæ ibidem
Paulus ueneris ſtimulo uexatus eod.
Paulus gloriat̃ in infirmitatibus eodẽ
Nunquam gloriandum ni cogat neceſſitas 98.b. Elymas eodem
Nihil neq; Paulus accipiebat, neq; ſuos accipere uolebat 99.a.
Lucas Tito comes additus ab apl'o eo.
Pauli ſumma clementia 99.b.
Pertinaces ĩ vulnere accepto plorãdi. eo.

Paulus minatur Corinthijs 100. a.
Infirmitatis nomine quid Paulus ſignificet ibidem
Stulticiã Paulus appellat p̄dicationẽ eo.
Filius uirtus patris eſt eodem
Veritati aduerſantur, qui delinquentes pœnis non afficiunt 100. b.
Pauli ſæueritas in caſtigando 101. a.
Recti conſcientia nos ſolatur eodẽ
Deus pacis cur ibidem
Paracletus Paulus Spiritum ſanctũ adſtruit, non autem negat 101. b.

AD GALATHAS.

Auſtera Pauli ad Galathas Ep̃la. 101. b.
Neomẽniarũ et ſabbatorũ obſeruatio. eo.
Paulus male audijt φ circũciſionẽ aliq̃n permitteret, aliquãdo non eodẽ
Eccleſia concordiam & conuentionem ſignificat 102. a.
Chriſtus quid eodem
Nequã ſæculũ quid apud Paulũ 102. b.
Galathæ ſeducti a pſeudoapoſtolis eo.
Marcioniſtæ 103. a.
Quatuor Euangeliſtarum unum eſt Euangelium eodem
Marcion hæreticus ibidem
Sacerdotes Angeli dicũtur eodem
Nullam eſſe cuiuſquã dignitatis habendam rationẽ, ubi de Fide agiẽ ibi.
Euangelium Paulo reuelatum 103. b.
Eccleſiam perſequebaẽ Paulus, zelo legis & Dei, non odio eodem
Detractores Paulum diſcipulorũ diſcipulum uocabant 104. a.
Cleophes & Ioſeph Germani fuere eo.
Ioſeph b̃tiſſimæ uirgi loco p̃ris fuit eo.
Titus & Barnabas Pauli ſocij 104. b.
Paulus cur Hieroſolymã reuerſus eo.
Cur ab Apoſtolis quibuſdam permiſſa circumciſio ibidem
Circumciſio permiſſa ab Apoſtolis per indulgentiam 105. a.
Deus hominum, perſonarumq́ non eſt acceptor eodem
Paulus ſe Petro parẽ demõſtrat 105. b.
Cur Petro Paulus reſtiterit eodem
Petrus timebat a Paulo reprehendi eo.
Paulus non accuſauit Petrum de hypocriſi ut quidam putant eodem.
Iacobus ep̃us Hieroſolymitanus 106. a.
Quidã non Petrum, ſed Cepham unum ex duobus, & ſeptuaginta a Paulo uolunt reprehenſum 106. a.
Chriſtus cũ Gentilibus ueſcebaẽ eod.
Animam Lex non ſanctificat ibi.
Lex inanis reddita, & ſupuacua 106. b.
Legi mortuus eodem
Contra Arrianos 107. a.
Ex Fide non ex lege ſanctitas eodem
Crucem potiſſimũ affert ibidem
Spiritus eſt ſigna ædere eodem
Hæretici pœnitentiã tollentes 107. b.
Abrahæ filij qui eodem
Fides lege prior, Lex peccati cauſa eo.
Lex a Fide quomodo differat 108. a.
Chriſtus maledictum effectus, ut gentibus innoteſceret eodem
Fides teſtamentum aliquid ibidem
Semen Abrahæ Chriſtus 108. b.
Lex cur tradita eodem
Lex a Chriſto lata ab eodem abrogari potuit eodem
Lex parietis loco erat ibidem
Baptiſmo abluti priuatam abiecere naturam, & induerunt figuram, & formam nouam 109. a.
Elementa mũdi quid Paulus uocet eo.
Adoptati a patre, & cohæredes a filio facti 109. b.
Dierum obſeruatio idolatria eſt eo.
Græci philoſophi ibidem
Neomeniæ eodem
Fratres omnes ex Baptiſmo 110. a.
Galatharum in Paulum ſumma beneuolentia eodem
Recta æmulatio ibidem
Apoſtolus Galatas iterum parturiens quomodo 110. b.
Legis utilitas eodem
Fides nobilitat ibidem
Iſmael ex ancilla ſuſceptus eodem
Agar Lex uetus eodem
Lex ſeruilis erat 111. a.
Sara ſuperiorẽ Hieruſalẽ ſignificat eo.
Menſa myſtica ibidem
Eccleſia Saræ inſtar eodem
Iſaac, Iſmael eodem
Lex deſtructionẽ ſibijpſi inducens eo.
Legis moleſtiæ, & iugum 111. b.
Fides quæ charitate caret, otioſa eſt eo.

Paulus de hypocriſi reprehenſus 111.a.
Aliud circūcidere ex diſpenſatiōe, aliud circumciſionē prædicare eodem
Cupiditas mater oīm hæreſum 112.b.
In Manichæos eodē. Terreſtris contēplatio ſpiritali cōtraria ibi.
Aemulatio bona 113.a.
Charitas radix bonorū omniū eo.
Carnem crucifigere 113.b.
Peccanti non ſtatim admouenda eſſe ſupplicia eodem
Cathecumeni 114.a.
Cur a diſcipulis Chriſti iuſſit alimenta præceptoribus deferri eodem
Seueris, id eſt, ſeminaueris ibidem
Morbi ex nimio luxu eodem
Eleemoſyna & Gentilibus, & Iudæis præſtanda ibidem
Paulus ſcribendi imperitus 114.b.
Quomodo quis gloriari dicatur in cruce domini eodem
Mundus quid ibidem
Stigma Chriſti in Paulo quomō 115.a.
Fratres oēs ſumus baptiſmo effecti eo.

AD EPHESIOS.

Epheſus ubi, Ioānes apud Epheſū mortuus, Phī clari apud Epheſū 115.b.
Epl'a ad Epheſios referta myſterijs eo.
Mundi conſtitutio 116.a.
Sanctus immaculatus eodem
Adoptione dignos dei charitas fecit. eo.
Deus an ſit gl'iæ cupidus, & quō eod.
Chriſti aduentus incomprehenſibilis eſt ſapientiæ 116.b.
Ob Iudæorum contumaciam acciti gentiles eodem
Gentiū uocatio ſuperne p̄deſtinata eo.
Spiritus nobis pro pignore datus 117.a.
Pauli charitas eodem
Paulus Fidem ubiq; cum charitate coniungit 117.b.
Baſilius eodem
Fides nr̄a ex maxia dei uirtute ibidem
Chriſti celſitudo 118.a.
Chriſtus caput Eccleſiæ eodem
Eccleſia Chriſti perfectio ibidem
Mors corpea ab Adā initiū ſumpſit eo.
Spiritalis a nobiſipſis defluxit eo.
Diabolus princeps aeris 118.b.
Diabolus cur princeps aeris dicatur a Paulo eodem
Caro culpanda non eſt, ſed mens, & cogitatio ibidem
Iræ filij quomodo eodem
Baſilius in Mattheum 119.a.
Angeli humanā naturā uenerant eo.
Non creati ſumus ad otium ibidem
Iſraelitæ ſancti, et Deo familiares 119.b.
Gentes, & Iſraelitæ in unum per Fidem conuenere eodem
Gētes ut ſerui Iſrael'. ut filij deliq̄rūt. eo.
Iſraelitarum ingenuitas 120.a.
Maceria, i. murus, uel ſeptū lapideū eo.
Lex Dei decreta eodem
Gentiles, & Iudæi in lapide angulari conſtituti ibidem
Aduenæ qui & hoſpites 120.b.
Myſtica ſtructura templi Dei eodem
Chriſtus angularis lapis cur ibidem
Paulus uas electionis 121.a.
Prophetæ noui teſtamenti eodem
In euāgelij miniſterio tria p̄ſtanda. 121.b.
Eunomius hæreticus eodem
Vocatio gentium latuit, & Angelos, & Archangelos ibidem
Fides fiduciā adiecit, & cōfidentiā. 122.a.
Conſtantiā præcipue Epheſijs p̄cat eo.
Homo interior 122.b.
Gregorius Nyſſeus eodem
Charitas omnē ſcientiā antecedit eo.
Adoptati gentiles ibidem
Humilitas mater omniū uirtutū 123.a.
Spiritus unanimitatis auctor eodē
Spiritus pro animi p̄mptitudine eo.
Contentus eſto data tibi gratia, ne quid ultra ſcrutare 123.b.
Paulus Samoſateus, & Neſtorius eo.
Apoſtolos, p̄phetis p̄ponit Deus 124.a.
Chriſti plenitudo eodem
Varias doctrias uētos Paul'. uocat. 124.b.
Præceptoris officiū etiā abſterrere eo.
Inſenſibilitas & dementia ex uitæ impuritate 125.a.
Permitti & deſeri a Deo quomodo quis dicatur, & nota eodem
Virtus ſtabilis ueritatem præfert, delictum falſitatem ibidem
Homo nequitia 125.b.
Homo uirtus eodem
Nouus homo ibidem.

Iracundia quæ ſine delicto eodem
Sapron, id eſt marcidum 126.a
Sermo de Deo eodem
Equus & ſeſſor eodem
Filij ex ipſa dilectione 126.b
Vitia uitanda, Ex ſermone ingreſſus ad res ipſas eodem
Hoſtis frendens 127.a
Gentiles hanc cœli, & terræ ſtructuram uenerabantur eodem
Filij diffidentiæ qui eodem
Filius lucis quis 127.b
Similitudo apta eodem
Peccatis immerſus eodem
Vini immoderata potatio iracundos facit. 128.a
Dictum Terentij eodem
Deus maximam habuit matrimonij curam 128.b
Viro ſubiecta ſit uxor eodem
Chriſtus eſt eccleſiæ caput eodem
Vxoris improbitas toleranda eodem
Amor in uxorē qualiter eſſe debeat 129.a
Eua eodem. Adam eodem
Vxor optimis moribus formanda. eo.
Vxori cohabitandū, & cohærendū eo.
Vxor non appetat principatum in domo 129.b
Patri mala iubenti nō eſt parendū eo.
Legis mandata ſine merito eodem
Teneris annis ſermonis prolixitas non conuenit 130.a
Non monachorū tantum, ſed cuiuſcūq; Chriſtiani eſt literis intendere eodē
Serui qualiter tractandi & amandi eo.
Seruorum fides 130.b
Paulus ſermonē attēperat, et uariat eo.
Seruitus non eſt a Deo inſtituta eodem
Machinationes diaboli eodem
Mundus quid in ſacris literis, dæmones quibus imperant 131.a
Dies malus dies iudicij eodem
Standum poſt uictoriā ne uictus reſurgat in uictorem eodem
Lumbi in animantibus, id quod, Carinę in nauibus eodem
Hæretici humi reptant 131.b
Renes qd ſignificent in ſacris literis eo.
Fides pro ſcuto eodem
In ſophiſtas eodem
Abrahæ fides eodem
Gladius ſpiritalis Dei uerbū 132.a
Continue orandum eodem
Apoſtoli ſumma humilitas eodem
Cultor Dei fiduciam præfert 132.b
Tychicus, Baſilius eodem
Corrumpi quomodo eodem

AD PHILIPPENSES.

Philippenſes qui 133.a
Iudæos canes nuncupat Paulus eodem
Cur ſe Apoſtolum in quibuſdam uocat Paulus, in quibuſdam non eodem
Epiſcopi ſacerdotes eodem
Epiſcopi uocabant̄ diaconi tantū, Preſbyteri Epiſcopi dicebantur eodem
Dona dei fugbię cauſa ſunt icautis 133.b
Suppeditans opem bene agenti, quid aſſequatur eodem
Deus non operatur niſi in uolente eo.
Paulus Neroni eodem
Cur Deū teſtem aduocet Paulus 134.a
Amandum cum iudicio eodem
Amandi fideles eodem
Odio digni infideles eodem
Adulterinum dogma eodem
Iuſtitia genus uirtutis 134.b
Adulterina & falſa dogmata 135.a
Apocaradocia eodem
Paulū in uincula coniecit Nero eodem
Non oīa alienis precibus ꝑmittenda eo.
Vita quot modis 135.b
Mori Paulo lucrum erat eodem
Vita non mala, ſed uitæ abuſus eodem
Excelſa mens Pauli eodem
Contemnenda pericula, & mortes 136.a
Sine Deo nihil rectum fieri poſſe eodē
Ad unanimitatē hortat̄ Philippēſes eo.
Inanis gloria parit inuidiam 136.b
Opinionē ꝑſumptā faluti cōducere eo.
Marcion hæreticus eodem
Marcellus eodem
Photinus eodem
Sabellius eodem
Arrius eodem
Apollinaris eodem
In hæreticos pulchra, et acuta diſputatio eodem. Apollinaris hæreticus 137.a
Marcioniſtæ delirantes eodem
Chriſtus ex anima, & corpore, & diuinitate conſtabat eodem

Chriſtus non unus e multis, ſed ex multis unus eodem
Mors crucis quibus deberetur 137.b
Filij exaltatio patris gloria eodem
Paulus non tollit liberũ arbitrium 138.a
Ingrati eſt murmurare eodem
Mortẽ Paulus appellat imolationẽ eo.
Timothei Apoſtolatus 138.b
Epaphroditus eodem
Paulus attemperat ſe audientibus 139.a
Epaphroditus eodem
Iudæos canes uocat 139.b
Sabbatum propter circuncisionem ſoluebatur eodem
Vera circunciſio eodem
Paulus etiam ex circunciſis eodem
Proſelytum, id eſt aduenam eodem
Tribus Beniamin cęteris teſtatior 140.a
Phariſeorũ ſecta probatiſſima eodem
Phariſei eodem
Gratia legem ſuperat eodem
Lex inutilis emergente gratia 140.b
Natiuitas Chriſti excellentior eius reſurrectione eodem
Chriſtiani efficimur per paſſiones eo.
Reſurrectionis modus eodem
Paulus ſemper prouidens in uirtute, nec retro aſpiciens 141.a
Certamen Pauli eodem
Crucis inimici qui 141.b
Cultus uentris eodem
Venter quibus Deus ſit eodem
Corpus idipſum permanens tranſfigurabitur eodem
Futura glorificatio corporis noſtri eo.
Errare eos q Paulo uxorẽ tribuũt 142.a
Lõge a prima ecclia degenerauimus eo.
Scripti in libro uitæ qui eodem
Gaudere in domino eodem
Orationes ad Deũ quid cõferant 142.b
Pax mentem omnem excedens eodem
Prouidentia bona corã hominibus eo.
Beatius dare q̃ accipere 143.a
Merces debita repudianda nõ eſt eodẽ
Luxuries multos præcipitat eodem
Pauli prudentia 143.b
Extollit data ſibi munera Paulus eodẽ
Timotheus Paulo unanimis 144.a

AD COLOSSENSES.

Epiſtolæ Pauli in uinculis ſcriptę, maxime pollent ſanctimonia 144.b
Dogma quibus implicantur Coloſſenſes eodem
Coloſſæ Phrygiæ ciuitas iuxta Laodiceam eodem
Euãgelicus ſermo, ueritatis ſermo 145.a
Amor ſtabilis, qui ex ſpiritu cõſtat eo.
Quo pacto quis Dei filius efficiatẽ 145.b
In triſtitia agi debent gratiæ 146.a
Hominẽ imaginem Dei appellare 146.b
Quomodo Paulus opiniones Coloſſenſium refutet 147.a
Verba Ioannis Euangeliſtæ eodem
Chriſtus ante omnia genitus 147.b
Quæ conciliata dicantur eodem
Paulus Euangelij miniſter 148.a
Per Dei diſpenſationem miniſteriũ Dei ſignificari 148.b
Circũciſio p ſpiritũ ſanctũ facta 150.a
Chriſtus chyrographũ peccati ſua morte deleuit 151.a
Chriſtus non ab re palam mori uoluit, occulte uero reſurgere eodem
Chriſtus eccleſiæ caput 152.a
Per baptiſmũ Chriſto cõmorimur eo.
Baptiſmus mergendo mortẽ denũtiat, emerſiõe ỽo reſurrectionẽ figurat eo.
Præſens uita eſt mors 152.b
Daniel uir deſyderiorum eodem
Vetus homo 153.a
Chriſtus & omnia in omnibus, & omẽs unum ſumus in ipſo 153.b
Debemus his, qui digni ſunt, more parentum indulgere eodem
Benefaciendum his, qui nos oderunt, & hoc charitate eodem
Quod iũcturæ, & nerui in corpore hoc charitatis in bono opere eodem
Pax humana uel obſtando, uel uindicando iniurias plerũq; perſicitur, Chriſti uero pax nõ niſi in tolerando 154.a
Sacrarũ literarũ ſtudiũ ad quid utile eo.
Homines Deum pſalmis efferunt, angeli hymnis eodem
Obſequiũ mulieris erga uirũ quale 154.b
Parẽtibus in qbus nõ eſt obediendũ eo.
Seruitutem quæ lege obuenerit, Chriſti timore libenter exhibere liberi hominis eſt potius quam ſerui 155.a
Acceptio perſonarũ nulla apud Deum

quomodo

quomodo eodem
Diabolus nos ab oratione conatur ab-
ducere eodem
Ex his perpenditur quantũ ualeat depre
catio iuſti aſſidua, & ea præcipue quę
fit cum gratiarũ actione 155.b
Sermo ſale conditus non ſcurrilis eodẽ
Aliter huic aliter illi reſpondendũ eo.
Oneſimus ſeruus Philemonis 156.a
Vide, & uidete apud Paulum quõ 156.b
Archippus 157.a
Iniuria cedit in gratiam eodem

AD THESSALONICENSES.

Non perſuaſionibus, ſed Diuina uirtu-
te ad fidem traducimur 157.b
Vt ſigna, & inſpiratio cõfirmant fideles
ſic qui prædicantibus inferuntur an-
gores, fidem aſtruunt 158.a
Qui cũ hilaritate animi mala tolerat, do-
minum ſectatur eodem
Magnũ fidei ſtabilimentũ, quę ab infide
libus inferunt̃ mala nõ timere 158.b
Solus Deus interna dijudicat 159.a
Magna doctoris cõmendatio, qui prout
cuiq; opus eſt, ad ſermonem accom-
modat 159.b
Iudæi non quaſi ignorantes, ſed ueſania
moti ſæuierunt in dominũ eodem
Sicut ira Dei fuit a principio Iudęis pro
phetarum uaticinijs intentata, nec fi-
nem ſit habitura neceſſe eſt 160.a
Qui in Chriſto uiuere uolunt, perſecu-
tionem patiuntur 160.b
Vis amoris etiam quæ certa ſunt, & fir-
ma, ſuſpecta reddit, & dubia eodem
Quemadmodũ congruebat ipſos Apo-
ſtolos, ſicut & alios ſanctos Prophe-
tas incognita quædã neſcire, ita & ui-
tæ rectitudinem nõ ſtatim ope Diui-
na fretos, ſed labore cõquirere 161.a
Quæ ſecundũ Deum eſt beneuolentia,
nõ hunc, uel illũ, ſed omnes cõplectit̃
ita ut in om̃es æque ſe diffundat 161.b
Cõtinentia, quæ facit unũquenq; uas ſu
um in ſanctificatiõe poſſidere, exerci
tatione, & cõſuetudine cõparat̃ 162.a
Deus unã unius eſſe uxorẽ cõſtituit eo.
Cum ſoluta, uel etiã proſtituta uelle cõ-
gredi damnabile eſt eodem
Momentaneum eſt quod delectat, æter-
num quod cruciat eodem
Deus ob ſui contemptum potiuſquam
ut eum qui male perpeſſus eſt, ulciſca
tur, poenas irrogat eodem
Apoſtolus uita functos eo q̃d aliqñ ſu-
ſcitãdi ſint, dormientibus cõfert 162.b
Oim q̃dẽ eſt futura reſurrectio, ſed fide
liũ tm̃ etiã honorabilis, & glĩoſa 163.a
Soli fideles in iudicio ſunt in aera ſuble-
uandi, & ita priores reſurrecturi eo.
Nõ eſt noſtrũ, immo nec ipſorũ Aplõ-
rũ reſurrectionis tp̃s cognoſcere eo.
Ex his palam eſt quantũ cuiq; conducat
ſui finis ignoratio 163.b
Sobrietas, & uigilãtia ad beate uiuendũ
cõducunt quidẽ, ſed his dũtaxat, q bo
norũ operũ thoraœ ſe muniũt 164.a
Quod capiti eſt galea, hoc ſpes mẽti eo.
Qui Chriſtũ dilexerit, eum qui ſibi præ
ficitur, & honore, & beneuolentia p-
ſequatur neceſſe eſt 164.b
Si delinquentem acerbiori quodãmodo
caſtigaueris ptinaciorem efficies eo.
Magna merces in illo manet, q nullas ul-
ciſci iniurias, ſed beneficium potius
uel his qui ſe læſerint, exhibere ſeſe
cognouerit eodem
Spiritus non extinguendus 165.a
Hois natura ex Gregorio Nyſſeo eo.
Obtrectatio apud ueteres Chriſtianis for
midoloſa eodem

IN EPISTOLAM AD THESSALO-nicenſes ſecundã, annotata.

Ad Theſſalonicenſes cur itetum Pau
lus 165.b. Reſurrectio futura eo.
Qui unũ, reiectis cęteris, amore pſequit̃
ſpreta charitate diſſidiũ ſectat̃ 166.a
Non probat̃ modico patientia, ſed diu-
turna malorum tolerantia eodem
Corona ex preſſuris eodem
Si, conditionalis interdũ affirmat 166.b
Optima conſolatio eodem
Cruciatus infernales æternos fore, licet
Origeniſtæ oppoſitũ ſenſerint eodẽ
Sola illa uenit fides dicenda, quæ re, &
actionibus nititur 167.a
Non eſſe apud illum opus fidei, qui pa-
tientia careat eodem

Antichriſtũ

Antichriſtum ipſum,& diſceſſionem & peccati hominem, filiumq; perditionis apte nuncupari 167.b
Antichriſtus idola ſi fuerint, euertet eo.
Non debet quis ſe fruſtra periculis obijcere eodem
Credēdū ē furori, niſi fides urgeat 168.a
Monarchiarum uiciſſitudo eodem
Charitatē ueritatis Chriſtū (ut qui utrūq; præ ſe tulerit) nō iniuria dici 168.b
Fides eſt donum Dei eodem
Quæ ſunt nobis eccleſiæ traditione, ſeu uiua uoce tradita, non ſecus atq; illa, quæ ſcripſit Apoſtolus ſunt fide digna 169.a
Spes futurorum eodem
Non omniū eſt fides, ſed eorū duntaxat qui ut crederent digni ſunt eodem
Licet omnia ſint a Deo haurienda, nō tamē ideo fruſtra ſunt labores, quos impendimus 169 b
Pecuniarū, & inanis gloriæ deſyderium a charitatis tramite nos retrahūt eo.
Cauenda ſummope ſegnities, & inertia ꝑ qua etiā a ſancto ſecedendū ſit eo.
Magnū ſupplicium peccantibus ab hominū conuerſatione ſeiungi 170.a
Nonnullos idcirco premit inopia, ut ea qua fuerimus in eos uſi clementia, noſtris uulneribus mediatur 170.b
Nil pace deſyderabilius eodem

AD TIMOTHEVM.

Maxima dignitas Apoſtolatus 171.a
Benignos oportet eſſe præceptores erga diſcipulos obſequentes contra, & cætera 171.b
Interminatis genealogijs non eſſe inſiſtendum eodem
Finis præcepti charitatis 172.a
Integerrima charitas quæ eodem
Iuſto non eſt lex poſita eodem
Cur Deus Paulum, & non Iudam prouexit 172.b
Deus opaſ in nobis & uelle & poſſe eo.
Non fungiſ digne prędicatoris munere niſi qui mundana cōtempſerit eodē
Obſeruatio mandatorum prodit ex charitate 173.a
Solus Deus eſſentialiter ſapiens, homo uel angelus participatione 173.b
Non debent ad prælaturam prouehi, niſi digni eodem
Hæc in docente neceſſaria, uita irreprehenſibilis, & ſana doctrina 174.a
Nemini nocet ſathan, niſi Deo permittente eodem
Curioſa ſcrutatio dæmoniorū eodem
Sacerdos omnibus pater eodem
Orationis fructus 174.b
Belli, tentationumq; uacatio pleriſq; in malum cedunt eodem
Tria belli genera eodem
Omnes precibus iuuare, & naturæ conſonum eſt, & Deo gratiſſimū 175.a
Mediator Dei, & hoim Chriſtus eodē
Chriſtus uoluntarie moritur, nō neceſſitate eodem
Apoſtolatus dignitas eodem
Mulierū ornatus q̄liter eſſe debeat 175.b
Non licet mulieri etiā de ſpiritalibus in eccleſia quicquam diſſerere eodem
Priſcilla Apollo inſtruxit. Sicut mulier poſt uirum condita, ita & iure ſubdita 176.b
Continentia coniugibus nōnunquam ſeruanda eodem
Qui ut proſit potius quam præſit, Epiſcopatum deſyderat, bonum opus deſyderat 176.b
Epiſcopus ea uirtute ſplendeat, ut nec ſibi ſit mali conſcius, nec criminis accuſari ualeat eodem
Qui uult alienos ſibi morigeros reddere, ſuos frenet & inſtruat 177.a
Vix bene fungitur præceptoris officio, qui diſcipulus eſſe nō didicerit eodē
Excepta cōſecrationis cerimonia ſacerdotes ſunt epiſcopis æquales eodem
Non licebat antiquis ingreſſuris templū uinum bibere 177.b
Non debet recens conuerſus ad miniſtrandum admitti, niſi proceſſu temporis probus appareat eodem
Sobrietas mulieribus maxime neceſſaria eodem
Hæc eſt inter legem & eccleſiam diſcrepantia, q illa figuras, & umbras complectebatur, hæc ueritatem 178.a
Apoſtolus futuram hæreſim calamitatem denuntiat eodem

In eos inue-

In eos inuehit̃, q̃ nuptias dãnabãt 178.b
Bona nubentium, caſtitas melior uirgi-
num eodem
Damnatur luxus, nõ quia impurus, ſed
quia animã perdat eodem
Vt corporali alimento quotidie nobis
eſt opus, ita & ſpirituali 179.a
Non eſt cum peruerſo, & incorrigibili
multis agendum eodem
Corporalis exercitatio parũ utilis eo.
Deus uult omnes ſaluos fieri eodem
Non eſt auxiliũ niſi a domino eodem
Manuũ impoſitio prodeſt plurimũ eo.
Seniores etiam ſi deliquerint, non ſunt
increpandi eodem
Cauendum non tantum malum ipſum,
ſed & mali ſuſpitio 180.a
Vidua delitijs, & luxui dedita uiuit qui-
dẽ corpore, ſpiritu tñ eſt mortua eo.
Quæ ſint uiduarum numero annume-
randæ 180.b
Fides p charitatem operans (etſi miracu-
la nõ ædat) hoiem ſanctũ reddit eo.
Quales eſſe debeant, qui præſunt 181.a
Abundare debent neceſſarijs, qui alios
inſtruunt eodem
Sermone quo cæteri inſtruantur magis
opus eſt, q̃ optimo uiuendi gñe eodẽ
Delatores in ſenem non ſunt facile ad-
mittendi eodem
Qui delinquere perſeuerat, debet in pro
patulo redargui 181.b
Non ſunt, niſi q̃s diligenti cura ꝓbaue-
ris, ad ſacros ordines ꝓmouendi eo.
Cur Paulus, qui mortuos ſuſcitabat. Ti
mothei morbo nõ medebatur 182.a
Cõuerſio ad fidem corporis ſeruitutem
non tollit eodem
Præceptor medici more nunc exaſperat
mox leniat 182.b
Contentioſos cum ſemel, aut bis increpaueris, miſſos facito eodem
Nõ quia diues ſit quiſpiã, incidit i laque
os diaboli, ſed qa uult diues fieri 183.a
Non facile Chriſtum ſectabitur, qui pe-
cunijs inhiat eodem
Spinæ corpus lacerãt, mentẽ diuitiæ eo.
Dominus eſt immortalis ex ſubſtantia,
angeli uero nõ natura, ſed gratia 183.b
Diuitiæ diffidentiã pariunt, & inſolen-
tiam eodem
Prophanas uocum nouitates, & inanes
doctrinas uitandas eſſe 184.a
Progenitorum pręclara facinora ſunt ſi
lijs (ſi recte ſe geſſerint) gloriã allatu-
ra, ſin ſecus ignominiam 185.a
Ignem ligna nutriunt, ſpiritus gratiã, ſtu
diũ & uigilãtia eo. Spũs timoris eo.
Spiritus ſancti beneficio Deum ut pa-
trem colimus eodem
Ne ducas ignominię ſi innocens pateris
ſed gloriæ eodem
Si homo promptam uoluntatem offerat
Deus uirtutem infundit 185.b
Pauli patientia 186.a
Oneſiphori commendatio eodem
Duo neceſſaria præceptori, fidelem eſſe
& alios inſtruere 186.b
Militans Deo quid ſubire, & a quibus
abſtinere debeat eodem
Non eſſe ignominiæ ducendũ, ſed gl'iæ
filiũ Dei fuiſſe mortẽ ꝑpeſſum 187.a
Non poteſt corporeis uinculis ſermo di
uinus intercipi eodem
Qui fuerit Chriſti paſſionũ ſocius, erit
& conſolationis 187.b
Vbiq; Paulus pudorem magnificat eo.
Nõ eſt ſpecioſa laus in ore pc̃tõris 188.a
Iuuenilia deſyderia eodem
Stultæ quæſtiones 188.b
Hæreticos, & eo maxime quibus mede-
ri nõ poteſt, miſſos facito eodem
Omniũ malorũ radix amor ſui 189.a
Qui ſic ſe curat, ut proximũ negligat, ſi
bi ipſi nocet eodem
Qui ſibi non eſt boni conſcius, omnes
carpit eodem
Pietatis commendatio eodem
Mulierum inconſtantia 189.b
Magi temporibus Moyſi eodem
Oſtentationem & iactantiam uitandas
eſſe 190.a
Qui uolũt hanc uitã ſecundum Deũ du
cere; perſecutionibus atteruntur eo.
Humana ſcientia ad fallacias erudit, Di
uina ad ſalutem 190.b
Nihil eſt quod ſcripturis nequeat diſſol
ui eodem
Emendatio moꝝ ex ſcripturis parat̃ eo.
Oportune, & iportune eſſe p̃dicãdũ eo.
Omnibus modis enitendum, ut peccan-
ti medeatur 191.a

Quæ ſit in-

Quæ ſit inter immolationem, & delibationem differentia eodem
Qui pro mundanis decertant, momentaneam mercedem accipiunt, qui uero pro cœleſtibus æternam 191.b
Aduentus domini bonos lætificat, terret iniquos eodem
Duplex aduentus eodem
Creta demandata Tito eodem
Nullius precij homines in eos quos uexandos acceperint, acerbiori quodãmodo deſeruiũt, q̃ uirtute p̃diti 192.a
Paulus a Nerone occiſus eodem
Neronem lenonem uocat Paulus 192 b
Non eſt fœmineum genus (ſi ſe uirtuti addixerit) ad pleraq; bona exequẽda minus aptum q̃ uirile eodem
Si nos gratia muniat, nihil quod moleſtum ſit ſubire poterimus 193.a

AD TITVM.

Titus Cretæ Epiſcopus 193.a
Malos pleriũq; corripimus, nõ quia ſperemus meliores fore, ſed ne alios perdant eodem
Non omnis ueritatis, ſed eius quem ſecũdum pietaem eſt cognitio nobis in beneficium cedit 193.b
Non ob id ſumus fidem conſecuti, q̃ Iudæi reſpuerũt, ſed quia prælecti eo.
Partitio diſcipulorum Chriſti 194.a
Communis utilitas facit Epiſcopũ multa intermittere eodem
Quæ per ſe faciebat Paulus 194.b
Bigamus licet crimini non eſt obnoxius ordinari non debet eodem
Contumaces terrendi eodem
Quibus dolabris nititur diabolus domũ Dei euertere 195.a
Epimenides eo. Ara ignoti Dei eodẽ
Vertigo capitis 195.b
Senes quales eodem
Senectus uini cupidior eodem
Verbum Orthodoxum 196 a
Seruorum genus plerunq; perturbans improbum 196.b
Duplex aduentus Chriſti, primus humilis, ſecundus in gloria, Primus gratiã confert, Secundus præmia eodem
Obedientia erga principes 197.a
Iudicare de proximo eodem
Deteſtabilis libido in pueros eodem
Baptizari eſt denuo naſci eodem
Spiritus uniuerſa confecit 197.b
Stultæ genealogiæ uitandæ eodem
Q̃ diu mali emendationis ſpem aliquã præferunt, non ſunt oĩno uitandi eo.
Fructus eleemoſynæ 198.a

AD PHILEMONEM.

Philemon eodem
Quis ſit huius epiſtolæ fructus, & utilitas 198.b
Non ſunt etiã pietatis prætextu ſerui in uitis dominis ſubtrahendi eodem
Archipus quis eodem
Fides ſine operibus mortua eſt eodem
Oneſimũ filium ſuum uocat 199.a
Peccati cõfeſſio iram extinguit eodem
Attende Pauli beneuolentiam in Philemonem eodem
Quæ ſit uis orationis 200.a
Humilitas ſectanda proponitur eodem
Ep̃la ad Timotheũ poſt hãc ſcripta eo.

AD HEBRAEOS.

Paulus a Nerone uita ſublatus eſt 200.b
Mundo iam in malũ deſperabiliter prolapſo miſit Deus filium 201.a
Quomodo filius eſt patri coæternus, & conſubſtantialis eodem
Samothei error coarguitur eodem
Non eſt ſol ſine radijs, nec pater ſine filio poteſt intelligi eodem
Sabellius & Marcellus hæretici 201.b
Epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli eodẽ
Quæ ſunt nobis morte Chriſti collata beneficia 201.b
Quid ſit filium ſedere ad dexteram patris 202.a
Chriſtus quomodo dicatur factus eo.
Hodie æternitatem ſignificat eodem
Arrius 202 b
Non eſt datus Chriſtus ad menſurã eo.
Mundi tranſformatio eodem
Filius eo iudex eſt futurus, ut eum pater honore afficiat 203.a
Plurimam eſſe Deo de nobis ſuſceptam curam eodem

Angeli miniſtri eodem
Multis miniſtrãdi officijs angelos erga homines fuiſſe perfunctos eodem
Spiritusſancti gratiam non omnibus indifferenter dari 203.b
Eo Chriſtus paulominus ab angelis imminutus dicit, quia mortuus 204.a
Filius Dei miſſus, p uniuerſo orbe eo.
Neſtoriani eodem
Cur gloriam dicatur dñs accepiſſe, cum eã natura ſibi haberet ingenitã 204.b
Diabolus hiſdem armis eſt occiſus, quibus hominem perdiderat 205.a
Semen Abrahæ eodem
Iudæorum præconium 205.b
Quantũ Chriſtus Moyſi præſtet, & antecellat 206 a
Expectanda præmia eodem
Præter Ioſue & Caleph omnes ſunt fere in deſerto perditi eodem
Tribus modis quieſcimus 206.b
Non ſunt eorum, quę per Deum gerun tur, exigendæ rationes eodem
Non permittitur quis in diffidentiam cadere, niſi prius a Deo deſciſcat eodẽ
Fallacia peccati eo. Caleph 207.a
Terra promiſſionis eodem
Caleph, & Ieſu eo ꝙ ſeditioſis non aſſenſerunt Paleſtinã ſunt ingreſſi 207.b
Sabbatum requies eodem
Tertia requies regnũ cœlorum eodem
Per requiem, cuius Dauid meminit, intelligitur cœleſte Imperium 208.a
Fides ſe ſola non poteſt nos ad cœlũ ſub uehere eodem
Imperator exauctorat ob delictũ eodẽ
Præſentia magis monent eodem
Qualis eſſe debeat noſtræ ſpei confeſſio 208.b
Duo throni nobis adeundi, gratię unus alter iuſtitiæ eodem
Non eſt poſt hanc uitam gratiæ, aut clementiæ locus eodem
Nouũ teſtamentũ ueteri pſtantius eo.
Ex errore & ignorãtia omne malum gignitur 209.a
Nemo pontificium munus aggrediatur niſi a Deo uocatus eodem
Aaron per Moyſem accitus eodem
Ego hodie genui te quomodo eodem
Sacerdos in æternũ Chriſtus Deus 209.b
Melchiſedech ſacerdotij Chriſti typum geſſiſſe eodem
Quõ ſacerdotiũ Chriſti ſit æternũ eo.
Chriſtus aſſumptam carnem nunquam diuiſit eodem
Magna obedientiæ uis, Paulus cupitubiꝗ prodeſſe 210.a
Perfectio ex maloꝶ tolerãtia gignit eo.
Lac & cibus ſolidus 210.b
Senſuum exercitatio eodem
Pauli mos in ſacris tractandis eodem
Neceſſe eſt eum pœnitere uitæ præteritæ, qui nouam uult inchoare 211.a
Variæ baptiſmatũ ſpecies quondã eo.
Donum cœleſte, Spiritusſancti participatio quid eodem
Baptiſmus non iteratur 211.b
Cum in aquam baptiſmatis imergimur, Chriſto conſepelimur eodem
In græcos Philoſophos, Peccata ſpinis & tribulis apte comparantur eodem
Charitatem eleemoſyna roborat 212.a
In quolibet ſtatu ſalus acquiritur, modo fides aſſit operibus roborata eodem
Paterno affectu docet Paulus nõ authoritate 212.b
Quo magis animi magnitudine pollet quis, eo acrius uexari permittitur, ut eius fides innoteſcat eodem
Fides patientiam gignit eodem
Expectandus Deus, qui non ſtatim implet promiſſa eodem
Abrahæ longanimitas 213.a
Deo uel iniurato credendum eodem
Spes ſi intentionum tempeſtas ingruerit (uelut anchora nauigium) ſtabiles nos reddit eodem
Spei uis quanta 213.b
Nouũ a ueteri teſtamento Paulus ubiꝗ cupit diſcernere eodem
Melchiſedech Abraham dignitate anteibat eodem
Melchiſedech, qui rex iuſtitiæ dicitur, figuram Chriſti prætulit 214.a
Melchiſedech parentes habuit, ſed obſcuros eodem
Cur dicat Melchiſedech eſſe ſine patre, & ſine matre eodem
Chriſtus & Melchiſedech ſacerdotes in æternum eodem
Melchiſedech Abrahã præſtãtior 214.b

Sacerdotum excellentia eodem
Decimæ perſoluuntur ſacerdotum precibus eodem
Cur Melchiſedech dicatur inæternũ uiuere eodem
Leui,& Melchiſedech eodem
Leui nondum genitus decimatur 215.a
Sacerdotium Chriſti leuitico longe præſtantius eodem
Imperfectum Aaron ſacerdotiũ eodem
Chriſtus ſacerdos factus eſt, cũ carnem aſſumpſit,& ſe i ſacrificiũ obtulit eo.
Sacerdotij leuitici in aliam tribum tranſlatio eodem
Sacerdotio inſolubili Chr̄s fungit̄ 215.b
Non inutilis quidem fuit lex, ſed ut perfectionem afferret,nihil profuit eo.
Apta ſimilitudo eodem
Spes Deo nos iã proximos facit 216.a
Chr̄s Deo iurante ſacerdos factus eo.
Sacerdotium Chriſti ſempiternũ eodē
Chriſtus eſt nobis iter ad patrem eodē
Oſios & Acacos græce uoces ab interprete relictæ 216.b
Hoſtiæ per Chriſtum oblatæ uirtus, & efficacia eodem
Humilia quædã Chriſto attribuũtur,ut naturæ humanæ cõdeſcendat̄ 217.a
Cœlũ empyreum ĩmobile,& ſtabile eo.
Quid inter eſt inter donũ,& hoſtiã eo.
Vetus teſtamentũ figura,& umbra 217.b
Noui teſtamēti ſup̄ uetus excellētia eo.
Vetus teſtamentũ nouo ſuperueniente reijcitur,nõ quia malum, ſed quia inſufficiens ad iuſtificandũ 218.a
Eſdras Propheta eodem
Lex Chriſti,lex ſpiritus eodem
Lex Iudaica paucis nota eodem
Tria erant tabernaculis loca 218.b
Seculare ſanctum quare eodem
Tabernaculum, In arca erãt urna aurea, uirga Aaron,& tabulæ eodem
Propitiatorium quale 219.a
Aaron incenſum adolens eodem
Aaron bis in anno cũ incenſo ſancta ſanctorum ingrediebatur, cum ſanguine uero ſemel tantum eodem
Anagogica contemplatio eodem
Lex humanis ſolũ rebus impoſita 219.b
In hęreticos dicentes Chriſti corpus eſſe aerium eodem
Cur corpus Chriſti dicatur tabernaculum & uelamen 220.a
Iudæorũ conſuetudo in ſacrificijs eodē
Buccula quæ ſine maculis eſſet in ſacrificium eodem
Teſtamentum p̱ filij mortem confirmatum 220.b
Teſtamentum morte teſtatoris confirmatur eodem
Lecto mandato Moyſes aſpergebat populum eodem
Cur in aſperſione inducatur hyſopum, & lana coccinea 221.a
Iudæorum ritus eodem
Hieroſolymitani templi excellentia eo.
Chriſti Pontificatus 221.b
Cur tantũ ſit dilatus aduentus eodem
Gregorius Nyſſeus eodem
Apta ſimilitudo eodem
Cur ſemel obierit Chriſtus eodem
Chriſtus eſt offerens,& oblatũ 222.a
Quæ ſub lege fiebãt,figurã futuroꝝ p̄ferebãt,q̃ uero in eccleſia imaginē eo.
Medicina quæ ſit efficaciſſima eodem
Vnicum eſt, & ſemel oblatum noſtrũ ſacrificium,legis uero multiplex 222.b
Hoſtia peccatũ non purgabat,ſed oſtendebat eodem
Elephanticus morbus eodem
Vnde multiplicitas ſacrificiorũ 223.a
Quid per caput libri intelligitur eodē
Quæſtio notanda eodem
Duplex uoluntas eodem
Paulus nuptiarum expers eodem
Cur Deus permiſerit ſacrificia fieri, & animalia ſibi offerri eodem
Repudiata ſunt ſacrificia, quia imperfecta & nõ propter offerentiũ pctã eo.
Quæſtio notanda 223.b
Remiſſio delictorum ex nouo teſtamento eodem
Plenã fidem adepti non deſperant 224.a
Bona eſt fratrum cõgregatio 224.b
Baptiſmus mortis Chriſti præfert imaginem eodem
In Neſtorianos 225.a
Qui accepta beneficia non recte diſpenſat, benefactorē afficit cõtumelia eo.
Magnũ eſt animi ferre conuitia 225.b
Patientiam nobis eſſe neceſſariam eo.
Fides eſt de non uiſis 226.a

Iuſtus eſt

Iuſtus ex fide uiuit eodem
Fides hoſtiam Abel magis quam Cain Deo reddidit acceptam eodem
Cœli ad nos uox 226.b
Fides Enoch eodem
Enoch trãſlatus eſt, ſed incertũ quo eo.
Fides Noe eodem
Fide Abraham ad incognitam ſibi terrã proficiſcitur 227.a
Sarra ſterilitate, et ſenio confecta fide cõcepit eodem
Bona quæ Abrahæ Enoch, & alijs ſanctis Deus cõtulit, erant uelut prægustationes & ſigna quædam ueræ promiſſionis futuræ 227.b
Abraham ex Meſopotania eodem
Fide Abraham cæteros uicit 228.a
Tentauit Deus Abrahã non ut ex experireẽ eius uirtutem, ſed ut nos inſtrueret eodem
Quid Iſaac figurauerit eodem
Benedictio Iacob & Eſau eodem
Benedictio filiorum Ioſeph eodem
Moyſi parentes ignobiles, & īfimi 228.b
Moyſes paruus uolentes ſe perimere ad cõmiſerationem riſu flexit eodem
Non affligi cũ mœrentibus & afflictis in peccatum reputatur eodem
Proſperitas, & otium peccatores conſolantur, iuſtos opprobrium 229.a
Non eſt tentandus Deus eodem
Liminũ & ualuarum iniunctio Christi effuſum ſanguinem pfigurabat eo.
Fides omnia reddit facilia eodem
Miracula circa hebræos facta calumniari non poſſe eodem
Fide muri Hiericho corruunt eodem
Raab meretrix 229.b
Gedeon dux militiæ eodem
Sancti per fidem diuerſa ſubiere pericula 230.a
Melota ouilla pellis eodem
Mundus quid apud Paulum eodem
Vnde nobis auxilium ex ſanctis 230.b
Aliqui per cõtinentiam, alij per eleemoſynã, & alij per diuerſas uirtutes curſrunt ad brauium eodem
Christus eſt exemplar bene uiuendi eo.
Deus nos tentari permittit ut probet, & coronis tandem cõdonet 231.a
Non eſt Deo acceptus qui nihil patitur aduerſi eodem
Adulterini & noti filij 231.b
Deo aduerſantis, eſt nolle æquo animo pati preſſuras eodem
Inobedientes, & cõtumaces mortui 231.b
Diuina eruditio eodem
Fructus pacatiſſimus eodem
Trochia quid 232.a
Pacem cum omnibus eſſe habendã eo.
Honorabiles nuptiæ eodem
Amaritudo peccati quanta eodem
Eſau primogenita uendidit 232.b
Eſau a patre reprobatur eodem
Eſau etiam cum lachrymis poſtulans exaudiri non meruit eodem
Moyſi uox gracilis & exilis 233.a
Beſtia tangens montem lapidabaẽ eo.
Deus omnium futurus iudex eodem
Cur melius dicatur loqui ſanguis Christi, quam Abel 233.b
Terram bis fuiſſe cõmotam eodem
Tertia terræ quaſſatio futura in fine ſæculi eodem
Angeli non ſunt per naturam perpetui, ſed per gratiam eodem
Quæ ſunt ſanctis futura, nec mutationẽ admittent, nec motum eodem
Deus ut ignis conſumens 234.a
Hoſpitalitas Deo gratiſſima eodem
Magnum charitatis uinculum eodem
Connubium nedum adoleſcentulis, ſed & ætate prouectis honori eſt eodem
Connubium honoratur eodem
Fidei uirtus 234.b
Doctrinæ peregrinæ quæ dicantur eo.
Iudaica ciborũ obſeruatio uitanda eo.
Sanguis animantiũ i ſancta deferebaẽ cadauera, extra caſtra cõburebanẽ 235.a
Principibus etiam improbis obtemperãdũ eſſe, mõ fidem nõ obturbent 235.b
Hæreticorum uerſutia eodem
Quæ ſit prælatis habenda cura eodem
Prælati non niſi lachrymis ſuas ulciſcantur iniurias eodem
Deo quando placemus 236.a
Gratia multis modis accipiẽ apud Paulum 236.b

FINIS.

Cav. G. DI GIACOMO
Restaur...
PESCARA
1973

Digitized by Google